ILLUSTRISSIMI AC REUERENDISSIMI D.D. FR. PETRI DE GODOY ... DISPUTATIONES THEOLOGICAE IN...

Pedro : de Godoy

Digitized by Google

NAZ. CENTR.
204
10 1
8
R. BIBLIOTECA
VITT. EMAN. II
ROMA

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

43 D 21

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ. ROMA COLLEGIO EMANUELE

ILL.MI AC REV.MI

D.D.F. PETRI DE GODOY EPISCOPI OXOMENSIS.

DISPVTATIONES THEOLOGICEA, IN PRIMAM PARTEM DIVI THOMAE

TOMVS SECVNDVS.

Digitized by Google

Digitized by Google

ILLVSTRISSIMI, AC REVERENDISSIMI

D.D.F. PETRI DE GODOY

EX ORDINE PRAEDICATORVM:

SALMANTICENSIS ACADEMIAE IN SACRA Theologia Magistri:

EIVSDEMQVE VNIVERSITATIS QVONDAM CANCELLARII:

Diui Vespertinæ, & Primariæ Cathedræ Moderatoris:

Concionatoris Regij: & nunc Episcopi Oxomensis:

DISPVTATIONES THEOLOGICAE

In Primam Partem Divi Thomæ.

EIDEM ANGELICO DOCTORI DICATAE,

Tomus Secundus.

CVM PRIVILEGIO REGINÆ.

Burgi Oxomensis, in Ædibus Episcopalibus, excudebat
Fr. DIDACVS GARCIA.

Anno Domini 1670.

Digitized by Google

Digitized by Google

PRIVILEGIO.

LA REYNA GOVERNADORA.

POr quanto por parte de Vos el Reverendo en Christo Padre *Don Fray Pedro de Godoy*, Obispo del Obispado de Osma, del nuestro Consejo, se nos ha representado, aviades compuesto *Tres Tomos, sobre la Primera Parte de Sancto Thomas*, y queriades darlos à la Imprenta, suplicandonos os concediessemos Privilegio por diez años, en la forma ordinaria, ò como la nuestra merced fuesse. Y visto en el Consejo, y como por nuestro mandado se hizieron las diligencias que por la Prematica por Nos vltimamente hecha sobre la impression de los Libros se dispone, fue acordado deviamos mandar dàr esta nuestra Cedula para vos, en la dicha razon: y Nos lo tuvimos por bien. Por la qual os damos licencia, y facultad, para que por diez años primeros siguientes, y no mas, podais imprimir, y vender, vos, ò la persona que vuestro poder tuviere, y no otra alguna, los dichos Libros por el original que en el Consejo se viò, que và rubricado, y firmado al fin, del Secretario Miguel Fernandez de Noriega, Escrivano de Camara mas antiguo, de los que en èl residen: con que antes que se venda se trayga ante ellos, juntamente con el original, para que se vea si la dicha impression està conforme à èl, ò traigais fee en publica forma, como por Corretor por Nos nombrado, se viò, y corrigiò la dicha impression por el dicho original, y se tasse el ptecio, porque se han de vender. Y mandamos al Impressor que imprimiere dichos Libros, no imprima el principio, y primer pliego, ni entriegue mas que vno solo con su original al Autor, ò persona, à cuya costa se imprimiere, y para efecto de la dicha correccion, hasta que antes, y primero el dicho Libro estè corregido, y tassado por los del Consejo, y estandolo, y no en otra manera, puedan imprimir el dicho principio, y primer pliego, y segundo, donde se ponga esta nuesta Cedula, y la Aprobacion que cerca de ello se hizo, por nuestro mandado, y la tassa, y erratas, pena de caer, è incurrir en las penas contenidas en las leyes, y prematicas de estos Reynos, que sobre ello disponen. Y mandamos, que ninguna persona, sin vuestra licencia, pueda imprimir dichos Libros, y si lo hiziere,

Digitized by Google

re,aya perdido,y pierda todos, y qualesquier libros, moldes, y aparejos que de ellos tuviere;y mas incurra,en pena de cinquenta mil maravedis:la tercia parte,para nuestra Camara, y la otra tercia parte,para el Iuez que lo sentenciare,y la otra tercia parte, para el denunciador. Y mandamos à los del Consejo, Presidentes,y Oydores de las nuestras Audiencias, Alcaldes,Alguaciles de Casa,y Corte;y Chancillerias,y à todos los Corregidores,Assistente, Governadores,Alcaldes Mayores, y Ordinarios, y otros Iuezes,y Iusticias qualesquier de todas las Ciudades,Villas,y Lugares destos Reynos,y Señorios,y cada vno en su jurisdicion,que os guarden,y cumplan esta nuestra Cedula,y contra lo en ella contenido no vayan,ni passen, ni consientan ir, ni passar en manera alguna, pena de la nuestra merced, y de diez mil maravedis para la nuestra Camara. Fecha en Madrid à veinte y nueve dias del mes de Agosto de mil y seiscientos y sesenta y nueve años.

YO LA REYNA.

Por mandado de su Magestad.

Iuan de Subiza.

Secretario.

ERRA-

Digitized by Google

ERRATA SIC CORRIGE.

DISP. 33. num. 10. vbi dicitur, *cognitis*: lege, *conditionis*. Disp. 36. nu. 77. vbi dicitur, *concursum determinatum*: lege, *indeterminatum*. Et infra, voluntet dicitur, *vtramque*: lege, *vtrumque*. Ibid. num. 196. vbi dicitur, *efficacia*: lege, *efficientia*. Disp. 37. num. 30. vbi dicitur, 3. *p. q.* 25. lege, 1. *p.* Et nu. 34. in fine, vbi dicitur, *absolutè impossibilis*: lege, *impedibilis*. Et nu. 50. vbi dicitur, *& non fecit*? lege, *& non potuit*? Disp. 38. num. 40. vbi dicitur, *à posterioribus*: lege, *à prioribus*. Disp. 43. nn. 34. vbi dicitur, *rationem quâ fit*: lege, *actionem*. Et nu. 147. in fine, vbi dicitur, *perfectiones creatæ*: deficit, *in Deo*. Et nu. 190. vbi dicitur, *est tamen diminuta*: lege, *diminuta*. Et num. 136. vbi dicitur, *vt immobilem solum ab æquo*: lege, *ab homine*. Disp. 44. num. 14. vbi dicitur, *quamvis antecognitionem nõ competat*: deficit *filio*. Disp. 45. num. 5. vbi dicitur, *eius volens ȝè finem*: lege *est*. Et num. 95. vbi dicitur, *vt bonum abstrahens*: lege, *est bonum*. Disp. 46. nu. 1. vbi dicitur, *nam Metaphysica deitatis constitutiu*: lege, *nam Physica*. Et nu. 80. vbi dicitur, *nam radix volitionis*: lege *à radice intellectionis*. Disp. 47. *num.* 30. vbi dicitur in principio, 3. *p.* q. 25. lege 1. *p.* Et nu. 32. vbi dicitur, *sed potentia respectiua actus*: lege, *receptiua actus*. Et num. 60. quinquies ponitur *intellectio* pro *volitione*. Disp. 48 num 16: vbi dicitur, *& efficienter liberè intelligatur*: lege, *& efficaciter, &c.* Et num. 30. vbi dicitur, *sed quia id potest velle*: lege, *sed quia est potens velle*. Et *num.* 112. vbi dicitur in fine, *vt separabilis à terminatione necessaria*: lege, *est separabilis*. Disp. 49. num. 15. vbi dicitur, *in amore quo Deus non prædestinauit*: lege, *nos prædestinauit*. Et num. 24. vbi dicitur, *bonitas limitata sit, & infinita*: lege, *& finita*. Et num. 58. vbi dicitur, *non fiat dependentia ab aliquo, vt ab intrinseco specificante*: lege, *vt ab extrinseco specificante*. Et num. 202. vbi dicitur, *Deum ad præmiandum mouere*: lege, *ad puniendum*. Disp. 54. num. 43. vbi dicitur, *quibus voluntas liber vellet*: lege, *liberè vellet*. Disp. 63. num. 30. vbi dicitur, *stare potest posterioritas in genere causæ finalis*: lege, *prioritas*. Disp. 66. num. 2. vbi dicitur, *est sola gratia*: lege, *gloria*. Et nu. 109. vbi dicitur, *induci tamen debitum conducentia*: lege, *condecentia*. Et nu. 110. vbi dicitur, *sed ab aliquo potenti onerose*: lege, *petenti*. Disp. 67. num. 22. vbi dicitur, *contra Physicam prædestinationem*: lege, *præ determinationem*.

¶ Hic Liber inscriptus, Disputationes Theologicæ in Primam partem Divi Thomæ, Authore Illustrissimo D. D. Fr. Petro de Godoy, Episcopo Oxomensi, demptis his mendis, suo exemplari fidelitèr respondet. Datum Matriti, die 14. Iulij, Anno 1670.

Lic. D. Franciscus Forero de Torres.

SVMA

Digitized by Google

SVMA DE LA TASSA.

TAſſaron los Señores del Conſejo Real á ſiete maravedis cada pliego de eſte Libro, como conſta de ſu original, que eſtá en poder del Author. Tiene ducientos y cinquenta y ocho pliegos con Principios, y Tablas, que montan cinquenta y dos reales, y ocho maravedis.

INDEX

INDEX

DISPVTATIONVM, ET BREVIS INSINVATIO DOCTRINÆ, QVÆ IN ILLIS CONTINETVR.

Littera P. significat Paginam. Littera N. Numerum marginalem denotat.

TRACTATVS QVARTVS.

De ſcientia futurorum contingentium.

DISPVTATIO TRIGESIMATERTIA

Quid, & quotuplex ſit futurum contingens?

§. PRIMVS.

Referuntur ſententiæ, & ſtatuitur prima concluſio. Pag. 2.

IN Limine hæc Diſputatio præmittitur, quia omnia, qua in hoc, tractatu dicenda ſunt, ex eius reſolutione pendent.

Et tria in examen vocantur. Primum, quid ſit futuritio? Secundum, quid ſit contingentia? Tertium, quotuplex ſit futurum contingens? *Num.* 1.

Circa primum, prima ſententia docet futuritionem conſiſtere in mentis repræſentatione, à qua res, quę nondum exiſtit, futura extrinſecè denominatur.

Secunda: rem futuram pro materiale importare exiſtentiam; de formali verò, aut hoc tempus antevertens durationem propriæ exiſtentiæ, aut negationē illius durationis, in qua talis exiſtentia erit. Ita Herice. Tertia, futuritionem eſſe quandam quaſi tendentiam, ſeu habitudinem, quam res, prout in cauſa habet ad ſe ipſam, vt erit ſuo tempore pręſens, &c. Ita Suarez. Quarta, & vera futuritionem conſiſtere affirmat In præparatione, aut determinatione cauſarum ad rem extra cauſas ponendam extrinſecè illam denominantem futura. Hæc eſt Thomiſtarum, quam alij ſequuntur. *Num.* 2. 3. & 4.

Illᵐᵘˢ Epiſcopus GODOY in 1. p. Tom. 2.

Prima concluſio. *Rem eſſe futuram dicit de formali præparationem, & determinationem cauſarum ad illius productionem.* Prob. 1. ex D. Th. Secundo ratione ex verbis, S. Doctoris deducta. Quia nimirum rem eſſe futuram eſt aliquid reale; ac per conſequens à forma reali debet provenire; non à forma intrinſeca rei futurę, quæ tempore futuritionis in ſe nihil eſt: ergo eſt extrinſeca forma rei, quæ futura denominatur, &c. *Num.* 5. & 6.

§. SECVNDVS.

Præcluduntur adverſantium effugia. Pag. 3.

PRima evaſio aſſerens formam extrinſecam, à qua res futura talis denominatur, eſſe repræſentationem ſcientiæ Divinæ, vt dicebat prima ſententia, pręcluditur *num.* 7. & 8.

Secunda evaſio ex Herice, iuxta id, quod aſſerit ſecunda ſententia, proponitur, & refellitur *à num.* 9. *uſque ad* 12.

Tertia evaſio Vazquez aſſerentis rem eſſe futuram non eſſe aliquid reale pręſens, aut præteritum, ſed eſſe quid futurum, vnde non eſt neceſſe, quod ſit pręſens forma, à qua conſtituatur In ratione futuræ, præcluditur. *Num.* 13. & 14.

Quarta evaſio ex Suarez iuxta tertiam ſententiam ſupra relatam proponitur, & impugnatur, *à num.* 15. *uſque ad* 18.

Alia ſolutio Recentiorum impugnatur, *à num.* 19. *uſque ad* 21.

§. TERTIVS.

Solvitur primum argumentum contrariæ ſententiæ. Pag. 6.

CONtra concluſionem arguit Suarez, ex eo, quod cauſam eſſe ordinatum,

& præparatam ad rei productionem, idem eſt, ac rem habere eſſe in cauſa; at hoc non eſt idem, ac rem eſſe futuram, Min. diverſimodè probatur, *à Num. 22. vſque ad Num* 24. Reſp. ad argumentum cum omnibus ſuis probationibus, *à num.* 25. *vſque ad* 30.

§. QVARTVS.

Occurritur ſecundo argumento. Pag 8.

SEcundo principaliter arguitur ex eo, quod in hac propoſitione *Anti-Chriſtus eſt futurus* nulla realitas de præſenti enuntiatur, ſed ſola exiſtentia illius vt pro determinato tempore habenda, ac per conſequens futuritio non eſt aliquid præſens, neque cauſarum præparatio, &c. Antecedens quatuor probationibus ſuaderur. *Num.* 31. *&* 32.

Reſpondetur, *à num.* 33. *vſque ad num.* 38.

§. QVINTVS.

Vltimo argumento occurritur. Pag. 9.

DEnique principaliter arguitur: quia ex decreto Divino nihil poteſt tanquam à forma futurum conſtitui; ac per conſequens, nec determinatio aliàrum cauſarum. Antecedens autem quadrupliciter probatur, *à num.* 39. *vſque ad num.* 42.

Solvitur argumentum cum ſuis probationibus, *à num.* 43. *vſque ad num.* 54.

§. SEXTVS.

Duæ aſſertiones vera ſententiæ. Pagina. 12.

SEcunda concluſio: *Solum ex ordine ad decretum Divinum dicitur aliquid futurum ſimpliciter, ideſt, omnibus modis.* Probatur, quia ſolum id poteſt dici, & eſſe futurum omnibus modis, ad cuius productionem omnes cauſæ neceſſariæ ſunt ordinatæ, & diſpoſitæ: quod ſolum à Divino decreto præſtari poteſt. Proſequitur *à num.* 55. *vſque ad num.* 60.

Tertia concluſio. *Ex ordine ad cauſas ſecundas neceſſario, & immutabiliter operantes dicitur aliquid futurum ſimpliciter, ideſt, abſolutè; ex ordine ad cauſas contingentes propenſas dicitur futurum cum addito: ex ordine tamen ad cauſas contingentes ad vtrumlibet, nullatenus dicitur aliquid futurum.*

Oſtenditur quoad omnes partes ex D. Th. *in* 1. *diſt.* 38. *quæſt.* 1. *art.* 1. *num.* 61. Ex quibus verbis deducitur ratio probativa omnium partium, *à num.* 62. *vſque ad* 64.

§. SEPTIMVS.

Occurritur argumentis in contra. Pagina 14.

OBijcitur primo adverſus concluſionem: Nam vel in cauſa naturali neceſſario operante, prout determinata per modum actus primi imporratur decretum Divinum de aſſiſtentia ſui concurſus, vel excluditur? Si primum, eſt omnibus modis futurũ. Si ſecundum, non eſt verum, quod effectus talis cauſæ erit infallibiliter. *Numer.* 66.

Ad obiectionem cum ſuis replicis notandis. Reſpondetur *à num.* 67. *vſque ad num.* 70.

Obijcitur ſecundo. Mors infirmo eventura ratione infirmitatis præſentis, ſolum habet eſſe in cauſa contingenti naturaliter, impedibili; & tamen mors dicitur abſolutè futura, iuxta illud Iſaiæ 34. *Diſpone domui tuæ, quia morieris, &c.* Quod etiam authoritate D. Thom. ſuadetur. *Num.* 71. Reſp. dupliciter. *Num.* 72. 73. *&* 74.

Denique obijcitur ex eo, quod non ſtat aliquid eſſe futurum, & quod de illo non ſit verum, dicere quod infallibiliter erit. Quod ſuadetur ex D. Auguſtino. *Num.* 75. Reſp. *Num.* 76. *&* 77.

§. OCTAVVS.

Reſolutio diſputationis quoad cæteras partes. Pag. 16.

NOtatur primo ex Ferrara, effectus neceſſarios, & contingentes dupliciter accipi. *Num.* 78. Effectus neceſſarius in ratione effectus, dicitur ille, qui procedit à cauſa neceſſario, & immutabiliter agente, oppoſitum habet effectus contingens. *Num.* 79. Ex quibus, & ex antea dictis colligitur primo: diffinitio futuri. Futurum *eſt illud quod non habet eſſe in ſe ipſo, ſed in cauſa præparata, & diſpoſita ad eius productionem.* Diſſinitio futuri neceſſarij, *quod*, ſcilicèt, *habet eſſe in cauſa neceſſario, & immutabiliter operante.* Diſſinitio futuri contingentis, ſcilicèt, *quod habet eſſe in cauſa impedibili.* Quia tamen poteſt cauſa impediri ab extrinſeco,

ſeco, vel ab intrinſeco; hinc naſcitur, divitio futuri contingentis, in contingens ſpecialiter dictum, & contingens generaliter ſumptum; ſcilicet liberum, quod ſcilicet habet eſſe in cauſa ab intrinſeco impedibili. *Num.* 80.

Circa tertium in hac diſputatione examinandum, reſolutorie dicitur: futurum primo dividi in futurum abſolutum, & futurum conditionatum. Primum eſt, cuius futuritio à nulla conditione non futura dependet. Conditionatum verò eſt, quod cum abſolutè non erit; eſſet tamen ſi aliqua poneretur conditio, *Num.* 81.

Rurſus hoc futurum eſt duplex; aliud, quod cum conditione nullam habet connexionem, quod appellatur diſparatum. Aliud quod cum conditione connexionem habet. Et hoc eſt multiplex; aliud quod cum cõditione connexione meta phyſicè infallibili connectitur: aliud, quod cum conditione habet connexionẽ infallibilẽ ſolũ moraliter; aliud quod cũ conditione ſolũ habet connexionem probabilem. Alia verò ſunt futura conditionata, cum conditione dubiè, & contingenter omninò, connexa. *Num.* 82. & 83.

§. NONVS.

Recentiorum ſententia examinatur; Pag. 17.

DOctrina in hoc tractatu hucuſque tradita dictata fuit ab Authore Salmanticæ, anno milleſimo ſexcenteſimo quadrageſimo ſecundo. Recentiores verò Scientiæ Mediæ profeſſores, qui poſtea ſcripſerunt, toti fuere in explicanda conſtitutione futuri exiſtimantes, & merito, totum Scientiæ Mediæ negotium ad hoc reduci. Et fere omnes conſpirarunt in aſſerendo; quod futurum nihil reale poſitivum importat futuritionis tempore: ſed ſolam carentiam exiſtentiæ, pro tunc, ex qua, & exiſtentia poſtea, futuritio, aut futurum conſtituitur. *Num.* 84.

Quæ doctrina impugnatur primo ex dictis ſuperius. *Num.* 85.

Solutio, quæ aſſerit, quod *ly futurum* ampliat ad id quod eſt, *vel erit*, ideoque vt affirmetur de re aliquam eſſe futuram non eſſe neceſſarium, *quod* adæquata forma futuritionis *conveniat* futuritionis tempore, *impugnatur, à num.* 86. *uſque ad num.* 90.

Secundo impugnatur: nam *exiſtentia*, poſtea non poteſt futurum *ab exiſtente* diſtinguere, &c. *Nu.* 92. *uſque ad num.* 95.

Sententia cuiuſdã Recentioris diſtinguentis duplex futurum, vel duplicem futuri conſiderationem; nempè in eſſe entitativo, & in eſſe veri formaliter, & fundamentaliter, proponitur, & impugnatur, *à num.* 96. *uſque ad num.* 104.

Evaſio, quod obiectum ſcientiæ Mediæ non eſt futurum conditionatum, ſed quod eſſet, ſi poneretur conditio, propo nitur, & impugnatur *à Num.* 105. *uſque ad Num.* 119.

§. VLTIMVS.

Argumentis Recentiorum occurritur. Pag. 25.

ARguunt Recentiores primo. Nam per id res aliqua eſt formaliter futura in inſtanti *A* præſenti, per quod eſt in rerum natura poſterior comparativè ad hoc inſtans: poſterior autem comparativè ad inſtans *A* præſens conſtituitur per carentiam exiſtentiæ in inſtanti *A*, & exiſtentiam in inſtanti *B*. *Num.* 120. Reſp. *à Num.* 121. *uſque ad Num.* 123.

Secundo arguunt ex eo, quod poſita carentia exiſtentiæ in hoc inſtanti, & exiſtentia in inſtanti futuro, implicat quod res in hoc inſtanti non ſit futura: ac per conſequens per hoc præciſè futura conſtituitur. Proponitur, & ſolvitur, *Num.* 124.

Replicæ adverſus ſolutionem proponuntur, & ſolvuntur *à Num.* 125, uſque ad *num.* 129.

Contra quam doctrinam obſtat tertium argumentum, quod recentiores magnificant. Nam carentia exiſtentiæ hodie, & exiſtentia heri, ſe ipſis, & omni alio ſecluſo, fundant veritatem propoſitionis de præterito; ac per cõſequẽs carentia exiſtentiæ hodie, & exiſtentiã crãs ſe ipſis, omni alio ſecluſo, fundant veritatẽ propoſitionis de futuro. Quod dupliciter vrgetur. *Num.* 130. 131. & 132.

Hoc argumentum inſtatur in ſententia recentiores vtentis illo. *Num.* 133. ad illud reſpondetur *à num.* 134. uſque ad *Num.* 137.

Replicatur adverſus ſolutionem. *Num.* 138 Reſpondetur. *Num.* 139. & 140. Sed ad hoc inſtatur dupliciter. *Num.* 141. & 142. Reſpondetur *Num.* 143. & 144 Replicatur vlterius. *Num.* 145. reſpondetur ibidem.

Quarto principaliter argunt ex eo, quod malitia formalis peccati eſt ab æterno futura; & tamen non in determina-

tione cauſarum ab æternoexiſtente: nã cauſa creata ab æterno non exiſtat, Deus autem non eſt cauſa peccati pro formali malitiæ. *Num.* 146. Quod explicatur, & vrgetur. *Num.* 147. & 148.

Ad hoc argumentum, quo quidam recens Theologus valentinus immaniter gloriatur Thomiſtam quendam in publica diſputatione vicciſſe, eique ſilentium impoſuiſſe non ſine rubore.

Reſpondetur manifeſtiſsimè, ex doctrina tradita. *Num.* 149. & *Num.* 150

Et argumentum etiam ab adverſarijs eſſe ſolvendum oſtenditur. *Num.* 151. Adverſus ſolutionem vero tres replicæ valde notandę proponuntur, & ſolvuntur, à *num.* 152. vſque ad *Num.* 166.

Denique argumentari poſſumus adverſus noſtram Sententiam, ex eo quod futurũ conditionatum eſt obiectum ſcientiæ cõditionatorum: obiectum autem huius ſcientia non conſtituitur formaliter per decretũ; cum obiectum ſcientiæ mediæ idem ſit, ac obiectum decreti ſubiectivè abſoluti, & obiectivè conditionati: obiectum autem huius decreti non conſtituitur formaliter per ipſum decretum, &c. *Num.* 167. & 168. Reſpondetur ad hoc argumentum cum ſuis replicis à *Num.* 169. vſque ad *Num.* 175.

DISPVTATIO TRIGESIMA Quarta.

An Deus certò, & infallibiliter cognoſcat futura contingentia conditionata?

§. PRIMVS.

Quibuſdam ſuppoſitis referuntur ſententiæ. Pag. 35.

CErtum eſt apud omnes conditionata cum conditione neceſſario connexa infallibiliter certo per ſimplici notitiã cognoſci. *Num.* 1. & 2 Et idẽ eſt de conditionatis neceſſarijs, quorum conditio non eſt forma, ſed cauſa efficiens cõſequentis, contra Alarcon, à *Num.* 3. vſque ad *Num.* 6.

Deinde tanquam certum præmittitur, cõditionata cõtingentia, infallibiliter cũ ſua conditione connexa, cognoſci à Deo certò, & infallibiliter per ſcientiam ſimplicis intelligentiæ neceſſariam. *num.* 7.

Vlterius tanquam certũ præmittitur, futuræ conditionata, habentia cõditiones diſparatas omnino, ſi in vi cõſequentiæ, & illationis accipiantur non poſſe ab intellectu divino cognoſci. *num* 8.

Tandem conditionata contingentia, ſivè moraliter certò, ſivè coniecturaliter certò, ſivè connexa cum conditione, ſi enuncientur vt futura omnino infallibiliter, non poſſe in vi conſequentiæ, & illationis à divino intellectu cognoſci.

Vertitur ergo indubium: An futura contingentia conditionata non connexa omninò infallibiliter cum conditionibus, poſsint certò, & infallibiliter à Divino intellectu, tanquam vera cognoſci, veritate deſumpta ex eventu futuro, aliqua conditione ſuppoſita. *Num.* 9.

In qua difficultate quatuor ſunt ſententiæ. Prima in vniverſum negat; eo quod in propoſitione conditionali, nullã veritatem agnoſcunt; niſi quæ deſumitur ex bonitate illationis: citantur Authores, & aliqui ex Thomiſtis à calumnia, quam imponit illis P. Alarcon, vindicantur. *Num.* 10.

Secunda per extremum affirmat: Deum certò cognoſcere omnia futura cõditionata, ſivè diſparata, ſivè cum ſua conditione connexa, circa omnes combinationes poſsibiles. *Num.* 11.

Tertia docet, ea futura conditionata, quæ in Scriptura Sacra revelantur, vel cum rebus vniverſi habent aliquam connexionem, à Deo certò, & infallibiliter cognoſci; de cæteris vero circa omnes combinationes poſsibiles, rem eſſe dubiam; nec poſſe nobis certò conſtare à Divino intellectu cognoſci. *Numero* 12.

Quarta concedit Deo certam, & infallibilem cognitionem omniũ conditionatorum contingentium, quæ cum conditione habent aliquem connexionem; negat tamen de illis, quæ diſparate omninò comparantur cum illis *Num.* 13.

§. SECVNDVS.

Prima aſſertio vera ſententiæ. Pagina 38.

PRima concluſio. *Futura contingentia conditionata connexa moraliter cum conditione cognoſcuntur à Deo ex vi conditionis, certò certitudine phyſica ex parte ſubiecti, & morali ex parte obiecti.*

Notatur ante probationem conditionalẽ propoſitionẽ duplicẽ ſenſum habere poſſe; alterum, quo aſſeratur poſita cõditione conſequens futurum re ipſa abſolutè: alterum, quod illa conditione poſita, conditionatum tale futurum nõ abſolutè, ſed cum infallibilitate morali. In priori ſenſu aſſeritur non poſſe

ſe cognoſci à Deo, niſi præſuppoſito decreto efficaci, in poſteriori vero ſenſu aſſeritur, cognoſci à Deo cum omni certitudine ante decretum de illorum exiſtentia in ſe ipſis, vt futura certò moraliter. *Num.* 14.

Quo ſuppoſito, probatur primo, quia omnis veritas cuiuſcumque generis ſit cognoſcitur certò à Diuino intellectu, &c. *Num.* 15.

Secundo, quia dato antecedente inferente moraliter, non eſt minus certum conſequens moraliter eſſe futurum; quam quod dato antecedenti inferente euidenter, conſequens ſit abſolutè futurum, *Num.* 16.

Ex quibus infertur contra Granadum, talia futura vt futura non cognoſci ex vi illationis per ſcientiam mediam; ſed per ſcientiam omnino neceſſaria. *Num.* 17.

Obijcitur primo, quia in bona conſequentia non poteſt dari antecedens verum, & conſequens falſum; ſtare autem poteſt poſita conditione non ſubſequi conditionatum ſolum moraliter cum illa connexum. *Num.* 18.

Et inſtatur, quia in bona conſequentia, nec metaphyſicè poteſt dari antecedens verum, & conſequens falſum. *Num.* 19.

Reſpondetur, *à num.* 20. *vſque ad num.* 22.

Obijcitur ſecundo, quod conditionatum, quod verè eſt futurum ſub conditione aliqua, tranſit in abſolutum purificata conditione; at etiam ſi conditio moraliter cum conditionato connexa, purificetur, non tranſit in futurum abſolutè, &c Minor quadrupliciter probatur, *à num.* 23. *vſque ad num.* 25.

Reſpondetur, *à num* 26. *vſque ad num* 28. Et *num* 29. notatur decretum de determinatione cauſarum, eſſe in quadruplici differentia.

§. TERTIVS.

Secunda concluſio vera Sententia. Pagin. 41.

FVtura conditionata coniecturaliter cum ſua conditione connexa, cognoſcuntur à Deo, ex vi conditionis, cognitione Metaphyſicè certa ex parte ſubiecti, & coniecturaliter obiectivè. Probatur teſtimonio Sacræ Scripturæ, & authoritatibus D. Auguſtini, & D. Thom. *à Num.* 31. vſque ad *Num.* 35.

Deinde probatur ratione *à priori*, ex eo quod effectum eſſe coniecturaliter futurum ſub conditione cum qua habet connexionem probabilem, eſt veritas infallibilis, & neceſſaria. *Num.* 30. quod vtrumque confirmatur duplicitur. *Num.* 37.

Contra concluſionem obijciunt recentiores primo cum Vazquio, quod coniecturalis, cognitio eſt erroni, & falſitati expoſita. *Num.* 38. Reſpondetur. *Num.* 39.

Obijcitur ſecundo ex Alarcon, quod conditiones ſolum probabiliter cũ effectu connexa, non extrahunt illum ab ſtatu puræ poſsibilitatis. *Num.* 40. & 41. Reſpondetur. *Num.* 42. & 43. & duabus replicis occurritur *à num.* 44. vſque ad *Num.* 46.

Tertio obijci poteſt adverſus concluſionem: nam conſequentia probabilis non eſt bona conſequẽtia: cum in illa poſsit dari antecedens verum, & conſequens falſum. *Num.* 47. Reſpondetur *Num.* 48. & contra ſolutionem duæ replicæ notandæ proponuntur. *Num.* 49. ſolvuntur *Num.* 50. & 51.

Denique arguitur ex D. Thom. cuius authoritas explicatur. *Num.* 52.

§. QVARTVS.

Tertia aſſertio vera ſententia. Pag. 442

TErtia concluſio. *Futura contingentia conditionata diſparata, non poſſunt vt vera à Diuino intellectu cognoſci*: Ratio qua Vazquez concluſionem probat refertur. *Num.* 53. & refallitur *à Num.* 54. vſque ad. *Num.* 58.

Probatur ergo concluſio ex eo, quod conditionalis propoſitio, de conditione omninò diſparata, non eſt vera, ſed talis, ac per conſequens nequit à Diuino intellectu cognoſci per aſſenſum. *Num.* 59

Evaſio contrariorum proponitur. *Num.* 60

Præcluditur verò *Num.* 61. & 62.

Contra concluſionem obijcitur primo: nã ſuppoſito, quod ſit euenturum, quod Papa dormiente, Petrus audiat concionem verè affirmatur nunc: Si Papa dormierit, Petrus audiet concionem, &c. *Num.* 63. Et confirmatur *Num.* 64. Reſpondetur *Num.* 65. Replicatur *Num.* 66. Solvitur replica. *Num.* 67.

Obijcitur ſecundo illud 4. Regem Eliſei ad Regem Syriæ. *Si percuſſiſſet quinquies, aut ſexies, &c. Num.* 68 Reſpondetur *Num.* 69. Duæ replicæ notandæ proponuntur. & ſolvuntur, *à num.* 70. vſque *ad num.* 73.

Denique arguitur; ex eo quod Deus cognoſcit per aſſenſum futurum ſubconditione retrahente; ac per conſequens

etiam futurum ſub conditione diſparata *Num.* 74 Quædam ſolutio, tanquam inutilis in noſtra doctrina reſellitur. *Num.* 75 & 76. Vera ſolutio aſſignatur. *Num* 77. Et quædam replica ſolvitur. *num.* 78.

§. QVINTVS.

Statuitur quarta concluſio, & examinantur minus efficatia motiva. Pag. 49.

QVarta concluſio: *Omnia alia conditionata futura cognoſcuntur à Deo, non ſolum cognitione certa moraliter, aut coniecturaliter, ſed etiam cognitione omninò infallibili, vel vt determinatè vera, vel vt determinatè falſa. Num.* 79.

Oppoſitum huius concluſionis quidam cenſent parum conſonum fidei principijs, & parum tutum in fide; quod ſuadere conantur quibuſdam locis Sacræ Scripturæ, *à num.* 80. *vſque ad numer.* 83. Sed ab hac cenſura liberatur oppoſita ſententia, & reſpondetur ad authoritates Sacræ Scripturæ, *à num.* 84. *vſque ad* 90.

Contra quam interpretationem multis inſurgunt recentiores: *Num.* 91. vſque ad *Num.* 93. Reſpondetur *à Num.* 94. vſque ad *Num.* 97.

Deinde principaliter arguunt ex quadam PP. Doctrina *Num.* 98. 99. & 100. Sed reſpondetur ibidem. & *Num.* 101. Tertio arguunt ex Auguſtino *Num.* 102

Reſpondetur ibidem. Tandem quidam ex noſtris probant ex eo, quod voluntas Divina ab omni terminatione libera circa eſſe rerum, vel non eſſe illarum non potuit manere ſuſpenſa. *Numer.* 103.

Hoc tamen principium impugnatur à nobis tractatu de voluntate Dei. *artic.* 10. *Num.* 104.

§. VLTIMVS.

Tollitur aliter noſtra concluſio, & occurritur argumentis in contra. Pag. 53.

PRobatur ergo 1. concluſio, quia teſtimonia Scripturæ, quibus revelantur futura conditionata, aptius interpretantur de cognitione omninò infallibili, quam de cognitione certa ſolum moraliter. *Num.* 105 & 106.

Deinde ſuadetur ex D. Auguſtino, & D. Thom. *Num.* 107 *vſque ad Num.* 109.

Quarto ratione, quia inter eſſe, & non eſſe futurum, non poteſt dari medium pro inſtanti reali, ſed in illo, aut eſt futurum aut non eſt futurum. *Num.* 110.

Denique probatur: nam neceſſarium eſt, quod Deus libere ſuſpẽtionem elegerit, vel quod libere libertate negativa ab omni decreto ceſſaverit. *Num.* 111.

In contrarium obijciunt Authores oppoſiti quædam teſtimonia Scripturæ, in quibus revelantur futura conditionata, verbis denotantibus in certitudinem, *Num.* 112. 113. & 114. Reſp. *Num.* 115. & 116.

Obijciunt 2. Auguſtinum, *lib. de prædeſtinatione Sanct. cap.* 14. *Num.* 117. Reſpondetur. *Nu.* 118 Eodem modo inter prętandi ſunt alij PP. *à Num.* 119. *vſque ad Num* 121.

Denique obijciunt, quia propoſitiones cõditionales, de conditionato contingenti non ſunt determinatè veræ, veritate infallibili. *Num.* 122. Reſpondetur *Nu.* 123.

DISPVTATIO TRIGESIMA Quinta.

An Deus certò, & infallibiliter conditionata contingentia cognoſcat ante decretum liberum ſuæ voluntatis?

§. PRIMVS.

Aperitur difficultas, & referuntur ſententiæ. Pag. 56.

COntroverſiæ punctus non in eo conſiſtit: An hæc futura certò cognoſcuntur à Deo; ſed an cognoſcuntur ante, vel poſt decretum liberum ſuæ voluntatis. *Num.* 1. & 2.

Tres verſantur ſententiæ. Prima affirmat omnia huiuſmodi futura cognoſci a Deo certo, & infallibiliter ante decretum liberum ſuæ voluntatis. Ita Molina, & cum eo communiter Doctores Societatis *Num.* 3.

Secunda diſtinguit inter conditionata habentia conditiones diſparatas omnino, & illa, quæ habent connexionem aliquam cum ſuis conditionibus, & affirmat: prima non poſſe cognoſci certo, niſi poſt decretum liberum Divinæ voluntatis: Secunda verò ante illud certò cognoſci Authores primæ, & ſecundæ ſententiæ in tres dicendi modos dividuntur, *à num* 4. *vſque ad* 6.

Tertia ſententia in vniverſum negat poſſe huiuſmodi futura certo & infallibiliter à Divino intellectu cognoſci ante decretum liberum ſuæ voluntatis. Ita omnes Thomiſtæ. *Num.* 7.

§. SE-

§. SECVNDVS.

Impugnatur primus modus dicendi. Pagina 57.

PRimo reijcitur Molina, qui Scientiæ Mediæ primum inventorem ſe fuiſſe gloriatur, & certam bonum futurorum cognitionem, ad altiſſimam comprehenſionem Dei, qua liberum arbitrium creatum, non ſolum comprehendit, ſed etiam ſupercomprehendit, reduxit. *Num.* 8. & 9.

Contra quem ſtatuitur prima concluſio. *Conditionata contingentia non poſſunt certò, & infallibiliter cognoſci à Divino intellectu, in cauſis liberis, ſeu contingentibus, vt præveniunt prædeterminationem Divinam*, præter Thomiſtas, tenent eam communiter Doctores Societatis. Et probatur primo ex D. Thom. *Num.* 10.

Secundo probatur ratione ex prælegatis locis deſumpta, quia nimirum effectus contingentes, prout in cauſis non habent determinationem ad eſſe, ſed indifferentiam ad eſſe, & non eſſe. *Num.* 11.

Euaſio Molinæ præcluditur, *à num.* 13. *vſque ad num.* 16.

Tertio ſuadetur ab hominem contra Molinam. Quia Deus non poteſt cognoſcere certò, & infallibiliter actus liberos, vt conditionatè futuros, niſi ſuum concurſum etiam ſub conditione futurum cognoſcat; at iuxta Molinam, non poteſt Deus ſuum concurſum, vt ſub conditione futurum cognoſcere, &c. *à num.* 17. *vſque ad* 19.

Denique alia ratione ad hominem contra ipſum arguitur, *à numero* 20. *vſque ad* 23.

Argumenta Molinæ, quæ nullius roboris ſunt, proponuntur, *à num.* 24. *vſque numero* 26.

Solvuntur verò, *à num.* 27. *vſque ad numerum* 29.

§. TERTIVS.

Secundus modus reijcitur. Pag. 62.

NOn cognoſcuntur futura conditionata in propoſitionibus contradictorijs ex vi, & lege contradictionis. Probatur manifeſtè: nam vis contradictionis, non magis petit veritatem vnius, v.g. affirmativæ, quam alterius, ſcilicet negativæ. *Quod multiplicitèr* oſtenditur, *à num.* 30. *vſque ad num.* 36.

Argumentum quo fidunt contrarij dulla lius eſſe roboris, oſtenditur, *à num.* 37. *vſque ad num.* 42.

§. QVARTVS.

Refellitur tertius modus dicendi. Pagina 64.

NOn cognoſci conditionata futura in illorum determinata veritate obiectiva pro priori ad decretum, oſtenditur primo, quia pro priori ad decretum exiſtitè exiſtens in Deo nulla eſt determinata veritas in his conditionatis, de quo ſequenti, *num.* 43.

Secundo, & tertiò probatur ex D. Thom. *num.* 44 & 45. & 46.

Quarto probatur: nam contrarij in probatione circulum vitioſum committunt. *Num.* 47. & 48.

Denique probatur, ex eo, quod ex veritate propoſitionis de meſſe pro tempore præſenti, non licet colligere veritatem determinatam propoſitionis de futuro conditionato pro omni priori naturæ, *à num.* 49. *vſque ad* 51.

Solutio P. Herice reijcitur. *Num.* 52.

Argumentum contrariorum deſumptum ex eo, quod veritas propoſitionis de futuro, ſivè abſoluto, ſivè conditionato debet per ſuam definire regulari, proponitur, & ſolvitur cum tribus replicis, *à num.* 53. *vſque ad num.* 62.

§. QVINTVS.

Reſpondetur directè ad quæſtionem. Pagina 67.

QVarta concluſio: *Nullum futurum conditionatum poteſt vt verum à Divino intellectu cognoſci certitudine omninò infallibili, niſi præſuppoſito decreto libero, exiſtente exercitè in Deo.*

Concluſionem eſſe expreſſam D. Tho. oſtenditur, *à num.* 63. *vſque ad num.* 66.

Deinde ſuadetur ratione: quia rem eſſe futuram ſub conditione, eſt aliquid reale extrinſecum, nulla autem forma eſt à qua talis denominatio realis deſumi poſſit, niſi decretum. *Num.* 67. & 68.

Tertio principaliter probatur ex eo, quod implicat rem tranſire de ſtatu poſſibilis ad ſtatum alicuius futuritionis, niſi medio decreto. *Num.* 69.

Contrariorum effugium proponitur, & præluditur, *à num.* 70. *vſque ad num.* 75.

Quarto principaliter ſuadetur ex eo quod

quod pro priori ad decretum exercitè exiſtens in Deo, nihil poteſt cognoſci vt abſolutè futurum: ac per conſequens pro priori ad decretum ſubiectivè abſolutum, & conditionatum obiectivè, nihil poteſt à Deo cognoſci vt futurum ſub conditione. *Num.* 76.

Solutio P. Suarez, quæ etiam domeſticis diſplicuit, proponitur, & impugnatur *à num.* 77. *vſque ad* 87.

Secunda ſolutio eiuſdem Auctoris refertur, & impugnatur, *à num.* 88. *vſque ad* 90.

Aliorũ ſolutio, aſſerentium, non repugnare divinis decretis futuritionem conditionatam, licet illis repugnet futuritio abſoluta, refertur, & refellitur, *à num.* 91. *vſque ad* 96.

Quinto principaliter probatur concluſio, ex eo quod non ſtat Deũ cognoſcere futurum conditionatum, non cognito decreto libero ſuæ voluntatis: quod nequit cognoſci vt ſub cõditione futurum, nec vt æternum ſub conditione, nec ſufficit cognoſci, præciſſe vt poſſibile. *Num.* 97 98. & 99.

Denique probatur, quia futurum conditionatum non connexum cum cõditione, non poteſt cognoſci pro priori ad decretum: ergo nec futurum conditionatum contingens, etiam ſi cum conditione habeat aliquam connexionem, *à numero* 100. *vſque ad numerum* 104.

§. SEXTVS.

Occurritur argumentis in contra. Pag. 74.

PRimo arguitur, ex eo quod vt aliquid ſit ſub conditione futurum, non eſt neceſſarium decretum ſubiectivè exercitè exiſtens in Deo, ſed ſufficit cõditionata futuritio decreti cognita à Deo. *A num.* 105. *vſque ad numerum* 107.

Reſpondetur duplicitèr prima ſolutio. *A num.* 108. *vſque ad num.* 112.

Secunda verò, *à num* 113. *vſque ad num.* 120. Vbi plures replicæ notabiles diluuntur.

Secundo arguitur: nam Deus cognoſcit omninò infallibiliter omnia futura conditionata circa omnes conditiones poſſibiles: & non exiſtunt in voluntate Dei decreta ſubiectivè abſoluta, & conditionata obiectivè circa tot futura. *Num* 127.

Prima ſolutio Thomiſtarum quorundam, & quidem valdè probabilis aſſignatur. *Num.* 128.

Cæterum defendẽdo poſſe voluntatem divinam ab omni libero poſitivo decreto manere ſuſpenſam, de quo infra *tractatu de voluntate Dei, art.* 9. tribus prænotatis, *à num.* 129. *vſque ad numerum* 131.

Reſpondetur aliter ad argumentum. *Num.* 132.

Adverſus quam ſolutionem plures replicæ, & inſtantiæ proponuntur, & ſolventur, *à num.* 133. *vſque ad numer.* 142.

DISPVTATIO TRIGESIMA Sexta.

An Deus conditionatè contingentia cognoſcat in decreto libero ſuæ voluntatis?

§. PRIMVS.

Referuntur ſententiæ, & ſtatuitur prima concluſio. Pag. 80.

QVod in dubium vertitur eſt: an talia futura in decreto libero, vel in divina eſſentia, vt per illud determinata poſsint, ac debeant cognoſci?

Prima ſententia negativa eſt omnium Ieſuitarum. Secunda affirmativa omnium Thomiſtarum. Pro cuius explicatione eſt.

Prima concluſio: *Decretà ſubiectivè abſoluta, & conditionata obiectivè ſunt in divina voluntate admittenda.* *Num.* 1.

Auctores citantur. *Num.* 3.

Oſtenditur concluſionem eſſe de mente D. Thom. *à num.* 4. *vſque ad numerum* 6.

Secundo probatur: nam implicat aliquid dici, aut eſſe conditionatim futurum, niſi dependenter à decreto divino actu exercitè præſuppoſito in Deo, ſed non à decreto ſubiectivè, & obiectivè abſoluto: à decreto ergo ſubiectivè abſoluto, & obiectivè conditionato. *Num.* 7.

Tertio probatur, ex eo quod in voluntate humana dantur de facto plures actus ſubiectivè abſoluti, & conditionati obiectivè; & in hoc modo rendendi in obiecta nulla apparet imperfectio; ac per conſequens non eſt cur non admittantur in voluntate divina, *à numero* 8. *vſque ad* 11.

Et evaſiones præcluduntur, *à num.* 12. *vſque ad* 14.

Quarto probatur, ex eo quod detur in divino intellectu actus ſcientiæ ſubiectivè

dìvè abſolutus; & conditionatus obiectivè; ac per conſequens dari poterit in divina voluntate actus ſubiectivè abſolutus, & conditionatus obiectivè: contra quæ probatur, & evaſiones præcluduntur, *à num.* 15. *vſque ad num.* 22.

Quinto probatur; ex eo quòd dantur in Deo plures promiſsiones obiectivè conditionatæ, vt eſt illa qua hominibus præmittit gloriam ſub conditione perſeverantiæ *Num.* 23.

Evaſiones præcluduntur; & argumentum vrgetur, *à num.* 24. *vſque ad num.* 29.

Ex quibus infertur non ſolum eſſe poſsibilia talia decreta, ſed etiam de facto dari circa omnia quæ ſunt poſitivè conditionatim futura, *à num.* 30. *vſque ad num.* 33.

§. SECVNDVS.

Soluuntur argumenta contraria. Pag. 85.

IEroratio Alarcon pro Patre Vazquez reprehenditur, & inconſequentiæ arguitur, *à num.* 34. *vſque ad num.* 36.

Primo arguit Vazquez, ex eo quod in obiecto conditionato, nulla intervenit realis mutatio; decretum autem liberum actu exiſtens, abſque reali mutatione in obiecto nequit intelligi. *Num.* 37. & 38.

Solutio P. Arrubal refertur, & impugnatur, *à numero* 39. *vſque ad numerum* 41.

Solutio aſſerentium ſufficere mutationem tantùm moralem in obiecto, vt detur in Deo liberum decretum, refertur, & impugnatur. *Num.* 42. & 43.

Vera ſolutio traditur, *Num* 44. & *num.* 45.

Triplici inſtantia argumentum factum infirmatur.

Secundo alij arguunt ex eo quod omne decretum puràe conditionatum eſt imprudens, otioſum, & inutile; ac per conſequens à Deo relegandum. *Num* 46. & 47.

Reſpondetur. *Num.* 48. & 49.

Inſtatur argumentum. *Num.* 50.

Ad primam, & ſecundam probationem: reſp. *Num.* 51. & 52.

Tertio arguunt: ex eo quod decreto conditionato Dei libero nora correſpondet aliquod connotatum ad extra variabile. *Num.* 53.

Reſpondetur. *Num.* 54.

Et inſtatur argumentum *ibid.*

Replicatur. *Num.* 55.

Solvitur. *Num.* 56.

Denique arguunt, ex eo quod decreto conditionato non correſpondet proprium voluntatis obiectum præſens, adhuc in eſſe obiectivo. Quod triplicitèr confirmant, *à num.* 57. *vſque ad numerum* 60.

Duæ ſolutiones minus ſufficientes, referuntur, & reijciuntur. *Numero* 61. & 62.

Vera ſolutio argumenti, & confirmationum traditur, *à num.* 63. *vſque ad num.* 65.

§. TERTIVS.

De efficacia iſtorum decretorum. Pagina 91.

SEcunda concluſio. *Hæc decreta conditionata ſunt ex ſe, & ab intrinſeco efficacia, & prædeterminantia efficaciter.* Num. 66.

Notatur, quod ſi decreta abſoluta omnino efficacia ſunt ab intrinſeco: decreta ſubiectivè abſoluta, & conditionata obiectivè, ſunt etiam ab intrinſeco efficacia. *Num.* 67.

Quod autè decreta omninò abſoluta ſint ab intrinſeco efficacia, oſtenditur ex D. Auguſtino, & D. Thom. *à num.* 68. *vſque ad* 74.

Deinde probatur ratione Theologica, quia nimirum decretum divinum debet eſſe prima ratio diſcernendi conſentientem à non conſentiente: quod nequit illi convenire, niſi gaudeat efficacia ab intrinſeco prout à Deo. *Num.* 75.

Vlterius: nàm decretum debet eſſe tale, quod ſubordinet Deo voluntatem creatam. *Num* 76.

Tandem ab inconvenientibus quæ ex contraria ſententia ſequuntur; ſequitur enim primo Deum eſſe Auctorem peccati; nec minus eſſe opus illius perditionem Iudæ, quam vocationem Pauli. *N.* 77.

Secundo ſequitur, concurſum creaturæ præcedere concurſum divinum, & conſequenter, quod non eſſet effectus illius; quod eſt erroneum. *Numero* 78. & *num.* 79.

§. QVARTVS.

Reſpondetur directè ad quæſtionem. Pag. 93.

TErtia Concluſio. *Hæc conditionata poſsunt infallibiliter cognoſci à Deo in decreto efficaci ſubiectivè abſoluto,*

Digitized by Google

luto; & conditionato obiectivè. Conclusionem esse de mente D. Agustini ostenditur, à numero 80. vsque ad num. 92.

Et eandem esse expresissimam mentem D. Thom. ostenditur, à num. 92. vsque ad 95.

Prob. ratione primo, etenim quidquid Deus extra se cognoscit attingit in se, & intra se ex parte medij cognoscendi; vt docet D. Thom. Num. 96. vsque ad 98.

Secundo: nàm ab eisdem causis dependent contingentia in cognosci à quibus in esse dependent, futura autem conditionata dependent in esse à decreto libero Dei subiectivè absoluto. Tertio: nàm admisso decreto subiectivè absoluto, & conditionato obiectivè, efficaci ab intrinseco, vt necessario ad statum futuritionis conditionatæ; necessario debet admitti, in illo, & ex illo posse, & debere cognosci condition ta futura: tale autem decretum necessario admittendum esse, probatum est. § 1. & §. 3. ostensum est efficacia intrinseca gaudere. Num. 99. & 100.

Denique ratio qua Vazquez ad oppositum movetur: quod scilicèt, decretū liberū per respectum rationis constituatur; falsitatis, & in efficacie convincitur. Num. 101. & 102.

§. QVINTVS.

Primo argumento contrariorum occurritur. Pag 95.

PRimum argumentum, & cui maximè fidunt contrarij, desumum ex illo Matthæi 11. *Ve tibi Corozaim. Ve tibi Bethsaida: quia si in Tyro, & Sydone facta fuissent virtutes, &c.* Ex quo loco arguunt, quo Deus cognovit Tyriorum conversionem sub conditione prædicationis Christi omninò infallibiliter: & non in decreto efficaci subiectivè absolutò, & obiectivè conditionato: quia aliàs increpatio incredulitatis Iudæorum, saltim vt comparativa, frivola, & innanis esset, à num. 103. vsque ad 109.

Respondetur, à numero 110. vsque ad 114.

Et argumentum ab omnibus esse solvendum ostenditur. Num. 115.

Sed insurgit gravis difficultas. nàm decretum, & prædeterminatio ex illo procedens, requiruntur essentialitèr ad actū, & consequentèr, cui deest decretum & prædeterminatio, deest etiam potentia. Numer. 116. 117. & 118.

Respondetur, à num. 119. vsque ad 121.

Sed adhuc quadrupliciter contra solutionem instatur, à numer. 122. vsque ad 124.

Respondetur, à numero 125. vsque ad 127.

Et argumentum in omnium sententia instatur. Num. 128.

Aliæ instantiæ notabiles proponuntur, & soluuntur, à num. 129. vsque ad 134.

§. SEXTVS.

Occurritur secundo argumento, & explicatur: an Deus prædeterminet voluntatem creatam ad materiale peccati Pagina 101.

SEcundo principaliter arguunt ex pluribus testimonijs Scripturæ, in quibus prædicuntur peccata vt sub conditione futura; at non in decreto subiectivè absolutò, & conditionato obiectivè; aliàs Deo attribuenda esset malitia peccati. Num. 135. & 136.

Respondetur cōmuni solutione Thomistarum distinguente in peccato conceptū entitatis, & perfectionis, à conceptu explicito deformitatis, & concedente ad primum decretum prædestinationum in Deo, ad secūdum verò decretum permissivum. In quibus decretis cognoscūtur peccata futura, sivè absolutè, sivè sub conditionatè. Num. 137.

Quam solutionem egerrime ferunt adversarij, & contra illam plura obijciunt. Num. 138. 139. & 140.

§. SEPTIMVS.

Ex decreto efficaci erga materiale peccati non sequitur Deo attribui malitiam formalem. Pag. 103.

DAtur in Deo decretum efficax ad materiale peccati à malitia formali præscindens. Num. 141.

Probatur ex D. Thom. Numer. 142. & 143.

Probatur secundo, ex eo quod materiale peccati terminat complacentiam divinam, quin illam terminet malitia formalis; ac per consequens terminare poterit volitionem Dei efficacem, quin Deus velit malitiam, à num. 144. vsque ad 146.

Probatur tertio, ex eo quod Deus vult voluntate inefficaci antecedenti materiale peccati, quin velit voluntate inefficaci malitiam formalem: ac per consequens

Digitized by Google

quens etiam poterit velle efficaciter entitatem materialem peccati, præſcindendo à malitia formali. *Num.* 147. 148. & 149.

Solutio contrariorum, aſſerentium voluntatem applicantem omnipotentiam, nõ eſſe voluntatem poſitivam, ſed permiſſivam reſpectu materialis entitatis peccati, refertur, & impugnatur, *à num.* 150. *uſque ad* 154. *A num. vero* 155. *uſque ad* 166. Plures evaſiones excogitatæ ad eludendum efficaciam impugnationum noſtrarum præcluduntur, quæ omninò videnda ſunt.

§. OCTAVVS.

Vlterior aſſumpti probatio à paritate præmotionis efficacis. Pag. 107.

QVarto principaliter probatur aſſumptum, ex eo quod ſtat Deum præmovere voluntatem ad materiale peccati, non præmovendo, nec determinando ad malitiam; nàm Deus de facto concurrit concurſu ſimul ancq; cũ voluntate creata ad materiale peccati, & tamen non concurrit cum illa ad malitiam formalem aliàs Deo tribueretur malitia formalis, ſicut illi tribuitur entitas materialis peccatis ergo etiam poterit prædeterminare ad entitatem materialem peccati quin prædeterminet ad malitiam formalem, *à num.* 167. *uſque ad* 171.

Argumentum hoc male torquet adverſarios: quidam illo convicti auſi ſunt negare Deum etiam per concurſum ſimultaneum cauſare actualitatem actus peccaminoſi, & conſequenter tenentur aſſerere voluntatem creatam eſſe cauſam primam, non ſolum deformitatis, ſed etiam actualitatis, & entitatis peccati. *Num.* 172.

Hæc tamen doctrina hæreſis nota inuritur a D Thom. *Num.* 173 Et efficaciter impugnatur, *à num* 174. *uſque ad* 179.

Et quod præfixta doctrinà rationi naturali adverſetur, probatur. *Num.* 180. 181. & 182.

Alij nolentes, aut non valentes percipere Deum concurrere ad materialem entitatem peccati concurſu concomitanti, præſcindere à formali malitia in cauſando, in ſententiam extremam inclinant aſſerentes *Deum vtrumque* cauſare concurſu *indifferenti prout* ab ipſo, & determinato a voluntate creata.

Contra quos arguitur, ſequi ex hac doctrina *Deum eodem modo* cauſare formalẽ *malitiam, quo cauſat entitatem*; cumque Deus ſit cauſa prima entitatis, erit vere, & propriè cauſa prima formalis malitiæ. *Num.* 183.

Diverſimode reſpondet. Quidam in publicis diſputationibus reſpondebat: Deum non eodem modo, & cũ eadem proprietate Theologicè, benè tamen cum eadem proprietatè Phyloſophicè, ſeu metaphyſicè vtrumque cauſare: quia non cauſat malitiam formalem illam poſitivè volendo, ſed permittendo. *Num.* 184.

Hæc ſolutio nequit ſuſtineri in principijs Auctorum contrariæ ſententiæ; vt oſtenditur. *Num.* 185. & 186.

Alij etiam in publicis diſputationibus abſolutè concedebant Deũ eodem modo, & eadem proprietate cauſare malitiam formalem, qua cauſat actualitatem, & entitatem actus peccaminoſi. *Num.* 187.

Hoc tamen non eſt argumentum ſolvere; ſed potius illius oneri ſuccumbere, & falſitas iſtius evaſiones evidenter oſtenditur, *à num.* 188. *uſque ad num.* 208. Vbi plura notatu digno odducuntur.

Denique aſſumptum principale probatur ex eo, quod Deus concurrit ad materiale peccati concurſu determinato vt ab ipſo; cum Deus ſi prima cauſa entitatis materialis peccati; ſed malitiam formalem non cauſat concurſu à ſe determinato; poterit ergo prædeterminare, & à malitia præſcindere. *Num.* 209.

Ex quo manifeſtè colligitur, quod vt ſalvetur in Deo ratio primæ cauſæ in ordine ad actus liberos debet ad illos concurrere, non ſolum concurſu determinato, vt ab ipſo, ſed etiam determinãte concurſum voluntatis creatæ. *Nu.* 210.

§. NONVS.

Obiectionibus ſupra factis occurritur. Pagina 114.

AD obiectiones factas ſupra §. 6. *num.* 138. 139. & 140. Reſpondetur iuxta datam doctrinam, *à num.* 211. *uſque ad num* 217. & *num.* 218. Tres manifeſtæ inſtantiæ adducuntur argumento, quo intendebatur probari non poſſe Deum formale malitiæ in decreto, & ex vi decreti cognoſcere.

Sed adverſus reſolutionem obijcit quidam Modernus, ſequi ex illa poſſe Deum neceſſitare voluntatem creatam ad materiale peccati materialiter, non neceſſitando illam ad materiale ſumptũ formaliter, nec ad malitiam formalẽ: conſequens eſt falſum, &c. *Num.* 220. Reſp. Ali-

Num. 221.

Aliter proponitur eadem obiectio. Num. 222. Et ſolvitur à num. 223. vſque ad num. 226. Et num. 227. inſtatur argumentum.

§. VLTIMVS.

Cetera argumenta diluuntur. Pag. 117.

TErtio arguunt ex D. Thom. 3. p. q. 1. artic. 3. ad 4 vbi ait, *quod Prædeſtinatio ſupponit præſcientiam futurorum* Num. 229. Reſpondetur, num. 230. & 231.

Quarto arguunt: Nam D. Thom. negat gratiam efficacem ab intrinſeco voluntatis noſtræ prædeterminativam. Num. 232. vſque ad 234. Reſp. à num. 235. vſque ad num. 237.

Reſpondetur, à num. 235. vſque ad num. 237.

Denique obijciunt ex eo, quod vel actus voluntatis Divinæ, v. g. de miraculis à Chriſto patrandis, qui ſimul cum illis ex parte conditionis ingreditur, eſt ex intentione efficaci converſionis Tiriorum, vel ex inefficaci? Si primum, ſuperfluit decretum ſubiectivè abſolutũ: Si ſecundum, repugnat tale decretum: ergo non datur, à num. 238. vſque ad num. 240.

Reſpondetur. Num. 241.

Ex dictis in diſcurſu huius, & præcedentis diſputationis, colligitur primo. Contingentia conditionata cognoſci à Deo in Divinis ideis Num. 242

Colligitur ſecundo, cognoſci in cauſis liberis, ſeu contingentibus, vt ſubſunt Divino decreto præſenti, & præmotioni Intrinſecè, vt ſub conditione futuræ. Num. 243.

DISPVTATIO TRIGESIMA Septima.

An illa ſcientia ſit media inter naturalem, & liberam; vel ad aliquam ex illis pertineat?

§. PRIMVS.

Quæ huiuſdam preſuppoſitis referuntur ſententiæ. Pag. 120.

TRia prænotantur. Num. 1. & 2.

Quod in examen vertitur, & in quo noſtra controverſia conſiſtit, eſt, an ſcientia conditionatorum media ſit inter naturalem, & liberam; an vero ſub Illarum aliqua contineatur? Num. 3.

Tres verſantur ſententiæ. Prima abſolutè affirmat eſſe inter vtramque media. Ita Molina, & cum eo alij ex eadem ſumit. à num. 4.

Solent etiam referri Curiel, & Baſilienſis ſed quia ſentiendam ſit de iis videatur. *numer.* 5. Refertur etiam Lorca, ſed hunc Auctorem principijs ſcientiæ mediæ manifeſtè eſſe contrarium ostenditur. Num. 6. & 7.

Secunda eſt aliorum ex PP. Societatis aſſerentium, ſcientiam illam eſſe propriè liberam; licet non ita perfectè ſicut ſcientia viſionis. Num. 8.

Tertia docet eſſe liberam ſimpliciter, eo quod ſupponit decretum liberum ſubiectivè exiſtens in Deo: ita omnes Thomiſtæ. Num. 9.

§. SECVNDVS.

Parum conſequenter ad propria principia ſcientiam mediam dici probatur. Pag. 122.

PRima concluſio: *Inconſequenter ad propria principia, hæc ſcientia à ſuis profeſſoribus.* Media *appellatur, & maximè in ſententia Molinæ.*

Et probatur: nam iuxta principia ſuorum Auctorum nihil libertatis participat. Num. 10. 11. & 12.

Duæ ſolutiones, referuntur, & refelluntur, à num. 13. vſque ad 17.

§. TERTIVS.

Eſt Deo libera ſubiectivè, & perfectè. Pag. 123.

SEcunda Concluſio. *Scientia conditionatorum contingentium non eſt naturalis, nec media: ſed perfectè, & ſimpliciter libera.*

Oſtenditur primo, ex eo quod hæc ſcientia liberum decretum ſupponit, & illi innititur. Num. 19. & 20.

Oſtenditur ſecundo, ex eo quod hæc ſcientia potuit Deo non convenire; at non ab extrinſeco, & conſequenter eſt perfectè libera. Num. 21.

Tertio, ex eo quod terminatio intellectus divini ad veritatem conditionatam eſt provida abſolutè; & conſequenter provida ſubiectivè, ac proinde ſubiectivè libera. Num. 22. & 23.

Evaſio contrariorum refertur. Num. 24.

Præluditur primo, à num. 25. vſque ad 28.

Præterea principalitèr ſuadetur concluſio, ex eo quod terminatio intellectus divini ad veritates conditionatas convenit Deo evitabilitèr ab intrinſeco, Num. 29.

Solutio contrariorum refertur. Num. 30.

Im-

Impugnatur vero, à *num.* 31. *vſque ad* 35.
Evaſio ivnioris cuiuſdam, refertur. *Nu.* 36.
Præcluditur autem, à *num.* 37. *vſque ad* 40.
Quinto probatur, ex eo quod prædicta terminatio eſt à Deo, vt à principio abſolutè indifferenti: ac per conſequens libera perfectè. *Num.* 41. Evaſiones præcluduntur, à *num.* 42. *vſque ad* 44.
Sexto probatur, quia niſi prædicta ſcientia ſit libera, ſequitur deſtruit libertatem divinam, à *num.* 47. *vſque ad* 49.
Denique principaliter probatur, ex eo quod non ſtat ſalvari contingentiã ſcientiæ conditionatæ, quin illi concedatur libertas reſpectu Dei. *Num.* 51.

§. VLTIMVS.

Argumentis contrariorum occurritur. Pag. 129.

ARgvitur primo, ex eo quod poſito decreto efficaci, infallibiliter ſequitur conditionata futuritio; ac per conſequens admittere tenemur hanc ſcientiam eſſe liberam ſubiectivè, & neceſſariam obiectivè: ac proinde medium, inter liberam, & naturalem. *Num.* 52.
Reſpondetur. *Num.* 53. Replicatur. *Num.* 54. Solvetur replica. *Num.* 55.
Arguitur ſecundo ad probandum, expoſitione ſcientiæ mediæ, non ſequi tolli libertatem divinam. *Num.* 56. Reſpondetur. *Num.* 57.
Denique arguitur: nam ex ſcientia media non ſequitur per conſequentiam immediatam leſio libertatis creatæ: ac per conſequens, nec deſtructio libertatis divinæ. *Num.* 58. Reſpondetur. *Num.* 59.

DISPVTATIO TRIGESIMA
Octava.

An ſcientia media neceſſaria ſit ad conciliandam efficaciam gratiæ cum noſtra libertate?

§. PRIMVS.

Vera ſententia eligitur, & probatur ex Auguſtino. Pag. 131.

PRima ſententia affirmat. Ita omnes profeſſores ſcientiæ mediæ. *Num.* 1.
Secunda eſt negativa omnium Thomiſtarum
Quæ ſuadetur primo; ex eo quod Auguſtinus rectè conciliavit efficaciam gratiæ cum libertate noſtra; & ad hoc ſcientiæ mediæ non meminit, à *num.* 2 *vſque ad* 10 vbi mens Auguſtini primè expenditur.

§. SECVNDVS.

Aliis argumentis probatur noſtra ſententia. Pag. 133.

SEcundo probatur noſtra ſententia, ex eo quod in ſtatu conditionato, in quo obiectum ſcientiæ mediæ illam intelligitur antecedere, præintelligitur efficax gratia, & tamen in illo ſtatu illæſa manet arbitrij libertas. Quo argumento convictus eſt doctiſſimus Raulius. *num.* 11. Solutiones adverſariorum, & earum impugnationes valdè notandæ proponuntur, à *num.* 13. *vſque ad num.* 20.
Tertio principaliter ſuadetur impugnando rationem, qua contrarij moventur, quia nimirum efficacia gratiæ à noſtra voluntate independens non eſt conſequens, ſed antecedens. *Num.* 21.
Denique oſtenditur ratione à priori, quia efficacia inferens, & cauſans noſtram libertatem non poteſt illam deſtruere: talis autem eſt efficacia gratiæ prævenientis à ſciencia media independens. Qua ratione vſi ſunt D. Auguſtinus, & D. Thom. à *num.* 22. *vſque ad num.* 27.

§. TERTIVS.

Argumentis in contrarium occurritur. Pag. 136.

VIs omnium, quæ contrarij adverſus concluſionem opponunt, ad hoc vnũ reducitur: Quod efficacia gratiæ à noſtra voluntate independens, & ab illa inevitabilis, reddit inevitabilem actum; eo autem ipſo, quod efficacia gratiæ evitabilis ſit à voluntate noſtra, debet eſſe conſequens, & conſenſum noſtrum ſupponens, cumque nequeat ſupponi vt abſolutè futurus, præſupponi debet vt futurus ſub conditione. Et aſſumptum probant à *num.* 28. *vſque ad num.* 33.
Reſpondetur à *num.* 34. vbi oſtenditur, aſſumptum, cui contrarij innituntur, ex preſſe adverſari D. Thom. & proſequitur ſolutio vſque ad *Num.* 40.

§. VLTIMVS.

Corollaria à Præcedenda doctrina. Pag. 139.

EX dictis in præcedentibus colligitur primo, aſſertores ſcientiæ mediæ teneri negare Deo ſummam, ſupremãque libertatem in præciſſiniendo efficaciter, à *numero* 41. vſque ad *Num.* 44. Se-

Digitized by Google

Secundo ſequitur ex eadem doctrina, Deũ non eſſe infinitum in prædifiniendo. *Num.* 45.

Tertio ſequitur, Deũ non eſſe ſummè liberum in efficiendo, nec primam cauſam conſenſus liberi voluntatis creatæ, iuxta principia Scientiæ Mediæ. *Num.* 46. 47. & 48.

Quarto infertur, Deum non eſſe ſummè providum, illiuſque providentiam vniverſalem non eſſe. *Num.* 49

Quinto infertur, ſupremum Dei Dominiũ per ſcientiam mediam everti. *Num.* 50.

Sexto infertur, in principijs ſcientiæ Mediæ Deum eſſe primam cauſam efficientem peccati pro formali malitiæ, & primum Authorem illius. *Num.* 51. 52. & 53.

Denique infertur, ſcientiam mediam non ſolum mediatè, ſed etiã immediatè, tollere libertatem creatam, à *num.* 54. vſque ad 56.

DISPVTATIO TRIGESIMA Nona.

An Deus futura contingentia abſolutè cognoſcat in decreto prædiffinitio?

§. PRIMVS.

Quibuſdam præſuppoſitis referuntur ſententiæ. Pag 143.

QVædam certa prænotantur, à *Num.* 1. vſque ad 4.

Quod in examen vertitur eſt: An in decreto libero, vel in Divina eſſentia, vt determinata per illud, cognoſcat Deus hæc futura tãquam in medio cum illis connexo? Prima ſententia abſolutè negat. Secunda diſtinguit de futuris, & de quibuſdam affirmat, de alijs verò negat. Tertia, & vera affirmat omnia in vniverſum futura cognoſci in decreto. *Num.* 5. & 6.

§. SECVNDVS.

Vera ſententia probatur. Pag 144.

PRobatur ex D. Auguſtino. *Nu.* 7. Deinde ex D. Thom. *Num.* 9.

Tertio probatur ratione à priori, quia nimirum futura omnia contingentia cognoſcuntur à Deo in ſua eſſentia, tanquam in cauſa, & obiecto prius cognito, at non in illa ſecundum formalitates neceſſarias: ergo ſecundum aliquam formalitatem liberam, &c. *Nu.* 10. & 11.

Duplex ſolutio contrariorum refertur. *Num.* 12. Sed impugnatur. *vſque ad* 15.

Denique probatur, ex eo quod decreto divino nihil deeſt, vt ſit medium in quo Deus futura contingentia cognoſcat. *Num.* 16. Solutio prima ex P. Vazquez impugnatur, *Num.* 17. & 18.

Secunda ſolutio, ex P. Alarcon impugnatur, à *num.* 19. *vſque ad* 21. Alia evaſio præcluditur. Num. 22.

§. VLTIMVS.

Argumentis occurritur. Pag. 146.

ARguitur primo, ex eo quod Deus cognoſcit formale peccati futurum, & tamen non in decreto efficaci, quod de illo habeat, &c. *Num.* 23

Reſpondetur, à *num.* 24. *vſque ad* 26.

Secundo arguitur, ex eo quod decretum liberum non eſt priùs intelligibile, quam effectus futurus. *Num.* 27.

Reſpondetur, à *num.* 28. *vſque ad* 30.

Tertio arguitur, ex eo quod videtur ſequi ex noſtra doctrina ſcientiam futurorum differre virtualiter à ſcientia poſſibilium, quod eſt contra communem Theologorum ſententiam. *Num.* 31.

Reſpondetur dupliciter, primo, *Num.* 32. Secundo. *Num.* 33.

Denique arguitur, ex eo quod Deus cognoſcit futura contingentia in ideis, idea autem in Deo præcedit omne decretum liberum *Num.* 34. Reſpondetur. *Num.* 35. Replicatur. *Num.* 36. Reſpondetur dupliciter ad replicam; primo. *Num.* 37. Secundo. *Num.* 38. & 39.

DISPVTATIO QVADRAGESIMA.

An hæc futura ideò ſint futura, quia ſcita: an è contra ideò ſciantur, quia futura ſunt?

§. PRIMVS.

Præmittuntur, quæ apud omnes ſunt certa. Pag. 150.

IDem eſt atque inquirere, an ſcientia viſionis ſit cauſa rerum? *Num.* 1.

Supponitur tanquam fide certum, Deũ per intellectum, & voluntatem creaturas producere. Quæ veritas oſtenditur à *num.* 2. *vſque ad* 9.

Deinde replicatur diviſio ſcientiæ in ſcientiam viſionis, & ſimplicis intelligentiæ. *Num.* 10

Tertio præmittitur, qualiter ad artificiati formationem, ſcientia voluntas, &

Digitized by Google

vis executiva concurrant. *Num*, 11.

§. SECVNDVS.

Referuntur sententiæ, & statuitur prima conclusio. Pag. 151.

Conveniunt Auctores in eo quod scientiæ simplicis intelligētiæ competat esse directivam in actu primo, & probatur. *Num.* 12. 13. & 14.

Desident autem in assignando, cui ex prædictis scientijs sit attribuenda actualis directio? Et dividuntur in duas extremas sententias. Prima contendit solis simplici notitiæ talē directionem esse adscribendam; & scientiam visionis nullatenus esse practicam, sed purè speculativam. Ita omnes Doctores Societatis. *Num.* 15.

Secunda per oppositum docet, scientiā visionis esse causam rerum in actu secundo; scientiam verò simplicis intelligentiæ solum in virtute, seu in actu primo esse causativam. Ita Thomistæ. *Numer.* 16.

Prima Conclusio: *Scientia simplicis intelligentiæ concurrit actualiter ad creaturarum productionem dirigendo remotè, & mediatè.*

Probatur primo, auctoritate D. Tho. & ex comparatione scientiæ Dei respectu creaturarum cū scientia artificis creati ad artificiata, *à num.* 17. *vsque ad* 20.

Plures replicæ, & instantiæ adversus rationem proponuntur, & solvuntur, *à num.* 21. *usque ad* 30.

§. TERTIVS.

Statuitur secunda conclusio. Pag. 154.

Secunda conclusio: *Scientia liberæ visionis est causa creaturarum, & proxima regula productionis illarum.* Et expressa D. Thomæ ostenditur. *Num.* 31. 32. & 33. Et prob. ex D. August. *Num.* 34. Solutio P. Vazquez, refertur, & reijcitur. *Num.* 35. & 36. Solutio Arrubalis ad Auctoritatem D. Gregorij refertur, & refutatur. *Num.* 37. 38. & 39.

Secundo probatur quia imperium divinum concurrit ad productionem creaturarum, imperium autem est scientia visionis. *Num.* 40.

Solutio asserens imperium non esse actum intellectus, sed voluntatis reijcitur. *Num.* 41.

Alia solutio asserens imperium non esse actum distinctum a [illegible] intelligentiæ impugnatur, *à num.* 42. *vsque ad* 44.

Alia solutio, quæ adhiberi potest, refertur, & refellitur, *à num.* 45. *vsque ad* 47.

Denique ostenditur conclusio, ex eo quod perfectior modus directionis est, qui fit per scientiam visionis, qui proinde debet tribui Deo. *Num.* 48. *vsque ad* 52.

§. QVARTVS.

Diluuntur duo principalia argumenta sententiæ contrariæ. Pag. 157.

Arg. primo auctoritate Patrum passim asserentium non ideò rem esse futuram, quia scitur à Deo, sed è contra; *à num.* 53. *vsque ad* 57. Resp. *à num.* 59. *vsque ad* 62.

Secundo arguit Vazquez, ex eo quod scientia visionis terminatur ad res futuras, aut existentes; ac per consequens supponere debet illarum futuritionem. *Numer.* 63. Resp. *Num.* 64. Replicatur. *Num.* 65. Solvitur replica, *à num.* 66. *vsque ad* 69.

§. VLTIMVS.

Cætera argumenta diluuntur. Pag. 160.

Tertio arg. ex eo quod scientia simplicis intelligentiæ, quæ est causa creaturarum in actu primo, debet illas in actu secundo causare. *Num.* 70. Solutio quædam reijcitur. *Num.* 71. Vera solutio tacitur. *Num.* 72.

Quarto arg. quia ad directionem potentiæ executivæ Dei sufficit scientia simplicis intelligentiæ; ac proinde scientia visionis non concurrit. *num.* 73. & 74. Resp. *à num.* 75. *vsque ad* 77.

Denique arg. ex eo quod scientia regulās creaturarū productionem debet præ illarum quidditativa cognitio: scientia autem visionis, quatenus a scientia simplicis intelligentiæ distinguitur, non est quidditativa cognitio. *Num.* 78. 79. Solutio doctissimi cuiusdam Thomistæ, refertur. *Num.* 80. Et reijcitur. *Num.* 81. & 82. Aliter resp. *Num.* 83. & 84.

DISPVTATIO QVADRAGESIMA

An omnia futura contingentia Deo ab æterno physicè in mensura æternitatis coexistant? Prima.

Quibusdam præsuppositis §. PRIMVS.

Quæ apud omnes sunt certa traduntur, & referuntur sententiæ. Pag. 163.

num. 1. *vsque ad* 50

Prima ſententia negat, & auctores eius citantur. *Num.* 6. Secunda affirmans, & eius Auctores. *Num.* 7.

§. SECVNDVS.

Vera ſententia eligitur, & auctoritate probatur. Pag. 164.

SEntentia aſſerens futura phyſicè coexiſtere Deo in menſura æternitatis eſt omnium Thomiſtarũ, & pro concluſione ſtatuitur. Et probatur primo auctoritate Patrum paſſim negantiũm Deo præſciẽtiam in rigore; eo quod Deo nihil eſt futurum, ſed omnia ſunt illi præſentia, *à num.* 8. *vſque ad* 10.

Evertitur communis contrariorum ſolutio, *à num.* 11. *vſque ad* 18.

Aliorum ſolutio aſſerentiũ Patres ſolum negare præſcientiam imperfectam, & coniecturalem, qualis convenit intellectui creato, minus ſufficiens eſt vt oſtenditur. *Num.* 19. & 20.

§. TERTIVS.

Probatur ex D. Thom. Pag. 167.

AVctoritates D. Thom. citantur, & expenduntur, & extortæ explicationes refutantur, *à num.* 23. *vſque ad* 28.

§. QVARTVS.

Probatur eadem ſententia rationibus. Pagin. 168.

DEinde prob. concluſio ratione, ex eo quod æternitas eſt curatio infinita indiviſibilis, & tota ſimul: ac per cõſequens ratione infinitatis continet omnem mẽſuram durationis inferioris, & ratione ſimultatis omnibus durationibus inter ſe ſuccedẽtibus, abſque ſucceſſione ab æterno coexiſtit. *Num.* 29.

Contrariorum ſolutio refertur, & impugnatur, *à num.* 30. *vſque ad* 35.

Quinto prob. nam ſi futura omnia non ſint Deo ab æterno in ſua æternitate præſẽtia, nulla erit ratio cur abſque phyſica mutatione, non poſsit Deus aliquid in tempore incipere velle: Deum autẽ fore phyſicè mutãdum, ſi aliquid de novo in tempore vellet docet D. Tho. *N.* 35.

Denique prob. nam ſequeretur ex oppoſito Deum aliquid de novo in tempore ſcire. *Num.* 36. Prima ſolutio refertur, & impugnatur. *Num.* 37. Secunda verò *Num.* 38.

§. QVINTVS.

Argumentis contrariorum occurritur. Pagin. 169.

ARguitur primo Auctoritatibus D. Thom. *à num.* 39. *vſque ad* 43.

Sed parum vrgent cum demente D. Thom. clariſsime conſtet, & explicantur, *à num.* 44. *vſque ad* 48.

Secundo arg. nam implicat alteri coexiſtere quin prius exiſtat in ſe: Anti-Chriſtus autem nunc non exiſtit; nec ab æterno exiſtit in ſe. *Num.* 49. Traditur communis ſolutio. *Ibid.* contra quam multipliciter inſurgunt adverſarij. *Num.* 50. & 51. Reſp. *à num.* 52. *vſque ad* 56. Obiectio notabilis proponitur. *Nu.* 57. Reſp. *Num.* 58. & 59.

Tertio principaliter arguitur, ex eo quod implicat aliquid exiſtere in extrinſeca, & aliena menſura, quin prius exiſtat in menſura intrinſeca, & propria: Anti-Chriſtus autem non exiſtit ab æterno in duratione propria, & intrinſeca. *Nu.* 60. & 61. Reſp. *à num.* 62. *vſque ad* 66.

Denique arg. ex pluribus inconvenientibus, quæ ſequi videntur ex noſtra ſentẽtia Primum eſt: bis quamcumque creaturam produci, Secundũ non poſſe. Deũ rem ſemel creatam: dirigere in nihilũ. Tertium res omnes creatas phyſicè inter ſe coexiſtere. Quartum duas contradictorias dari ſimul veras in æternitate. Ad tandem dari multitudinem actu infinitam. *Num.* 67. & 68.

Reſpondetur *à num.* 69. *vſque ad* 74.

§. VLTIMVS.

Aliter prima ratio formatur, & alia argumenta diluuntur. Pag. 175.

ALiter formari poteſt prima ratio probativa concluſionis, nimirum quod in æternitate non datur ſucceſsio formalis, nec formalis extenſio: ac per conſequens Verbo vniente pro nunc æternitatis, verum eſt dicere Anti-Chriſtus exiſtit de præſenti in æternitate. *Num.* 75.

Quæ contra hanc rationem, ſic propoſitã militant, proponuntur, & ſolvuntur, *à n.* 76. *vſque ad* 87. Alia argumenta proponuntur, & ſolvuntur, *à n.* 88. *vſq; ad* 96.

DISPVTATIO QVADRAGESIMA Segunda.

An phyſica futurorum præſentia in æternitate conducat vt Deus certò illa intuitivè cognoſcat

§. PRIMVS.

Relatis sententijs, statuitur prima conclusio. Pag. 180.

TRes versantur sententia prima negat horum futurorum præsentiã ad Dei cognitionem requiri. Secunda asserit à deò esse necessariã, vt sine illa nec ratio intuitionis, nec ratio certitudinis subsistere possit. Tertia, & inter vtramque media affirmat, esse talẽ presentiã necessariam, non ad certitudinem bene autem ad intuitionem. *Num.* 1. & 2.

Prima conclusio. *Respectivè ad causas cõtingentes nulla esse potest ratio certitudinis cognitionis divinæ, nisi physica præsentia futurorum ad æternitatem.* Num. 3. Probatur primo ex D. Thom. & ex illo, ratione. *Num.* 4.

§. SECVNDVS.

Non esse necessariam præsentiam in æternitate ad certitudinem scientiæ probatur. Pag. 181.

SEcunda conclusio. *Ad certitudinẽ cognitionis Divinæ futurorum contingentium non est medium vnicum præsentia illorum ad æternitatem.* Num. 5. Prob. 1. ex D. Thom. *num.* 6. & 7.

Secundo ratione: nã decretum efficax infallibiliter cum futuritione contingentium connexum est sufficiens ratio infallibilis cognitionis. *Num.* 8.

Obiectiones, quæ contra conclusionẽ, & eius rationem probativã militant, proponuntur, & solvuntur, à *num.* 9. *vsque ad num.* 15.

§. TERTIVS.

Ad quid necessaria sit explicatur. Pag. 182.

TErtia conclusio. *Præsentia physica futurorum ad æternitatem omninò necessaria est vt cognitio divina ad illa terminata sit intuitiva.* Conclusio est D. Thom. *num.* 16. Illam probat Granados ratione minus efficaci, à *num.* 17. *vsque ad* 19.

Aliter, & fortius suadetur, quia nimirum de ratione notitiæ intuitivæ est quod terminetur ad obiectum extra causas existens. *Num.* 20. & 21. Triplex evasio præcluditur, à *num.* 22. *vsque ad num.* 26.

§. VLTIMVS.

Argumentis occurritur. Pag. 184.

ARguunt primo contrarij, ex eo, quod notitia rei habita per propriam speciem, terminata ad eius quidditatẽ, existentiam, & accidentia verè est intuitiva, à *num.* 28. *vsque ad* 30. Resp. *nu.* 31. & 32.

Arguunt secũdo, ex eo, quod cognitio Dei terminata ad futura est intuitiva ab æterno adæquatè secundũ omnem virtualitatem divinæ æternitatis; futura autem non sunt præsentia in æternitate ab æterno adæquatè secundũ omnẽ virtualitatem æternitatis. *Num.* 33.

Solutio Recentiorũ refertur, & refellitur, *num.* 34. Vera solutio traditur, *num.* 35.

Contra quã duplex obiectio proponitur, *nu.* 36. Resp. *nu.* 36. & 37. & 38.

Tertio arguunt: nam omnia futura sunt physicè præsentia ævo Angelico, & tamen non cognoscat Angelus futura cõtingẽtia intuitivè, *nu.* 39. Resp. *nu.* 40.

Denique arguunt, quod ex nostra sententia sequitur nihil à Deo vt futurum cognosci; nec cognoscit vnum tanquã prius alio. *num.* 41. Et confirm. *num.* 42. Resp. *nu.* 43. & 44.

TRACTATVS QVINTVS, de Divinis idæis.

DISPVTATIO QRADRAGESIMÆ tertia.

An ideæ in Deo sit Divina essentia, vel creatura obiectivè existens in Divino intellectu?

§. PRIMVS.

Idearum existentia probatur. Pag. 182.

DAri in Deo idæas etiã Gentiles cognoverunt, & probatur hæc veritas, *n.* 1. & 2. Idææ diffinitio traditur, *n.* 3. Forma triplicitèr dicitur, *ibidem.* Operari propter finem dupliciter dicitur, *num.* 4. Obiectio quædã proponitur, *nu.* 5. Solutio minus sufficiens reijcitur, *nu.* 6. Vera solutio assignatur, *num.* 7.

§. SECVNDVS.

Eligitur vera sententia, & aliquorum rationes examinantur. Pag. 190.

QVod in examen vertitur est: an idea ad quam Deus inspiciens creatu-

turas producit ſit Divina eſſentia, vel creatura ipſa obiectiva divino intellectui?

Prima ſententia hoc ſecundum affirmat. Vera ſententia primum, *num.* 9. Hæc eſt Thomiſtarum, & noſtra, quam Molina, Suarez, & Arrubal, probant rationibus parum efficacibus, vt oſtenditur à *num.* 11. *vſque ad num.* 15.

§. TERTIVS.

Vera ſententia probatur. Pag. 191.

PRobatur in primis ex modo loquendi Patrum de Divinis idæis, *n.* 17. Deinde ex D. Tho. *num.* 18.

Tertio ex eo, quod inter idæam & idæatũ debet intervenire realis diſtinctio: creaturæ autem, vt obiectivè cognitæ à Deo non diſtinguuntur realiter à ſe ipſis exiſtentibus. *Num.* 19.

Hæc ratio diſplicet Molinæ, & Suarez, & eorum ſolutio aſsignatur. *Nu.* 20. Sed impugnatur. *Num.* 21. & 22.

Denique prob. ratione D. Tho. quia nimirum idæa ſeu exemplar eſt finis, quã ſibi artifex præfigit ſuæ operationi: repugnat autem Deum agere propter finem diſtinctũ à ſe. *Nu.* 23. Solutio quæ aſsignari poteſt refertur. *Num.* 24. & 25. Sed impugnatur. *Num.* 26. & 27.

§. QVARTVS.

Quinque argumentis occurritur. Pag. 194.

ARguitur primo, ex eo quod creaturis cognitis à Deo convenit ideæ diffinitio. *N.* 28. Reſp à *n.* 29. *vſq; ad* 32.

Secundo arg. nam ad rationem ideæ ſufficit diſtinctio penes modũ eſſendi à parte rei, & intra intellectum. *Num.* 33. Reſp. *Num.* 34. Et ad replicam notandam ſit ſatis. *Num.* 35. & 36.

Tertio arg. ex eo quod creaturis cognitis, & omni alio ſecluſo, poſſet Deus ad illarum productionem procedere. *Nu.* 37. Reſp. *Ibid.*

Quarto arg. nam artificiatum ipſum formandum cognitum ab artifice creato fortitur reſpectu illius ratione ideæ: ergo reſpectu Dei creaturæ cognitæ. *Nu.* 38. Rationes diſcriminis, quas Vazquez, & Molina aſsignant, ſunt inſufficientes. *Num.* 38. 39. & 40.

Duplex aliã ſolutio traditur. *num.* 40.

Quinto arg. nam Chriſtus vt prædeſtinatus dicitur exemplar prædeſtinationis aliorum. *num* 42. Reſp. Chriſtum dici exemplar prædeſtinationis ex parte effectus, non autem reſpectu Dei prædeſtinantis. *num.* 43.

§. QVINTVS.

Occaſione ſexti argumenti explicatur ſub qua ratione divina eſſentia ſortiatur rationem ideæ. Pag. 196.

ARg. ſexto: ex eo quod inter idæam, & idæatum debet eſſe ſimilitudo, & convenientia in illo prædicato, in quo ideatum imitatur idæam: quæ ſimilitudo, & convenientia non datur inter divinam eſſentiam, y creaturas, *à num.* 44. *vſque ad* 48.

Argumentum petit vt explicetur ſub qua ratione divina eſſentia ſortiatur rationem ideæ. Qua in re Henricus de Gãdavo docuit Verbum divinum eſſe ideã, qua Deus ſupremus artifex ad extra operatur. *num.* 49.

Hæc verò ſententia communiter diſplicet Theologis, & refutatur, *à num.* 50. *vſque ad* 54.

§. SEXTVS.

Quæ pro Henrico faciunt diluuntur. Pag. 199.

ARguitur primo in favorem Henrici auctoritate Auguſtini. *nu.* 55. Reſp. *nu.* 56. Secundo. *nu.* 57. Inſtatur. *nu.* 58 Solvitur replica. *num.* 59.

Secundo arg. in favorẽ eiuſdem Auctoritate D. Tho. aſſerentis Deum patrem operatum eſſe creaturas per ſuum Verbum, qui eſt Filius, & per ſuum amorẽ, qui eſt Spiritus Sanctus. *nu.* 60. Reſp à *nu* 61. *vſque ad* 71. Vbi pluribus replicis fit ſatis, & explicatur, qua ratione Verbum dicatur creaturarum idæa.

Denique arguitur in favorẽ eiuſdẽ, ex eo quod Deus eſt creaturarum idæa prout eſt Verbum illas repræſentans proprio intellectui: Verbũ autem eſt nomẽ perſonale, & ſolum dicitur de ſecunda perſona. *nu.* 72. *vſque ad* 74. Reſp. primo. *nu.* 75. *vſque ad* 77. Contra quam ſolutionem replicatur, *nu.* 78. *vſque ad* 81. Reſp. à *num.* 82. *vſque ad* 85. Inſtatur. *nu.* 86. Exiſtimatio Magiſtri Bañez. *nu.* 87 Relata non placet, & reiicitur, *à num.* 88. *vſque ad* 90. Aliis inſtantijs ſit ſatis *à num.* 91. *vſque ad* 95.

§. SEPTIMVS.

Examinantur alij modi dicendi. Pag. 206.

Sententia Durandi refertur, *num.* 96. & 98.

ius sententia reijcitur primo in
à asserit; quoad ea predicata, quę
niunt creaturis, & nō Deo, ipsas
ras, quatenus à Deo cognitas ha-
ationem idææ. *Num.* 99.
n eo quod ait, Deo convenire im
dam rationem idææ, à *num.* 100.
ad 102. Duplicet etiā in eo quod
t esse cognitum creaturarum, in
rationē idææ consistere docet, esse
:ctum cognitionis divinæ ad crea-
s. *Num.* 103. 104. & 105.
ue displicet, in eo quod asserit idæā
semper esse rem; sed aliquando ci-
itionem. *Num.* 100. & 170.
as dicendi modus est aliorum asserē
m idæam divinam consistere non in
ina essentia vt cognita; sed vt est a-
ralis cognitio. Et secundum hanc ra
onem esse similem creaturis non in es
entitativo, sed in esse intentionali.
ro hoc modo dicēdi refertur D. Bona
entura, & illum tenent Vazquez, &
uarez. *Num.* 108. & 109.
iste modus dicendi est contra D. Tho.
& impugnatur, à *nu.* 110. *usque ad* 127.
ndamentis, quibus innititur hic modus
licendi, quæ nullius roboris sunt, sit sa
tis, à *num.* 128. *usque ad* 133.

§. OCTAVVS.

*Vera resolutio traditur, & soluitur ar-
gumentum.* Pag. 213.

CONclusio est: *Essentiam divinam sub ra-
tione essentiæ esse ideam obiectivam, sub
ratione Verbi esse ideam formalem non
absolutè, sed cognitam, vt comparatam
cum creaturis, vt imitabilem diversimode
ab illis.* Num. 134.

Ante probationem primæ partis duo præ
notantur. *Nu.* 134. & 135. Et prob. quia
exemplar externum in artifice creato
ideò obtinet rationem idææ, quia vt
obiectum cognitum movet, & irrigit ip
sum. *Num.* 136.

Secūdo, ex eo quod id, quod aliud cōtinet
perfectè; potest accipi vt propria ratio
illius; at divina essencia continet actu
perfectè omnes perfectiones creatas.
Hæc ratio prosequitur, à *nu.* 137. *usque
ad* 153.

Ex quibus obiter colligitur creaturas non
solum assimilari cum Deo, vt repræsen
tante; sed etiam assimilari cum Deo in
tra intrā essendi, à *nu.* 154. *usque ad* 156.

Secūda vero pars cōclusionis prob. ex eo
quod Verbum in artifice creato ideò est
formabile, quia intellectus artificis
repræsentat artificiatū formabile, &
Ill.ᵐⁱ Epiſcop. GODOY in 1, p. Tom. 2,

modum formationis illius: divina autē
essentia vt Verbum perfectissime repræ
sentat creaturas. *Num.* 157.

Differina, quæ intercedunt inter Verbum
creatum, & divinam essentiam quan-
tū ad hoc notantur. *N.* 158. 159. & 160.

Tertia pars conclusionis est expressa D.
Tho. in præsenti vt ostenditur. *Nu.* 161.
& 162.

Deinde prob. nam iuxta cōmunē Theolo
gorū sententiā in Deo sunt plures idææ:
sed si divina essentia esset creaturarum
idea cognita vt imitabilis absolutè, nō
essent plures idææ, à *n.* 163. *usque ad* 165.

Obiectio notatu digna proponitur. *N.* 166.

Resp. Dupliciter, primo. *Num.* 167.

Secundo. *Num.* 168.

Ad Sextum Argumentum principale. *nu.*
44. propositum resp. primo. *Num.* 169.

De qua solutione refertur iudicium. *N.* 170.

Resp. secundo, & conformiter ad propriā
doctrinam, à *num.* 171. *usque ad* 178.

Sed adversus dicta insurgit Vazquez in-
tendens probare, non sufficere, quod
Deus eminēter cōtineat prædicata crea
turarum propria ad hoc vt suam essen-
tiam aspiciens ad illius instar illas per-
fectiones efficiat. *Nu.* 179. 180. & 181.

Obiectiones Vazquez diluuntur, à *n.* 182.
usque ad 186.

§. NONVS.

*Occasione vltimi argumenti explicatur plu-
ralitas idearum.* Pag. 222.

DEnique principaliter, arguitur, ex eo
quod in Deo dantur plures idææ; at
si essentia idææ divinæ consistit in ali
quo in creato non potest in Deo plura
litas idearum salvari. Quod argumen-
tum pro sequitur, & confirmatur, à *nu.*
187. *usque ad* 191.

Hoc argumentum petit vt explicemus, an
in Deo sint plures idææ: & qualiter
hæc pluralitas possit compon; cum vni
tate divinæ essentiæ? A qua difficulta-
te faciliter se expediunt, qui essentiam
idææ in creaturis à Deo cognitis consi-
stere docent, & similiter Durandus, cu-
ius sententia supra relata est. Num. 192.
193. & 194.

Aureolus negat pluralitatem idearum
Oppositā sententia est communis Theo
logorum, & probatur ex modo loquen
di Patrum. *Num.* 196. & 197.

Communis sententia probatur primo ab
aliquibus, ex eo quod Angelus, & ho-
mo v.c. imitātur divinam essentiam se
cundum gradum vitæ; lapis, & alia eius
dem generis secundi gradum essendi, in

Quo gradus eſt in Deo virtualis, & ratio eius diſtinctio, ac proinde imitantur ſecundum diverſas rationes. *Num.* 198.

Hæc ratio licet contineat veram doctrinam diminuta eſt. *Num.* 199. & *num.* 200.

Secundo probatur ab alijs, ex eo quod Divina eſſentia, vt idæa concipitur vt forma extrinſeca rerum, quas idæaliter cauſat; vnde inferunt, quod Divina eſſentia, quamvis comparata cum Deo ſit vna, prout tamen comparatur ad creaturas, non vna, ſed plures eſt, *à nu.* 201. *vſque ad num.* 203.

Sed non placet hæc ratio, & reijcitur *à num.* 204. *vſque ad num.* 209.

Tertio alij, & quidem ex D. Th. diſcipulis non pauci, probant ex eo, quod imitabilitas Divinæ eſſentiæ à creaturis, etſi nõ conſiſtat in reſpectu rationis, vt in ratione formali conſtituente Dei eſſentiam imitabilẽ, in illo tamẽ, vt modo complente conſiſtit; ſed reſpectus rationis, quibus Divina eſſentia reſpicit creaturas, vt ab illis in particulari imitabilis ſunt plures, &c. Quæ ratio proſequitur, & doctrina ex D. Thom. fulcitur, *à num.* 210. *vſque ad num.* 216.

Quam quidam parum efficaciter impugnant, *num.* 217.

Et ab illis facilis negotio ſe expediunt iſtius ſententiæ Authores, vt oſtenditur *à num.* 218. *vſque ad num.* 224.

§. DECIMVS.

Fertur de propoſita ſententia iudicium. Pagin. 229.

Licet prædictus modus dicendi probabilis ſit, vt vidimus §. præcedenti; ab illo tamen recedimus, quia ideæ exiſtunt ab æterno in Deo; reſpectus autem rationis non exiſtunt ab æterno. *Num.* 225.

Obijcitur, quod hoc argumentũ oblecit ſibi D. Thom. & ſolvit, *num.* 226. Reſp. *num.* 227. & 228. Adverſus ſolutionẽ, quæ communis eſt replicatur, *num.* 223. Sed reſp. *num.* 230. & 231.

Ad argumenta, quibus præfati Authores probare Intendunt idæam per reſpectum rationis compleri. Reſp. *à num.* 232. *vſque ad num.* 237.

§. VLTIMVS.

Probatur idearum diſtinctio, & vltimum argumentum diluitur. Pag. 232.

Diſtinctio idearum probatur ratione ex doctrina D. Tho. deſumpta. Quod ſcilicèt Divina eſſentia non fortitur rationem ideæ, niſi cognita vt immitabilis à creaturis in particulari, & cum illis in particulari proportionata: creaturæ autem ſecundum vltimas differentias, diverſimodè imitantur divinam eſſentiam, &c.

Hæc ratio expenditur, & roboratur *à nu.* 238. *vſque ad num.* 251.

Ex quibus duplex ſolutio deducitur ad argumentum Aureoli, prima *num.* 252 *vſque ad num.* 254. Secunda, *à num.* 255. *vſque ad num.* 260. Sed adverſus ſolutionem tripliciter inſtatur, *à num.* 261. *vſque ad num.* 263. Reſp. *à nu.* 264. *vſque ad num.* 267.

Ex dictis in diſcurſu diſputationis colligitur primo. Si Divina eſſentia non contineret eminenter creaturas, non eſſet illarum idea obiectiva, nec formalis. *Num.* 268.

Colligitur ſecundo, Dei eſſentiã eſſe ideã creaturarum, non ratione attributorum, ſed ratione ſui, prout virtualiter differt ab attributis, *à num.* 269. *vſque ad num.* 271.

Tertio infertur, quod quamvis Verbum Divinum procedat ex cognitione, Dei eſſentiam non eſſe ideã reſpectu illius. *Num.* 272. & 273.

DISPVTATIO QVADRAGESIMA quarta.

An intellectus divinus poſſit aliqua entia rationis formare.

§. PRIMVS.

Relatis ſententijs ſtatuitur prima concluſio. Pag. 240.

Aliqui docuerunt, Deum omne ens rationis efficere etiã ſine ordine ad intellectum creatum. Alij omnia, quatenus cognoſcit vt fabricabilia ab intellectu creato.

Alij per oppoſitum, nullũ. Alij media via incidentes, aliqua negant facere poſſe. Alia vero qualia ſunt relationes, quibus complentur ideæ, & libera decreta divinæ voluntatis à Deo formari, affirmant *num.* 1.

Pri-

nclusio. *Aliqua entia rationis sunt-as efficere non potest.* Est expressa :m & prob. nam ens rationis chi-im, v.c. *Mons aureus* resultat ex od extrema illa, quæ realiter sunt .ta, ab intellectu, vt coniuncta con itur; quod repugnat diuino intel-, hæc ratio expenditur, & effugia luduntur, *à num. 2. vsque ad 10.*

§. SECVNDVS.

n ens rationis posse effici ab intellectu nu probatur. Pag 242.

nda conclusio. *Deus nequit efficere rationem rationis: & consequenter nullum ens rationis fabricare valet.* Non deerunt contrarium huius conclusionis itiqui Thomistæ si accuratè inspicianr, & probatur primo, & efficaciter, ex o quod ratio, quæ convincit non posse onfingere ens rationis chimericum, iam probat non posse facere hæc entia rationis. *Num.* 11.

cundo probatur: quia in communi Thomistarum sententia Deus nequit efficere distinctionem rationis: ergo neque relationem, *à num.* 12. *vsque ad* 14.

§. TERTIVS.

Argumentis contra primam conclusionem occurritur. Pag. 243.

ARguitur primo, ex eo quod esse entis rationis est cognosci ab intellectu: hinc autem ens rationis habet esse cognitum ab intellectu divino, &c. *à num.* 15. *vsque ad* 18. Respondetur. *Num.* 19.

Secundo arguitur, ex eo quod intellectus divinus illud, quod non est, concipit ad modum entis, cum omnia cognoscat ad modum sui obiecti primarij, quod est entia divina. *Num* 20. Solvitur hoc argumentum cum pluribus replicis, *à num.* 21. *vsque ad* 24.

Tertio arguitur: nam Deum ens rationis efficere nullam imperfectionem importat, quod multiplicitèr suadetur, *à num.* 25. *vsque ad* 27. Respondetur. *Num.* 28. 29. & 30.

§. VLTIMVS.

Soluuntur argumenta contra secundam conclusionem, & mens D. Thom. explicatur. Pag. 246.

ARguitur primo, quod Deus possit facere finem non volitum, & illi Episcopi Tom. 2. de facto quam plurima effecit, vt patet ex illo *ponam arcum meum*, &c. signum autem ad placitum per respectum ad finis constituitur, & similiter potest imponere nomina ad significandum. *Num.* 31. Respondetur. *Num.* 33. & 34.

Secundo arguitur, ex auctoritatibus D. Thom. quod est argumentum in hac parte præcipuum, nam in hac quæst. art. 2. *Solutione ad* 3. docet quod respectus quibus distinguuntur ideæ, sunt ab intellectu diuino cum aliquo fundamento rebus. *Num.* 35. Communis solutio assignatur. *Num.* 36. Quæ contra illam vrgent. *Ibidem*, & *num.* 37. Mens autem D. Thom. accuratissimè expenditur & obiectiones solvuntur, *à numer.* 38. *vsque ad* 48.

TRACTATVS SEXTVS.
De voluntate Dei.

DISPVTATIO QVADRAGESIMA quinta.

An ratio, qua D. Thom. probat voluntatem in Deo, sit efficax demonstratio?

§. PRIMVS.

Existentia voluntatis in Deo Auctoritate, & ratione probatur. Pag 251.

ESse in Deo voluntatem est fide certum, & prob. testimonijs Sacræ Paginæ. *Num.* 1. & 2. Ratione ex D. Thom quia animirum omne intelligens non solum ens, sed etiam bonum est volens. *Num.* 3. & 4.

Deinde prob. nam agens propter finem est volens finem: Deus autem est agens propter finem. *Num.* 5.

Denique: nam voluntas est perfectio non claudens imperfectionem. *Num.* 6.

§. SECVNDVS.

Obiectionibus occurritur. Pagin. 252.

OBijcitur primo. Quod obiectum voluntatis est finis, perfectio autem existens in Deo nequit habere finem. *Num.* 7.

Resp. *Ibidem*, & *num.* 8. *vsque ad* 11.

Obijcitur secundo, quod voluntas movetur à volito: Deus autem à nullo movetur, resp. *Num.* 12. & 13.

Obijcitur tertio, quod voluntas est appetitus, in Deo autem non est appetitus, quia appetitus est boni non habiti, resp. *Num.* 14.

§. TER-

§. TERTIVS.

Eligitur vera ſententia, & probatur. P. 253.

Inditur vertitur: an ratio, qua probabat D. Thom. in Deo eſſe voluntatem ſit efficax demonſtratio?
Negat Vazquez, affirmant Thomiſtæ, & plures alij. *Num.* 15.
Proponitur ratio D. Thom. *Num.* 16. Alter formatur eadem ratio. *Num.* 17.
Aliter propoſuit eandem rationem idem D. Thomas *in 1. diſt. 45. queſt. 1. art. 1. in corpore.* Num. 18.

§. QVARTVS.

Variis argumentis occurritur. Pag. 254.

Contra rationem D. Thom. arguitur primo inititur enim in eo quod res naturalis quærit formam naturalem nõ habitam, & in illa habita quieſcit: quod videtur eſſe falſum. *N.* 19. Duplex ſolutio aſſignatur, prima. *N.* 20. Secũda. *N.* 21. Vtraque ſuſtineri poteſt. *Num.* 22.
Additur tertia ſolutio. *Num.* 23. & 24.
Secundo arguit Vazquez, quod ex præmiſſis D. Thom. non ſequitur inclinatio ad bonum apprehenſum, ſed tãtum ad formam intelligibilẽ. *Nu.* 25. Difficultatẽ tetigit Caietanus, & ſolvit, quæ ſolutio defenditur. *Num.* 26. 27. & 28.
Secundo reſpondetur. *Num.* 29.
Tertio arguitur, ex eo quod ex inclinatione rei naturalis in ſuam formam naturalem ad ſummum colligi poteſt appetitus innatus naturæ intellectualis in formam intelligibilem non autem appetitus elicitus. *Num.* 30. Reſpondetur. *Nu.* 31. Ad replicas ſit ſatis *à num.* 32. *uſque ad* 34.

§. QVINTVS.

Vltimum argumentum proponitur, & explicatur, an omne intellectivum debeat eſſe volitivum. Pag. 258.

Denique arguitur, quia non implicat natura intellectiva non volitiva: ac per conſequens ex intellectu non poteſt demonſtrari voluntas in Deo, *à nu.* 35. *uſque ad* 37.
Quidam Recentiores cõcedunt nõ repugnare naturam intellectivam, & non volitivam, & nihilominus diſcurſum D. Thom. eſſe demonſtrativum, aſſerentes, D. Thom. non probaſſe ex ratione intellectivi vt ſic, ſed ex ratione intellectivi perfectiſſimi. *Num.* 38.
Alij per extremum docent omne intellectivũ eſſe volitivum neceſſario, & hoc requiri vt ratio D. Thom. ſit demonſtrativa. *Num.* 39.
Inter has duas extremas ſententias media via intendendum eſt: & aſſeritur primo, ſi defectus volitivi in natura intellectuali neceſſario petat ex defectu aliquoin ratione intellectivi prævenire, poteſt abſolutè demonſtrari voluntas per intellectum in Deo, quamvis admittatur natura intellectiva non volitiva: ſecus verò iuxta mentem D. Thom. & prima pars aſſerti probatur. *Num.* 40.
Secunda. *Num.* 41.
Aſſerendum eſt ſecundo: ſi defectus volitivi in natura intellectiva non proveniat ex defectu in ratione intellectivæ, neque etiã abſolutè poteſt demonſtrari ex intellectu voluntas, aut ex intellectivo volitivum. *Num.* 42.
Aſſerendum eſt tertio, implicare naturam intellectivam non volitivam. Ita frequenter Diſcipuli D. Thom. probant aliqui rationibus patum efficacibus, quæ proponuntur, & reijciuntur, *à num.* 43. *uſque ad* 45.
Probatur ergo efficaciter, ex eo quod implicat natura intellectiva entis, & non intellectiva boni convenientis ipſi: ſed implicat natura intellectivã boni convenientis, & non volitiva illius. *Num.* 46. 47. & 48.

§. SEXTVS.

Vltimo argumento occurritur. Pag. 260.

Ad argumentum principale *num.* 35. propoſitum Reſpondetur. *Num.* 49.
Ad ſecũdã probationẽ maioris. *N.* 50.
Ad tertiam primã ſolutio conſiſtit in hoc quod non eſt dabilis cognitio, quam cõ ſequi non poſsit affectio. *Num.* 51.
Ad ſecundam probationem minoris, quidam apud Herice reſpondet poſſe Deũ decretum formare de non concurrẽdo cum Petro ad aliquem actum amoris: non tamen poſſe decretũ hoc ipſi Petro revelare. Quam Doctrinam Herice impugnat. *Num.* 52. & 53.
Sed eius ſolutio diſplicet, & inefficacia ſuæ impugnationis oſtenditur manifeſtè, *à num.* 54. *uſque ad* 56.
Fundamentũ Herice proponitur. *Nu.* 57.
Sed evellitur. *Num.* 58. 59. & 60.
Aliorum ſolutio eſt prædictũ aſſenſum fidei ab intrinſeco ſolum ſupponere revelationem divinam, & decretum revelatum: non autem negationẽ concurſus, cum voluntate creata. *Num.* 60.

Sed

Sed nec placet hæc ſolutio; & reijcitur à num. 62. vſque ad num. 64. Tertia ſolutio aliorum refertur num. 65. Sed impugnata manet ex dictis.

Vera ſolutio traditur à num. 66. vſque ad num. 68. Quæ cõtra veram ſolutionem obijci poſſunt, refertur à num. 61. vſque ad num. 71. Sed ſolvuntur ſimul cũ alijs replicis, à n. 72. vſque ad num. 78.

§. VLTIMVS;

Corollaria præcedentis doctrinæ. Pag. 267.

EX dictis in diſcurſu diſputationis colligitur primo, non dari in Deo appetitum per modum actus eliciti. Et probatur num. 79. Quæ contra hanc veritatem obſtare videtur proponuntur, & ſolvuntur à num. 80. vſque ad numer. 91.

Secundo colligitur, eſſe in Deo gaudium, & amorem ſpecialiter ſumptum in ordine ad bona intrinſeca. Et quoad ſecundam partem, quam nonnulli negant, probatur, & obiectionibus occurritur à num. 92. vſque ad num. 99.

Deinde infertur, non dari in Deo propriè appetitum innatum, ſivè ad bona intrinſeca, ſivè ad extrinſeca; quidquid ſit de inclinatione innata, de qua in ſequentibus diſputationibus, probatur Num. 100. & 101. Obiectiones enodantur à num. 102. vſque ad num. 107.

Vltimo infertur, In Divinis perfectionibus non eſſe propriè inclinationem innatam per ordinem ad ſe ipſas, v.c. in natura Divina ad ſe ipſam; in voluntate ad ſe ipſam; &c. Et probatur à num. 108. vſque ad num. 110.

Contrarium tenuit Herice, cuius fundamenta proponuntur, & ſolvuntur à num. 111. vſque ad 117.

DISPVTATIO QVADRAGESIMA Sexta.

An velle Dei ſit de metaphyſica conſtitutione naturæ Divinæ?

§. PRIMVS.

Relatis ſententijs ſtatuitur prima concluſio. Pag. 274.

Dicitur conſtitutive metaphyſicè aliquam naturam, primo in illa intelligitur cum ſecundo in te[illegible]

Num. 1. Duplex verſatur ſententia Epiſcop. Gon[illegible]

Prima affert. 1. Tom. 2.

[illegible] hæc cuius Authores citantur; num. 2.

Secunda negat, num. 3.

Prima conclutio. Volitio actualis Dei non eſt de metaphyſica conſtitutione Divinæ naturæ. Quam probant nonnulli in efficacibus argumentis. Num. 4 & 5.

§. SECVNDVS.

Concluſio noſtra alijs argumentis ſuadetur. Pag. 275.

PRobatur concluſio ex D. Thom. Num. 6. & 7.

Deinde ratione, quia nimirum volitio exprobrio concepta cognitionem ſuppoponitur. Num. 8.

Prima ſolutio proponitur, & impugnatur. Num. 9. 10. & 11.

Secunda verò, à num. 12. vſque ad nu. 13.

Tertia, à num. 14. vſque ad 16. Ac denique quarta, à num. 17. vſque ad 23.

Denique principaliter probatur ex eo, quod natura Divina adæquatè communicatur formaliter, non communicata volitione formaliter. Num. 24.

Duplex ſolutio, quæ adhiberi ſolet, impugnatur à num. 25. vſque ad num. 32.

§. TERTIVS.

Tribus argumentis occurritur. Pag. 280.

ARguitur primo ex illis verbis D. Thom: Et ſicut ſuum intelligere eſt ſuum eſſe; ita ſuum velle. At intelligere Dei eſt ipſum eſſe Dei formaliter, & conſtitutivè. Hoc argumentum non vrget in noſtra ſententia diſtinguente intelligere Divinum virtualiter à natura Divina. Num. 33.

Quid reſpondeant Recentiores affirmantes intelligere actuale Dei naturam metaphyſicè conſtituere, videatur à num. 34. vſque ad num. 40.

Non facile colligitur ex D. Tho. diſcrimen quoad identitatem cum Divina eſſentia inter intelligere, & velle. Numer. 41.

Secundo arguitur ex eodem D. Tho. aſſerente Deum agere per modum intellectus, & voluntatis; quia agit per ſuam eſſentiam. Num. 42. Reſp. à num. 43. vſque ad num. 46.

Tertio arguitur, ex eo quod non minus eſt de ratione actionis principium ſuppoſitum, quam de ratione volitionis ſuppoſitum cognitionem: ſed intellectio Divina hoc non obſtante eſt de primario cõceptu divinæ naturæ, ergo ſimiliter volitio, num. 47. vſque ad 48.

Hoc argumentum non militat in noſtra ſententia, in ſententia verò probabili opponitur, quid reſponderi poſſit, traditur à num. 49. uſque ad num. 52.

§. QVARTVS.

Cætera argumenta diluuntur. Pag. 284.

QVARTO arguitur; ex eo quod natura Divina, nihil intelligatur volens volitione actuali, non intelligitur ſummè perfecta. Num. 53. & 54. Reſp. à num. 55. uſque ad num. 57.

Contra ſolutionem replicatur à num. 58. uſque ad num. 60.

Replicæ cum alijs incidentibus enodantur à num. 61. uſque ad num. 67.

Denique arguitur, ex eo quod vita intellectualis ſumpta completè, non ſolum eſt intellectio, ſed etiam volitio; ac per conſequens, natura divina conſtituitur metaphyſicè non ſolum intellectione, ſed etiam volitione. Num. 68. & 69.

Hoc argumentum cum pluribus emergẽtibus replicis ſolvitur iuxta duas ſententias, à num. 70. uſque ad num. 83.

§. QVINTVS.

Voluntatem per modum actus primi non eſſe de metaphyſica deitatis conſtitutione probatur. Pag. 291.

SEcunda concluſio. *Voluntas per modum potentiæ, ſeu vt principium proximum volitionum non eſt de conſtitutione metaphyſica divinæ naturæ.* Num. 84.

Probatur oſtendi ex D. Tho. quod in Deo natura, & facultas proximè volitiva diſtinguantur virtualiter, aut ratione ratiocinata, à num. 86. uſque ad num. 90.

Deinde ratione: nam facultas proxima volitiva diſtinguitur virtualiter à principio radicali volitionis, vt oſtenditur à num. 91. uſque ad Num. 93. Solutio P. Arrubal refertur. Num. 94. Sed impugnatur. Num. 95.

Denique probatur concluſio ad hominem contra P. Arrubal, contra quem procedit concluſio, ipſe namque fatetur voluntatem divinam per comparationem ad creaturas ſecundario dilectas eſſe attributum naturæ: at in eodem forma-liſſimè conſiſtit Divina voluntas per comparationem ad Deum primario dilectum, à num. 96. uſque ad Num. 99.

§. VLTIMVS.

Argumentis in contrarium occurritur. Pagin. 294.

SEntentia P. Arrubal, proponitur Num. 100. Et pro illo arguitur 1. ex eo quod natura Divina eſt proximè potens ad volendum ſe ipſa, quod ſuadetur. Num. 12. & 102.

Reſpondetur, à num. 103. uſque ad Num. 106.

Secundo arguitur, & adverſus ſolutionem, replicatur Num. 107.

Reſpondetur num. 108. Et argumentum inſtatur. Num. 109.

DISPVTATIO QVADRAGESIMASEPTIMA.

An detur in Deo voluntas per modum potentiæ?

§. PRIMVS.

Referuntur ſententiæ, & ſtatuitur prima concluſio. Pag. 296.

SVpponitur primo, non eſſe in Deo potentiam volitivam ſeparabilem ab actu volendi. Num. 1.

Neque ab actuali volitione diſtinctam, num. 2. & 3.

Neque dari potentiam in Deo, quæ ſit principium, rea, i formali influxu volitionem principians, num. 4. & 5.

Prima ſententia negans eſt. Secunda negat voluntatem in Deo per modum potentiæ realis, concedit tamen per modum potentiæ virtualiter, & ſecundum rationem. Tertia concedit in Deo voluntatem per modum potentiæ realis. Num. 6. & 7.

Prima concluſio. *In Deo datur potentia volitiva cum proprietate.* Statuitur contra primam Sententiam. Et probatur, quia nomine potentiæ volitivæ nihil aliud à Theologis intelligitur, quam facultas proxima volitiva: hæc autem Deo competit cum proprietate, à numer. 8. uſque ad 11.

§. SECVNDVS.

Argumentis in contrarium occurritur. Pag. 298.

ARguitur primo Authoritate D. Thom. Num. 12. & 13. Reſpondetur, à num. 14. uſque ad num. 16.

Secundo arguit Suarez, nam potentia vo-

volitiva est facultas ad eliciendam, & recipiendam volitionem: in Deo autem non datur volitio elicita, neque recepta. *Num.* 16. Respondetur, & instatur argumentum, Ibidem, & *num.* 17.

Denique arguitur ex eo quod potentia vere, & propriè volitiva, est potentia realis realiter volitiva: at in Deo non est potentia realis realiter volitiva, &c. *Num.* 18. & 19. *respondetur à numer.* 20. *usque ad num.* 26. & in sententia contrariorum instatur argumentum.

§. TERTIVS.

Distinctio voluntatis ab actuali volitione explicatur. Pag. 301.

Secunda conclusio. *Voluntas Diuina, prout in actu primo, virtualiter ab actuali volitione distinguitur.* Probatur 1. ex D. Th. *num.* 27. & 28.

Secundo ex eodē Angelico Magistro. *Nu.* 29. Tertio similiter ex eodem D. Tho. *Num.* 30. Quarto probatur, ex eo quod in Divina essentia pro priori ad actum volendi salvatur facultas proximè volitiva. *Num.* 31. & 32.

Quinto probatur ex eo quod volūtas Divina instituit virtualiter proximè in volitionem, *num.* 33. & 34. Solutio huius rationis proposita, *num.* 35. impugnatur. *Num.* 36.

Denique probatur, ex eo quod virtualis distinctio volitionis actualis à potentia volitiva nullam imperfectionem arguit in Deo. *Num.* 37. Solutio *num.* 38. proposita, impugnatur ibidem, & usque ad *num.* 43.

§. QVARTVS.

Quatuor argumentis occurritur. Pag. 304.

Arguitur primo, adversus conclusionem ex D. Thom. *Num.* 44. Respondetur *num.* 45.

Secundo, ex eo quod nullum est prædicatum competens voluntati, & non volitioni divinæ. *Num.* 46. Respondetur, *numer.* 47. usque ad 49.

Tertio arguitur, ex eo quod virtualis distinctio inter perfectiones Divinas constituit in hoc, quod sint principia distinctionis realis, & quæ ei his verificētur prædicata contraria; neutrum autem reperitur in voluntate. Divina volitione reperitur. Respondetur *num.* 50.

Quarto arguitur, quod si voluntas Divina actualiter volitione actuali, actus purus non esset: *Num.* 51. & 52. Respondetur primo, *num.* 53. Instando argumentum. Deinde in forma, & ad plures replicas, à *num.* 54. usque ad *num.* 59. A *numer.* autem 60. usque ad 69. Pluribus replicis, & instantijs occurritur.

§. VLTIMVS.

Cæteris argumentis fit satis. Pag. 309.

Quinto arguitur: quia potentia generativa, & actualis generatio non eiusdem virtualiter; alias essent ex rationes. *Num.* 70

Solutio Illustrissimi Araujo. *Num.* 71.

Non placet, *num.* 72. Vera solutio, *numer.* 73.

Sexto arguitur: Divina volitio non est à voluntate Dei, vt à principio virtualiter influente, vt probatur *usque ad num.* 74. usque ad *num.* 76.

Solutio negatium in Deo virtualem eliciendi, refertur *num.* 77. Hæc tamen doctrina displicet, & impugnatur, *num.* 78. usque ad 83. Respondetur ergo ad argumentum, & ad emergentes replicas; à *num* 84. usque ad num. 89.

Ex dictis sequitur primo, rationem habitus non esse in voluntate Divina admittendam. *Num* 90.

Secundo infertur, dari in voluntate Divina inclinationem innatam respectu volitionis actualis. *Num.* 91.

DISPVTATIO QVADRAGESIMA octava.

Per quid decretum liberum Dei constituatur?

§. PRIMVS.

Præmittuntur, quæ apud omnes sunt certa. Pag. 314.

Dvæ extremæ sententiæ reijcitur. Prima affirmans nullum esse in Deo actū efficacem, & liberum, nisi in sensu metaphorico. *Num.* 1. 2. & 3.

Secunda, seu potius error in fide, asserit decretum Dei liberum per quod deam actum in tempore ineuntem, & a voluntate Dei realiter separabile constituit. *Num.* 4. & 6.

Ratio dubitandi in hac parte, & quidem difficilima, est: nam actus liber ex prio conceptu petit, quod deliberatus sit, sed nihil voluptati adiumentum deliberatum deficere potest; ergo in actu

Digitized by Google

Quod [illegible] ad aliquod extrinsecum confugiat, obiiciatur non minus efficax argumentum, nimirum quod de ratione liberi voluntatem constituentis actus secundo volentem est, quod impugnans sit: ac per consequens nequit per formam intrinsecam non immanentem constitui. *Num.* 7.

§. SECVNDVS.

Ad extrinsecam denominationem fugientes, referuntur, & reijciuntur. Pag. 315.

ALiqui decretum Dei liberum in forma extrinseca, & extrinseca denominatione constituunt; impugnantur *num.* 8. *& 9.*

Secunda sententia affirmat decretum Dei liberum non consistere adæquate in aliquo intrinseco, nec in aliquo extrinseco, sed in vtroque simul. Ita P. Granados, & alij. Quæ sententia diversimodè à suis Authoribus explicata impugnatur, & reijcitur, *à num.* 10. *vsque ad num.* 41.

§. TERTIVS.

Tertia sententia ad rectum rationis confugiens refellitur. Pag. 321.

TErtia sententia decretum Dei liberum consistere docet in actualitate necessaria voluntatis Divinæ, addito respectu rationis ad creaturas existentes, vel futuras. Hanc tenet Marcus de la Serra sequutus Capreolum, & Ferrariensem. Eam tenet Vazquez, quidquid dicat Alarcon: qui acriter contra illam invehitur; cuius impugnationes, & aliorum parum efficaces referuntur, & probabiliter satis solvuntur, *à num.* 42. *vsque ad num.* 49 Aliter, & fortius prædicta sententia impugnatur, *num.* 50.

§. QVARTVS.

Sententia Caietani, vt communiter explicatur, refellitur. Pag 323.

QVarta sententia decretum Dei liberum consistere affirmat in perfectione quadam extensivè distincta ratione à perfectione necessaria, quæ, quia libera, absque vlla imperfectione potuit à Divina voluntate deficere. Hæc sententia sic explicata Caietano tribuitur à Recentioribus, & gravibus censuris eam notant, & levibus argumentis contra illam insurgunt, vt ostenditur *à num.* 54 *vsque ad num.* 55.

Efficacius reijcitur, *num.* 56. quia scilicèt perfectio detectibilis entitative in ratione perfectionis imperfectionem importat.

Probabilem iudicarunt Suarez, & Arriaga, sententiam Caietani sic explicatam *num.* 57.

Veram mens Caietani in se ipsa, explicabitur *num.* 58 Salas, & Fonseca, postquam Caietani sententiam, tanquam parum in fide tutam reiecerunt, in suam inciderunt damnationem; quorum sententia reijcitur, *à num.* 59. *vsque ad num.* 82.

§. QVINTVS.

Statuitur vera sententia. Pag. 328.

DIcendum est primo: *Actum liberum non superaddere ad perfectiones necessarias Dei perfectionẽ, aut entitatẽ ratione ab illis distinctam.* Ex dictis colligitur, & breviter ostenditur, *num.* 83.

Dicendum est secundo: *Non superaddere solum terminum, nec solum respectu rationis.* Num. 84.

Dicendum est tertio: *Superaddere ad perfectiones necessarias terminationem ratione distinctam in ratione terminationis, & propterea defectibilem; ac proinde actum liberũ cõsistere in actualitate actus necessarij, vt ad creaturas liberè terminata.* Quoad rẽ licet alijs terminis explicata est hæc mens omnium Thomistarum. *Num.* 85.

Ostenditur primo ex D. Thom *Num.* 86.

Secundo hac ratione: quia constitutivum decreti liberi potuit deficere secundum aliquam rationem intrinsecam; sed nõ sub conceptu intrinsecæ perfectionis, nec intrinsecæ entitatis: ergo sub conceptu intrinsecæ terminationis, *à num.* 87. *vsque ad num* 90.

§. SEXTVS.

Traditur vera rationis dubitandi solutio. Pag. 330.

RAtioni dubitandi, §. 1. propositæ respondetur in forma, *num.* 91.

Sed adversus illam arguitur 1, ex eo quod terminatio illa, adhuc sub conceptu terminationis, est entitas intrinseca Deo Solutio Albeldæ, *à num.* 92. *vsque ad* 9[illegible] est quidem probabilis: nihilominus displicet, & reijcitur ex primo capite, *num* 95. *vsque ad num.* 99. Deinde ex alio capite *à num.* 100. *vsque ad* 107.

§. VL[illegible]

§. VLTIMVS.

Contra argumenta dilluuntur. Pag. 333.

SEcundo arguitur: nam modus realis defectibilis entitativè, aut in ratione entitatis, dicit imperfectionem: ergo etiã terminatio intrinseca in ratione terminationis defectibilis. Proponitur, & solvitur, num. 108. Replicatur, num. 109. Solvitur replica, ibidem.

Tertio arguitur: nam si terminatio intrinseca potuit deficere Deo, sequitur potuisse Deum aliter intrinsecè realiter se habere. Num. 110. Respondetur. Ibidem.

Quarto arguitur: nam sequitur ex nostra sententia terminationem liberam realiter distingui à terminatione necessaria. Num. 111. Respond. ibidem Replicatur, sequi terminationem liberam distingui distinctione reali à terminatione necessaria. Num. 112. Solutio quorumdam refertur num. 113. Impugnatur num. 114. & 115. Vera solutio num. 116. Initatur contra illam. Num. 117. Fit satis, num. 118.

Quinto arguitur, ex eo quod id, quod est Deus necessario, & essentialiter est Deus: terminatio autem libera est Deus: ac per consequens non potuit deficere. Num. 119 Respondetur, ibidem. Replicatur, num. 120. vbi respondetur ad replicam.

Denique arguitur, quod terminatio liberà sub conceptu terminationis exprimat perfectionem. Respondetur. Num. 121. & 122.

DISPVTATIO QVADRAGESIMA-nona.

Quodnam sit obiectum formale motiuum, aut terminatiuum voluntatis Diuinæ?

§. PRIMVS.

Deum propriam bonitatem diligere necessariò probatur. Pag. 336.

VT omninò certum, & extra controuersiam supponitur Deum se ipsum, suasque perfectiones diligere non liberè sed necessario, probatur ratione D. Thom. Num. 1. An ratio D. Thom. probet deum necessitate, tàm quoad specificationem, quàm quoad exercitium, disputatur num. 2. & 3. & 4. Probatur D. Thomam intendisse; & vtramque necessitatem probasse. Num. 5. Arguitur contra hoc, & solvitur obiectio. 6. Formatur ad intentum ratio D. Thom. dupliciter. Aliter probatur eadem veritas, num. 9. obiectionibus fit satis à num. 10. vsque ad num. 13.

§. SECVNDVS.

Amor creaturarum in Diuina voluntate probatur. Pag. 339.

SEcundo supponitur, Deum diligere creaturas existentes. Num. 14. Tertio non amare illas necessario, sed liberè. Num. 15. 16. & 17. Obiicitur contra hoc, Num. 18. Solutio quorundam. Num. 19. Quam reijcit Vazquez, inefficaciter, ibidem. Aliter reijcitur, Num. 20. Ad obiectionem resp. num. 21. Obiectiones contra solutionem proponuntur, & soluuntur à num. 22. vsque ad num. 25.

Denique arguitur, ex eo quod sicut Deus intelligendo se intelligit alia à se, ita amando se amat alia a se; sed scientia Dei, qua alia a se intelligit, est necessaria: ergo & volitio, qua alia à se vult, necessaria est. Quod argumentum obiecti sibi D. Thom. & soluit. Num. 26. Explicatio Caietani, num. 27. Non satisperficitur, neque menti D. Thom. congruit, num. 28. Mens D. Thom. aperitur, num. 29. 30. & 31.

Ex quibus obiter colligitur sumi ex D. Tho. doctrina validum argumentum ad negãdum amorem possibilium in Deo. Num. 32.

§. TERTIVS.

Relatis sentijs verâ eligitur; & probatur. Pag. 343.

NOnnulla omninò notanda præmittuntur, à numer. 33. vsque ad numer. 36.

Sententiæ in hac parte referuntur à num. 37. vsque ad num. 41.

Ad veram sententiam explicandam est cõclusio: *Obiectum primarium, & formale voluntatis Diuinæ, & omnium actuum illius est sola bonitas increata, bonitas verò creata est obiectum secundarium illius.* Probatur primo ex D. Thom. Num. 42. vsque ad 44.

Secundo ratione, quia nimirum obiectũ formale primarium dat speciem potentiæ: bonitas autem creata nõ potest speciem dare voluntati Diuinæ. Num. 45. Obiicitur contra rationem. Num. 46. Respondetur dupliciter, num. 47. & 48.

Tertio probatur, ex eo quod nec voluntas Diuina, nec aliquis actus illius potest ve-

vel finalizari realiter a bonitate creata. *Num.* 49. Cui argumento triplex adhibetur solutio. *Num.* 50. Sed nullatenus satisfacit, vt ostenditur *à num.* 51. *vsque ad num.* 62.

§. QVARTVS.

Argumentis in contrarium occurritur. Pag. 350.

Arguitur primo ex D. Augustino, D. Bernardo, & D. Thom *Num.* 63. & 64. Respondetur explicando prædictos Patres. *à num.* 66. *vsque ad Num.* 68.

Secundo arguitur, ex eo quod creaturæ sunt amabiles à Deo, & ratione bonitatis propriæ, & bonitatis Divinæ: sed Deus diligit creaturas omnimodo, quo diligibiles sunt. *Num.* 69. *vsque ad num.* 71. Resp. *à num.* 72. *vsque ad num.* 74. Contra solutionem replicatur, *à numer.* 75. *vsque ad num.* 77. Resp. *à num.* 78. *vsque ad num.* 83.

§. QVINTVS.

Cetera argumenta diluuntur. Pag. 354.

Tertio arguitur, ex eo quod bonitas increata non alicit voluntatem diuinam ad amorem creaturarum secundum conceptum bonitatis increatæ: & consequenter Deus vt diligens creaturas ab illarum bonitate mouetur, *Num.* 84. & 85. argumentum à contrarijs esse soluendum ostenditur, *num.* 86. Duæ solutiones ex P. Albiz referuntur, & refutantur, *à num.* 87. *vsque ad numer.* 89. Vera solutio traditur, & defenditur, *à num.* 90 *vsque ad num.* 93.

Quarto arguitur, ex eo quod si omnes actus voluntatis Diuinæ specificarentur à bonitate increata non subsisterent in Deo virtutes morales, v. c. iustitia, & misericordia. *Num.* 94. & 95. Resp. & replicis emergentibus occurritur *à numer.* 96. *vsque ad num.* 102.

§. VLTIMVS.

Corollaria præcedentis doctrinæ. Pagin. 354.

Ex dictis colligitur primo, voluntatis Diuinæ actiuè consideratæ nullam causam formaliter posse dari: probatur discurrendo per singulas causas, *à num.* 103 *vsque ad num.* 107.

Secundo colligitur, actum voluntatis Diuinæ habere causam realem, tùm efficientem, tùm finalem virtualiter influentem, non creatam, sed increatam. *Num.* 108. & 109.

Tertio colligitur, actum electionis in Deo virtualiter efficienter ab actu intentionis causari. *Num.* 109.

Quarto colligitur, si finis *cui*, aliquem influxum exerceat in finem, *cuius gratia*, vel in actum voluntatis, Deum non posse suas perfectiones creaturis indigere vt *fini cui*: bene tamen si nullum influxum exposcat, sed tantum rationem subiecti perfectibilis. *Num.* 110.

Denique infertur, Deum non posse suas perfectiones intrinsecas propter creaturas vt finem *cuius gratia* diligere. *Num.* 111.

Arguit recentior quidam, *num.* 112. Sed ignorans propriam vocem, vt ostenditur *num.* 113. & 114.

DISPVTATIO QVINQVAGESIMA.

An Dei volitio in varia attributa sit distinguenda?

§. PRIMVS.

Relatis sententijs, statuitur prima conclusio. Pag. 361.

Dvæ versantur Sententiæ: prima negativa, quam insinuat Suarez, & expresse tenet Alarcon; secunda negativa, quam tenent Thomistæ recentiores, *num.* 1.

Prima conclusio. *Dei volitio per modum actus primi non est distinguenda in varia attributa iuxta numerum moralium virtutum.* Probatur manifesta ratione; quia prædictæ virtutes nequeunt constitui in Deo per modum habituum; cum ratio habitus dicat imperfectionem Deo repugnantem. *Num.* 2. & 3. obijcitur contra hoc, *num.* 4. respondetur, ibidem, & *num.* 5.

§. SECVNDVS.

Dari attributa distincta intra lineam voluntatis probatur. Pag. 362.

Secunda conclusio. *Dei volitio per modum actus secundi variatur penes misericordiam, iustitiam, liberalitatem, & alias virtutes, quæ formaliter reperiuntur in Deo.* Probatur primo, ex eo quod prædictæ virtutes inter se distinguuntur ex proprijs conceptibus; ac perconsequens ad Deum translatæ retinent virtualem distinctionem. *Num.* 6. & 7.

Secundo probatur, ex eo quod in Deo vn-

a concedimus plura principia virtualiter distincta; & consequenter in eadem potentia debemus admittere plures actus, virtualiter inter se distinctos. *Num.* 8. Solutio, quæ adhibetur, & impugnatur *num.* 9.

probatur, ex eo quod actus misericordiæ virtualiter ab actu iustitiæ distinctus nullam imperfectionem ponit in Deo. *Num.* 11.

§. VLTIMVS.

onibus occurritur. Pag. 363.

jcitur primo; quod actus misericordiæ divinæ, v. c. est infinitus in linea voluntatis, ac per consequens attingit omnem bonitatis rationem repertam in Deo. Resp. *num.* 12. Replicatur, *num.* 13. Solvitur ibidem, & instatur replica, *num.* 14.

jcitur secundo: quod in bonitate Divina non sunt diversæ attingibilitates pertinam, & aliam virtutem: sed est eadem indivisibilis, adhuc virtualiter per comparationem ad illas. *Numer.* 15. & 16. Respondetur ad argumentum, & ad replicas emergentes à *num.* 17. *vsque ad num.* 19.

Denique principaliter objicitur: quod prædestinatio non differt virtualiter à reprobatione: ergo nec misericordia, & iustitia virtualiter distinguuntur. *Num.* 20. Resp. *ibidem* instatur dupliciter, *nu.* 21. Resp. *num.* 22.

Ex dictis colligitur primo: non esse virtualiter multiplicandos actus intra lineam iustitiæ, misericordiæ, &c. Secundo non esse ponendum in Deo actum voluntatis absolutum, distinctum virtualiter à particularibus volitionibus, à *numer.* 23. *vsque ad num.* 26.

DISPVTATIO QVINQVAGESIMA prima.

An Deus amet creaturas possibiles?

§. PRIMVS.

Relatis sententijs, statuitur Prima conclusio. Pag. 366.

Conveniunt omnes in eo, quod Deus non amat creaturas possibiles amore efficaci effectivo, & ratione evidenti, *num.* 1. Dissentiunt in eo, an ferantur in eas purè possibiles. Quinetur divina voluntas per amorem simplicis complacentiæ?

Prima sententia affirmans, & eius Authores. Secunda negans, & Authores eius. *Num.* 2.

Prima conclusio. Creaturæ possibiles habent bonitatem, non sin pliciter, sed secundum quid. Prima pars probatur, tum authoritate D. Thom. tum ratione, *num.* 3. & 4. Et evasio quædam præcluditur, *num.* 5. Et evasio quædam præcluditur, *num.* 6. Secunda vero pars, à *num.* 8. *vsque ad num.* 10.

§. SECVNDVS.

Argumenta in contrarium occurritur. Pagina 368.

ARguitur primo ex authoritate D. Th. *Num.* 11. Resp. *num.* 12. Replicatur ex eodem, *num.* 13. Respondetur, *nu.* 14. 15. & 16.

Denique arguitur ad probandam rationem perfecti, adhuc *secundum quid* talis, supponere entitatem existentem, & ad illam consequi. *Num.* 17. Resp. *num.* 18.

§. TERTIVS.

De amore creaturarum possibilium. Pag. 370.

SEcunda conclusio. *Creaturæ possibiles nullo modo amantur à Deo.* Ostenditur ex D. Th. *num.* 19. & 20.

Secundo probatur, quia D. Th. vbicumque de amore creaturarum sermonem instituit illum liberum esse fatetur; at amor possibilium, si datur, non est liber, sed necessarius. *Num.* 21. & 22.

Denique à priori: quia obiectum voluntatis est quidditas rei vt existens exercitè, vt ostenditur à *num.* 23. *vsque ad num.* 26.

§. VLTIMVS.

Diluuntur contraria argumenta. Pag. 371.

ARguunt primo adversarij authoritate D. Thom. *Num.* 27. Respondetur à *num.* 28. *vsque ad num.* 31.

Arguunt secundo Nam Deus suam omnipotentiam intelligens necessario intelligit creaturas possibiles, prout in se ipsis: ergo amando suam omnipotentiam necessario, etiam creaturas possibiles, vt in se ipsis amat. *Num.* 32. Resp. ad argumentum, & ad plures replicas emergentes, à *num.* 33. *vsque ad num.* 37.

Tertio arguunt: nam creaturæ vt in statu possibilitatis sunt bonæ, saltim secundum

quid, & consequenter terminare possunt simplicem complacentiam, quæ sine comparatione amoris efficacis dicit secundum quid, amor à num. 38. vsque ad num. 40. Resp. num. 41. & 42.

Quarto: ex eo quod Deus simpliciter & absolutè desiderat omnibus hominibus salutem iuxta illud; qui vult omnes homines saluos fieri. Salus ergo reproborum terminat amorem divinum: & tamen futura non est: sed mere possibilis. Resp. num. 43. & 44.

Quinto possumus obijcere, quod negatio exilentiæ creaturarum terminat actus voluntatis divinæ: ac per consequens obiectum illius non est tantum res, prout existens. Num. 45. Resp. ibidem, & num. 46. & 47.

DISPVTATIO QVINQVAGESIMA secunda.

An Detur in Deo formaliter actus aliquis liber, qui numquam impleatur?

§. PRIMVS.

Relatis sententijs vera eligitur, & probatur. Pag. 375.

PRima sententia negat. Secunda, & verior affirmat. Authores citantur, num. 1. & 2.

Secundæ sententiæ subscribimus; & probatur primo. Ex eo quod Deus omnibus hominibus salutem æternam desiderat: at non omnes illam consequuntur de facto. Num. 3. & 4. Solutio Basilij, num. 5. Contra quem acriter insurgit Herice, & in verba iniuriosa prorupit immerito tamen, vt ibi notatur. Sed temperatius, efficacius tamen solutio Basilij impugnatur à num. 6. vsque ad 9. Secundam solutio, quæ adhiberi potest, refertur, & impugnatur num. 10. & 11.

Secundo probatur conclusio, ex eo quod voluntas antecedens est actus liber formaliter existens in Deo, & potens frustari. Num. 12.

Denique, ex eo quod volitio libera, quæ numquam impleatur, non ex impotentia agentis, sed ex ipsius libera voluntate, & ex meritis obiecti, nullam imperfectionem involuit. Num. 13.

§. SECVNDVS.

Argumentum ab authoritate diluitur. P. 377.

ARguit Basilius ex Auctoritatibus D. Augustini, Prosperi, & Chrysostomi, à num. 14. vsque ad num. 16. Resp. à num. 17. vsque ad 20.

§. TERTIVS.

Secundum argumentum proponitur, & examinantur varij modi dicendi. Pagin. 378.

ARguit secundo Basilius, ex eo quod voluntas illa, de qua loquitur Paulus, non terminatur ad omnium salutem prout in se ipsa, sed solum ad auxilia sufficientia ad ipsam, respectu quorum efficax est, num. 21.

Prima solutio ex P. Vazquez reijcitur num. 22. Secunda ex P. Herice, refertur, & reijcitur à num. 23. vsque ad num. 25. Tertia solutio ex P. Alarcon refertur, & reijcitur, à num. 26. vsque ad num. 28. Quarta solutio aliorum refertur, & impugnatur, num. 29. vsque ad num. 33.

§. VLTIMVS.

Traditur, & defenditur vera solutio. Pagin. 381.

VEra solutio est, voluntatem illam terminari etiam ad reproborum gloriam in se, non vt purè possibilem, sed vt futuram, non quidem futuritione completa, & perfecta, sed imperfecta, & inchoata, à num. 34. vsque ad num. 36.

Obiectiones, quæ contra solutionem militare possunt, proponuntur, & enodantur, à num. 37. vsque ad num. 40.

Tertio principaliter possumus arguere adversus conclusionem; ex eo quod Deus ante prævisa hominum demerita voluit efficaciter quibusdam denegare gloriam; & consequenter respectu illorum non datur in Deo libera volitio terminata ad gloriam in se. Num. 41. Resp. Num. 42. & 43.

Ex dictis colligitur primo: voluntatem antecedentem esse illam, quæ erga obiectum versatur non vt vestitum omnibus circunstantijs. Num. 44. 45. & 46.

Colligitur secundo: Deum odio habere prædestinatum existentem in peccato mortali odio antecedenti: illum verò amare consequenti, & efficaci amore. Num. 47.

Colligitur tertio: voluntatem, qua Deus vult omnes homines salvos fieri, esse conditionatam ex parte nostri modi concipiendi, reverà autem absolutam esse. Num. 48.

DIS-

DISPVTATIO QVINQVAGESIMA tertia.

An ex eo quod Deus aliquid in tẽpore incipe-ret velle, vel à libera volitione desistat, hy-pothesis mutatio inferatur in illo?

§. PRIMVS.

Ratione dubitandi proposita referuntur varia sententiæ. Pag. 384.

SVpponimus Deum non posse aliquid in tempore velle de novo, nec à decreto semel ab æterno habito in tempore desistere. Quod tanquam fide certum omnes admittunt. Num. 1. & 2.

Venitur vero in dubium? An sequeretur physica mutatio in Deo, ex eo quod in tempore inciperet velle, vel à libera volitione cessaret? Et ratio dubitandi est: nam in quocumque constituatur actus beneplacita varios dicendi modos supra recensitos non colligitur physica mutatio in Deo, ex eo quod aliquid in tẽpore incipiat velle, vel à libera volitione cesset. Num. 3. & 4. Quo argumento plures Theologi convicti in negativam sententiam inclinant. Ita Molina, & Suarez; cum aliis Recentiores adhærent. Insignanda autem ratione cur non possit Deus aliquid in tempore incipere velle non conveniunt. Num. 5. & 6.

§. SECVNDVS.

Eligitur, & probatur vera sententia. Pagina 385.

SEcunda, & vera sententia affirmat, quod si Deus aliquid in tempore inciperet velle, vel a libera volitione cessaret, sequeretur immediatè physica mutatio in ipso. Ita Thomistæ. Num. 7. relati.

Et probatur, hæc sententia, ratione D. Th. scilicet, Quod voluntas incipiat aliquid velle de novo, aut à volitione desistat, solum provenire potest, vel ex hoc quod incipiat sibi esse conveniens, & honum, quod bonum, & conveniens non erat; vel ex hoc quod de novo, vt bonum cognoscat, quod prius vt bonum non cognoscebat: vtrumque arguit physicam mutationem, aut in substantia, aut in cognitione divina. Num. 8. Solutio Recentiorum, quibus non D. Thom. non placet refertur. Num. 9. Impugnatur vero. Num. 10. & 11. Alia solutio allerentium mutationem in Deo, quæ sequi mutationem intempore incipiat cognoscere bonitatem obiecti existentis refertur. Num. 13. Impugnatur ibidem, & num. 14. Tertia alia solutio refertur, & refutatur. Num. 15.

Secundo probatur eadem sententia, ex eo quod vt denominatio libere volentis in tempore de novo, necessario requiritur aut variatio intrinseca in entitate volitionis divinæ, aut novitas, & variatio in obiecto; at in obiecto volitionis liberæ Dei, prout est obiectum illius, nequit esse mutatio intempore nostras. Num. 16. Minorem probat Vazquez inefficaciter, & eius probatio reijcitur. Num. 17. Aliter. Probatur. Num. 18.

§. TERTIVS.

Aliæ sententiæ impugnatur. Pag. 388.

SEntentiæ Molinæ distinguentis inter mutationem, & vicissitudinis obumbrationem reijcitur. Num. 19.

Modus dicendi P. Suarez refertur, & impugnatur, à num. 20. vsque ad 23.

§. VLTIMVS.

Ratio dubitandi diluitur. Pag. 389.

AD rationem dubitandi resp. primo non sequi ex novitate decreti temporalis physica mutatio à priori: benè autem à posteriori, & arguitivè. Num. 24. & 25.

Secundo respondetur, non stare de novo superaddi in tempore respectum rationis, aut terminationem liberam sub conceptu terminationis, quin superaddatur nova entitas, & actualitas voluntati divinæ. Num. 26. Obiectionibus adversus hanc solutionem fit satis, à n. 27. vsque ad 32.

Ex dictis colligitur, cur Deus absque physica mutatione possit in tẽpore suspendere denominationem creantis, quamvis ita denominatio intrinseca sit secundùm denominationem volentis. Num. 33.

DISPVTATIO QVINQVAGESIMA quarta.

An si prima causa ex necessitate naturæ operaretur, posset nostra voluntas libere operari?

§. PRIMVS.

Relatis sententijs statuitur prima conclusio. Pagina 391.

PRima sententia est negativa, quam tenet discipuli Scoti cum suo Magistro. Se-

Digitized by Google

Secunda ſententia affirmativa eſt Thomiſtarum. Tertia vtramque ſententiam ad concordiam conatur redigere. *Num.* 1.2.

Secunda concluſio. *Si Deus operaretur ex primæ ſi ſit naturæ, & præſtaret eundem neceſſ concurſ ſum, quem modo exhibet arbitrio creato, ſi ſit ſe caretur in illo libertas creata.*

Probatur primo, ex eo quod effectus procedens à cuplici cauſa, altera neceſſario operante, & altera indifferenti, & contingenti, eſt liber, & contingens reſpectu illius, etſi reſpectu alterius neceſſarius ſit: at in caſu poſito quamvis prima cauſa ageret neceſſario, ſecunda eſſet indifferens. *Num.* 4. Maiorem probat Suarez parum efficaciter. *Num.* 5. Et eius probatio reijcitur. *Num.* 6.

Aliter ergo probatur *num.* 7. & 8.

Secundo probatur, ex eo quod etiam in caſu prædicto, eſſet coniuncta efficacia, & ſuavitas, ſe attemperans cum libertate creata. *Num.* 9. & 10.

Tertio probatur, ex eo quod implicat voluntatem creatam medio iudicio indifferenti operari neceſſario: in caſu autem diſputationis Deus cum illa concurreret medio iudicio indifferenti, *num.* 11. & 12.

§. SECVNDVS.

Contraria ſententia cum ſuis fundamentis proponitur. Pag. 393.

Contra noſtram ſententiam arguitur primo, argumento, quo convincitur Scotus. Quia nimirum cauſa, quæ ſe movet, vt mota; ſi neceſſario movetur, neceſſario ſe movet, *num.* 13. Solutio P. Suarez, quæ refertur, *num.* 14. Sustineri nequit in noſtris principijs, & reijcitur, *num.* 15. Reſpondetur aliter iuxta noſtra principia, & ſimul alijs replicis occurritur *à num.* 16. *vſque ad num.* 18.

Verum contra ſolutionem, & hucuſque dicta militat ſecundum argumentum, quo convictus fuit Illuſtriſſimus, ac ſapientiſſimus Magiſter Herrera Epiſcopus Tuyenſis, tenebat, ſi talis actus, prout à voluntate eſſet liber, & neceſſarius, prout procedit à Deo, neceſſario exiſteret, prout à Deo, & prout à voluntate creata poſſet non eſſe; quod implicat. *Num.* 19. Reſpondetur, *num.* 20. Et *à num.* 21. *vſque ad* 29. pluribus replicis, & inſtantijs valdè notandis occurritur.

Denique arguitur, quia in bona conſequentia ſi antecedens eſt neceſſarium abſolutè, & ſimpliciter, conſequens debet eſſe neceſſarium abſolutè. Reſpondetur *num.* 30.

§. TERTIVS.

In tali hypoteſi manſurum liberum arbitrium creatum probatur. Pag. 397.

Secunda concluſio. *Si Deus operaretur ad extra de neceſſitate naturæ, adhuc eſſet liberum arbitrium creatum.* Et probatur, quia produceret neceſſario coſdem effectus, quos modo liberè producit, *numer.* 31.

Solutio Suarez refertur, *num.* 32. Impugnatur, *ibidem.*

Argumenta Suarez contra hanc aſſertionem ex dictis ſolvuntur, *à num.* 34. *vſque ad num.* 40.

§. QVARTVS.

De identitate concurſus Diuini. Pag. 398.

Tertia concluſio. *Si Deus ageret de neceſſitate naturæ, & liberum arbitrium maneret, præberet illi eundem concurſum concurſum prævium, & ſimultaneum, quem exhibet modo.*

Probatur primo eadem ratione, qua præcedens concluſio. *Num.* 14.

Secundo: nam Deus in hypotheſi facta idè vltet neceſſario, quod modo vult liberè, *num.* 42. *vſque ad* 49.

§. VLTIMVS.

Obiectionibus incontrarium occurritur. Pagina 393.

Contra iſtam concluſionem arguit Suarez: Quod Deus ratione ſuæ infinitæ potentiæ neceſsitatem inferre poteſt voluntati creatæ, & poſſet etiam in hypoteſi facta; at in caſu poſito moveret voluntatem quanta efficacia poſſet. *Numero* 45. Reſp. *numer.* 46. diſtinguendo maiorem: Movendo medio iudicio indifferenti negatur, medio iudicio neceſſario conceditur; & ſimiliter conceditur, & negatur minor.

Contra quam ſolutionem acriter invenitur Suarez. Et plura adverſus illam opponit; quæ proponuntur, & ſolvuntur, *à num.* 47. *vſque ad num.* 59.

Sed adverſus dicta replicatur vlterius, *numer.* 60. Reſp. *num.* 61.

Ex dictis colligitur veram eſſe abſolutè ſecundam ſententiam; & probatur diſcurſu ex dictis efformato. *Num.* 62.

Colligitur ſecundo, rationem formalem, ad

ad quam vt ad primam radicem libertas, & contingentia secundarum causarum reducitur, esse solam efficaciam voluntatis Diuinæ. *Num.* 63.

DISPVTATIO QVINQVAGESIMAQUINTA.

Videtur in Deo libertas contradictionis; ita vt eius voluntas, ab omni actu libero puta tuerit manere suspensa?

§. PRIMVS.

Eligitur, & probatur vera sententia. Pagina 402.

Libertatis diuisio tradidit *numero* 1. Quod vertitur in dubium est, an sicut voluntas nostra, obiecto sibi proposito, manet libera nedum libertate contrarietatis, quatenus illud potest velle, vel illius contradictorium per actum positivum: sed etiam est libera libertate contradictionis, taliter, quod potest nullum actum erga illud elicere, se exercendo per puram omissionem libertate negativa: ita voluntas Dei, &c. *Num.* 2.

In qua disputatione tres versantur sententia. Prima negativa communis apud Recentiores etiam Thomistas. Secunda docet potuisse voluntatem diuinam à terminatione libera *ad extra* manere suspensam: non tamen ab omni actu libero, quia adminus habere debebet actum, quo vellet talem suspensionem, *num.* 4. Tertia affirmat potuisse ab omni actu libero suspensam manere: nedum ab actu quo vellet futuritionem rerum, aut negationem futuritionis, verum ab actu, quo vellet talem suspensionem. *Ibidem.*

Quæ sententia pro conclusione statuitur, & probatur primo, ex D. Thom. ergà obiectum secundarium voluntatis diuinæ nullum actum necessarium agnoscentem. Secundo ex eodem D. Thom. in hoc art. Ad secundum. *Num.* 5.

Tertio ratione: quia nimirum complexum constans ex futuritione, & negatione futuritionis, non habet bonitatem necessariam, etiam diuisiuè. *Numer.* 6.

Euasio. *Num.* 7. proposita præcluditur. *Num.* 8. & 9.

Denique probatur, ex eo quod nulla est imperfectio in voluntate Dei quod ab omni actu libero manet suspensa, vt ostenditur, *à num.* 10. *vsque ad* 12. Et quædam euasio præcluditur. *Num.* 13.

§. SECVNDVS.

Occurritur argumentis Arguunt Auctores [illegible] Pag. 464. primo, quod P. Tom. 2. sem esse futuram, vel non esse futuram, sem esse futuram, vel non esse futuram, est necessarium; & consequenter etiam est necessarium est Deum amare futuritionem, aut amare negationem futuritionis. *Num.* 14. & 15.

Respondetur, *à num.* 16. vsque ad 19.

Arguunt secundo: quod voluntas diuina, vt libera, non minus est in vltima actualitate, & actus purus, quam considerata, vt natura. *Num.* 20. Resp. *Ibidem.* Instatur. *Num.* 21. Resp. *Num.* 22.

Arguunt tertio: quod potuit Dei voluntas velle negationem futuritionis: ac per consequens sic illam necessario voluisse. *Num.* 23. Resp. *Num.* 24. & 25.

Arguunt quarto: quod voluntarium purè negativum, & interpretativum est imperfectum voluntarium; & consequenter repugnans Deo. *Num.* 26. resp. *num.* 27.

Quinto arguunt: quod repugnat voluntati diuinæ liberum exercitium non honestum, suspensio autem libera absque omni actu non esset honestas. *Num.* 28. Respondetur instantiæ. *Ibidem.* *Num.* 29. Instatur. *Num.* 30. Respondetur instantiæ. *Ibidem.*

Denique arguunt, ex eo quod non potuit Dei scientia suspendi ab omni terminatione libera: ergo nec voluntas diuina ab omni libero decreto. *Num.* 31. Resp. *num.* 32. Replicatur. *Num.* 33. Resp. *vsque ad* 35.

TRACTATVS SEPTIMVS.

De Amore Dei.

DISPVTATIO QVINQVAGESIMASEXTA.

An Deo cum propietate competant odium, timor, tristitia, & ira?

§. PRIMVS.

Timor, & tristitia excluditur. Pag. 409.

ET probatur, cum communi Theologorum sententia, ex eo quod timor respicit malum propium futurum, & tristitia est de malo præsenti: Deo autem nihil mali accidere potest. *Num.* 1.

Obiectio P. Herice, qui hanc rationem reputavit inefficacem, ex non penetrata vi rationis procedit. *Num.* 2. & 3.

Secundo probatur, ex eo quod timor est fuga, cum depressione animi, ob arduitatem mali futuri. N. 4. & 5. Et obiectionibus fit satis, *à num.* 6. *vsque ad* 10.

§. SECVNDVS.

Eligitur, & probatur vera sententia. P. 411.

Circa odium, & iram: an cum proprie

Prima pars. Deo conveniant? Dividuntur Auctores in quatuor sententias. Prima vtramque affectionem Deo cū proprietate convenire affirmat: ita Sua rez. Secunda odium cum proprietate convenire affirmat Deo: secus autem iram. Tertia distinguens inter odium abominationis, & odiū inimicitiæ, priorem concedit, secundū retegat à Deo. Num. 11. Quarta, & vera sententia solum in metaphorico sensu odium, & iram Deo convenire defendit. Nu. 12. Quæ sententia pro conclusione statuitur, & ostenditur quoad primam partem ex D. Thom. Num. 13.

Ratione probatur, quia odium propriè dictum petit per se primo terminari ad malum: nullus autem actus voluntatis divinæ potest primario ad malum terminari. Num. 14. & 15.

Duplex evasio præcluditur. Num. 16. 17. & 18.

Tertio probatur specialiter de odio inimicitiæ: quia odio habere aliquē odio inimiciæ est velle alicui malum, vt malum eius est ex displicentia illius: quod Deo repugnat, à num. 19. vsque ad 23.

Secunda pars conclusionis est expressa D. Tho. in præsenti vbi duplicem imperfectionem agnoscit in ira: alteram ex parte illius quod de materiali importat scilicēt accensio sanguinis circa cor: alteram ex parte formalis tristitia scilicēt quam ira supponit. Num. 24. & 25.

§. TERTIVS.

Obiectionibus occurritur. Pag. 415.

OBijciunt contrarij primo verba Sacræ Scripturæ. Num. 26. Resp. Numer. 28.

Obijciunt secundo: quod Deus non tantū vult homini peccatori pœnam, sed etiā cum illi vult, vt malum eius ex displicentia ipsius ac per cōsequens odit peccatorem ex displicentia ipsius. Nu. 28. Et solutio quæ insinuatur. nu. 29. Impugnatur, à Vazquez. Ibidem, & num. 30. Resp. num. 31. 32. & 33.

Obijciunt tertio: non esse de ratione odij inimiciæ propriè talis terminari ad malum sub ratione mali: ac per consequēs ex isto capite non rectè excludi à voluntate Dei. nu. 34. Resp. nu. 35. 36. & 37. Replicatur, nu. 38. Solvitur replica. nu. 39.

Denique obijciunt, quod odium abominationis est fuga mali alicuius personę ex cōplacētia in illa. nu. 40. Solutio Magistri Albelda nō placet. nu. 41. & 42.

Vera solutio traditur, & defenditur, à nu. 43. vsque ad 45.

Contra secundam conclusionem partem quid possit opponi videatur. nu. 46. & 47.

DISPVTATIO QVINQVAGESIMA septima.

Qui ex alijs actibus enumeratis supra, divinæ voluntati conveniant?

§. PRIMVS.

Statuuntur, quæ apud omnes sunt certa. Pag. 417.

CAudium. & delectatio cum omni proprietate divinæ voluntati cōpetunt: ita D. Th. & apud omnes Theologos est certum, nu. 1. Secundo certū est non dari in Deo spē, nec respectu bonitatis propriæ, nec respectu bonorum ad extra, nu. 2. Quæ contra hanc veritatem obijci possunt proponuntur, & solvuntur, à num. 3. vsque ad 10.

Tertio omnes Theologi cōveniunt in eo quod in Deo inveniri non potest desiderium respectu bonitatis propriæ. Quod convincit evidenter ratio D. Thom. Qua vtens Vazquez in consequentē loquitur. nu. 11. Alarcon etiam in consequentiæ redarguitur. nu. 12. Objcitur contra communem doctrinam num. 13.

Respondet Alarcon, nu. 14. Sed eius doctrina multa involuit à veritate aliena. nu. 15. vsque ad 18.

§. SECVNDVS.

Referuntur sententiæ, & statuitur prima conclusio. Pag. 420.

TOta difficultas devolvitur ad desiderium respectu bonitatis extrinsecè Deo, & ad amorē specialitèr dictum. Et quoad priorem partem tres versantur sententiæ. Prima affirmativa, quam tenet Vazquez, & Suarez, & Alarcon. Secunda negativa. Tertia, & media distinguit inter bona nostra, quæ dependent à solo Deo, & bona, quæ Deus tribuit dependenter à nostro consensu. Et de bonis primi generis negat desiderium in Deo: benè tamen de alijs. Sic litem componere conatur Herice. num. 19.

Prima conclusio. *Actus desiderij non convenit Deo, etiam respectu bonorum ad extra.* Est D. Thom. & eius discipulorū. nu. 20. Probatur ratione Angelici Magistri. Quia nimirum desiderium petit pro conditione obiecti, quod si bonum non habitum, sed obtinendū; imperfectio

Odio autem maxima est bonum aliquod non obtineri, & possideri à Deo. Nu. 21. Evasiones præcluduntur, à num. 22. vsque ad 26.

Secundo prob. Ex eo quod sicut compara tur quies ad motum in physicis, sic in appetibilibus comparatur ad desiderium gaudium, & delectatio ex obtenta quiete perfecta non datur locus motui vlte rioti. Num. 27.

Denique, ex eo quod omne bonum est Deo præsens in mensura æternitatis. Num. 28. & 29.

§. TERTIVS.

Argumentis in contrarium occurritur. Pag. 421.

ARguunt contrarij ex illis verbis Pauli 1. ad Timotheum 2. Qui vult omnes homines salvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. Talem voluntatem esse proprie actum desiderii probatur à sufficientia dinumeratione actuum cæterorum, & negatione illorum. Nu 30. Resp. & pluribus replicis occurritur, à num. 31. vsque ad 38.

Denique arg. ex eo quod Deus non solum se amat, sed etiam creaturas, & gaudet de bonis nō solum propijs, sed etiam creaturarum: ergo cum proprietate poterit desiderare bonum creaturis quando est absens. Num. 39. Resp. Num. 40.

§. QVARTVS.

Statuitur secunda conclusio vera sententia. Pag. 423.

SEcunda conclusio. In Deo datur amor sui specialiter sumptus. Ita omnes Theologi, nullo excepto (præter Herice) Num. 41.

Ostenditur primo ex D. Thom. Nu. 42.

Explicatio Hericē menti D. Thom. non congruit. Num. 43.

Secundo probatur, ex eo quod amor bonitatis divinæ specialiter sumptus nullā imperfectionē dicit ex sua ratione formali. Num. 44.

Solutio P. Herice, num. 45. proposita et ijcitur vsque ad 49.

§. QVINTVS.

Diluuntur argumenta contraria. Pag. 425.

ARguit Herice primo: ex eo quod in Deo circa bonum [illegible] ca repugnat actus desiderij[illegible] et repugnare etiam circa talia orem specia

[illegible] Epiſcop. GODO[illegible] p. Tom. 2.

liter sumptum. Num. 50.

Secundo arguit, ex eo quod non datur in Deo scientia simplicis intelligentiæ circa se ipsum, sed solū modo circa creaturas, ac per consequens nec amor sui specialiter sumptus. Num. 51.

Respondetur ad hæc duo argumenta, à num. 52. vsque ad 54.

Probabilius iudicatur gaudium, & amorem specialiter sumptum distingui in Deo ratione ratiocinata. Num. 55. 56. & 57.

Ex dictis in hac disputatione de alijs actibus repugnantibus divinæ voluntatis fertur iudicium. Num. 58. & 59.

DISPVTATIO QVINQVAGESIMA octava.

An Deus amet rationales creaturas amore amicitiæ?

§. PRIMVS.

Ratio dubitandi proponitur, & statuitur communis sententia. Pag. 427.

RAtio dubitandi, eaque non levis desumitur, ex eo quod nullus actus voluntatis divinæ potest terminari ad bonum rationalis creaturæ, quia illius bonū est, ex complacentia in ipsa, quod ad amorē amicitiæ, prout distinguitur ab amore cōcupiscētiæ requiritur. Num. 1.

Qua, & alijs non obstantibus vera, & cōmunis omnū Theologorum sententia affirmat Deum rationales creaturas amore amicitiæ diligere. Num. 2.

Et probatur primo, ex eo quod inter Deū, & homines datur vera amicicia, vt constat ex pluribus locis Sacræ Paginæ. Num. 3.

Secundo ratione, quia animi tū Deus vult rationali creaturæ bonum ex complacentia in ipsa, à qua etiam redamari potest, & aliàs, quod tale bonum in ordine ad propriam bonitatem velit non obstar amori amicabili, num. 4.

§. SECVNDVS.

Refelluntur, & rejiciuntur duo modi dicendi. Pag. 428.

AD solvendum rationem dubitandi dividuntur in varios modos dicendi Theologi. Primus modos dicendi distingui in Deo duos ex æquo distinctus, quorum vno vult creaturæ rationali bonum propter eius bonitatē, &

altero vult bonitatem Divinam, hūc
cm Leſsius, Turrianus, & alij, n. 5.
Sed di[illegible]plicet communiter Theologis; &
re[illegible]jicitur, à num. 6. vſque ad 9.
Sec[illegible]dus modus dicendi aſſerit, eundē a-
tum indiviſibilē, tàm formaliter, quā
rit[illegible]aliter habere duplex motivum
adequatè diſtinctum, & vellè bonum
ratio[illegible]nale creaturæ propter ſe ipſam, &
propter Deum. Ita Puente Hurtado,
cui [illegible] alij ex eadem familia ſubſcribunt,
num. 10.
Sed iſte modis Thomiſticis principijs ad-
verſatur, & reijcitur, à num. 11. vſque
ad finem. 21.

§. TERTIVS.

Reijciuntur alij modi dicendi. Pag. 431.

EX dictis impugnata relinquitur ſententia Alarcon, diſtinguentis in Dei libera volitione duplex motivum, cōmune ſcilicet, & particulare, *num.* 22.

Impugnata etiam relinquitur aliorum ſolutio aſſerentium, nullum eſſe inconveniens, quod Divina volitio ſub conceptu terminationis ab obiecto creato ſpecificetur, vel pro motivo reſpiciat, *numer.* 23.

Falſitatis etiā convincitur ſententia Lorcæ aſſerentis, quod licet Deus ſandē omnia in ſe ipſum dirigat, vt in vltimum finem, proximè tamen à bonitate rationalis creaturæ movetur, *n.* 24. 25. & 26.

Sexto alij reſpondent, actum quo Deus vult bonum creaturæ rationali, eſſe propter Deum, vt finem *cui*, non vt finem *cuius gratia*. Sed reijcitur, à *num.* 27. vſque ad *num.* 32.

§. QVARTVS.

Traditur, & defenditur vera argumenti ſolutio. Pag. 433.

VEra rationis dubitandi ſolutio eſt, quod amor amicitiæ terminari debet ad bonum amici propter ſe ipſū, *ly propter* excludente ordinem ad alios particulares fines; non vero excludente ordinem ad vltimum finem, *num.* 33.

Contra quam ſolutionē, etſi veriſsimam plura, & non infirma proponuntur argumenta, à *num.* 34. vſque ad *num.* 38.

Ad quæ, & ad plures replicas emergentes reſpondetur, à *nu.* 39. vſque ad *num.* 52.

§. VLTIMVS.

Tria corollaria inferuntur ex dictis. Pa. 437.

Ex dictis colligitur primo, Deum non amare creaturas irrationales amore amicitiæ; nec illas tali amore potuiſſe diligere; amore tamen benevolentiæ potuiſſe illas amare, etſi de facto nō niſi concupiſcentiæ amore illas diligat, à *num.* 53. vſque ad *num.* 56.

Colligitur ſecūdo, inter divinas perſonas eſſe amorem amicitiæ; cuius contrariū docuit Herice, *num.* 57.

Colligitur tertio, in nullo verò ſenſu ſubſiſtere poſſe, quod Deus ſe ipſum propter creaturas diligat, cuius contrarium etiam docuit Herice, *num.* 58.

TRACTATVS OCTAVVS.

De prædeſtinatione.

DISPVTATIO QVINQVAGESIMA nona.

Quos actus intellectus, & voluntatis requirat prædeſtinatio, vſque ad ſui executionem?

§. PRIMVS.

Quibuſdam præſuppoſitis referuntur ſententia. Pag. 441.

EXiſtentiæ prædeſtinationis indubitata fide tenenda eſt: & ratione probatur, *num.* 1. & 2.

Ad prædeſtinationem requiri electionem prædeſtinatorum ad gloriam, & electionem eorumdem ad gratiam, ſupponitur *num.* 3. & 4.

Vnde colligitur, neceſſario ad prædeſtinationem requiri ex parte divini intellectus ſcientiam ſimplicis intelligentiæ circa gloriam regulantē electionem ad illam, & conſilium, ſeu iudicium regulans electionem ad gratiam. *Num.* 5.

Scientia media ad negotiū prædeſtinationis minimè requiritur; & oppoſitum omnipotentiſsimæ voluntati Dei congruum non eſt. *Num.* 6. & 7.

His poſitis ad duos actus, alterum voluntatis, & alterum intellectus difficultas devoluitur. Primus eſt actus voluntatis, qui executionem immediatè præcedit, & appellatur *vſus*. Secundus eſt actus intellectus, qui vocatur *imperium*. Prima ſententia vtrumque actum negat, quā tenet Vazquez. Secunda primum concedit, & negat ſecundū. Hanc tenet Suarez. Tertia, & vera ſententia vtrumque iſtum actum ad negotiū prædeſtinationis neceſſarium exiſtimat. Ita omnes Thomiſtæ, *num.* 8. & 9.

§. SECVNDVS.

Necessitas, decreti executivi defenditur. Pag. 442.

PRima conclusio: *Præter electionem meritorum ad ordinem intentivum spectantem, necessario requiritur in voluntate Dei decretum executivum de eisdem medijs ab electione aliqua ratione distinctum.*

Et probatur: nam iuxta Augustinum, datur electio ad gloriam omnino liberalis, & gratuita ante prævisa nostra merita, & voluntas merita prævisa supponens; sed hoc non potest subsistere nisi distinguamur in voluntate divina duos actus circa gloriam, vnum spectante ad ordinem intentionis, alterum verò ad ordinem executionis. *Num.* 10.

Secundo, nam iuxta D. Th. in voluntate nostra datur actus, qui dicitur vitus ab electione distinctus; & consequenter in Deo. *Num.* 11.

Solutio P. Vazquez refertur, & impugnatur, *num.* 12. 13. & 14.

Denique probatur, ex eo quod omnes actus in nostra voluntate repertus, si in sua ratione formali imperfectionē nō dicat, debet constitui in Deo: vlus autē est actus, qui in nostra voluntate reperitur, & imperfectionem non dicit. *Num.* 15.

Minorem, in qua est difficultas, minus efficaciter probat Lorca. Cuius probatio reijcitur, *à num.* 16. *vsque ad num.* 18.

Probatur ergo efficaciter prædicta minor & evasionibus, & obiectionibus incidentibus occurritur, *à num.* 19. *vsque ad num.* 27.

§. TERTIVS.

Quatuor argumentis in contrarium occurritur. Pag. 445.

ARguit Vazquez primo ex D. Thom. *num.* 28. Resp. *num.* 29. & 30.

Secundo arguit, ex eo quod vt potentia bruti operetur non indiget novo actu appetitus, præter affectum, quo fertur in obiectum per modum naturæ: & per consequens, vt potentiæ executivæ nostræ operentur, non est necessarius alius actus præter liberum electionem. *Num.* 31. Resp. *num.* 32.

Tertio arguitur, quia sine electio essentialiter. *Num.* 33. Resp. *à num.* 34. *vsque ad num.* 38.

Quarto arguitur, quod voluntas supposita intentione finis, & ordine ad consequendum finem, necessario sequatur electionem mediorum. Resp. Epiſcopi Gon[illegible] voluntas supponit intellectum, & suppositis electione intellectu ad imperandum, & tamen hic vsus non est actus ab intentione, & electione distinctus. *Num.* 39. Prima solutio, *num.* 40. relata impugnatur, *à num.* 41. *vsque ad num.* 45. Vera solutio traditur, *num.* 46. & 47.

§. QVARTVS.

Cætera argumenta dilluuntur. Pag. 448.

QVinto arguitur, ex eo quod licet in nobis detur vlus ab electione distinctus: in Deo tamen necessarius non est. *Num.* 48.

Ad argumentum cum replicis incidentibus. Resp. *à num.* 49. *vsque ad num.* 54.

Denique arguitur, probativam conclusionis. Quod vsus non specificatur à medijs, sed à fine, *à num.* 56. *vsque ad num.* 59. Resp. *à num.* 60. *vsque ad num.* 64.

§. QVINTVS.

Imperium à iudicio distinctum in divino intellectu statuitur. Pag. 451.

SEcunda conclusio: *Præter iudicium regulans electionem constituendum est in Deo imperium regulans vlum, & executionem.* Est Thomistarum, & aliorum plurimorū. Et ostenditur primo ex illis verbis Psalmi 148 *Ipse dixit, & facta sunt, &c. Num.* 65. 66. & 67.

Secundo probatur, ex eo quod in Deo est prudentia: propiissimus autem actus prudentiæ est imperium Monasticum. *Num.* 68.

Respondet Vazquez, *num.* 69. Sed impugnatur eius solutio, *num.* 70. 71. & 72.

Tertio probatur, ex eo quod actus practicus intellectus electionem supponens obtinet rationem imperij; talis autem actus datur in divino intellectu. *Num.* 73. Solutiones, quæ huic rationi tribui possunt, impugnantur, *à num.* 74. *vsque ad num.* 78.

§. SEXTVS.

Argumentis occurritur. Pag. 464.

ARguitur primo, ex eo quod quia oratio est inferioris ad superiorem, nemo potest se ipsum orare; & consequenter cum imperio fit superioris ad inferioris, nemo potest sibi ipsi imperare, *num.* 79. Resp. *num.* 80.

Secundo arguitur, ex eo quod imperium non est simplex apprehensio, vel cōpositio, aut iudicium, vel discursus: ergo non continetur inter actus intellectus. *Num.* 81. Resp. *à num.* 82. *vsque ad num.* 85. Vera

Tertio arguunt intendentes probare, actuũ Imperij ad nihil esse necessarios, quia non est necessarius vt moveat voluntatem quoad specificatione, seu ad hoc sufficiat iudicium electionis præcedens nec vt moveat illã quoad exercitium, num. 86. & 87.

§. SEPTIMVS.

Examinatur aliquorum solutio. Pag. 455.

AD præcedens argumentum Doctorissimi ex Thomistis respondet; imperium intellectus non solum necessarium esse ad actum voluntatis, qui dicitur vsus, sed etiam ad electionem, & ad omnem actum liberum voluntatis, sive creatæ, sive increatæ. Quibus favere videtur D. Th. num. 88. 89. & 90.

Favet etiam ratio: nã si imperium ad electionẽ non requiritur, sequitur pt incipalem actum prudentiæ, qui in imperio consistit, ad actum præcipuum virtutum electivarum, qui est electio, necessarium non esse. Num. 91. & 92.

Contra quã solutionem multipliciter arguunt contrarij, num. 93. Quibus respondent Authores solutionis, num. 94. 95. & 96.

Cæterum, licet subtiliter satis respondeant, & aliquando doctrina solutionis placuerit, modo displicet propter argumenta, quæ contra illam opponuntur, à num. 97. vsque ad num. 103. Authoritatibus D. Tho. in eius favorem adductis respondetur num. 104. & 105.

Argumento ex ratione petito sit satis num. 106.

§. VLTIMVS.

Traditur vera solutio, & cæteris argumentis occurritur. Pag. 459.

AD argumentum ergo respondetur primo, vt moveat illam quoad specificationem ad vsum activum, & ex consequenti, vt moveat quoad exercitium, num. 107. vsque ad nu. 109. Replicatur tripl. i citer, num. 110. & 111.

Respondetur, num. 112. & 113.

Denique arguitur ex eo quod si imperium esset necessarium ad vsum, sequeretur vsum activum non esse actum liberum; sed omninò naturalem. Nu. 114. Resp. num. 115. vsque ad num. 117.

Ex dictis enumerantur actus ad negotiũ prædestinationis requisiti, & suo ordine collocantur. Num. 118.

DISPVTATIO SEXAGESIMA.

In quo ex prædictis actibus prædestinationis essentia constituat.

§. PRIMVS.

Relatis sententijs, statuitur prima conclus. Pag. 461.

CAietanus censet controversiam hanc esse de solo nomine, num. 1.

Prima sententia docet in actu voluntatis prædestinationis essentiam cõsistere in recto, connotando ordinem ad intellectum ordinantem media. Secunda in actu vtriusque potentiæ. Tertia, & vera in actu intellectus adæquatè. Sed in quo actu dissident. Nu. 2. 3. 4. & 5.

Proveritatis explicatione est prima conclusio. Prædestinatio non consistit essentialiter in actu voluntatis, sed in actu intellectus, connotato, & præsupposito actu voluntatis. Et quoad vtramque partem D. Thom. vt ostenditur num. 6. & 7. Et quod actum voluntatis supponat. Prob. num. 8. Imò, & supponere non solum voluntatem finis, sed etiam electionem mediorum, num. 9. & 10.

Prima etiam pars conclusionis. Prob. ex D. Augustino, num. 11. & 12.

Secundo, ex eo quod prædestinatio est pars altissimæ providentiæ: providentia autem in actu intellectus consistit. Nu. 13.

Tertio, ex eo quod est essentialiter ordinatio: ordinare autem ad intellectum pertinet, à num. 14. vsque ad num. 17. Evasio quædam præcluditur, num. 18.

Evasio alia præcluditur, à num. 19. vsque ad num. 22.

§. SECVNDVS.

Argumentis in contrarium occurritur. Pag. 464.

ARguitur primo, ex Damasceno differente providentiam per actum voluntatis, num. 23. Resp. Solutione D. Tho. num. 24. Replicatur, num. 25. Respondetur, num. 26.

Secundo arguitur ex D. Thom. num. 27. & 28. Resp. primo, num. 29. Secundo resp. à num. 30. vsque ad num. 34.

Tertio arguitur, ex eo quod nõ solum intellectus, sed etiam voluntas ordinativa est, vt probatur à num. 35. vsque ad num. 37. Resp. num. 38. vsque ad num. 44. vbi obiectionibus incidentibus occurritur.

Quarto arguitur, ex eo quod iuxta D. Au-

gu-

Augustinum: Prædestinatio est præscientia, Tertio infertur, Prævidentiam distinguen-
& præparatio beneficiorum &c. Dicat præ- nonesse idem, ac lex æterna Dei, usq;
scientia ad intellectum pertinet, præpa- 70. usque ad num. 74.
ratio autem ad voluntatem, continet Quarto colligitur, providentiã distingue
ergo in actibus intellectus, & voluntatis & Divinis ideis. Num. 75. 76. & 77.
tis quod intendit secunda sententia, n. Denique infertur contra Suarez, quòd di-
45. Resp. num. 46. stinctio in actibus voluntatis cõ-
Denique arguitur, ex eo quod de cõceptu prædestinatio constituenda non est in om-
prædestinationis non solum est ratio nibus, sed in illis, à quibus voluntaria
& motio divina à primo de-
nationis, sed etiã efficacia, ad quos in effectivo finis, usque ad executi-
quod exercitiũ, quod spectat ad Volun vum. 2. Num. 78. usque ad 81.
atem. Resp. num. 47. Replicatur, num.
48. Solvitur replica, num. 49.

§. TERTIVS.

Quomodo comparetur illis?

Prædestinatio ad providentiam
Prædestinatio, & qualiter distinguatur ab

Prima Pars 4-4

§. PRIMVS.

disputationis resolvitur. Pag

DVo examinanda sunt: primum, an prædestinatio sit pars subiectiva, an pars tantum obiectiva providentiæ? Secundum, an prædestinatio à providentia differat per hoc, quod non solum ordinis, sed etiam eventus infallibiliter potiatur, providentia autem solius ordinis dicat infallibilitatem?

Num. 1.

Circa primum. Prima sententia affirmat esse prædestinationem partem subiectivã providentiæ. Ita Magister Sotus, quẽ alij sequuntur. num. 2. Secunda, & vera opinio docet, asserens prædestinationẽ ab alijs providentiæ partibus non distingui essentialiter, sed virtualiter, providentiã divinam, prout ad omnia prouidenda se extendit, absque virtuali, seu attributali diversitate. Ita sequuntur Thomistæ. Quorum sententiæ est hæc conclusio. Et quidem esse partem obiectivam providentiæ communiter docent. Num. 3. & 4.

Quod etiam non sit pars subiectiva providentiæ strictè, tã, quam verè, eius cõtenta sub proprio genere, etiam est certum, aliàs esset composita ex genere, & differentia, quod Divinæ simplicitati repugnat, quidquid contendat Vas. quæ 2 num. 5.

Quod autem non contineatur sub providentia, tanquam inferius essentiale sub superiori analogo cum virtuali distinctione ab alijs partibus, colligitur ex D. Tho & ratione probatur quia manifestum providentia est actus specificatus à fine, cui potest vnicus finis pro ratione formali assignari; effectus scilicet bonitatis divinæ. num. 6 & 7.

Secundo probatur, ex eo quod quæ sunt effectus à Divina omnipotentia prod. actus à Divina omnipotentia tamen e. plures sint vna. plures; Omnipotentia in ration. eo quod omnia repiciat in ration. omni creabilis, &c. In pluribus alijs exemplis, num. 8. 9. & 10.

§. SECVNDVS.

Argumentis in contrarium occurritur. Pag. 476.

Arguitur 1. ex eo quod in Deo dantur plures ideæ, quæ sunt partes, non solum obiectivæ, sed etiam subiectivæ, rationis communis ideæ: ergo, & plures Providentiæ, num. 11 Resp. num. 12. & 13. Advertitur solutionem replicatur, num. 14. & 15 Resp. ad replicam, num. 16. vsque ad num. 20.

Secundo arguitur, ex eo quod dantur in Deo plures virtutes electivæ virtualiter distinctæ, v. c. iustitia, & misericordia, non obstante vnitate finis, ad quem ordinantur, scilicet Deus, quatenus est Charitatis obiectum, num. 21. Resp. nu. 22. & 23. Vbi retorquetur argumentum in aduersarios.

Vltimo arguitur, ex eo quod prædestinatio, & providentia generalis supernaturalis differunt pœnes efficacem finis cõsequutionem, & inefficacem, quæ sunt prædicata sufficientia ad inducendam distinctionem virtualem. Nu. 24. Resp. ibid.

§. TERTIVS.

Circa secundam partem prima difficultas resolvitur. Pag. 478.

Discrimina inter prædestinationem, & providentiam sub conceptu communi providentiæ apud omnes certa statuuntur, num. 25. & 26.

Prima difficultas est: An prædestinatio differat à providentia per hoc, quod illa non supponit subiectum, quod per prædestinationem ad finem dirigitur: providentia autem subiectum, cui præparantur media supponat? Affirmat Suarez, cuius motiva proponuntur, nu. 27. & 28. Oppositum vt verum defenditur, & probatur, à num. 29. vsque ad num. 32.

§. QVARTVS.

Secunda difficultas resolvitur. Pag. 480.

Secunda difficultas est: An prædestinatio distinguatur à providentia per hoc quod prædestinatio est infallibilis, non solum quoad ordinem medioris ad finem, sed etiam quoad particularis finis assequutionem? Et in quo omnes disputantes conveniant. Num. 33.

Dissensio est in assequutione finis particularis, an scilicet sit de conceptu prædestinationes, non autem de ratione providentiæ? Prima sententia negat, quã tenet Caietanus, & alij. Secunda affirmat, quam tuentur plures alij Thomistæ, quæ Nobis magis probatur, num. 34. Et suadetur expresso testimonio D. Thom. q. 6. de veritate, art. 1. Solutiones quæ assignari solent impugnantur, à num. 35. vsque ad 38.

Secũdo probatur, ex eo quod reprobi per supernaturalem providentiam ordinantur ad gloriam, vt constat ex illis verbis Pauli ad Timotheũ 2. Qui vult omnes homines saluos fieri, &c. At reprobi gloriam non consequuntur, num. 39.

Huic rationi tres solutiones adhibentur, num. 40. Sed reiciuntur, à num. 41. vsque ad num. 43.

Vltimo, & principaliter probatur cõclusio, ex eo, quod providentia accipi efficaciam ex intentione finis, in Deo autem circa finem datur duplex volũtas, altera consequens, & efficax, altera inefficax, & antecedens, num. 44. & 45.

§. VLTIMVS.

Argumentis in contrarium occurritur. Pag. 482.

Arguitur, authoritatibus D. Thom. num. 45. Quibus respondetur explicando mentem Sancti Doctoris, num. 47. 48. & 49.

Secũdo arguitur, ex eo quod ad perfectissimam providentiam, qualis est divina, spectat, non solum ordinatio mediorũ ad finem, sed etiam assequutio finis, nu. 50. Resp. num. 51. Replicatur, num. 52. Dissolvitur replica, num. 53.

Denique arguitur, ex eo quod licet providentia non sit de fine, sed tantum de mediis, supponit voluntatẽ consequentẽ cuiuscumque finis, ad quẽ ordinat media; vt suadetur, à num. 54. vsque ad nu. 57. Resp. à num. 58. vsque ad num. 60.

DISPVTATIO SEXAGESIMASECUNDA.

An substantia prædestinati sit suæ prædestinationis effectus?

§. PRIMVS.

Relatis sententijs, statuitur prima conclusio. Pag. 485.

Tanquam indubitatum supponitur primo,

...o; substantiam prædestinati secundum se inspectam, vt intra limites puræ creaturæ, esse non posse prædestinationis effectum. Num. 1.

...ndo, non esse effectum prædestinatio... is proximum, & elicitum, sed ad sum... ...um imperatum, num. 21

...n autem esse effectum imperatum co... ...ugat dupliciter: primo modo quoad ...rdinationem supponentem existentiã obiecti prævisam: secundo quoad existentiam, ita vt prima rei existentia imprimatur ex intentione finis prædestinationis: supponitur tertio tanquam certum, saltim primo modo esse prædestinationis effectum. Num. 3.

...cultas est de secundo modo imperij, ...i substantia prædestinati, licet ex vi ...rius providentiæ ad finem naturalem ...dinetur quasi elicitivè; non tamen ...illa procedat independenter à prædestinatione, & ...lius fine. Num 4.

Quæ in re tres sunt sententiæ. Prima negans, quam tenet Vazquez, & alij iuxta mentem, & ex nostris Albelda.

Secunda substantiam prædestinati docet esse prædestinationis effectum, quando aliquam rationem supernaturalitatis inducit, scilicet quando miraculosè, & ex vi providentiæ supernaturalis producitur. Hanc tenet Herice falsò in sui favorem adducens Suarez.

Tertia, & vera sententia absolutè docet substantiam prædestinati esse effectum prædestinationis non elicitum, sed imperatum. Ita communiter Thomistæ, & plures alij, num. 5.

Prima conclusio: *Non repugnat ab intrinseco, quod substantia prædestinati sit effectus prædestinationis.*

Et probatur, ex eo quod non repugnat quod substantia prædestinati existentiam fiat ex vi decreti, quo eligitur ad gloriam; sicut ex quo eligitur Christus vt sit talis Dei, fuit factus Christus qui est prædestinationis subiectum, à num. 6. vsque ad num. 9.

Tres solutiones, quæ adhiberi feruntur, & impugnantur, à num. 10. vsque ad num. 15.

§. SECVNDVS.

Obiectionibus in contrarium aduersis respondetur. P. 487.

ARguunt contrarij primo ex eo quod non minus repugnat subiectum produci ex vi decreti, quo elicitur accidentis, quam ipsum; sed gloria est accidentis, substantia

...primo ex intentio ...s sed substantiæ

prædestinati necessario supponens substantiam productam. n. 10. Resp. Ibid. Replicæ aduersus solutionem proponuntur, à num. 17. vsque ad num. 20.

Denique possumus argumentari aduersus conclusionem ex eo quod decretum exequutivum gratiæ, & gloriæ, vtpotè posterius decreto executivo substantiæ prædestinati, non potest ad illius executionem concurrere; & consequenter nec impertium, in quo prædestinationis essentia consistit, potest esse causa directiva substantiæ prædestinati, &c. Num. 21. & 22. Resp. num. 23. & 24.

§. TERTIVS.

Quid de facto sit dicendum resoluitur. Pagina 489.

SEcunda conclusio. *Substantia prædestinati est effectus prædestinationis cuiuscumque.* Augustino. Probatur primo ex D. 25. vsque ad num. 27.

Secundo probatur ratione: quia nimirum substantia prædestinati conducit ad prædestinationem, & aliàs sit ex intentione gloriæ num. 28. quæ est finis prædestinationis, testatur, & 29. Solutio, quæ admiberi potest, refertur, num. 30. Rejicitur, num. 31,

§. QVARTVS.

Tribus argumentis occurritur. Pag. 490.

ARguunt contrarij primo: nam iuxta Augustinum, Prædestinatio est gratiæ præparatio; substantia autem prædestinati gratia non est; cum gratia à subiecto, cui fit, debeat distingui. Resp. primo, num. 33. Secundo, num 34.

Secundo arguunt; ex eo quod iuxta Augustinum. *Christus non pro iustis, vt homines conderentur, sed pro impijs mortuus est vt iustificarentur*, num. 35 & 36. Resp. & instatur argumentum, num. 37. vsque ad num. 40.

Tertio arguunt ex authoritatibus D. Th. num. 41. & 42. Quæ explicantur à num. 43. vsque ad num. 45

§. VLTIMVS.

Cetera argumenta soluuntur. Pag. 493.

QVarto arguunt, ex eo quod contentio Patrum cum Pelagio, & eius reliquijs, intendentium probare non dari causam prædestinationis ex parte nostra intelligitur de causa primi effe-

effectus prædestinationis: at si substantia prædestinati esset primus effectus, nulla esset differentia ex parte nostri dari causam doni creationis. *Num.* 46. & confirmatur, & vegetur *num.* 47. & 48.

Instatur argumentum cum Vazquij cum suis confirmationibus, *num.* 49. & 50. & directè ad argumentum respondetur, *numer.* 51. 52. & 53.

Quinto arguitur, ex eo quod prædestinatio nostra supponit culpam originalē: cum illam supponat prædestinatio Christi: at peccatum originale supponit substantiam omnium prædestinatorum ex vi providentiæ naturalis productam. *Num.* 54. Resp. ibidem. Replicatur *num.* 55. Resp. *num.* 56.

Sexto arguitur, ex eo quod vt aliquid sit prædestinationis effectus, debet esse propriè medium respectu gloriæ: at substantia prædestinati non est propriè medium. *Num.* 57. Resp *num.* 58. & 59.

Septimo argumentari possumus, ex eo quod voluntas illa, qua Deus vult omnibus hominibus gloriam est prior voluntate efficaci prædestinativa: at hæc, substantiam prædestinati, vel causat, vel supponit.

Resp. *Num.* 60. Voluntatem illam esse priorem voluntate executiva prædestinativa, non autem voluntate intentiva. Contra quam solutionem plura, & notabilia obijciuntur, *num.* 61. & 62. Cursus occurritur *a num.* 63. *vsque ad num.* 66.

Octavo argui potest argumento inducto ex quadam D. Thom. autoritate; quæ proponitur, & explicatur, *à num.* 67. *vsque ad num.* 69.

Denique argui potest, ex eo quod si substantia prædestinatorum, & consequenter eorum generatio esset prædestinationis effectus, sequeretur nullam fore generationem deficiente prædestinationis decreto, quod est falsum, nam etiam Christo non veniente esset hominum generatio, iuxta D. Thom. *Num.* 70. Resp. *num* 71. Instatur, *ibidem*. Resp. *num.* 72. & 73 Et argumentum tripliciter instatur. *Num.* 74.

Aliter solvitur argumentum, *num.* 76. Et replicis adversus hanc secundam solutionem sit satis. *Num.* 76. & 77.

Ex dictis colligitur primo, omnia bona naturalia in prædestinatis esse effectus prædestinationis. *Num.* 78.

Secundo colligitur, bonam indolem, aut bonum ingenium, non ideò esse prædestinationis effectus, quia conducant ad facilius credendum, aut ad supernaturales actus facilius eliciendum: Sed quia conducunt ad committenda pauciora peccata. *Num.* 79.

Tertio infertur, actus bonos moralium virtutum acquisitarum esse effectus prædestinationis. *Num.* 80.

DISPVTATIO SEXAGESIMATERTIA;

An permissio peccati sit in electis effectus prædestinationis illorum?

§. PRIMVS;

Relatis sententijs, statuitur, & probatur prima conclusio. Pag. 500.

PRima sententia negat, quam tenet Vazquez. Secunda distinguit de permissione cognita ante peccatum, & inde pendenter ab illo, & de prima affirmat, de secunda negat. Hanc tenet Herice, quem sequitur Alarcon ineam trahens nolentem Vazquium suum. Tertia, & vera asserit, permissionem peccati in electis esse de facto effectum prædestinationis illorum. Ita omnes Thomistæ, quos plures alij sequuntur. *Num.* 1.

Prima conclusio. *Permissio peccati in electis, est effectus prædestinationis illorum*; loquimur non de permissione activa, quæ in actione Dei permittentis consistit, sed de passiva, consistente in carentia gratiæ efficacis, qua posita vitaretur peccatum. Probatur conclusio ex D. Augustino, & alijs Ecclesiæ Patribus. *Num.* 2. & 3. Evasio Pa. Vazquez præcluditur, *num.* 5.

Secundo probatur, ex eo quod permissio peccati est effectus volitus à Deo propter aliquem finem: & aliàs ex intentione beatitudinis præparatur à Deo, vt ostenditur *num.* 7. & 8. Solutio adversariorum, *num.* 9. relata impugnatur, *ibidem*. Et ad hominem contra Vazquez, Responsio Vazquez, *num.* 11. relata impugnatur, *num.* 12. & 13.

§. SECVNDVS.

Argumentis in contrarium occurritur. Pagina 505.

ARguit Vazquez primo: quod omnis effectus prædestinationis debet esse gratia, imò gratia collata per Christum: permissio autem peccati non est gratia, sed gratiæ privatio: neque per Christum; quia Christus non est mortuus, vt prædestinatis permittatur peca-

tū,& grātia negetur. Num. 14. Resp. Inſtur
m. 15. Et argumentum inſtatur. Inſtur
tur contra ſolutionem, num. 16. Resp.
m. 17.
ndo arguitur, ex eo quod negatiogra
x efficacis, in qua permiſſio peccati
nſiſtit, nequit ad finem prædeſtinatio-
s conducere. Num. 18. & 19. Resp.
m. 20. Solvitur Replicatur num. 21.
plica num. 22.
io arguitur, ex eo quod non eſt prudē
s proviſoris maius malum ex inten-
one minoris boni permittere: at pec-
tum eſt malus malum, quam beatitu-
bonum.
lex ſolutio, quæ adhiberi ſolet huic
gumento non placet, & impugnatur
m. 25. Resp. aliter: primo, num. 25. Se-
cundo num. 26. Sed contra ſolutionem
plicatur num. 27. Solvitur replica,
m. 24. Denique aliter reſp. ad argu-
mentum principale, num. 29.
Quarto arguitur, ex eo quod peccatum ad
finem prædeſtinationis conducit vt ma
teria pœnitentiæ; & tamen effectus præ
deſtinationis non eſt; nec ex intentione
talis finis procedit, num. 30. Resp. ibidē,
& inſtatur argumentum in omnium
ſententia: Replicatur, num. 31. Duplex
ſolutio, quæ huic replicæ adhiberi ſo-
let, refertur, ibidem. Sed neutra ſatisfa-
cit, & rejcitur, num. 32. & 33. Vera ſo-
lutio traditur, num. 34. Et replicis con-
tra illam fit ſatis, ibidem.

§. TERTIVS.

Explicatur modus, quo permiſſio peccati eſt
effectus prædeſtinationis. Pag.
507.

SEcunda concluſio. Permiſſio peccati eſt
effectus prædeſtinationis p
Deo ex intentione pœnitenti
Et probatur primo ex Damasc
36. Secundo ex D. Tho
Tertio ratione. Quia nimirum
motum non eligitur in
nem, niſi ex amore, & inte
dij proximioris, ſi hoc ſit a
miſſio autem peccati eſt m
tum ad finem prædeſtinat i
rentia verò proximius,
ſio, quæ ſolet adhiberi, refe
impugnatur verò,
Denique probatur, ex eo
peccati poteſt eſſe volu
de gloriæ & ex intentio
Et etiam ad bonum
Solutio, qua
cit. Solutio. Impugn
num. 40.
num. 43

Paratus eſt
eno, num.
37.
medium re
dine ad fi-
tione me-
abile; per-
dium reſpo
nis; pœni-
38 Reſpon
tur, ibidem.
permiſſio
intentio-
militaris:
ntia condu-
ratione,
uſque ad

§. QVARTVS.

Diluuntur contraria argumenta. Pag. 509.

ARguunt contrarij primo. Quod ex in-
tentione ſanitatis morbum permit-
tere non eſt prudentis proviſoris:
peccatum autem eſt morbus, quod per
pœnitentiam ſanatur. Resp. num. 45.
Replicatur dupliciter,
dem reſpondetur.
Secundo, & urgentius arguunt, quod in-
tentio peccati ante prævisionem
peccati illius eſt virtualis amor peccati inſe-
rensillius formalem amorem: Deo au-
tem repugnat virtualis, vel formalis
amor peccati. Maior in qua eſt difficul-
tas pro
Hoc argumento immaniter gloriatur Aiar
contro
illud, ad plures replicas emergentes
reſp. i
Denique arguitur, ex eo quod inictio pœ-
nitentiæ ad
ſionem neceſſario præſupponit prævi-
tur in
Duæ ſolutiones adhiberi ſolent, quæ reji-
ciuntur
Vera ſolutio, & doctrina valdè notanda
traditur
Et num. 74 reſolvitur difficultas: An ſili-
cèt de pœnitentia, quatenus deſtructiva
poſſit affirmari, quod prius intenda-
tur, vt finis cuius gratia ex prævisione
culpæ deſtruendæ, vt finis effectum
autem 75. uſque ad num. 80. plures repli-
cæ notabiles adverſus traditam doctri-
nam diſſolvuntur.

§. VLTIMVS.

Corollarium ex dictis. Pag. 517.

EX dictis infertur, Permiſſionem pecca
torum in reprobis eſſe effectum præ-
deſtinationis electorum. Num. 82.
Et pro complemento diſputationis inquiritur: An permiſſio peccati ſit effectus
prædeſtinationis elicitus, vel impera-
tus?
Sententia Magiſtri Albelda in hac parte,
num. 83. Sententia aliorum. num. 84.
Verius exiſtimatur permiſſionem conſi-
ſtentem in negatione auxilij ordinis na-
turalis eſſe elicitivè à providentia natu-
rali; conſiſtentem verò in negatione au-
xilij ſupernaturalis non eſſe elicitivè a
providentia naturali; ſed à ſuperiori
ſi non prædeſtinativa, ſed generali.
Quoad primam, & ſecundam partem
pro-

probatur ratione Magistri Albelda *nu.* 85. Quod verò eadem ratio de tantisper Prætracta. *Num.* 86. Objicitur contra hanc resolutionem, *num.* 87. Resp. *nu.* 88. & 89.

DISPVTATIO SEXAGESIMAQUARTA.

An omnia bona supernaturalia sint in prædestinationis effectus prædestinationis illorum.

§. PRIMVS.

Relatis sententijs, statuitur prima conclusio. Pag. 519.

DVrandus glorificationem ab effectibus prædestinationis excludit. D. Bonaventura excludit dispositiones ad gratiam, & vocationes etiam efficaces. Vazquez, & Alarcon, vocationes ineffaces, & gratias non congruas, gratiamque habitualem per peccatum interruptam, quatenus primo collatam. Henricus, & Molina asserunt actus supernaturales, quamvis prout à gratia proveniunt, sint prædestinationis effectus, prout tamen sunt ex libero arbitrio, non esse prædestinationis effectus. *Numer.* 1.

Sententia affirmans omnia dona supernaturalia esse prædestinationis effectus est omnium discipulorum D. Thom. quæ sequentibus conclusionibus explicatur. *Num.* 2.

Prima conclusio. *Glorificatio, iustificatio non interrupta, & vocationes efficaces, sunt effectus prædestinationis.* Est omnium Theologorum, præter citatos *num.* 1. Et prob. primo ex illis verbis Pauli ad Rom. 8. *Quos autem prædestinauit, hos, & vocauit, &c. Num.* 3. & 4.

Secundo prob. ex eo quod prædestinatio est præparatio mediorum efficaciter inferentium finis consequutionem, & cõsequenter eius causalitas etiam attingit finem. *Num.* 5.

Tertio specialiter contra Durãdum, quia beatitudo est effectus providentiæ: non alterius, quam prædestinativę, *num.* 6.

Denique specialiter contra Gabrielem, & Bonaventuram, quia nimirum si sola gloria esset prædestinationis effectus, daretur ex parte nostra causa meritoria primi effectus prædestinationis; quod est contra modum loquendi Patrum, & Theologorum.

§. SECVNDVS.

Argumentis contra istam conclusionem occurritur. Pag. 520.

PRimum argumentum est Durandi. Nã prædestinatio non est de fine, sed de mediis, quibus pervenitur ad finem: glorificatio autem non est medium, sed finis, &c. Et confirmatur tripliciter, *num.* 8. & 9.

Duę solutiones referuntur, *num.* 10. Sed non satisfaciunt. Vera solutio traditur *num.* 11. & 12. Contra illam replicatur dupliciter, *num.* 13. Fit satis, *num.* 14. 15. & 16.

Secundo arguit Gabriel, ex eo quod effectus prædestinationis non possunt esse reprobis, & prædestinatis communes; at sola visio beatifica est prædestinatis propria Resp. & argumentum initatur, *numer.* 17.

§. TERTIVS.

De gratia per peccatum interrupta. Pagina 522.

SEcunda conclusio: *Gratia per peccatum interrupta est effectus prædestinationis; non solum, vt recuperata per pœnitentiam, sed etiam vt primo collata, & quatenus interruptaton per culpam, sed à Deo.* Conclusio est contra Vazquez, & ostenditur primo ex D. Thom. *num.* 18.

Secundo, ex eo quod gratia interrupta, quatenus primo collata conducit cum effectu ad finem prædestinationis, à *numer.* 19. vsque ad *num.* 23.

Quod autem etiam, prout interrupta à Deo sit prædestinationis effectus; quia talis exentia prout sit est à Deo, & conducit ad finem prædestinationis. *Num.* 24. & 25.

Ex hac conclusione sequitur etiam auxilia sufficientia, & efficacia, quibus homo ad gratiam interruptam, quatenus primo collatam, disponitur, esse effectus prædestinationis. *Num.* 26.

§. QVARTVS.

Argumenta soluuntur. Pag. 524.

COntra secundam partem conclusionis opponit Vazquez, primo, quod gratia interrupta per peccatum est effectus communis reprobis, & prædestinatis, quatenus primo collate, & consequenter non est effectus prædestinatio-

tion is. Resp. num. 27. Et instatur argumentum.

Secundo arguit, ex eo quod gratia Adamo collata in statu innocentiæ non esset effectus prædestinationis Adami. Num. 28. Resp. num. 29.

Tertio arguit, ex eo quod gratia interrupta non conducit ad finem prædestinationis ex vi voluntatis, qua primo confertur à Deo, numer. 30. Respondetur. Num. 31.

§. QVINTVS.

De vocatione inefficaci. Pag. 525.

TErtia conclusio: *Vocatio inefficax est effectus prædestinationis, etiam prout inefficax, non reduplicative, sed specificative.* Et prob. quia licet non conducant ad gloriam media operatione, ad quam dantur, conducunt tamen dispositivè mediatè. *Num.* 32. & 33. Secunda, & tertia pars conclusionis probatur *num.* 34. & 35.

§. SEXTVS.

Occurritur argumentis in contra. Pag. 525.

ARguunt contrarij primo, ex eo quod iuxta Augustinum, sola vocatio secundum propositum est effectus prædestinationis: vocatio autem inefficax non est secundum propositum. *Num.* 36 Resp. *num.* 37.

Secundo, ex eo quod peccata in memoriâ redacta excitant ad humiliantem; & tamen non sunt effectus prædestinationis. *Num.* 38. Resp. ibidem.

Tertio, ex eo quod vocationes inefficaces, nec omnes offeruntur memoriæ, nec omnes paulatim cor hominis liniunt. *Num.* 39. Duplex solutio insufficiens refertur *num.* 40. Vera solutio traditur, *num.* 41.

Quarto, ex eo quod datur providentia communis reprovis, & prædestinatis: ac per consequens aliquis effectus huius providentiæ: qui nequit esse alius, quam vocationes inefficaces. Resp. *num.* 42.

Denique: nam vocationis inefficacia potius retrahit, quam iuvet ad finem prædestinationis. *Num.* 43. Resp. *num.* 44.

§. SEPTIMVS.

De actibus supernaturalibus. Pag. 527.

QVarta conclusio. *Actus supernaturales sunt effectus prædestinationis*; non solum prout à gratia procedunt; *sed etiam prout à libero arbitrio. Num.* 45. Statuitur contra Molinam. Nostra vero conclusio communis est, non solum negantibus concursus partiales gratiæ, & libero arbitrio, sed etiam adstruentibus partiales concursus, & explicatur, *num.* 46.

Et prob. 1. ex eo quod potentiæ nostræ vitales, & gratia non concurrunt partialiter ad supernaturales actiones: sed adæquata virtus proxima est gratia. *Num.* 47.

Secundo: nam actus supernaturalis sub nulla ratione procedit à libero arbitrio, ratione suæ virtutis præcisè. *Num.* 48.

Tertio, quia actus supernaturalis sub ea ratione, qua procedit à libero arbitrio est effectus gratiæ. *Num.* 49.

Quarto: nam quod actus supernaturalis sit liber, habet à gratia. *Num.* 50, 51. & 52.

§. OCTAVVS.

Occurritur fundamentis Molinæ. Pag. 529.

FVndamentum Molinæ est, quod actus supernaturalis à gratia, & libero arbitrio partiale partialitate cautæ, proderiuntur. Sed oppositum latissimè monstravimus tom. 1. in primam partem, disp. 6. *Num.* 53.

Sed adhuc admissa partialitate concursus, defenditur conclusio, & ab impugnationibus liberatur. *A num.* 54. *usque ad* 59.

Ex dictis colligitur, quod etiam si in actu supernaturali aliqua formalitas naturalis reperiretur posset esse effectus prædestinationis improportionatus. *N.* 60

§. NONVS.

Explicatur modus, quo prædicti effectus à prædestinatione procedunt, & quinta conclusio statuitur, & probatur. Pag. 530.

OMnes Auctores supponere videntur ea de quibus conclusio loquitur esse effectus prædestinationis elicitos ad differentiam permissionis peccatorum, substantiæ prædestinati, & aliorum omnium naturalium, sed pro explicatione huius difficultatis, sit quinta conclusio. *Num.* 61.

Sola gloria, & perseverantia finalis sunt effectus prædestinationis elicitæ; cæteri autem in hac disputatione recensiti, licet supernaturalia sint, solum sunt effectus prædestinationis imperati; proportionati tamen cum illius fine: explicatur conclusio. Num. 62.

Et probatur, ex eo quod nullum ex donis gra-

gratiæ præ[illegible] perſeverantiam finalem, & gloriam. Pe[illegible]cit per ſe prædeſtinationẽ pro cauſa of[illegible]dinantem. *Num.* 63. Solutio quæ ad[illegible]beri poteſt refertur, & impugnatur, à [illegible]*num.* 64. *vſque ad* 66.

§. VLTIMVS.

Obiectionibus occurritur. Pag. 531.

ARgumentur primo: ex eo quod auxilia ſupernaturalia ſint efficacia, non poſſunt à genetali providentia procedere. *Num.* 68.

Reſp. *Num.* 69.

Secundo: nam multa auxilia gratiæ præparat Deus electis, quæ non pararet niſi eſſent ſpecialiter dilecti & à Deo prædeſtinati, & conſequenter hæc ſunt effectus prædeſtinationis. *Num.* 70.

Reſp. *Num.* 71.

Tertio: nam auxilia ſupernaturalia ſunt in eodẽ ordine cum fine prædeſtinationis. *Num.* 72. Reſp. & replicis fit ſatis, *à num.* 73. *vſque ad* 76.

DISPVTATIO SEXAGESIMAquinta.

An electio efficax prædeſtinatorum ad gloriam merita præviſſa ſupponat: an vero merita præviſſa præcedat?

§. PRIMVS.

Relatis ſententijs ſtatuitur prima concluſio, & auctoritate probatur. Pag. 533.

PRæmittitur Chaterini ſententia communiter ſelecta. *Num.* 1.

Duæ celebres, & extremæ ſententiæ ſũt in hac parte. Prima docet efficaceẽ electionem prædeſtinatorum ad gloriã merita prævia ſupponere: vndè priori ad merita ſolum recognoſcit in Deo voluntatem inefficacem reprobis, & prædeſtinatis communem, qua omnibus hominibus ſalutem exoptat. Auctores citantur. *Num.* 2.

Secunda docet, electionem efficacem prædeſtinatorum ad gloriã non ſupponere merita prævia, nec illa vt motiuum reſpicere, ſed vt effectus in genere cauſæ finalis: eſt omnium Thomiſtarum, qui citantur. *Num.* 3.

Quam ſententiam non vno modo defendunt, quibuſdam aſſerentibus nullum dari decretum ab æterno in Deo merita prævia ſupponens; aliis affirmantibus decretum intentivum, meritorum prævisionem præcedere; dari tamen decretum exequutivum ab intentionali diſtinctum, merita reſpiciens pro motivo. *Num.* 4.

Prima concluſio: *Electio efficax prædeſtinatorum ad gloriam, per modum intentionis, meritorum præviſionem vt moventium præcedit; nec ſub merito cadit.* Hanc concluſionem eſſe expreſſam D. Thom. probatione non indiget. Probatur verò auctoritatibus Sacræ Scripturæ, & Patrum, *à num.* 5. *vſque ad* 25.

§. SECVNDVS.

Vera ſententia probatur ratione. Pag. 537.

RAtione probatur concluſio, quia nimirum electio efficax medij efficaciter conducentis ad finem præſupponit efficacem intentionem finis; at electio prædeſtinatorum ad gratiam, & merita, diſcretiva illorum à reprobis, eſt electio efficax medij efficaciter conducentis ad gloriam: ergo oritur ex efficaci intentione gloriæ. *Num.* 26.

Hoc eſt firmiſſimum fundamentũ noſtræ ſententiæ quod Vazquez tribus ſolutionibus infringere conatur: ſed frustra, vt oſtenditur, *à num.* 27. *vſque ad* 39.

Leſius duabus alijs diverſis ſolutionibus occurrere tentat argumento facto: referuntur, & impugnatur, *à num.* 40. *vſque ad* 58.

Tribus alijs ſolutionibus ſolet occurri argumento facto, quæ referuntur, & refutantur, *à num.* 59. *vſque ad* 62.

§. TERTIVS.

Obiectionibus contra iſtam rationem occurritur. Pag. 543.

OBijcitur primo: quod voluntas illa, qua Deus vult omnes homines ſalvos fieri, eſt voluntas inefficax, & tamen ex illa Deus exibet auxilia ſufficientia ad ſalutem: ergo ex inefficaci intentione poteſt efficax electio procedere, reſp. primo. *Num.* 63. Secundo reſpondetur. *Num.* 64. & 65.

Obijcitur ſecundo, ex eo quod Deus miſſit Filium ſuum ex intentione remittendi peccatum originale omnibus, & omnes beatificandi, & tamen illa intentio efficax non erat ante prævisionem meritorum Chriſti, reſp. *Num.* 66.

Replicatur. *Num.* 67. Duplex ſolutio aſſignatur. *Num.* 68. & 69.

Tertio obijcitur, & intenditur probari nõ omnem diſcretionẽ in electione mediorum, deſumi ex electione. *N.* 70. Reſp.

Num.

Num. 71. Replicatur dupliciter *num.* 72. Resp. *num* 73. & 74. Viterius replicatur. *num.* 75.

Resp. *num.* 76.

Tertio obijcitur: nam gloria vt coronis proutsic est finis meritorum, & tamen efficacem præintendi non potest ante electionem meritorū. *Num.* 77. Resp. & instatur argumentum. *Ibid.* Replicatur. *num.* 78. & 79. Resp. *Ibid.*

Quinto obijcitur: ex eo quod habitus ab intrinseco non connexus cum actu efficaci potest cum voluntate ad actus elicientiam concurrere; & consequenter intentio non connexa ratione sui efficaciter cum fine, poterit cum voluntate ad electione mediorum efficaciter inferentium finem, concurrere; *Num.* 80. Resp. *Num.* 81.

Denique obijcitur: sequi ex nostra ratione; quod non solum de facto, sed etiam de potentia absoluta non posset Deus efficaciter homines eligere ad gratiam, & merita, absque præsuppositio intentione efficaci eorundem ad gloriam. *Num.* 82.

Aliquorum solutio notatur, *num.* 83.

Vera solutio traditur, *num.* 84.

§. QVARTVS.

Statuitur in Deo decretum executivum gloriæ post merita præviſſa. Pag. 546.

Secunda conclusio: *Præter decretum intentivum gloriæ ante merita datur aliud executivum circa gloriam, meritis præviſſa ſupponens.* Ita plures ex Thomistis cōtra aliquos pauciores citatos, *num.* 85. Et probatur ex Augustino, *num.* 86. *vſque ad* 902

Deinde prob. nam media moralia qualia sunt merita non alter causant finis executionem, quam movendo voluntatem præmitantis, vt remunerat illa: divina autem voluntas temporaliter, & de novō moveri non potest: respicit ergo ab æterno merita pro motivo. *Numer.* 29.

Prob. viterius, ex eo quod non stat actus exteriorem esse honestū honestate alicuius virtutis specialis, quin actus interior voluntatis, tali gaudeat bonitate: exterior autem gloriæ exhibitio gaudet formaliter honestate iustitiæ, &c. *num.* 93. Solutio quæ assignari potest, refertur *num.* 94. Sed impugnatur *num.* 95. 96. & 97.

§. QVINTVS.

Tribus argumentis in contrarium occurritur, Pag. 549.

Arguunt primo contrarij ex pluribus authoritatibus Sacræ Scripturæ, quæ proponuntur, & explicantur, *à num.* 98. *vſque ad num.* 105.

Deinde obijciunt plura Patrum testimonia, quę proponuntur, & explicantur, *à num.* 133. *vſque ad num.* 110.

Tertio arguunt à priori, vt aiunt, quia in divinis decretis non aliunde ordinem meditamur, nisi vel ex analogia ad id quod in humanis contingit, vel rationē causalitatis inter obiectiva; at ex nullo ex his capitibus potest constitui in Deo electo efficax ante præviſſa merita, *à num.* 112. *vſque ad nu.* 113. Resp. *num.* 114. & 115. Replicatur, *num* 116. & 117. & 118. Resp. *à num.* 119. *vſque ad num.* 122. Vbi etiam instatur replica.

§. SEXTVS.

Cæteris argumentis occurritur, Pag. 553.

Quatto arguunt, ex eo quod gloria in executione non confertur adultis, nisi vt præmium meritorum; & consequenter ab æterno non aliter Deus illam conferre decrevit. Resp. ex dictis dupliciter ergo gloriam constituendo decretum efficax, alterum intentivum, executivum alterum. *num.* 123.

Contra quam solutionē multis insurgunt aduersarij, *à num.* 115. *vſque ad nu.* 127. Sed his obiectionibus, & pluribus alijs, qui emergunt, respondetur *à num.* 128. *vſque ad num.* 139.

Denique opponunt plurima inconvenientia, quæ ex nostra sententia sequi contendunt, *à num.* 140. *vſque ad num.* 144.

Respondetur nullum ex dictis inconvenientibus sequi, & pluribus replicis occurritur, *à num.* 145. *vſque ad num.* 155.

§. VLTIMVS.

Corollaria præcedentis doctrinæ Pag. 559.

Ex dictis colligitur primo: electionem efficacem ad gloriam, merita antevertentem fuisse ad gradum determinatum gloriæ, qui conferetur in tempore. *Num.* 156.

Secundo gloriā, & merita non esse à Deo volita eodem actu, sed distinctis virtua-

liter.

Inter. Probatur, & obiectionibus occurritur, à num. 157. vsque ad num. 165.
Denique infertur intentionem gloriæ, vt coronæ in obliquo attingere merita, & gradus meritorum determinatos quasi ipecifice: non autè merita hæc in individuo, & in particulari. Prima pars, & secunda probantur. Num. 167.
Tertia, num. 168. Vltima. Num. 169.
Obiectionibus fit satis, à num. 170. vsque ad 175.

DISPVTATIO SEXAGESIMA sexta.

An detur ex parte nostra causa prædestinationis quantum ad primum effectum; vel possit dari?

§. PRIMVS.

Quibusdam præsuppositis referuntur sententiæ. Pag. 563.

QVædam apud omnes certa præsuppo nuntur, à num. 1. vsque ad 6.

Controversia præsens est de prædestinatione quoad primum effectum prædestinationis proportionatum, scilicèt vocationem supernaturalem: an huius detur ex parte nostra, causa meritoria, aut dispositiva. Num. 6.

Error origenis refertur. Num. 7.

Secundus error præcipuus, aliis omissis asserit opera ex naturæ viribus ab hominibus facta esse causam meritoriam primæ vocationis. Ita Pelagius, num. 8.

Cui errori ad hærere Massilienses ex parte quorum sententia explicatur. Num. 9. & 10.

Secunda sententia, & inter Catholicos prima operi bono morali virtutis acquisitæ meritum congruum, & rationem remotæ dispositionis, respectu supernaturalium concedit, in hoc à Semipelagianis discedens, quod huius modi opera non à libero arbitrio sine speciali gratia per Christum procedere affirmat. Ita Vazquez. Numer. 11.

Tertia sententia docet dari ex viribus naturæ causam dispositivè primi auxilij supernaturalis. Auctores, qui pro hac sententia citantur, referuntur. Num. 12.

Quarta docet, quod licet opera bona naturalis ordinis nō sint rationes sui dispositiones physicæ, aut morales ad primam gratiam auxiliantem: ex lege tamen divina, & pacto inito cum Christo de non de neganda gratia facienti, quod est in se, habere connexionem cū illa. Vnicus Auctor huius sententiæ est Molina, quem alij Moderniores sequuntur. Alij verò qui pro illa citantur, non tenuere hanc sententiam. Num. 13.

Quinta docet, quòd licet prima gratia nō cadat sub merito operum naturalium, cadit tamen sub merito operū supernaturalium ipsam subsequentium. Vltima sententia asserit, quod licet prima gratia non cadat de facto sub merito operum subsequentium, potuit tamen de potentia absoluta cadere, quod de primo prædestinationis effectu etiam fateri tenetur. Num. 14.

§. SECVNDVS.

Hæreticorum sententia refellitur. Pag. 566.

PRima conclusio: *Opera ex viribus naturæ profecta, nec de condigno, nec de congruo primam gratiam auxiliantem, seu primum prædestinationis effectum merentur.* Prima pars conclusionis est veritas fidē tenenda, num. 15.

Et probatur ratione, quia in æstimatione morali nequit dari æqualitas inter opera naturalia, & supernaturale præmium, num. 16. 17. & 18.

Secunda etiam pars ostenditur testimonijs Scripturæ, à num. 19. vsque ab 21. Secundo probatur testimonijs Conciliorum, nu. 22. Tertio testimonijs Sanctorum, num. 23.

Quarto duplici ratione: prima, quia si primum auxilium gratiæ daretur intuitu operum naturalium, non daretur purè gratis, ac proinde non esset simpliciter gratia. Secunda, quia meritum etiam de congruo facit sibi debitum præmium: at nihil naturale potest gratiam supernaturale sibi debitam facere. num. 24. 25. & 26.

Denique ostenditur evertendo fundamenta Hæreticorum à nu. 28. vsque ad 31.

§. TERTIVS.

Hæreticorum argumentis occurritur. Pag. 569.

COntra Catholicam veritatem opponunt primo Hæretici plura testimonia Scripturæ. num. 32. Resp. nu. 33.

Opponunt secundo, quod in potestate cujuscunque hominis est constitutum ad-

i salutem, quod salvari non po
i per actus bonos naturales au-
ratiæ posset pro merecri. Resp.
34.
a favorem illorum arguitur ar-
:ate Chrysostomi. Numer. 35.
dent Vazquez, & Molina, re-
Chrysostomum pro Semipelagia
:etisse. Numer. 36. *Sed hæc solu-*
e, tanquam parum pia omitti-
ysostomus explicatur, à num. 37.
:e ad 43.
o arguitur, ex eo quod magis di-
at ordo hypostaticus ab ordine
ıtiæ, quam ordo gratiæ ab ordine
turæ; & tamen potest ordo hyposta-
:us cadere sub merito congruo a-
am pertinentium ad ordinem gra-
æ. Num. 44.
p. Numer. 45. *& instatur argumen-*
um.
plicatur. Num. 46. *Respond. Num.* 47.
& 48.
:nique arg. ex eo quod salvatur gra-
tia simpliciter, cum hoc quod est dari
ex opetibus naturæ, vt meritis de con-
gruo. Num. 49. *&* 50. *Resp. à num.* 51.
vsque ad 56.
ettur iudicium de sententia Vazquez.
Numer. 57.

§. QVARTVS.

Reijcitur tertia sententia. Pag. 573.

SEcunda conclusio. *Opera bona ex nâ-*
turæ viribus habita, nec remote ad pri-
mam iustificationem disponunt. Ita fre-
quenter Theologi contra quartam
sententiam illam diversis censuris no
tantes. Et intelligitur non de negati-
va dispositione, hoc est impediente
peccatum, sed de positiva intelligen-
dam esse. *Num* 58.

Ostenditur primo ex Sacra Scriptura, *à*
num. 59. Secundo ex Tridentino, *num.*
60. Ex quibus formatur ratio efficax
pro conclusione, *num.* 61. *vsque ad nu-*
mer. 63.

Denique probatur duplici ratione: pri-
mae ex D. Thom. quia nimirum finis,
& principium alicuius effectus debent
proportionari quoad ordinem; at finis
nis omnis dispositionis etiam remo-
tæ est Deus non, vt Author naturæ,
sed gratiæ, *numer.* 64. & 65 Secunda:

nam omnis dispositio ad formam su-
pernaturalem cum illa connectitur,
& illius possibilitatem exposcit: ni-
hil autem naturale potest cum forma
supernaturali, &c. *à num.* 66. *vsque ad*
num. 68.

Ex quibus obiter redarguitur sententia
Vazquez, *num.* 69. Responsio pro Au-
thoribus tertiæ sententiæ, *num.* 70. re-
furatur, *num.* 71. *vsque ad num.* 73.

§. QVINTVS.

Argumentis in contrarium occurritur.
Pagina 576.

COntra istam conclusionem ingerunt
difficultatem primo plura Ange-
lici Doctoris testimonia, quæ re-
feruntur, & explicantur, & men-
tem D. Thom. manifestam esse in hac
parte ostenditur, *à numer.* 74. *vsque ad*
numer. 87.

Secundo arguitur, ex eo quod cau-
salitas dispositiva pertinet ad ge-
nus causæ materialis; at ad causan-
dam materialiter gratiam non indi-
get natura supernaturali forma ele-
vante, *numer.* 88. Respond. *numer.* 89.
& 90.

Tertio arguitur, ex eo quod non re-
pugnat actum supernaturalem conti-
neri in facultate naturæ activa me-
diatè, & remotè, *numer.* 91. Respond.
numer. 92.

Quarto arguitur, ex eo quod prima gra-
tia auxilians supernaturalis indi-
get ex parte subiecti aliqua dispo-
tione; at talis dispositio supernatu-
ralis esse non potest; alias daretur pro-
cessus in infinitum, *numer.* 93. Resp.
primo, *numer.* 94. Secundo *numer.* 95.
& 96.

Quinto arguitur. Nam dispositio natu-
ralis non exigens ab intrinseco gra-
tiam, sed ex parte subiecti à grati-
tia perfectioni gratiæ non derogat:
ac per consequens sic debet constitui,
numer. 97. Resp. primo, *numer.* 98. Se-
cundo, *num.* 99.

Denique arguitur, ex eo quod opus
impetratorium gratiæ ad vitam
æternam conducit, & elicientem à
non eliciente aliqua ratione dis-
cernit; & tamen actus naturales im-
petratoriè ad primam gratiam con-

numer. 100. & 101.
Huic argumento variè à Theologis respondetur, & tres solutiones referuntur, à numer. 102. vsque ad num. 107. Vera solutio traditur, à num. 108. vsque ad num. 111.

5. SEXTVS.

Reijcitur sententia Molinæ. Pag. 583.

SEntentia Molinæ, & varij modi, quibus illam explicant suæ familiæ Doctores, referuntur à num. 112. vsque ad num. 115.

Dicendum tamen est illud axioma, *facienti, quod in se est, Deus non denegat gratiam*: Nullo ex prædictis modis explicatum verum tenere, numer. 116.

Nec primum explicandi modum, nec etiam secundum esse de mente Molinæ convincitur manifestè, numer. 117. Et impugnantur à numer. 118. vsque ad numer. 125. Denique refutatur tertius modus explicandi sententiam Molinæ, à numer. 126. vsque ad numer. 135.

Tandem suadetur conclusio ostendendo talem legem de annectanda supernaturali gratia conanti, quantum potest ex viribus naturæ, absque vllo prorsus fundamento stabiliri, à num. 136. vsque ad num. 138.

5. SEPTIMVS.

Occurritur argumentis Molinæ. Pag. 588.

ARguit primo Molina ex illis verbis Ioannis 1. *Dedit eis potestatem filios Dei fieri*, quæ de omnibus hominibus intendit debere intelligi. Resp. numer. 139. Replicatur numer. 140. Respondetur simul cum alijs instantijs notabilibus, à numer. 141. vsque ad numer. 148.

Et interpretationem accipiunt alia testimonia Scripturæ, quę in sui favorem inducit Molina, numer. 140.

Plures authoritates D. Tho. explicantur, & mens Angelici Magistri manifestatur, à num. 150. vsque ad num. 158.

Denique arguitur pro Molina; ex eo quod talem legē stabilire non est contra rationem gratiæ. Num. 159. Resp. num. 160.

Ex dictis infertur, neque etiam dispositione negativa posse quempiam ex proprijs viribus se ad gratiam disponere. Num. 101.

DISPVTATIO SEXAGESIMA SEPTIMA.

Quomodo certitudo prædestinationis cum prædestinatorum libertate cohæreat.

5. PRIMVS.

Relatis sententijs vera eligitur, & ex Augustino probatur. Pag. 593.

SVpponitur primo, tanquam certum; & ab omnibus admissum, prædestinationem esse certam certitudine præscientiæ, & probatur breviter, numer. 1. & 2.

Secundo supponitur, esse etiam certam certitudine ordinis, & causalitatis, cuius contrarium D. Thom. affirmat esse contra dicta Sanctorum. Et probatur num. 3. & 4.

Tertio supponitur, infallibilitatem Divinæ prædestinationis non lædere nostram libertatem. Et probatur numer. 5. 6. & 7. Quod igitur in examen vocatur est; quanter cum certitudine, & infallibilitate prædestinationis libertas prædestinati in bonis operibus ab æterno à Deo per prædestinationem præordinatis componatur?

Qua in re duplex è regione opposita versatur sententia. Prima docet ideò certitudinem prædestinationis cum nostra libertate componi: quia nostrum consensum sub conditione per scientiam mediam præviſſum supponit, ita vt non possit Deus actum liberum prædiffinire, & de illo disponere, quin prius auscultetur, quid voluntas creata, si vocetur, & divina gratia tangatur, sit operatura. Ita omnes professores Scientiæ Mediæ. Numer. 8.

Licet autem independentia à Scientia Media omnes conveniant, quidam verò illa supposita admittunt in Deo de

ab intrinseco efficax
nostrorum actuum, q
ant, num. 9.
& vera sententia ad
in certitudinem prædef
am nostra libertate, scientiam
am pœnitus necessariam non ef-
fugit. Imò talem scientiam pug
e um, supremæ Dei libertate, &
nio. Ita omnes discipuli D. Th.
.10.
ntentia pro conclusione statuitur,
obatur primo, ex eo quod D. Au-
inus rectè cum nostra libertate
ctu, &c. præfinitionis, & ef-
iam gratiæ conciliavit; & tamen,
ec componeret, scientiæ Mediæ
meminit, nec illa est vius. Num.
. Minor in qua est difficultas, &
um Molina apertè concedit, cæteri
rò negant; probatur primo ex eo-
m D. Augustino num. 12. & 13.
ndo: nam iuxta Augustinum effi-
cia vocationis Divinæ oritur ex
omnipotentissima potestate, qua ma-
gis habet Deus voluntates homi-
num, quam ipsi suas; sed si vt efficac.
ter vocaret, indigeret scientia me-
dia, qua cognosceret quid factu-
rum esset liberum arbitrium in statu
conditionato; nec haberet in sua po-
testate magis voluntates hominum,
quam ipsi suas, nec Dei potestas invo-
cando, & decernendo omnipotentissi
ma esset. Hæc minor ostenditur pri-
mo: nam data tali scientia supponitur
voluntas creata se determinans ad
consensum, imò determinans voca-
tionem divinam cum impotentia in
Deo ad determinandam voluntatem
creatam, nisi in statu conditionato ip-
sa velit. Num. 14.

Pro secunda verò parte probatur, ex
eo quod mediante cognitione habi-
ta per scientiam mediam, constitui-
tur Deus proximè completè po-
tens ad decernendum de nostro con-
sensu, & ad vocandum vocatione
efficaci, cum quo non stat omnipo-
tentissima libertas invocando. Quod
patet: nam si Deus non à se, sed ab alio
constitueretur proximè potens ad ali-
quid efficiendum, non esset omnipo-
tens in faciendo; sed præscientia con-
sensus liberi in statu conditionato
non convenit Deo à se, sed à voluntate
creata, aliàs esset Deo libera, quod
Authores contrarij non concedunt,
num. 15. Quod amplius probatur, ex-
Ill^o Episcop^o GODOY in 1. p. Tom. 2.

a Prædif- plicatur, & vrgetur, num. 16. 17. & 18.
Solutio, quæ ex doctrina contrariorum
assignari solet refertur. Numer. 19.
Sed refutatur, & in adversarios retorquetur arguendo contra illos ad homi-
nem. Num. 20. & 21.
Si opponatur, Thomistas salvare libera-
tatem creatam, quamvis physica præ-
determinatio sit necessaria ad actum,
& in nostra potestate non sit: ergo pa-
riter poterit salvari libertas divina, &
eius potestas, etiam si talis scientia
non sit in libera potestate Dei. Numero
22. & 23.
Respondetur primo, Num. 24.
Et triplex ratio discriminis assignatur.
Ibidem & num. 25. & 26.
Nec doctrina, qua contrarij se muniunt
illis foret. Num. 27.
Nec valet dicere non repugnare sua
præmæ potestati divinæ reddi proximè
potentem, & expeditam ad prædiffi-
niendum ab alio; sibi tamen
subordinato, vt potè à voluntate crea-
ta, quæ est Deo subordinata. Num.
mer. 28.
Non inquam valet: nam talis scientia
non in convenit Deo à voluntate crea-
ta prout Deo subordinata aliàs esset
libera Deo, & non contingens. Secun-
do, non est à voluntate creata vt subor-
dinata Deo vt libere volenti: ne-
que vt necessario volenti. Tertio:
nam talis scientia est libera voluntati
creatæ, & non Deo, vt eius Auctori
res fatentur; & consequenter posse
expedite proximè prædiffinire efficac-
citer consensum liberum voluntatis
creatæ convenit voluntati divinæ ab
aliquo libero creaturæ, & sibi non
libero; quod non compatitur cum
omnipotentissima potestate in præ-
diffiniendo, quam Augustinus recog-
noscit. Quod patet; nam impedibile
ad prædiffiniendum; per aliquid li-
betum creaturæ, & non liberum sibi
non est summè liberum in prædiffi-
niendo: eum de ratione libertatis non
sit minus in impedibilitas, quam in ne-
cessitabilitas; at si Deus per scientiam
mediam constituitur proximè potens
ad prædiffiniendum efficaciter: per eã
scientiam scientiæ mediæ constituitur
impotens ad prædiffiniendum: talis
autem carentia est libera creaturæ,
& non libera Deo, vt in principijs
contrariorum est notum, &c. Numero
29. & 30.
Quod explicatur, & vrgetur effica-
ci-

eitet. Numer. 31. 32. & 33.

§. SECVNDVS.

Fundamentum pro nostra sententia expenditur, secundum, & iterum Augustinus in illius confirmationem adducitur. Pagina 602.

Secundo principaliter probatur, ex eo quod si prædestinatio ad sui certitudinem necessario præsupponere consensum humanum in statu conditionato prævisum: sequeretur esse casum metaphysicè possibilem, in quo Deus aliquem hominem prædestinare non posset, etiam de absoluta potentia: consequens est falsum, & contra Augustinum, & contra supremum Dei dominium. Numer. 34.

Prima solutio, negat sequelam, & quod sit casus metaphysicè possibilis in quo homo in statu conditionato prævideatur resistens toti collectioni vocationum, & auxiliorum gratiæ. Numer. 35.

Hæc tamen solutio validissimè impugnatur, à num. 36. vsque ad 56.

§. TERTIVS.

Aliæ solutiones nostri argumenti excluduntur. Pag. 606.

Aliorum solutio est, dupliciter posse Deum ordinare hominem ad gloriam, vno modo per merita, & actus liberos: alio modo, vel sine vllo actu hominis, vel per actus omninò necessarios, & priori modo nullum inconveniens esse, quod sit casus metaphysicè possibilis, in quo Deus hominem prædestinare non posit, esset verò inconveniens quod in aliquo casu metaphysicè possibili nullatenus posset hominem prædestinare. Hunc modum dicendi tenet Suarez, & frequentius, Recentiores Societatis. Num. 57.

Sed impugnatur, à numer. 58. vsque ad numer. 67.

Tertio respondetur ab alijs negando metaphysicam possibilitatem casus, in quo Deus non posit liberum extorquere consensum à voluntate creata: nam licet in tota collectione auxiliorum non sit metaphysica connexio antecedens, est tamen connexio moralis, quæ sufficit vi resistentia ad totam collectionem auxiliorum nunquam sit de facto extitura. Num. 68.

Hæc tamen solutio communiter displicet, & nostris, & extrancis, & reijcitur. Numer. 69. & 70.

§. QVARTVS.

Aliùs argumentis probatur nostra sententia. Pag. 609.

Tertio principaliter probatur conclusio: nam sequitur ex contraria sententia prædestinationem, prout à generali providentia distinguitur, solum esse certam certitudine præscientiæ, non autem causalitatis: consequès est falsum, & contra dicta Sanctorum, &c. Num. 71. & 72.

Prima solutio impugnatur, à num. 73. vsque ad 76.

Secunda verò solutio, à numer. 77. vsque ad 86.

Deinde principaliter probatur conclusio ex eo quod certitudo, aut efficacia Inferens, aut causans libertatem consensus non potest libertatem destruere, sed certitudo, & efficacia divinæ prædestinationis à scientia media independens causat, & infert libertatem consensus. Num. 87. 88. & 89.

§. QVINTVS.

Vltimum fundamentum pro nostra sententia expenditur. Pag. 613.

Denique probatur conclusio, ex eo quod præter voluntatem, qua Deus omnipotentiam suam applicat voluntati creatæ, eamque in actu primo constituit, vt voluntas actu operetur, est necessaria essentialiter ex parte Dei nova, & distincta voluntas: sed hæc infallibiliter infert consensum, & illius libertatem non leditergo ex determinatione antecedenti infallibiliter inferente consensum non leditur eius libertas: & consequentèr corruit vnicũ contrariæ sententiæ fundamentum. *Quod scilicèt principium infallibiliter inferens consensum, à scientia media independens, illius libertatem euertat.* Num. 90. 91. & 92.

Effugium quod inter disputandum à respondente, ex cogitatum erat, proponitur, & præcluditur, à num. 93. vsque ad 97.

probatur assumptum, ex eo quod non stat potentia ad dissensum à voluntatem creatam consensum à vum beneficium, dist primo, à tuticne illius in actu p 8. vsque ad 101.
probatur assumptum, ex eo si non requireretur nova volun- utilis esset oratio pro consensu ari. Num. 102. & 104.

§. VLTIMVS.

ntur contraria argumenta, Pag. 616.

eter argumenta proposita, & soluta locis, num. 105. citatis.
Arguitur ex tridentino, sess. 6. de iustificatione Can. 4. Num. 105.
e solutiones referuntur, nec examinantur. Num. 106.
ta solutio traditur. Num. 107. & 108.
d adversus solutionem instant Recentiores ex Bulla Innocentij Decimi contra Ianscnium. Numer. 109, & 110.
ed quam temerè, & sine fundamento ostenditur. Num. 111.
Et in sententia adversariorum argumentum instatur. Num. 112. & 113.
Secundo principaliter arguitur, ex eò quod de ratione agentis liberi est potentia ad se determinandum: supposito autem decreto efficaci prædeterminante voluntatem non stat in illa potentia ad se determinandum, Num. 114.
Resp. Num. 115.
Replicatur dupliciter. Numero 116. & 117.
Respondetur ad primam replicam. Numer. 118.
Et instatur replica. Num. 119.
Ad secundam respondetur. Num. 120.
Tertio arguunt Recentiores, ex eo quod non stat potentia ad dissensum, sine potentia destructiva gratiæ præmoventis efficaciter ad consensum: sed hæc potentia non convenit voluntati creatæ, &c. Num. 121.
Resp. & doctrina solutionis demonstratur. Num. 122. & 123.
Et quædam replicæ proponuntur, & solvuntur. Num. 124. 125. & 126.
Denique arguitur, ex eo quod coexistentia consensus cum decreto efficaci non est libera voluntati creatæ? eo quod carentia coexistentiæ consensus cum decreto efficaci est voluntati necessaria, necessitate non solum consequentiæ, sed etiam consequentis, à numer. 127. vsque ad num. 129.
Respondetur explicando qualiter coexistentia consensus cum decreto sit libera, à num. 130. vsque ad num. 137.
Adversus doctrinam solutionis objicitur, sequi ex illa posse voluntatem creatam destruere coexistentiam consensus cum decreto efficaci: consequens est falsum, &c. Num. 138.
Respondetur primo concedendo sequelam, num. 139. Instatur primo, numer. 140. Resp. num. 141. Instatur secundo, numer. 142. Resp. à num. 143. vsque ad num. 145.
Secundo respondetur ad principalem objectionem negando sequelam, num. 146. Contra solutionem replicatur, num. 147. Resp. num. 148. & 149.

DISPVTATIO SEXAGESIMA OCTAVA.

An possit vnus homo promereri alteri omnes suæ prædestinationis effectus?

§. PRIMVS.

Quibus dam præsuppositis referuntur sententiæ, Pag. 626.

NOn est sermo de merito de condigno; sic enim in communi Theologorum sententia, saltim de lege ordinaria, nullus homo potest alteri promereri gratiam. Sed inquirimus de merito de congruo. Num. 1.
Quam in re vt certum secundo supponitur, posse vnum hominem promereri alteri aliquos prædestinationis effectus, quod etiam breviter probatur, num. 2.
Tertio, vt certum Nobis supponitur posse de potentia absoluta vnum hominem alteri promereri de congruo totam seriem effectuum prædestinationis, à primo vsque ad vltimum. Num. 3.
Ex quo per bonam consequentiam deduc-

dicitur, **concessus**, nedum prædestinationis **ex** **parte** hominis omnes effectus sed etiam **voluntatem** efficacem intentivam **illorum** cadere posse sub merito **congrui** orationis alterius, quod probatur. *Num.* 4.

Difficultatis **punctus** in eo consistit, An de lege **ordinatia**, vel de facto contingat, **quod** vnus homo alteri promereatur **totam** seriem effectuum suæ prædestinationis de congruo de primo vsque ad vltimum?

Prima sententia affirmat. Vera tamen sententia negans est. Authores vtriusque citantur, *num.* 5.

§. SECVNDVS.

Hæc sententia pro conclusione statuitur, & probatur. Pag. 627.

ET probatur, ex eo quod oratio illa; qua vnus homo orat pro altero, vt vocetur ad fidem, est effectus prædestinationis, non solum orantis, sed etiam eius pro quo oratur: at oratio nequit esse causa meritoria sui: ergo nec omnium effectuum prædestinationis alterius. Maior suadetur, *à num.* 6. *vsque ad* 8.

Solutio prima ex doctrina Gabrielis Vazquez refertur, & impugnatur, *à num.* 9. *vsque ad num.* 11.

Alia solutio refertur, & impugnatur, *num.* 12. *&* 13.

§. TERTIVS.

Argumentis in contrarium occurritur. Pag. 629.

ARguunt primo contrarij, ex eo quod potest vnus homo alteri promereri de congruo primam vocationem, vt supponimus; at prima vocatio est primus prædestinationis effectus. *Num.* 14. Resp. *num.* 15. 16. *&* 17.

Secundo arguit Vazquez, si orationes vnius Sancti petentis vocationem alterius essent effectus prædestinationis, sequeretur merita Christi Dominis esse effectus prædestinationis hominum: consequens est falsum, aliàs Christus non meruisse, nobis omnes nostræ prædestinationis effectus. *Num.* 18.

Solutio Ruizij de Montoya refertur, & impugnatur, *num.* 19.

Alia solutio Suarez refertur, cuius examen alibi remittitur. *num.* 21.

Vera solutio traditur *num.* 22. Contra quam duplex obiectio proponitur, *num.* 23. Et solvuntur, *num.* 24. *&* 25. Instatur *num.* 26. *&* 27. Occurritur, *num.* 28. *&* 29.

Alia solutio eiusdem principalis argumenti refertur *num.* 30. Sed reijcitur *num.* 31.

Denique arguit Alarcon, ex eo quod Beatissima Virgo meruit de congruo omnes, & omnium hominum prædestinationis effectus, *num.* 32. *Resp. num.* 33.

DISPVTATIO SEXAGESIMA NONA.

An voluntas efficax negandi reprobis gloriam antevertat in Deo prævisionem demeritorum?

§. PRIMVS.

Relatis sententijs, statuitur, & probatur prima conclusio. Pag. 635.

IN hac disputatione tres versantur sententiæ. Prima est negativa. Secunda affirmativa. Tertia distinguit inter peccata personalia, & originale peccatum. Et asserit dari in Deo prædictam voluntatem ante omne personale peccatum: secus verò ante prævisionem culpæ originalis, Authores citantur, *num.* 1.

Prima conclusio: *Ante prævisionem omnis demeriti personalis voluit Deus efficaciter reprobis negare gloriam, seu illos à gloria excludere.*

Probatur ex illis verbis Pauli ad Romanos nono. *Cum enim nondum nati fuissent, aut aliquid boni, aut mali egissent, &c. num.* 2. Triplex solutio refertur, *num.* 3. Sed impugnatur *à num.* 4. *vsque ad* 7.

Secundo probatur conclusio ex D. Th. *num.* 8. *&* 9.

Tertio probatur ratione ex verbis D. Thomæ allegatis desumpta, quia nimi-

mirum Deus est supremus dominus gloriæ, quæ nulli homini debita, & consequenter absque ullius iniuria, aut crudelitatis notæ potest efficaciter decernere illam negare; quibusdam conferre, & alijs denegare; quin ex parte hominum aliquod demeritum supponatur, aut meritum, aut demeritum *Num.* 10.

Respondent contrarij, quòd etsi absolutè posset Deus ita legerere: non tamen suppositâ elevatione hominis ad finem supernaturalem; & illa voluntate, qua vult omnes homines salvos fieri, *num.* 11.

Sed hæc solutio validè refutatur, *à num.* 12. *vsque ad num.* 18.

Denique ostenditur conclusio: ex eo quod permissio peccati personalis numquam remittendi, supponit efficacem voluntarem excludendi reprobum à gloria; & consequenter ista voluntas antevertit demerita personalia prævisa; vt motiva, *à num.* 19. *vsque ad num.* 22.

§. SECVNDVS.

Argumenta ab authoritate soluntur. Pag. 639.

Arguitur primò ex pluribus authoritatibus Sacræ Scripturæ, *numer.* 23. & 24. R. sp. *à num.* 25. *vsque ad num.* 29.

Secundo arguitur ex pluribus Sanctorum Patrum testimonijs. *Num.* 30. 31. & 32. Respondetur *à num.* 33. *vsque ad num.* 37.

§ TERTIVS.

Cæteris argumentis occurritur. Pag. 643.

Tertio arguitur ratione: quia nimirum Deus ex se ante prævisa reproborum demerita, sincero affectu, omnibus salutem desiderat, at cum hac voluntate non compatitur efficax voluntas excludendi aliquos à Regno Cœlorum, ante prævisa eorum demerita. Minor in qua est difficultas probatur *à num* 38. *vsque ad num.* 41. Argumentum hoc instatur *num.* 42. Et ad probationes minoris fit satis *à num.* 42. *vsque ad num.* 48.

Quarto arguitur, ex eo quod modus connaturalior operandi, est vt homines ordinatos ad gloriam, Deus non velit efficaciter à gloria excludere ante prævisionem finalis perseverantiæ in peccato. *Numer.* 49. Resp. *numer.* 50.

Quinto ex pluribus inconvenientibus: nam sequitur primo ex nostra sententia reprobum necessariò damnari. Secundo sequitur, Deum æquali curâ hominum perditionem inquirere, quâ desiderat, & quærit illorum salutem. Tertio, vtramque prædestinationem, tàm ad mortem, quam ad vitam fuisse exmero bene placito, citra vllum meritum. Quarto, tolli ab hominibus solicitudinem in bene operando. Denique, esse falsas, & irrisorias promissiones Divinas, *à num.* 514. *vsque ad num.* 55. Resp. negando sequi aliquod ex prædictis inconvenientibus, vt ostenditur *à num.* 56. *vsque ad num.* 65.

§. QVARTVS.

Statuitur, & probatur secunda conclusio. Pag. 648.

Secunda conclusio: *Voluntas ista efficax exclusionis à gloria ante vertens personalia demerita terminatur ad illam non solum, vt est beneficium indebitum, sed etiam, vt est pœna, non reduplicativè, sed specificativè.* Probatur primo authoritate D. Thom. ex qua etiam arguitur ratione: quia, scilicèt finis permissionis peccati, quæ est primus reprobationis effectus, est ostensio iustitiæ punitivæ, vt docet D. Thom. sed ad istum finem non conducit permissio peccati immediatè, nec mediante exclusione à gloria, vt est negatio beneficij indebiti, sed vt obtinet rationem pœnæ, &c. *num.* 68. & 67. Evasiones præcluduntur *ibid.* & *num.* 68.

Secundo probatur, ex eo quod voluntas intentiva exclusionis à gloria antevertens merita, vt motiva, est efficax: voluntas autem efficax terminatur ad rem cum omnibus accidentibus, cum quibus est executioni mandanda, *num.* 69.

Tertio à paritate: nam quia gloria, vt co-

corona est proximius medium ad obtensionem iustitiæ remunerativæ, quam merita, voluntas efficax meritorum supponit voluntatem efficacem gloriæ, non solum vt beneficium indebitum, sed etiam vt coronat ergo similiter. *Num.* 70. Solutio quæ assignari potest, *num.* 71. Impugnatur à *num.* 71. *vsque ad num* 75.

§. QVINTVS.

Argumentis in contrarium occurritur. Pagin. 651.

Arguitur primo ex duplici testimonio D. Thom. *nu.* 76. & 77. Resp. *num.* 78. & 79.

Secundo arguitur, ex eo quod pœna in suo essentiali conceptu dicit ordinem ad culpam, & consequenter ante culpam intelligi, nec intendi potest. Respondetur, *num.* 80.

Tertio arguitur, ex eo, quod motivum iustitiæ est motivum puniendi, ac per consequens si prædicta voluntas oritur ex motivo iustitiæ, oritur ex motivo puniendi, & supponere debet culpam, vt motivum. *num.* 81. Resp. *Ibid.*

Quarto arguitur ex Concilio Valentino, *cap.* 3. *num.* 83. Resp. primo, *num.* 84. Secundo respondetur, *numer.* 85.

Denique arguitur ex quadruplici inconvenienti, quod videtur sequi ex nostra sententia. Primum est, Deum odio habere hominem absque vllo peccato. Secundum est, Deum ex se delectari in perditione vivorum. Tertium, voluntatem divinam iniustissimam esse. Quartum, dari in Deo voluntatem intentivam pœnæ sensus, & præparativam ignis inferni, & ad illum destinativam ante præmissa demerita. *Numer.* 86. Respond. à *num.* 87. *vsque ad num.* 94.

§. SEXTVS.

Statuitur, & probatur tertia conclusio. Pag. 655.

Tertia conclusio. *Probabiliter potest defendi peccatum originale fuisse motivum intentionis efficacis exclusionis à Regno, etiam in illis reprobis, quibus fuit originalis culpa remissa.*

Statuitur ad defensandam Augustini sententiam, quæ ob sui difficultatem communiter in hac parte deseritur. Et probatur primo authoritate Augustini, *numer.* 95. Solutio, quæ adhibetur, refutatur, *num.* 96. & 97.

Secundo probatur conclusio ex D. Th. *num.* 99.

Tertio ratione: nam voluntas reprobativa significatur in Scripturis nomine odij; sed nisi habeat pro motivo peccatum originale, nequit odij nomine significari, à *num.* 100. *vsque ad num.* 102.

§. SEPTIMVS.

Argumentis in contrarium occurritur. Pag. 656.

Arguitur primo ex D. Thom. *num.* 103. Resp. *Ibidem.*

Secundo arguitur ex Concilio Tridentino. Resp. *Num.* 104.

Tertio, ex eo quod vt voluntas excludendi homines à gloria esset pœna peccati originalis, deberet Deus illos à gloria excludere propter originale peccatum: at hoc non potuit esse respectu illorum quibus fuit dimissum, *numer.* 105. Resp. à *num.* 106. *vsque ad numer.* 109.

Quarto arguitur ex D. Thom. Resp. *num.* 110.

Quinto arguitur, ex eo quod non stat voluntatem efficacem exclusionis à gloria esse pœnam peccati originalis, & exclusionis executivam à gloria, non esse pœnam eiusdem originalis culpæ. *Numer.* 111. Resp. *Num.* 112. & 113.

Denique arguitur, ex eo quod permissio peccati originalis est effectus reprobationis, & consequenter peccatum originale nequit esse causa voluntatis efficacis exclusionis reproborum à gloria. *Num.* 114. Resp. à *num.* 115. *vsque ad num.* 119.

§. VLTIMVS.

Infertur ex dictis quid de causa reprobationis, & quid de illius effectibus sit dicendum. Pag. 660.

Ex dictis colligitur primo, peccatum ori-

originale, in illis inquibus non fuit dimidium, eſſe cauſam primi, & vltimi effectus reprobationis per influxum demeritorium formaliter, *num.* 120.

Colligitur ſecundo, in illis, quibus fuit remiſſum peccatum originale; eſſe cauſam primi, & vltimi effectus per influxum virtualem: non tamen quia influat in tales effectus demeritoriè ratione ſui formaliter, *à num.* 121. *vſque ad num.* 132.

Colligitur tertio 1 ſubſtantiam reprobi non eſſe effectum ſuæ reprobationis. *Num.* 133.

Colligitur quarto; permiſsionem omnis peccati perſonalis, numquam remittendi eſſe reprobationis effectum; ſecus peccata pro formali, & permiſſionis illorum peccatorum, quæ per gratiam remittuntur. *Num.* 134. 135. & 136.

Aduertus primam partem corollarij arguitur *num.* 137. Reſp. *num.* 138. Replicatur *num.* 139. Reſp. *Ibid.*

Aduerſus ſecundam arguitur, *num.* 140. & 141. Reſp. *num.* 142. & 143. Et aduerſus vltimam arguitur. Et reſpondetur *à num.* 144. *vſque ad numer.* 148.

DISPVTATIO SEPTVAGESIMA.

An Deus det omnibus reprobis auxilia ſufficientia ad ſalutem?

§. PRIMVS.

Præmittuntur quæ apud omnes ſunt certa. Pag. 665.

QVid ſit auxilium, ſufficiens, & quid auxilium efficax. *Num.* 1.

Certum eſt auxilia efficacia ad ſalutem conſequendam reprobis à Deo negari. Difficultas tantum eſt de auxilijs, ſeu mediis ſufficientibus. An aliquibus reprobis negentur à Deo, & conſequenter negatio illorum ſit effectus ſuæ reprobationis; an verò omnibus reprobis dentur huiuſmodi auxilia? *ibidem.*

Quæ certa ſunt apud omnes, & ferè abſque vlla controverſia præmittuntur. Primo certum eſt omnibus reprobis, tàm parvulis, quàm adultis, Deum prouidiſſe remedia ſufficientia ad ſalutem, ſaltim in cauſa ſufficienti, & remota, & quantum eſt ex parte medij, & oſtenditur *numer.* 2. & 3.

Secundo apud omnes eſt certum, & indubitata fide tenendum, quotieſcumque adultos obligat inexcuſabiliter aliquod ſupernaturale præceptum, dari illis à Deo ſupernaturale ſufficiens auxilium, *num.* 4.

Tertio exploratum eſt apud omnes Theologos non negari à Deo omnibus reprobis auxilia ſufficientia ad ſalutem, nec ſingulis momentis conferri. *Num.* 5.

Denique omnes diſputantes conueniunt in eo quod, ſi *dare*, idem ſit quod offerre in communi: Deus omnibus hominibus dat auxilia ſufficientia ad ſalutem. Quia verò *dare* accipitur etiam, prout correlativum eſt ad recipere, & remedia iſta de facto prodeſſe nequeunt, niſi applicata, & in illis recepta:

Ingens inſurgit controverſia: An Deus det auxilia ſufficientia ad ſalutem omnibus reprobis, ita vt recipiantur in illis, vel eis aplicentur re ipſa, vel ſaltim ſint proximè aplicabilia per liberam facultatem propriam in adultis, & alienam in parvulis? *Num.* 6.

§. SECVNDVS.

Relatis ſententijs, ſtatuitur prima concluſio. Pag. 667.

PRima ſententia docet omnibus reprobis, tàm parvulis, quam adultis dari à Deo in ſenſu explicato auxilia ſufficientia ad ſalutem. Secunda diſtinguit inter adultos, & parvulos, & affirmat illis dari, ſecus illis. Tertia docet non omnibus reprobis, tàm adultis, quàm parvulis dari auxilia ſufficientia ad ſalutem. *Numer.* 7.

Prima concluſio. *Plures ſunt parvuli, quibus Deus non dat remedia ſufficientia ad ſalutem, in ſenſu explicato, id eſt, vt proximè aplicabilia per alienam diligentiam.* Probatur primo ex D. Auguſtino. Secundo ex D. Thom. *num.* 8. & 9. Tertio probatur, ex eo quod parvulo morienti in vtero, non eſt baptiſmus, huma-

na dilipentia applicabilis, cum capax baptismi non sit, *num.* 10.

§. TERTIVS.

Argumentis in contrarium occurritur. Pag. 667.

ARgvitur primo, ex eo quod Deus vult *omnes homines salvos fieri*, &c. At ex vi huius voluntatis, quamvis efficacia media ad salutem omnibus non conferantur, benè tamen sufficientia.

Respondet Vazquez: verba Pauli non esse extendenda ad parvulos, *numer.* 11.

Sed non placet hæc solutio, & reijcitur, *num.* 12. 13. & 14.

Secunda aliorum solutio refertur, & reijcitur, *num.* 15.

Tertia solutio refertur, & refutatur, *num.* 16. 17. & 18.

Vera solutio traditur, *num.* 19. Adversus illam replicatur, *num.* 20. Resp. *numer.* 21.

§. QVARTVS.

Explicatur in quo sensu non dentur omnibus auxilia sufficientia ad salutem. Pag. 670.

SEcunda conclusio. *Non dantur à Deo omnibus reprobis auxilia sufficientia ad salutem, prout dare correlativum est ad recipere*, Authores citantur, *numer.* 12.

Et ostenditur primo ex Tridentino, *num.* 23.

Solutio quæ adhiberi solet refertur, *nu.* 24. Sed impugnatur, *ibidem*, & *numer.* 25.

Secundo probatur ex Augustino, *num.* 26. Triplex solutio, quæ adhiberi solet refertur, *num.* 27. Sed impugnatur, *num.* 28.

Tertio probatur ex D. Thom, *num.* 29.

Quarto probatur, ex eo quod parvulis negat Deus remedia sufficientia ad salutem: ergo etiam adultis, *num.* 30. Tres solutiones recensentur, *nu.* 31. Et reijcitur, *à num.* 32. *usque ad num.* 36.

Denique suadetur conclusio, ex eo quod fides supernaturalis mysteriorum necessaria est ad salutem; at pluribus reprobis denegat Deus auxilia sufficientia ad credendum, cum dentur plures infideles negativè, *num.* 37.

Huic argumento, quod est in hac parte potissimum, respondent contrarij, *num.* 38. Sed efficaciter impugnatur solutio, *à num.* 39. *usque ad num.* 46.

§. QVINTVS.

Argumentis ab authoritate occurritur. Pag. 675.

PLura, & difficilia quidem opponunt adversarij contra conclusionem. Primo arguunt testimonijs Sacræ Scripturæ, *num.* 47. 48. & 49. Resp. *num.* 50. 51. & 52.

Secundo arguunt, ex eo quod Deus etiã infidelibus, qui in barbaris, & remotis regionibus nihil fidei nostræ audierunt, Deus confert aliquas supernaturales illustrationes, quibus si benè respondeant, paulatim disponuntur ad fidem, & à Deo, vel ministerio prædicatorum, vel Angelorum instruentur circa credenda, & proximè auxiliabuntur. Quod latè suadetur, *à num.* 53. *usque ad num.* 58. Resp. *à nu.* 59. *usque ad num.* 68.

§. VLTIMVS.

Argumenta à ratione solvuntur. Pag. 680.

TErtio arguunt rationibus Theologicis: Prima, nàm singulis gentibus sunt præpositi Angeli Custodes, ut fert communis Patrum sententia: at nisi Angeli excitare possent Gentilibus illustrationes supernaturales, conducentes ad salutem, inutilis esset Custodia Angelorum. Secunda, quod providentia quæ omnibus gentibus supernaturalem gratiam largitur, magis commendat Dei misericordiam, &c. Tertia, quia nullum impedimentum assignari potest in gentibus, ne recipiant à Deo supernaturalem gratiam. Quarta: nam ab infidelibus sufficienter proponitur à Ministro Evangelico veritas fidei, in fun-

Digitized by Google

fundatur ſimul à Deo ſupernaturalis intrinſeca illuſtratio ad credendum ſufficiens: ergo etiam ſufficienter poſita ex parte obiecti ratione motiva virtutum moralium infuſarum, excitatur intrinſeca ſupernaturalis illuſtratio.

Denique: nam Chriſtus Dominus eſt caput infidelium, & conſequenter influit in ſua membra ſupernaturalem gratiã, *num.* 69. 70. & 71. Reſp. *à num.* 72. *uſque ad num.* 78.

Quarto arguitur, ex eo quod omnis homo quandiù eſt in hac vita poteſt ſalvari: at ſalus hominis peccatoris non eſt poſsibilis niſi per gratiam. Reſp. *num.* 79. Replicatur *num.* 80. Reſpond. *num.* 81. Vlterius replicatur, *num.* 82. Reſp. *ibid.* & *num.* 83.

Quinto arguitur, ex eo quod omnis homo quandiù eſt in hac vita poteſt agere pœnitentiam de ſuis peccatis; at ſine gratia ſufficienti non poteſt agere pœnitentiam. Reſp. *num.* 84. Replicatur, *num.* 85. Reſp. *num.* 86. & 87. Inſtatur vlterius, *num.* 88. Reſp. *num.* 89.

Denique arguitur, ex eo, quod omni homini primo ad vſum rationis venienti, dat Deus auxilium ſufficiens ad ſe convertendum in Deum converſione ſupernaturali; at tale auxilium eſt ſupernaturale ad ſalutem ſufficiens. *Num.* 90. & 91. Duæ ſolutiones referuntur, & reijciuntur, *à nu.* 92. *uſque ad* 94.

Vera ſolutio, *num.* 95. & 96. Adverſus illam replicatur tripliciter, *num.* 97. & 98. Reſp. *num.* 99. & 100.

Ex dictis colligitur nulli hominum cui ſupernaturalis lex promulgatur, & illius invincibili ignorantia non laborat, Deum negare gratiam ſufficientem occaſione inſtantis præcepti. *Num.* 101.

FINIS.

TRACTA-

TRACTATVS QVARTVS.

De Scientia Futurorum Contingentium.

E quo D. Thomas in 1. Sentent. dist. 35. Ad Annibald. in eadem dist. de Verit. q. 2. art. 12. 1. Contrag. cap. 50. Et in hac 1. p. q. 14. art. 13. *Et licet D. Thom. solum de contingentibus absolutè futuris expressam faciat mentionem; quia tamen Recentiores Theologi, ob controuersiam non multis abhinc annis exortam circa scientiam, qua Deus futura conditionata præuoscit, præcipuam curam impendunt in illius conditione indaganda, an scilicèt decretum Dei liberum subiectiuè existens, cui vt medio innitatur; supponat? An vero omne decretum liberum diuinæ voluntatis præcedat? Ideò Nos de his futuris conditionatis, & de illorum forma tractabimus. Nec incongrue ad mentem D. Thomæ: nam licet Angelicus Doctor de his futuris, locis allegatis expressam mentionem non faciat; ex his tamen, quæ de alijs futuris, & de efficacia diuinæ voluntatis respectu consensus liberi arbitrij creati docuit, quid senserit de Scientia Dei Futurorum Conditionatorum manifestè colligitur.*

(***

DISPVTATIO TRIGESIMA TERTIA.

Quid, & quotuplex ſit Futurum contingens.

§. I.

Referuntur ſententiæ, & ſtatuitur prima concluſio.

Nu. 1. *Cauſa huius diſputationis redditur.*

ISPVTATIONEM iſtam in limine Tractatus id circò præmitto, quia cuiuſvis ſcientiæ notitia ex illius obiecti cognitione maximè pendet: vnde cum ſcientia conditionatorum illa inſpiciat pro obiecto, ex illius difficultatis reſolutione omnia, quę intracta us decurſu ſunt diſcutienda, magnam lucem accipiunt. Tria igitur in examen vocantur in illa. Primum eſt, quid ſit futuritio? Secundum, quid ſit contingentia? Tertium, quotuplex ſit futurum contingens? Circà primum, in quo præcipua difficultas verſatur, etſi notiſsimum ſit, futurum nihil aliud eſſe, quam id, quod ad exiſtentiam habendam ordinem dicit; magna tamen difficultas verſatur in explicãdo formam huius concreti, ſeu rationem formalem à qua prouenit iſta denominatio, & per quam à pure poſsibili, à præſenti, & præterito differt.

2 *Prima ſententia.* Prima ſententia docet, futuritionem præſentem eſſe ante exiſtentiam rei, quæ futura dicitur, & conſiſtere in mentis repræſentatione, à qua res, quæ nõdum exiſtit, futura, extrinſecè denominatur. Hãc ſupreſſo Auctoris nomine refert, & impugnat Herice, *in præſenti diſp. 6. cap. 6.* Secũda affirmat, rem futurã pro materiali importare exiſtentiam; de formali vero, aut hoc tempus antecurrens durationem propriæ exiſtentiæ, aut negationem illius durationis, in qua talis exiſtentia erit. Hanc tenet Herice *loco allegato.* *Secunda.*

3 *Tertia.* Tertia docet, futuritionem eſſe quandam quaſi tendentiam, ſeu habitudinem, quam res prout eſt in cauſa habet ad ſe ipſam, vt erit ſuo tẽpore præſens, cuius tendentiæ fundamentum eſt res poſsibilis, prout eſt intra cauſam; terminus vero eſt rei exiſtẽtia, prout ſuo tempore extra cauſas ponenda. Ita Suarez *Prolegomen. 2. de gratia cap. 7. num. 7. & 25.* Eandem tranſcriptis verbis ſequitur Alarcon *Tractatu 2. diſputatione 3. cap. 2. num. 7.* pro illa referens Vazquium *in præſenti diſputatione 65. cap. 4. num. 21.* & Herice *vbi ſupra*; ſed Vazquez ſolum docet futurum nihil eſſe præſens, aut præteritum, ſed tantum futurum, quibus verbis formam futuritionis non explicat, ſed confuſſam relinquit. Herice vero tenet ſententiã, quã ex ipſo iã retuli. *Suarez* *Alarcon* *Vazq.* *Herice.*

4 *Quarta, & vera ſententia Capreol.* Quarta, & vera ſententia futuritionem conſiſtere affirmat in præparatione, aut determinatione cauſarum ad rem extra cauſas ponendam, illam extrinſecè denominantem futuram. Ita Capreolus *in 1. diſtinct. 38. quæſt. 1. articulo 2. concluſ. 8. & in ſolutione ad 3. ex Aureolo contra 7. concluſionem*, vbi docet, rẽ eſſe futuram, nihil aliud eſſe, quam quod cauſæ ſint præparatæ ad illius productionem. Caietanus *1. 2 quæſtione 40. art. 3.* inſinuat. Ferrara *1. Contra Gentes cap. 67. §. ſed tamen aduertendum, non longè abinitio.* Et expreſsè illam docent Magiſt. Ledeſma *Tomo de Auxilijs diſputatione 2. difficultate 2. folio 626. & 630.* Magiſter S. Thoma *diſp. 19. art. 1. in principio*, Cornejo *art. 13 diſp. 2. dup. 1.* Patres Salmanticenſes *Tract. 3. diſp. 7. dub. 3. numero 37.* Et ex PP. Societatis Peſantius *in hac quæſt. art. 13. diſputatione 3.* neſcio an conſequenter ad propriam doctrinam, vt ex dicendis in decurſu tractatus conſtabi. Procuius explicatione ſit. *Caietan* *Ferrara* *Ledeſm* *S. Thom* *Cornej* *PP. Sa* *mant.* *Peſant*

5 *Prima concluſio.* PRIMA CONCLVSIO. *Rem eſſe futurã dicit de formali præparationem, & de-*

S. Tho. 6

Secundo probatur ratione.

Prob. 1. ex primo D. 2 hic.

Prob. 2. ex 1. q. 22. de veritate, art. 12. ad 7. illis verbis. Sed cum dicit ut hoc est futurum, assignatur ordo, qui est in causis illius rei ad productionem eius. Idem habet in solut. ad 2. & de veritate quæst. 12. art. 10. ad 2. & 8. Et, ordinem ad eventum, à quo denominatur futurition is tempore, etsi ipse eventus nondum sit futurus, ordo autem ille nihil est aliud, quam præparatio causarum ad rei productionem, vt docet D. Thomas in 1. sententiarum dist. 38. q. 1. art. 5. circa medium corpore, illis verbis: Alio modo potest considerari contingens, vt est in sua causa, sic consideratur vt futurum: ergo ex hac 1. p. quæst. 171. art. 6. ad 2. & in hac 1. p. quæst. 16. art. 7. ad 3. & q. 14. art. 13. ante D. Thomam esse futuram est denominatio, vt à forma proueniens à præparatione, & ordinatione causarum ad illius productionem.

Secundo probatur ratione ex præallegatis desumpta: rem esse futuram est aliquid reale cum ante omnem confectionem intellectus creati cognoscatur à Deo: ergo debet ab aliqua reali forma provenire; at talis forma non est intrinseca rei futuræ, quæ vt docet D. Thomas, & omnes fatentur futuritionis tempore in se nihil est, & consequenter incapax est denominationis ab intrinseca forma: ergo est extrinseca forma rei, quæ denominatur futura prout in se ipsa, & solum ei cõpetens prout est in suis causis, & ab illis proueniens; at talis extrinseca forma nõ est causa prout precisè potens est in actu primo, cum prout sic solum tribuat denominationem possibilis: ergo debet esse præparatio causarum, illarumque ordinatio ad rei productionem, quod intendit nostra conclusio.

§. I. I.

Præcluduntur adversantium effugia.

7. REspondebis primo, formam extrinsecam, à qua res futura talis denominatur, esse repræsentationem scientiæ divinæ per quam vt futura cognoscitur, vt dicebat prima sententia. Sed contra primo: scientia Dei repræsentans futurum vt futurum, iuxta Auctorem illum innominatum, non est practica, sed purè speculativa, vt fatentur omnes sequaces illius primi. Probatur primo ex D. Thoma in corpore, & in tuum obiectum supponit, non facit, ad illam rem ex parte obiecti determinationem causarum ad illius productionem. Probatur primo ex D. Thoma in corpore, & in tuum obiectum supponit, non facit, ad illam rem ex parte obiecti determinationem causarum ad illius productionem. Probatur primo ex D. Thoma in corpore, & in tuum obiectum supponit, non facit, ad illam rem ex parte obiecti determinationem causarum ad illius productionem.

Resp. 1. Cõtra 1.

10 *Reſpondebit.* Si dicas, nec tempus præſens abſolutè acceptum, nec negationem propriè durationis vtcumque, conſtituere aliquid in ratione futuri, ſed tempus præſens cum ordine præcedentiæ ad propriam durationem futuram, & negatio durationis, quæ tamen aliquando menſurabit propriam exiſtentiam; hęc autem prout ſic non conueniunt rei purè poſsibili, quę non ſolum non durat de facto, ſed nec durauit, nec eſt duratura. *Contra.* In contrarium obſtat, quod tempus præſens, vt præcedens durationē, in qua res exiſtet, eſt tempus præſens cum ordine ad exiſtentiam aliquando habendam in propria duratione; at ordo iſte nihil aliud eſſe poteſt, quam præparatio, & ordinatio cauſarum ad rei productionem, vt ex *infra* dicendis conſtabit: ergo futurum in ratione talis non coſtituitur per tempus præſens cū ordine præcedentiæ ad propriā durationē futurā, ſed prouenit tā quam à forma à præparatione cauſarum.

11 *Tertio reijcitur principalis ſolutio.* Tertio principalis ſolutio reijcitur: nam ab eo aliquid conſtituitur in ratione futuri, à quo determinatur; ab ſtatu poſsibilitatis ad ſtatum exiſtentiæ habendæ aliquando; at nec à tempore præſenti, nec à negatione exiſtentiæ propriæ durationis, ſic determinatur, ſed à præparatione, & diſpoſitione cauſarum ad eius productionem: ergo forma determinans futurum non eſt tempus præſens, vt antecedens propriam durationem, nec negatio exiſtentiæ durationis propriæ. Minor eſt certa: nam tam tempus præſens, quam negatio propriè durationis verificantur de re pure poſsibili: ergo nihil iſtorum determinat, & à purè poſsibili rem futuram diſtinguit. Maior etiam probatur: nam ab eo aliquid conſtituitur in ratione exiſtentis, à quo determinatur ad ſtatum exiſtentiæ: ergo pariter ab eo conſtituetur in ratione futuri, à quo determinabitur, vt de purè poſsibili tranſeat ad ſtatum in quo verificetur aliquando habituum eſſe exiſtentiam.

12 *Vltimo.* Denique: nam ex illa ſolutione ſequitur, quod ſi tempus futurum non eſſet, Deus non cognoſceret res eſſe futuras; cū ſequens videtur abſurdum: ergo futurum non conſtituitur in ratione talis per tempus præſens, vt antecedens propriam durationem, nec per negationem exiſtentiæ propriæ durationis. Patet ſequela: nam deficiente tempore præſenti, & futuro, deficeret forma conſtituens in ratione futuri: ergo non poſſet Deus rem eſſe futuram cognoſcere. Falſitas autem conſequentis probatur: quia tunc poſſet Deus cognoſcere rem aliquam habitu tam eſſe exiſtentiam, & illā nō habere de facto: ergo poſſet cognoſcere rē vt futuram, etiā ſi omne tē pus tam præſens, quam futurum deſtrueret.

13 *Reſpondebis tertio ex Vazquio.* Reſpondebis tertio, rem eſſe futuram non eſſe aliquid reale præſens, aut præteritum, ſed eſſe quid futurum; vnde neceſſarium non eſt, quod ſit præſens forma, à qua cōſtituatur in ratione futuræ. Ita Vaz quez *vbi ſupra* relatus. *Reijcitur 1. ex D. Thom.* Sed in contrariū obſtat in primis doctrina Diui Thomæ. *quæſtione 12. de veritate, art. 10. ad 2.* illis verbis: *Præſcientia vero Dei ſecundum hoc proprie præſcientiæ nomen habet, quod ad euentum reſpicit, qui futurus eſt: ordo enim ad euentum, eſt in præſenti: vnde de eo magis eſt ſcientia, quam præſcientia. Et ſic illa prophetia, quæ ordinem reſpicit, non dicitur ſecundum præſciētiam, ſed ſolum illa, quæ eſt ſecundum euentum*: ergo iuxta D. Thomam, etſi in re futura, euentus non ſit præſens, ordo tamen ad euentum præſens eſt in tempore, quo res futura dicitur; cumque talis ordo non ſit quid rationis, nec quid mere poſsibile, cui in ſtatu puræ poſsibilitatis præſentia repugnat, debet eſſe aliquid reale exiſtens, ac proinde rem eſſe futuram eſt aliquid reale, non futurum, ſed de facto exiſtens pro eo tempore, quo res futura dicitur. Nec explicari poteſt Diuus Thomas de præſentia obiectiua, prout res futura cognitionem terminat. *Tacita ſolutio reijcitur.* Nam iſto modo præſentiæ, non ſolus ordo ad euentum, ſed etiam euētus ipſe eſt præſens: ergo Diuus Thomas cōcedēs præſentiā ordini ad euentū: & illā euentui denegās, nō loquitur de præſentia obiectiua, ſed de præſentia reali.

14 *Secundo.* Secundo reijcitur ratione ab Angelico Doctore inſinuata: etſi res futura non ſit præſens futuritionis tempore, eius tamen futuritio præſens eſt pro tunc; at non ſolum res ipſa futura eſt aliquid reale, ſed etiam eſt realis eius futuritio: ergo rem aliquam eſſe futuram eſt aliquid reale futuritionis tempore, non futurum, ſed præſens pro formali futuritionis. Minor videtur certa: nam formalis futuritio non eſt quid confictum, nec eſt mera negatio: ergo eſt aliquid reale poſitiuum. Maior autem probatur: eo namque ipſo, quod futuritio ſit aliquid reale, eſt potens aliquando exiſtere; cū omne ens reale, & omnis eius modus, ad exiſtētiā ordinē dicatur: futuritio rei nō poteſt exiſtere quādo ipſa res exiſtit: tūc nāque nō eſt res futura, ſed præſens, nec trā ſacta exiſtentia; quia tunc eſt præterita: ergo debet exiſtere præsēs antequam res exiſtat, & conſequēter futuritionis tempore.

15 *Reſpondebis 4. Suar.* Denique; reſpōdebis ex Suar. loco *vbi ſupra*, rei futuritionē eſſe habitudinē, quāres, pro ut eſt in cauſa habet ad exiſtētiā vt futurā determinato tēpore ad quā habitudinē, ſta tus

Reijcitur

tas rei in causa, non vt forma, sed vt fundamentum, & veluti subiectum comparationis, & vt terminus existendi habenda. Sed etiam hæc sententia in determinatione nostrum non facit, & vt per se patet, & exemplo habenda. Sed etiam hæc solutio in tuto robore argumenti: habitudo est aliquid rei futuræ, quæ pro tunc in se præsentialiter: nam ista

que in quantum futurum diſtinguitur à pure poſsibili: ergo nequit in ratione talis conſtitui per id quod conuenit purè poſsibili.

20 *Reſpõdet* Reſpondent, ens purè poſsibile dicere habitudinem ad exiſtentiam indeterminatè, & tantum vt poſsibilem non autem ad illam vt pro determinato tempore habendam, & per habitudinem ad illam hoc ſecundo modo diſtingui futurum à mere poſsibili, & conſtitui in ratione futuri.

Cõtra 1. Sed contra primo, habitudo ad exiſtentiam, vt pro determinato tempore habendam non conuenit enti eſſentialiter, cum poſsit illi non conuenire: ergo ſi eſt realis, non gaudet ſola realitate eſſentiæ, ſed etiam realitate exiſtentiæ. Patet hæc conſequentia, quia realitate eſſentiæ, ſolum enuntiantur de ente prædicata eſſentialia.

21 *Cõtra 2.* Secundo, quod ens reſpiciens exiſtentiam, vt pure poſsibilem, reſpiciat illam, vt pro determinato tempore habendam, non habet ex ſe, ſed ab alio: ergo id habet à cauſa; at non ab illa, vt effectiuè aliquid intrinſecum in illo cauſante; cum pro tũc in ſe nihil ſit, & conſequenter incapax recipiendi influxum à cauſa efficiente, & intrinſecum aliquid cauſante: ergo id habet à cauſa, vt à forma talem denominationem tribuente; cumque cauſa vt potens in actu primo præcisè, talem denominationem non tribuat; conſequens ſit, quod prouenire debeat à cauſa, vt determinata ad eius productionem futuram, quod intendimus in noſtra concluſione.

§. III.

Soluitur primum argumentum contrariæ ſententiæ.

22 *Arg. 1.* COontra illam ſic arguit Suarez: cauſam eſſe ordinatam ad rei productionem, & præparatam per modum actus primi, idem eſt ac rem habere eſſe in cauſa; at rem habere eſſe in ſua cauſa, hoc aut illo modo determinata, non eſt idem ac eſſe futuram: ergo denominatio futuritionis non prouenit formaliter à cauſa præparatata, & diſpoſita ad eius productionem Minorem probat primo: nam habere eſſe in cauſa, non eſt futurum, ſed præſens: ergo non eſt idem habere eſſe in cauſa, ac eſſe futurum. Secundo, quia aliàs poſſet Angelus cognoſcere futura, quantum ipſa cognoſcibilia ſunt; cum poſsit comprehendere eſſe, quod habent in cauſis, & inclinationem illarum; conſequens eſt falſum: ergo & illud ex quo ſequitur. Tertio, quia aliàs non poſſet Deus certo cognoſcere futura contingentia quoad euentum futurum; conſequens eſt falsũ: ergo rem habere eſſe in cauſa; non eſt idem ac eſſe futuram. Patet ſequela, quia ſolum cognoſceret, quod habent eſſe in cauſa, vel indifferenti ad vtrum libet, vel ad ſummum inclinata, & propenſa magis ad vnam partem, quam ad aliam; at ex vi principij, vel purè indifferentis, vel magis inclinati, non tamen ad vnam partem determinati, non eſt infalibilis euentus futurus: ergo non cognoſceret certò futura contingentia, quoad euentum futurum.

Minor probatur primo. *Secundo.* *Tertio.*

23 *Quarto.* Quarto, quia aliàs poſſet aliquid in tempore fieri, quod antecedenter, non fuiſſet futurum, & eſſe aliquid futurum, quod tamen nunquam eſſet præſens; conſequens quoad vtramque partem falſum videtur: ergo futurum non conſtituitur tanquam per formam per hoc, quod eſt habere eſſe in ſua cauſa determinata, & diſpoſita ad eius productionem. Sequela quoad primam partem patet: nam poteſt aliquid in tempore exiſtere ad quod non præcedat in cauſa inclinatio ad vnam partem magis quam ad aliam; ſed omnimoda indifferentia ad vtramque vt patet in actu libero noſtræ voluntatis, quem præcedit cogitatio obiecti non excedens cogitationem circa obiectum oppoſitum, quod eſſe poſsibile docent plures Theologi 1. 2. *quæſt.* 13. ergo ſi futuritio conſiſtit in præparatione, & inclinatione cauſarum, poterit dari aliquid, quod ſit præſens, & toto tempore antecedenti non fuerit futurum. Quoad ſecundam vero partem probatur ſequela: nam contingere poteſt cauſam eſſe inclinatam ad aliquid, & tamen quod in re non ponatur, ſed eius oppoſitum, vt in cauſis contingentibus, & liberis multoties contingit, & in naturalibus contingere poteſt Deo ſuſpendente concurſum, vt fuit in igne fornacis Babilonis: ergo ſi in inclinatione cauſarum conſiſtit rerum futuritio, poterit contingere rem eſſe futuram, & nunquam præſentem exiſtere.

Sequela quoad 1. partem probatur. *Quoad ſecundã ſua detur.*

24 *Quinto.* Quinto: nam rem eſſe in cauſa, eſt prius natura, quam eſſe futuram; ergo non eſt idem habere eſſe in cauſa præparata, & diſpoſita ad rei productionem, ac eſſe futuram. Sexto: nam duæ iſtæ propoſitiones. *Res habet eſſe in cauſa præparata, & diſpoſita; & res eſt futura,* nõ ſũt ſynonomæ: ergo in vtriuſq; ſignificatis eſt aliqua diuerſitas, & cõſequẽter nõ eſt omnino idẽ rẽ habere eſſe in cauſa, ac eſſe futurã. Deniq; poteſt, & vrgẽtius illa minor ſuaderi; non eſt ãdẽ rẽ eſſe

Sexto. *Septimo probatur minor.*

esse possibilem, ac habere esse in causa, sed vt potenter producere illam, aliàs possibilitas esset denominatio extrinseca à potentia causæ, cuius contraria docet Diuus Thomas in hac 1. p. quæst. 25. art. 3. vt vidimus: ergo pariter, idem non erit rem esse futuram, ac habere esse in causa præparata, & disposita ad eius productionem.

Ad hoc argumentum respondeo concessa maiori, negando minorem. Ad primam probationem concedo antecedentiam: nego consequentiam: quia cum futuritio præsens sit futuritionis tempore, potest, & debet à determinatione causarum prouenire. Ad secundam nego sequelam; quia cum futuritio multoties consistat in determinatione interna libera intellectualis agentis, & decreto libero diuinæ, quorum neutrum potest Angelus euidenter cognoscere; hinc est, quod non posit cognoscere omnia futura, quantum cognoscibilia sunt; concedo tamen libenter posse Angelum comprehendere futura naturalia, quæ habent esse in ordine ad causas naturales, & futura contingentia libera ex vi alicuius inclinationis non existentis in nostra potestate: quia cum istas determinationes Angelus comprehendat, cognoscit talia futura, quantum ipsa cognoscibilia sunt, in ordine ad causas prædictas, non tamen in ordine ad Deum, cuius decretum naturaliter nō innotescit, v. c. ignorantibus Babilonis aplicato ad combustionem parvulos cognouit Angelus combustionem futuram, cum hoc audito, scilicet, ex vi determinationis agentis secundi, non tamen cognouit illam vt futuram in ordine ad decretum diuinum sibi non manifestatum, aliàs fallleretur.

Ad tertiam probationem, concedo sequelam de futuris contingentibus, in quā tum futura contingentia sunt; nego tamen illam loquendo de prædictis futuris, vel vt sunt in æternitate præsentia, vel vt subsunt efficaci decreto diuino, vt sic nam quæ certo, & infallibiliter cognoscuntur à Deo, secus antè vt sunt contingentia futura, qualiter subesse nō possunt certæ cognitioni, & consequenter, necessitare cognitionem in diuinam, vt expresse docet D. Thomas *in hac quæst. art. 13.* & locis ibi supra allegatis. De quo plura infrà.

Ad quartam, concedo sequelam pro vtraque parte: pro prima loquendo de futuritione in ordine ad causas creatas, non autem de futuritione in ordine ad decretum diuinum: quia cum nihil in tempore fiat, quod ab æterno non sit decretatum Deo; cōsequens sit, quod nihil possit esse in tempore præsens, quod antecedenter non fuerit futurum in decreto efficaci diuino, quia tamen potest aliquid intemporare fieri, cuius existentiam non præcedit determinatio aut inclinatio causæ creatæ, potest optimè aliquid existere, quod non fuerit futurum in ordine ad causas creatas. Quæ doctrina est D. Thomæ *loc. cit.* Pro secunda parte oppositæ rationem, &c. in hac

Respondetur. Ad 1. pro primam probationem. Ad 2.

Ad 4.

Digitized by Google

rem eſſe poſsibilem, quia Deus poteſt illam producere: ſecunda à potentia factiuâ, vt ab extrinſeca forma deſumitur, ſicut denominatio inteligibilis ab intellectu, volibilis à voluntate, & viſibilis à potentia viſiua. Vnde iuxta hanc diſtinctionem, conceſſo antecedenti, nego conſequentiam: ratio autem diſcriminis eſt: nam ordo ad exiſtentiam, vt purè poſsibilem, à quo prouenit denominatio poſsibilis, eſt intrinſecus cuilibet enti; atque adeò poteſt dare denominationem intrinſecam diſtinctam ab illa, quæ prouenit extrinſecè à potentia factiua; ordo autem ad exiſtentiam, vt pro determinato tempore habendam, à quo prouenit eſſe futurum, eſt omninò extrinſecus enti futuro, prout eſt in ſe ipſo, vt ſatis oſtendi; atque adeò ſolum illi poteſt competere, quatenus continetur in cauſa, & per extrinſecam denominationem ab illâ.

Probatur cõſequentia primo.

Secundo.

Tertio.

Quarto prob. antecedẽs.

§. IV.

Occurritur ſecundo argumento.

31 *Secundò arguitur.* SEcundo principaliter arguunt: in hac propoſitione, *Anti-Chriſtus* v.c. *eſt futurus* nulla realitas de præſenti enuntiatur, ſed ſola exiſtentia illius, vt pro determinato tempore habenda: ergo futuritio nõ eſt aliquid præſens; & cõſequenter conſiſtere nequit in præparatione, & inclinatione cauſarum præſenti. Cõſequentia tenet ex dictis. Antecedens autẽ oſtenditur primo ex Aug. *lib.* 11 *confeſſionum cap.* 20. vbi negans propriè eſſe tempora tria, ſic ait: *Sed fortaſsè propriè diceretur tempora ſunt tria; præſens de præteritis, præſens de præſentibus, præſens de futuris; ſunt enim hæc in anima tria.* Et alibi: *Ea non video, præſens de præteritis memoria, præſens de præſentibus intuitus, præſens de futuris expectatio.* Quod idem habet *cap.* 28. ergo iuxta Auguſtinum rem eſſe futuram, nihil eſt de præſenti, nec in ſe ipſa, nec intra cauſam; aliàs alibi præterquam in anima, ſcilicèt, in cauſa, aliquid præſens de futuris videret. Secundo, in hac propoſitione, *Adam eſt præteritus*, nihil de præſenti enuntiatur, ſed ſolum negatio exiſtentiæ, quam aliquando habuit: ergo pariter in hac propoſitione, *Anti-Chriſtus eſt futurus*, nihil poſitiuum reale de præſenti enuntiatur, ſed ſola negatio exiſtentiæ pro nunc, quam pro determinato tempore habebit.

Antecedens probatur 1.

Secundo.

32 *Tertio.* Tertio, in hac propoſitione, *Anti-Chriſtus erit aliquando exiſtens*, nulla poſitiua realitas de præſenti enuntiatur, ſed ſola exiſtentia pro determinato tempore habenda: ergo nec in iſta, *Anti-Chriſtus eſt futurus*, aliquid reale poſitiuum exiſtens de præſenti enuntiatur. Patet conſequentia tùm, quia vtriuſque propoſitionis idem ſenſus videtur. Tùm etiam: nam in ordine ad tempus præteritum idem eſt dicere, *Adam eſt præteritus*; ac dicere, *Adam habuit aliquando exiſtentiam*: ergo etiam propoſitiones de futuro æquipollentes erũt, hoc, aut, illo modo formatæ. Tùm denique: nã participium de futuro ampliat ſubiectum ad illud, quod eſt, vel erit, ſicut participiũ de præterito ad illud, quod eſt, vel fuit: ergo ſicut, ob dictam ampliationem, participium de præterito nullam realitatem tempore præſenti exiſtentem enuntiat de ſubiecto, ob ſimilem modum ampliandi participium de futuro, nullam realitatem de facto exiſtentem poterit importare; aliàs quomodo ſubiecto non exiſtenti verè poterit conuenire, quod tamen vt ampliet ſubiectum requiritur? Denique primum antecedens probatur: nam præſens, præteritum, & futurum ſunt differẽtiæ tẽporum: ergo ſi eſſe futurum aliquam formam realem de præſenti exiſtentem importat, illa debet eſſe tempus modo præſens; at ab hoc nihil poteſt futurum conſtitui, ſed tantum modo præſens: ergo rem eſſe futuram nullam poſitiuam realitatẽ importat exiſtentem de facto futuritionis tempore.

33 *Reſpond. Ad 1. probationem antecedẽtis.* Ad hoc argumentum reſpõdeo, negando antecedens. Ad primam probationem dicatur, Auguſtinum loqui de re ipſa futura, quę quoad ſuam entitatem nullibi eſt, niſi ſolum in mente per expectationẽ; non autem negat futuritionem talis rei eſſe præſentem futuritionis tempore. Vel ſecundo dicatur, loqui de tempore futuro, præſenti, & præterito, quę vulgo dicuntur temporum differentiæ, ac ſi daretur tempus futurum, & præteritum exiſtens re ipſa, cui vulgi opinioni ſe opponẽs Auguſtinus ait, non poſſe id cum proprietate dici, quia tempus futurum aut præteritũ, nullibi ſunt, niſi ſolum in mente; vt antẽ cum proprietate eſſent temporum differentiæ alicubi ſecundum proprias entitates debebant exiſtere, vel exiſtere poſſe; per hoc autem non negat futura contineri in cauſa, & futuritionem in cauſarum propenſione ad rei productionem conſiſtere.

34 *Adſecundam.* Ad ſecundam, conceſſo antecedenti, nego conſequẽtiam: & ratio diſcriminis eſt: quia exiſtentia præterita, cum iam fuerit in ſe ipſa determinata, & extra cauſas producta, poteſt per ſe ipſam abſque aliquo reali poſitiuo ab illa diſtincto de facto exiſtenti conſtituere aliquid determinatum in ratione præteriti, & id circo enuntians de

Digitized by Google

futuritionis datur, debet à cauſa determinatione præſenti prouenire.

35 *Replicabis.* Si dicas determinatio exiſtentiæ, quæ fuit cum negatione præſentiæ pro nunc, dat pro *iſto nunc* determinationem ad eſſe præteriti: ergo determinatio exiſtentiæ, quæ erit, cũ negatione præſentiæ *pro nunc*, dabit per ſe ipſam determinationem ad eſſe futuri. Patet conſequentia: quia vtraque determinatio conuenit in negatione præſentiæ in tempore denominationis: ergo ſi vna poteſt, etſi non ſit præſens, dare denominationem, & determinationem præſentem, poterit etiam alia denominationem, & determinationem præſentem præſtare.

36 *Reſpond.* Reſpondeo, negando conſequentiam: ratio autem diſcriminis eſt manifeſta: nã actualitas exiſtentiæ eſt prior denominatione præteriti, & ideò poteſt, etſi non exiſtit, iſtam denominationem, & determinationem præſtare; actualitas autem exiſtẽtiæ, & illius determinatio pro futuro tempore habenda, eſt poſterior tempore præſenti, pro quo aliquid dicitur futurum, & ipſa futuritione; atq; adeò nequit ante ſe talem denominationẽ, & determinationem præſtare ratione ſui, ſed ſolum prout in cauſis contenta, & ratione determinationis cauſarum ad eius productionem.

37 *Ad tertiã* Ad tertiam probationem, omiſſo antecedenti, pro nunc, de cuius veritate ex *inferius* dicendis conſtabit, nego conſequentiam. Nec eſt idem ſenſus vtriuſque propoſitionis, cum D. Thomas locis *ibi ſupra* relatis concedat aliquid verè eſſe futurum, quod tamen non erit, nec eſt eadem ratio in propoſitionibus de præterito, vt conſtat ex dictis. Nec denique ſequitur, quod non poſſit participium de futuro ſubiectũ ampliare ad illud, quod eſt vel erit, ſi importet entitatem præſentem: quia cũ talis entitas, extrinſeca ſit entitati futuræ, poteſt illam denominare de facto, etiam ſi non exiſtat; cum res non exiſtens capax ſit denominationis extrinſecæ, vt patet in denominationibus voliti, & intellecti, quæ reales ſunt, & rebus non exiſtentibus competunt.

38 *Ad vltimam.* Ad vltimam probationem, diſtinguo antecedens: quoad id, quod in recto importatur, nego antecedẽs: quoad id, quod importatur in obliquo, trãſeat antecedẽs, & nego conſequentiam; vel diſtinguo conſequens exiſtere, exiſtentia importatur in recto, de connotato vero importatur tempus præſens menſuratus exiſtentiam: licet ergo futurum, præſens, & præteritum pro eo, quod important de connotato, ſint differentiæ temporum, pro eo tamen, quod in recto dicunt, temporum differentiæ non ſunt.

§. V.

Vltimo argumento occurritur.

39 *Vltimo arguitur.* DEnique principaliter arguunt: ex decreto diuino nihil poteſt tanquam à forma futurum conſtitui: ergo nec determinatio cæterarum cauſarum talem denominationem poteſt præſtare in genere cauſæ formalis. Conſequentia eſt euidens: nam decretum efficax Dei omnipotentiam ad rei productionem ordinat, & determinat infalibili ordinatione; determinatio autem cæterarum cauſarum falibilis eſt: ergo ſi illud non poteſt denominationem futuri tanquam forma præſtare, multo minus determinatio cæterarum cauſarum præſtare poterit, in genere cauſæ formalis, denominationem futuri. Antecedens autem probat Suarez primo: decretum diuinum præſtat formaliter denominationem voliti; at denominatio futuri diuerſa eſt à denominatione voliti, & amati: ergo ab illo non prouenit in genere cauſæ formalis. *Antecedens probatur 1.*

40 *Secundo* Secundo efficacius ſuadetur: res vt futura eſt obiectum decreti volitum per ipſum, etenim ab æterno Deus voluit rem eſſe futuram; at obiectũ in ratione obiecti nequit conſtitui formaliter per actum, quẽ terminat, ſicut viſum in ratione obiecti viſionis, ſcitum in ratione obiecti ſcientiæ, cauſatum in ratione termini productionis, per actus prædictos non valent conſtitui; aliàs actus à ſe ipſo ſpeciem deſumeret, quod eſt inconueniens: ergo rem futuritio, non eſt denominatio formaliter à diuino decreto proueniens.

41 *Tertio.* Tertio: ſi decretum efficax Dei dictam denominationem præſtaret, etiam ſcientia viſionis ab æterno exiſtens in Deo, præberet formaliter denominationem futuri; conſequens eſt falſum: ergo ex decreto diuino nihil poteſt tanquam à forma futurum conſtitui. Sequela eſt manifeſta in via Thomiſtarum, qui docent, ſcientiam viſionis eſſe cauſam rerum: ergo ſi futuritio in

in determinatione causarum consistat, non decretum efficax tantum, sed etiam scientia visionis res futuras, in ratione futurarum, constituet. Falsitas autem consequentis probatur: quia alias Deus, qui creaturas futuras in se prout illarum causa intuetur, illas, videret, non in solo decreto, sed etiam in scientia visionis; hoc autem est falsum; aliàs scientia, qua intuetur creaturas, esset reflexiua supra se ipsã, quod nullus dixit: ergo scientia visionis ab æterno existens in Deo, non potest præbere formaliter denominationem futuri.

42 *Quarto probo antecedens.*

Denique primum antecedens probatur: decretum efficax Dei est causa efficiens futuritionis creaturarum; at non causat efficienter se ipsum: ergo non est forma dans creaturis rationem futurarũ in genere causæ formalis. Consequentia tenet: causans namque efficienter effectũ formalem, etiam debet efficienter causare formam, vel ad minus vnionem formæ cum subiecto; vnio autem decreti cum obiecto illo est omninò à decreto in distincta: ergo, qui causat efficienter futuritionem, aut rem esse futuram, debet efficienter causare decretum, si decretum est causa formalis futuritionis. & è conuerso, quod non fuerit causa efficiens decreti, nec rem vt futuram potest efficienter causare. Maior autem probatur: tùm, quia omnis formalis effectus debet causam efficientem habere; at rem esse futuram, est effectus formalis alicuius formæ: ergo debet habere causam efficientem; cum autẽ Deus sit prima causa efficiens per suum decretum, necessariò est dicendum, efficax decretum diuinum esse causam efficientem rei futuræ sub ratione futuræ. Tùm etiam: nam rem esse futuram, est veritas creata; cum non sit increata, & diuina; omnis autem veritas creata est efficienter à decreto diuino, sicuti & omnis entitas creata Deum pro prima efficienti causa recognoscere debet: ergo rerum futuritio est efficienter à decreto effiuaci diuino.

Ad hoc argumentum respondeo, negãdo antecedens. Ad eius primam probationem, concessa maiori, distinguo minorem: est diuersa entitatiuè, nego minorã; est diuersa per rationem, concedo minorem, & nego consequentiam. Itaque decretum diuinum, & constituit Deum amantem creaturas, & constituit illum causantem, quod non potest negare Suarez, cum sit omninò certum, Deum per intellectum, & voluntatem causare creaturas; sub prima consideratione resultat ex decreto ad creaturas denominatio voliti, & amati: sub secunda resultat ex ipso ad creaturas denominatio futuritionis: vnde sicut ista consequentia non tenet; *denominatio causantis diuersa est à denominatione volentis; hanc præstat decretum; ergo primam non præstat*: ita consequentia facta à Suarez est prorsus inefficax.

43 *Respond. ad 1. probationem antecedẽtis.*

Ad secundam probationem nego antecedens, nec Deus ab æterno voluit rem esse futuram: ita vt futuritio sit obiectum volitum per decretum, sed voluit ab æterno, quod res essent in tempore, & ex hac volitione efficaci resultat denominatio futuritionis, quam Deus non vult volitione directa in actu signato, sed totum in actu exercito, eo modo quo dicimus volentem obiectum velle exercitè se velle illud, & intelligẽtã, exercitè suam intellectionẽ, intelligere. Quę doctrina intelligẽda est, quando futuritio est solũ ex decreto determinante Deum ad rerum productionem: nam si futuritio ex determinatione causarum secundarum etiam proueniat, est prout sic obiectum per decretum volitum, quatenus Deus peripsum decreuit, quod causę secundæ, ordinatę essent ad rei productionem.

44 *Ad secundam.*

Si dicas, quidquid Deus ab æterno scit erga futura, volit etiam ab æterno; atqui ab æterno scit, non solum rem in tempore esse, sed etiam esse futuram: ergo non tolum voluit ab æterno, quod in tẽpore esset, sed etiam quod esset futura; & consequenter futuritio est obiectum decreti. Respondeo, distinguendo maiorẽ: eodem modo, nego maiorem: diuerso modo, concedo maiorem. & conecta minori distinguendum est consequens: exercitè, concedo consequentiam; signatè, nego consequentiam. Quæ distinctio constat ex dictis.

45 *Replicabis.*

45 *Resp. 1.*

Vel secundo respõdeo, concessa maiori, & minori distinguẽdo cõsequens: ergo ab æterno voluit rem esse futuram, per decretum; quatenus est volitio directa, nego consequentiam: quatenus virtualitèr, aut eminenter est volitio reflexa, quę prout sic se habet pro obiecto, concedo consequentiam. Pro quo est aduertendum, quidquid voluntas creata efficit per actus distinctos, præstare diuinam vnico, & indiuisibili actu: vnde sicut creata, & vult obiectum esse, & per actum reflexum vult suã volitionem: ita increata voluntas, & vult directè obiectum, & reflexe, vult etiam volitionem obiecti; cum hoc tamen discrimine, quod voluntas, creata id efficit per actus distinctos, diuina autem vnico, & indiuisibili actu (non curo modò, an ille actus ratione sit multiplex, quia ad rem præsentem parum attinet, siuè hoc, siuè illud dicatur.) Dico ergo, Deum ab æter-

45 *Resp. 2.*

rentiam, voluit etiam rerum futuritionem, ſcientia autem viſionis directè terminatur ad futuritionem rerum, quatenus ex decreto diuino, quia tale decretum ſupponit, & in illo futura cognoſcit.

47 *Ad 3. conſ. negatur min.*

Ad tertiam, conceſſa ſequela, nego minorem. Ad eius probationem, nego ſequelam: nam cum ipſa ſcientia ſimul cum voluntate ſit cauſa rerum, non eſt neceſſarium, quod ex parte medij ipſa ſcientia ingrediatur, ſed ſufficit pro medio decretū diuinum; ſecus contingeret, ſi ſcientia viſionis non eſſet practica, ſed precisè ſpeculatiua: nam in tali caſu, quod ſcientia non cauſaret, deberet vt cognoſceret perfectè futura intuitu ex parte obiecti medio, quod eſt æquata cauſa rerum futurarū.

48 *Ad 4. conſ. quod, ſed minor eſt falſa.*

Ad quartam probationem PP. Salmanticenſes *tract. 3. diſp. 7. dub. 3. num. 38.* conceſſa maiori, & minori, negant conſequentiam, quia vt Deus ſit cauſa efficiens alicuius effectus totalis coaleſcentis ex forma, & ſubiecto denominato ab illa, neceſſarium non eſt, quod formam cauſet efficienter, ſicut Pater Æternus eſt principium productiuum Verbi conſtituti ex natura diuina, & relatione Filij, quin producat eſſentiam, & naturam diuinam: & Deus eſt cauſa efficiens Chriſti Domini compoſiti ex perſonalitate Verbi, & humanitate, quin efficienter cauſet Verbi perſonalitatem. Ita, in quiunt, Deus eſt cauſa efficiens futuri, vt futuri, coaleſcentis ex decreto efficaci, & re, quæ denominatur futura, etiam ſi efficienter non cauſet decretum, quod eſt formalis cauſa futuritionis.

49

Et rationem reddunt: nam quando forma præſtat ſuum effectum formalem dependenter ab alio, vt à cauſa efficiente: tunc cauſans effectum formalem in genere cauſæ efficientis, debet in eodem genere cauſæ formam cauſare: vnde, quia potentia viſiua, vt forma extrinſeca conſtituit viſibile, cauſa efficiens potentiæ viſiuæ efficienter cauſat viſibile: quando vero forma dans effectum formalem, ab efficiente cauſa non pendet, ipſamet forma efficienter cauſat ſuum effectum formalem, quin cauſet efficienter ſe ipſam: quo circa omnipotentia Dei, quæ vt forma extrinſeca conſtituit creaturas in ratione poſsibilium per denominationem extrinſecam, ipſa ratione ſui efficienter cauſat poſsibilitatem creaturarum coaleſcentē ex omnipotentia Dei, & non repugnantia ſubſiſtentiæ ex decreto diuino, vt forma, & creaturarum poſsibilitate vt ſubiecto.

Sed vt verum fatear PP. iſtos ſapientiſſimos non ſatis percipio. Et quidem libenter admitto, poſſe effectum totalem ab aliquo efficienti cauſari, quin vna pars ex ingredientibus eius compoſitionem ab illo efficiatur, dum tamen altera efficienter cauſetur: conſtat in Chriſto Domino, quem Deus efficienter produxit, quin Verbi perſonalitas efficienter ab illo cauſetur, quia humanitas, quæ eſt altera pars à Deo efficienter fuit facta: ſic etiam Pater Æternus eſt principium productiuum Verbi, quin producat naturam diuinam, ex qua perſona Verbi ſimul cum filiatione conſtituitur, producit tamē Verbi perſonalitatem, quę ſimul cum natura eius conſtitutionem ingreditur.

50 *Ipſa ſolutio plura continet vera. Primum eſt.*

Fateor ſecundo, poſſe effectum aliquē totalem effectiuè ad aliquo cauſari, quin nec pars formalis, nec pars materialis, ab illo effectiuè cauſetur, per hoc, quod effectiuè cauſet nexum, & vnionem illorum, vt patet in homine effectiuè hominem producente, quin producat materiā, nec formam, cum vtraque à ſolo Deo per creationem cauſetur, per hoc ſolum, quod efficienter ad vtriuſque vnionem cōcurrit.

51 *Secundū.*

Quod autem efficienter cauſet effectum totalem abſque eo quod efficienter producat, nec materiam, nec formam, nec vnionem vtriuſque, eſt inintelligibile, nec exēplo, aut ratione aliqua poteſt ſuaderi; at in concreto futuritionis coaleſcentis ex decreto, vt forma, & ex rerum poſsibilitate, vt ſubiecto, vt fatentur PP. prædicti, diuinum decretum, nec cauſat efficienter ſe ipſum nec rerum poſsibilitatem, quæ ſe habet tamquā materia, nec vtriuſque vnionem, quę à decreto eſt omninò indiſtincta: ergo nequit efficienter cauſare rerum futuritionem coaleſcentem ex illis.

Quoad 3. eſt difficilis.

52 *Vera ſolutio 4. probationis antecedentis.*

Quare aliter ad quartam probationem reſpondeo, rem aliquam poſſe dici futuram, vel in ordine ad cauſas creatas, vel in ordine ſolum ad Deum: futuritio ſumpta reſpectiuè ad cauſas creatas, eſt effectus decreti in genere cauſæ efficientis: quia cum ſumatur à diſpoſitione, & inclinatione cauſarum, vt à cauſa formali, & talis diſpoſitio ſit efficienter à decreto diuino, etiam ratio dictæ futuritionis, eſt ab illo efficienter; at vero futuritio competens rebus in ordine ad Deum, quæ eſt formaliter

liter à diuino decreto, non prouenit efficienter ab illo Vnde loquendo de hac futuritione, nego maiorem.

53 *Ad 1 probationem maioris.* Ad primam probationem dicatur, maiorem solum esse veram de effectu formali, qui in rigore est effectus formalis, secus autem de illo, qui solum impropriè, & grammaticaliter dicitur talis: hic enim nō petit causam efficientem: creaturas namque esse volitas, intellectas à Deo, hoc secundo modo, est effectus formalis; & tamen nullus dicet dari aliquam causam talis effectus, & rem esse futuram in ordine ad Deum, solum secundo modo est effectus formalis: quo circa non petit ab aliquo efficienter causari, nisi ad summū, eo modo quo potest dici decretum diuinum esse efficienter à Deo, nempè, virtualiter seu eminenter.

54 *Ad secundam.* Ad secundam maioris probationem dicatur, rem aliquam esse futuram, ex duobus coalescere, nempè, ex rerum possibilitate, vt subiecto, & decreto diuino tanquam ex forma, & quia rerum possibilitas est quid creatum, non de facto, & exercitè; cum creationem non terminet, sed signatè, & in potentia, quatenus potest terminare creationem, & ad illam signatè ordinem dicit, concretum futuritionis, seu rem esse futuram, est veritas creata signatè, non tamen exercitè. Ex parte vero formę, nempè, decreti, non est quid creatum veritas illa, sed quid increatum, non tamen necessarium, sed liberum: nō enim omnis veritas increata, & diuina, necessaria est, vt patet in hac; *Deus ab æterno vult creaturas existere in tempore*, quæ est increata veritas ex parte volitionis, quæ in illa enuntiatur de Deo, & tamen non necessaria, sed libera est.

§. VI.

Duæ aliæ assertiones veræ sententiæ.

55 *Secunda conclusio.* SIT SECVNDA CONCLVSIO. *Solum ex ordine ad decretum diuinum dicitur aliquid futurum simpliciter, ideſt, omnibus modis.* Quam vt probem, aduerto, posse aliquid dici futurum: vel in ordine solum ad causas secundas, quas Deus voluit esse dispositas ad rei productionem, non dante decreto diuino præuiè, & simultaneè concurrendi cum illis: vel in ordine ad illas involuendo etiam diuinum decretum de præstando intempore suum simultaneum, & præuium cōcursum Dicimus ergo, ex ordine ad causas secundas non involuto decreto diuino concurrendi cum illis, non dici aliquid futurum simpliciter, id est, omnibus modis, benè tamen si adsit decretū prædictū,

Hoc ita præmisso, suadetur sic primo: 56 *Prob. 1.*

solum id potest dici, & esse futurum omnibus modis, ad cuius productionem omnes causæ necessariæ sunt ordinatæ, & dispositæ; at non stante decreto diuino de præstando suum concursum, etsi omnes aliæ causæ præparatæ sint, & dispositæ, deest præparatio, & dispositio præcipua, quæ est primæ causæ, illo tamen stante influxus cæterarum causarum, necessario ex suppositione infertur ex illo, & in eo virtualiter continentur: ergo solum ex ordine ad decretum diuinum potest aliquid constitui futurum simpliciter, ideſt, omnibus modis. Consequutio est euidens. Maior certa: nam si futurum constituitur in ratione futuri ex ordine ad dispositionem causarum, solum id poterit omnibus modis esse futurum, ad quod supponuntur omnes causæ præparatæ, & dispositæ. Minor pro prima parte est certa. Pro secunda suadetur: nam decretum diuinum, vt modo suppono, est efficax ab intrinseco, & infallibiliter inferens effectum in tempore quoad substantiam, & modum: ergo infert ex se, & virtualiter continet influxus omnes cæterarum causarum necessarios ad rei productionem.

Secundo suadetur: id solum est futurū simpliciter, de quo est verum dicere, quod infallibiliter erit; at ex ordine ad decretū diuinum taliter aliquid dicitur futurum, quod est verum dicere, quod infallibiliter erit; secus vero ex ordine ad causas secundas, Dei decreto præciso: ergo solum ex ordine ad decretum diuinum constituitur in ratione futuri simpliciter ideſt, omnibus modis. Consequentia tenet. Maior autem suadetur primo ex Augustino *tom. 6. lib. 20. contra Faustum cap. 4.* illis verbis: *Tam non possunt futura non fieri, quā non fuisse facta præterita.* Et reddit rationem: *Quia non est in Dei voluntate, vt eo fit aliquid falsum, quo est verum; quia alias idem, & eadem ratione esset falsum, & verum*: ergo sentit Augustinus, solum illud dici posse futurum simpliciter, ideſt, omnibus modis, quod infallibiliter, & necessario erit, necessitate suppositionis.

Secundo probatur.

Maior prob. ex Aug.

Secundo ex Anselmo *lib. de concordia præscientiæ prædestinationis, & gratiæ cum libero arbitrio cap. 1.* illis verbis: *Rem verè futuram necesse est esse futurā, quoniam futurum nequit esse simul, & non futurum*; & quantum ad istum necessitatis modum æquiparat futurum præterito, & præsenti contingenti, vbi Anselmum loqui de futuro simpliciter, ex dicendis constabit: ergo sentit solum illud esse futurum simpliciter, de quo est verum dicere, quod infallibiliter, & necessario erit, sic 58 *Secundo ex Anselmo.*

Digitized by Google

necessitas suppositionis.

Denique suadetur ratione: nam omne futurum dicit ordinem ad eventum, scilicèt ex vi huius, vel talium causarum, siuè absolutè, siuè cum addito, simpliciter, ideſt absolutè: ergo id solum erit futurum simpliciter, extra causas ponendum.

Deinde minor argumenti principalis suadetur, tum ex Diuo Thoma de veritate quæstione 12. art. 10. ad 12. his verbis: Ad 12. dicendum, quod causæ inferiores, quæ sunt rerum rationes in diuina præscientia, numquam deficiunt ab implendo suorum effectuum, sicut deficiunt causæ inferiores, & ideò in causis superioribus cognoscuntur rerum eventus absolutè, sed in inferioribus non, nisi sub conditione. Vbi per rationes rerum intelligit diuinas ideas, vt determinatas per diuinum decretum, vt docet idem Diuus Thomas quæstione 3. de veritate, articulo 6. vbi ait: Quod ideæ eorum, quæ sunt, fuerunt, vel futuri sunt, determinatur à proposito diuinæ voluntatis: sentit ergo Angelicus Doctor sola futurum infallibilitatem eventus.

Tùm etiam: nam quantumcumque causæ secundæ, siuè contingentes, siuè naturales, sint in se dispositæ, & inclinatæ ad actum, seu effectum, si diuinum decretum concurrendi cum illis non adsit, effectus existet: quo ci rca ignis fornacis Babylonis ex se ad combustionem stante; cum ex se sit ab intrinseco efficax iuxta veram sententiam, non potest facto ob defectum diuini decreti, illo tangendum determinatus, non combusisse de facto ex ordine ad diuinum decretum talis effectus ex illius suppositione non esse futurum, quod infallibiliter erit, secus verò ex ordine ad causas secundas, siuè contingentes, siuè naturales, Dei decreto præcisso.

Tertia conclusio: ex ordine ad causas secundas necessario, & immutabiliter operantes, dicitur aliquid futurum simpliciter, ideſt absolutè, ex ordine ad causas contingentes pròpensas, dicitur futurum cum addito; ex ordine tamen ad causas contingentes ad vtrumlibet, nullatenus dicitur aliquid futurum. Hæc conclusio quantum ad omnes partes ostenditur primo ex Diuo Thoma in primo sententiarum distinctione 38. quæstione 1. articulo 5. circa medium corporis, illis verbis: Sciendum est igitur, quod antecedaneum, res sit, non habet esse nisi in suis causis, sed quædam sunt ex quibus necessario sequitur effectus, & hæc impediri non possunt, & in istis habet ex causa-

rum esse certum, & determinatum quod potest ibi demonstratè sciri, ortus Solis, & eclipsis, & hæ quædam sunt causæ, ex quibus cum effectus, vt in maiori parte, sed minori deficiunt: vnde in istis est quandam non habent certitudinem abjo determinatæ ad vnum, in quantum sunt ca ideo per istas causas potest acci talis de futuris, quæ ta quanto causæ sunt ma de ventis, & pluvijs: & morte futura, & effectus de futuro nullam sunt, quæ se habent ad vtrumlibet, in causis cognosci possunt. Id ipsum rationem, & quæst. 2. de veri bus verbis, sic secundo argume est futurum vt fiat, quod in causa est determinatum simpliciter, & in causa con- rante causa, est necessariò, & immutabiliter ope- tionem inclinata, solum habet determina- magis autem contingenti ad vnam partè tingenti secundum quid, & in causa con- que nullam omnino indifferenti ad verum- go ex prima habet determinationem: er- tia dicitur futurum simpliciter, ex secunda secundum quid solum, exter- futurum, Tertio verò nulla ratione potest dici futurũ. de quo cognosci, quod erit; at de illo, quod habet esse in causa determinata ad vnam, & immutabiliter operãte, potest cognos- nempe scientifica; de eo autem, quod ha- bet esse in causa contingenti magis ad vnam partem propensa, solum potest cer- to cognosci, quod erit certitudine conie- turali, quæ secundum quid tantum est certitudo, & in causa cõtingenti ad vtrũ- que, nulla certitudine id potest cognosci: ergo primum est futurum simpliciter, se- cundum verò solum secundum quid, ter- tium autem nulla ratione potest dici fu- turum.

Denique eandem conclusionem, quæ- tum ad primam partem, ostendo: id, q- necessario erit attentis omnibus causis talibus, & solum miraculosè pote- executione impediri, absolutè, & si- sic potest dici futurum, sicut ab- dicitur impossibile, quod non nisi- sic solum potest extra causas consti-

Digitized

quod habet eſſe in cauſa determinata ad vnum, & immutabiliter operante, reſpectiuè ad cauſas naturales, erit neceſſario attentis cauſis naturalibus, & non niſi miraculosè poteſt ab euentu impediri: ergo eſt futurũ abſolutè, & ſimpliciter ex ordine ad cauſam prædictam.

65 *Secunda pars probatur.* Ex qua ratione, per oppoſitum, ſecundam partem eiuſdem concluſionis oſtendo: id, de quo non poteſt abſolutè, & ſimpliciter dici, quod erit, non eſt futurum abſolutè, & ſimpliciter; at de eo quod habet eſſe in cauſa contingenti magis inclinata ad vnam partem, non poteſt dici abſolutè quod erit, ſed ſolum attenta inclinatione cauſæ, cum per cauſas naturales poſsit ab executione impediri, imò ſi cauſa libera ſit, poteſt per ſe ipſam euentum excludere: ergo non poteſt dici futurum abſolutè, & ſimpliciter, ſed ſolum cum addito, ſcilicèt, ex vi propenſionis, & inclinationis cauſarum. Et ex his vltima pars concluſionis manifeſtè colligitur: *Tertia ſuadetur.* quia de eo quod reſpicit cauſam indifferentem omnino ad vtrumque, nulla ratione poteſt dici quod erit, nec abſolutè, nec ex vi propenſionis cauſæ, quam reſpicit, cum ſupponatur non magis ad vnam, quam ad alteram partem propenſa: ergo ex ordine ad cauſam prædictam nulla ratione poteſt dici futurum.

§. VII.

Occurritur argumentis in contra.

66 *Oppones primo.* OBijcies ſic primo: vel in cauſa naturali neceſſario operãte, prout determinata per modum actus primi, importatur decretum diuinum de aſsiſtentia ſui concurſus, vel tale decretum excluditur? Si primum, eſt omnibus modis futurum, & non ſolum ſimpliciter, ideſt abſolutè, in quo non differt inter illam, & cauſam cõtingentem in noſtra ſententia: nam etiã in iſta, vt ſubditur diuino decreto efficaci ab intrinſeco effectus contingens infallibiliter eſt futurus. Si aſſeratur ſecundum, non eſt verum dicere, quod effectus talis cauſæ erit infallibiliter; cum Deo ſuſpendente concurſum, ab euentu impediatur, etiam ſi cauſa illius ſit omnino determinata per modum actus primi: ergo falſa eſt prima pars concluſionis, quæ aſſerit ex ordine ad cauſam naturalem immutabiliter operantem accipere effectum, futuritionem talem ſimpliciter, ideſt abſolutè.

67 *Reſpond.* Reſpondeo, in prædicta cauſa, prout de illa loquimur in hac concluſione, nec importari diuinum decretum, nec poſitiuè excludi, ſed tantum præciſiuè, ideſt nõ intellecto diuino decreto, & in illa prout ſic, præſcindendo à decreto diuino, dicimus habere effectum, futurum eſſe ſimpliciter, & abſolutè, & ex vi illius iſto modo cognitæ cognoſci de effectu quod erit abſolutè. Nec obſtat, quod Deo ſuſpendente concurſum, talis effectus extra cauſas non erit: nam cum talis ſuſpenſio foret miraculoſa, etiam miraculoſum, eſſet quod effectus illis extra cauſas nõ cõſtitueretur. Ex quo non redditur falſa propoſitio, qua aſſeritur, quod abſolutè erit: quia hæc intelligitur, quod erit naturaliter, & attento cauſarum naturalium concurſu; cum qua veritate compatitur quod miraculosè ab euentu impediatur.

Si dicas: ergo ex vi talis cauſæ non eſt verum dicere, quod eius effectus abſolutè erit, ſed ſolum cum addito, ſcilicèt, quod erit ex vi determinationis, quam habet in cauſa, vel quod erit connaturaliter, vel attento cauſarum naturalium concurſu. 68 *Replicabis.* *Reſpond.* Reſpondeo, negando conſequentiam: nã additamentum iſtud, quod apponitur, nõ eſt diminuens, nec tollit quod poſsi de illo effectu enuntiari, quod abſolutè erit: id namque, quod taliter erit, quod ſolum per miraculum ab exiſtentia poteſt impediri, verè erit abſolutè: ſicuti Angelus abſolutè dicitur incorruptibilis, eſto per miraculum poſsit deſtrui, Deo ſuſpendente concurſum: & verum eſt abſolutè, quod ſi homo exiſtit, exiſtit riſibilis, eſto poſsit miraculosè exiſtere homo, quin exiſtat riſibilis, ſi Deus ad effectum riſibilitatis ſuſpendat concurſum: & Philoſophus demonſtrat abſolutè futuram eclipſim, ex cauſis naturalibus naturaliter cognitis, & Solem cras oriturum, etſi poſsit miraculosè fieri ſtantibus illis cauſis, quod non ſubſequantur effectus demonſtrati.

Inſtabis, ſi Deus decernat ſuum concurſum ſuſpendere, eſt vera contradictoria propoſitio, ſcilicèt, *Sol abſolutè cras non orietur, & eclipſis abſolutè non erit*: ergo affirmatiua propoſitio eſt falſa, Deo ſuſpendente concurſum, ſcilicet, *abſolutè orietur Sol craſtina die*, vel *eclipſis erit abſolutè*. Conſequentia eſt bona. Antecedens autem probatur: nam, Deo volente, concurſum ſuſpendere, cognoſcit intellectus diuinus, in tali decreto, Solem non oriturum nec eclipſim futuram: ergo tales propoſitiones ſunt infallibilis veritatis, aliàs poſſet falli intellectus diuinus. 69 *Inſtabis.*

Reſpondeo, negatiuas illas, prout cognitas à Deo, non eſſe contradictorie oppoſitas affirmatiuis prout demonſtratis: nã ortus Solis, & eclipſis demonſtratur futura ſecundum curſum naturalium cauſarum, 70 *Reſpond.*

Digitized by Google

rum, ita vt hoc, vel exprimatur, vel ſubintelligatur, & quia ſufficit, hoc modo, aliquid eſſe futurum, vt abſolutè dicatur futurum; hinc fit, quod demonſtrētur abſolutè futura; negatiuæ autem, quas Deus vt infallibiliter veras cognoſcit, non ſunt ortus Solis, nec eclipſis non futura connaturaliter, ſed non futura miraculosè ex defectu concurſus diuini, qui reſpectu talium cauſarum miraculosè ſolum deficere poteſt; non autem opponuntur contradictoriæ iſtæ duæ propoſitiones: *Ortus Solis erit ſecundum curſum naturalium cauſarum: Ortus Solis non erit Deo extraordinariè, & miraculosè ſuſpendente concurſum*, ſed vtriuſque veritas ſimul ſubſiſtit.

71 *Obiicies ſecundo.* Obijcies ſecundo: mors infirmo euentura, ratione infirmitatis præſentis, ſolum habet eſſe in cauſa contingenti naturaliter impedibili; & tamen mors dicitur abſolutè futura, & quod erit abſolutè: ergo futurum habens eſſe in cauſa contingenti impedibili, eſt futurum abſolutè, & ſimpliciter. Maior cum conſequentia tenet.

Minor probatur primo. Minor autem probatur primo ex illo Iſaiæ 34. vbi Iſaias propheticè abſolutè dixit ad Ezechiam: *Diſpone domui tuæ, quia morieris*; & tamen mors Regis ſolum habebat eſſe in cauſa contingenti impedibili. Secundo ex Diuo Thoma *Secundo.* *quæſt. 12. de veritate art. 10. ad 7.* illis verbis: *Sic enim Medicus dicit, iſte ſanabitur, & iſte morietur, etſi aliter contingat, non dixit falſum; ſic enim futurum erat ex ordine cauſarum, quod tamen poſsibile eſt impediri.* Sentit ergo D. Thomas futurum in cauſa impedibili eſſe tale abſolutè, & ſimpliciter.

72 *Reſpond. Ad 1. probationem minoris.* Reſpondeo, conceſſa maiori, negando minorem. Ad primam probationem reſpondet D. Thomas *loco allegato ad 8. argum.* quod prophetia illa relata ad ordinem cauſarum, abſque vlla conditione intelligitur: abſolutè enim ita erat ordinatum in cauſis; ſi autem reſpiciat euentum, ſic intelligendam eſſe ſub conditione cauſæ, quam conditionem, licet non importetur explicitè, docet *ſolut. ad 10.* ſub intelligendam eſſe implicitè, ideſt, *morieris infirmitate, & culpa remanente*; quibus addendum eſt, nec adhuc ſub conditione perſeuerantiæ cauſæ prædici poſſe euentum, vt infallibiliter, ſed ſolum vt coniecturaliter futurum, niſi præſupponatur decretum diuinum, de quo in ſequentibus: & ratio eſt manifeſta, quia adhuc perſeuerante cauſa, ex illa non erit infallibiliter effectus: cum ratione ſui non habeat cum illo infallibilem connexionem. Et per hoc conſtat ſolutio ad ſecundam. *Ad 2.*

73 *Replicas bis.* Sed dices, etiam effectus habens eſſe in cauſa naturali, neceſſario, & immutabiliter operante, non cognoſcitur ex illa quoad euentum futurum, niſi ſub conditione concurſus diuini: ſi namque Deus ſuum concurſum ſuſpendat, non euenit effectus; & tamen à Nobis aſſeritur eſſe futurum abſolutè, & ſimpliciter: ergo quod effectus cauſæ contingentis nequeat prædici quoad euentum futurum, niſi ſub intellecta aliqua conditione, non tollit quominus abſolutè, & ſimpliciter dicatur futurus. Reſpondeo primo, negando maiorem: nam ea ratione, qua futurus cognoſcitur, nempè ſecundum curſum naturalium cauſarum, abſque vlla conditione, futurus quoad euentū cognoſcitur, iuxta dicta *in ſolutione primæ obiectionis*. *Reſpond. primo.*

74 *Reſp. 2.* Vel ſecundo reſpondeo, diſtinguendo maiorem: ſub condition: exacta ab ipſa cauſa naturali, & quæ ſolum miraculosè poteſt illi negari, concedo maiorem: ſub conditione non exacta ab illa, nego maiorem: & conceſſa minori, nego conſequentiam: nam conditio ſub intellecta ad euentum effectus cauſæ contingentis eſt iſti indebita; quando autem conditio ſub intellecta debetur cauſæ abſolutè exiſtenti, futuritio in toto rigore poteſt dici abſoluiè. Exemplum habeo manifeſtum in ſententia Patrum Societatis, qui communiter aſſerunt, voluntatem noſtram, v.c. habere abſolutam potentiam reſpectu actuum naturalium, reſpecto vero ſuper naturalium ſolum habere potentiam cōditionatam ſub conditione, ſcilicèt, quod Deus non deneget ſuum ſupernaturalem concurſum; & tamen reſpectu actuum naturalium etiam indiget aſsiſtentia concurſus diuini; quia tamen iſte concurſus reſpectu actuum naturalium eſt debitus, dicitur potens abſolutè potentia reſpectu illorum, ſecus verò reſpectu ſuper naturalium, ad quos aſsiſtentia diuini concurſus eſt indebita illi: pariter ergo in caſu argumenti.

75 *Oppones vltimo.* Denique obijcies: non ſtat aliquid dici futurum, & quod de illo non ſit verum quod infallibiliter erit: ergo ſi effectus, prout in cauſa contingenti ad vnum propenſa, dicitur futurus, verè poterit affirmari de illo, quod infallibiliter erit; & conſequenter erit futurus abſolutè, & ſimpliciter. Probatur antecedens ex Auguſtino loco vbi ſupra, illis verbis: *Tam non poſſunt futura, non fieri, quam non fuiſſe facta præterita*: ergo ex mente Auguſtini, ſicut non poteſt affirmari de aliquo, quod ſit præteritum, niſi verè afirmetur de illo, quod

quod infallibiliter fuit, paritèr nec poterit dici de aliquo eſſe futurum vlla ratione, quin verè affirmetur de illo, quod infallibiliter erit. Et idem videtur conuinci ex verbis Anſelmi relatis pro Nobis in *confirmatione ſecundæ concluſionis.*

76 *Reſpond.* Reſpondeo, Auguſtinum, & Anſelmum loqui de eo quod eſt futurum omnibus modis, de hoc autem veriſsimum eſt, quod ſi ita ſit futurum, non poteſt ex ſuppoſitione futuritionis non fieri.

Solutionem eſſe de mente Auguſtini prob. Quod autem hæc ſit mens Auguſtini conſtat ex illius verbis in eodem capite, vbi ſic ait: *Similiter dicatur poſſe fieri, vt caro huius, aut illius hominis in corpus Cœleſte mutetur: concedo fieri poſſe ſed verũ futuro ſit? Neſcio, & ideo neſcio, quia quod habeat de hac re Dei voluntas me latet, illud tamen me non latet ſine dubio futurum, ſi hoc Dei voluntas habet.* Quibus in verbis apertè loquitur Auguſtinus, de eo quod eſt futurum ex vi decreti diuini, quod eſt futurum omnibus modis, vt conſtat ex dictis in ſecunda concluſione: cũ ergo poſt hæc verba, paucis interpoſitis, inferat illa, quæ in argumento ex ipſo referuntur; fit, vt in eodem ſenſu ſint accipienda.

77 *Eſſe etiã de mente Anſelmi ſuadetur.* Et eandem eſſe mentem Anſelmi conſtat. Tũ quia loquitur de eo futuro, quod à Deo præſcitur eſſe futurũ, & iuxta eius ſententiam *ibidem*, præſcientia futurorum in Deo, voluntatem, & decretum ſupponit. Tùm etiam, quia pauiò inferius explicans quomodo hæc futura habeant ex voluntate Dei, & eſſe futura & liberè fieri, ſic ait: *Quoniam, quod Deus vult, non poteſt non eſſe, cum vult hominis voluntatem nulla cogi, vel prohiberi neceſsitate ad volendum, vel ad non volendum, & vult effectum ſequi voluntatem, tunc neceſſe eſt, eſſe liberam, & eſſe, quod vult.* Loquitur ergo Anſelmus de futuris ſupponentibus efficacem voluntatem diuinam, de quibus certum eſt eſſe omnino neceſſarium, quod ſuo tempore eueniant ex ſuppoſitione quod ſint futura modo prædicto; non autem negat, nec Anſelmus, nec Auguſtinus, poſſe aliquid eſſe futurum reſpectiuè ad cauſas creatas ad illius productionem diſpoſitas, quod tamen non eueniat in tempore, vt aſſeruimus inter confirmandam noſtram concluſionem, & docet D. Thomas *quæſt. 2. de verit. art. 12. q. 12. art. 10. ad. 7. & 8. arg. in 1. diſt. 38. q. 1. art. 5. & alibi* pluries. Et hæc de prima parte diſputationis.

§. VIII.

Reſolutio diſputationis quoad cæteras partes.

SEcunda faciliorem habet expeditionem, advertendo ex Ferrara 1. *Contra Gentes cap. 67. in explicatione 2. arg.* effectum neceſſarium, & effectum contingentem conſiderari poſſe dupliciter, & ſub ratione entis, & ſub ratione effectus: primo modo conſiderantur abſolutè in ſe ipſis: ſecundo autem modo, per comparationem ad cauſam; in priori conſideratione dicitur nec eſſarium, id quod quantum eſt ex propria natura, non poteſt deficere, ſicut cœlum, & Angeli, quæ ab intrinſeco petunt conſeruari in eſſe ex ſuppoſitione quod fiant, quia carent principio corruptionis inclinante ad illorum non eſſe: cum quo tamen ſtat, quod ab extrinſeco poſſint corrumpi, ſeu anihilari, Deo ſuſpendente concurſum; contingens autem dicitur quod quantũ eſt ex conditione propriæ naturæ, poteſt deficere, quod etiam corruptibile ab intrinſeco dicitur, ex eo quod eſt intrinſecum illi principium aliquod appetens, & inclinans ad non eſſe illius, quod principiũ in compoſitis ex materia prima, quæ appetendo formam oppoſitam, ex conſequenti appetit non eſſe illius, qua de facto informatur; & iſta neceſsitas, & contingentia ſunt eſſentialiter, & inuariabiliter conuenientes rebus contingentibus, & neceſſarijs, ita vt in quocumque ſtatu res contingens ponatur, ſẽper ſit contingens, & res neceſſaria ſemper eſt neceſſaria.

78 *Effectus neceſſarius et contingẽs dupliciter accipiuntur.*

In ſecunda autem conſideratione, quæ ad noſtrum tractatum ſpectat, effectus neceſſarius in ratione effectus dicitur ille, qui procedit à cauſa neceſſario, & immutabiliter agente, id eſt, quæ ab alia cauſa impediri non poteſt, & contingens dicitur ille, qui à cauſa, quæ impediri poteſt, procedit, & per conſequens, etſi cauſa aliquando ad cuius productionem ſit inclinata, poteſt tamen non euenire. Notat autem *ibi* Ferrara, effectum contingentem in ratione effectus per ordinem ad cauſã, poſſe adhuc cõſiderari dupliciter, vel quantum ad naturam effectus, vel quantum ad modum quem habet: ſuo prima conſideratione ſemper illi conuenit contingentia, quia in quocumque ſtatu inueniatur, ſemper eſt effectus cauſæ impedibilis, conſideratus autem quoad modum eſſendi, aliquando habet modum contingentiæ aliquando modum neceſſitatis, modum contingentiæ quandiu eſt intra cauſam: nam

79 *Effectus neceſſarius quis ſit*

quan-

quandiu eſt in illa, etſi ſit inclinata ad eius productionem, poteſt non euenire: modũ neceſsitatis, quando habet in ſe ipſo eſſe: nam tunc habet neceſsitatem ſuppoſitionis, quia omne quod eſt, dum eſt, neceſſe eſt eſſe, quod intellige de neceſsitate ex ſuppoſitione, & in ſenſu compoſito, non in ſenſu diuiſo.

80 *Diuiſio futuri, neceſſarij, & cõtingentis.*

Ex quibus & ex antea dictis, colligitur primo, diſſinitio futuri: futurum *eſt illud, quod non habet eſſe in ſe ipſo, ſed in cauſa præparata, & diſpoſita ad eius productionem.* Secundo, diſſinitio futuri neceſſarij, ſcilicèt, *eſt illud, quod habet eſſe in cauſa neceſſario, & immutabiliter operãte.* Tertio, diſſinitio futuri contingentis, videlicet, *eſt illud, quod tantum habet eſſe in cauſa impedibili*, quia tamen poteſt cauſa impediri ab extrinſeco ab executione effectus, quem cõtinet, vel ab intrinſeco: hinc naſcitur diuiſio futuri contingentis in contingens ſpecialiter dictum, & contingens generalitèr ſumptum, ſcilicèt, liberum: primum eſt, quod habet eſſe in cauſa impedibili ab extrinſeco; liberum autem eſt illud, quod habet eſſe in cauſa, quæ ab intrinſeco poteſt impedire euentum effectus.

81 *Futurũ aliud abſolutum, aliud cõditionatũ*

Circa tertium, quod in hac diſputatione examinandum reſtat, breuiter, & reſolutoriè eſt dicendum, futurum primo diuidi in futurum abſolutum, & futurum conditionatum. Primum eſt, cuius futuritio à nulla conditione nõ futura dependet. Dico *non futura*; quia ſi conditio, à qua pendet, futura ſit, non ideò amittit rationem abſolutè futuri, vt conſtat in Chriſti Domini Incarnatione, quæ à peccato Adami habuit dependentiam, quia tamen hoc peccatum erit futurum, ideò Incarnatio fuit futura abſolutè. Futurum conditionatum eſt illud, quod abſolutè non erit, eſſet tamen ſi aliqua poneretur conditio, v. c. ſi Iudas ageret pœnitentiam, veniam cõſequeretur, fuit conditionatum futurum, quia ſi illa conditio ſtaret, foret veniæ conſequutio, quæ tamen futura non fuit abſolutè, quia conditio ponenda nõ erat.

82 *Futurũ conditionatum multiplex. Primum eſt.*

Rurſus hoc futurum eſt duplex, aliud quod cum conditione nullam habet connexionem, ſed omnino diſparatè comparatur ad illam, quod appellari ſolet diſparatum: aliud eſt, quod cum conditione, aliqua connexione connectitur: exemplũ eſt primi, *ſi Turca dormiret Paulus ageret pœnitentiam*, in quo Pauli pœnitentia nullatenus cum Turcæ ſomne connectitur. Secundum, quod non diſparatum vocatur, eſt multiplex, aliud quod cum conditione, connexione metaphyſicè infallibili connectitur, quale eſt in noſtra ſententia, ſi Deus voluntatem creaturæ efficaciter præ-

Secundũ.

mouet ad actum pœnitentiæ, voluntas pœnitebit: nam cui pœnitentia, ſuppoſita præmotione efficaci, poſsit abſolutè, & in ſenſu diuiſo non eſſe, ex ſuppoſitione tamen, & in ſenſu compoſito non poteſt: quo circa cum præmotione habet connexionem omnino infallibilem.

Aliud eſt, quod cum conditione habet connexionem infallibilem ſolum moraliter conſiſtentem in eo quod conditione poſita ſemper erit etſi metaphyſicè poſſit non eſſe adhuc in ſenſu compoſito, v. c. ſi homo graui tentatione pulſetur, & diuina gratia non adſit, tentationi ſuccumbet: nam etſi metaphyſicè poſsit tentationi grauiter pulſanti reſiſtere abſque ſpeciali gratia diuina, moraliter tamen non poteſt, ſed ſemper ſeccumbet tentationi graui, niſi ſpeciali Dei adiutorio muniatur, vt docent Theologi 1 2. *quæſt.* 109. 83 *Tertiũ.*

Aliud eſt quod cum conditione ſolum habet connexionem probabilem, v. c. ſi mater habuerit filium diliget illum; ſi Petrus in neceſsitate conſtitutus à Paulo ſibi amicitiſsimo eleemoſynam petat, illam conſequetur, in quibus ſolum probabiliter, & coniecturaliter futura conditionata connectũtur: cum quandoque contingat, matrem filium habere, & illum non diligere, & vnũ hominem ab alio in illis circũſtantijs eleemoſynã petere, quam tamen non cõſequitur, eſt tamen probabile ſub illis conditionibus euentum futurum, & hoc conditionatum probabile ſuſcipit magis, & minus iuxta plura, vel pauciora probabilitas motiua. *Quartũ.*

Denique alia ſunt futura conditionata cum conditione dubiè, & contingenter omnino connexa, vt ſi Petrus ſtuduerit doctus euadet; ſi mercaturam exerceat, pecunias lucrabitur. *Quintũ.*

§. IX.

Recentiorum ſententia examinatur.

HÆc Salmanticæ è ſuggeſtu diſcipulis dictabamus anno milleſsimo ſexcenteſsimo quadrageſsimo ſecundo, quæ apluribus viſa, & reuiſa, adeò aliquibus ex noſtris placuere, vt fere ad verbum tranſcripſerint. Recentiores autem ſcientiæ mediæ profeſſores, qui poſtea ſcripſerunt, toti fuere in explicanda conſtitutione futuri, exiſtimantes, & merito totum ſcientiæ mediæ negotium ad hoc reduci, & fere omnes conſpirarunt in eo quod futurum nihil reale poſitiuum importat futuritionis tempore exiſtens, ſed ſolum carentiam exi- 84 *Quorumdam Recentiorũ cauſa, & noua doctrina.*

ſtentiæ pro tunc, ex qua, & exiſtentia poſtea, futuritio, aut futurum conſtituitur; cumque carentia exiſtentiæ, quæ futuritionis tempore exiſtit, à decreto exiſtente non dependeat, exiſtentia autem, quæ poſtea erit, futuritionis tempore non exiſtat, ſed ſit extitura; ſit conſequens, vt abſque decreto Dei ſubiectiuè exiſtente ſaluetur ratio futuri, & obiectum ſcientiæ mediæ abſque decreto ſubiectiuè exiſtente ſubſiſtat.

85 *Reicitur primo.* Hæc tamen doctrina reijcitur primo ex dictis noſtram concluſionem probando: nam futuritionis tempore verè affirmatur rem aliquam eſſe futuram; ſed hoc non poteſt ſaluari, niſi tempore futuritionis adæquata forma conſtituens futurum ſubſiſtat: ergo futurum non conſtituitur per carentiã exiſtentiæ tempore futuritionis, & per exiſtentiam poſtea. Conſequentia eſt cuidens: nam hæc duo non exiſtunt tempore futuritionis. Maior conſtat: nam rem eſſe futuram, aliquando verè enuntiatur; alias non eſſet ens verum, & reale; ſed non affirmatur pro ſigno poſſibilitatis, vt omnibus eſt in confeſſo, nec pro tempore in quo exiſtit; cum iam deſierit eſſe futura: ergo affirmatur futuritionis tempore. Minor autem probatur: nam propoſitio affirmatiua petit ad ſui veritatem prædicatum conuenire ſubiecto adæquatè pro tẽpore importato per copulã, nec ſufficit, quod inadæquata pars prædicati ſubiecto conueniat: vnde hæc propoſitio, *Petrus eſt corpus album*, vera non eſt, ſi albedo non cõueniat ſubiecto, quãuis ratio corporis illi conueniat, & hæc propoſitio, *Petrus eſt futurus*, eſt falſa tempore, quo Petrus exiſtit, eſto illi exiſtentia conueniat, quæ in Recentiorum ſententia conſtituit inadæquatè futurum: ergo non poteſt verè affirmari de re aliqua eſſe futuram, niſi tempore futuritionis illi conueniat forma adæquata futuri.

86 *Reſpondetur.* Si fortè dicatur, ly *futurum* ampliare ad illud, quod eſt, vel erit, ideòque, vt verè de re aliqua affirmetur eſſe futuram, non eſt neceſſarium, quod adæquata futuritionis forma illi conueniat tempore futuritionis, ſed ſufficit quod illi pro tunc conueniat carentia exiſtentiæ, & exiſtentia poſtea tempore futuro. *Contra.* In contrarium obſtat: nam ex eo quod ly *futurum* ampliet ſubiectum ad illud, quod eſt, vel erit, ſicut, verbum de futuro, tempore ampliat, ſolum ſequitur poſſe affirmari de re aliqua eſſe futuram, abſque eo quod exiſtat pro tẽpore importato per copulam; non autem, quod poſſit verè affirmari de re, cui pro tali tempore non conueniat eſſe futuram: ergo non ſequitur poſſe verè futuritionem affirmari abſque eo quod forma adæquata futuri verè conueniat tempore futuritionis. Probatur antecedens: ex eo quod ly *cognitum* ampliet ſubiectum vſque ad poſſibile, ſicut ampliat verbum *cognoſco*, ſolum ſequitur poſſe verè affirmari de re, cui exiſtentia ſolũ poſſibiliter conuenit, non autem, quod poſſit verè affirmari de aliquo, cui forma conſtituens cognitum non conueniat pro tempore importato per copulam: ergo pariter ex eo quod ly *futurum* ampliet ad illud, quod eſt, vel erit, ſolum ſequitur poſſe verè de re non exiſtente affirmari, non autem quod affirmari poſſit de re cui forma futuri nõ cõuenit pro tempore importato per copulã, nempè tempore futuritionis.

87 *Secundo reijcitur.* Secundo reijcitur: nam forma etiam inadæquatè conſtituens futurum, non eſt indifferens ad eſſe, & non eſſe futurum, vt ex terminis eſt manifeſtum; debetque futurum diſtinguere à purè poſſibili; ſed carentia exiſtentiæ eſt indifferens ad eſſe, & non eſſe futuri, & non diſtingui futurum à purè poſſibili, cum ſit communis vtrique; prædicatum autem duobus commune non poſſit vnum ab alio diſtinguere, vt conſtat in ratione animalis, quæ quia eſt communis homini, & equo, non poteſt hominem diſtinguere ab equo, nec equũ poteſt diſtinguere ab homine: ergo carentia exiſtentiæ non conſtituit futurum vt inadæquata forma.

88 *Tertio reijcitur.* Tertio reijcitur, & explicatur magis præcedens obiectio, non enim alia ratione pro ſigno poſſibilitatis puræ, non poteſt de aliquo verè affirmari, quod ſit futurum, niſi quia pro tali ſigno non conuenit aliquod prædicatum diſtinguens à re puræ poſſibili, & cum ſtatu puræ poſſibilitatis repugnans: ergo vt tempore futuritionis de aliquo verè affirmetur eſſe futurum, debet illi conuenire prædicatum diſtinguens à purè poſſibili, & cum ſtatu puræ poſſibilitatis repugnans; ſed carentia exiſtentiæ quæ in Recentiorum ſententia, ſolum cõuenit rei futuræ tempore futuritionis, non eſt prædicatum cum ſtatu purè poſſibilitatis repugnans, nec diſtinguens à puræ poſſibili; exiſtentia autem, quæ diſtinguere poſſet, non datur in tali tempore: ergo præter carentiam exiſtentiæ, & exiſtentiam poſtea, debet aliud aſſignari tempore futuritionis; & conſequenter in illo futuritio, vel rem eſſe futuram conſiſtit, non autem in carentia exiſtentiæ, & exiſtentia poſtea.

89 *Si reſpondeas.* Si dicas, quod licet ſola carentia exiſtẽtiæ non ſit prædicatum diſtinguens futurũ à purè poſſibili, carentia tamen exiſtentiæ cum ordine ad exiſtentiam habendam

po-

poteſt diſtinctionem iſtam præſtare, cum non conueniat rei in ſtatu puræ poſsibilitatis, & conſequenter ſic ſumpta poteſt futurum in ratione futuri conſtituere. In cõtrarium obſtat argumentum §. 2. factum contra ſententiam Suarez: nam ordo iſte eſt aliquid à carentia ſola exiſtentiæ diſtinctum; cum præſtet, quod ſola carentia exiſtentiæ non præſtat, eſt etiam aliquid diſtinctum ab exiſtentia poſtea habenda; cum conueniat tempore futuritionis, in quo non conuenit exiſtentia; diſtinguitur etiam à purè poſsibili; cum transferat de purè poſsibili ad ſtatum futuritionis: ergo tempore futuritionis exiſtit aliquod prædicatum ab his omnibus diſtinctum, quod aliud eſſe non poteſt, niſi diuinum decretum, vt *ibidem* manifeſtè monſtrauimus.

Contra.

Reſpondebis id, quod additur ſupra carentiam exiſtentiæ non eſſe ordinem alicui poſitiuum terminatum ad exiſtẽtiã, ſed eſſe ipſam exiſtentiã non vt habitã, ſed vt habendã. Sed cõtra ex iam dictis: exiſtẽtia vt habenda eſt aliquid ab exiſtentia diſtinctum, eſt etiam diſtinctum a ſola carẽtia exiſtentiæ: ergo ſi tempore futuritionis conuenit rei, quæ futura dicitur, exiſtentia vt habẽda, conuenit in tali tempore prædicatum ab vtroque diſtinctũ, quod non poteſt aliud eſſe, quam ordo ad exiſtẽtiam habendã. Antecedens pro ſecũda parte conſtat ex dictis: nam exiſtentia vt habenda diſtinguit rem futuram à purè poſsibili, quam diſtinctionem non præſtat ſola carentia exiſtentiæ: ergo eſt prædicatum diſtinctum à ſola carentia exiſtentiæ. Pro prima parte probatur: nam exiſtentia vt habenda conuenit rei futuræ tempore futuritionis; exiſtentia autem ipſa non cõuenit; aliàs illam exiſtentem cõſtitueret: ergo exiſtentia vt habenda eſt prædicatũ ab ipſa exiſtentia diſtinctum; non poteſt enim de vno, & eodem prædicato affirmari, quod conueniat, & quod non conueniat.

90 *Reſpondebis. Contra.*

Præterea doctrina Recentiorum reijcitur: nam exiſtentia poſtea, non poteſt futurum ab exiſtente diſtinguere; cum rei exiſtenti conueniat; ſed futurum, non ſolum diſtinguitur à purè poſsibili, ſed etiam ab exiſtente; cum ſit inter vtrumque medium: ergo exiſtentia non poteſt futurum, vt inadæquata forma conſtituere. Quod amplius vrgetur: nam forma inadæquatè conſtituens, debet conuenire conſtituto, vt conſtat ex terminis; ſed exiſtentia non conuenit futuro, vt futuro; cum eo ipſo, quod exiſtentia conueniat, & de aliquo verè affirmetur, deſinat eſſe futurum; id enim quod exiſtit non eſt futurum, ſed præſens: ergo exiſtentia non conſtituit futurum, vt inadæquata forma.

91 *Deinde reijcitur Recentiorum doctrina. Confirmatur.*

Si reſpondeas diſtinguendo vltimum conſequens, & concedas conſequentiam de exiſtentia vt exercitè exiſtente; ſic enim non conſtituit futurum; ſed potius futuritionem abſoluit; neges autem de exiſtentia non habita, ſed habenda: ſic enim futuro conuenit, illudque inadæquatè conſtituit ſimul cum carentia exiſtentiæ. In contrarium obſtat argumentum proximè factum: exiſtentia namque vt habenda diſtinguitur à carentia exiſtẽtiæ; cum repugnet purè poſsibilitati, cum qua componitur carentia exiſtentiæ, diſtinguitur etiam ab exiſtentia, vt exercita, & habita; cum conueniat tempori futuritionis; ſecus autem exiſtentia, vt exercita, & habita, & conueniat futuro, vt futuro; non autem exiſtentia, vt exercita, quæ futuritionem abſoluit: ergo præter carentiam exiſtentiæ, & exiſtentiam, vt habitam, datur aliud prædicatum conueniens rei futuræ tempore futuritionis, & futuram conſtituens vt formam; cumque aliud eſſe non poſsit, quam decretum diuinum omnipotentiam determinans ad dandam exiſtentiam in tempore, vt manifeſtè §. 2. monſtrauimus aſſerendum eſt illud eſſe formam conſtituentem futurum, quod ab æterno eſt futurum, & infallibiliter tale.

92 *Si reſpondeatur. Cõtra arguitur.*

93 *Cõfirmatur ex D. Thom.*

Quæ omnia confirmantur ex Angelico Doctore *in hac* 1. *p. q.* 16. *art.* 7. *ad* 3. *argum.* quod intendebatur probare veritatem creatam eſſe æternam, hoc modo: *Id quod eſt verum in præſenti, ſemper fuit verum eſſe futurum; ſed ſicut veritas propoſitionis de præſenti eſt veritas creata: ita veritas propoſitionis de futuro: ergo aliqua veritas creata eſt æterna.* Cui argumento ita reſpondet. *Ad tertium dicendum, quod illud quod nunc eſt, ex eo futurum fuit antequam eſſet; quia in cauſa ſua erat vt fieret: vndè ſublata cauſa, non eſſet futurum illud fieri; ſola autem cauſa prima eſt æterna: vnde ex hoc non ſequitur, quod ea, quæ ſunt, ſemper fuerit verum ea eſſe futura, niſi quatenus in cauſa ſempiterna fuit vt eſſent futura, quæ quidem cauſa ſolus Deus eſt.*

94 *Senſus verborũ D. Thom. apperitur.*

Ex quibus verbis tale argumentum contra Recentiorum doctrinam conſurgit, animaduertendo prius argumentum cui Diuus Tomas occurrit

rrit non procedere de veritate formali, ſed de veritate obiectiua; cum enim formalis veritas in intellectu ſolum exiſtat, & nullus intellectus præter diuinum æternus ſit, manifeſtiſsimum eſt nullam veritatem formalem eſſe æternã, præter illam, quæ eſt in diuino intellectu, quæ non creata, ſed increata eſt. Hoc ita præmiſſo, argumentor in hunc modum: ſi rem aliquam eſſe obiectiuè futuram, nihil poſitiuum importaret futuritionis tempore exiſtens, ſed ſolam carentiam exiſtentiæ, vt ſaluaret. D. Thomas ab æterno eſſe verum rem aliquam eſſe futuram, abſque eo quod aliquid creatum exiſteret ab æterno, neceſſarius non eſſet recurſus ad determinationem cauſæ increatæ ab æterno exiſtentem; ſed D. Thomas, vt ſaluet rem eſſe ab æterno futurã, abſque eo quod aliquid creatum ſit æternum, recurrit ad determinationem primæ cauſæ exiſtentem ab æterno, ex qua habet eſſe futuram, & eſt aliquid increatum, vt conſtat ex verbis adductis: ergo iuxta D. Thomam, vt de aliquo verificetur eſſe futurum, non ſufficit carentia exiſtentiæ, ſed præter illam exigitur aliquid poſitiuum tempore futuritionis exiſtens.

Ex illis formatur ratio.

95 Maior probatur.

Maior, in qua ſola poteſt eſſe difficultas, conſtat clarè in terminis contrariæ ſententiæ; iuxta quam nihil poſitiuum exiſtens tempore futuritionis requiritur, ſed ſufficit carentia exiſtentiæ in tali tempore exiſtens, & exiſtentia poſtea vt de aliquo verè affirmetur eſſe futurum; ſed carẽtia exiſtentiæ ab æterno conuenit rebus creatis, & aliquibus exiſtentia conuenit in tempore: ergo vt verum ſit de illis eſſe ab æterno futuras, non eſt neceſſarium aliquid creatum eſſe exiſtens ab æterno; & conſequenter vt rerum futuritio eſſet ab æterno vera, abſque aliquo creato exiſtẽte ab æterno, non eſſet neceſſarius recurſus ad determinationem primæ cauſæ increatæ exiſtentem ab æterno, ex qua habeant eſſe futuras.

96 Cuiuſdã Recentioris cuaſio

Et ex his reijcienda venit cuiuſdam Recentioris ſententia diſtinguentis duplex futurum, vel duplicem futuri conſiderationem, nempe in eſſe entitatiuo, & in eſſe veri formaliter, & fundamẽtaliter. Qua præmiſſa diſtinctione docet, futurum in eſſe entitatiuo conſiſtere in carentia exiſtentiæ tempore futuritionis, & exiſtentia poſtea: futurum in eſſe veri formaliter in iudicio vero intellectus, quo affirmatur eſſe futurum; in eſſe autem veri fundamentaliter, in prædicato exiſtente tempore futuritionis connexo infallibiliter cum exiſtentia poſtea, quod prædicatum non eſt ſolum decretum diuinum, ſed vel decretum, vel ſcientia media coexiſtens tempore futuritionis, vel aliud prædicatum tunc temporis exiſtens, & connexum cum exiſtentia poſtea habenda.

97 Reijcitur primo.

Quæ ſententia, etſi ad veritatem proximus, quam præcedens accedat, quatenus recognoſcit prædicatum, futuritionis tempore exiſtens cum re extitura connexum, vt neceſſarium ad veram futuritionẽ; in alijs tamen, quæ docet, non minus quam illa à veritate recedit. Et reijcitur primo: nam id quod conſtituit futurum in ratione futuri præbet fundamentum ad iudicandum verè aliquid eſſe futurum; ſed ſolum prædicatum exiſtens tempore futuritionis connexum infallibiliter cum exiſtentia poſtea habenda, illud fundamentum præſtat, aliàs futurum in ratione veri fundamentaliter, non conſiſteret in prædicato tunc exiſtente, & cum exiſtentia habenda connexo, cuius contrarium docet præfata ſententia: ergo in ſolo prædicato exiſtente tempore futuritionis connexo infallibiliter cum exiſtentia habenda conſiſtit ratio futuri. Probatur maior: nam id quod conſtituit talbum præſtat fundamentum ad verum iudicium de conuenientia albedinis, & conſtituens hominem præſtat fundamentum ad verum iudicium de conuenientia humanitatis, vel ad verè iudicandum aliquem eſſe hominem; & ſic de alijs ergo conſtituens futurum in ratione futuri præbet fundamentum ad iudicandum verè aliquid eſſe futurum.

98 Secundo.

Secundo reijcitur: nam futuritio entitatiua, prout à prædicto Autore ſtatuitur, conſiſtens in carentia exiſtentiæ tempore futuritionis, & exiſtentia poſtea, non eſt vera futuritio: ergo ſolum in prædicato exiſtente tempore futuritionis connexo infallibiliter cum exiſtentia habenda conſiſtit vera futuritio; ac pro inde diſtinctio illa duplicis futuritionis eſt falſa. Probatur antecedens ex dictis: nam vera futuritio conſtituit verè futurum; ſed futuritio entitatiua à prædicto Autore aſsignata, non conſtituit verè futurum: ergo vera futuritio non eſt. Conſequentia eſt euidens. Maior præter quam quod ex terminis nota videtur, conſtat exemplis: etenim vera albedo conſtituit verè album, & vera humanitas verè conſtituit hominem: ergo vera futuritio conſtituit verè futurum. Minor autem probatur: nam verè conſtituere hominem eſt præbere fundamentũ ad verum iudicium enuntians de conſtituto, eſſe hominem, & verè conſtituere album eſt præſtare fundamentum ad iudicium verum de albedine: ergo conſtituere verè futurum eſt præbere fundamentum

Digitized by Google

tum ad verum iudicium enuntians futuritionem; sed futuritio entitatiua, prout à prædicto Auctore statuta, non præstat hoc fundamentum; alias in illa consisteret futurum in ratione veri fundamentaliter, & non in prædicato existente tempore futuritionis connexo infallibiliter cum existentia postea habenda, cuius cõtrarium à prædicto Autore docetur: ergo futuritio entitatiua non constituit verè futurum, sed solum prædicatum tempore futuritionis existens connexum infallibiliter cum existentia habenda, quod asserit nostra sententia.

99 *Futuritionẽ dari sine diuino decreto.* *Prob. 1.*

Quod autem sine decreto diuino nequeat futuritio consistere, probatur primo ex D. Thoma *in hac 1. p. infra q. 16. art. 7. ad 3.* verbis *superius* adductis, quibus docet D. Thomas, illud quod nunc est, ex eo fuisse ab æterno futurum, quatenus in causa sempiterna fuit, vt esset futurũ, sed non fuit vt esset futurum in causa sempiterna sumpta prout in actu primo, & in differenti ad dandam existentiam effectui; aliàs futuritio in signo possibilitatis contineret, nec fuisset libera Deo: ergo fuit vt esset futurum in causa sempiterna, vt determinata liberè ad existẽtiam communicandam in tempore; at sine decreto libero voluntatis diuinæ nulla in Deo esse potest, aut intelligi libera determinatio: ergo sine decreto libero voluntatis diuinæ, non potest rerum futuritio subsistere.

100 *Secundo.*

Secundo probatur: nam ab eo rebus conuenit futuritio, à quo sumitur illarum possibilitas, & à quo illarum existentia causatur (loquimur de futuritione physica) sed possibilitas rerum sumitur à prima causa, vel denominatiuè, vel terminatiuè, & à Deo, vt causa prima rerũ existentia causatur: ergo à Deo vt prima causa rebus creatis conuenit futuritio; sed nõ conuenit à Deo, vt in actu primo, & omninò indifferenti; aliàs vt *proximè* arguebamus, illarum futuritio non esset libera Deo, sed necessario eueniret: ergo conuenit illis à Deo, & ab omnipotentia diuina, vt liberè applicata, & liberè determinata ad existentiam communicandam; at sine libero diuinæ voluntatis decreto, nequit stare in Deo libera determinatio, vt omnibus est conspicuum: ergo cõuenit futuritio rebus à Deo, & omnipotentia diuina, vt per decretum liberum applicata, & determinata; & consequenter sine libero decreto voluntatis diuinæ, non potest futuritio subsistere, quidquid sit, an alia prædicata diuina cum existentia habenda connexa ingrediantur ad dandam futuritionem, vel ad illam constituendam.

101

Quod autem Scientia Media coexistens tempore futuritionis, non possit constituere futurum, vt in sententia, quam impugnamus, asseritur, probatur primo: nam Scientia Media prout à suis Auctoribus traditur, non est practica in ordine ad proprium obiectũ, sed purè speculatiua; & cõsequenter non causat, nec constituit illud, sed constitutum supponit; at obiectum Scientiæ Mediæ est futurum cõditionatum: ergo hoc futurum non potest per Scientiam Mediam in ratione futuri constitui. Secundo: nam scientia Dei libera terminata ad absolutè futurum, quia in sententia contrariorum nõ est practica, sed speculatiua, non causat, nec constituit futurum absolutè, sed constitutum supponit: vnde in illorum sententia, non ideò obiecta creata existum, vel sunt futura, quia sciuntur à Deo, sed ideò sciũtur à Deo, quia existunt, vel sunt futura, vt *infra* videbimus; sed Scientia Media terminata ad futura conditionatè, non est practica respectu illorum, sed purè speculatiua: ergo non causat, nec præstat illis futuritionem, sed constituta supponit in ratione futuri conditionatè.

Scientia Media tẽpore futuritionis coexistens, non potest cõstituere futurum. *Prob. 1.* *Secundo.*

102 *Prob. 3.*

Tertio probatur: nam ex oppositio fieret, vt hæc propositio esset vera, *Ideò aliquid est futurum conditionatè, quia scitur à Deo vt futurum*: non autem è cõtra; *ideò scitur, quia futurũ est*; cõsequens est falsum: ergo Scientia Media non constituit futurũ sub conditione, sed supponit cõstitutum, Probatur minor: vt enim communiter PP. Societatis docent, non ideò aliquid est absolutè futurum, quia scitur à Deo, sed è contra, ideò scitur, vt futurum absolutè, quia futurum est: ergo pariter fateri tenetur Recentior, quem impugnamus, non ideò aliquid esse futurum sub conditione, quia scitur per Scientiam Mediam; sed è contra, ideò per Scientiam Mediam sciri, quia futurum sub conditione supponitur, vel à communi suorum sententia recedere. Patet consequentia: nam ideò prædicta doctrina in scientia absolutorum est vera, quia non est practica, sed speculatiua in ordine ad proprium obiectum; sed etiam Scientia Media cum suo obiecto comparata non est practica, sed purè speculatiua: ergo etiam de illa est verum, nõ ideò aliquid esse futurum sub conditione, quia per Scientiam Mediam cognoscitur, sed ideò scitur, quia futurum est sub conditione, & vt tale supponitur.

103 *Prob. 4.*

Præterea, idem assumptum probatur ex Recentioris doctrina: vt enim à prædicto Autore docetur, futurũ in ratione veri formaliter consistit in iudicio vero de futuritione formato; in ratione autẽ veri

Digitized by Google

fundamentaliter conſiſtit in prædicato exiſtente futuritionis tempore; cum exiſtentia habenda annexo, præbente fundamentum ad veritatem iudicij, quod de futuro formatur: ſed quamuis ſcientia media exiſtat tempore futuritionis, & ſit cum exiſtentia conditionatè habenda cõnexa; non tamen præbet fundamentum ad veritatem iudicij, quod de rerum futuritione formatur: ergo non conſtituit futurum in eſſe veri fundamẽtaliter, de quo illius ſententia procedit: nam loquendo de futuro in ratione veri formaliter, ſi fortè poteſt futurum cum proprietate appellari, ſi Scientia Media admittatur, certum eſt illa conſtitui. Conſequẽtia eſt euidens. Maior continet Recentioris doctrinam. Minor autem oſtenditur primo: nam Scientia Media eſt iudicium verum, quod Deus formet de futuris conditionatis: ſed fundamentum ad iudicij veritatem non conſiſtit in ipſo iudicio, ſed ex parte obiecti ſe tenet, & ab obiecto præſtatur: ergo fundamentum ad verum iudicium à Deo de futuris conditionatis formatum, non conſiſtit in Scientia Media, ſed eſt aliquid ab illa diſtinctum; & conſequenter non conſtituit futurum conditionatũ in ratione veri fundamẽtaliter.

Minor prob. 1.

104 *Prob. 2.* Secundo probatur minor: nam fundamentum ad veritatem iudicij determinat obiectiuè intellectum ad aſſenſum veritatis; ſed determinans obiectiuè, ex parte obiecti ſe tenet, & ab aſſenſu intellectus à ſe determinato diſtinguitur, vt ex terminis ipſis apparet: ergo fundamentum quod à futuro præſtatur, vt Deus per Scientiam Mediam verè iudicet eſſe futurum, ſe tenet ex parte futuri, & à Scientia Media diſtinguitur; & conſequenter Scientia Media non conſtituit futurum in ratione veri fundamentaliter.

105 *Reſpondebis.* Reſpondebis: obiectum Scientiæ Mediæ non eſſe futurum conditionatum, quod per ipſam conſtituitur, nec per illam iudicari aliquid eſſe futurum ſub conditione, ſed obiectum illius eſt, quod eſſet, ſi poneretur conditio: & hoc per ſcientiam mediam iudicari: vnde ſcientia media non conſtituit ſuum obiectum, ſed conſtitutum ſupponit, nec ſui veritatem fundat, ſed ad illam obiectiuè fundata ſupponitur.

106 *Cõtra 1.* Sed contra primo: nam iudicium diuinum enuntians de aliquo obiecto eſſe futurum conditionatè, non eſt ſcientia Deo libera, nec enumò neceſſaria: ergo eſt ſcientia media, quæ ideò media vocatur, quia nec libera, nec neceſſaria eſt, ſed media inter liberam, & neceſſariam, cum neceſſaria conueniens in non ſupponendo decretum liberum ſubiectiuè, & cum libera, in eo quod potuit Deo non conuenire. Conſequentia eſt euidens. Antecedens pro prima parte conſtat: nam ſcientia Deo libera eſt illa, quæ decretum ſubiectiuè exiſtens ſupponit, ſed iudicium illud non ſupponit decretum ſubiectiuè exiſtens in Deo, ſed ſcientiam mediam, per quam conſtituitur futurum conditionatum, iuxta præfatam ſententiam; ſcientia autem media non eſt libera Deo, ſed contingens: ergo iudicium, quo Deus iudicat de aliquo obiecto eſſe futurum ſub conditione, non eſt ſcientia Deo libera. Quod autem ſcientia neceſſaria non ſit, etiam conſtat: nam potuit non conuenire Deo; cum ſcientia media illius obiectum conſtituens potuerit, non exiſtere; ac proinde, etiam iudicium ſcientiam mediam preſupponens, & illi obiectiuè innitens: ergo hoc iudicium non eſt ſcientia neceſſaria Deo, ſed media inter liberã, & neceſſariam.

Contra ſecundo: nam iudicium, quo Deus cognoſcit de aliquo obiecto, quod eſſet, ſi talis poneretur conditio, eſt futurũ in ratione veri formaliter; cum non terminetur ad obiectum, vt exiſtens, ſed vt exiturum ſub aliqua conditione, in quo futuritio in ratione veri formaliter poteſt cõſiſtere; ſed ad futurum in ratione veri formaliter præſupponitur, iuxta Recentioris ſententiam futurum in ratione veri fundamentaliter conſiſtens in prædicato exiſtẽte tempore futuritionis connexo infallibiliter cum exiſtentia poſtea habenda: ergo iudicium affirmans de re aliqua, quod eſſet, ſi hæc, aut illa poneretur cõditio, ſupponit prædicatum exiſtens tempore futuritionis cum exiſtentia habenda cõnexũ; ſed hoc prædicatum non eſt ipſa ſcientia media, alias ſe ipſam ſupponeret, & ſui ipſius veritatẽ obiectiuè fundaret, quod implicat: ergo eſt decretum liberum exiſtẽs tẽpore futuritionis. Patet conſequentia: nam præter decretum, & ſcientiam mediam, non eſt aſsignabile prædicatum exiſtens in Deo tempore futuritionis conditionatæ connexũ infallibiliter cum exiſtentia habenda: ergo excluſa ſcientia media, neceſſario eſt aſſerendũ eſſe diuinũ decretum, quod exiſtit tẽpore futuritionis, & cum exiſtentia habenda connectitur. 107 *Cõtra 2.*

Contra tertio: nam quod res aliqua eſſet, ſi hæc, aut illa poneretur conditio, vel eſt idem formaliſsimè, ac eſſe futuram conditionatè, vel eſſe futuram conditionatè ſupponit: ſicut quod res aliqua erit abſolutè, vel eſt formaliſsimè idẽ, ac eſſe abſolutè futurã, vel futuritionẽ abſolutã ſupponit: ergo ſi ſcientia media habet 108 *Cõtra 3.*

pro

Digitized by Google

pro obiecto, quod res aliqua esse, si hæc, aut illa poneretur cõditio, vel habet pro obiecto futurũ conditionatũ, vel aliquid futurũ conditionatũ cõstitutũ supponens; & consequenter non potest futurum conditionatum per scientiam mediam constitui. Consequentia est euidens: sicut enim obiectum scientiæ mediæ non potest constitui per illam, ita id, quod ab obiecto scientiæ mediæ supponitur, per ipsam scientiam mediam repugnat constitui. Antecedens autem probatur: nam futurum conditionatum nõ est quid consequutum ad existere conditionatum, aut illo posterius, sicut futurum absolutum non est quid consequens ad absolutè existere, aut posterius illo: ergo vel est formalissimè idem cum existere conditionatè, vel ad illud præsupponitur; & consequenter, quod res aliqua esset, si hæc, aut illa poneretur conditio, vel est formalissimè futurum conditionatum, vel supponit futurum conditionatè constitutum.

109 *Confirmatur.* Quod amplius vrgetur: quia nanque scientia libera terminata ad absolutè futura cognoscens de illis, quod absolutè erunt, non potest cõstituere futurum absolutum in ratione futuri, sed constitutum supponit; aliàs vt *proximè* arguebam, ideò aliquid esset absolutè futurum, quia scitur à Deo, non autem è contra; ideò à Deo sciretur, quia esset absolutè futurum, quod communi sententiæ Doctorum Societatis aduersatur: ergo si scientia media cognoscit de obiectis creatis, quod essent, si talis poneretur conditio, non potest cõstituere futurum conditionatum, sed necessario supponit illud constitutum in ratione futuri.

110 *Quarto reijcitur solutio.* Præterea tradita solutio reijcitur: nam de re omninò indifferenti ad esse, & non esse futuram, non potest verè affirmari quod esset, si hæc, aut illa poneretur conditio; sed res creata tempore futuritionis, prout scientiam mediam vt illius obiectum, præcedit, est omninò indifferens ad esse, & non esse futuram, secluso decreto diuino: ergo de illa, prout sic, non potest verè affirmari, quod esset, si hæc, aut illa poneretur conditio. Consequentia tenet. Maior videtur certa: non enim alia ratione non potest de aliqua re pro signo possibilitatis verè affirmari, quod esset si aliqua poneretur conditio, nisi quia pro tali signo est indifferens ad esse, & non esse futuram: ergo in quocumque statu dicta indifferentia detur, non poterit verè affirmari. Minor autem probatur: nam tempore futuritionis, si præscindatur decretũ, nihil remanet existens pro priori ad scientiam mediam, nisi carentia existentiæ; sed hæc est omninò indifferens ad rei futuritionem, & negationem illius: ergo res creata tempore futuritionis, prout scientiam mediam præcedit tanquam obiectum illius, est omninò indifferens ad esse, & non esse futuram secluso decreto diuino.

Respondebis, quod licet res creata de se indifferens sit ad esse, & non esse futuram, ex suppositione tamen quod esset, si aliqua poneretur conditio, manet determinata ad existendum conditionatè, sicut enim quod est, necesse est esse ex suppositione quod sit; ita ex suppositione quod res aliqua esset conditionatè, necessarium est quod esset, & consequenter sicut res existens, ex suppositione quod sit, potest certò cognosci vt existens; ita res, quæ esset, si aliqua poneretur conditio, ex hac suppositione potest scientiam terminare affirmantem de illa quod esset. 111 *Respondebis.*

Sed contra primo: vt enim necessitas ex suppositione detur, debet tempore, quo datur, existere suppositio, & id quod necessitatem inducit; sed si secludatur decretum, nihil datur tempore futuritionis præsens, quod possit prædictam necessitatem inducere; cum secluso Dei decreto, omnia, quæ existunt tempore futuritionis pro priori ad scientiam mediam, sint omninò indifferentia ad futuritionem, & negationem illius: ergo Dei decreto secluso, non potest res creata existere necessariò existentia conditionata, nec esse determinata ad esendum sub aliqua conditione. 112 *Contra 1.*

Contra secundo: nam hæc necessitas ex suppositione non conuenit rei creatæ essentialitèr, nec conuenit illi à se: ergo illi conuenit ab omnipotentia diuina, & per ordinem ad illam, sed non conuenit ab omnipotentia, vt in actu primo, & in statu indifferentiæ; aliàs esset necessariò ab illa: ergo conuenit hæc suppositio ab omnipotentia vt *liberè* applicata ad agendum; sed hæc applicatio libera est decretum voluntatis diuinæ omnipotentiam applicans, & determinans: ergo hoc decreto secluso non potest tempore futuritionis talis suppositio dari; & consequenter non potest necessitas illa ex suppositione subsistere. 113 *Secundo.*

Contra tertio, & explicatur magis ratio præcedens, suppositio, ex qua res creata de se indifferens necessitatur ad existendum conditionatè tempore futuritionis, debet esse Deo libera; sed absque decreto existère nequit esse actu libera Deo: ergo absque decreto existente tempore futuritionis, non potest talis suppositio subsistere. Minor cũ consequentia tenet. Maior 114 *Tertio.* *Maior prob. 1.*

autem oſtenditur primo: nã prædicta ſuppoſitio debet eſſe actu libera creaturæ; aliàs ſcientia media, quę Deo neceſſario conuenit facta illa ſuppoſitione, non eſſet creaturæ libera; ſed implicat liberũ creaturæ, non liberum Deo, ſicut implicat liberum creaturæ, non ſub ordinatum Deo; aliàs tale liberum eſſet à creatura, vt à primo libertatis principio: ergo illa ſuppoſitio debet eſſe Deo libera. Secundo probatur maior: nam ſuppoſitio illa non eſt Deo neceſſaria; aliàs poſſet Deo nolente contingere, quod eſt abſurdum: ergo eſt Deo libera.

Secundo.

115 *Tertio.* Denique probatur maior: nam prædicta ſuppoſitio eſt diuinæ prouidentiæ ſubiecta; ſed prouidentia diuina eſt actus liber intellectus, decretum liberum diuinæ voluntatis ſupponens, à quo efficaciã, & libertatem accipit: ergo talis ſuppoſitio eſt actu libera Deo. Maior, in qua eſt difficultas probatur: prædicta ſuppoſitio eſt quid neceſſario prę requiſitũ, vt Deus poſſit conſentiũ liberum voluntatis creatæ in ſtatu abſoluto cauſare & de illo prouidere, vt abſolutè futuro; vt enim Auctores ſententię contrariæ docent, niſi voluntas creata ſupponatur conſentiens liberè in ſtatu conditionato, non poteſt Deus illam conſentientẽ liberè in ſtatu abſoluto efficere, nec ab illa conſenſum liberum extorquere: ergo debet eſſe prouidentiæ diuinæ ſubiecta. Probatur conſequentia: nã prouidentia, cui non ſubiacent omnia neceſſario requiſita ad exiſtentiam actus, vel effectus prouiſi, non eſt prouidentia perfecta: ſicut cauſa, cuius efficientiæ non ſubiacent omnes cauſæ alicuius effectus, perfecta, & ſuprema cauſa non eſt; ſed prouidentia diuina, circa actus liberos voluntatis creatæ, vt abſolutè futuros, eſt perfecta, & ſuprema prouidentia: ergo debet ſe extendere ad prædictam ſuppoſitionem, quæ, vt vidimus, eſt neceſſaria in contrariorum ſententia, vt Deus de conſenſu libero voluntatis creatæ in ſtatu abſoluto prouideat.

116 *Denique reiicitur principalis ſolutio.* Denique principalis ſolutio reijcitur: vt enim Deus tempore futuritionis cognoſcat de conſenſu libero, quod eſſet, ſi hæc, aut illa poneretur conditio, etſi non requiratur, quod futuritionis tẽpore exiſtat conſenſus abſolutè entitatiuè, obiecti ua tamen veritas Dei cognitionem terminans, illamque obiectiuè determinans debet futuritionis tempore exiſtere; ſed hoc non poteſt abſque decreto libero voluntatis diuinæ tunc exiſtente ſaluari: ergo nec diuina cognitio veritatem illam enuncians, poteſt abſque decreto libero ſubiectiuè exiſtente ſubſiſtere. Conſequentia eſt euidens. Præmiſſæ autem indigent probatione.

Maior conſtat: nam veritas formalis ſubiectiuè exiſtens in intellectu, & cognitioni conueniens, non poteſt exiſtere, niſi terminata ad veritatem obiectiuam, & determinata ab illa: ſed futuritionis tẽpore exiſtit veritas formalis cognitionis diuini intellectus enunciantis de conſenſu creato, quod eſſet, ſi hæc, aut illa poneretur conditio: ergo debet futuritionis tempore exiſtere veritas obiectiua, Dei cognitionem terminans, & determinans, alias erit cognitio terminata, & determinata abſque terminante, & determinante talem cognitionem, quod implicat. Minor etiam probatur; nam veritas hæc obiectiua, qua conſẽſus creatus terminat, & determinat cognitionem diuinam, eſt prædicatum nõ cõueniens neceſſario, ſed contingenter conſenſui; ſed nullum prædicatum contingẽs poteſt conuenire creaturæ, niſi dependenter a decreto libero voluntatis diuinæ: ergo veritas hæc obiectiua non poteſt futuritionis tempore exiſtere abſque decreto libero voluntatis diuinæ futuritionis tempore abſolutè exiſtente.

117 *Maior probatur* *Minor probatur.*

Denique principale aſſumptum probatur, quod nempè, ſcientia media tempore futuritionis exiſtẽs, non poſsit conſtituere futurum conditionatum in eſſe veri fundamentaliter: nam verà futuritio non eſt contingens, & caſualis Deo; ſed ſcientia media eſt Deo contingens, & caſualis: ergo nequit eſſe forma conſtituens futurum nec in eſſe entitatiuo, nec in eſſe veri fundamentaliter. Conſequentia tenet. Minor pro prima parte eſt certa: nã ſcientia media talitèr conuenit Deo, quod potuit non conuenire, & non ab entrinſeco, aliàs eſſet Deo libera, ſed ab extrinſeco, nempè, ex libertate creata, in quo contingentia conſiſtit. Pro ſecunda parte etiam conſtat: id enim caſuale dicitur reſpectu alicuius, quod euenit præter intentionẽ illius; ſed ſcientia media conuenit Deo, præter eius intentionem: ergo eſt caſualis Deo, & à caſu reſpectu illius.

118 *Vltimo probatur principale aſſumptum.*

Maior autem oſtenditur primo: nam rerum creatarum eſſe, & futuritio abſoluta, non poſſunt eſſe contingentes, aut caſuales Deo: ergo futuritio conditionata nequit eſſe Deo caſualis, aut contingens. Secundo probatur: ſi namque futuritio conditionata conſenſus liberi voluntatis creatæ eſſet contingens, & caſualis Deo, etiam eſſet ipſi caſualis, & contingens futuritio cõditionata negationis cõſẽſus; ſed huiuſmodi futuritio nequit eſſe Deo contingens, & caſualis: ergo nec futuritio conditionata conſenſus. Maior cum conſequentia

119 *Maior prob. 1.* *Secundo.*

Digitized by Google

tia tenet. Minor autem probatur: nam ſuppoſita negatione conſenſus in ſtatu conditionato, non eſt Deo poſsibilis conſenſus libet voluntatis creatæ inſtatu abſoluto: ergo ſi negatio conſenſus in ſtatu conditionato eſt contingens, & caſualis Deo, erit etiam caſualis, & contingens in ſtatu abſoluto, quod non minus inconueniens videtur, quam quod aliqua entitas poſitiua creata, Deo ſit contingens, & caſualis, & quod præter illius intentionem, & libertatem exiſtat. De quo plura infrà.

§. VLTIMVS.

Argumentis Recentiorum occurritur.

120 *Arg. 1.* TAmetſi, ex dictis occurrendo argumẽtis Patris Suarez, facile eſſet Recentiorum argumentis ocurrere, placuit tàmen illa breuiter proponere. Arguunt primo: per id enim res aliqua eſt formaliter futura in inſtanti A preſenti, per quod eſt in rerum natura poſterior comparatiuè ad hoc inſtans; ſed poſterior comparatiuè ad inſtans A præſens conſtituitur formaliter per carentiã exiſtentiæ in inſtanti A præſenti, & exiſtentiam in inſtanti B futuro: ergo & futura formaliter. Maiorem non probant, ſed vt ex terminis notam ſupponunt. Minorem autem ſic probant. Anti-Chriſtum enim eſſe poſteriorem comparatiuè ad hoc tempus, nihil eſt aliud formaliter, quam nunc nõ exiſtere, & exiſtere poſtea: ergo per carentiam exiſtentiæ in inſtanti A præſenti, & exiſtentiam in inſtanti B futuro, conſtituitur formaliter Anti Chriſtus poſterior comparatiuè ad hoc inſtans.

121 *Reſpondetur.* Reſpondeo negando maiorem, quam non eſſe ex terminis veram, ſed manifeſtè falſam, conſtat primo: nam id, quo Anti-Chriſtus hodie eſt futurus, debet exiſtere hodie, vt *ſupra* monſtrauimus; id autem, quo in rerum natura eſt poſterior, reſpectiuæ ad hoc tempus eſt exiſtentia, quam ſuo tempore habebit, cõnotata, & ſuppoſita carentia exiſtentiæ hodie: ergo falſum eſt conſtitui, & eſſe futurum, eo quo eſt in rerum natura poſterior reſpectiuè ad inſtans, vel tempus præſens.

Auctores cõtrarios falſa ſupponere, probatur primo.

122 *Secundo.* Secundum: nam Anti-Chriſtus hodie eſt, & dicitur verè futurus; hodie autẽ non dicitur, nec eſt poſterior reſpectiuè ad hoc tempus, nec comparatiuè ad inſtans, vel tẽpus præcedẽs: ergo non eſt idã Anti-Chriſtum eſſe futurum, ac eſſe in rerum naturã poſteriorem reſpectiuè ad tempus, vel inſtans præſens, & conſequenter eſt falſum, eo conſtitui, & eſſe futurum, quo eſt in rerum natura poſterior reſpectiuè ad inſtãs, vel tempus præſens. Secunda conſequentia ex prima euidenter colligitur: ſi namque effectus formales differunt, nõ poteſt forma eſſe eadem. Prima ex præmiſſis infertur: ſi namque hodie verè de Anti Chriſto enunciatur eſſe futurum, & non enunciatur verè eſſe poſteriorem reſpectiuè ad hoc inſtans, non ſunt idem eſſe futurum, & eſſe poſteriorem reſpectiuè ad inſtans præſens.

123 *Maior probatur* Maior conſtat: nã aliquando verè enunciatur de Anti-Chriſto eſſe futurũ, ſed non tempore in quo exiſtit: ergo hodie verè enuntiatur. Minor autem probatur: nã id quod hodie eſt poſterius, debet exiſtere hodie, connotando carentiam exiſtentiæ in illo tẽpore, vel inſtanti, reſpectiuè ad quod eſt poſterius, vt ex terminis eſt notum; ſed Anti-Chriſtus non exiſtit hodie: ergo non eſt hodie poſterior reſpectiuè ad tẽpus præſens, vel comparatiuè ad tẽpus præteritũ, & conſequentèr non eſt idem eſſe futurum, ac eſſe in rerum natura poſteriorem; reſpectiuè ad inſtans præſens, nec eadem forma præſtans prædictos effectus.

124 *Secundo arguitur* Secundo ſic arguũt: poſita carentia exiſtentiæ in hoc inſtanti, & exiſtentia in inſtanti futuro, implicat quo res in hoc inſtanti non ſit futura: ergo his præcisè poſitis futura conſtituitur. *Reſpondeo*, quidquid ſit de antecedenti, negando conſequentiã, ſicut iſta conſequentia non valet: *Poſito effectu dependente à cauſa eſſentialiter, implicat non poni cauſam: ergo cauſa conſtituitur per effectum*; cuius antecedens eſt verum; conſequens autem falſiſſimum: ergo pariter, ex eo quod poſitis carentia exiſtẽtiæ hodie, & exiſtentia craſtina, implicet rem non eſſe futuram, non ſequitur futuram conſtitui per carentiam exiſtentiæ hodie, & exiſtentiam cras; nec ideò illis poſitis implicare, quod res futura non ſit, quia per illas conſtituitur futura, ſed quia eo ipſo, quod hodie res non exiſtat, & exiſtat cras, implicat quod in Deo non præceſſerit decretum de exiſtentiã communicanda, per quod eſt ab æterno futura: vnde ſi poſſet res aliqua non exiſtere hodie, & exiſtere craſtina die ſine decreto ab æterno exiſtente decernente craſtinã exiſtentiã, ſaluarentur carentia exiſtentiæ hodie, & exiſtentia cras ſine eo quod res hodie non exiſtens, & exiſtens cras, eſſe hodie futura: vt enim *ſupra* vidimus ex Diuo Thoma; ideò id, quod exiſtit in tẽpore, fuit ab æterno futurum, quia in cauſa ſempiterna fuit ab æterno, vt fieret, & conſequenter, ſi in cauſa ſempiterna nõ fuiſſet determinatũ, vt fieret, quãuis in tempore exiſteret, non fuiſſet ab æterno futurum. Ex quo fit, vt

per

per ordinem ad causas creatas hæc consequentia nō teneat: *Hodie res non existit, & cras existit: ergo hodie est futura respectiuè ad causa creata*: si nāque hęc supponatur omnino indifferens hodie ad causandā cras existentiam, quamuis illam causet cras nō dicitur effectus futurus per comparationem ad illam, vt ex D. Th. vidimus.

125 *Replicabis 1.*

Sed instant primo: positis carentia existentiæ hodie, & existentia cras, quolibet alio secluso, hodie est certa, & infallibilis existentia crastina: ergo hæc duo se ipsis constituunt rem aliquam in ratione futuræ. Consequentia est euidens. Antecedens autem probant: licet existentia crastina sit in suis causis contingens, non tamen est contingens ex suppositione quod sit: ergo ex suppositione, quod cras sit, hodie est certum, quod cras erit.

126 *Secundo.*

Secundo: licet existentia Petri sit hodie antecedenter contingens in suis causis, ex suppositione tamen, quod hodie sit, est certum, quod est, & vt talis cognoscitur: ergo quamuis existentia Petri crastina sit contingens absolutè in suis causis, ex suppositione tamen, quod cras existet, erit hodie extitura, & vt talis certò cognoscetur; sicut enim, quod est, dū est, necesse est esse; ita id quod futurum est, ex hac suppositione, est necessario futurum. Respondeo ad primam replicam, negando antecedens, vt enim hodie sic certū, quod cras erit, præter carentiam existentiæ hodie, & existentiam crastinam, est necessarium, quod hodie sit aliquid infallibiliter connexum cum existentia crastina; ac proinde positis carentia existentiæ hodie, & existētia crastina, quolibet alio secluso non est certum hodie, quod cras erit: nam prædicatū hodie existens cum existentia crastina cōnexum distintū quid est à carentia existētię hodie existētia crastina. Ad probationē antecedētis, concesso antecedēti, distinguo consequens: si hodie sit prędicatum cōnexum cum suppositione existentiæ crastinæ concedo consequentiam: si tale prædicatum hodie non detur, nego consequētiam; eo autem ipso, quod tale prædicatum existat hodie, iam datur aliquid à carentia existentię hodie, & existentia crastina distinctum, & in hoc prædicato consistit futuritio; si autē tale prædicatum non detur non poterit hodie existētia vt futura cognosci, quia vt hodie cognoscatur, debet hodie suppositio dari, vel aliquid cum tali suppositione connexum infallibiliter.

127 *Ad 1. replicam respond.*

128 *Ad secūdam.*

Et ex his ad secundam replicam, cōcesso antecedenti, & concessa consequentia, nihil contra Nos infertur: vt enim hodie supponatur, quod cras erit, debet hodie dari prædicatū inferens crastinā existentiā; cuiq; carentia essentiæ, quæ hodie existit, cum existentia crastina non cōnectatur, & existentia crastina hodie non sit, debet dari prędicatum hodie existens ab illis distinctum; vt hodie supponatur quod cras erit, & hoc sit ex suppositione necessariū, & vt certum cognoscatur, & in hoc prædicato consistit futuritio: non autē in carentia existentiæ pro nunc, & existentia crastina, vt contrarij contendunt.

129 *Retorquetur argumentū.*

Contra quos potest argumentū retorqueri: vt enim hodie cognoscatur Petrus v. c. vt existens, debet odie supponi existētia: ergo vt hodie cognoscatur, quod cras existet, debet hodie suponi futuritio, & necessitas ex tali supositione; sed posita hodie sola carentia existentiæ, non datur hodie futuritio, nec necessitas ex illa proueniens; cum carentia existentiæ sit in differens ad esse, & non esse, ad futuritionem, & negationē futuritionis; & consequenter sit insufficiens ad inducendam futuritionem, & necessitatem prouenientem ex illa: ergo nisi aliud addatur existens tempore futuritionis, non potest futuritio subsistere nec necessitas ex suppositione futuritionis; ac proinde vt hodie sit existentia crastina necessario futura, necessitate suppositionis, non sufficiunt carentia existētiæ hodie, & existentia crastina, sed prædicatum ab illis distinctum hodie existens necessarium est, in quo asserimus futuritionem consistere.

130 *Tertio arguitur, et replicatur contra dicta.*

Sed contra doctrinam istam obstat tertium argumentum, quod Recentiores magnificam: carentia existentiæ hodie, & existentia heri, se ipsis, omni alio secluso fundant veritatem propositionis de præterito, & constituunt rem præteritam: ergo carentia existentiæ hodie, & existentia cras se ipsis, omni alio secluso fundant veritatē propositionis de futuro, & cōstituūt rē futurā. Probant consequentiā: nam existentia, quæ, fuit, & existentia, quæ erit, conueniunt in carentia existentię hodie: ergo si existētia, quę fuit, quamuis hodie nō sit, constituit rem præteritam, & fundat veritatem propositionis de præterito, existētia, quæ erit, quāuis hodie non sit, fundare potetit veritatem propositionis de futuro, & rem constituere futuram: ex terminis enim notum videtur, quod cum conuenientia in carentia existentiæ hodie, non potest stare discrimen in fundanda, & non fundāda determinata veritate, in constituendo rem præteritam, & non constituendo futuram.

131 *Confirm. 1.*

Quod amplius confirmari potest: rem namque esse præteritam constituitur per carentia existentiæ nunc, & existentiam quæ

quæ fuit;& tamen,exiſtente ſola carentia exiſtentiæ nunc, verè de aliquo affirmatur eſſe præteritũ:ergo quamuis futurum cõſtituatur per carentiã exiſtentiæ nunc, & exiſtentiam poſtea, poterit de aliquo verè affirmari eſſe futurum, exiſtente ſola carentia exiſtentiæ tempore futuritionis. Patet conſequentia:nam affirmatur de aliquo eſſe præteritum,non affirmata,aut nõ exiſtente adæquata forma cõſtituente præteritionem,aut rem in ratione præteritæ: ergo ad veritatem propoſitionis affirmantis concretu,non requiritur exiſtentia formæ adæquatè talis concreti pro tempore importato per copulam,& conſequenter, quamuis exiſtentia habenda, inadæquatè conſtituat futuritionem,aut rem in ratione futuræ,& non exiſtat tempore futuritionis,poterit verè affirmari de re aliqua eſſe futuram per hoc ſolum,quod futuritionis tempore exiſtat carentia exiſtentiæ.

132 *Confirm. 2.* Explicatur, & vrgetur ſecundo: carentia exiſtentiæ rei pretetitæ, ſolum inadæquatè conſtituit illa in ratione præteritæ; & tamen exiſtente ſolum carentia exiſtentiæ tempore præteritionis, affirmatur verè de aliquo eſſe præteritum: ergo quamuis carentia exiſtentiæ futuræ, ſolum inadæquatè conſtituat futurum poterit verè de aliquo affirmari eſſe futurum, quamuis tempore futuritionis ſolum detur carentia exiſtentiæ.

133 *Inſtatur argumentum.* Reſpondeo, hoc argumentum neceſſario eſſe ſoluendum à Recentiore, illo vtẽte, in cuius ſententia futurum in ratione veri fundamentaliter non conſiſtit in carentia exiſtentiæ nunc, & exiſtentia habenda, ſed in prædicato exiſtente tempore futuritionis connexo infallibiliter cum exiſtentia poſſeat. Ex quo ſic arguitur, & argumentũ euidenter indicatur: carentia exiſtentiæ nunc,& exiſtentia, quæ fuit, ſe ipſis conſtituunt præteritum in ratione veri fundamentaliter, quando quidem ſe ipſis fundant veritatem determinatam propoſitionis de præterito, & veritatem iudicij enuntiantis rem eſſe præteritam, & tamen carentia exiſtentiæ nunc, & exiſtentia poſtea: non conſtituũt ſe ipſis futurum in ratione veri fũdamẽtaliter: ergo ex eo quod per carentiam exiſtentiæ, & exiſtentiam, quæ fuit,conſtituatur præteritum,non ſequitur per carentiam exiſtentiæ nunc, & exiſtentiam poſtea,conſtitui futurum.

134 *Ad illud reſp.* Vnde,conceſſo antecedenti, nego conſequentiam: ratio autem diſcriminis eſt: nam carentia exiſtentiæ rei contingentis, quæ aliquando fuit, non eſt indifferens ad eſſe & non eſſe præteritam, ſed determinatè connotat exiſtentiã quæ fuit,& intrinſecè illam ſupponit; ideoquè poteſt ſe ipſa fundare veritatem propoſitionis de præterito, & rem aliquam præterita conſtituere,ingrediente conſtitutionem in recto carentia exiſtentiæ, & exiſtentia, quæ fuit, in obliquo,& de connotato; carentia autem exiſtentiæ futuritionis tempore exiſtens eſt indifferens ad eſſe, & non eſſe futuri;cum conueniat in ſtatu puræ poſsibilitatis:vnde non connotat ab intrinſeco exiſtentiam poſtea habendam, nec cum illa connectitur; ac proinde non poteſt ſe ſola,nec ſimul cum exiſtentia poſtea, ingrediente in obliquo, fundare veritatem determinatam propoſitionis de futuro, nec futurum conſtituere.

135 *Confirmã ſolutio ex Ariſt. & Diu. Thom.* Et quidem iuxta D. Th. 1. *Perhier. c.* 8. *lect.* 13. & Ariſt. *ibidem*, propoſitiones de præſenti,& de præterito, etiam in materia contingenti, habent determinatam veritatem, aut falſitatem; propoſitiones autem de futuro in materia contingenti determinatam veritatem, aut falſitatem non habent,quod diſcrimen, in nullo alio poteſt conſiſtere,quam in hoc,quod determinata veritas propoſitionum de præſenti, & de præterito, in ipſa re contingenti ratione ſui fundatur;veritas autem propoſitionis de futuro non fundatur in re contingẽti ratione ſui, ſed ratione decreti ipſi extrinſeci: nam in inſtanti reali,& decreto ſuppoſito, etiam propoſitiones de futuro ſunt determinatè veræ, aut determinatè falſæ,non minus, quam propoſitiones de præſenti, aut de præterito; & conſequenter ex eo quod carentia exiſtentiæ nunc, & exiſtentia,quæ fuit,ſe ipſis rem præteritam conſtituant, perperã à contrarijs infertur carentiam exiſtentiæ nunc,& exiſtentiam, quæ erit;ſe ipſis,omni alio ſeclu ſo,conſtituere futurum.

136 *Ad 1. cõfirm.* Et ex his ad primam, & ſecundam confirmationem conſtat ſolutio. Ad primam diſtinguendo maiorẽ: vtraque ingrediente in recto conſtitutionem præteriti, nego maiorem: ingrediente in recto ſola carentia exiſtentiæ,& exiſtẽtia,quæ fuit,in obliquo,&de connotato, concedo maiorem, & conceſſa minori, nego conſequentiam, nam in ſententia contraria, carentia exiſtentiæ nunc, & exiſtentia habenda, conſtituunt futurum, ingrediente vtraque in recto,& ideo non poteſt futuritionis tempore verè de re affirmari eſſe futuram: nã veritas propoſitionis afirmatiuæ petit cõuenientiam prædicati cum ſubiecto ſecũdum formam adequatè in recto conſtituẽtem; in conſtitutione autem rei in ratione præteritæ ſola carẽtia exiſtentiæ ingreditur in recto; & ideò poteſt verè de aliquo affirmari eſſe præteritum, quãuis præteritionis tempore ſola exiſtat carentia exi-

Digitized by Google

existentiæ: quod enim in obliquo solum, & terminatiuè constituit, non requiritur, quod existat pro differentia temporis importata per copulam, vt constat in propositione enunciante de aliquo esse cognitũ ad cuius veritatem sufficit, quod existat cognitio quæ importatur in recto licet obiectum cognitum in obliquo importatum non existat.

137 *Ad secundam.* Ad secundam, distinguo maiorem: solum inadæquatè in recto, nego maiorem: solum inadæquatè in recto, & in obliquo, concedo maiorem: & concessa minori, distinguo primum consequens distinctione maioris, & nego secundam consequentiam: nam in sententia contraria, carentia existentiæ nunc, & existentia postea, in recto ingrediuntur constitutionem futuri: ex quo rectè intulimus, non posse verè de aliquo affirmari futuritionem, eo quod in tempore importato per copulam, non existit illius forma adæquata. Et iuxta hanc doctrinam accipiendum est, quod *supra* docuimus soluentes argumenta Patris Suarez, quod nempè existentia, quæ fuit, constituit præteritum.

138 *Replicabis.* Sed dices, sequitur ex hac solutione posse futurum constitui per carentiam existentię nunc ingredientem in recto, & per existentia postea terminatiuè, & in obliquo ingredientem; cõsequens non admittemus; aliàs non consisteret futuritio in determinatione causarum ad dandã existentia effectui; cuius contrarium in nostra cõclusione docuimus: ergo solutio tradita non subsistit. Probatur sequela: vt isto modo constituatur futurum per carentiam existentiæ, & existentiam postea, non est necessarium, quod vtraque existat futuritionis tempore ad veritatem propositionis affirmantis de aliquo esse futurum: ergo possunt isto modo constituere futurũ, vel saltim argumento nostro non conuincitur isto modo non costituere.

139 *Respondetur.* Respondeo, negando sequelam. Ad probationem concessò antecedenti, nego consequentiam pro prima parte; & distinguo consequens pro secunda; argumento sũpto ex veritate propositionis affirmantis futuritionem, concedo consequentiam: alijs argumentis factis pro nostra conclusione, nego consequentiam. Itaque argumentũ, quo probauimus non posse constitui futurum per carentiam existentiæ tempore futuritionis, & existentiam postea, eo quod aliàs non posset verè affirmari de re, quod esset futura, quia tempore importato per copulam non existit adæquata forma futuri, quod ad veritatem propositionis affirmatiuæ requiritur, procedit contra constitutionem in recto per vtrumque prædicatum, qualiter à contrarijs adstruitur constitutio: vnde non mirum, quod illo non conuincatur, quod prædicta prædicata non constituant rem futuram, vno illorum ingrediente in recto, & altero in obliquo illam constitutionem.

Quòd autem, nec isto modo sufficiant ad constituendum futurum, aliunde probandum est, nempè, quia ad hoc necessarium erat, quod carentia existentiæ, conueniens rei tempore futurionis, intrinsecè connotaret, & inferret existentiam postea habendam, quod carentiæ existentiæ existenti tempore futuritionis non conuenit; cum sit omnino indifferens ad existentiã, & negationem illius, vt *supra* arguebamus; & ideò non potest futurum constituĩ per carentiam existentiæ in recto, & per existentiam habendam in obliquo, cuius contrarium opposita de causa in constitutione præteritionis contingit. 140

Instabis primo: carentia existentiæ tempore futuritionis existens, non connotat intrinsecè existentiam, quæ fuit; & tamen constituit præteritum vt forma adæquata in recto, ingrediente existentia, quæ fuit, in obliquo: ergo quamuis carentia existentiæ conueniens tempore futuritionis, non connotet intrinsecè existentiam, quæ erit, nec cum illa intrinsecè connectatur, poterit vt forma adæquata in recto constituere futurum, ingrediente in obliquo, & de connotato existentia, quæ erit. Minor cum consequentia tenet. Maior autẽ probatur: nam carentia existentiæ, quæ fuit, eadem est cum carentia existentiæ, quę erit: ergo non potest illi conuenire connotatio aliqua intrinseca, quę non conueniat carentię existentię, quę erit; sed huic non conuenit connotatio intrinseca existentię, quę fuit, nec quę erit: ergo illi cõuenire non potest connotatio intrinseca existentię, quę fuit. Patet consequentia: nam cum identitate vtriusque non stat conuenire vni prędicatum intrinsecum, quod alteri non conueniat. 141 *Instabis primo.*

Instabis secundo: nam saltim sequitur, existentiam, quę erit, constituere in obliquo futurum, licet non vt connotata à carentia existentiæ, nec cum illa connexa, bene tamen vt connotata a decreto diuino, & vt connexa cum illo; cõsequens est contra doctrinam à Nobis traditam soluendo argumenta P. Suarez: ergo solutio est inconsequens in nostra doctrina. Maior patet: nam ideò non potest in obliquo constituere, vt connotata à carentia existentiæ conueniente tempore fututionis, quia hæc cum illa non connectitur intrinsecè, nec illam intrinsecè connotat; sed decretum intrinsecè cum existentia habenda 142 *Instabis secundo.*

Digitized by Google

benda connectitur, illamque intrinsecè connotat: ergo potest constituere in obliquo futurum, vt connotata à decreto. Minor autem probatur: *ibi* enim docuimus præteritum constitui per existentiam, quæ fuit, & negauimus constitui futurum per existētiā, quæ erit; sed vt modo asserimus, cōstitutio præteriti per existentiā, quæ fuit, solum est vt per formam in obliquo ingredientem constitutionē præteriti: ergo adhuc istum modum constitutionis negauimus existentiæ, quæ erit, respectu futuri, vel discrimen nullum fuit; & consequenter asserere existentiam, quæ erit, ingredi constitutionem futuri in obliquo, doctrinæ *ibi* à Nobis traditæ aduersatur.

143 *Ad 1. replicam resp.* Respondeo ad primam replicam, negando maiorem. Ad illius probationem, nego antecedens: nam res contingens, antequā sit, est indifferens ad esse, & non esse, & consequenter nihil horum illi repugnat; post quam tamen existit, & existere desinit, non manet indifferens ad existendum, & non existendum, sed illi repugnat naturaliter existere, & consequenter carentia existentiæ præteritæ est cum repugnantia ad essendum; carentia autem existentiæ futuræ talem repugnantiam non dicit; quę subsistere non possunt cum identitate vtriusque carentiæ; ac proinde ex eo quod carentia existentiæ futuræ non connotet intrinsecè existentiam, que fuit, vel quæ erit, non sequitur carentiam existentiæ, quæ fuit, non connotate intrinsecè existentiam vt habitam.

144 *Ad secundam.* Ad secundam, concedo sequelam, & nego minorem. Ad probationem, concessis maiori, & minori, distinguo consequens: negauimus istum modum existentiæ, quæ erit, pręciso decreto Dei, concedo consequentiam: non pręciso, sed incluso vt forma ad constitutionem futuri, vt cum existentia habenda connexo, nego consequētiam: & in hoc stat discrimen à Nobis statutum inter existentiam, quæ erit, & existentiam, quæ fuit, quod hæc se ipsa in obliquo constituit pręteritum, vt connotata à carentia existentiæ constituente illud in recto, præciso decreto Dei, secus autem existentia, quæ erit: hæc enim, nec in obliquo, & de connotato ingreditur futuri cōstitutionem, nisi vt terminus decreti, & vt connotata ab illo.

145 *Vrgebis.* Sed vrgebis adhuc: nam prętеritio existentiam habitam essentialiter supponit; sed existentia habita supponit decretum diuinum: ergo præteritio essentialiter supponit decretum, & consequenter non constituit præteritum, Dei decreto præciso. *Respond.* Respondeo, concessa maiori, & minori, & prima consequentia, distinguendo consequens subillatum: non constituit præciso decreto, vt forma constituente, nego consequentiam: vt antecedenter, & præsuppositiuè se habente, concedo consequentiam. Itaque nec in nostra nec in contrariorum sententia, potest dari præteritio absque decreto supposito; cum tamen Auctores oppositi, futuritionem admittant non supponentem decretum; ex hoc autem solum sequitur ad rationem præteritionis se habere decretum liberū Dei antecedenter, & præsuppositiuè; non autem quod ad illā costitutiuè se habeat; respectu autē futuritionis cōstitutiuè se habet ratio autē discriminis constat ex dictis, quia nēpè futurū contingens, tempore futuritionis non est se ipso determinatum intrinsecè ad existentiam habēdam, sed solum ratione decreti; & quia futuritio in hac determinatione consistit; hinc fit, quod decretū, nō præsuppositiuè, sed cō stitutiuè ad futuritionē se habeat; cōtingēs autem præteritū est intrinsecè determinatum ad existentiam, quæ fuit, ratione carentiæ existentiæ existente prętеritionis tempore intrinsecè connotantis præteritam existentiam; & ideò quamuis decretum diuinum ad illam prærequiratur, nō constitutiuè, sed præsuppositiuè solum ad præteritionem se habet; sicut futurum cōtingens existens, quia ratione existentię præsentis est intrinsecè ac existendum determinatum, etsi decretum, vt existat, præsupponat: non tamen constituitur per illud.

146 *Quarto arguitur* Quarto obijciunt malitia formalis peccati est ab æterno futura, & tamen non in determinatione causarum ab æterno existente: ergo non omnis futuritio consistit in determinatione causarum; cumque eadem ratio sit de vna futuritione, ac de omni, nulla fututitio in determinatione causarū consistit. Consequentia tenet. Maior est certa: nam Deus ab æterno cognoscit, quod malitia formali peccati existet in tempore, & quod ab æterno non est: ergo est ab æterno futura. Minor autem probatur: nam determinatio causę creatæ non existi ab æterno, sicut nec causa creata; Deus autē ab æterno existens, non est causa peccati pro formali malitiæ: ergo non existit ab æterno in determinatione causarum ab æterno existente.

147 *Confirm. 1.* Explicatur, & vrgetur primo: ab æterno est verum dicere, malitia formalis peccati nunc non est, & in tempore erit: ergo malitia peccati est ab æterno futura, sed non constituitur futura per decretum; cū non sit causa peccati pro formali malitię: ergo præciso, & excluso decreto, illius futuritio subsistit, & consequenter aliarū re-

Digitized by Google

rerum futuritio subsistet decreto præciso. Ex quo vlterius sequitur, futuritionem rerum æternã non constitui formaliter per decretum.

148 *Confirm. 2.* Explicatur, & vrgetur secundo: carentia existentiæ malitiæ formalis peccati existens ab æterno, & existentia in tempore habenda, se ipsis omni alio secluso constituunt malitiam peccati ab æterno futuram: ergo carentia existentię cuiusvis alterius entitatis creatæ tempore futuritionis, & existentia postea habenda, se ipsis, omni alio secluso, illam constituunt futuram; & consequenter decretum non est forma constituens futurum. Secunda consequentia ex prima euidẽter infertur. Prima ex antecedenti à paritate rationis. Antecedens autem probatur: nam præter carentiam existentiæ, & existentiam postea, nihil aliud potest assignari, à quo proueniat futuritio peccati pro formali malitiæ: ergo hęc duo, omni alio secluso, constituunt formaliter futurum peccatũ pro formali malitię. Probatur antecedens: si enim potest aliquid assignari esse decretum diuinum; sed hoc non præstat, nec præstare potest futuritionem malitiæ, cũ non sit causa illius; futuritio autem in nostra sententia consistat in determinatione causarum ad dãdam existentiam effectui: ergo ab illis omni alio secluso constituitur peccatum ab æterno futurum pro formali malitiæ.

249 *Respondetur.* Ad hoc argumentum quo recens quidam Theologus Valentinus sibi blãditur, inaniterquè gloriatur, Thomistam quendam in publica disputatione vicisse, illique silentium, non sine rubore imposuisse; respondeo ex Doctrina à Nobis tradenda *infra Tractatu de Prædestinatione*, agendo de permissione peccati, an sit prædestinationis effectus, distinguendo maiorem: est ab æterno futura *physicè*, nego maiorem: *logicè*, concedo maiorem, & distinguo minorem: & non in determinatione causæ *physicè* causantis, concedo minorẽ: *logicè* inferentis, nego minorem, & distinguo consequens per eandem distinctionẽ: solum enim sequitur, non omnem futuritionem consistere in determinatione causæ physicè causantis, aut causaturæ effectum, non autem quod non consistat in determinatione causæ aliquo ex prædictis modis: nam futuritio physica consistit in determinatione causæ phesicè causantis, vel causaturę; futuritio autem logica consistit in determinatione causæ, non causantis, vel causaturæ physicè, sed logicè inferentis existentiam suo tempore habendam.

150 Itaque peccatum consideratur dupliciter, nempè pro materiali, & pro formali malitiæ: priori modo causatur in tempore à Deo vt à causa prima positiuè, & physicè influente: secundo modo est in tempore à Deo, non vt à causa positiuè influente, sed tantum permittente, & negante gratiam efficacem: qua posita vitaretur peccatum, & vtrique modo causandi respondet decretum æternum, scilicèt positiuũ, quo Deus decernit causare in tempore positiuè materiale peccati, & decretũ permissiuũ, quo ab æterno decernit permittere in tẽpore formalem malitiam, & negare gratiam efficacem, qua posita vtaretur peccatum, & qua negata infallibili illatione consequitur: ex vi primi decreti est materiale peccati ab æterno futurum physica futuritione: quia illius fieri est ab æterno per efficax decretum à prima illius causa dispositum: per secundum decretum est ab æterno futura malitia formalis peccati, non physica futuritione, quia causa illius physica non supponitur ab æterno determinata; bene tamen futuritione logica sumpta à decreto permissiuo, quo Deus ab æterno decreuit permittere malitiam in tempore, & gratiam efficacem ad illam vitandam negare, quod decretum, etsi in malitiam non influat, est tamen cum illa infallibiliter connexum; & ideò illam constituit futuram infallibiliter, non futuritione physica, sed logica consistente in hac connexione. Quomodo autem cum connexione infallibili decreti permissiui cum malitia peccati in tempore extitura, stet Deum non esse causam positiuã illius, alterius negotij est. De quo discipuli D. Tho. *in Tract. de Auxilijs*, Nosque breuiter *in hoc Tractatu* nodum istum dissoluemus. Et ex his ad vtramque confirmationem constat solutio.

Explicatur quomodo peccatum sit ab æterno futurum.

Ad vtrãque cõfir.

151 *Hoc arg. contra aduersarios etiã militat.* Et quidem hoc argumentum etiam ab aduersarijs est soluendum: nam licet respectu futuritionis conditionatę decretũ subiectiuè existens in Deo præsuppositum non admittant, respectu futuri absoluti tale decretum ab æterno existens necessario præsupponi fatentur: ergo etiam ad futuritionem absolutam peccati debet necessario spponi; aliàs scientia peccati in statu absoluto nõ esset subiectiuè libera Deo: hoc ergo decretum in sententia illorum necessario præsuppositum ad futuritionẽ absolutam peccati pro formali malitię antecedenter se habens ad illam, constituit in nostra sententia futuram ab æterno malitiam formalem peccati.

152 *Instabis primo.* Sed instabis primo ex D. Thom. in hac 1. p. *infra* q. 16. art. 7. ad 3, ibi. *Ad tertium dicendum, quod illud, quod nunc est, ex eo futurum fuit antequam esset, quia in causa*

causa sua erat vt fiere : vnde sublata causa non esset futurum illud fieri. Ex qua doctrina *supra* contra Recentiores monstrauimus, rerum futuritionem consistere in determinatione causarum ad dandam existentiam effectui; sed Deus non est causa malitię formalis peccati : ergo quod malitia nunc existens, fuerit ab æterno futura, non ideò est, quia in Deò fuerit, vt fieret & consequenter, non ideò est ab æterno futura, quia Deus ab æterno decreuit illam permittere in tempore. Ex quo vlterius sit, vt non constituatur futura per decretum permissiuum.

153 *Secundo.* Secundo, nam malitia formalis peccati, non solum *logicè*, sed etiam *physicè*, est ab æterno futura; & tamen non est futura physicè à decreto permissiuo, vt fatemur, nec ab alterius causæ determinatione ab æterno existente, vt tamquam certum supponimus: ergo constituitur futura per carentiam existentiæ existentem ab æterno, & existentiam in tempore habendam, omni alio secluso. Consequentia tenet. Minor pro vtraque parte est certa. *Maior probat. 1.* Maior autem ostenditur primo: nam ab æterno est verum dicere, nunc non est physicè malitia peccati, & in tempore physicè erit; sed in nullo alio consistit physica futuritio: ergo ab æterno est futura, nedum logicè, sed etiam physicè. *Secundo.* Secundo: non enim est minus vera prędicta propositio, quam ista: *Anti-Christus nunc non est physicè, & erit physicè suo tempore*; sed hæc vera esse non potest, nisi Anti-Christus nunc physicè sit futurus, & ex eius veritate physicam futuritionem Anti Christi colligimus: ergo veritas prædictæ propositionis formatæ de malitia peccati non potest subsistere, sine eo quod malitia peccati sit physicè ab æterno futura.

154 *Tertio probatur, & conf.* Confirmatur, & vrgetur: materiale peccati est physicè ab æterno futurum; sed nō stat physica futuritio materialis peccati absque physica futuritione malitiæ formalis illius: ergo hęc est ab æterno futura, nedum logicè, sed etiam physicè. Maior cum consequentia tenet. *Minor prob. 1.* Minor autem ostenditur primo: non stat physica existentia materialis peccati absque physica existentia malitiæ: ergo non stat physica futuritio materialis absque futuritione physica malitiæ formalis. *Secundo.* Secundo: non stat possibilitas physica materialis absque physica possibilitate malitiæ formalis: ergo nec stare potest physica futuritio materialis absque physica futuritione malitiæ formalis. *Tertio,* Denique: non enim stat præteritio physica vnius, absque præteritione physica alterius: ergo idem est de physica futuritione dicendum.

Ad primam replicam responderi potest primo, doctrinam D. Thom. explicando de futuritione physica, ex qua sic explicata, & ex eo quod Deus causa peccati non sit pro formali malitiæ, solum infertur, malitiam formalem peccati non esse physicè ab æterno futuram, quod libenter fatemur, non autem, quod ideò ab æterno logicè futura non fuerit, quia Deus ab æterno decreuit, illam permittere in tempore. Nec sequitur D. Thom. diminutè processisse non explicando modum futuritionis peccati pro formali malitię. Nam ex his, quæ docet circa futuritionem physicam aliarum entitatum, facile intelligitur modus futuritionis malitiæ formalis, & à quo formaliter debeat præstari, quod sufficit, vt D. Thomas diminutus non fuerit. 155 *Ad 1. replicam resp. 1.* *Tacita obiectioni occurritur.*

Respondetur secundo, admittendo loqui Angelicum Doctorem de futuritione in communi, prout abstrahit à futuritione Physica, & Logica: vnde cum docet id, quod modo existit, eatenus fuisse futurū. quatenus antequam esset, fuit in illius causa, vt fieret, accipiendus, & explicandus est de causa in eadem abstractione, prout, scilicèt, est communis causæ causanti physicè, & causæ causanti Logicè, & loquendo de causa in hac abstractione negandum est Deum non esse causam peccati pro formali malitię: nam licèt Deus in peccatum pro formali malitiæ nō influat, nec illud physicè causet, illud tamē Logicè causat, quatenus decernit malitiam peccati permittere negando gratiam efficacem, ex quo per euidentem consequentiam infertur existentia malitię formalis in tempore, & ab illo decreto permissiuo constitui tur malitia futura, & licèt Deus ab æterno non dispossuerit influere in tempore in malitiam peccati, ab æterno tamen decreuit concurrere ad materiale, & formalem malitiam permittere, & in Deo sic disponente, & ab ista dispositione dicitur, & est ab æterno futura, futuritione Logica, malitia formalis. 156 *Resp. 2.*

Ad secundam, nego maiorem. Ad primam probationem, distinguo maiorē pro secunda parte: ly *physicè* determinante verbum secundum id quod connotat, nego maiorem determinante prędicatum, nempè existentiam quam in tempore habebit, concedo maiorem: & sub eadem distinctione minoris, nego consequentiam: in hac enim propositione, *malitia peccati erit*, enunciatur existentia, quam habebit in tempore, & connotatur per verbum futuritio de facto conueniens; licet autem existentia physicè in tempore malitiæ conueniat, futuritio, quę illi ab æterno conue 157 *Ad secundā replicā resp.* *Ad primam probationem minoris.*

nit,

Digitized by Google

nit, & de connotato importatur per verbum, non est physica, sed logica, eo quod prædicatum existens tempore futuritionis cum existentia habenda connexum, in quo veritas prædictæ propositionis fundatur, non physicè, sed tantum Logicè infert existentiam malitiæ, & illius conuenientiam in tempore, ideoque prædicta propositio est falsa ly *physicè* determinante verbum, pro eo quod de connotato importat, & solum est vera ly *physicè* determinante prædicatum, & supra illud cadente: ex hoc tamen non colligitur, quod sit physicè ab æterno futura.

158 *Ad secundam.* Ad secundam probationem maioris, concessis maiori, & minori, nego consequentiam: nam licet vtraque propositio sit vera; & æqualitèr vera; in veritate namque non potest dari inæqualitas: prædicata tamen, quæ enuntiantur in vna, & in alia propositione, non sunt eiusdem conditionis, nec eodem modo comparantur in ratione effectus ad Deum: existentia namque Anti-Christi est a Deo, vt à prima causa positiuè in illam influēte, ideoquè, vt existat in tempore, necessum est, quod detur ab æterno in Deo decretum omnipotentiam determinans ad communicandam Anti Christo existentiam in tempore, in qua determinatione consistit physica futuritio, & ob hāc causam ex veritate istius propositionis, *Anti-Christus erit*, rectè colligitur Anti-Christi physica futuritio: malitia autem peccati non est à Deo, vt positiuè influente, sed vt permittente, vnde vt conueniat in tempore, non petit decretum æternum determinans Deum ad illam causandam in tempore, sed solum ad illam permittendam, quod decretum, quia infallibilitèr cum existentia malitię in tempore habenda connectitur, cōstituit illam logicè futuram, quia tamen in malitiam non influit, nec omnipotentiam ad influendum in malitiam in tempore, ab æterno determinat, non reddit malitiam physicè futuram, & ideò ex veritate æterna illius propositionis: *malitia peccati erit*, non colligitur, quod ab æterno physicè sit futura.

159 *Ad cōfirmationē* Ad confirmationem, concessa maiori, nego minorem. Ad primam probationem minoris, concesso antecedenti, nego consequentiam; ratio autem discriminis est: nam existentia entitatis peccati est eadem cum existentia malitiæ; ideoque non potest vna existere, & non alia; causa autem malitiæ non est eadem cum causa materialis entitatis; & consequenter determinatio causę entitatis non est eadem cum determinatione causæ malitiæ, & quia futuritio physica in determinatione causę consistit, potest materiale peccati esse physicè futurum à determinatione causæ existente, quin sit physicè futura malitia.

Ad 1. probationem minoris.

160 *Ad 2.* Ad secundam probationem, concesso antecedenti, nego consequentiā: ratio autem differentiæ est: nam posibilitas sumitur dupliciter: primo pro non repugnantia ad existendum: secundo denominatiuè à causa efficiente: primo modo sumpta, est eadem posibilitas entitatis cum posibilitate malitiæ, sicut vtriusque existentia est eadem: secūdo modo, quamuis causæ sint diuersę, sunt tamen connexę: nam omnipotētia diuina, quæ est causa entitatis materialis, est connexa cum posibilitate voluntatis creatę defectibilis, à qua malitia denominatur posibilis, ideoque non habet posibilitas vnius, sine alterius posibilitate, in vtraque posibilitatis acceptione; determinatio autem causæ vnius nō est identificata cum determinatione causæ alterius, nec cum illa vt existente connexa, & ideò potest vna esse physicè futura, quin alia futura physicè sit.

161 *Ad tertiā* Et ex his ad tertiam probationem, concesso antecedenti, nego consequentiam; & disparitas habetur ex dictis: nam præteritio consistit in carentia existentiæ, quæ fuit, & quia carentia existentiæ materialis peccati est eadem cum carentia existentiæ malitię formalis; & eadem est vtriusque existentia; fit consequens, vt non posit vna sine alia esse præterita, futuritio autem physica consistit in determinatione causę præsenti futuritionis tempore, intrinsecè connexa cum existentia habenda, potest autē existere determinatio causæ entitatis, non existente determinatione causæ deformitatis, & de facto existit illa ab æterno, illa non existente, & id circo potest entitas peccati esse physicè futura, absque eo quod sit futura physicè malitia.

162 *Instabis primo.* Sed replicabis primo, in hac solutione peti principium, & consequenter est nulla. Probatur antecedens: argumentum contendit probare, futuritionem physicam, non consistere in determinatione causæ ad dandam existentiam effectui; at solutio à Nobis tradita supponit futuritionē physicam in physica causæ determinatione consistere, & hinc discrimen statuimus inter existentiam, posibilitatem, & futuritionem ex vna parte, & futuritionem physicam ex alia, quoad connexionem inter malitiam formalem peccati, & entitatem materialem illius: ergo petimus principium reddēdo pro ratione discriminis conclusionem, quam defendimus, & quæ argumento facto impugnatur.

Se-

163 *Secundo.* Secundo: quia namque omnipotentia, à qua materiale peccati denominatur possibile, est connexa cum voluntate creata, vt possibili, à qua denominatur possibilis malitia formalis, asserimus vtriusque possibilitatem esse connexam; sed decretum circa materialem entitatem peccati, à quod redditur futurum, est connexum cũ determinatione voluntatis creatæ ad peccandum, vt futura, à qua malitia formalis futura physicè constituitur: ergo futuritio physica entitatis materialis peccati est cõnexa cum futuritione physica malitiæ formalis illius.

164 *Ad 1. instantiam respond.* Respondeo ad primam replicam negãdo antecedens. Ad illius probationem cõcessa maiori, distinguo minorem: supponit vt efficacitèr à nobis probatum, concedo minorem: supponit sine probatione, nego minorem, & consequentiam: nam licèt vt statuamus discrimen, recurramus ad hoc, quod futuritio in determinatione causæ consistit, & inter determinationem causæ entitatis, & determinationem causæ malitiæ connexionem non esse; id autem non supponimus sine probatione, quod necessum erat vt peteremus principium, sed vt efficaciter demonstratu, ex eo quod futuritio consistit in prædicato existente futuritionis tempore connexo infallibilitèr, cum existentia suo tempore habenda; tale autem predicatum aliud esse non potest, quam determinatio causæ ad dandam existentiã effectui, vt fusè monstrauimus.

165 *Ad 2. respond. 1.* Ad secundam, concessa maiori, nego secundam partem minoris: nam licèt decretum æternum entitatis peccati determinans omnipotentiam ad causandam illam in tempore sit connexum cum determinatione voluntatis, vt defectibilis, ad dandam existentiam malitiæ; hæc tamen determinatio est simul tempore cum malitia; & ideò non constituitur futura per illam: nam ad hoc necessum erat, quod determinatio efficax voluntatis creatæ ad peccandum præcederet tempore existentiam malitiæ: nam licet futuritio non consistat formaliter in carẽtia existentiæ rei, quæ futura dicitur, illam tamen præsupponit, ac proinde, vt malitia constitueretur futura per determinationem voluntatis creatæ ad peccandum, oportebat vt hæc determinatio existeret in aliquo tempore, vel instanti, in quo non existeret malitia peccati, quod ita non accidit: nam determinatio voluntatis à se ipsa ad peccandum est simul cum negatione gratiæ efficacis diuinæ: hæc autem est simul tempore cum existentia malitiæ, & consequentèr determinatio, qua voluntas se determinat ad peccandum, & malitia peccati, sunt simul tempore, ideoque ab illa non potest futura constitui.

166 *Respond. secundo.* Secundo responderi potest, concessa maiori, negando minorem pro secunda parte: futuritio namque non sumitur à determinatione causæ vt futura futuritionis tempore, sed vt præsenti pro tunc vnde vt decretum à quo entitas materialis peccati constituitur futura, connecteretur cum futuritione physica malitiæ formalis, oportebat vt connecteretur cum determinatione causæ causantis malitiam; vt existente quando existit decretum, quod ita non accidit: nam decretum existit ab æterno; determinatio autem voluntatis creatæ ad peccandum existit in tempore: vnde ab æterno est futurum physicè materiale peccati; malitia autem formalis non est physicè futura ab æterno, sed in tempore poterit esse futura, si determinatio voluntatis creatæ ad peccandum præcedat tempore existentiam malitiæ.

167 *Vltimo arguitur.* Denique argumentari possumus contra nostram sententiam, vt enim sæpe asseruimus, futurum conditionatum est obiectum scientiæ conditionatorum, quam contrarij mediam vocant; sed obiectum huius scientiæ non constituitur formalitèr per decretum: ergo futurum conditionatum non constituitur per decretum formalitèr; cumque eadem ratio sit de futuris absolutis, nullum futurum formalitèr per decretum constituitur. Maior, & vtraque consequentia probatione non indigent. Minor autem probatur: obiectum scientiæ conditionatorum est idem quod obiectum decreti subiectiuè absoluti, & conditionati obiectiuè; sed obiectum huius decreti non constituitur per ipsum decretum formaliter: ergo obiectum illius scientiæ non constituitur formalitèr per decretum. Consequentia est bona. Minor à Nobis *supra* non semel asserta, & constat: nam licet actus practicus possit suum obiectum efficere, mutua inter illa intercedente causalitate, quod autem actus aliquis suum obiectum, vt forma, constituat, est omnino implicatorium: ergo obiectum decreti, etsi possit efficientèr ab illo causari, non tamen potest per ipsum vt formam constitui.

168 *Maior probatur.* Maior autem probatur: nam obiectum decreti subiectiuè absoluti, & cõditionati obiectiuè, est existentia conditionata, v. c. existẽtia cõsẽsus sub cõditione vocationis hoc enim est, quo Deus per id decretum decernit, & consequenter est obiectum illius, sed obiectum scientiæ conditionatorum iuxta est etiã existentia conditionata, v. c. existentia prædicta consensus sub condi-

Digitized by Google

tione vocationis diuinæ; hoc enim à Deo per istam scientiam cognoscitur, ac proinde est eius obiectum: ergo obiectum scientiæ conditionatorum est idem quod obiectum decreti, solum cum hac differentia, quod scientia illud respicit sub ratione veri, decretum autem sub ratione boni.

169 *Respond.* Respondeo, concessa maiori in sensu *mox* explicando, negando minorem. Ad probationem, distinguo maiorem: obiectum terminativũ est idem, concedo maiorem: obiectum motivum vtriusque, nego maiorem: & concessa minori, nego cõsequentiam: vel distinguo conseques distinctionẽ maioris, solum enim sequitur obiectum terminatiuum scientiæ conditionatorum non constitui formaliter per decretum, quod libenter concedimus, etsi necessario decretum liberum subiectiuè existens supponat; non autem, quod obiectum motiuum prædictæ scientiæ nõ constituatur formaliter per decretum, & hoc est, quod nos asserimus, & asserimus.

170 *Explicatur solutio.* Itaque res cognita per scientiam conditionatam eadem est cum revolita per decretum subiectiuè absolutum, & conditionatum obiectiuè; medium autem, cui innititur scientia conditionatorum, non est idem cum medio, cui decretum innititur: scientia namque innititur decreto; decretum autem non innititur obiectiuè in se ipso, & id circo, quamuis habeant idem obiectum terminatiuum, non habent idẽ obiectum motiuum: ex quo vlterius fit, vt quamuis obiectum terminatiuum scientiæ conditionatæ non constituatur formaliter per decretum, sed solum sit ab illo effectiuè, obiectum illius motiuum per decretum constituatur formaliter.

171 *Ratio doctrinæ traditæ redditur.* Ratio autem, cur scientia inniti debeat decreto, est: nam terminatur ad futurum conditionatum in essentia diuina, hæc autem non potest futura repræsentare, nisi connectatur cum illis, nec cum eis potest connecti nisi ratione decreti, ideoque diuina cognitio non potest ad futura terminari, niti innitendo decreto, vt medio talis terminationis, vt autem Deus vellit existentiam conditionatam, ratione essentiæ diuinæ, non est necessarium, quod essentia, quæ est ratio volendi, sit ratione sui connexa cum existentia conditionata, sicut nec vt vellit existentiam producere in statu absoluto, necessarium est quod bonitas diuina, quæ est Deo ratio volendi, sit connexa cum illa in statu absoluto, & ideò decretum subiectiuè absolutum, & conditionatum obiectiuè, absque medio à diuina essentia distincto terminatur ad existentiam conditionatè futuram.

172 Sed dices, obiectum terminatiuum scientiæ conditionatorum non constituitur per decretum, vt admisimus *in solutione tradita*; sed obiectum terminatiuum huius scientiæ est res, vt distincta à se ipsa vt purè possibili: ergo distinctio rei futuræ à se ipsa, vt purè possibili, non præstatur à decreto; & cõsequenter male ex hoc principio *supra* arguebamus pro necessitate decreti. Maior cum consequentia tenet. Minor autem probatur; vt enim *proximè* dicebamus obiectum terminatiuum scientiæ conditionatorum, est idem cum obiecto terminatiuo decreti subiectiuè absoluti, & conditionati obiectiuè, sed obiectum terminatiuum huius decreti est res creata, vt distincta à se ipsa, vt purè possibili, creaturæ namque possibiles, in veriori sententia, non possunt amari à Deo, & in omnium sententia, non possunt terminare actum efficacem voluntatis diuinæ: ergo obiectum terminatiuum scientiæ conditionatorum est res creata, vt distincta à se ipsa, vt purè possibili. *Replicabis.*

173 *Respond.* Respondeo, concessa maiori distinguendo minorem: distinctione presenti tempore futuritionis, nego minorem: distinctione tempore futuritionis futura, concedo minorem, & distinguo conseques: distinctio præsens tempore futuritionis, nego consequentiam: distinctio futura tempore futuritionis, subdistinguo consequens: non præstatur à decreto formaliter, concedo consequentiam; nõ præstatur à decreto efficienter, nego consequentiam. Itaque sicut res, quæ futura dicitur, non est præsens tempore futuritionis, sed futura, ita illius distinctio intrinseca à se ipsa, vt purè possibili, non est præsens tempore futuritionis, sed futura: cæterum ad hoc, quod res ipsa, & illius distinctio sit futura tempore futuritionis debet dari aliquid præsens cum illius existentia connexum, & hoc etiam distinguit rem creatam ab ipsa vt purè possibili, non distinctione ipsi intrinseca, sed extrinseca, & hæc distinctio præsens tempore futuritionis præstatur à decreto formaliter, distinctio autem intrinseca, quæ tunc non est, sed erit, prouenit à decreto effectiuè, non executiuè, sed applicatiuè quatenus per illud determinatur omnipotentia diuina ad dandam existentiam in tempore, vel absolutè, vel sub conditione, iuxta conditionem decreti, ratio huius doctrinæ habetur ex sæpè dictis, quia nẽpè de subiecto omnino indifferenti ad esse, & nõ esse futurũ, non potest affirmari, quod erit, nec absolutè, nec sub conditione: vt ergo de illo affirmetur, quod erit aliquo ex prædictis modis, debet tẽpore futuritionis dari aliquid, per quod dicta indifferentia tol-

tollatur, & futurũ cõstituatur, quod aliud esse non potest, nisi decretum diuinum, vt probatum manet.

174 *Instabis.* Replicabis: vt Deus tẽpore futuritionis cognoscat de consensu nostro, v. g. quod erit sub conditione vocationis diuinæ, & hoc verè de consensu enuncietur, non est necessarium quod futuritionis tẽpore supponatur actu distinctus à se ipso vt purè possibili: ergo pro hac distinctione prestãda frustra adstruitur decretũ. Consequẽtia tenet ex dictis. Antecedens autẽ probatur: vt Deus velit, & decernat existentiã consensus sub conditione vocationis, nõ est necessariũ quod consensus futuritionis tẽpore supponatur ad decretũ actu distinctus à se ipso, vt purè possibili, ergo pariter, vt sciatur, necessarium non est præsupponi actu distinctum.

175 *Respond.* Respondeo, negando antecedens, ob ea quę *proximè* dicebamus. Ad probationẽ, concedo antecedens, & nego consequentiã, ratio autem discriminis est manifesta: nam scientia conditionata cum est purè speculatiua, non est causa sui obiecti, nec omnipotentiam determinat ad dandam illi existentiam conditionatã, ideoquè non potest distinctionem à purè possibili rei à se cognitæ præstare, & consequentèr debet illam præsupponere; decretum autem est causa existentiæ conditionatæ, & omnipotentiam determinat ad illam causandam in tempore, in qua determinatione consistunt futuritio, & distinctio consensus à se ipso vt purè possibili, quam debere existere tempore futuritionis monstrauimus ideoque necessarium non est prædictam distinctionem ad decretum præsupponi. Et hæc de ista disputatione.

DISPVTATIO TRIGESIMA QVARTA.

An Deus certò, & infallibilitèr cognoscat futura contingentia conditionata?

§. I.

Quibusdam præsuppositis referuntur sententiæ.

Nu. 1. *Futuracõditionata eũ conditione necessario connexa cognoscit Deus infallibiliter.*

ANTEQVAM varia Auctorum placita referam, placuit ea, in quibus, vel omnes conueniunt, vel parum dissidium versatur, prę mittere. Primo indubitatum est apud omnes, conditionata cum conditione necessario connexa, à Deo infallibiliter certò per simplicem notitiam cognosci, qualia sunt, *si homo volat, habet alas: si homo est, animal est*; imò, & alia quæ constant ex propositionibus ab intrinseco falsis, & quibus veritas omnino repugnat, qualia sunt, *si homo est asinus, est irrationalis: si homo esset Angelus, esset ex materia, & forma incompositus.* Quod patet manifesta ratione: Deus namque per scientiam simplicis intelligentiæ cognoscit omninò infallibilitèr omnem veritatem necessariam independentem ab eius libertate; at propositiones conditionales, quæ constant ex conditionato, & conditione necessario connexis, sunt necessariæ veræ indepẽdẽter à libertate Dei, etiã si propositiones ex quibus cõponũtur, sint necessario falsæ: ergo illas Deus omninò infallibilitèr per simplicẽ notitiã necessario cognoscit.

Minor Probatur ex communi Dialecticorum sensu cum D. Thom. *Opusc.* 48, *Illustr. Episcop.* GODOY *in* 1. *p.* Tom. 2.

tract. de enunciatione cap. 14 asserentium, conditionalem propositionem, si sit bona consequentia, esse necessario veram, quod ad minus est certum, quando talis consequentia non vtrumque est bona, sed est necessaria, etiam si propositiones, ex quibus componitur, sint in se falsæ, quia *propositio conditionalis nihil ponit in esse*, sed solum enunciat rectam illationem vnius ex alio, quod stare potest, etiam si antecedēs, & consequens falsa sint, per hoc quod nunquam detur antecedens verum, & consequens falsum; tales sunt conditionales importantes conditionatum, & conditiones necessario connexas: ergo gaudent necessaria, & infallibili veritate; & consequentèr cognoscibilia sunt à Deo omnino infallibilitèr per scientiam simplicis intelligentiæ necessariam.

3 *Secundū præsuppositum.* Ex quibus colligo, & præmitto secundo contra Alarcon *Tract. 2. disp. 4. cap. 3.* conditionata necessaria, quorum conditio non est forma, sed causa efficiens consequentis, necessario à diuino intellectu cognosci vnica, & indiuisibili cognitione: exēplum est in hoc conditionato, *si homo existat, existet risibilis.* Primum probatur: nam propositiones conditionales constantes ex his conditionatis, & conditionibus, sunt necessario veræ; cum hæc sit bona consequentia: *est homo: ergo est risibilis*, aliàs passio non posset demostrari de essentia, quod est omnino falsum: ergo cognoscuntur à Deo scientia infallibili, & necessaria. *Prima pars probatur.*

4 *Respondebis.* Si dicas, passionem demostrari de essentia mediante verbo importante connexionem prædicati ad subiectum, non vero mediante verbo importante existentiam: vnde hæc propositio per scientiam cognoscitur, *homo est risibilis*, non autem ista, *homo existit risibilis*: propositio autem conditionalis, de qua loquimur importat conditionatum, & conditionem medio verbo dicēte existentiam, & ideo circo necessaria non est. *Contra.* In contrarium obstat: nam connexio necessaria, vel consistit in hoc, quod vnum ex alio inferatur, & illo dato consequatur necessario, vel saltim explicatur per talem illationem, v. c. necessaria connexio animalis cum homine consistit in hoc, quod dato aliquem esse hominem, rectè inferatur quod ille sit animal, vel si in hoc, non consistit, per illud explicatur, & ex connexione necessaria, sequitur vno dato, consequi, & aliud: ergo si hæc propositio: *homo est risibilis*, est necessaria, & inter hæc extrema interuenit necessaria connexio, rectè valebit, *est homo: ergo est risibilis*, ly *est* importante existentiā; & cōsequenter propositio conditionalis, talē illationē enunciās, erit infallibilis, & necessariæ veritatis.

Quod autem vnica, & indiuisibili cognitione, cognoscantur à Deo, probatur: nā cognitio illa non terminatur ad veritatem conditionis, & consequentis, quæ distinctæ sunt, sed ad veritatem conditionalis, quæ vnica, simplex, & indiuisibilis est: ergo etiam si veritates illas non vnica, sed duplici cognitione cognoscat, de quo modò non curo, veritas tamen conditionalis bonam illationem vnius ex alio enuncians, vnica, & indiuisibili cognitione à diuino intellectu cognoscitur. 5 *Secunda pars probatur.*

Nec refert quidquam fundamentum Auctoris oppositi consistens in eo, quod stat hominem existere, & Deo suspendente concursum ad efluxum passionis, non existere risibilem: ergo veritas consequentis separabilis est à veritate antecedentis, & consequentèr nisi ponatur pro conditione decretum diuinum de non suspendendo concursum, non erit vera dicta conditionalis, veritate necessaria, & omnino infallibili. Nam respondeti potest primo, diuinum decretum *implicitè* in conditione importari, eo quo talis est naturę conditio, vt petat ab intrinseco assistentiam diuini cōcursus, ex suppositione quod ponatur in esse, ita vt non, nisi miraculosè, possit concursus suspendi, iuxta dicta *disp. præcedenti §. 7. insoluti. 2. obiectionis.* Vel secundo *ex ibidem dictis insolut. ad* 1. respondeo ex homine existente inferri risibilitatē extituram connaturalitèr, verū est autē hoc modo extiturā, etiā si non existat, Deo miraculo. è suspendente concursum. 6 *Opponit Alarcon.* *Resp.* 1. *Resp.* 2.

Tertio tanquam certum, & indubitatum præmitto, conditionata contingentia, infallibilitèr cum sua conditione connexa; cognosci à Deo certò, & infallibiliter per scientiam simplicis intelligentiæ necessariam, quale est in nostra sententia, hoc conditionatum: *si Deus præmotione efficaci voluntatem hominis prædeterminat ad amorem, homo talem actum eliciet*, & in contraria doctrina, *si Deus hominem vocatione congrua vocauerit, homo respondebit*; hæc, & alia asserimus à diuino intellectu necessario cognosci. Et probatur: nam in his conditionatis, consequentia est necessaria, & omnino infallibilis, etsi consequens contingens sit: ergo conditionalis propositio illationem solum enuncians, est omnino necessaria; & consequentèr terminans infallibilem, & necessariam cognitionem diuinam. Quomodo autem cum necessitate consequentiæ ex vi conditionis omnino antecedētis, stare possit contingentia, aut libertas consequentis, quod aduersarij non possunt, aut nolunt percipere, ex dicendis constabit. 7 *Tertium præsuppositum.* *Probatur*

Quæ-

8 *Quartum præsuppositum. Probatur*

Quarto vt omnino certum præmitto, futura conditionata habentia conditiones disparatas omnino, si in vi consequentiæ, & illationis accipiatur, non posse ab intellectu diuino cognosci. Quod patet: nam conditionalis propositio constans ex illis, est mala consequentia; cum ad illationis bonitatem, in omnium sententia, saltim connexio aliqua consequentis cum antecedenti sit omnino necessaria: ergo in vi consequentiæ acceptæ sunt falsæ: & consequenter obiecta talium propositionum nō possunt à diuino intellectu tanquam vera cognosci.

9 *Quintum præsuppositum. Probatur*

Quinto, vt mihi certum, præmitto conditionata contingentia: siue moraliter certò, siue coniecturaliter connexa cum conditione, si enuncientur vt futura omnino infallibiliter, non posse in vi consequentiæ, & illationis à diuino intellectu cognosci. Quod patet: nam talia futura non inferuntur infallibiliter ex vi conditionis apposita, sed vel certo moraliter, vel coniecturaliter solum: ergo sic enunciata, vt infallibiliter futura, in vi consequentiæ, falsò enuncientur; & consequētèr nequeunt vt vera à diuino intellectu cognosci. His ita præmissis in quibus nemo, vt iudico, potest hærere, quod in dubium vertimus est, an futura contingentia conditionata non-connexa omnino infallibiliter cum conditionibus possint certò, & infallibiliter à diuino intellectu tanquam vera cognosci, veritate desumpta ex euentu futuro, aliqua conditione suppositā.

Punctus difficultatis apperitur.

10 *Prima sẽtentia.*

In qua difficultate quatuor reperio sententias. Prima illarum in vniuersum negat posse futura conditionata certò, & infallibiliter à diuino intellectu cognosci, ex eo quod inconditionali propositione nullam aliam veritatē agnoscunt, nisi quæ desumitur ex bona illatione, quæ in his cōditionatis contingentibus non inuenitur: vnde solum possunt cognosci à Deo vt futura certò moraliter, aut coniecturaliter solùm, iuxta connexionem cognitionis cum conditionato futuro. Ita quidā quos supresso nomine referunt Magister Zumel *lib. 3. de auxilijs dub. 5.* Curiel *lib. 1. controuersiarum controu. 7. art. 1.* Cornejo ad *hunc art. disp. 3. dub. 2.* pro qua refert Alarcon *Tract. 2. disp. 4. cap. 4.* Cabreram *3. p. disp. 1. numer. 338. & 339.* Zumel ad *hunc articulum disp. 8. cōcl. 9.* Ledesma *disp. 2. de scientia conditionalium diffic. 2. concl. 2. & 5.* aliosque quos vocat ignobiliores Thomistas. Illos tamen ab istius nobilissimi Theologi impostura doctè vendicat noster Sancto Thoma *disp. 20. art. 1. §. quod aliqui Thomistæ negauerint.* Vbi clare demonstrat *Illust⁹. Epis⁹.* GODOY *in 1. p.* Tom. 2.

Zumel. Curiel. Cornejo. Alarcon. Cabrera. Zumel. Ledesma S. Thom.

Auctorem istum Thomistas, quos refert, festinanter legisse; cum expresè fateantur aliqua ex conditionatis futuris certo à diuino intellectu cognosci in decreto efficaci *subiectiuè* absoluto, & conditionato *obiectiuè*; quia tamen, hoc decretum non admittunt circa omnes cōbinationes possibiles, ideò affirmant nō omnia huiusmodi futura cognosci à Deo certò, & infallibiliter, sed certitudine solum morali, aut coniecturaliter obiectiuè; qualiter solum ex vi connexionis secundarum causarum, præcisso decreto efficaci, posse cognosci tenent omnes Thomistæ.

11 *Secunda. Suarez. Fonseca. Granad⁹ Albelda. Machin Herice. PP. Salmant. Molina Valentia. Pesanti⁹*

Secunda per extremum affirmat, Deum certo cognoscere omnia futura conditionata, siue disparata, siue cum sua conditione connexa, circa omnes combinationes possibiles. Hanc tenent Suarez *Opusc. de scientia Dei lib 2. cap. 6.* Fonseca *6. metaphysicæ cap. 2. quæst. 4. sect. 10.* Granadus *tract. 5. disp. 3. sect. 2.* Albelda *1. p. disp. 44.* Machin *disp. 33. sect. 2.* Herice *tract. 1. disp. 7. cap. 10.* Et PP. Salmanticenses *Tract. 3. disp. 9. à dub. 1.* vsque ad 4 eandem amplecti videntur Molina *in concordia disp. 50.* & ad *hunc art. disp. 17.* Valentia *punct. 5.* Pesantius *disp. 5.* quatenus in diserimiatim affirmant, Deū futura conditionata certò cognoscere, quin excludant disparata ab hac certa cognitione.

12 *Tertia.*

Tertia docet, ea futura conditionata, quæ in Scriptura sacra reuelantur, vel cū rebus vniuersi habent aliquam connexionem, à Deo certò, & infallibiliter cognosci; de cæteris circa omnes combinationes possibiles rem esse dubiam, nec posse nobis certo costare à diuino intellectu cognosci. Hanc tenent noster Sancto Thoma *ad istum art. disp. 20 art. 2. in solut. ad vltimum,* & alij ex Thomistis in manuscriptis ad *istum art.* S. Tho.

13 *Quarta sententia*

Quarta concedit, Deo certam, & infallibilem cognitionem omnium conditionatorum contingentium, quæ cum conditione habent aliquam connexionem, negat tamen de illis, quæ disparatè omnino comparantur cum illa. Ita Vazquez *1. p. disp. 67.* Lesius *Opusc. de auxilijs cap. 19.* Albertinus *tom. 1. fol. 294. assert. 2.* Arrubal *disp. 45. cap. 4. & disp. 56. cap. 2.* Si conditiones antecedentes sint determinatæ, secus si conditiones non sint determinatæ, Alarcon *tract. 2. disp. 4. cap. 2. & à cap. 4. vsque ad 10.* Fasolis ad *istum art. dubit. 13.* ex nostris Alnarez *libro 2. de auxilijs disp. 7.* Cornejo ad *hunc art disp. 3. dub. 1. & 3.* & alij quam plures.

Vazquez. Lesius. Albert. Arrubal. Alarcon. Fasolis. Aluarez Cornejo.

§. II.

Prima assertio vera sententiæ.

14 *Prima cõclusio.* VT veram explicem sententiam, sit prima conclusio. *Futura contingentia cõditionata, connexa moraliter cum conditione, cognoscuntur à Deo ex vi conditionis certo, certitudine physica ex parte subiecti, & morali ex parte obiecti.* Ita quoad priorem partem tenet Granadus *tractatu 5. disputatione 2. sectione 2.* & Ruizius *disputatione 61. sectione 1. disputatione 76. sectione 1.* & *disputatione 80. sect. etiam 1.* vt refert Alarcon, *supra capitulo 4. num 28.* Nazarius ad *istum articulum controuersia 1. conclusione 3.* nec ab illa discordare possunt nostri Thomistæ. *Granad. Ruizius. Alarcon Nazar. Notãdũ.* Ante cuius explicationem aduerto, conditionalem propositionem, in qua talia futura enunciantur duplicem sensum habere posse, alterum quo asseratur, posita conditione conseques futurum re ipsa absolutè, alterum, quo asseratur illa conditione posita, conditionatum esse futurum, non absolutè, sed cum infallibilitate morali, in priori sensu non possunt cognosci à Deo, nisi præsuppositio efficaci decreto, vt ex *infra* dicendis constabit; in sensu autem posteriori asserimus in cõclusione, cognosci à Deo cum omni certitudine ante omne decretum de illorum existentia in se ipsis v. c. hoc futurum conditionatum, *si Petrus graui tentatione pulsetur tentationi succumbit*, cognoscit Deus cum omni certitudine, præciso decreto, vt futurum certò moraliter, non vt absolutè futurum, & similiter hoc, *si Paulus maneserit multo tempore in peccato mortali, incidet alia peccata.*

15 *Prob. 1. conclusio.* Quo supposito probatur conclusio primo: omnis veritas, cuiuscumque generis sit, cognoscitur certo à diuino intellectu; at conditionatum illud futurum esse certò moraliter, est omnino verum: ergo vt sic futurum à diuino intellectu cognoscitur. Minor est certa; aliàs infinitus in intelligendo non esset, si ipsum aliqua veritas lateret. Maior autem probatur: nam illud conditionatum, conditione supposita, etsi possit *physicè* non euenire, *moraliter* tamẽ non potest: ergo est futurum taliter ex vi conditionis, quod oppositum nunquam eueniet: in hoc namque impossibilitas moralis consistit, quod licèt absolutè possit aliquid esse, nunquam tamen eueniet.

16 *Secundo probatur.* Probatur secundo, & explicatur amplius ratio præcedens: non minus est certum, dato antecedenti inferente moraliter, consequens moraliter esse futurum quam quod dato antecedenti inferenti euidenter, conseques sit absolutè futurum; at sub conditione antecedentis euidenter inferentis, cognoscitur cum omni certitudine consequens absolutè futurum: ergo sub conditione antecedentis inferentis certò moraliter, potest certò cognosci illius conseques vt futurum moraliter. Tertio probatur, & explicatur ratio præcedẽs; consequentiam moralem habere vim ad inferendum morali.èr, non minus est verum, quam quod consequentia metaphysica habeat vim ad metaphysicè inferendum; at ob hanc rationẽ cognoscitur certissimè à Deo propositio conditionalis enuncians futurum sub cõditione inferẽte metaphysicè certo: ergo ob eandem certissimè cognoscetur à Deo propositio conditionalis enunciansfuturum moraliter sub conditione inferente moraliter. *Tertio prob.*

17 *Corollarium contra Granadum.* Ex quibus probationibus infero, falso Granadum asseruisse prædicta futura, vt futura, certò moraliter, & ex vi illationis, cognoscit à diuino intellectu per scientiam mediam inter liberam, & naturalem, quod esse falsum patet manifestè: nam conditionalis propositio enuncians hæc futura sub conditione, est bona consequentia, vt ipse fatetur; de ratione autem bonæ consequentiæ esse, vt semper sit bona, probat idem Auctor contra Vazquez *ibi num. 3.* ergo dicta propositio est veritatis omnino necessariæ. *Probatur.* Patet hæc consequentia: nam veritas conditionalis consistit in bonitate illationis; at consequentia bona, sẽper, & necessario est bona: ergo veritas conditionalis in bonitate illationis consistens est necessaria: tùm sic, sed veritates omnes necessarias cognosci Deus per scientiam naturalem, & necessariam: ergo conditionales illæ in sensu explicato cognoscetur, non per scientiam mediam, sed naturalem, vt fatetur Ruizius apud Alarcon *ubi supra.*

18 *Oppones primo.* Sed obijcies primo: in bona consequentia non potest dari antecedens verum, & consequens falsum; at stare potest, conditione posita, non subsequi conditionatum cum illa moraliter solum cõnexum; alias non solum moraliter, sed etiam metaphysicè certum esset: ergo conditionalis, de qua in præsenti loquimur, bona consequentia non est; & consequenter nec necessario vera, veritate illationis. *Respondi;* Respondeo concessa maiori, distinguendo minorem: potest metaphysicè, concedo minorem: potest moraliter, nego minorem, & distinguo consequens: non est bona consequentia moralis, nego consequentiam, metaphysica, concedo consequentiam.

Ins

19 *Instabis.* Instabis, in bona consequentia nec metaphysicè potest dari antecedens verum, & consequens falsum; siquidem nulla potentia potest esse, non bona consequentia, quæ semel est bona; at in conditionali importante solam connexionem moralem potest metaphysicè dari antecedens verum, & consequens falsum: ergo talis consequentia bona non est. Probatur minor: potest metaphysicè posita, & verificata conditione, non poni futurum cum illa connexũ: ergo potest metaphysicè antecedens esse verum, & consequens falsum. Patet hæc consequentia: nam si in re poneretur conditio, & futurum non poneretur, daretur in re antecedens verum, & consequens falsum: ergo si potest metaphysicè existere conditio, & non poni futurum cum illa connexum, potest metaphysicè dari antecedens verum, & consequens falsum.

20 *Respond.* Respondeo, concessâ maiori, negando minorem. Ad cuius probationem, concesso antecedenti; nego consequentiã: quia consequens ex vi conditionis non infertur vt certò futurum, certitudine metaphysica, sed solum vt futurum certò moraliter; licèt autem possit metaphysicè, existente conditione, non existere tale futurum absolutè, non tamen potest verificari conditio, quin consequens illatum ex illa sit moraliter certò futurum, qualiter solum infertur ex illa: vnde etsi possit physica potentia verificari conditio, & falsificari consequens illud in esse rei, non tamen potest falsificari quatenus infertur ex illa, nec morali potẽtia, nec metaphysica. Quę solutio ex dicendis *conclusione sequenti* manifestior fiet. Nec probatio consequentiæ conuincit: nam cum futuritio certa moraliter consistat in hoc, quod licèt metaphysicè possit non euenirè, semper tamen eueniet, eo ipso quod verificata cõditione, non existeret conditionatum, fieret, quod ex illa non inferretur esse futurum certò moraliter; quia tamen futuritio certa moraliter non excludit potentiam metaphysicam ad non existendum, non infertur ex tali potentia possibilitas falsificationis consequentis illati ex conditione quatenus infertur ex illa.

21 *Solutio Ruizij reiicitur.* Mitto solutionem Ruizij asserentis (teste Alarcon) non sequi ex eo quod in re poneretur conditio absque conditionato futuro, non esse bonam consequentiam moralem, aut non esse moraliter certo futurum. Quia vt dixi certitudo moralis euentus futuri, etsi admittat secum potentiam antecedentem metaphysicam ad oppositum eius, quod futurum dicitur, non tamen admittit non euentum actualem illius, cum consistat in hoc, quod licèt absolutè possit non euenire: semper tamen eueniet: sicuti impossibilitas moralis, qua homo lapsus impotens est ad victoriam grauis tentationis absque speciali auxilio, consistit in hoc, quod licet possit potentia antecedenti vincere illam, nunquam tamen eueniet vt vincat, nisi speciali Dei adiutorio muniatur, vt communiter explicatur *tractatu de gratia* 1. 2. *quæst.* 109.

22 *Obijcies.* Nec refert si obijcias, ex possibili posito in actu nullum sequi inconueniens; sed est possibile, quod verificata conditione non ponatur futurum moraliter connexum cum illa: ergo ex eo quod ita contingat, nullum sequitur inconueniens; cumque inconueniens maximum sit, quod in bona consequentia detur antecedens verum, & consequens falsum, fit manifestè consequentiam bonam non esse.

Respond. Etenim maior solum est vera quando est possibile absque vlla impotentia, secus autem, quando etsi sit possibile physicè, est tamen impossibile impotentia morali, & in nostro casu solum est possibile physicè, & moraliter impossibile data conditione non poni futurum: vnde inconueniens esset quod ita de facto non eueniret.

23 *Opones secundo:* Oppones secundo: conditionatum quod verè est futurum sub conditione aliqua, transit in absolutum purificata conditione; at etiam si purificetur conditio moraliter cum conditionato connexa, non transit in futurum absolutè, sed manet intra limites purè possibilis: ergo sub illa cõditione cognoscit nequit à Deo certa cognitione vt futurum, sed præcisè vt possibile.

Minor prob. Minor, in qua est difficultas, probatur sic primo: nam si conditione re ipsa existente futurum esset absolutè certò moraliter, taliter esset futurum, quod semper eueniret, etsi posset non euenire: ergo in illa, & ex illa posset euentus futurus cum omni infallibilitate cognosci præciso decreto prę determinatiuo efficaci nostrorum Thomistarum. Patet consequentia: ideo in nostra sententia in decreto prædeterminatiuo cognoscit Deus omnino infallibiliter euentum futurũ, quia etsi illo posito possit non euenirè, semper tamen eueniet: ergo si conditione moralitèr connexa posita, semper eueniet conditionatum cum illa connexum, cognosceretur à Deo cognitione infallibili, tã *subiectiuè*, quam *obiectiuè*, etiã si possit non euenire.

24 *Secundo probatur minor.* Secundo minor principalis suadetur. adhuc purificata conditione, potest Deus non decernere efficaciter eius futuritionem, quo decreto non dato, non esset fu-

futurum: ergo illa conditione data, manet indifferens, vt sit futurum, & non sit futurum. Patet hæc consequentia: nam id est indifferens ad esse, & non esse futurū quod vtrumque potest habere; at id quod est indifferens ad esse, & non esse futurum, est purè possibile: ergo purificata cōditione manet intra limites purè possibilis. Tertio probatur, quia in nostra sententia non stat trā situs de purè possibili ad aliquam rationē futuri, absque decreto efficaci diuino subiectiuè existente in Deo, vt constabit ex *infra* dicendis: ergo adhuc purificata conditione, nisi adsit efficax decretum diuinū non transit de purè possibili ad aliquam rationem futuri; & consequenter in illa, & ex illa nequibit sub aliqua ratione futuri certo cognosci, sed solum sub ratione purè possibilis.

Tertio.

25 *Quarto probatur minor.* Denique illa minor suadetur, quia in illa conditione existente, nec potest cognosci vt futurum per scientiam visionis; cum ex vi illius præcisè, non sit extra causas nec in propria mensura, nec in mensura æternitatis, nec potest cognosci vt futurum per scientiā simplicis intelligentiæ; quæ est necessaria, & solū terminatur ad purè possibilia: ergo nullatenus potest vt futurum cognosci ex vi illius; & consequenter ex illa nullam accipit rationem futuri, sed manet intra limites purè possibilis.

26 *Respond.* Ad hoc argumentum respondeo concessa maiori, negando minorem. Ad primam probationem concesso antecedenti, nego consequentiam; ratio autem discriminis inter decretum efficax, & conditionatum, de quo loquimur, est: nam posito decreto efficaci etsi possit non euenire res decretata in sensu diuiso, attamen in sēsu cōposito, nec methaphysicè potest nō euenire, ita vt omnino implicet coniungi negationem euentus rei, quæ decernitur, cum decreto prædeterminatiuo efficaci, & id circo in illo, & ex illo potest Deus euentum cognoscere sub ratione futuri cognitione omnino infallibili, tam *subiectiuè*, quam *obiectiuè*; at vero conditione posita, quæ solum moralitèr cum euentu connectitur, non solum in sensu diuiso, sed etiam in sensu composito potest non euenire futurum cum illa connexum potentia physica, ita vt negatio euentus possit cum tali conditione coniungi, & ideo in hac conditione existente nequit Deus cognoscere euentum futurum cognitione infallibili, *subiectiuè*, & *obiectiuè* infallibilitate methaphysica, sed solum cognitione *subiectiuè metaphisicè* certa, & *obiectiuè* certo moraliter.

Ad 1. probationē minoris.

27 Ad secundam minoris probationem distinguo antecedens: potest id non decernere potentia physica, concedo antecedens: potentia morali nego antecedens, & nego consequentiam: quia vt esset indifferens ad esse, & non esse futurum, debebat habere potentiam physicam, & moralem vt non esset futurum, & quia non potest moraliter non esse futurum etsi physicè possit, hinc fit, quod non habeat omnimodam indifferentiam ad vtrumque, & consequenter quod non maneat intra limites purè possibilis, sed habeat rationem futuri certo moraliter.

Ad 2.

28 *Ad 3. probationē minoris.* Ad tertiam minoris probationem, distinguo antecedens: nisi adsit decretum terminatum ad futurum in se, vel in causa, concedo antecedens: terminatum ad illud in se, nego antecedens, quod hoc requiratur ad omnem rationem futuri, & nego consequentiam: quia eo ipso, quod Deus decernat purificare conditionem, iam adest efficax decretum diuinum terminatum ad futurum, non in se ipso, sed in causa moraliter cum illius futuritione connexa. Itaque ad omnem rationem futuri requiritur decretum diuinum, hoc tamen decretum, vel potest esse de futuro in se ipso, vel de determinandis causis ad eius futuritionem: primum decretum solum requiritur ad futuritionem omnino infallibilem, secundum sufficit ad alios modos futuritionis.

29 *Decretū de determinatione causarū quæ duplex est.* Quadrupliciter autem potest esse decretum de determinatione causarum: primo, de determinatione omnino infallibili cum euentu futuro connexa, qualis est in nostra sententia determinatio per auxilium efficax physice prædeterminans, & ex tali decreto accipit effectus, futuritionem omnino infallibilem. Secundo, de determinatione non omnino infallibili, sed solum infallibilitate morali, qualiter determinat causam secundam conditio, de qua loquimur, & ex hoc decreto accipit effectus futuritionem, nō omnimo infallibilem, sed solum moraliter. Tertio, de determinatione solum coniecturaliter, aut probabiliter cum euentu connexa, de qua *conclusione sequenti*, & ex hac accipit effectus futuritionē certā solū coniecturaliter. Quarto, de determinatione contingenter omnino cū effectu connexa, & ex hoc decreto accipit effectus aliqualem rationem futuritionis, etsi non certā, aliquo ex modis recensitis. Ex quibus manifestū est omnē modum futuritionis absolutæ indigere decreto diuino, vel ad euentū in se, vel in causa ter-

Digitized by Google

terminato; solum autem ex decreto euentus in se, vel in determinatione causæ omnino infallibili, accipit futuritionem infallibilem omnino.

30 *Ad quartam probationē.* Ad vltimam probationem rēspondeo, cognitionem diuinam prout terminatur ad futurum certò moraliter, ex vi conditionis iam existentis, esse scientiam simplicis intelligentiæ: vnde negandum est scientiam simplicis intelligentiæ adæquatè esse necessariam, quia vt ex dicendis *infra* constabit, scientia futurorum purè conditionalium libera est, & est scientia simplicis intelligentiæ.

§. III.

Secunda conclusio veræ sententiæ.

31 *Secunda conclusio.* SIT SECVNDA CONCLVSIO. *Futura conditionata, coniecturaliter cum sua conditione connexa, cognoscuntur à Deo, ex vi conditionis, cognitione* metaphysicè *certa ex parte subiecti, & coniecturaliter obiectiuè* Ita Ledesma, Ruizius *vbi supra* relati, & communiter omnes Thomistæ. Suadeturque primo: nam Deus aliquando enunciat futura sub conditione aliqua, quæ solum coniecturaliter, & probabiliter sunt futura: ergo illa cognoscit, vt futura coniecturaliter; & consequenter cognitione *subiectiuè* omnimodo certa, & coniecturali *obiectiuè*: Consequentia est cui dens: nam omne, quod enunciatur à Deo, cognoscitur etiam ab illo. Antecedēs autem constat ex illis verbis Dei ad Moysem Exodi cap. 4. *Si non crediderint tibi, neque audierint sermonem signi prioris, credent verbo signi sequentis: quod si nec duobus his signis crediderint, nec audierint vocem tuam, sume aquam fluminis, & effunde eam super aridam, & quidquid hauseris de fluuio vertetur in sanguinem.*

Prob. 1.

32 Ex quibus tale formo argumentum: Deus prænuncians Moysi populum crediturum duobus signis, si fierent signa priora, & illis non crederent, cognouit certò, hoc conditionatum futurum, non vt futurum, certo sub illa conditione: ergo vt futurum coniecturaliter; & consequenter datur in Deo cognitio *subiectiuè* certa, & coniecturalis *obiectiuè*. Minor probatur: si Deus cognosceret illud futurum sub conditione vt certò futurū, non prouideret de signis sequentibus, & purificata conditione certò eueniret; at Deus prouidebat de signis sequentibus, & conditio fuit purificata, vt quidquid sub illa prænunciabatur, eueniret: ergo non cognoscebatur à Deo, nec prænunciabatur vt *obiectiuè* certò futurum, sed *coniecturaliter, dubiæ, & probabiliter.*

33 *Secundo probatur ex D. Augustino.* Secundo suadetur ex Augustino, *libro de prædestinatione Sanctorum cap.* 14. vbi explicans verba illa Sapientiæ 4. *Raptus est, ne malitia mutaret intellectum eius*, affirmat, quod illud est dictum secundum pericula vitæ huius: ergo cognouit Deus infantem illum, si non raperetur, in malum mutandum, secundum huius vitæ pericula; at ex his periculis non infertur peruersio iusti, vt certo futura sed solū probabiliter: ergo Deus cognouit illam certò ex parte subiecti, & coniecturaliter *obiectiuè*.

34 *Tertio probatur ex D. Th.* Tertio ex D. Thoma *in* 1. *distinctione* 38. *q.* 1. *art.* 5. *in corpore*, illis verbis: *Quædam autem sunt causæ ex quibus cōsequuntur effectus vt in maiori parte, sed tamē in minori deficiūt: vnde in istis causis effectus futuri non habent certitudinem absolutam, sed quandam, in quātum sunt magis determinatæ ad vnum, quā ad aliud, & ideò per istas causas potest accipi scientia coniecturalis de futuris.* Et paucis interpositis infert: *Dico igitur, quod intellectus diuinus intuetur ab æterno vnūquodque contingentium, non solum prout est in causis suis, sed etiam prout est in esse suo determinatū, &c.* Quā doctrinā repetit 2. 2. *q.* 171. *articulo* 6. *ad secundū*, & alibi sæpè.

35 Ex qua doctrina sic formo argumentū pro nostra conclusione: Deus cognoscit futurum contingens secundum quod habet esse in suis causis; at ex illis habet effectus coniecturalem futuritionem: ergo Deus certò subiectiuè cognoscit esse ex vi illarum probabiliter, seu coniecturaliter futurum; & consequenter etiam sub conditione talium causarum cognoscet cognitione subiectiuè certa effectum esse futurum coniecturaliter, seu probabiliter.

36 Den ique hac ratione à priori: effectum esse coniecturaliter futurum sub conditione cum qua habet connexionem probabilem, est veritas infallibilis, & necessaria: ergo cognoscitur à diuino intellectu; aliàs infinitus in cognoscendo non esset, si aliqua veritas ipsum lateret. Antecedens probatur: quia non minus est certum syllogismum probabilem inferre probabiliter, quam quod demonstratiuus inferat euidenter, quo circa vtrumque demonstratur à logica: ergo sicut est certum effectū esse euidenter futurum sub conditione, seu antecedenti inferetur euidenter, ita est verita certa, & infallibilis esse coniecturaliter futurum sub conditione, seu antecedenti, ipsum probabiliter inferente.

37 *Conf.* 1. Cōfirmatur hoc, & explicatur amplus: non minus est bona consequentia probabilis ad probabiliter inferendum, quam consequentia euidens ad inferendum euidenter: ergo sicut conditionalis constans

ex

ex antecedenti euidenter inferente, & enũcians euidentem illationem, est necessariæ veritatis, ita conditionalis de conditione inferente coniecturaliter enunciãs coniecturalem illationem, est veritatis infallibilis, & necessariæ.

Conf. 2. Confirmatur secundo: cognitio *subiectiuè* certa, & coniecturalis *obiectiuè*, est perfecta absque vlla imperfectione: ergo conceden debet intellectui diuino. Consequentia est bona. Antecedens autem constat quia non est errori, aut falsitati exposita, quæ sunt imperfectiones propriæ cognitionis: ergo nullam claudit imperfectionem.

Contra istam conclusionem obijciunt primo Recentiores quidam cum Vazquio *vbi supra cap. 2.* coniecturalis cognitio est errori, & falsitati exposita; at qui absurdũ est talem cognitionem Deo attribuere, quę errori, aut falsitati exposita sit: ergo repugnat Deo coniecturalis cognitio. Respondeo, maiorem esse veram de cognitione, quæ coniecturalis est *subiectiuè*, falsam vero de illa, quæ *subiectiuè* est omnino infallibilis, & solum *obiectiuè* coniecturalis, quia scilicèt obiecti coniecturas, & probabiles connexiones cognoscit: sicut nãque cognitio falsitatis vera est, & quandoque omnino certa, ita & potiori iure cognitio coniecturæ obiectiuè certa esse potest, & hanc secundam diuino intellectui atribuimus absque vlla absurditate, imò illa non vacat talem cognitionem ab eius intellectu reijcere.

Opponit Alarc. primo. *Respond.*

39 *Replicabis.* Si dicas: certitudo cognitionis ex certitudine obiectiua desumitur, vel adminus illam ex posit: ergo obiectum solum verum dubie, & coniecturaliter, terminare ne quit certam cognitionem; & consequẽter stare nequit cognitionẽ esse *subiectiuè* certam, & coniecturalem *obiectiuè*. Respondeo, certitudinem cognitionis desumi ex obiecto formali, non ex materiali; licet autem obiectum illud sit materialiter dubium, & probabile, formaliter tamen est certum; est namque certum, illud esse futurum coniecturaliter, licet non absolutè, & primum est quod formaliter per diuinam cognitionem attingitur. *Respond.*

40 *Secundo arguit Alarcon.* Obijcit secundo Alarcon: conditiones probabiliter solum cum effectu connexæ non extrahunt illum ab statu puræ possibilitatis ad statum futuritionis: ergo etsi ex illis cognosci possit sub ratione possibilis, non tamen sub ratione futuri. Consequentia tenet.

Antecedens probatur 1. Antecedens autem probatur, tũm, quia illis positis stat non poni effectum extra causas: ergo tunc falsò de tali effectu enunciabitur esse futurum; cum ad veritatem de futuro requiratur necessario habere in tempore venienti scientiam Dei necessariam. Tùm etiam: nam demus effectum illum re vera non esse habiturum euentũ, vt potest contingere, & multoties contingit, tunc fallum erit de illo dicere, *iste effectus erit*, & consequenter Deus hanc propositionem cognoscens falleretur: ergo manet positis illis conditionibus in statu puræ possibilitatis. *Secundo.*

41 *Tertio.* Tum denique: nam istæ duæ propositiones, *causæ sunt inclinatæ ad effectum ponendum*, & *effectus erit*, faciunt diuersum sensum; primam namque cognoscit Deus per scientiam visionis, & per verum assensum, effectum vero sub ratione possibilis per assensum simplicis notitiæ, & secundã propositionem per dissensum cognoscere debet, in casu, quo re vera ita non sit euenturum; at conditio solum probabiliter cũ euentu connexa, solum reddit causas magis inclinatas ad euentum, non autem sufficiunt, vt ex vi illarum sit verum dicere, quod erit effectus, v.c. ex eo quod voluntas magis inclinet ad mentiendum, quam ad verum dicendum, verificari nequit, *iste homo mentietur*; cum possit homo inclinationem vincere verum dicẽdo: ergo relinquunt illum intra statum puræ possibilitatis, nec extrahunt ad rationem futuri.

42 *Respond. Ad 1. probationem antecedẽtis.* Respondeo negando antecedens. Ad primam probationem concesso antecedenti, nego consequentiam: quia vt constat ex dictis *disputatione præcedenti §. 6.* stat aliquid esse futurum, quin in tempore habiturum sit existentiam: vnde etiam si nunquam verificanda sit propositio de in esse, adhuc conditione verificata potest ex vi illius habere rationem futuri.

Ad 2. Ad secundam distinguo antecedens: si absolutè enuncietur, concedo antecedẽs: si cum addito modificante, scilicèt, *probabiliter*, aut *coniecturaliter* erit, nego antecedens, & nego consequentiam: nam puræ possibilitati non solum opponitur euentus absolutè futurus, sed etiam illi opponitur euentus *probabiliter*, aut *coniecturaliter* futurus: de re namque possibili neutrum potest verificari, nec quod erit absolutè, nec quod erit coniecturaliter; cum ex causis omnino indifferentibus, à quibus fuse ipit denominationem purè possibilis, nec certo, nec coniecturaliter possit colligi euentus futurus.

43 *Ad tertiam.* Ex quibus ad tertiam probationem cõstat solutio: nam etsi ex causis magis inclinatis ad mendatium, non tamen omnino determinatis ad illud; verificari nequeat absolutè, quod homo mentietur, benè autem verum est ex vi illarum, quod probabiliter mentietur. Ex quo solum sequitur non

Digitized by Google

non habere ex illis futuritionem talem *simpliciter*, non autem colligitur, quod nō habeat ex illis futuritionem talem *secundum quid*, quæ vt talis debeat à diuino intellectu cognosci, quem ratione suæ infinitatis nulla veritas latere potest.

44 *Explicabis.* Si opponas, cōditiō inclinans causam, non tamen determinans illam ad dandam existentiam effectui, relinquit causam in statu indifferentiæ; at à causa indifferenti, vt tali, effectus recipit denominationem purè possibilis: ergo ex vi illius non constituitur in ratione illo modo futuri. *Respond.* Respondeo, distinguendo maiorem: in statu indifferentiæ æqualiter ad vtrumque se habentis, scilicèt, ad esse, & non esse effectus, quem respicit, nego maiorem: inæqualiter respicientis vtrumque, concedo maiorem, & distinguo minorem: à causa indifferenti æqualiter ad vtrumque, concedo minorem: inæqualiter, nego minorem, & nego consequentiam. Itaque denominatio purè possibilis conuenit effectui ex causa omnino æqualiter ad vtrumque se habente, scilicèt ad illius esse, & non esse; à causa omnino determinata ad illius existentiam prouenit denominatio futuri simpliciter, & à causa inclinata magis ad esse effectus, etsi non omnino determinata ad illud, prouenit denominatio futuri, non simpliciter, sed secundum quid, iuxta dicta *Disputatione præcedenti §. 6. conclus. 2. & 3* & licet futuritio ista non sit sufficiēs vt verificetur de effectu, quod erit absolutè, sufficit tamen, vt verificetur de illo, quod erit ex vi propensionis causarum, vel quod erit coniecturaliter, seu probabiliter.

45 *Instabis.* Sed instabis adhuc: à causa purè indifferenti prouenit effectui denominatio purè possibilis: ergo ab illa indifferenti, magis tamen inclinata ad esse, quam ad non esse effectus, proueniet denominatio non futuri, nec purè possibilis, sed magis possibilis. Patet consequentia: nā causæ indifferentia est forma extrinseca possibilitatis: ergo magis, vel minus de indifferentia in causa, erit forma tribuens magis, vel minus de possibilitate, nunquam tamen dabit denominationem futuritionis.

46 *Respond.* Respondeo retorquendo argumentum in hunc modum: determinatio causæ est forma extrinseca futuritionis rerum, vt ostendi *Disp. præcedenti*: ergo maior, vel minor determinatio causæ, erit forma extrinseca maioris, vel minoris futuritionis; at conditio inclinans causam ad esse effectus magis, quam ad non esse, est aliqua determinatio causæ: ergo sufficit dare denominationem aliqualem futuri: quia ergo conditio causam inclinans, aliqualiter illam determinat, transfert effectum ab statu puræ possibilitatis, & cum inter statum puræ possibilitatis, & statum existentiæ, præteritionis, & futuritionis, non detur medium; consequens sit, quod constituat illum intra statum futuritionis, non quidem certæ, nec quæ sit talis *simpliciter*, bene tamen futuritionis *secundum quid* talis, & coniecturalis, quatenus ex causa taliter inclinata cum fundamento illius futuritionem, magis quam non futuritionem possumus coniectari.

47 *Tertio arguitur.* Tertio contra eandem conclusionem obijci potest, consequentia probabilis, bona consequentia non est: ergo conditionalis propositio de conditione coniecturaliter solum cum conditionato connexa non est vera; & consequentèr nequit certò, & infallibilitèr à diuino intellectu cognosci ex vi conditionis, & in vi consequentiæ, qualiter de illa loquimur *in hac conclusione*. Consequentia tenet. Antecedens autem probatur: potest dari id illa antecedens verum & consequens falsum, vt constat in hac, *si Petro occurrerit amicus necessitate maxima affectus ab eo eleemosynam petens, porriget illam*, cuius conditio, seu antecedens, potest verificari, quin Petrus porrigat eleemosyna, quod ex tali antecedenti infertur; at in bona consequentia non potest dari antecedens verum, & consequens falsum, vt docet commune Dialecticorum axioma: ergo consequentia probabilis, bona consequentia non est.

48 *Respondetur.* Respondeo negando antecedens, quia licet non inferat consequens vt futurum certo euidenter colligit tamen bene vt futurum probabilitèr Ad probationem dicatur consequetiam bonam dupliceem esse, alteram inferentem consequens, vt in re verum, alteram solum inferentem consequens, vt probabilitèr verum; prima exigit ad sui bonitatem, quod numquam detur antecedens verum, quin consequens in re sit verum: secunda vero solum desiderat quod non possit antecedens esse verum in re, quin consequens sit probabiliter verum, quia solum isto modo continetur consequens in illius antecedenti, & solum isto modo infertur ex illo. Qua doctrina suppositā distinguo maiorem: potest dari in illa antecedens verum, & consequens falsum falsitate oppositā veritati consequentis in re, concedo maiorem: falsitate oppositā veritati probabili consequentis illati, nego maiorem, & distinguo minorem: in bona consequentia euidenti, concedo minorem: in bona probabili, sub distinguo minorem: falsitate oppositā veritati consequentis in re, nego minorē: oppositā veritati probabili cōsequētis illati

lati, concedo minorem, & nego consequẽtiam: quia vt consequentia probabilis, sit bona consequentia, sufficit quod semper, atque antecedens sit verum consequens sit probabiliter verum, quod stare potest cum falsitate eiusdem in re.

49 *Replicabis 1.* Sed oppones primo: stat antecedens illius consequentiæ esse verum in re, & cõsequens esse euidenter falsum; at cum falsitate euidenti non stat veritatem esse probabilem, sicuti cum cognitione euidenti falsitatis alicuius opinionis, non stat illi assentiri vt probabili: ergo consequens cõsequentiæ probabilis potest non esse probabiliter verum, suppositâ veritate antecedentis. *Secundo.* Secundo, consequens esse probabiliter verum, ita euidens est, sicut consequens necessarium esse euidenter verum: ergo si in consequentia probabili solum infertur consequens tanquam probabiliter verum, erit euidens, & non tãtum probabilis; & consequenter, vt consequentia probabilis sit, debet inferri consequens vt verum in re, & non solum vt verum probabiliter: isto autem modo non bene infertur consequens ex antecedenti, cum possit esse falsum, existente veritate antecedentis: ergo consequentia probabilis, bona consequentia non est.

50 *Ad 1. instantiam respond.* Respondeo ad primam instantiam, cum falsitate euidenti necessaria non stare simul probabilitatem veritatis, benè tamen cum falsitate contingenter conuenienti, etsi euidenter, vt talis cognoscatur, & cũ veritate antecedentis inferentis probabiliter, non stat falsitas necessaria consequentis, sed solum contingens, etsi euidenter cognita; ratio autem cur stet simul cum falsitate contingenti alicuius propositionis, etsi euidenter cognita, veritas probabilis, secus vero cum falsitate necessaria est: quia probabilitas sumitur ex motiuis, & causis; possunt autem causæ inclinare, ac proinde mouere ad assensum probabilem alicuius propositionis, etsi in re sit falsa contingenter, non vero si sit falsa falsitate necessaria, & idcò cum prima falsitate cognita euidenter compatitur benè probabilitas veritatis, secus cum falsitate necessaria.

51 *Ad 2.* Ad secundam, concesso antecedenti distinguo consequens: si totum illud inferretur in actu signato, concedo consequentiam: si solum exercitè quoad probabilitatem, & signatè quoad veritatem, nego consequentiam & hoc secundo modo infertur consequens vt verum probabiliter in cõsequentia probabili; assensus autem, quo Deus assentitur consequenti probabilis consequentiæ, ne erroritaut falsitati exponatur, terminatur ad illud vt verum probabiliter probabilitate signata ex parte obiecti vt terminantis cognitionem diuinam.

52 *Vltimo arguitur,* Denique argui potest ex Diuo Thoma *in corp. huius art.* illis verbis: *Alio modo potest considerari contingens vt est in sua causa, et sic consideratur vt futurum, & vt contingens, nondum determinatum ad vnum, quia causa contingens se habet ad opposita, & sic contingens non subditur per certitudinem alicui cognitioni.* Ex quibus tale formo argumentum: ex causa contingenti in re posita non potest accipi certa futuri contingentis cognitio in statu absoluto: ergo ex illa sub conditione non potest conditionatum contingens per certitudinem subdi alicui cognitioni; sed omne obiectum cognitum à diuino intellectu subditur illi per certitudinem: ergo ex vi conditionis contingentis, etsi probabiliter inferentis, non potest diuinus intellectus conditionatum futurum cognoscere. *Respond.* Respondeo, D. Thomam debere intelligi de certitudine tam subiectiuè, quam obiectiuè tali, non autem de cognitione certa subiectiuè, & coniecturali obiectiuè; ista namque haberi potest de futuro contingẽti ex vi propensionis causarum, etsi contingentium, & nõ repugnat diuino intellectui cognitio certa hoc genere certitudinis, vt satis ostendi.

§. IV.

Tertia assertio veræ sententiæ.

53 *Tertia cõclusio. Illã probat Vazquez.* TERTIA CONCLVSIO. *Futura contingentia conditionata disparata non possunt vt vera à diuino intellectu cognosci.* Ita Auctores quartæ sententiæ. Quam probat Vazquez vbi supra *cap. 4. num. 25.* eo quod vt conditionalis propositio sit vera, debet esse bona consequentia; at illa quæ importat conditionem nõ antecedentem, sed cum consequenti disparatè omnino se habentem, bona consequentia non est: ergo vera esse non potest, sed necessario est falsa; & consequenter per dissensum semper, & nunquam per assensum potest à Deo cognosci.

54 *Eius ratio est inefficax.* Hæc tamen ratio merito displicet, non solum exteris, sed etiam domesticis, & impugnatur breuiter: nam cætera conditionata contingentia cognoscuntur à Deo cognitione certa, non solum subiectiuè, sed etiam obiectiuè, vt concedit Vazquez, & omnes suæ familiæ, constabitque ex dicendis conclusione sequenti; & tamen cõditionales propositiones constantes ex illis non sunt bonæ consequentiæ euidentes, sed solum probabiles: ergo vt conditio-

Digitized by Google

tionalis propositio sit vera, non petit esse bona consequentia. Explicatur hoc amplius: Deus certo cognoscit hoc futurum conditionatum si vocauero Petrum consentiet, cognitione omnino infallibili; & tamen ex vi vocationis non sequitur consensus per bonam consequentiam euidentem: ergo idem quod prius. Probatur minor: quia in bona consequentia non potest dari antecedens verum, & consequens falsum; at stare potest veritas vocationis quin existat consensus: ergo non sequitur per bonam consequentiam ex vi vocationis.

55 *Respõdet Vazq̃z primo.* Respondet Vazquez primo, bonam consequentiam, quæ est talis ratione formæ syllogisticæ constans ex propositionibus vniuersalibus, aut ratione materiæ necessariæ, petere vt nec detur de facto, nec dari possit antecedens verum, & consequens falsum, quia in illa denotatur consequens necessario inferri ex vi antecedẽtis; secus autem quando consequentia est in materia contingenti, & non vniuersales propositiones assumit, sed infert ex antecedenti singulari: nam hæc non denotat consequens ex antecedenti necessario inferri, sed solum quod de facto inferatur: vnde ad eius bonitatem necessarium non est, quod taliter sequatur quod non possit non sequi, sed tantum, quod re vera cõsequens ex antecedenti de facto sequatur.

56 *Secundo respõdet.* Secundo respondet *ibi num.* 26. in casu, quo consequentis veritas non coniungeretur cum antecedenti, dari variationem aliquam in antecedenti, v.c. in hac consequentia: *si Petrus tali præueniatur cogitatione, respondebit*, si re vera cogitatione posita non sequatur responsio, aliqua variatio in cogitatione daretur, quia talis cogitatio, eo in casu, congrua non esset, sicut foret in casu responsionis, quare non seruaretur eadem omnino forma, quia non esset eadem omnino cogitatio, hoc est, cum omnibus circunstantijs: quo circa etiam in singulari potest dici esse determinatam formam, qua seruata, numquam potest dari antecedens verum, & consequens falsum.

57 *Prima solutio reijcitur. 1. Secundo.* Sed neutra solutio satisfacit. Et contra primam facit, tùm, quod destruit commune principium, quod tanquam naturali lumine notum, & omnibus perspicuum, supponunt, nec probant Dialectici. Tùm etiã: nam sequitur istas esse bonas consequentias: *Deus existit: ergo creat mundum*, supposito, vt supponitur, existere, & mundum creasse: *voluntas existit in homine: ergo elicit liberum amoris actum*: quod si Vazquez concedat, impugnandus non erit. Patet sequela: nam diuina existentia ad creationem requiritur, & ad illam de facto concurrit, & existentia voluntatis in homine necessaria est, tanquam conditio intrinseca, ad maioris elicientiam, ad illam quæ de facto aliquando concurrit: ergo si hoc sufficit ad bonam consequentiam, consequentiæ factæ erunt bonæ. Tùm denique: nam vt aliqua sit bona consequentia requiritur, quod inferatur consequens ex vi antecedentis, nec sufficit quod ab extrinseco principio illi coniungatur; at eo ipso quod ex vi antecedentis, præcisso omni extrinseco, consequens inferatur, non potest stare antecedentis veritas cum consequentis falsitate: ergo in bona consequẽtia, siue in materia contingenti, siue necessaria, non potest dari antecedens verum, & consequens falsum. *Tertio.*

58 *Secunda solutio impugnatur. Antecedens probatur 1.* Secunda solutio facilius rejcitur: nam congruitas, quæ deest cogitationi, quando consensus non sequitur, & adest, quando infertur consensus, non se tenet ex parte antecedentis, seu conditionis: ergo antecedens illius conditionalis in variarum manet in vtroque casu. Probo antecedẽs, tùm, quia in istius Auctoris sententia congruitas gratiæ, seu cogitationis in statu conditionato, est ab ipso consensu, & non ab aliquo ipsum præueniente quod si oppositum doceat Vazquez laudabo, cæterum non video quomodo in suæ Societatis principijs possit sustineri; at consensus se tenet ex parte consequentis, etiam in statu conditionali: ergo congruitas ex parte consequentis se tenet, & non ingreditur in antecedenti. Tùm etiam: nam ista consequentia, *si Petrus cogitatione congrua præueniatur, respondebit, & consentiet*, est omnino necessaria, & consequentèr conditionalis propositio necessariæ veritatis est: ergo cognoscitur per simplicem scientiam, & non per scientiam mediam; at prædictus Auctor affirmat cognosci per suam scientiam mediam illud conditionatum: ergo in ipsius principijs nequit congruitas importari ex parte antecedentis in prædicta conditionali. *Secundo.*

59 *Aliter probatur conclusio.* Missa igitur hac Vazquij ratione, aliter est suadenda nostra conclusio: nam conditionalis propositio, de conditione omnino disparata, non est vera, sed falsa: ergo conditionatum sub conditione, ad quam omnino disparatè se habet, nequit à diuino intellectu per assensum cognosci. Probo antecedens: quia in primis non est vera in vi consequentiæ, vt supponimus, & est per se notum; cum neque euidenter, neque probabilitèr inferat, neque est vera ex cuẽtu conditionatim futuro: ergo nulla gaudet veritate. Probatur antecedens pro secunda parte: conditionalis namque propo-

Digitized by Google

positio petit ad sui veritatem, quod euentus futurus sit dependentèr à conditione; at conditionatum omnino disparatum futurum non est dependentèr à conditione, aliàs non esset omnino inconnexum cum illa: ergo conditionalis propositio de cõditione omnino disparata, falsa est.

60 *Respondebis.* Respondebis ex contrarijs Auctoribus conditionalem, & particulam *si*, per quam constituitur, denotare posse illationem, & connexionem, seu causalitatem, & posse etiam denotare solam concomitantiã, seu simultatem in primâ, & secunda acceptione, non est vera conditionalis de conditione disparata ad effectum, in tertia autem, quam patitur particula *si*, posse esse veram, si effectus contingat simul cum conditione, & falsam, si non ita contingat.

61 *Cõtra 1.* Sed contra primo: nam simultas duorũ in futurum, enunciatur per vnam hypotheticam copulatiuam, v.c. per hanc; *Turca dormiet, & Paulus pœnitebit*; at conditionalis constans ex particula *si*, diuersum sensum facit à copulatiua: ergo non denotat simultatem solam, sed etiam dependentiam. *Secundo.* Secundo: nam conditionalis propositio non est synonoma; nec æquipollens cum temporali, cum hæc ad conditionales reducatur, teste D. Thoma *Opusc. 18. tract⁹. de enunciatione cap. 14.* illa autem sit conditionalis directè, & simplicitèr; at si multas euentuum importatur per temporalem propositionem, v.c per istam, *cum Petrus sederit, Paulus audiet concionem*: ergo conditionalis amplius importat, nempè causalitatem, & dependentiam.

62 *Tertio.* Denique: nam ex hoc, quod duo simul existant, vel simul currant, simultate temporis, aut loci, non dicitur verè vnum esse, vel currere, sub conditione alterius existentis aut currentis, nisi vnum ab alio dependeat: ergo ex hoc, quod duo sint futura simul tempore, vel loco, non verè dicetur vnum fore sub conditione alterius, nisi vnum sit futurum dependenter ab alio. Consequentia est euidens.

Antecedẽs probatur 1. Antecedens autem constans videtur, ni si terminis ab vti vellimus tùm quia aliàs vtrumque esset conditionatum, existens, & currens; cum non sit maior ratio vnius, quam alterius, quod videtur ridiculum. *Secundo.* Tùm etiam: nam quis dicet me existere sub conditione existentiæ Francisci, à qua mea existentia nullatenus pẽdet? *Tertio.* Tùm denique, nam ex hoc, quod dicitur existentiam esse conditionem, vt causa efficiens agat, interimus actionem ab existentia causæ dependere, & quia causa finalis potest finalizare, absque eo quod existat, dicimus existentiam non esse conditionem ad influxum causæ finalis, etiam si, quando suum influxum exercet, existat de facto: ergo id, quod est conditio respectu alicuius, penit necessario, quod ab illo dependeat.

63 *Cõtra tertiam conclusionem arg. 1.* Contra istam conclusionem obijcies sic primo, supposito, quod sit euenturum, quod Papa dormiente, Petrus audiat concionem, verè nunc affirmatur, *si Papa dormierit, Petrus audiet concionem*: ergo cognoscitur à Deo per certum assensum. Probatur antecedens: ex hoc, quod tempore futuro ita sit euenturum, quod Paulus à Deo vocatus illi consentiat, sequitur esse verũ pro nũc, & per assensũ cognitũ à Deo, *si Deus vocauerit Paulum consentiet*: ergo pariter in nostro casu. Pater consequentia: nam hoc secundum non ideò cognoscitur, quia consensus necessario ex vocatione infertur, vel necessàrio connectatur cũ illa, sed quia est euenturum; at etiam in casu antecedentis ita euenturum supponitur: ergo verè enunciatur de futuro, & à Deo tanquam verum cognoscitur.

64 *Confirm.* Et confirmatur: nam futurum conditionatum, à sua conditione dependes, non terminat certam cognitionem diuinam in conditione, ratione connexionis cum effectu futuro; cum conditio ratione sui indifferens sit, vt ponat, vel non ponat effectum, sed quia ita est euenturum in re, vt conditio coniungatur cum illo; at etiam in nostro casu ita eueniet: ergo etiam si inter conditionem, & effectum nulla interueniat connexio, est vera conditionalis; & consequenter per assensum certum, & euidentem est à Deo cognoscibilis.

65 *Respondetur.* Respondeo negando antecedens. Ad probationem, nego antecedens: sed quia decretatum est vnum: euenturum dependenter ab alio, consensum, scilicèt, dependentèr à vocatione; in casu autem nostro etiam si simul conditio, & effectus sint euẽtura, non tamen vnum cum dependentia ab alio, & ideò, etsi possit verè vtrumque de futuro enunciari, copulatiuè, non tamẽ potest verè conditionatim. *Ad confirm.* Ad confirmationem, concessa maiori, & minori, nego consequentiam: nam licet non cognoscatur conditionatum contingens in conditione ex vi connexionis, sed in vera sententia, in decreto de euentu futuro, & in sententia aliorum, in sua veritate obiectiua; vt tamen verè sit conditionatum futurum, necessariò requiritur, quod vnum sit futurum dependenter ab alio, quod ita contingit in conditionato habente connexionem cum conditione, non autem in conditionato disparato, & ideò primũ vt verum cognoscitur, secundũ autẽ non ita.

Di-

Digitized by Google

66 *Replic.* Dices, conditionales propositio sumpta rigorosè, non petit ad sui veritatem solam dependentiam effectus a conditione, sed etiam necessariam connexionem cum illa; at hoc non obstante, conditionata, quæ à sua conditione dependent, cognoscuntur vt vera, ergò inter illa non adsit necessaria connexio: ergo paritèr, etsi inter conditionem, & effectum dependentia nō adsit, poterit conditionatum vt futurum cognosci, ratione euentus. Consequentia videtur bona: nam si non obstante, quod rigor conditionalis necessariam connexionem petat, patitur particula *si*, quæ conditionalem constituit, sensum non ita strictum, ita vt verificetur ratione euentus ob solam dependentiam, cur etiam alium sensum, adhuc minus strictum, non cō patietur, in quo vera sit ab euentu futuro, non int. rueniente, dependentia. Maior autem probatur: nam dependentiam id circo desiderat, quia est bona consequentia; sed ad bonitatem consequentiæ requiritur necaßaria connexio, ita vt non possit dari antecedens verum, & consequens falsum: ergo conditionalis accepta cum toto rigore petit ad sui veritatem: non solam dependentiam effectus à conditione; sed etiam necessariam connexionem cum illa.

67 *Respond.* Respondeo, omissa maiori, & minori, negando consequentiam: quia licet verū sit, quod possit conditionalis propositio ab illo stricto rigore descendere, & accipi in alio, in quo solam dependentiam importet, non tamen adeò est extendenda, vt à conditionali sensu à copulatiuo, & temporali distincto, priuetur; quia tunc non conditionalis, sed copulatiua, aut temporalis erit; eo autē ipso quod nec importetur per illam necessaria connexio, nec dependentia effectus à conditione, non manet in sensu à copulatiuo, & temporali distincto, benè vero si quamuis necessariam connexionem non dicat, dependentiam tamen importet, & ideò potest manens conditionalis descendere à connexione necessaria importata, non tamen potest non importare vnius ab altero dependentiam.

68 *Secundo arguitur.* Obijcies secundo, *illud 4. Regum 13.* Elysei ad Regem Syriæ enunciatum futurum: *Si percussisses quinquies, aut sexies, siuè septies, percussisses Syriam vsque ad consumptionem: nunc autem tribus vicibus percuties eam.* Quod fuisse certo cognitum à Deo, constat ex eo quod fuit reuelatum Prophetæ: & tamen percussio Syriæ vsque ad consumptionem, non dependet à repetita percussione terræ quinquies, sexies, aut septies, sed omnino disparatè compa-ratur cum illa: ergo futurum conditionatum disparatum omnino, terminat diuinum assensum certum, & euidentem.

69 *Respond.* Respondeo, minorem esse veram, loquendo de effectu, & conditione ex natura rei, non autem de illis, suppositō diuino decreto: nam licet inter percussionem Syriæ vsque ad consummationem, & repetitam percussionem terræ, non sit cōnexio intrinseca ex natura rei, connectuntur tamen extrinsecè, ratione diuini decreti, quo voluit vt Rex non percuteret consummatè Syriam, nisi dependentèr ab illa conditione: & hoc decreto supposito iā non est conditionatum disparatè se habens respectu conditionis, sed ab illa dependens, & consequentèr potest tanquam verum cognosci.

70 *Replica bis 1.* Sed oppones primo, etiam conditionatum connexum cum conditione non est determinatè verum, sicut nec est determinatè futurum ante diuinum decretum, vt ex dicendis *disputatione sequenti* constabit: nam licet ante decretum sit verum vt futurum moralitèr, aut probabilitèr ex vi propensionis causarum, non tamen est verum vt futurum absolutè, & simplicitèr, nisi Dei decreto supposito: ergo si conditionatum disparatum supposito diuino decreto, est verè futurum, & vt tale cognoscitur, nullum inter vtrumque stat discrimen. Patet hæc consequentia: neutrum ex illis habet veritatem determinatam omnino infallibilem antecedentèr ad diuinum decretum: vtrumque illam habet, decreto supposito: ergo vtrumque eodem modo est verum; & consequentèr, in nullo discriminantur quoad veritatem.

71 *Secundo.* Secundo, conditionatum disparatum potest ratione diuini decreti esse verum, vt admittimus in hac solutione: ergo est ex se indifferens vt sit verum, vel falsum; & consequentèr non differt in aliquo à conditionato habente conditionem antecedentem, quod etiam indifferens est vt sit verum, vel falsum, & neutrum habet veritatem determinatè. Secunda subillatio est nota. Antecedens à Nobis concessum. Prima autem consequentia probatur: nā id est indifferens ad verū, & falsum, quod vtrumque potest habere.

72 *Ad 1. obiectionē respond.* Respondeo ad primam obiectionem, concesso antecedenti, negando consequētiam. Ad probationem, concesso antecedenti, nego consequentiam: ratio autem discriminis est; quod in conditionato disparato, vt sit verum, requiritur quod decretum transferat illud de disparato in non disparatum, ponendo connexionem inter effectum, & conditionem: vnde semper verificatur, conditionatum disparatum non cog-

cognoſci vt verum à diuino intellectu; quia quando vt verum cognoſcitur, iam non manet diſparatum: conditionatum autem habens connexionem cum ſua cõditione, talem mutationem non petit, ſed ſolum quod Deus decernet futuritionem effectus ſub illa conditione; non dans, ſed ſupponens connexionnem inter vtrumque.

73 *Ad 2.* Ad ſecundam, conceſſo antecedenti, diſtinguo conſequens pro prima parte: eſt indifferens vt ſit verum, commutata conditione de diſparata in non diſparatam, concedo conſequentiam: conditione inuariata manente, nego conſequentiam: & in hoc diſcriminatur à conditionato habente conditionem antecedentem, quod vt ſit verum mediante decreto, neceſſariũ non eſt, quod decretum aduenies conditionem immuter, ſed ſolum, quod effectus futuritionem ſub tali conditione decernat. Ex quo conſtat propoſitionem conditionalem de conditione diſparata eſſe determinatè falſam, ſi enunciet dependentiã intrinſecam, & ex natura rei effectus à cõditione; ſi autẽ ſolam dependentiã enunciet, ſiuè ab intrinſeco, ſiuè ab extrinſeco, eſſe indifferentẽ ad veritatẽ, & falſitatẽ, quia poteſt eſſe vera, ſi decretum adueniat dans dependentiam, & falſa, ſi oppoſitum decretum contingat, ſemper tamen veritas noſtræ concluſionis ſubſiſtit affirmans conditionata diſparata vt vera non cognoſci, quia ſi cognoſcuntur vt vera, diſparata nõ manent, ſed mutatur conditio ratione decreti.

74 *Vltimo arguitur.* Denique obijcies: Deus cognoſcit per aſſenſum, futurum ſub conditione retrahente: ergo etiam futurum ſub conditione diſparata. Conſequentia certa videtur; nam multo minus pendet futurum à conditione, quæ retrahit ab exiſtentia illius, quam à conditione omnino diſparata, quę nec iuuat, nec impedit eius exiſtentiam. Antecedens autem probatur: nam cognoſcit vocationem ſufficientem non congruam, at hanc cognoſcere non poteſt, niſi cognoſcendo, quod ſi Petrus in tali occaſione vocetur ab ipſo, diſſentiet, & reſiſtet ſuæ vocationi: ergo cognoſcit certò futurum diſſenſum ſub conditione ſuæ vocationis, quæ cum ad aſſenſum inclinet, eſt conditio retrahens à diſſenſu.

75 *Si reſp.* Si forte dicatur, incongruitatem gratiæ ſuæ cognoſcere. Deum, non cognoſcendo futurum diſſenſum ſub conditione vocationis diuinæ, ſed per hoc, quod cognoſcit, ſi Petrus in tali occaſione praua cogitatione tangatur illi conſenſurum, etiam ſi eodem tempore per Dei vocationem ad bonum inuiretur, quod futurum non eſt ſub conditione retrahente, ſed antecedente.

76 *In contrariũ obſtat.* In contrarium obſtat; nam ſequitur ex hac ſolutione, quod vt Deus ex certa ſcientia tangat hominem vocatione non congrua, neceſſarium ſit, quod præuideat abſolutè futurum affectum reſiſtentem in voluntate illius, & id circo illum vocet, aliàs non vocaturus, quod indecens, & incongruum videtur: cum valdè diminuat gratiam vocationis, imò & tollat ab illa omnem rationem gratiæ: nam quæ gratia eſſe poteſt, quod Deus decernat vocare hominẽm in occaſione, in qua videt futurum impedimentum, ſub quo illi reſpondere non poteſt, non vocaturus aliàs, ſi tale impedimentum non præuideret? Sequela autem probatur: nam iuxta hanc ſolutionẽ, nequit cognoſcere, incongruitatem gratiæ per hoc, quod prænouerit Petrum vocatum non conſenſurum, ſed per hoc, quod præuideat, quod ſi tangatur cogitatione turpi, ſequetur illam: ergo vt ex certa ſcientia cognoſcat ſe vocare hominẽ, vocatione non congrua, eſt omnino neceſſarium, quod præuideat cogitationem turpem impediturum ſanctam cogitationẽ, & quod illa præuiſſa tangat hominem ſancta cogitatione.

77 *Vera argumenti ſolutio.* Miſſa hac ſolutione, vt inutili in noſtra ſententia, ad argumentum factum, reſpondeo negando antecedens. Ad probationẽ, conceſſa maiori, nego minorem: nam cũ in noſtra ſententia gratia ſufficiens, & efficax ab intrinſeco, differant, penetrando perfectè naturam vocationis, qua hominem inuitat, illius congruitatem, aut incongruitatem cognoſcit, abſque eo quod recurrat ad illam conditionalem de conditione retrahente ab effectu. Imò addiderim, quod in noſtra ſententia, ſicut Deus hanc conditionalem, *ſi vocauero Petrum vocatione efficaci, conſentiet*, cognoſcit per ſcientiam ſimplicis intelligentiæ neceſſariam, quia conſequentia eſt omnino infallibilis, etſi conſequens contingẽs ſit; ita & hãc conditionalem, *ſi vocauero Petrum vocatione ſufficienti præcisè, non reſpondebit*, ſcientia neceſſaria cognoſcit, quia euidentèr infertur libera negatio conſenſus ex vocatione præcisè ſufficienti.

78 *Inſtabis.* Sed dices, hoc conditionatum, *ſi vocauero Ioannem vocatione præcisè ſufficienti, diſſentiet*; cognoſcitur à Deo, in noſtra ſententia, ſcientia neceſſaria; & tamen eſt futurum ſub conditione retrahente: ergo Deus cognoſcit futurum diſſenſum ſub conditione retrahente. Probatur minor: eſt futurus diſſenſus ſub conditione gratiæ ſufficientis; at gratia ſufficiens, ad aſſen-

assensum inclinat, & à dissensu retrahit: ergo dissensus est futurus sub conditione retrahente. *Respond.* Respondeo, gratiam præcisè, aut purè sufficientem importare duo, nempè, entitatem positiuam gratiæ, quæ dat posse, & negationem gratiæ efficacis applicantis ad actum, & licet quoad primum sit conditio retrahens à dissensu; quoad secundum tamen non conditio retrahens, sed conducens ad illum debet censeri, non quia carentia gratiæ efficacitèr extrahentis assensum sit causa dissensus, (aliàs culpa verteretur in Deum,) sed quia est cõditio necessaria omninò, vt dissensus existat: nam cum gratia efficaci non compateretur dissensus, ac proinde carentia illius necessaria conditio, est vt dissentiat voluntas Deo sufficienti gratia vocanti.

§. V.

Statuitur quarta conclusio, & examinantur minùs efficacia motiua.

79 *Quarta cõclusio.* QVARTA CONCLVSIO SIT. *Omnia alia conditionata futura cognoscuntur à Deo, non solum cognitione certa moraliter, aut coniecturaliter, sed etiam cognitione omninò infallibili, vel vt determinatè vera, vel vt determinatè falsa.* Diximus in prima, & secunda assertione, Deum cognoscere futura connexione moraliter certa cũ sua conditione connexa, cognitione *subiectiuè metaphysicè* certa, *obiectiuè* autem certa moraliter, & futura sub conditione inferente coniecturaliter, cognitione *subiectiuè* certa, & coniecturali *obiectiuè*, modò asserimus in hac conclusione omnia hæc futura, & alia quæ gaudent conditionibus non disparatis; sed antecedentibus, cognosci à diuino intellectu cognitione omninò infallibili, idest, non solum *subiectiuè*, sed etiam *obiectiuè*, abstrahendo pro nunc à medio talis cognitionis, de quo fusè agendum est *infra*.

80 Conclusionem istam tenent omnes Auctores quartæ sententiæ, & adeò acriter à quibusdam defenditur, vt oppositam censeant parum consonam fidei principijs, & parum in fide securam, à qua nota doctè satis inter alios eam vendicauit Magister Curiel *vbi supra*. Mouentur primo ex pluribus Sacræ Paginæ testimonijs, in quibus prædicuntur à Deo hæc conditionata futura. Primum est illud 1. Regum cap. 23. vbi Dauid Dominum consulenti: *Si tradent me viri Ceillæ in manus eius; etsi descendet Saul, sicut audiuit seruus tuus? Indica seruo tuo, dixit Dominus, descendet; Dixitque Dauid, si tradent me viri Ceillæ, & viros, qui sunt mecum in manus Saul? & dixit Dominus, tradent.* Quibus verbis, & Saulis descensus, & traditio Ceilanorum Dauidis in manus eius prædicuntur à Deo sub conditione permanentiæ Dauidis in Ceila. Secundum desumunt ex illo 3. Regum cap. 11. *Non ingrediemini ad eas, nec de illis ingredientur ad vestras, certissimè enim auerten corda vestra vt sequamini Deos earum*: vbi sub conditione, quod filij Israel acciperent sibi in vxores filias alienigenarum Idolatria tamquam certò futura prænoscitur. Tertium ex Ieremiæ cap. 38. illis verbis: *Et dixit Rex Sedecias ad Ieremiam: solicitus sum propter Iudæos, qui transfugerunt ad Caldeos ne fortè tradar in manus eorum, & illudant mihi; respondit autẽ Ieremias, non te tradent.* Quartũ ex Ezechielis cap. 3. illis verbis: *Non ad populum profundi sermonis, & ignotæ linguæ tu mitteris, & si ad illos mitteretis ipsi audirent te.*

Illam probant aliqui ex testimonijs Scripturæ. *Primũ est.* *Secundo* 3. Reg. 11. *Tertium* Ier. 38. *Quartũ* Ezech. 3.

Quintum est illud Sapientiæ cap. 4. *Raptus est ne malitia mutaret intellectum eius*; vbi iusti peruersio futura prædicitur sub conditione vitæ durantis. 81 *Quintũ.*

Denique sextum, vt alia omittam, illudque celeberrimum sumunt ex Matthæo capit 11. illis verbis: *Væ tibi Corozaim, væ tibi Bethsaida, quia si in Tyro, & Sydone factæ essent virtutes, quæ factæ sunt in vobis, olim in cilitio, & cinere pœnitentiam egissent.* Quibus, Tyros, & Sydonios pœnitentiam acturos sub conditione signorum, quæ apud Iudæos fuerunt patrata, Christus Dominus prædicit, vt Iudæorum duritiam ex probaret. Ex his, & alijs pluribus, tale argumentum deducunt. Quod à Deo, aut Prophetis, vt futurum prædicitur, est certò futurum, & vt tale cognoscitur, aliàs prædictioni Propheticæ posset falsum sub esse; at hæc, & alia plura conditionatim futura prædicuntur à Deo: ergo certò cognoscuntur ab ipso. 82 *Sextum.*

Si respondeatur ex hoc solum colligi, aliqua conditionatim futura, quæ in scripturis sunt reuelata à Deo infallibili cognitione cognosci, non autem inferri, quod de omnibus conditionatim futuris habeat omninò certam cognitionem. 83 *Si respõdeatur illis.*

In contrarium obijciunt primo: nam est eadem ratio de his, ac de alijs quoad terminare cognitionem diuinam certam omninò: ergo si hæc cognoscuntur certa cognitione, etiam alia certò cognoscentur. *Opponũt primo.*

Secundo: nam hæc non ideò sunt vera quia reuelata, sed ideò reuelata quia vera: ergo etiam alia, & si non reuelentur veritatem habebunt, & à Deo vt talia debent cognosci. *Secundo.*

Hoc tamen argumentum non vrget, & dupliciter peccat: primo, in eo quod ex particularibus adæquatè non numeratis 84 *Hoc arg. peccat dupliciter.*

Illustr. Epis. GODOY in 1. p. Tom. 2.

Digitized by Google

ad vniuersale distributum procedit, & ex eo quod aliqua vt vera cognoscãtur à Deo, colligit omnia vt vera debere cognosci: à qua illatione facili negotio se expediunt Auctores contrarij asserendo: ea quæ prædicuntur à Deo cognosci ab ipso certò, & infallibilitèr ratione decreti, quo illorum existentiam sub aliqua conditione decreuit, quod decretum circa alia non reuelata negabunt: vnde disparem rationem inter hæc, & illa assignabunt. Ad primam impugnationem huius solutionis negabunt maiorem, scilicèt esse eandem rationem de his, & de alijs.

Ad 1. impugnationẽ solutionis datæ respondebunt contrarij.

85 *Ad secundam.* Ad secundam, concesso antecedenti, negabunt consequentiam: nam licet non ideò sint vera quia reuelata; sunt tamen ideò vera quia decretata à Deo, quod decretum ex reuelatione sufficienter colligitur eo quod absque illo stare nequeat obiectiua veritas futurorum, quæ ad reuelationem diuinam necessàrio supponitur; & quia hoc decretum erga alia non potest euidenter ostendi, cum Deus liberè hoc, vel illud decernat & ab omni libero decreto potuerit manere suspensus, vt ex *infra* dicendis constabit, hinc fit disparem rationem posse assignari, ob quam, & si conditionata reuelata in Scriptura, certò cognoscantur à Deo, non rectè inferatur omnia alia, de quibus in Scriptura nulla fit mentio, debere vt vera à diuino intellectu cognosci.

86 *Secundo.* Secundo peccat in eo, quod ex Prophetica prædictione veritatem omninò infallibilem horum futurorum in se ipsis colligere intendit. Cuius illationis malitia constans est in doctrina Diui Thomæ *quæstione 12. de veritate, articulo decimo, & secunda secundæ, quæst. 179. art. primo*, vbi & alijs locis, triplicem Prophetiam Angelicus Doctor distinguit: aliam præscientiæ: aliam prædestinationis: & aliam comminationis: inter quas hoc ad nostrũ intentum versatur discrimen, quod prima, & secunda species prophetiæ terminantur ad futura prout in se ipsis: vnde ex illis veritas futurorum in se euidenti illatione colligitur: tertia autem, non futura prout in se respicit, sed dispositionem, & ordinem causarum ad ipsa; ac pro inde stante hac dispositione causarum, & si euentus veritas non extet, subsistit veritas propheticæ reuelationis, quæ primum, non secundum attendit; sicut fuit vera Prophetia Isaiæ ad Regem Ezechiam, qua illius mortem per commination em prædixit his verbis: *Morieris, & non vives*, quod ita erat iuxta dispositionem causarum, quam propheticum dictum respexit, etsi rei euentus non ita contingerit, quem non respiciebat. Quad doctrina suppositа, ad omnia testimonia Scripturæ, & alia, quæ magno armorum strepitu congerunt isti Austores, satis probabilitèr potest occurri vnica solutione, ea futura prædici, non vt in se ipsis futura, sed iuxta dispositionem præsentem causarum, vel probabilitèr, vel certè moraliter ad id inclinantium.

Et quidem primum *ex primo Regum 23. cap.* esse intelligendum de futuritione non omninò infallibili, sed iuxta dispositionem præsentem causarum, nempè, quia Ceilani ita erant dispositi, vt Dauidem traderent, & Saul ad descensum parátus, doctè probat Magister Curiel ex Paraphrasi Caldaica, iuxta quam Regis interrogatio, & diuina responsio ex primuntur: *An cogitantes tradere me habitatores Ceilæ in manu illius? Num cogitans descendere, iuxta id quod audiuit seruus tuus?* & dixit Dominus: *Cogitat descendere, & cogitant tradere.* Vbi verbo *descendet*, & verbo *tradent*, quibus vertit nostra Vulgata, respondet verbum *cogitant* in versione Caldaica; ex hoc autem, quod Saul cogitaret descendere in Ceilam, & Ceilani cogitarent Dauidem tradere in manus illius, solum denotatur futurus descensus, & futura traditio, non cum omnimoda infallibilitate, sed iuxta præsentem dispositionem, & præparationem causarum.

87 *Ad 1. testimoniũ, quo vtuntur resp.*

Nec refert si obijcias, lectionem Vulgatæ, omnibus debere præferri; at iuxta Vulgatam responsio explicatur per verbum *descendet*, & *tradent*, quæ denotant infallibilitatem euentus: ergo sic debet responsio interpretari. Nam, concessa maiori, distinguo minorem: ita vt alium sensum in Vulgata non inusitatum admittant; quo denotetur non infallibilitas futuri quoad euentum, sed solum quoad dispositionem causarum, concedo minorem: ita vt solum in illo sensu possint interpretari, nego minorem, & consequentiam. Quod autem sensus iste in similibus sit vsitatus, cõstat ex illo Isaiæ 38. cap. *Morieris, & non vives*: vbi non minus euentus mortis denotatur futurus, quam in nostro testimonio euentus traditionis, & descensus; & tamen non infallibilitatem euentus, sed futuritionem mortis, iuxta præsentem dispositionem causarum prædicit Propheta.

88 *Oppones.* *Respond.*

Secundum ex *tertio Regum 11. cap.* interpretari potest, non de futuritione idolatriæ sub illa conditione omninò infallibili, quoad euentum, sed solum moraliter certa. Nec obstat adverbium *certissimè*: quia ad illius veritatem hoc sufficit: sicut necessarium dicitur, quod est necessarium moraliter; & impossibile, quod moraliter

89 *Ad secundum. Oppones. Respond.*

Digitized by Google

liter solum est impossibile, iuxta illud: *Necesse est vt veniant scandala, & impossibile est vt non veniant scandala*: qualiter etiam satis probabiliter cætera testimonia explicari posse, rectè probat Sapientissimus Magister Curiel vbi supra *numero vigesimo nono*, & *sequentibus*, præcipuè illud Sapientiæ quarto capitulo: *Raptus est ne malitia mutaret intellectum eius*, hanc interpretationem admittere constat ex Sancto Augustino libro de Prædestinatione Sanctorum decimo quarto capitulo, vbi explicans allegata verba; sic habet: *Dictum est secundum pericula huius vitæ, non secundum præscientiam Dei*, &c.

Ad tertiũ Et illud Matthæi *cap.* 11. non vt omninò certò, sed ad summum certitudine moralii futurum à Christo prædici, videtur colligi ex verbis paulò inferius sequentibus: *Quia si in Sodomis factæ fuissent virtutes, quæ factæ sunt in te, forte mansissent vsque in hanc diem.* In quibus particula *forte* metaphysicam certitudinem ex parte euẽtus videtur excludere.

90 *Opponeꝛ.* Si opponas verba illa Sancti Augustini libro de Dono perseuerantiæ cap. 9. *Sed numquid possumus dicere etiam Tyrios, & Sydonios talibus apud se virtutibus factis credere noluisse, aut credituros non fuisse si fierent, cum eis, ipse Dominus attestetur, quod acturi essent magnæ humilitatis pœnitentiam, si in eis facta essent diuinarum illa signa virtutum.* At si futurum illud non prædiceretur à Christo, vt omninò certò euenturum, posset quis dicere Tyrios, & Sydonios sub prædicta conditione non acturos pœnitentiam; cum id, quod omninò certum non est, possit non euenire: ergo ex mente Sancti Augustini testimonium illud intelligendum est de futuritione conditionata, quoad euentum omninò infallibilem.

Respond. Responderi potest, quod id, quod est futurum certò moraliter, & si metaphysicè possit non euenire; moraliter tamen non potest, quæ impotentia moralis consistit in hoc, quod licet possit non euenire, tamen semper euenit: vnde cum Tyriorum pœnitentia sub illa conditione esset moraliter certò futura, numquam possemus dicere, verificata conditione, non acturos pœnitentiam, vt docet Parens Sanctus Augustinus.

91 *Instant Recentiores primi.* Contra istam interpretationem multis insurgunt Recentiores quidam, primo ex Deuteronomij decimo octauo capitulo, vbi tradens Dominus regulam dignoscendi verum à falso Propheta, sic ait: *Hoc habebis signum, quod in nomine Domini Propheta ille prædixerit, & non euenerit, hoc Dominus non est loquutus, sed per tumorem animi sui Propheta confixit, & id circo non timebis eum.* At si verus Propheta reuelare posset aliquid sub conditione futurum, solum secundum dispositionem causarum, quod tamen, conditione impleat, posset ab euentu frustrari hæc regula inter verum, & falsum Prophetam distinguens non subsisteret; cum posset, quamuis euentus non ita contingeret, verus Propheta censeri, ex hoc quod causæ essent præparatæ ad euentum: ergo interprætatio tradita non potest subsistere.

92 *Secundo.* Secundo: vbi nullum est verbum moralem solum denotans certitudinem, non adest fundamentum ad limitandam prædictionem diuinam ad minorem infallibilitatem, quam præseferunt verba; at in multis ex illis prædictionibus circa futura conditionata, nullum est verbum innuens certitudinem solum moralem: ergo absque fundamẽto limitantur à Nobis *infra* metaphysicam certitudinem.

Tertiò. Tertio: quia non minus frequentèr prædicuntur hæc conditionatim futura, quam futura absoluta; at prædictio absolutorum interpretari non licet de coniecturali cognitione, aut de cognitione obiectiuè solum moraliter certa; aliàs Gentiles, & Hæretici negantes Deo omninò certam futurorum absolutorum notitiam, non possent ex Scripturis conuinci: ergo nec prædictio diuina circa conditionata potest cum fundamento interpretari de cognitione coniecturali, aut solum moraliter certa.

93 *Quarto.* Quarto: nam iudicium affirmans absolutè rem fore sub conditione aliqua; si solum sit futura iuxta dispositionem causarum, exponatur falsitatis periculo, at in pluribus ex prædictis conditionatis datur Dei prædictio de illorum euentu absque limitatione; & consequenter iudicium in Deo absolutè affirmans esse futura sub conditione: ergo si solum essent futura iuxta dispositionem præsentem causarum, falsitati esset expositum iudicium diuinum.

Quinto. Quinto: si Dei prædictiones circa conditionata oriantur ex certa præscientia terminata, non solum ad dispositionem causarum, sed etiam ad ipsum conditionatum euentum, maiori cum proprietate explicantur; at omni ex illa præscientia nullum est inconueniens: ergo debent sic interpretari, nam Scripturæ verba debent accipi cum maiori proprietate possibili, si ex illa nullum inconueniens sequatur.

94 Hæc tamen, & si benè excogita-

Digitized by Google

Ad 1. inſtantiam reſpondere poterit contrarij Auctores.

ſint non adeò vrgent Auctores contrarios, vt ad illa ſatis probabiliter non poſſint occurrere. Ad primum, verum Prophetam prædicentem abſoluta futura à falſo diſtinctum probati per executionem euentus; prædicentē verò conditionata non per euentum poſita conditione, quia non prædicit, vt omninò certò futurum, ſed per præſentem diſpoſitionem cautarem, quā reſpicit, & in qua fundatur coniecturalis cognitio, aut cognitio moraliter certa. Quod autem illa regula non ſit vniuerſalis pro omni prædictione prophetica, conſtat in Prophetia comminationis, quæ non eſt cum euentu connexa infallibiliter: demus ergo verum, & falſum Prophetam aliquid futurum comminatoriè prædicere, certè rei euentus non poterit vtrūque diſtinguere, cum vterque prædicat rem non euenturam: diſtinguentur ergo inter ſe pens hoc, quod verus prædicit iuxta præſentem diſpoſitionem, quam verè prænoſcit, & reuera exiſtit; alter autem iuxta diſpoſitionem, vel quæ non eſt, vel quam ipſe perfectè non callet: pariter ergo poterunt ad obiectionem factam contrarij Autores reſpondere.

95 *Ad ſecundam.*

Ad ſecundum negabunt maiorem: nam etſi non ſit verbum, moralem ſolum denotans certitudinem, ſi tamen obiectum reuelatum aliam non ſubſtineat, poterit, & debebit prædictio interpretari de certitudine ſolum morali; conditionata autem aliam non admittere, defendunt contrarij: nec ab his Auctoribus poterunt conuinci; cum nec iſti admittant decreta *ſubiectiuè* abſoluta, & conditionata *obiectiuè*, quibus ſublatis manifeſtè conuincitur in futuris conditionatis non eſſe veritatem determinatam cognoſcibilem cum omni certitudine.

96 *Ad 3.*

Ad tertium, conceſſa maiori, & minori, negabunt conſequentiam: quia circa futura abſoluta dantur ab æterno in Deo decreta *exercitè* exiſtentia, quibus ſuppoſitis determinatam habent veritatem omninò infallibiliter cognoſcibilem, cuius decreti conterna exiſtentia contra Hæreticos, & Gentiles manifeſtè conuincitur; & ideò abſque vllo fundamento illorum prædictio de cognitione ſolum certa moraliter poteſt interpretari; at circa contingētia conditionata negant decreta ab æterno exiſtentia, & Auctores Nobis contrarij in hac concluſione, & etiam illi qui has obiectiones fulminant contra imaginatos Thomiſtas: quare cum ſublato decreto veritas determinata futurorum pro radice euellatur, niſi euidenter probetur huius generis decretorum æterna exiſtentia, quod Recentiores iſti non facient, ſufficiens diſcrimen inter vtraque futura, & illorum prædictiones ſubſiſtit.

97 *Ad 4.*

Ad quartum reſpondere poterunt; conceſſa maiori diſtinguendo minorem: abſque limitatione explicata per verba, concedent minorem: ſub intellecta in illis, & explicitè cognita à Deo, negabunt minorem, & conſequentiam.

Ad vltimum.

Ad vltimum, negabunt minorem: quia cum negent decreta abſoluta circa hæc futura, quę Auctores iſti his argumentis vtentes etiam recuſant, magnum eſſe inconueniens abſque his decretis contingentia conditionata terminate cognitionem diuinam infallibilem, etiam obiectiuè; cum ex hoc ſequeretur eſſe aliquid aliqua ratione futurum independenter à voluntate Dei. De quo *inferius* plura.

98 *Secundo arguunt ex PP.*

Secundo principaliter arguunt ex quadam communi PP. doctrina, quibus cum infidelibus eſt controuerſia, an Deus omnia futura prænoſcat? Et rationem in contra ex Hæreticis his verbis proponit Cyrillus libro 9. in Ioannem capite 10. *Si omnia ſcire Chriſtus creditur, cur Iudam, qui futurus proditor erat, elegit? Cur Saulem eligiſti, quem ſciebas gratiam tuam ſpreturum? Cur primum hominem de terra formaſti, quem ſciebas mandatum non ſeruaturum? Cur Angelorum naturam creaſti, cum vt Deus præuideris futuram nullorum reuelionem?* Eandem quæſtionem mouent Hieronymus *lib. 3. contra Pelagianos cap. 2.* Tertulianus *lib. 2. adverſus Marcionem cap. 5. 6. & 7.* Damaſcenus *libro adverſus Manicheos propè medium*; & alij.

99

Cui difficultati Cyrillus ab inconueniēti ſatisfacit: nam ex his, quæ obijciuntur, conſequitur, quod aut nihil omninò creare debuerit, aut ſolum intentatam naturā. Hieronymus, & Tertulianus occurrunt & dicunt, idcirco creaſſe, quas nouit malas futuras, quia Deus præſentia iudicat, non futura, nec condemnat ex præſcientia, quem nouerit talē fore, qui ſibi poſtea diſpliceat, ſed tantæ bonitatis eſt, vt eligat cum, quem interim malum cernit, & ſcit bonum futurum. Denique Damaſcenus reſpondet, fuiſſe in cauſa bonitatem diuinam, quæ vicit præcientiam; at ſi in Deo non eſſet præſciētia de Angelorum lapſu, ſi illos creaſſet, de peccato primi Parentis, ſi illum condidiſſet, &c. facilior eſſet reſponſio negata præſcientia: ergo PP. non ſic difficultati poſitæ reſpondentes, ſed modo iam dato, manifeſtè ſupponunt in Deo certa præſcientiam futurorum ſub conditione.

110

Hoc argumentum exagerāt, & vrget Herice *diſp. 7. cap. 4.* ſed ad rem non eſſe, rectè pro-

probat Mag. Curiel *supra à num.* 44. quia præscientia, quam PP. supponunt, lapsus Angelorum, & hominum, non est conditionata, sed absoluta, quæ iam supponebat volũtatem creandi homines, & Angelos, & solam executionem antecedit.

Hic argumẽtũ non est ad rẽ prob. 1.

Secundo.

Et præter ea, quibus istæ Magister hanc PP. intelligentiam confirmat, ita esse intelligendos præcipuè Hieronymum, probo ad hominem contra Herice: etenim hic Auctor *in eadem disp. cap.* 11. *num* 69. hoc inter scientiam, & præscietiam cognoscit discrimen ex PP. quod scientia est vniuersalior præscientia: nam hæc dicit scietiam durantem, & obiectum durans, & antecessionem scientiæ ad obiectum, secus autem scientia: vnde præscientia solum dicitur propriè respectu futurorum absolutorum, quod latè *ibi* probat ex Damasceno, Augustino, Hugone, Magistro, Sentẽtiarum, & alijs; at Hieronymus satisfaciens difficultati positæ vtitur nomine præscientiæ: ergo fateri debet Herice fuisse loquutũ de scientia absoluta, non de conditionata, & id iam respectu lapsus Angelorum, & hominum, supposuisse. Quod etiam de alijs PP. est manifestum: quia illorum cõtrouersia cum gentibus, de absoluta scientia futurorum erat, non de conditionata: ergo difficultas proposita de absoluta scientia lapsus hominum, & Angelorum procedebat.

Nec refert, quod opponit Herice: nam si præscientia lapsus creaturæ decretum creandi illam supponebat, facilius PP. difficultati positæ occurrerẽt, dicendo, ideò illam creasse post lapsum præuisum, quia ante præuisionem iam erat decretum, & hoc immutãbile; & ideò illam creasse ratione immutabilitatis decreti. Non inquam refert: nam tationem istam supposuerunt PP. & alias addiderunt, vt difficultati positæ vberius satisfacerent.

...spond.

Tertio principaliter arguunt ex Augustino *lib. de correctione, & gratia cap.* 8. illis verbis: *Respondeant, si possunt, cur illos Deus, cum fidelitèr, & piè viuebant, non tunc de vitæ huius periculis rapuit, ne malitia mutaret intellectum eorum? Vtrum hoc in potestate non habuit, an eorũ mala futura nesciuit? nẽpè, nihil horum nisi peruersissimè dicitur*: ergo ex mente Augustini, tam certum est præscire peccata, quæ commississent, si diu viuerẽt, quos rapuit, quam potuisse auferre de vita.

Cæterum hoc testimonium ad rem non esse constat: nam loquitur de peccatis absolutè futuris hominum, qui ante illa ad hac vita nõ fuerunt erepti, non de futuris, quæ commississent illi, qui anticipare ex hac vita eripiuntur.

Denique, vt alia minus efficacia omittam, quidam ex Nostris hac ratione conclusionem positam confirmant: nam licet Deus sit liber in decernendo hoc, aut illud esse futurũ sub conditione, aut decernendo, quod non sit futurum, in aliquo tamen illorum vagè, & in confuso liber non est, sed necessario debet hoc, aut illud decernere; at decreto posito resultat determinata veritas, aut falsitas; primum, si decretum affirmatiuum; sit secundum verò, si negatiuũ: ergo omnia cõditionata futura cognoscũtur certò & infallibilitèr à Deo, vel vt determinatè vera, vel vt determinatè falsa.

Quarto aly probant.

Hæc tamen ratio, & si pluribus ex nostris arrideat, mihi tamen placere non potest, quia innititur cuidam principio, quod *infra Tract. de Voluntate Dei art.* 10 satis improbabimus, videlicet, voluntatem diuinã ab omni terminatione libera circa esse rerum, vèl non esse illarum, non potuisse manere suspensam. Cuius contrarium docebimus *loco allegato* cum Durãdo, Ferrara, Catherino, Curiel, & Sapientissimo Mag. Herrera *in hac* 1. *p. q.* 19. *in manuscriptis ad art.* 3.

164

Displicet ista ratio.

§. Vltimus.

Suadetur aliter nostra conclusio, & occurritur argumentis in contra.

ET si Conclusio nostra non posit euidenter ostendi, potest tamen vrgentius suaderi primo in hunc modum. Testimonia Scripturæ, quibus reuelantur futura conditionata, aptius interpretãtur, & in sensu magis rigoroso, de cognitione omninò infallibili, quã de cognitione certa solũ moraliter, aut coniecturali obiecti uè; at possunt absque vllo incõuenienti sic interpretari: ergo ad minus conditionata, de quibus in Scriptura fit mẽtio, terminãt, vt vera, cognitionem diuinam omninò infallibilem.

165

Aliter prob. cõclusio primo.

Maior est certa, saltim de illis futuris, quæ reuelantur absque vllo verbo denotãte minorem certitudinem, quæ passim in Scriptura sacra inueniuntur. Consequentia est nota: nam Scripturæ verba debent accipi in sensu strictiori, si nullum inconueniẽs sequatur. Minor autem ostenditur: nam ad missso decreto *subiectiuè* absoluto, & conditionato *obiectiuè*, possunt ita interpretari; at in hoc decreto admittendo nullum est inconueniens, imò ab omnibus admitti debere ostendam *Disp. seq.* ergo in prædicta interpretatione nullum est inconueniens.

Quod amplius confirmo: prædictiones namque absolutæ debent interpretari de cognitione omninò infallibili, eo quod supponunt absoluta decreta; at conditionatas supponere decreta conditionata *obiectiuè*, constabit ex *infra* dicendis: ergo interpretari debẽt de scientia

166

Confir. 1.

Digitized by Google

Confir. 2. Dei omninò infallibili. Confirmatur secundo ex doctrina D. Tho. *q. 12. de veritate ar. 10. & 2. 2. q. 171. ar. 6. ad 2.* vbi ait, quod quamuis Prophetæ quandoque solum reuelet futurum, quantum ad ordinem causarum ad ipsum, cognitio tamen Dei non solum terminatur ad dispositionem causarum, sed etiam infallibilitèr ad euentum futurum, vel non futurum: ergo futura conditionata reuelata in Scriptura, etiam si aliquando Prophetæ solum innotescãt quoad ordinem causarum ad ipsa, tamen cognitio, & prescientia diuina, non solum ad ordinem causarum terminari debet, sed etiã ad euentum futurum, aut eius negationem sub tali conditione; & consequenter certò, & infallibilitèr cognoscentur à Deo, vel vt vera, vel vt falsa determinatè.

107 *Secundo prob. ex D. Aug.* Secundo suadetur ex Augustino, qui pluribus in locis videtur adstruere in diuino intellectu certam horum futurorum notitiam *lib. de sex quæstionibus Paganorum epistola 46. quæstione secunda lib. de bono perseuerantiæ cap. 9. & cap. 17.* & alibi sæpè; est se autem interpretandum de cognitione illorum omnino infallibili, constat ex dictis Consonant Ecclesiæ Patres, Nisenus *in lib. de his, qui præmaturè abripiuntur.* Chrysostomus *homilia 65. in Matthæum*, Magnus Gregorius *lib. 23. Moralium, cap. 23.* & alij passim, certam horum conditionatorum notitiam in diuino intellectu constituunt; cum autem nulla sit necessitas ipsos interpretandi de certitudine solum morali, accipi debent de cognitione omnino infallibili.

108 *Tertio probatur ex D. Thom.* Tertio ex D. Thoma *3. p. quæst. 1. art. 5. ad 2.* illis verbis: *Apostolus ait, non est volentis, neque currentis, sed miserentis Dei, qui his, quos præuidit, si apud eos facta essent, suis miraculis crediturus, quibus voluit subuenit, aliis autem non subuenit.* Et *q. 12 de verit. art. 10. ad 8.* vt saluet in prophetia comminationis veritatẽ, affirmat, quod si referatur ad ordinem causarum, est absque conditione; si autem ad euentum, quem respicit indirectè, sic intelligenda est sub conditione causæ: ergo quia sentit euẽtum non esse absolutè certò futurum, benè tamen sub conditione.

109 *Alia duo testimonia D. T. ad rẽ non esse, probatur.* Mitto aliud testimonium, quo Herice vtitur ex D. Thoma *quæst. 24. de veritate art. 14. in corp.* illis verbis. *Omnes autem exteriores motus à diuina prouidentia moderantur, secundum quod ipse iudicat, aliquem esse excitandum ad bonum his, vel illis actionibus.* In quibus Diuus Thomas nullatenus fauet nostræ sententiæ: nam iudicium, quo iudicat aliquem esse excitandum ad bonũ his; vel illis actionibus, non est vnde cõstet esse conditionatum: potest namque prouidentia diuina moderari motus exteriores propter excitationem ad bonum, quã vult, & absolutè scit esse futuram, sicuti ex gloria absolutè cognita vt futura, disponit de medijs. Mitto etiam aliud, quod ex D. Thoma solet adduci *3. p. quæstione 1. art. 3. ad 4.* vbi docet, quod prædestinatio præsupponit præscientiam futurorum: nam apertè loquitur de præscientia absoluta; cum ex illa colligat prædestinationem Christi supponere præscientiam peccati, quæ præscientia absoluta est ex mente Diuus Thomæ.

Quarto hac ratione: quia inter esse & non esse futurum, siuè absolutum, siuè conditionatum, etsi possit medium dari prioritionis, non tamen pro instanti reali, sed in illo, aut est futurum, aut est non futurum, vt ex *infra* dicendis constabit; at si sit re vera futurum sub conditione, propositio affirmans est vera, & negans est falsa; si autem futurum non sit, affirmatiua est falsa, & negatiua vera: nam ab eo, quod res est, vel non est, propositio dicitur vera, vel falsa: ergo omnia conditionata circa quamuis combinationem possibilem certò cognoscuntur à Deo, vel vt determinatè vera, vel vt determinatè falsa. 110 *Quarto prob. conclusio.*

Denique suadetur conclusio: nam licèt Deus non sit necessitatus ad decernendum positiuo decreto rem fore, aut non fore, siuè absolutè, siuè conditionatè, est tamen necessarium, vel quod aliquod ex illis positiuè decreuerit, vel quod liberè suspensionem elegerit, vel quod libere, libertate negatiua, ab omni decreto cessauerit; cum cessatio ab omni decreto nequeat esse necessaria Deo. Si primum, res erit, aut non erit, iuxta qualitatem decreti; & consequentèr propositiones conditionales affirmatiuæ erunt determinatè veræ, vel determinatè falsæ. Si secundum, & tertium, omnes affirmatiuæ erunt determinatè falsæ, & negatiuæ determinatè veræ: ergo omnia conditionata futura certò cognoscuntur à Deo, vel vt determinatè vera, vel vt determinatè falsa. Minor quoad primam partem est certa. Quoad secundam probatur: quia ad veritatem cuiuscumque propositionis affirmatiuæ, necessario exigitur diuinum decretum, quo decernat rem esse, vel absolutè, vel sub conditione: ergo deficiente hoc decreto redditur falsa, & eius contradictoria vera: sicut quia ad existentiam actus vitalis, requiritur existentia principij vitalis, ex defectu huius principij ponitur negatio existentiæ actus, & in vniuersum, ex negatione causæ, à qua essentialitèr dependet effectus, sequitur negatio existentiæ in effectu. 111 *Quinto probatur.*

In contrarium obijciunt oppositi Auc- 112

Digitized by Google

112 *Opponit oppositi Auctores 1. plura Scripturæ testimonia.*

ctores primo ; quædam testimonia Scripturæ , in quibus reuelantur futura conditionata verbis denotantibus incertitudinem ; Geneseos cap. 3. *Nunc ergo ne fortè mittat manum suam, & sumat etiam de ligno vitæ , & comedat , & viuat in æternum.* Vbi per particulam *fortè* , clarè denotari videtur hoc conditionatum futurum, nempè, *Adamum*, si in Paradiso maneret, sumpturum de ligno vitæ, non esse certum ; nec vt tale cognoscit. Consonat Septuaginta sic tranferentes: *Et nunc ne quando exiendat manum suã , & sumat de ligno vitæ.* Et Paraphrasis Caldaica sic legens : *Et nunc fortè extendet manum suam, &c.* Expressius hanc dubitationem explicuit Vatablus, sic dicens: *Et nunc periculum est, ne forte mittat manum suam.* Deuteronomij cap. 4. *Custodite igitur solicitè animas vestras , &c. ne fortè decepti faciatis vobis sculptam similitudinem.* Et cap. 7. *Non poteris eas delere pariter : ne fortè multiplicentur contra te bestiæ terræ.* Et plurĩbus alijs in locis. Vbi hæc futura prædicuntur cum particula *fortè*, quæ si strictè accipiatur , incertitudinem, & dubitationem importat.

Septuag.

Caldaica

Vatabl.

Deuter. 4

Et c. 7.

113 *Si illis respõdeatur, Hieron. Iere. 26.*

Si respondeatur ex Hieronymo Ieremiæ cap. 26. vbi ait : *Verbum ambiguum* forsitan *maiestati Dei non potest conuenire , sed nostra loquitur affectu , vt liberum hominis seruetur arbitrium.* Quod etiam repetit Ezequielis 2. *c.* docetque Theodoretus *in eisdem locis* : vnde in sacris literis multoties apponitur, vbi nulla est dubitatio, sed certissimè aliquid enunciatur futurum, vt Ioannis 5. *Si crederetis Moysi , crederetis forsitan, & mihi.* Et Ioannis 8. *Si me sciretis forsitan, & Patrem meum sciretis:* & alibi passim ; ac proinde, ex eo quod in prædictis locis apponatur, non licet colligere prædicta futura, non prædici tanquam certò futura.

Ioan. 5. Et 8.

114 *In contrarium vrgent.*

In contrarium sic vrgent: potest particula *fortè* sumi propriè,& rigorosè, ita vt im portet dubitationem aliquam absque vllo inconuenienti: ergo in prædictis testimonijs sic est accipienda. Consequentia tenet ex communi regula interpretandi sacram Scripturam. Antecedens autem probatur, nam etsi repugnet Deo cognitio dubia *subiectiuè*, & *formaliter*, non tamen ei repugnat cognitio, quæ *obiectiuè* sit dubia, vt constat ex dictis *conclus.* 2. ergo potest illa particula accipi in rigore importante dubitationem aliquam absque vllo incõuenienti: nec Hieronymus, & alij Eccle siæ PP. obiectiuam , sed solum subiectiuam dubitationem excludunt à Deo.

115 *Ad argumentum resp.*

Ad hoc argumentum respondeo, conditionata futura cognosci duplicitèr, vel per respectum ad causas creatas, vel per ordinem ad decretum diuinum : priori modò cognoscuntur à Deo cognitione *subiectiuè* omnino infallibili , *obiectiuè* autem certa moralitèr, vel coniecturalitèr , vt constat ex dictis *in prima, & secunda assertione*, secundo autem modo cognoscuntur ab ipso cognitione *subiectiuè* , & *obiectiuè* infallibili : quando ergo in Scriptura reuelantur mediante particula *fortè*, insinuatur dubitatio nõ subiectiua quæ vt docet Hieronymus, & est certum omnino, maiestati diuinæ non congruit, sed obiectiua, non respectu illorum per ordinem ad decretum diuinum , sed per ordinem ad causas secundas, respectiuè ad quas contingentia dicuntur.

Est tamen aduertendum, non semper id quod à Deo reuelatur futurum respectiuè ad causas creatas, ab ipso cognosci vt futurum per ordinẽ ad propriũ decretũ, sed quãdoque vt non futurũ per ordinẽ ad decretũ cognosci , vt constat ex illo Isaiæ 38. c. *Morieris, & non viues* : vbi mors Ezechiæ futura prædicitur respectiuè ad causas creatas , & tamen non erat futura per respectũ ad decretum diuinũ. Quod docet D. Tho. *quæst. 12. de veritate art. 10.* & *2. 2. quæst. 171. art. 6.*

116

Isaiæ 38.

Obijciunt secundo Augustinum *lib. de prædestinatione Sanctorum cap. 14.* vbi explicans illud Sapientiæ 4. *Raptus est, ne malitia mutaret intellectum eius* , sic ait : *Hoc dictum est secundum pericula huius vitæ, non secundum præscientiam Dei , qui hoc præscibat, quod futurum erat , non quod futurum non erat* , idest , *quod ei mortem immaturam fuerat largiturus vt tentationum subtraheretur in certo, nõ quod peccaturus esset, qui mansurus in tentatione non esset.* Et lib. de anima, & eius origine cap. 12. sic habet: *Ipsa exinanitur omnino præscientia, si quod præscitur nõ erit, quomodo enim rectè dicitur præscire futurũ, quod nũc est futurũ* : ergo ex mente Augustini , Deus non cognoscit certò, & infallibilitèr futura conditionata , sed solum cognitione certa *subiectiuè*, & coniecturali *obiectiuè*.

117 *Opponũt secundo D. Aug.*

118 *Respond.*

Respõdeo, Augustinũ satis frequenter horũ futurorũ certam cognitionem in Deo constituisse ; in loco autẽ in contrariũ adducto, prioribus verbis cognitionẽ *subiectiuè* certam, & coniecturalem *obiectiuè*, quæ ex vitæ huius periculis poterat haberi , diuino intellectui concedere , posterioribus autẽ non negat certã horũ futurorũ cõditionatã notitiã , sed solũ absolutam præscientiam quam solum ad territibutionem ad pœnã, & præmiũ sufficere , docet idem Augustinus *in eodẽ lib. c. 8.* & *lib. de dono perseuerantiæ c. 9.* & *alibi* passim ; hanc autem esse Augustini mentẽ constat, ex eo quod

Digitized by Google

colligit non sciri peccaturum esse, quia in tentatione mansurus non erat, ex eo autē quod conditio non sit verificanda, non tollitur futuritio conditionata, sed solum absoluta.

119 *Eodē modo interpretandi sunt alij Ecclesiæ Patres.*

Et sic interpretandi sunt alij PP. quādo horum futurorum notitiam denegant Deo. Loquuntur namque de cognitione, quæ veræ est præscientia de cuius ratione est, quod ipsa existat, & res cognita existat, & illa tem futuram duratione præcedat, vt docet Damascenus *lib. aduersus Manicheos prope finem*, vbi ait, prænotionè esse circa ea, quæ futura sunt, antequam in ortum prodeant; ac proinde solum potest cū propietate dici præsciri quod absolutè futurum est.

120 *Opponūt tertio D. Thom.*

Tertio sic obijciunt: nam iuxta D. Thomam *in hoc art.* & *quæst. 12. de veritate art. 10. in 1. sentent. dist. 38. quæst. 1. art. 5. 3. Contra Gentes, cap. 67.* & *alibi* sæpe, futura contingentia considerari possunt in duplici statu, vel prout in suis causis, vel prout iam in se ipsis, qualitèr consideratur non vt futura sed vt existentia; & sub priori statu solum terminare posse coniecturalem cognitionem, sub alio tamen certam posse terminare notitiam; at futura conditionata considerari nequeunt prout in se ipsis sunt existentia, cum numquam habitura sint illam, sed solum prout in suis causis: ergo non possunt certò, & infallibilitèr à diuino intellectu cognosci, sed coniecturalitèr solum.

121 *Respond.*

Respondeo, D. Thomam fuisse loquutū de futuris contingentibus respectiuè ad causas creatas secundum se, & vt non sub ordinatas diuino decreto, nec omnino cōpletas, & sub hac consideratione docuisse, terminare non posse certam cognitionē; si autem cōsiderentur respectiuè ad causam primam, vel ad secundas, vt sub ordinatas diuino decreto efficaci, terminare posse certam cognitionem non negauit, sed docuit, vt ex dicendis *disputatione sequenti* cōstabit, traduntque omnes Thomistæ *ad istum articulum*, loquendo de futuris absolutis: vnde hæc futura cognoscūtur à Deo certò, & infallibilitèr, & ratione decreti, & ratione coexistentiæ in æternitate diuina; licet autem conditionata non possint hoc secundo modo certò cognosci possunt tamē certā cognitionē terminare; ratione decreti *subiectiuè* absoluti, & conditionati *obiectiuè*. De quo fusè *disputatione sequenti*.

122 *Opponūt quarto.*

Denique obijciunt: propositiones conditionales de conditionato contingenti non sunt *determinatè* veræ, veritate infallibili: ergo non possunt certò à Diuino intellectu cognosci. Consequentia est euidens: nam quamuis cognitio sit infinita, nequit certò attingere id, quod in se non est verū veritate infallibili, vt *disputatione sequenti* manifestè constabit.

Antecedens probatur.

Antecedens autem probatur, tùm ex D. Thoma *Opusc. 48. tract. de enunciatione cap. 14.* asserente, veritatem conditionalis in bonitate illationis consistere, & consequentèr, si vera sit, est necessaria; at cōditionalis propositio de conditionato contingenti, bona consequentia non est; aliàs esset necessario vera: ergo non gaudent determinata veritate, infallibili cognitione attingibili. Tùm etiam ex eodem D. Thoma 1. *Perhyermenias lect. 13.* ex mente Philosophi, & propria, docente, propositiones de futuro contingenti non esse determinatè veras, nec determinatè falsas: ergo conditionales de conditionato contingenti non habent determinatam veritatem; & consequentèr incapaces sunt, vt terminent cognitionem certam, & omnino infallibilem.

Secundo.

123 *Respond. Ad 1. probationem antecedētis.*

Respondeo, negando antecedēs. Ad primam probationem constat ex dictis, conditionales accipi posse dupliciter, scilicèt, in vi illationis, vel quoad concomitantiā euentus dependentis à conditione: priori modo, aut sunt necessario veræ aut non sunt veræ; secundo autem modo posse esse veras, & posse esse falsas, tatione conformitatis, aut difformitatis ad proprium obiectum. Ad secundam, quæ eodem modo de futuris absolutis procedit, cum tamen sit de fide à diuino intellectu futura absoluta ab æterno cognosci, dicatur, propositiones de futuro, siuè absoluto, siuè conditionato, respectiuè ad causas secundas contingentes, & ex vi illarum, non esse determinatè veras, nec determinatè falsas quoad euentum futurum; & in hoc sensu loquutos fuisse Philosophum, & D. Thomam; respectiuè autem ad diuinum decretum, & ratione illius, veritate determinata, aut determinata falsitate gaudere, & consequentèr posse à diuino intellectu cognosci. Et hæc de ista disputatione,

Ad 2.

***

***

DISPVTATIO TRIGESIMA QVINTA.

An Deus certò, & infallibilitèr conditionata contingentia cognoscat ante decretum liberum suæ voluntatis?

§. I.

Apperitur difficultas, & referuntur sententiæ.

Nu. 1. *Primum præsuppositum.*

VIDIMVS, *præcedentibus disputationibus*, dari in diuino intellectu certam horum futurorum notitiam, in quo nõ nihil disidij inter nostros Thomistas advertimus, eo quod, quidam illorum decreta *subiectiuè* absoluta, & conditionata *obiectiuè* renuebant, omnibus in hoc consentientibus, quod si talia decreta admittantur, poterunt hæc futura certam terminare notitiam, non minus quam futura absoluta: iam tamen ferè omnes Thomistæ, hæc decreta concedunt; & consequentèr diuinam cognitionem omnino infallibilem conditionatorum contingentium admittunt, non vi argumentorum PP. Societatis coacti, vt innaniter gloriatur Alarcon *Tract. 2. disp. 4. cap. 4. num. 5.* cum omnia illorum argumenta non difficilem solutionem accipiat, vt vidimus *disp. præcedenti §. 5.* sed quia in hoc non erat inter Societatis Doctores, & nostros præcipuum controuersiæ disidium, vt doctè probat Magister S. Thoma. *in præsenti disp. 20. art. 1. in principio*, & quia in his decretis *subiectiuè* absolutis, & conditionatis *obiectiuè*, nullum incoueniens advertunt.

2 *Secundũ*

Quod autem hæc decreta non à nouioribus Thomistis inuenta, vt falsò prædictus Auctor existimat, sed ab Antiquioribus fuerint tradita, in initio huius controuersiæ, rectè, vt cætera, conuincit noster Sancto Thoma *vbi proximè*, ex eo quod Vazquez, cui soli Alarcon triumphum contra nostros concedit, eo quod hæc decreta impugnauerit, *Tomum 1. p.* in quo hæc decreta conatur expungere, propè initium huius controuersiæ composuit: iam ergo prædicta decreta à Thomistis erant admissa; si quidem Vazquez conabatur illa expugnare, nisi vellimus hostem confinxisse, quem fortius suo iudicio feriret. Punctus ergo huius grauis controuersiæ non in eo consistit, an scilicèt hęc futura certò cognoscantur à Deo, sed an cognoscantur ante, vel post decretum liberum suæ voluntatis, licet egre ferre videantur contrarij, quod ad hoc difficultatis cardo vertatur, eo quod ad certam horum futurorum notitiam suadendam fundamenta non pauca in scripturis inueniant, cum tamen, vt probent hanc scientiam, decretum præcedere, nullum reperiant, nisi per longissimas consequentias deductum. *Punctus difficultatis.*

Igitur in re nostra tres versantur sententiæ. Prima illarum affirmat, omnia huiusmodi futura cognosci à Deo certò, & infallibilitèr ante decretum liberum suæ voluntatis. Ita Molina *in concordia disp. 50.* & *id præsenti disp. 10.* Suarez *lib. 2. de scientia futurorum cap 6.* & *prologomeno 2. de gratia cap. 5.* Fonseca *lib. 6. metaphysicæ quæst. 4. cap. 2. sect. 10.* Vazquez *disp. 67. cap. 2. & 3.* Beccanus *in hac 1. p. cap. 10. à quæst. 6. vsque ad 9* Herice *tract. 1. disp. 7. per totam* Alarcon *tract. 2. disp. 2. cap. 6.* & communiter Societatis Doctores. 3 *Prima sententia. Molina. Suarez. Fonseca. Vazquez. Beccanus Herice. Alarcon.*

Se-

Digitized by Google

gentia cognosci certò, & infallibilitèr, sed coniecturalitèr solum: ergo modus dicendi Molinæ menti Doctoris Sancti manifestè adversatur.

11 *Secundo probatur ratione.* Secundo suadetur ratione ex præallegatis locis desumpta: nam effectus contingentes prout in suis causis non habent determinationem ad esse, sed indifferentiam ad esse, & non esse, siue absolute, siue sub conditione: ergo in illis, seu ex illis, non possunt certò, & infallibilitèr vt futuri cognosci, siue absoluta, siue conditionata futuritione. Antecedens est certum in sensu, in quo de illis in præsenti loquimur, scilicèt prout præueniunt præmotionem efficacem diuinam, & magis certum in sententia Auctoris contrarij, qui talem prædeterminationem implicatoriam censet. Cõsequentia autem manifesta videtur, effectus namque in causa, & ex causa, eodem modo se habet ad cognosci, quo se habet ad esse; cum sit medium cognoscendi illum, quia est medium, seu causa essendi: ergo si in illa non habet determinationem quoad esse, non poterit in illa, aut ex illa prout determinatè futurum infallibilitèr certò cognosci.

12 *Respõdet Molina.* Respondet Molina, consequens esse verum, loquendo de causa contingenti, & arbitrio creato prout comprehensis, non autem loquendo de illis prout super comprehensis à diuino intellectu: nam prout sic non solum cognoscuntur, quæ in illis suaptè natura, & ex vi entitatis illorum sunt cognoscibilia, sed etiam alia supra illorum naturam, ex vi eminentiæ super comprehensiuæ cognitionis.

13 *Contra.* Sed contra primo: nam de ratione comprehensionis est, quod nihil obiecti lateat cognoscentem, & consequentèr petit in obiecto cognoscere, quidquid in illo cognoscibile est: ergo si in arbitrio creato, quatenus comprehenso, nequeunt actus liberi certo cognosci vt futuri, tales actus prout sic non sunt in ipso cognoscibiles; & consequentèr, quantum cumque super comprehendatur, non poterunt in illo cognosci. *Secundo.* Secundo, id est cognoscibile in aliquo, quod ex vi illius potest cognosci: ergo si super comprehensio diuina non transit ad actiones liberas, vt determinatè futuras, ex vi entitatis arbitrij creati, sed ex vi eminentiæ suæ perfectionis, non cognoscet illas in arbitrio creato, cuius contrarium docet Molina.

14 *Tertio.* Tertio, cognitio non præstat obiecto vim motiuam, seu quasi motiuam, qua ducere possit in alterius cognitionem, sed illam supponit: ergo si in arbitrium creatum non habet ex se, & ex propria entitate vim quasi motiuam, qua ducat obiecti-uè in suos actus, vt determinatè futuros, non solum non ducet sui comprehensorem, sed nec etiam ipsum super comprehendentem mouebit in cognitionem certam illorum prout sic.

15 *Quarto.* Quarto, non potest causa, etiam vt super comprehensa, esse medium in quo cognoscantur effectus quoad substantiam, si prout sic in illa non contineantur, nec cum illa connectantur, v. c. in igne non potest, etiam vt super comprehenso, cognosci formica, nec in voluntate creata intellectio nec in intellectu volitio, quia isti effectus quantum ad substantiam cum prædictis causis nõ connectuntur, nec in illis prout sic continentur: ergo paritèr modus effectus non contentus in causa, & cum quo causa connexionem non habet, non poterit in illa cognosci; at determinatio quoad esse actuum liberorum, non continetur in arbitrio creato, nec hoc cum illorum determinatione connectitur: ergo nequeunt in illo vt futuri cognoscit, siuè absolutè, siue conditionatè.

16 *Quinto.* Denique reijcio traditam solutionem: si Deus discursiuè cognosceret effectum per causam, non posset ex arbitrio creato etiam vt super comprehenso, certò colligere determinatum fore liberorum actuũ: ergo etiam non vtens discursu nequit in illo, vt super comprehenso, actus liberos, vt conditionatè futuros, cognoscere. Consequentia videtur bona: nam etsi Deus non vtatur formali discursu, virtualitèr tamen discurrit, seu saltim eminentèr, ac proinde, quod in obiecto non posset per formalem discursum cognoscere, nec etiam poterit cognoscere in illo, virtuali, seu eminentiali discursu. Antecedens autem probatur, quia vt per discursum certò vnum ex alio inferatur, siue comprehensio, siue super comprehensio intercedat, debet infallibilitèr cum illo connecti, & per bonam consequentiam inferri; at ex arbitrio creato ad esse determinatum liberorum actuum consequentia infallibilis confici nequit: ergo etiam ex illo, prout super cõprehenso, non posset à Deo per formalem discursum illorum determinata futuritiõ certo cognosci.

17 *Tertiò Probatur conclusio.* Tertio principalitèr suadetur conclusio ad hominem contra Molinam: non potest Deus cognoscere certò, & infallibilitèr actus liberos, vt conditionate futuros, nisi suum concursum etiam sub conditione futurum cognoscat; at iuxta Molinam non potest Deus suum concursum vt sub conditione futurum cognoscere: ergo nec actus liberos vt conditionatè futuros in libero arbitrio creato potest certò cognoscere. Discursus est euidens. Maior omnino

no certa: nam cognitio Dei terminata ad quodlibet obiectum debet esse comprehentio perfectissima illius nequeunt autem actus liberi comprehendi vt futuri, quum omnes illorum causæ cognoscantur à quibus essentialiter pendent, ex quibus præcipua est concursus diuinus, vtpotè causæ primæ, & consequentèr non potest Deus illos sub quouis statu cognoscere, ignorato, aut non cognito proprio concursu.

18 *Minor prob. 1.* Minor autem non minus manifesta videtur, tùm: nam concursus diuinus, aut est actus liber voluntatis diuinæ, aut ab actu libero voluntatis essentialitèr pendens, & consequentèr nequit à Deo vt conditionatè futurus cognosci, ignorato, aut non cognito actu libero propriæ voluntatis; at istum in sententia Molinæ, non cognoscit diuinus intellectus, nec vt absolutè, nec vt conditionatè futurum: ergo nec propriū concursum. *Secundo.* Tùm etiam: nam concursus, aut est actus liber immanens Dei, aut est actio externa libera; at non minus repugnat in principijs Molinæ Deum præcognoscere vt futuram actionem externam, sibi liberam, quam actionem internam: ergo si hanc non potest certo cognoscere, nè lædatur libertas, qua ratione Molina conuincitur, nec illam vt futuram cognoscere poterit. *Tertio.* Tùm denique, quia proprium concursum non cognoscit in arbitrio creato: cum non sit causa illius, nec cognoscit in sua essentia, vel omnipotentia: cum non super comprehendat illa, sed tantum comprehendat; in causa autem nō super comprehensa non possunt actus vt futuri cognosci, iuxta illius Auctoris principia: ergo nullatenus potest suum concursum, vt conditionatè futurum cognoscere.

19 *Confirm.* Et confirmatur ab inconuenienti maximo, quod sequitur ex sententia Molinæ, videlicèt, actus liberos esse futuros independentèr à diuino concursu; consequens est erroneum: ergo; & falsa prædicta sententia. Probo sequelam: nam ab eisdem causis dependet aliquid in cognosci, maximè si cognitio comprehensiua sit, à quibus dependet in esse; at iuxta Molinā actus liberi nostri nō dependent in cognosci à concursu, & decreto diuino, si quidem illis nos cognitis à Deo, cognoscuntur actus liberi vt sub conditione futuri: ergo nec dependent à concursu diuino quoad esse, iuxta istius Auctoris sententiam.

20 *Vltimo reijcitur.* Denique argumentor ad hominem contra istum Auctorem, qui ex inde probat non posse Deum sua decreta vt futura cognoscere, nec absolutè, nec sub conditione, quia aliàs non posset libere velle, & hoc ideò, quia quod talis scientia existeret, non penderet ex libertate Dei, illa autem posita infallibilitèr extituram esset prædictū decretum; ex quo colligit scientiam futuritionis decretorum in Deo inducere necessitatem omnino antecedentem, videatur hic Auctor *in concordia vbi supra pag.* 332. at hæc ratio, si quid probat, pari, imò & maiori cum efficacia conuincit nō posse Deum certo cognoscere actus liberos, vt conditionatè futuros in arbitrio creato: ergo in consequentèr Molina primum negat, & concedit secundum. Probo minorē manifesta ni fallor, ratione, priori, quo Deus scit liberum arbitrium creatum sub hac, vel illa conditione in hanc partem flectendum, non est in potestate arbitrij, quod oppositum sciat, & hac scientia suppolita implicat, quod non fiat sicut scitur a Deo: ergo si ratio Molinæ quid probat respectu actuum liberorum Dei, conuincit etiam tolli libertatem ab actibus arbitrij creati ex diuina præscientia.

21 *Maior prob.* Maiorem, in qua sola potest difficultas consistere, probo in hunc modum: etenim non alia ratione, si Deus sciat sua decreta futura, non erit in eius potestate, quod oppositum sciat, nisi quia talis scientia præcedit actualem volitionem diuinam, (sic arguit Molina;) at præscientia Dei, qua cognoscit nostros liberos actus, vel vt absolutè, vel conditionatè futuros, præcedit illos, vt de facto existentes; cum pro tunc non existant, sed sint extituri: ergo eadem de causa non est in potestate nostra, quod Deus oppositum sciat.

22 *Cōfirt 1.* Confirmatur hoc, & explicatur primo; quod diuina præscientia in voluat *obiectiuè* exercitium libertatis Dei vt conditionatim futurum, & illud supponat, non facit in sententia Molinæ, quod necessitas ex scientia proueniens sit necessitas consequens, libertati non obstans, quia non præsupponit exercitium libertatis in Deo, vt existens de facto; at etiam Dei scientia qua cognoscit nostros actus liberos, vt sub cōditione futuros, etsi *obiectiuè* nostram libertatem vt futuram supponat, non tamē supponit volitionem nostram vt de facto existentem: ergo necessitas ex diuina scientia procedens non erit consequens, sed antecedens, iuxta istius Auctoris principia, & consequentèr nostram libertatem euertet.

23 *Confir. 2.* Confirmatur secundo: nam, iuxta istius Auctoris principia, plus obstat libertati suppositio existens in vno supposito connexa infallibiliter cum actu alterius, quā suppositio existens in supposito, cui competit actus; cum ipse, & omnes suæ familiæ Doctores constantèr asserant prædetermi-

na-

nationem tollere libertatem, quia non est in nobis à nobis, sed in nobis à Deo: si nãque à nobis esset, quamuis connecteretur cum actu futuro, libertatem non læderet: ergo si præscientia actus voluntatis futuri, & infallibiliter inferens illum, si sit in supposito elicituro actum, lædit libertatem illius, vt fatetur Molina; à tortiori libertatem actus euertet præscientia existens, in alieno subiecto infallibiliter inferens actũ in alio; & consequentèr minus stare poterit præscientia infallibilis Dei actuum voluntatis creatæ cum libertate illorum, quam præscientia diuina proprij decreti vt futuri, cum illius libertate.

24 *Opponit Molina primo.* Nec argumenta Molinæ alicuius ponderis sunt. Primo arguit ex Diuo Thoma 1. *contra Gentes cap. 67. ratione* 3. vbi docet, quod sicut ex causa necessaria, certo cognoscitur effectus necessarius ita ex causa contingente non impedita cognoscitur certo effectus contingens, quare cũ Deus non solum cognoscat causas contingentes, sed etiam ea, quibus possunt impediri, fit, vt ex suis causis cognoscat futura contingentia: ergo etiam in libero arbitrio creato non impedito potèrit certò cognoscere in quam partem sit inclinandum sub hac, vel illa conditione.

25 *Secundo arguunt alij.* Secundo alij sic arguunt: nam multoties contingit, vt patet ex indole filij ibi nota coniecturaliter cognoscat in quam partem libere inclinabitur: ergo Deus illius inclinationem infinitè perfectius cognoscens, non coniecturaliter, sed euidenter in illo cognoscit in quam partem propendet, hac vel illa oblata occasione. Tertio: nam comprehensio arbitrij creati terminatur ad omne, cum quo habet necessariam connexionem: ergo super comprehensio non sistet in effectibus necessario connexis, sed ad actus liberos euidenter cognoscendos pertinget. Patet consequentia, etenim super comprehensio plura debet in obiecto cognoscere quam comprehensio; cum perfectior cognitio sit.

Tertio. Denique obijciunt, quia in nostra sententia Deus certò cognoscit in libero arbitrio, vt efficaci præmotione applicato, actus liberos vt futuros; & tamen adhuc vt sic præmotum indifferentèr cum illis connectitur, aliàs præmotio libertatem euerteret, si illud indifferens non relinqueret ad actum & eius negationem: ergo in medio indifferenti potest effectus certam terminare notitiam, & consequenter in arbitrio creato, etsi indifferens sit, poterunt certò cognosci actus liberi vt futuri.

26 *Quarto.*

27 Hæc tamen nihil vrgent. Ad primum respondeo ex Ferrariensi *ibidem*, loqui D. Thomam de causis naturalibus, quæ si ab extrinseco non impediãtur, ita determinatæ sunt ad proprios effectus, ac causæ necessariæ, & in illis, si negatio impedimentorum certò innotescat, qualiter contingit in Deo, recte inquit D. Thom. cognosci illarum effectus certa cognitione vt futuros; secus ante in libero arbitrio creato, quod etiam omni extrinseco impedimento excluso, potest ab intrinseco indifferenter agere, vel non agere; ac proinde, etsi omnium impedimentorum negatio euidenter cognoscatur à Deo, nequit in illo infallibiliter cognoscere actus liberos, vt determinatè futuros. *Ad 1. obiectionẽ respond.*

Ad secundum concesso antecedenti, negando est consequentia: nam quantũcumque crescat liberæ inclinationes cognitio non potest pertingere ad hoc, quod in illa cognoscatur vt determinatè futurum, quod non est in illa determinatum, sed indifferens ad esse, & non esse, qualiter actus liberi in ea præhabentur; sed ad summum pertinet, vt perfectius illos cognoscat intra limites coniecturalis cognitionis. 28 *Ad secundam.*

Ad tertium, concesso antecedenti, nego consequentiam. Ad eius probationem, nego antecedens: nam excessus ille non est ex parte obiecti cogniti, sed tantum ex modo cognoscendi: vnde non sequitur, quod debeat plura in arbitrio creato cognoscere, sed eadẽ modo perfectiori, sicut Deus, & Angelus comprehendentes formicam, easdem formalitates ex parte obiecti attingunt. Deus tamen perfectiori modo, scilicèt infinito, & clariori. *Ad tertiũ*

Ad vltimum, concessa maiori, distinguo minorem: connectitur vt sic præmotum cum actu libero indifferentèr, indifferentia libertatis, concedo minorem: indifferentia suspensionis, nego minorem, & nego consequentiam: quia arbitrium creatum, vt efficacem præmotionem præcedit, est indifferens ad actum, & non actum, indifferentia suspensionis, omnem determinationem excludens, qua ad vnum infallibiliter referatur, præmotione tamen supposita, etsi maneat indifferens indifferentia libertatis, hoc est, taliter agens, quod possit non agere *in sensu diuiso*, non tamen est indifferens indifferentia suspensionis, id est, suspensum, & absque vlla determinatione, sed determinatè respicit actum, vt infallibiliter ex vi præmotionis futurum. Quomodo autem cum hac determinatione libertas subsistat, pertinet ad *Tractatum de Auxilijs*, & *inferius* à Nobis pro presenti materia explicabitur, 29 *Ad quartam.*

§. III. *Se-*

§. III.

Secundus modus reïcitur.

30 *Secundus modus dicendi impugnatur. 1.*

NOn cognoſci futura conditionata in propoſitionibus contradictoriè oppoſitis ex vi, & lege contradictionis, vt ſecundus modus dicendi aſſerebat, manifeſtè oſtenditur primo ex iam dictis: nam vis contradictionis non magis petit veritatem vnius, v. c. affirmatiuæ, quam alterius, ſcilicèt negatiuæ, ſed indifferenter ſe habet ad hoc; at in medio indifferenti non poteſt certò ſciri aliquid determinatum, vt §. *præcedenti* probaui: ergo in propoſitionibus contradictorijs non poſſunt ex vi contradictionis, conditionata contingentia, vt determinatè vera, vel vt determinatè falſa, cognoſci. Secundo: nam prius eſt rem eſſe, ſicut enunciatur per propoſitionem, quam quod propoſitio enuncians ſit vera, vt conſtat ex communi axiomatè aſſerente, *ab eo quod res eſt, vel non eſt, propoſitionem dici veram, aut falſam*: ergo veritas propoſitionis contradictoriè cum altera oppoſitæ nequit eſſe medium à priori, in quo aliquid vt determinatè futurum cognoſcatur à Deo.

Secundo.

31 *Tertio.*

Tertio: nã vis cõtradictionis non petit, quod vna propoſitio ſit determinatè vera, & altera determinatè falſa pro priori ad decretum, ſed ad ſummum ex poſcit, quod pro inſtanti reali vna determinatè ſit vera, & alterera determinatè ſit falſa: ergo in propoſitionibus contradictoriè oppoſitis ex vi, & lege contradictionis, cognoſci non poſſunt conditionata contingentia, vt futura pro priori ad decretum. Conſequentia eſt euidens. Antecedens autem oſtenditur primo: nam conditio, & vis contradictionis, eadem eſt in propoſitionibus contradictorijs de futuro abſoluto, ac in contradictorijs de futuro conditionato; at in illis non petit vt vna ſit determinatè vera, & altera determinatè falſa pro priori ad decretum diuinum, ſed tantum quod pro inſtanti reali, vna ſit vera, & altera falſa, vt contra Suarez vniformiter docent contrarij, de quo fuſius *infra*: ergo pariter non exposcet, quod vna ex contradicentibus de conditionato futuro ſit determinatè vera, & altera determinatè falſa pro priori ad decretum.

Antecedens probatur. 1.

32 *Secundo.*

Secundo idem antecedens probatur, vis cõtradictionis non petit, quod vna propoſitio, ſit determinatè vera, & altera determinatè falſa pro omni priori: ergo nec etiam pro priori ad decretum. Antecedẽs eſt certum, aliàs propoſitiones de futuro conditionato, imò, & de futuro abſoluto, eſſent determinatè veræ pro priori ad rerum poſsibilitatẽ; & conſequenter prius à Deo cognoſceretur aliquid vt futurum, quam vt poſsibile; imò, & quod magis eſt, ſequeretur, quod pro priori ad exiſtentiam Dei, & ad prædicata neceſſaria illius, deberent verificari, ex quo vltetius fieret, vt prius aliquid creatum eſſet futurum, quam Deus exiſteret, prioritate rationis, quo nihil abſurdius. Conſequentia autem manifeſtè probatur, quia nulla eſt ratio probans veritatem determinatam in propoſitionibus de futuro pro priori ad diuinum decretum, ex vi, & lege contradictionis, quæ pari efficacia non militet pro omni priori, vt conſtabit ſtatim quando motiua contrariorum expendam: ergo ſi non probant verificari debere pro omni priori, nec ſuadere poſſunt verificandas eſſe pro priori ad decretum.

33 *Quarto reïcitur iſte modus dicendi.*

Quarto principaliter arguo: ſi ob aliquam cauſam ex vi contradictionis vna eſſet determinatè vera, & altera determinatè falſa, maximé quia disiunctiua propoſitio ex contradictorijs compoſita, v. c. iſta, *Petrus in hac occaſione operabitur, vel non operabitur*, habet pro illo priori veritatem determinatam, ſic arguunt contrarij; at hæc ratio eſt nulla: ergo ex vi contradictionis non exigitur in propoſitionibus contradictoriè oppoſitis, quod vna ex illis ſit determinatè vera, & altera determinatè falſa. Probo minorem, illa propoſitio non ſolum eſt vera, ſed etiam eſt omnino neceſſaria; at nulla ex ſuis partibus neceſſariæ veritatis eſt: ergo veritas dictæ propoſitionis non ſumitur ex veritate partium, ex quibus componitur, & conſequenter, ex eo quod ipſa ſit determinatè vera, non rectè colligitur aliquam ex ſuis partibus pro omni priori debere eſſe determinatè veram.

34 *Confirm. 1.*

Confirmatur hoc primo: ex hoc quod prædicta propoſitio ſit neceſſaria; nõ ſequitur aliquam ex ſuis partibus neceſſariam eſſe; at ſi talis propoſitio conditiones communes, aliarum disiuntiuarum ſortiretur quoad dependentiam à ſuis partibus in veritate, deberet vt neceſſaria eſſet, aliquam ſui partem neceſſariam habere, vt cõſtat in hac, *Petrus currit, vel Paulus legit*, quæ ideò neceſſaria nõ eſt, quia nulla ex ſuis partibus eſt neceſſaria, & idem eſt de alijs: ergo illa propoſitio quoad ſui veritatem, aliarum disiunctiuarum leges non imitatur, & conſequenter, ex eo quod in alijs non ſtet determinata veritas abſque determinatione in veritate alicuius propoſitionis, ex quibus componitur, non licet colligere id ipſum expoſcere prædictam propoſitionem, nec aliàs ſibi ſimiles ex contradictorijs extremis disiunctiuè compoſitis.

Con-

Digitized by Google

35 Confirm. 2. Confirmatur secundo: nam illa propositio non tolum est vera pro priori ad decretum subsequuto ad signum possibilitatis, sed etiam pro signo possibilitatis rerum; & tamen pro illo signo nulla ex suis partibus determinatè est vera, vt fatentur contrarij: ergo veritas illius propositionis à suarum partium veritate non pendet, & consequentet, ex eo quod sit vera pro priori ad decretum, non rectè colligitur aliquam ex illis, ex quibus componitur, debere pro eodem priori determinata veritate gaudere.

Minor cum consequentia tenet. Maior autem constans videtur: nam illa propositio est veritatis omnino necessariæ, & æternæ, non minus quam illa, *homo est animal rationale*, imò est veritas primorum principiorum, sicut hæc, *quodlibet est, vel non est*, quod est vnum ex primis principijs per se ex terminis manifestis: ergo sicut illa, *homo est animal rationale*; quia est necessaria, gaudet veritate pro signo possibilitatis, ita etiam illa propositio pro signo possibilitatis veritate gaudebit.

36 Confir. 3. Denique arguitur ex Philosopho, & Doctore Angelico 1. *Perhyermenias*, *lectione* 13. vbi docent: propositiones de futuro contingenti non esse determinatè veras, nec determinatè falsas. Quæ doctrina vera esse non potest, nisi dicatur non esse determinatè veras ex se, sed ad sui veritatem, causæ primæ determinationem factam per decretum supponere: ergo etiam ex vi contradictionis gaudere nequeunt determinata veritati pro priori ad decretum, in via Diui Thomæ, & ex mente Philosophi.

37 Argum. ex arista propositur. Ex his probationibus manifestè constat quam inerme, & nullius roboris sit argumentum, cui fidunt contrarij ex vi contradictionis desumptum, in hunc modum arguentes: vis, & conditio contradictionis petit, vt vna ex contradicentibus sit determinatè vera, & altera determinatè falsa; at illæ duæ propositiones: *Si vocauero Petrum in tale occasione, consentiet: non si vocauero Petrum in tali occasione, consentiet*, sunt contradictoriæ pro priori ad decretum diuinum: ergo in illo, & pro illo priori, vna illarum determinatè est vera, & altera determinatè falsa; & consequenter potest diuinus intellectus vnam illarum, vt determinatè veram, & alteram vt determinatè falsam cognoscere.

38 Confirm. Quod amplius confirmant: propositio disiunctiua constans ex illis contradictorijs est vera pro priori ad decretum, veritate determinata, at veritas disiunctiuæ ex veritate alicuius partis desumitur, & consequenter determinata veritas illius ex determinata veritate alicuius partis dependet: ergo aliqua pars prædictæ disiunctiuæ debet esse determinate vera pro priori ad decretum, & consequenter poterit à diuino intellectu vt determinatè vera cognosci pro priori ad omne decretum.

Ad hoc argumentum, quidam ex Nostris respondent primo, concessa maiori; negando minorem, scilicèt, quod pro priori ad decretum illæ propositiones sint cõtradictoriæ, nam pro illo priori non sunt propositiones eo quod Deus nihil de futuritione, aut non futuritione pro illo priori concipit: propositio autem non potest significare, nisi mediante conceptu: quo circa voces istæ, *homo est animal*, à Pitaco prolatæ, propositio non sunt, quia Pitacus profetens nihil de re concipit; cum autem ad contradictionem necessario debeat supponit essentia propositionis; consequens fit, quod inter illas pro priori ad decretum non sit contradictio. Secundo respondẽt, concessa maiori, & minori, distinguendo consequens, & illud concedũt de veritate determinata contingenti, & falsibili, secus de infallibili veritate, vt autem à diuino intellectu possent cognosci, veritate obiectiuè infallibili gaudere debebant.

39 *Prima solutio.* *Secundo resp. alij.*

De quibus ita sentio, primam iudico probabilem, secundam verò non satis percipio: etenim eo ipso quod aliqua propositio sit determinatè vera, est necessario vera necessitate suppositionis, etsi non absolutè. Quod patet, tùm: nam omne quod est, dum est, necesse est esse. Tùm etiam exemplo propositionis enunciantis cursum de Petro, quæ licet sit veritatis contingentis, ex suppositione tamen, quod currat, est necessario vera necessitate suppositionis; at hæc necessitas sufficiens est ad determinandam cognitionem diuinam, vt constat in eodem exemplo: ergo concessa in aliqua ex illis propositionibus veritate determinata, etsi contingenti pro priori ad decretum, debet concedi, quod pro illo priori cognoscatur à Deo scientia omnino infallibili.

40 *Iudicium de istis solutionib.*

Quare, hac solutione in sua probabilitate relicta, ad argumentum factum respondetur ex dictis, distinguendo maiorem, pro instanti reali, concedo maiorem, pro omni priori rationis, aut naturæ, nego maiorem: & omissa minori, nego consequentiam. Instoque argumentum in signo possibilitatis, & in signo antecedenti, nempè, prædicatorum quæ Deo necessario conueniunt, in quibus nulla ex his propositionibus potest esse vera, aut falsa determinatè, & tamen potest idem argumentum pro illis signis formari. Insto etiam

41 *Vera solutio.* *Instatur arg. 1.* *Secundo*

in

in propositionibus de præsenti: hæ namque propositiones, *voluntas diligit*, *voluntas non diligit*, sunt contradictoriæ, & tamen licet vna sit vera, & altera falsa determinatè pro instanti reali, neutra tamẽ determinatè est vera, aut falsa pro priori naturæ, quo in eodem instanti voluntas vt indifferens per modum actus primi volitionem, aut non volitionem præcedit.

42 *Ad cõfirmationẽ.* Ad confirmationem constat ex dictis. Cætetum claritatis gratia distinguo dupli cem considerationem prædictæ propositionis, exempli gratia, hæc propositio, *Petrus currit, vel non currit*, potest considerari dupliciter, vel in vi, & rigore disiunctiuæ, vel prout æquiualet propositioni cathegoricæ, qua asseritur implicare, vt simul sit currens, & non currens in priori sensu sequitur leges aliarum disiunctiuarum, & consequenter petit vt determinatè sit vera, aliquam partem determinatè veram: in secundo autem illas non sequitur, vt constat *ex tertio argumento*; vnde ab sui veritatem non postulat, vt aliqua ex suis partibus sit determinatè vera, sed quod non possint ambæ simul veritate gaudere. Qua doctrina supposita ad confirmationem, distinguo maiorem: est vera in sensu disiunctiuo pro priori ad decretum, nego maiorem: in sensu cathegorico æquiualenter iam explicato, concedo maiorem; & concessa minori, nego consequentiam, & instio argumentum eisdem instanti js. Cætera quæ huic veritati possunt obstare §. sequenti diluentur.

§. IV.

Refellitur tertius modus dicendi.

NOn cognosci conditionata futura in illorum determinata veritate obiectiua pro priori ad decretum, vt tertius modus dicendi asserebat, ostenditur primo, quia vt ex dicendis §. sequenti constabit pro priori ad decretum exercitè existens in Deo, nulla est determinata veritas in his conditionatis: ergo non possunt pro priori ad decretum exercitè existens cognosci in sua veritate obiectiuè determinata.

43 *Tertius modus dicendi impugnatur primo.*

Secundo, quia D. Thom. 1. *Contra Gentes, cap. 66. rat. 5.* expressè fatetur, Deum non entia, id est, non existentia cognoscere in se ipso tanquam in causa. Et *cap. 68.* loquendo de actibus liberis nostræ voluntatis, docet apertè, Deum illos in se ipso, vt illorum causa cognoscere. Et *q. 3. de verit. art. 6. in argum. 1. sed contra*, docet D. Thom. Deum habere cognitionem de rebus per ideas. Et *in corpore articuli*, idẽ respectu eorum, quæ sunt, fuerunt, vel erunt, determinari à proposito voluntatis diuinæ: ergo sentit D. Thom. in diuina essentia, quatenus per decretum determinata cognosci à Deo omnia, quæ sunt, fuerunt, vel erunt, & consequenter non posse obiectum aliquod sub quauis ratione futuri à Deo in se ipso cognosci.

44 *Secundo.*

Si dicas, loqui Diuum Thomam de futuris absolutis, non de conditionatis. In contrarium obstat: nam ratio mouens D. Thomam, vt asserat, Deum in se ipso futura absoluta cognoscere, est, tùm, quia est causa illorum. Tùm etiam, quia cum non possit à rebus cognitionem accipere, nihil extra se ipsum potest cognoscere, nisi in se ipso, vt in medio, & obiecto prius cognito; at hęc duplex ratio pari efficacia militat respectu conditionatorum: ergo iuxta Diuum Thomam, etiam hæc futura cognoscuntur à Deo, non in se ipsis, sed in se ipso.

45 *Respondebis, Contra.*

Tertio probatur: quia, vt docet idem Diuus Thomas *in primo sententiarum, distinct. 38. quæst. 1. art. 5. quæstione 12. de veritate artic. 10. quæst. 16. de malo artic. 7. in hoc nostro articulo, & alibi pluries*, futura contingentia absoluta, id circo possunt in se ipsis certò cognosci, ly *in se ipsis* dicente obiectum cognitum, non medium cognoscendi, quia sunt Deo in æternitate præsentia, & quia habet rationes rerum apud semetipsum; at conditionata nõ sunt Deo ab æterno in æternitate præsentia; cum numquam sint in propria duratione extitura: ergo solum poterunt à diuino intellectu cognosci, quia habet rationes rerum apud se præsentes, id est, rerũ idæas per decretum determinatas ad rerum futuritionem, vt explicat. Angelicus Doctor *quæstione tertia, de veritate, articulo sexto*; & consequenter pro priori ad decretum diuinum non poterunt hæc futura in sua veritate obiectiua cognosci.

46 *Tertio impugnatur.*

Quarto: nam Auctores contrarij, dum tentant suadere determinationem veritatis obiectiuæ in prędictis futuris pro priori ad decretum, circulum vitiosum committunt: ergo vt inepte arguentes sunt reijciendi. Probo antecedens: etenim determinationem veritatis obiectiuæ suadere nituntur, vt probent determinationem veritatis formalis existentis in diuino intellectu. Hoc patet: nam ad id suadent determinationem obiecti, vt certò cognoscatur à Deo cognitione omnino infallibili, & quæ falsitati non sit exposita, hoc autem idem est ac probare determinationẽ veritatis formalis ex determinatione obiectiua. Tùm sic; at in sua probatione determinationem veritatis obiectiuę colligunt

47 *Quarto.*

ligunt ex determinatione veritatis formalis: ergo petunt principium, & circulum vitiosum committunt. Probo minorem clarè: nam pro illa determinatione sic arguunt: propositio illa est vera determinatè, quæ rem significat, sicuti est; hoc habet propositio de conditionato futuro: ergo est determinatè vera; at propositio significans, non est propositio obiectiua; hæc namqùe non significat, sed significatur, sed est propositio formalis: ergo ex veritate determinata ptopositionis formalis conã tur inferre, & probare determinationem in veritate obiectiua, & illam ex ista, ac proinde principium petunt, & circulum vitiosem committunt.

48 *Respondebis.* Si dicas, ex obiectiua colligi formalem illationè à priori, & ex formali obiectiuã à posteriori, sic autem arguere, non est principium petere, nec vitiosum circulum committere: nam ex proprietatibus rerũ illarum essentias argumento à posteriori venamur, & proprietates ex essentijs à priori colligimus, quin in hoc modo arguendi vitium aliquod committatur.

Contra. In contrarium obstat, quia hoc verum est, quando aliud argumentum à priori extat suadens veritatem intentam; at in tota aduersantium doctrina nullum argumentum à priori pro hac sua sententia inueni tur, vt probent hæc futura certò à diuino intellectu cognosci, nisi quod sumunt ex illorum veritate obiectiua, nec ad istam suadendam aliud argumentum inuenies, nisi à Nobis factum: ergo aut fateri debent suam sententiam omni argumento à prio ri destitutam esse, aut tenentur concedere argumentum, quod ex ipsis retuli, esse à priori; ac proinde vitiosum, vt potè idem probans à priori per idem.

49 *Vltimo reijcitur iste modus dicendi.* Denique modus iste dicendi reijcitur: nam si propositiones de conditionato futuro essent determinatè veræ pro priori ad decretum, maxime esset, quia in tempore futuro habent suam de in esse determinatè veram, verbi causa, ista propositio: *Si Petrus in tali occasione fuerit vocatus consentiet* adueniente tempore, pro quo illius consensus dicitur futurus, & purificata condi tione Petrus consentit determinatè; at ex veritate propositionis de in esse pro tempo re præsenti, non licet colligere veritatem determinatam propositionis de futuro conditionato pro omni priori naturæ, sed ad summũ pro omni instãti reali antecedẽ ti: ergo nõ cognoscuntur à Deo in illorũ veritate obiectiua pro priori ad decretum.

50 *Minor prob. 1.* Probo minorem primo, quia ex tali veritate de præsenti, non sequitur fuisse futurum pro omni priori naturæ; alias ex eo quod Petrus modo consentiret, vocatione suppositâ, liceret inferre fuisse consensurum sub conditione, quod vocaretur pro signo possibilitatis rerum, & pro signo antecedenti ad existentiam Dei, quod nullus concedit: ergo nec colligitur conditionata futuritio pro priori ad decretum.

Secundo. Secundo, ex veritate propositionis de præsenti non infertur veritas propositionis de futuro absoluto pro priori ad decre tum exercitè existens in Deo, sed solum pro instanti reali anteuertente durationẽ præsentem: ergo pariter non infertur ex illa veritas propositionis de futuro condi tionato pro priori ad decretum exercitè existens in Deo, sed solum pro omni in stanti reali antecedenti.

51 *Tertio.* Tertio, quia propositio de futuro condi tionato non redditur vera immediatè obiectiuè ex veritate propositionis de præsenti, sed ex ordine obiectiuo, quem dicit ad illam, ipsa ingrediente solum terminatiuè; at ordo ille, cum realis sit, vel efficienter à decreto prouenit, vel est formalis denominatio ab illo, vt latè ostendi *Disputatione 33.* ergo ex veritate præsenti non licet inferre veritatem determinatam propositionis de futuro conditionato pro priori ad decretum exercitè exi stens in Deo, sed solum pro omni instanti posteriori ad decretum.

52 *Respondebis.* Respondet Herice *supra cap. 8. num. 44.* se, & alios suæ Familiæ Doctores non intendere, quod in illis propositionibus sit veritas pro priori naturæ, sed pro instanti reali. Cæterum hæc solutio stare nequit in illius Auctoris, & suorum principijs: nam ad hoc suadent veritatem obiectiuam futurorum conditionatorum, vt terminent certam cognitionem diuinam pro priori ad decretum: nam quod cognoscantur à Deo certò, & infallibiliter libenter fatentur Thomistæ, & solum contendunt cognosci non posse pro priori ad decretum exercitè existens in Deo; at ex illorum ve ritate pro omni instanti reali solum colligitur debere pro omni instanti reali à diuino intellectu cognosci, non autẽ quod terminent certam Deinotitiam pro prio ri ad decretum: ergo, vt hoc secundum conuincant, debent probare veritatem de terminatam horum futurorum, non so lum pro instanti reali, sed etiam pro prio ri ad decretum exercitè existens in Deo, & si hoc non præstant, nihil contra nostros conuincunt.

53 *Proponitur argumentum aduersariorum.* Et ex his probationibus manifestũ est solutio ad argumentum, cui fidunt contrarij, desumptum, ex eo quod veritas pro positionis de futuro, siue absoluto, siue cõditionato, debet per suã de in esse regula ri, & ex illa cognosci; at omnis propositio

de futuro conditionato in futuro tempore habebit suam de in esse, aut determinatè falsam, aut determinatè veram: ergo omnis propositio de futuro gaudere debet veritate, aut falsitate determinata. Illatio est legitima. Minor videtur certa: nam pro hoc tempore verum est determinatè *Petrus vocatus consentit*, aut determinatè falsum; at hæc propositio est de in esse illius, *si vocauero Petrum consentiet*: ergo pro omni prioritate antecedēti habitura erat hæc propositio, suam de in esse, aut veram determinatè, aut determinatè falsam. Maior autem apud ipsos est notum principium.

54 *Respond.* Respondeo ex dictis, distinguendo maiorem: regulatur per propositionem de in esse formaliter, nego maiorem: terminatiuè ex illa, & ex ordine determinato ad illam formaliter, concedo maiorem, & distinguo minorem: habebit pro futuro tēpore suam de in esse veram, aut falsam, pro priori ad decretum, nego minorem: decreto suppositio, & ex vi illius, concedo minorem, & distinguo consequens: ergo est vera, pro priori ad decretum, nego consequentiam: pro posteriori ad ipsum, concedo consequentiam.

55 *Doctrina solutionis explicatur.* Itaque propositio de futuro, vt sit vera, non sufficit, quod in sequenti signo sua de in esse sit de præsenti vera, quod in doctrina D. Thomæ est clarius, quam probatione indigeat; cum vt vidimus *Disp. 33. in solut. primi argumenti* admittat, aliquid existens in tempore, de quo respectiuè ad causas creatas nunquam fuit verum dicere de illo, quod erit, eo quod causæ secundæ nō præcesserint tempore cum ordine determinato ad communicandam illi existentiā: sumitur ergo veritas propositionis de futuro ex ordine determinato ad existentiā habendā pro futuro tēpore, & quia talis ordo non potest alicui cōpetere pro priori ad decretū: hinc fit nullā propositionē de futuro posse habere determinatā veritatem pro tali priori vnde quādo asseritur, quod propositio de futuro habebit suā de in esse determinatè verā, negandū est, quod habebit pro illo priori: quia cū idem sit dicere, quod habebit suā de in esse veram ac quod dicit determinatum ordinē ad existentiam pro tempore futuro, & istum ordinem pro priori ad decretū non dicat: hinc fit, quod nec possit verè affirmari pro illo priori, quod habebit pro posteriori signo, seu instanti suam de in esse determinatè veram.

56 *Replicabis 1.* Sed oppones primo, propositionem esse veram, est esse suo obiecto conformem, & falsam, est non esse conformem suo obiecto; ac inter esse, & non esse conformem non datur medium: ergo etiam pro quouis priori debet esse determinatè vera, aut determinatè falsa, quæuis propositiō de conditione futuro.

Replicabis 2. Secundo: nam sequitur ex hac solutione, propositionem affirmatiuam esse falsam pro illo priori, & negatiuam eius contradictoriam esse veram; consequens est falsum: ergo prædicta solutio nequit subsistere. Falsitas consequentis ex inde videtur suaderi: nam si negatiua est vera pro priori ad decretum, erit vera veritate necessaria; cum omnis veritas, si contingens sit debeat esse libera Deo, non autem possit esse libera pro priori ad decretum.

Prima pars sequelæ probatur 1. Sequela autem pro prima parte suadetur: tùm, quia propositio affirmatiua, tunc est falsa, quando de est ei aliquid ex requisitis ad eius veritatem; at ad veritatem propositionis affirmatiuæ de futuro deest pro illo priori decretum, quod per Nos ad illius veritatem exigitur: ergo est fala pro illo priori.

Secundo. Tùm etiam: nam propositionis affirmantis falsitas consistit in hoc, quod affirmet aliquid aliter ac est; at dicta propositio affirmat pro illo priori rem esse futurā, quod ita nō est, vt fatemur ergo est falsa

57 *Tertio.* Tertio: nam affirmare pro priori ad decretum quod Deus decernit aliquid, est falsum; sed propositio affirmans rem esse futuram, affirmat saltim virtualiter Deū decernere rei futuritionem; cum rei futuritio à denominatione à decreto proueniat, vel necessario decretum supponat, & in illo fundetur in nostra sententia: ergo est falsa talis propositio. Et ex his probata manet sequela pro secunda parte: nam id ipsum, quod sufficit ad falsitatem, affirmatiuæ, sufficit etiam ad veritatem contradictoriæ illius; cum eo ipso qnod affirmans sit falsa, negatiua sit vera.

58 *Resp. ad 1 replicā* Ad primam ex his obiectionibus respōdeo, distinguendo maiorē pro secunda parte: est non esse conformem purè præcisiuè, nego maiorem: negatiuè, seu contrarie, concedo maiorem, & distinguo minorem: non datur medium inter esse, & non esse conformem: ly *non esse* accepto præcisiue, concedo minorem: accepto contrarie, nego minorem; & nego consequentiā: quia pro illo priori nec est conformis, nec non conformis negatiuè, aut contrariè, sed solum est non conformis purè præcisiuè; quod non sufficit vt sit falsa dicta propositio: sicut in instanti, quo voluntas amat, si cōsideretur voluntas pro priori naturæ ad elicientiam amoris, nec est amāsi nec non amans negatiuè, aut contrariè, sed est non amans purè præcisiuè, & tamen hoc non sufficit, vt sit falsum pro illo priori dicere, quod amat, aliàs in eodem instāti reali esset verum, & falsum, quod volun-

tas

tas amat, quod omnino repugnat.

59 Ad 2. Ad 1. probationem sequelæ resp. 1. Ad secundam obiectionem respondeo, negando sequelam. Ad primam probationem, distinguo maiorem: si desit aliquid ex requisitis positiuo defectu, concedo maiorem si defectu purè præcisiuo, nego maiorem, & minori sub eadem distinctione concessa, nego consequentiam, quæ instatur in instanti, quo quispiam elicit actum amoris: nam propositio affirmans elicientiam amoris petit ad sui veritatem amoris existentiam, & pro signo indifferentiæ, in quo ante eius elicientiam voluntas consideratur, deest amor purè præcisiuè, quo non obstante pro illo priori non est falsa propositio affirmans, aliàs in eodem reali instanti esset falsa, & vera eadem propositio, quod est omnino falsum.

60 Secundo. Respond. Vel aliter potest illa maior distingui: si desit requisitum, taliter quod in eodem reali instanti possit ad esse, nego maiorem: si desit taliter, quod non possit pro reali instanti ad esse, concedo maiorem, & minori ad missa sub eadem distinctione, nego consequentiam, quia etsi pro priori ad decretum desit decretum, hoc est, non intelligatur pro illo priori, potest tamen esse pro illo reali instanti, & consequenter potest propositio affirmans in eodem instanti veritatem habere: vnde etsi pro illo priori dicta propositio sit non vera, non tamen est falsa, sed nec vera, nec falsa.

61 Ad 2. probationem. Ad secundam sequelæ probationem, concessa maiori, distinguo minorem: affirmat aliquid, quod pro illo priori non est, ly *non est* accepto præcisiuè, id est, quod pro illo priori non intelligitur esse, concedo minorem, ly *non est* accepto repugnanter, seu contrariè, nego minorem, & nego consequentiam: quia vt esset falsa necessarium erat, quod afirmaret aliquid, quod pro illo priori non esset contrariè, aut repugnanter, id est, quod haberet ex vi illius prioris, aliquid repugnans futuritioni, quam affirmat pro reali illo instanti.

62 Ad 3. probationem. Ad tertiam probationem, distinguo maiorem: affirmare pro priori ad decretum, quod Deus decernit aliquid pro illo priori est falsum, concedo maiorem, affirmare pro illo priori, quod Deus decernit aliquid pro alio posteriori in eodem reali instanti est falsum, nego maiorem: & concessa minori, distinguo consequens: si affirmetur pro illo priori, quod est futurum pro eodem priori, concedo consequentiã: si affirmetur pro illo priori, quod est futurũ pro alio posteriori in eodẽ reali instanti, nego consequentiam, quod hoc sit falsum determinatè pro tali priori, sed est indifferens ad verum, & falsum, & tantum est non verum.

Et quidem, tam argumentum, quã omnes eius replicationes, euidenter instantur in signo possibilitatis, in signo priori ad prædicata necessaria Dei, & in priori signo indifferentiæ nostræ voluntatis in instanti, quo amat, vt tantisper meditanti constabit. Mitto alia argumenta, quia ex dictis claram solutionem accipiunt omnia, quæ contra istam conclusionem possunt opponi. *Instatur argumentum.*

§. V.

Respondetur directè ad quæstionem.

63 Quarta conclusio. SIT QVARTA CONCLVSIO: *Nullum futurum conditionatum potest vt verum à Diuino intellectu cognosci certitudine omnino infallibili, nisi præsupposito decreto libero existente exercitè in Deo.* Conclusionem istam esse D. Thomæ expressam, præterquã, quod ex dicendis *disputatione sequenti* manifestè apparebit cõstat, tùm primo, quia omnes modi dicendi hucusque impugnati, illius mẽti manifestè aduersantur, vt vidimus; at non restat alius, quo possit defendi cognitio infallibilis horum futurorum antevertens existentiam decreti: ergo adstruere talẽ cognitionem est apertè Angelico Doctori aduersari. *Esse dementè D. Thomæ prob.* 1

64 Secundo. Tùm etiam: nam vt ostendimus *disp.* 33 ex Angelico Doctore, rem esse futuram est denominatio sumpta à decreto: ergo omnino implicat intelligere rei futuritionem siuè absolutam, siuè conditionatam, pro priori ad diuinum decretum. Patet hæc consequentia, quia nihil potest ante suam formam præintelligi: ergo si rerum futuritio est effectus formalis decreti, repugnat omnino intelligi aliquam rationẽ futuri pro priori ad decretum. Tùm tertio: quia vt vidimus *in eadem disputatione in solut. ad* 1. admittit Angelicus Doctor aliquid posse in tempore existere, ac quo numquam verum fuerit tempore antecedenti, quod erit respectiuè ad causas secũdas, eo quod non præcesserint ad effectum determinatè: ergo ex illius mente, si nec in causa prima determinatio per decretũ præcedat, repugnat intelligi aliquam rationem futuri. *Tertio.*

65 Vltimo. Tùm denique id ipsum ostenditur ex D. Thom. 1. *p. q.* 16. *a.* 7. *ad* 3. illis verbis: *Ad tertiũ dicendũ quod illud, quod nũc est, ex eo futurũ fuit, antequam esset, quia in causa sua erat, vt fieret: vnde sublata causa non esset futurũ illud fieri, solã autẽ causa prima est æterna: vnde ex hoc non sequitur quod ea, quæ sũt, semper fuerint verũ ea esse futura, nisi quatenus in causa sempiterna fuit, vt essent futura, quæ quidem causa solus Deus est.* 65

Ex quibus verbis tale formo argumen-

Formatur ratio ex verbis D. Tho.

tum: eatenus solum aliquid est futurum ab æterno, quatenus in causa sempiterna fuit, vt esset futurum; at non fuit, vt esse futurum in causa sempiterna, nempè in Deo, ratione omnipotentiæ solius, prout in actu primo consideratæ, quia prout sic solum dat effectibus denominationem possibilis: ergo fuit, vt esset futurum in causa prima, vt per decretum liberum determinata ad dandam effectui existentiam in tempore, & consequentèr non præintellecto diuino decreto nihil potest esse, aut intelligi sub ratione futuri.

67

Secundo prob. conclusio ratione.

Deinde suadetur conclusio hac ratione: rem esse futuram sub conditione est aliquid reale; at non est aliquid reale intrinsecum rei, quæ futura sub conditione dicitur, quæ pro tunc nihil est; & consequentèr incapax denominationis intrinsecæ: ergo est aliquid reale ab extrinseca forma proueniens; at hoc reale extrinsecum nihil aliud esse, aut intelligi potest, nisi decretum liberum voluntatis diuinæ; ergo ab hoc decreto constituitur in ratione futuri, & consequentèr illo non præintellecto nihil poterit ab intellectu Dei, vt sub conditionè futurum cognosci. Consulite *sup. disp.* 13. inter confirmandam primam cõclusionem, vbi aduersariorum solutiones, quibus huic argumento tentant ocurrere, satis reiecimus.

68

Confir. 1.

Quod amplius vrgetur: nam conditionata futuritio conuenit rei creatæ, non ex se ipsa, sed per respectum ad causam primã; at non per respectum ad illam; vt præcisè potentem, à qua prout sic solum sumitur ratio possibilis: ergo per respectum ad illam vt per decretum liberum applicatam ad agendum in tempore; & consequentèr nequibit intelligi conditionata futuritio

Confir. 2.

non præintellecto decreto diuino. Confirmatur, & vrgetur secundo, omnis realis entitas, seu modus entis realis, competens rebus, illis conuenit dependentèr à Deo tanquam à causa prima; at futuritio illa conditionata est realis entitas, aut modus entis realis: ergo nequit rei creatæ competere nisi per respectum ad causam primam. Tunc vltra: omne quod à causa prima dependet, est ab illa, vt agente per intellectum; & voluntatem, & consequentèr medio decreto libero: ergo implicat intelligi conditionata futuritio non præintellecto diuino decreto vt applicãte, & determinante ad agendum causam primam.

Confir. 3.

Confirmatur, & vrgetur tertio, implicat intelligi rem vt possibilem non præintellecta omnipotentia Dei, à qua constituitur potens in ordine ad productionem rerum: ergo implicat intelligit rem vt futuram, non præintellecto diuino decreto. Patet consequentia: nam sicut possibilitas rei dicit ordinem ad omnipotentiam diuinam, ita futuritio dicit ordinem ad decretum liberum, vel ab illo desumitur.

69

Tert. probatur cõclusio.

Tertio principaliter suadetur conclusio, implicat rem transire de statu possibilis ad statum alicuius futuritionis, nisi medio diuino decreto; at futuritio conditionata transfert rem, cui competit, ab statu purè possibilitatis ad statum aliqualis futuritionis: ergo præcedere debet decretum diuinum, ac proinde ante illud intelligi non poterit conditionata rerum futuritio. Consequentia, cum minori, liquet. Maior autem probatur: nam ille transitus non competit rei ratione sui, sed dependentèr ab influxu causæ primæ; at hæc non agit nisi medio decreto: ergo nequit intelligi transitus istè, nisi mediante decreto diuino.

70

Respõdet aduersarij.

Hoc argumentum male torquet Aucto res contrarios, quamuis Doctissimos, nec vnquam satis ab illo se expediunt, sed nec possunt: omnium solutio sic, vel sic explicata reducitur ad hoc, quod cum res conditionatim futura non sit effectus absolutè existens, sed extitura sub conditione, nõ requirit influxum diuinum præsentem realitèr, sed obiectiue, & eodẽ modo requirit decreti existẽtia nõ exercitã: sed obiectiuã.

71

Contra 1.

Sed hoc effugium facile præcluditur primo, quia decretum, quod dicunt obiectiue existeret, non obijcitur menti diuinæ pro illo priori, solum vt possibile, nec obijcitur pro tunc vt futurum, vtrumque *inferius* monstrabo: ergo debet obijci, vt exercitè existens pro illo priori, & consequenter, cum diuinus intuitus sit omnino infallibilis, verè pro tunc exercitè existet.

72

Contra 2.

Secundo: nam licet res futura sub conditione non transeat ab statu puræ possibilitatis absolutè ab existentiam, transit tamen absolutè ad conditionatam futuritionem; at hæc conditionata futuritio, cum quid reale sit, vel est denominatio à decreto proueniens, vt *superius* ostendi, vel est modus realis, ac proinde decreti existentiam ex poscens, vt paulò ante arguebam: ergo necessario requiritur decretum existens exercitè ad transitum de possibili ad conditionatum futurum Tertio: nam licet

Cõtra 3.

res possibilis non sit effectus existens de facto, sed tantum possibilitèr, nihilominus tamen requirit essentialitèr omnipotentiam, vt de facto existentem: ergo quãuis effectus sub conditione futurus existens non sit de facto, sed futurus sub conditione, exposcet essentialitèr decretum diuinum exercitè existens.

73

Si fortè dicatur, esse discrimen: nam omni-

Dices. nipotentiæ repugnat istatus posibilitatis, & idcircò ab illa vt posibili non potest res creata posibilis denominari, sed necessario exigitur omnipotentia existens; decreto autem non repugnat conditionata futuritio, & ideò ab illo vt futuro conditionatè potest dici effectus sub conditione futurus.

Contra 1. In contrarium obstat, tùm, quia non minus repugnat decreto diuino conditionata futuritio, quam omnipotentiæ status

Contra 2. posibilitatis, vt *inferius* constabit. Tùm etiam, quia etiam si omnipotentiæ non repugnaret status posibilitatis, non posset ab illa sumi denominatio posibilis, nisi tandem sisteremus in aliquo existente, cum quo posibilitas omnipotentiæ connexionem haberet: ergo pari ratione repugnauit omnino decretum esse conditionatim futurũ, nisi præsupponatur aliquid existens, cum quo decreti conditionata futuritio habeat connexionem; at hoc esse nequit prædicatũ necessariũ Dei. aliàs conditionata decreti futuritio non libera, sed necessaria esset: ergo esse debet aliquid liberè competens Deo, & consequenter aliquod decretum diuinum.

74 *Vltimo rejcitur principalis solutio.* Denique principalem solutionem rejcio: rem esse futuram sub conditione pro tunc futuritionis est liberum Deo: ergo pro illo tunc debet esse volitum ab ipso, & consequenter debet existere decretum diuinum exercitè. Consequentia est nota, quia non stat, nec intelligi potest obiectũ actu libere volitum, absque actu exercitè ad illud terminato. *Antecedens probatur 1.* Antecedens autem probatur, tùm: quia pro quouis priori res sit sub conditione futura est amabilis à Deo, non minus quam scibilis: ergo sicuti non potest non sciri à Deo pro illo priori, ita non poterit non esse actu volita ab ipso. *Secundo.* Tùm etiam: nam rem esse sub conditione futuram, non est Deo necessarium, nec est illi contingens: ergo est actu liberum pro quouis priori respectu illius; & consequẽter actu ab ipso volitum. Antecedens pro prima parte notum videtur: quia nihil est necessarium respectu Dei nisi essentiæ rerum, & illarum connexiones essentiales. Pro secunda etiam non minus appertum apparet: id namque est contingens, quod euenit ab extrinseco præter intentionem agentis, sic autem aliquid respectu Dei euenire, siue absolutè, siue sub conditione derogat summæ perfectione prouidentiæ, & libertatis diuinæ.

75 *Dices.* Si dicas, rem esse sub conditione futuram esse liberum Deo, non absolutè, sed conditionatè id est, quod si ponatur conditio, effectus ponetur dependenter à decreto libero voluntatis diuinæ. In contra-

rium obstat: nam licet in hac solutione *Contra.* saluetur absolutam rei futuritionem esse Deo liberam libertate conditionata, status tamen futuritionis conditionatæ nequit sic dependere à libertate Dei: ergo de illo loquendo manet in suo robore argumentũ factũ. Patet antecedens: nam licet solum sub conditione si res extitura in statu absoluto, quod tamen sub conditione sit res futura, est verum absolutè pro tunc futuritionis: ergo licet primum posit esse liberum Deo, non absolutè, sed conditionatè, secundum tamen absolute debet esse liberum Deo, vel contingens, vel necessarium.

76 *Quarto probatur conclusio, & est replica præcedentis solutionis.* Quarto principaliter suadetur conclusio, & simul inpugnatur solutio præcedẽs: pro priori ad decretum diuinum exercitè existens in Deo, nihil potest cognosci, vt absolute futurum: ergo pariter pro priori ad decretum subiectiue absolutum, & conditionatum obiectiue nihil potest à Deo cognosci, vt futurum sub conditione. Patet consequentia, tùm: nam sic comparatur absolutum decretum ad futurum absolutè, sicut conditionatum ad futurũ sub conditione: ergo si res vt futura absolutè cognosci non potest pro priori ad decretum absolutum vt exercitè existens in Deo, nec futurum sub conditione terminare poterit certam cognitionem pro priori ad decretum conditionatum vt exercitè existens in ipso. *Cõsequẽtia probatur primo* Tùm etiam, quia in re absolutè futura non datur pro tunc futuritionis, aliquid exercitè terminans Dei causalitatem, sed quod terminabit imposterũ; & hoc nõ obstãte intelligi nequit nisi præintellecto decreto, vt exercitè existente in Deo: ergo etiam si in futuro conditionato non detur aliquid pro tunc futuritionis terminans de facto causalitatem Dei, nequibit intelligi conditionata futuritio absque præintellecto decreto diuino existente exercitè in Deo. *Secundo.*

77 *Respõdet Suarez primo.* Ad hoc argumentum dupliciter respondet Suarez, primo negando antecedens: nam licet non possit cognosci aliquid vt futurum pro priori ad decretum vt cognitum, bene tamen pro priori ad decretum, vt exercitè existens: vnde in aliquo signo rationis priori ad decretum vt exercitè existens cognoscitur à Deo vt futurum obiectiuè prædictum decretum, & in illo vt sic cognito cognoscitur res creata vt futura absolutè, nec quantum ad hoc aliquod discrimen versatur inter res absolutè fututas, & futuras sub conditione. Ita Suarez *in opus. lib. 2. de scientia conditionatorum, capitul. 8.* cui adhæsi Fsolis *in hac 1. parte quæstione 14. art. 13. dubitat. 18.*

Digitized by Google

78 *Illã reiecit Vazquez.*

Hæc tamen solutio displicuit, & merito cæteris suæ familiæ Doctoribus. Illam supresso Auctoris nomine reijcit Vazquez *disp. 65. in fine num. 24. & 25.* quia inquit pro priori ad decretum ad summum constitui posset futuritio futuritionis, non ipsarum rerum, sed fore futuri stultè assignatur. Illam etiam impugnant, Arrubal *disp. 47.* & Herice *vbi supra cap. 9.*

79 *Reijcitur primo.*

Et reijcitur breuitèr primo: nam futuritio est carentia existentiæ cum habitudine ad illam habendam; at decreto diuino, vt potè æterno, huiusmodi carentia existentiæ, siue pro tempore, siue pro aliquo instanti repugnat: ergo, & repugnat illi ratio futuri. *Confir.* Quod amplius confirmo: nam prioritas tantum *à quo* non sufficit vt dicatur aliquid futurum pro alio posterioti; aliàs Verbum diuinum pro priori *à quo* originis, quo Patet intelligitur vt principium illius, obtineret rationem futuri, & cognitio pro priori, *à quo* virtualiter volitionem necessariam præcedens daret pro illo priori denominationem futuræ volitioni necessariæ Dei, & omne attributum virtualitèr radicatum in alio diceretur futurum pro illo priori, à quo aliud vt radicem supponit, quod nullus dixit; at decretum liberum ab æterno existens in Deo solum potest prioritate *à quo*, alias diuinas perfectiones supponere, non autem prioritate aliqua instantis *in quo*: ergo nec esse, nec intelligi potest sub aliqua ratione futuri.

80 *Secundo reijcitur.*

Secundo reijcitur: nam si posset diuinum decretum cognosci vt futurum, maxime esset pro illo signo rationis, quo diuina voluntas intelligitur, vt indifferens ad hoc, vel illud decretum habendum, vel decreti negationem, (ita Suarez *vbi supra num. 7.*) at pro illo priori intelligi nequit decretum sub ratione futuri, sed solem sub ratione possibilis, omni imperfectione possibilitatis creatæ secluſa: ergo pro nullo signo potest decretum ab æterno existens in Deo obtinere rationem futuri. *Minor prob. 1.* Probo minorem primo: nam pro signo possibilitatis rerum nulla res creata intelligitur vt determinatè futura, vt fatentur omnes contrarij: ergo nec pro signo possibilitatis decreti potest decretum obtinere rationem futuri; at signum indifferentiæ, voluntatis diuinæ est signum possibilitatis decreti: ergo pro illo priori nequit intelligi decretum sub ratione futuri, sed solum sub ratione possibilis. *Secundo,* nam pro illo signo intelligitur diuina voluntas vt omnino indifferens non solum ad esse, & non esse decreti, sed etiam ad fore, & non fore: ergo pro tali signo intelligi nequit decretum sub ratione futuri.

Si dicas, præter signum indifferentiæ voluntatis diuinæ, & signum existentiæ decreti, dari aliud signum inter vtrumque medians, posterius primo, & præcedens secundum, pro quo intelligi potest decretum sub ratione futuri. In contrarium obstat: nam pro hoc signo inter vtrumque medio, vel intelligitur diuina voluntas, vt omnino indifferens ad velle, & non velle, vel vt determinata ad volendum? si primum, non potest intelligi decretum vt futurum magis quam vt non futurum? Si secundum: ergo antecedentèr ad decretum vt exercite existens intelligitur aliquid diuinam voluntatem determinans, quod est implicatorium: quia diuina voluntas per nihil ad decretum præuium potest determinari, ad differentiam voluntatis creatæ, quæ quia est in potentia ad elicienti m actus, indiget aliquo præuiè ipsam aplicante ad actum: ergo signum illud medium est omnino fictitium. Explicatur hoc amplius, ideo pro signo indifferentiæ voluntatis diuinæ intelligi nequit decretum vt futurum, quia est omnino indifferens ad decretum, & eius negationem; at hæc indifferentia non nisi per decretum potest auferri: ergo pro nullo signo priori ad decretum, vt exercitè existens potest intelligi decretum vt futurum.

81 *Contra.* *Dices.* *Confir.*

Dices, pro illo signo medio esse decretum non vt exercitè existens, sed vt existens obiectiue, & per illud prout sic determinari voluntatem diuinam. Sed contra, ideò pro antecedenti signo intelligi nequit decretum vt existens etiam obiectiue, quia voluntas diuina est omnino indifferens ad illud, & eius negationem; at pro omni signo priori ad decretum, vt exercite existens manet omnino indifferens: ergo pro nullo signo præcedente existentiã decreti potest intelligi decretũ vt obiectiue existens, seu obiectiue futurum.

82 *Respond.* *Sed cõtra*

Tertio principalis solutio reijcitur, scientia futuritionis decreti absoluti, nec est prior existentia decreti prioritate *in quo*, nec prioritate subsistendi consequentia, nec prioritate rationis *à quo*: ergo nec futuritio decreti gaudet aliqua ex his prioritatibus respectu sui vt existentis exercite; & consequenter nulla est prioritas inter futuritionẽ, & existentiam exercitam decreti absoluti. Illatio, & sub illatio perspicuæ sunt. Antecedens pro prima parte constat: nam, cum illa scientia sit intuitiua respectu decreti, debet in eodem instanti cum illo coexistere. Pro secunda euidentius apparet etenim à prædicta scientia ad decreti existentiam valet consequentia, & è contra; ac proinde scientia, prædicta prioritate non gaudet. Tertia pars eiusdẽ an-

83 *Tertio reijcitur principalis solutio.*

Prima pars antecedentis probatur. *Secunda pars probatur.*

Digitized by Google

Tertia pars etiã probatur.

antecedentis etiam manifesta videtur: nam prioritas à *quo* cognitionis ad actum voluntatis est prioritas regulæ proponentis obiectum, at scientia decreti absoluti non est regula proponens voluntati diuinæ obiectum amandum in aduersariorum sententia negantium scientiam visionis esse causam rerum: ergo non est prior decreto prioritate rationis *à quo*.

84 *Quarto reijcitur.*

Quarto reijcitur: nam si ob aliquam causam hæc scientia, & futuritio decreti absoluti illius existentiam præcederet, maximè quia si per impossibile non esset decretum ab æterno præsens, & aliquando Deus ipsum esset habiturus, nihilominus semper cognouisset fore vt illud decretũ haberet (ita arguit Suarez *vbi supra num.* 6.) at hæc ratio, & falsum supponit, & nihil concludit: ergo in nullo signo rationis priori ad decretum nedum vt cognitũ, verum etiã, vt exercite existens potest à Deo vt futurum cognosci obiectiuè decretum. Probo minorem quoad primam partem, scilicèt, quod supponat falsum: nam scientia, qua Deus suũ decretum cognosci, est intuitiua respectu decreti, & consequentèr ab illius existentia, tanquam à ratione à priori dependens: ergo ex hypothesi, quod præsens ab æterno non esse decretum, talis scientia per locum à priori defineret esse.

85 *Probatur minor pro secunda parte.*

Secunda pars minoris, nempè, quod nihil concludat, probatur: nam eadem ratione cognosceret Deus Verbum diuinum sub ratione futuri; consequens est falsum; ergo ratio Suarez subsistere nequit. Probatur sequela: si Verbum ab æterno non esset, & esset futuro in tempore, Deus ab æterno sciuisset, quod esset futurum, hoc non potest negare Suarez, si vera est hypothesis, quam circa decretum confingit: ergo si ex illa hypothesi facta circa decretum, rectè colligitur Deum cognoscere decretum vt futurum antequam intelligatur vt exercitè existens, id ipsum fateri tenetur respectu diuini Verbi, quod nempè, vt futurum cognoscatur à Deo, antequam intelligatur exercitè existens.

86 *Vltimo reijcitur principalis solutio ab inconuenienti.*

Denique solutionem istam impugno ex duplici inconuenienti, quod ex illa manifestè consequitur. Primum est, scientiam istam esse mediam inter liberam, & naturalem, non minus quam scientia conditionata in aduersariorum sententia; consequens non admittunt: ergo nec solutio debet admitti. Patet sequela, scientia conditionatorum obiectiuè involuit liberum decretum, vt iam fatentur fere omnes Contrarij; & tamen, quia non supponit illud subiectiuè, vt exercite existens non est perfectè libera, sed vel media, vel libera imperfectè iuxta diuersas illorum sententias: ergo si scientia ista non supponit decretum subiectiuè, sed obiectiuè solum involuit, non erit libera perfectè, sed media non minus quam scientia conditionata.

Primum.

87 *Secundũ inconueniens.*

Secundo sequitur, scientiam conditionatam esse omnino superfluam; consequẽs numquam devorabunt contrarij: ergo prædicta solutio est insufficiens. Probo sequelam: nam scientia media ad hoc potissimum à contrarijs adstruitur vt Deus non cæco, & ignoranti modo circa rationalem creaturam absolutè decernat, & sua auxilia impertiatur; at semel concesso Deum pro priori ad decretum absolutum illud, & creaturas futuras cognoscere, non cæco, & ignoranti modo decerneret omni alia scientia secluſa: ergo ad hunc finem necessaria non erit scientia conditionata. Probo minorem: pro priori ad instans in quo Deus absolutè decerneret, cognosceret, quid esset voliturus, & qui effectus essent absolutè futuri: ergo ex ista præcognitione decerneret summe sapientèr absque vlla ignorantia, etiam si omnem aliam præuiam notitiam secludamus à Deo.

88 *Secundo respondet Suarez.*

Secundo idem Suarez *prolegomeno 2. de gratia cap. 6. num 15. & 16.* remelius inspecta sententiam mutasse videtur, & ad argumentum factum respondet concesso antecedenti de decreto absoluto non prædefinitiuo, & cui soli absoluta scientia innitatur, negando consequentiam, rationem autem discriminis reddit: nam scientia absoluta terminatur ad realem existentiam rei aliquando futuræ, & quia talis existentia pendet ab efficientia Dei, & hæc a voluntate ipsius consequens fit, quod necessario decretum liberum voluntatis supponat; at vero scientia conditionata non dicit habitudinem ad effectum aliquando futurum, & ideo ex hac parte non pendet à decreto libero, quod de facto supponat, sed ad effectum sub conditione futurum ad quod satis est vt in conditione includatur decretũ, non quod iam sit, sed quod si ponatur, sufficiet, vt voluntas humana operetur de facto, Deo simultaneè concurrente cum illa; & quia conditionatus nihil ponit in esse: hinc fit quod non ponat in esse decretum, nec illud de facto supponat, sed solũ illud in conditione involuit.

89 *Sed contra primo*

Sed nec ista solutio satisfacit, primo: quia si non obstante, quod res absolutè futura non existat de facto sed sit extitura, pétit decretum existens de facto, iam non est eadem ratio de diuinis decretis, ac de alijs causis: si quidem istæ solum vt futuræ exiguntur ad futuritionem effectus, & consequenter etiam si causæ creatæ exigantur

Digitized by Google

-solum sub conditione ad futuritionem eō determinatam suorum effectuum, non licet colligere, quod hoc ipsum sufficiat in divino decreto. Secundo, quia admisso antecedenti, iam omnia illorum argumenta ex vi contradictionis, & ex propositionibus de inesse desumpta instantiam manifestam accipiunt in propositionibus de futuro absoluto, vt arguebam supra §. 3. & 4. & consequenter in efficacia omnino redeuntur vt veritatem inconditionatis suadeant pro priori ad decretum.

Cōtra 2.

90 Tertio: nam ad hoc quod aliquid sit sub conditione futurum præter conditionem requiritur diuinus concursus, saltim simultaneus in omnium sententia: ergo præter decretum conditionis quod in illa involuitur, & tanquam cōditio supponitur, necessario exigitur decretum simultanei concursus, saltim obiectiue ingrediens cognitionem futuri. Patet consequentia: nam simultaneus concursus essentialiter pendet à diuino decreto; at non a decreto conditionis tantum, cum adhuc illa posita esset, non poni concursum simultaneū: ergo à decreto distincto, & consequenter absque illo cognosci non poterit. Ex quo vlterius sequitur contra citum Auctorem falso allegasse sufficere ad scientiam conditionatam decretum involutum in conditione; cum præter illud aliud desideretur. Quod si etiam hoc decretum admittat, & asserat esse futurum, impugnabitur simul cum tertia solutione.

Cōtra 3.

91 Tertio alij ad argumentum factum respondent, concesso antecedenti, negando consequentiam, & rationem differentiæ reddunt: quia in diuinis decretis repugnat futuritio absoluta, cuique ac futuritionem effectuum necessario ponantur, debent præsupponi vt de facto existentia subiectiue in Deo ad scientiam absolutam; non autem eis repugnat conditionata futuritio, & id circo sufficit si vt conditionatim futura ingrediantur scientiam conditionatam, vt terminetur ad cōditionata futura.

Tertiores pōdē alij

92 Sed nec illo argumento facto sufficienter occurrunt: nam diuinis decretis non minus repugnat conditionata futuritio, quam absoluta: ergo falso innititur fundamento præfata solutio. Probo antecedēs: ideo repugnat illis futuritio absoluta, quia repugnat Deo absoluta mutatio, si autem decretum absolutè futurum esset mutaretur diuina voluntas; cum transiret de non volente pro aliquo instanti *in quo*, in volentem in alio; at etiam repugnat voluntati diuinæ conditionata realis mutatio: ergo repugnat diuinis decretis conditionata futuritio. Maior est certa, pro qua videantur Theologi *infra quæst. 19. art. 7.*

Hæc solutio est insufficiēs.

Minor constat: nam diuinæ voluntati sub quacumque conditione repugnat mutari. Consequentiam autem sic probo: cōditionata futuritio decreti consistit in eo quod decretum futurum sit, si aliqua conditio ponatur, at futurum esse sub conditione aliqua arguit diuinam voluntatem sub tali conditione mutandam, sicut esse absolute futurum, arguit illam mutandam esse absolutè: ergo si repugnat diuinæ voluntati conditionata realis mutatio, repugnabit decreto diuino conditionata futuritio.

Confirmo, & explico factum discursū: futuro conditionato repugnare nequit transitus in futurum absolutum, si purificetur conditio; at, quamuis purificetur conditio repugnat diuinis decretis, quod sint absolute futura, sicuti, & repugnat diuinam voluntatem sub aliqua conditione mutari: ergo nequeunt diuina decreta esse futura sub conditione, non minus quam esse futura absolutè.

93 *Confirm.*

Quarto alij ad nostrum argumentum respondent, aliud tradendo discrimen, cōsistens in eo quod prioritas scientiæ ad decretum non est *in quo*, sed *à quo*; & quia scientia absoluta, hac prioritate non gaudet respectu decreti absoluti, cum non requiratur vt Deus absolutè decernat, bene tamen conditionata, sine qua præsupposita Deus cæco, & ignoranti modo procederet: hinc fit, quod Deus pro priori ad decretum cognoscat conditionata futura, secus vero absoluta.

94 *Quarto alij resp.*

Sed præterquam quod, hæc necessitas scientiæ conditionatæ, vt Deus sapienter, & non cæco modo absolutè decernat, *dispura* 2. impugnabitur, modo traditam solutionem hac ratione reijcio nam dato, & non concesso, quod scientia conditionata gaudeat prioritate assignata respectu decreti absoluti obiectiue, non tamen potest illa gaudere respectu decreti subiectiue absoluti, & conditionati obiectiue, quod esse admittendum, demonstrabitur *disp. sequenti*: ergo Deus per hanc scientiam non cognoscit futura conditionata pro priori ad prædictum decretum, esto concedamus illa cognoscere pro priori ad decretum absolutum ex parte subiecti, & est parte obiecti. Consequentia est cuidens iuxta principia istius solutionis.

95 *Reijcitur hæc solutio.*

Antecedens autem probatur primo: nam decreto isto subiectiuè absoluto, & conditionato obiectiuè semel concesso, dependet ab illo essentialiter status futuritionis conditionatæ, non minus quam à decreto absoluto status futuritionis absolutæ; at scientia media suum obiectum non facit, sed factum supponit, vt fatentur pro-

96 *Antecēdēs prob. primo.*

Digitized by Google

professores illius: ergo præsupponit prædictum decretum à quo edentialiter suum obiectum dependet; & consequenter necessaria non erit vt Deus sapientèr decernat rem aliquam esse sub conditione futuram. *Secundo.* Secundo idem antecedens probatur, quia non alia ratione scientia absoluta non potest præ requiri ad decretum absolutum, nisi quia aliàs decretum, illam scientiam supponens, etiam suum obiectum supponeret, & consequenter decretum superflueret; at hæc ratio pari efficacia probat scientiam conditionatam præcedere non posse decretum conditionatum obiectiuè, vt tantispèr meditanti euidenter constabit: ergo sciencia conditionata gaudere nequit dicta prioritate respectu illius decreti.

97 *Quinto probatur conclusio.* Quinto principalitèr suadetur conclusio: non stat Deum cognoscere futurum conditionatum, non cognito decreto libero suæ voluntatis; at hoc decretum non potest cognosci vt sub conditione futurũ, nec vt æternum sub conditione, nec sufficit cognosci vt possibile: ergo debet necessario cognosci vt exercitè existens in Deo. Consequutio est cuidens. Maiorem, quam negat Molina, ostendi *in hac disp.* §. 2 illamque admittunt, præter Molinam, omnes Societatis Doctores, nullo, quẽ viderim, excepto. *Prima pars minoris probatur.* Minor pro prima parte, quam negant Arrubal, & Fasolis *vbi supra* relati, constat ex dictis: cum nãque repugnet decreto conditionata futuritio, vt *proximè* ostendi, repugnat etiam illi vt sub conditione futurum cognosci, maximè à diuino intellectu omnia vt sunt cognoscente.

98 *Secunda pars probatur.* Pro secunda, quam nonnulli negare videntur, probatur: nam cognitio decreti vt æterni sub conditione, nec est scientia visionis, quæ terminari petit ad rem sibi in eodem in stanti physicè coexistentem, in veriori sententia, & in omnium consensu: petit terminari ad rem aliquando absolutè extituram, quod non conuenit decreto sub conditione æterno: nec est scientia simplicis intelligentiæ necessaria, quæ solum terminatur ad purè possibile: nec est scientia media, cuius obiectum est futurum sub conditione, vt fatentur Auctores contrarij: ergo talis cognitio in diuino intellectu non est possibilis.

99 *Prob. minor quoad 3. partẽ primo. Secundo.* Denique pro tertia, quam negat Herice *vbi supra cap. 7. num. 57.* probatur, tùm, quia existentia causæ debet esse ad minus iuxta conditionem existentiæ effectus; at futurum conditionatum non est mere possibile: ergo pendere nequit à decreto purè possibile. Tùm etiam: nam à decreto vt purè possibili sumitur denominatio possibilis in effectibus voluntatis diuinæ ergo ab illo prout sic prouenire nequit, nec formaliter, nec effectiuè ratio futuri, adhuc sub conditione.

100 *Vltimo prob. conclusio.* Denique suadetur conclusio: futurum conditionatum non connexum ex naturâ rei cum conditione, sed disparatè comparatum ad illam, non potest cognosci prius ad decretum subiectiuè absolutum exercitè existens in Deo: ergo nec futurũ conditionatum cum sua conditione connexum poterit à diuino intellectu cognosci prius ad decretum. *Antecedens probatur 1.* Antecedens cõcedunt Arrubal, & Fasolis locis *vbi supra* relatis, & probatur, tùm: nam ad veritatem propositionis conditionalis necessario requiritur, præter simultatem euentus, connexio illius cum conditione, vt ostendi *disp. 33.* at illis futuris non conuenit prædicta connexio ex natura rei, alias disparata non essent: ergo petunt necessario diuinum decretum, ratione cuius inter se connectantur.

101 *Secunda prob. antecedens.* Tùm etiam ad hominem contra Herice: quia, vt ipse fatetur *cap. 10. num. 63:* conditionales disparatæ compositam veritatem significat, ideſt copulatiuam coalescentem ex duabus cathegoricis, v. g. ista, *si Rex cras equitauerit, cras cœlum tonabit*, significat, inquit iste Auctor, & Regẽ cras equitaturum, & cœlum cras tonaturum; at simplex cathegorica, prærequirit decretum subiectiuè exercitè existens in Deo, teste eodem Herice *cap. 10. num. 81.* ergo etiam conditionalis disparata, significans veritatem complexam absolutè cum simultate temporis futuram, petet ad sui veritatem decretum subiectiuè exercitè existens in Deo: si namque ista propositio, *Petrus cras leget*, præsupponit decretum, & ista similiter, *Paulus cras current*, à fortiori illud præsupponere debet veritas copulatiuæ coalescentis ex illis.

102 *Principalis consequentia probatur.* Consequentia autem principalis suadetur: nam ad veritatem cuiuscumque propositionis de conditionato futuro præter connexionem, requiritur simultas euentuum; at sicut connexio non competit disparatis ex se, ita coexistentia euentuum nulli contingenti ex se competit: ergo si ratione connexionis necessario supponunt conditionata disparata decretum subiectiuè existens in Deo, omnia futura illud præsupponere debent ratione simultatis euentum.

103 *Confir. 1.* Explicatur hoc amplius: decretum obiectiuè solum existens, non sufficit dare connexionem conditionatis disparatis ex se, vt fatentur Auctores prædicti: ergo decretum obiectiuè solum existens, non sufficiet dare simultatem euentus effectui futuro, sed necessario requiretur decretum sub-

subiectiuè exercitè existens, (nec video, quæ disparitas possit ab his Auctoribus assignari;) at omne futurum conditionatum petit ad sui veritatem, quod futurum sit, si ponatur conditio: ergo omne conditionatum, vt verum sit, necessario supponit decretum subiectiuè existens in Deo.

104 *Cõfir. 2.* Explicatur, & vrgetur secundo: vt id, quod ex se non est cũ sua conditione connexum, connectatur cum illa, necessario requiritur decretum subiectiuè exercitè existens in Deo, nec sufficit decretum obiectiuè solum existens: ergo vt id, quod ex se non habet rationem futuri, futurum sit, si ponatur conditio, necessario exigetur decretum diuinum subiectiue exercitè existens; at nullum conditionatum contingens est ex se futurum, si ponatur conditio; cum adhuc illa posita sit omninò contingens quod sit, aut non sit futurum: ergo omne conditionatum petit: vt habeat rationem futuri, decretum diuinum subiectiue exercite existens in Deo, quod asserit nostra conclusio.

§. VI.

Occurritur argumentis in contra.

105 *Arg. 1.* MVlta possunt contra istam conclusionem opponi quæ tamen *infra* commodius diluẽtur, modò contra illã arguitur primo: vt aliquid sit sum conditione futurum, non est necessarium decretum subiectiuè existens in Deo, sed sufficit conditionata futuritio decreti cognita à Deo: ergo futurum sub conditione cognoscitur à Deo cognitione omninò infallibili pro priori ad decretum subiectiuè exercitè existens in ipso. Consequentia est euidens: eatenus namque exigi potest decretum ad cognitionem alicuius futuri, quatenus exigitur ad futuritionem illius.

106 *Antecedens probatur 1.* Antecedens autẽ suaderi potest primo: nã existentia causæ sufficit, quod sit talis, qualis est existentia effectus; at effectus sub conditione futurus non existit de facto, sed existeret, si purificaretur conditio: ergo non requirit decretum actu existens, sed decretum, quod esset purificata conditione.

Secundo. Secundo, & explicatur magis præcedens probatio: futurum conditionatum non est aliquid præsens pro tunc futuritionis, sed quod esset si conditio poneretur: ergo non requirit decretum existens, sed quod esse sub conditione.

Tertio. Tertio idem antecedens suadetur: actus, v.c. vitalis non solum pendet essentialiter à decreto diuino, sed etiam à principio vitali; at vt sit sub conditione futurus non requirit principium vitale actu exercitè existens, sed sufficit futuritio conditionata illius: ergo pariter sufficiet futuritio conditionata decreti; & consequenter non exigetur existentia exercita illius.

Denique idem antecedens probatur: effectus futurus non solum dependet à decreto libero voluntatis diuinæ, sed etiam a concursu omnipotentiæ Dei, quo præuiè in nostrorum sententia, & simultaneè in omnium iudicio, cum causa secunda concurrit; at vt sit sub conditione futurus, non requirit prædictos concursus, vt de facto existentes: cum Deus respectu futurorum nihil influat de facto, sed influeret, si verificaretur conditio: ergo nec exiget actualem existentiam decreti, sed tantum conditionatam futuritionem. 107 *Vltimo prob. idẽ antecedẽs*

Ad hoc argumentum respondeo dupliciter: primo, negando antecedens. 108 *Ad arg. resp. 1.*

Ad primam probationem omissa maiori, distinguo minorem: non existit de facto quoad suam entitatem, vel quoad aliquod prædicatum intrinsecum, concedo minorem: quoad rationem futuritionis, quæ est illi extrinseca, nego minorem, & nego cõsequentiam. *Ad 1. probationem antecedẽs.*

Per quod ad secundam probationem constat solutio. Quid autem sit futuritio, & in quo illius essentia consistat, constat partim ex dictis §. *præcedenti*, & ex his quæ fusius tradimus *Disputat.* 33. vbi asseruimus, consistere in determinatione, & propensione causarum, & præcipuè causæ primæ, quæ fit per decretum ad dandam existentiã effectui, vel absolutè, vel sub conditione. Recolite *ibi*. *Ad 2.*

Ad tertiam probationem, concessa maiori, distinguo minorem: vt sit futurus, respectiuè ad principium vitale creatum, non requirit existentiam illius, nego minorem: vt sit futurus respectiuè ad causam primã, concedo minorem, & nego consequentiã. Itaque quando non existit principium vitale aliqualiter determinatum ad dandam existentiam actui vitali, vel absolutè, vel sub conditione, non dicitur talis actus futurus respectiuè ad tale principium, nec per denominationem ab illo, sed respectiue ad causam primam; quæ ab æterno est determinata per decretum liberum ad producendum in tempore, tùm principium ipsum vitale; tùm etiam actum. Quæ est expressa Diui Thomæ doctrina *in hac prima parte infra, quæstione 16. articulo septimo, in solutione ad tertium*, verbis §. *præcedenti* in principio relatis. 109 *Ad 3.*

Ad vltimam probationem dicatur, effectus futuros non pendere à concursu actuali diuino, vt à principio, vel determinatione principij, sed tamquam à causalitate primæ causæ, eo modo quo effectus secundarum causarum dependent ab illarum actio- 110 *Ad vlti. mam.*

actionibus; cum autem futuritio sit denominatio à determinatione causarum, vt *superius* ostendi, quæ determinatio actualem influxum præcedit: hinc fit, quod vt effectus aliquis dicatur futurus, siue absolutè, siue sub conditione, non requiratur præsentia, actualis influxus, sed solum futuritio, vel absoluta, vel conditionata illius, benè tamen exigitur existentia decreti, quia per illud determinatur omnipotentia Dei ad influxum præstandum in tempore, vel absolutè, vel sub conditione, iuxta qualitatem decreti.

111 *Obijcies.* Plura, quæ contra istam solutionem possunt obstare, diluimus *Disputatione* 33. modò aduersus illam hoc vnum obijcio; & si in hac propositione, *si vocauero Petrum futurum est vt consentiat*, aliquid de præsenti enuncietur, nempè futuritio: in hac tamè, *si vocauero Petrum, consentiet*, nihil de præsenti enunciatur: ergo vt ista secunda sit verà non requiritur præsentia decreti. Consequentia videtur bona ex dictis. Antecedens autem probatur: nam iuxta D. Thomam *q. 2. de veritate, artic. 12.* & *q. 12. artic. 10.* stat verè dici de aliquo, quod est futurũ, de quo non sit verum dicere, quod erit: ergo diuersum sensum facit propositio enuncians futuritionem per participium de futuro, ab illo quem facit propositio Verbi de futuro; at ista diuersitas in nullo alio consistere potest, nisi in hoc quod prima enunciat futuritionem, vt de facto præsentem; secunda autem non ita, sed consensum pro futuro tempore habendum: ergo in tali propositione nihil de præsenti enunciatur, sed sola veritas, quæ pro futuro tempore erit.

112 *Respond.* Respondeo distinguendo hoc vltimum consequens: non enunciatur aliquid de præsenti signatè, & formaliter; concedo consequentiam: fundamentaliter, & exercitè, nego consequentiam. Itaque in hac propositione, v. c. *Anti-Christus est futurus*, futuritio præsens enunciatur signatè tanquam prædicatum illius; in hac autem, *Anti-Christus erit*, non enunciatur signatè futuritio, sed existentia pro futuro tempore, enunciatur tamen exercitè futuritio per verbum *erit*, & requiritur vt fundamentũ veritatis prędictæ, quia nisi Anti Christus dicat pro nunc determinatum ordinem ad existentiam pro suo tempore habendam, non poterit verè de illo affirmari, quod erit; & cum hic ordo, in quo futuritio consistit, nihil aliud esse possit nisi præparatio, & determinatio causæ primæ, vt det illi existentiam, quæ determinatio fit per decretum: hinc fit, quod pro fundamento exposcat decretum, & illo secluso prædictæ propositionis veritas pro radice collatur.

Secundò ad idem argumentum respondeo, negando iterum antecedens. Ad primam probationem, distinguo maiorem: quando causæ repugnat futuritio, nego maiorem: quando illi non repugnat, trãseat maior: & omissa minori, nego consequentiam: quia diuinis decretis omnis futuritio, siue absoluta, siue conditionata repugnat, vt constat ex dictis inter confirmandam nostram conclusionem, & fatentur plures ex aduersarijs, vt *supra* vidimus. 113 *Secundò respondi.*

Et ex his ad omnes probationes antecedentis constat solutio: nam principio vitali creato non repugnat futuritio, nec absoluta, nec conditionata, nec etiam repugnat concursui diuino; cum verè affirmetur absque læsione immutabilitatis diuinæ, quod Deus incipit aliquid producere in tẽpore: cur autem ex eo quod Deus velle inciperet, sequeretur in ipso mutatio; secus autem ex eo quod incipiat in tempore producere, non est huius loci: videantur Theologi *infra quæst. 19. artic. 7.* Nosque *ibi* latè examinabimus agentes de immutabilitate voluntatis diuinæ. Et quidem hoc argumentum æquè probat posse futura absoluta absque præsupposito decreto cognosci, ac respectu conditionatorum, vt consideranti illius probationes constabit; cum ergo ex aduersarijs ferè omnes fateantur futura absoluta non posse cognosci ante decretum liberum voluntatis diuinæ, ineficax debet censeri. 114 *Ad omnes probationes antecedẽtis respõ.*

Cæterum aduersus istam solutionem obijciet quis primo: nam ex illa ad minus sequitur, quod si decretis diuinis non repugnarẽt ratio futuri, possent futura conditionata ante decretum exercitè existens cognosci; at hoc iuxta nostra principia sustineri non potest: ergo nec tradita solutio. Sequela manifesta videtur. Minor autem probatur: nam hoc admisso, instantur omnia argumenta, quibus nostri aduersarios impugnant: nam tunc daretur transitus de possibili ad rationem futuri absque decreto libero voluntatis diuinæ, quod nostri ex terminis reputant impossibile: daretur etiam veritas aliqua pro tunc futuritionis non liberæ, vt potè non libere exercitè volita: ac denique daretur modus aliquis, nempè futuritionis competens rebus absque causalitate exercita causæ primæ, quæ omnia vt ex terminis repugnantia reputantur à Nostris Thomistis: ergo non potest iuxta nostra principia sustineri, futura conditionata non posse ante decretum exercitè existens cognosci. 115 *Replicabis primo.*

Respondeo, distinguendo consequens: antè omne decretum, nego sequelam: antè decretum immediatè decernens futu- 116 *Respondetur.*

turitionem rerum, concedo sequelam: & iuxta hanc distinctionem, nego minorem, quam non conuincunt probationes factæ: tùm, quia argumenta nostra procedunt supposito, quod decretis diuinis repugnet futuritio, vt de facto repugnat. Tùm etiã, quia admisso decreto reflexo de decreto futuro, in illo, & ex illo prouenire posset trãsitus de possibili ad rationem futuri, non futuritione immediata rerum creatarum, sed decreti diuini, quod ex vi alterius decreti sortiretur rationem futuri immediatè, & mediatè in illo res creatæ dicerentur futuræ.

117 *Etiamsi diuinis decretis nõ repugnet ratio futuri, nihil cõtra Nos conuincitur.*

Itaq; etsi admittamus decretis diuinis nõ repugnare rationẽ futuri, nõ posset saluari rebus creatis ratio futuritionis, nisi præsupponeretur in voluntate Dei aliquod decretum reflexum actu existens in illa, quo decerneret, quid in tali, vel tali occasione decretura foret diuina voluntas: quia, cũ voluntas diuinas ex se indifferẽs esset, tam ad esse, & non esse decreti, quam ad fore, & non fore illius, nisi constitueremus in illa aliquid exercitè existens, ratione cuius magis connectatur cum futuritione decreti, quam cum non futuritione illius, inintelligibilis esset futuritio alterius decreti, magis quam non futuritio; hoc autem actu existens, cum non sit ipsa voluntas ratione sui, & prout in actu primo, sub qua ratione omninò indifferenter respicit fore, & non fore, necessario deberet esse, aliquod decretum diuinum, quo reflexè de facto decerneret, quid decretura foret in tali, vel tali occasione, & in hoc decreto haberet rationem futuri decretum aliud de rerum futuritione immediatè, & mediatè ex illo res creatæ dicerentur futuræ.

118 *Replicabis secundo.*

Obicies secundo: quia causæ creatæ nõ repugnat futuritio, potest effectus dici futurus, nulla causa creata existente: ergo si non repugnet decretis diuinis futuritio, poterunt effectus creati dici, & esse futuri, nullo existente decreto libero voluntatis diuinæ.

Respondetur.

Respondeo, distinguendo antecedens: præcisè ex illa causa, nego antecedens; ex illa, & quia alias, nulla causa creata existẽte, datur aliquid inferens existentiam illarum, & connexum cum illis, nempè, decretum primæ causæ liberum, concedo antecedens, & nego consequentiam, quia nisi existat præsens, aliquod diuinum decretum nihil potest constitui, cum quo cætera decreta per se connectantur, & ex quo inferantur; & consequenter tollitur omnis futuritio.

119 Tertio arguit Suarez: pro priori ad decretum est verum dicere, *Deus nõ decernit, & Deus immediatè decernet*: ergo pro illo priori datur futuritio decreti. Consequentia est bona, & antecedens probatur: Deus pro alio posteriori in eodem instanti decernit: ergo fuit verum dicere pro omni antecedenti priori Deus decernet pro alio posteriori. Patet consequentia: quia de omni de quo in præsenti verificatur esse, fuit verum pro omni prioritate antecedenti dicere quod erit. *Tertio in stat Suarez.*

Ad hanc obiectionem, qua prædictus Auctor contendi probare Dei decretum posse à Deo concipi sub ratione futuri, respondeo, negando antecedens: aliud nãque est pro illo priori intelligitur præcisiuè negatio decreti, aliud verò dicere pro illo priori Deus non decernit: primũ est verum, & solam denotat prioritatem virtualem *à quo* voluntatis diuinæ respectu decreti: Secundum verò est falsum, quia denotat prioritatem *in quo* respectu decreti, quam non habet diuina voluntas: sicut solet dici de notitia ex qua Verbum procedit esse priorem prioritate solum *à quo* respectu productionis Verbi, non autem prioritate *in quo*; nullum enim est instãs *in quo*, etiam rationis, in quo existat notitia, & nõ existat Verbum per illam productum: vnde sicut ex hac prioritate non potest inferri Verbum esse, aut concipi posse sub ratione futuri: ita nec sufficit, vt possit decretum esse, aut intelligi sub ratione futuri. 120 *Respondetur.*

Si dicas pro priori *à quo* Verbi cognoscitur Verbum diuinum notitia entitatiua, quia existit in eodem instanti reali, in quo existit cognitio, & si non obtineat rationem futuri: ergo pariter pro priori, à quo diuini decreti cognosci poterit decretum liberum ratione coexistentiæ in eodem instanti cum diuina cognitione, esto non sortiatur rationem futuri; & consequenter cognitio decreti, & rerum futurarum in illo præcedet decretum, saltim prioritate naturæ, quod solum videtur à contrarijs intendi, 121 *Dices.*

Respondeo, negando consequentiam ob duplicem rationem discriminis. Prima est: nam notitia à qua procedit Verbum est principium illius, & ideò est prior, à quo respectu Verbi; cognitio autem intuitiua decreti, & rerum futurarum in illo non est principium decreti, vt fatentur contrarij, & ideò nequit esse prior à quo respectu illius. Secunda, & in qua præcedens innititur est: nam Verbum non solum in illo instanti existit, sed etiam in illo priori, & ex vi illius datur medium cum existentia Verbi essentialiter connexum, & ideò potest pro illo priori, & ex vi illius terminari ad Verbum diuina cognitio; cæterum 122 *Respond.*

pro

Digitized by Google

pro priori ad decretum nihil intelligitur in voluntate Dei ratione cuius cum decreti existentia infallibiliter connectatur: cũ solum pro illo priori obijciatur diuina voluntas in statu indifferentiæ, & id circo non potest pro illo priori cognosci decretum cognitione omninò infallibili.

123 *Quarto infurgit ille Suarez.*

Quarto arguit Suarez: non obstante, quod diuinum decretum æternum sit potest cognosci sub ratione possibilis: ergo nec obstabit decreti æternitas, quo minus cognoscatur sub ratione futuri. Antecedens videtur certum: nam pro priori indifferentiæ voluntatis diuinæ concipitur cũ fundamento in re, vt potens decernere: ergo concipitur decretum liberum vt possibile pro eodem priori. Consequentia autem probatur: quia possibilitas magis distat ab existentia, quam futuritio: ergo si non obstante æterna decreti existentia potest concipi in eodem instanti sub ratione possibilis, poterit etiam concipi sub ratione futuri.

124 *Respond.*

Respondeo, concesso antecedenti de possibilitate decreti sub conceptu terminationis liberæ ad obiectum creatum absque vlla dependentia, & causalitate, negando consequentiam; ratio autem discriminis est: nam de conceptu possibilitatis in dicta acceptione solum est non repugnantia ad existendum, & quia hæc non repugnantia compatitur cum actuali existentia, imò & de re existenti verificatur: consequens fit, quod non repugnet diuinis decretis ab æterno existentibus ratio ista possibilis; futuritio autem dicit carentiam existentiæ pro instanti reali, & quia hæc repugnat cum decreto existente ab æterno: hinc fit, quod repugnet illi futuritio.

125 *Dices.*

Si dicas, de conceptu possibilitatis non est sola non repugnantia ad de facto existendum, sed etiam est carentia determinationis ad actualem existentiam; & hoc non obstante potest decretum liberum in instanti, in quo existit, obtinere rationem possibilis pro alio priori: ergo etiam non obstante, quod sit de ratione futuritionis carentia existentiæ cum habitudine ad illam habendam, poterit decretum in instanti, in quo existit, pro aliquo priori naturæ habere rationem futuri. Illatio videtur legitima. Minor supponitur, & maiorem probo: nam si sola non repugnãtia ad existendum de facto constitueret aliquid in ratione possibilis, sequeretur Verbum diuinum, & prædicata necessaria Dei, fortiri rationem possibilis; & consequenter terminare posse notitiam abstractiuam Dei, sicut de facto creaturas existentes cognoscit intellectus diuinus, non solum notitia intuitiua terminata ad illas, vt de facto exercitè existunt, sed etiam notitia abstractiua terminata ad illas sub ratione possibilis; consequens autem aduersatur communi Theologorum sententiæ: ergo quia ad conceptum possibilitatis non sufficit dicta non repugnantia, nisi etiam addatur carentia determinationis ad actualiter existendum.

126 *Respondeo*

Respondeo, distinguendo maiorem pro secunda parte, carentia determinationis essentialis ad existendum, concedo maiorẽ: carentia determinationis non essentialis, nego maiorem, & concessa minori, nego consequentiam: quia ad rationem futuri requiritur carentia existentiæ pro instanti reali *in quo*, si realis futuritio sit, vel pro instanti *in quo* rationis, si sit per rationem, quorum neutrum conuenit cum fundamento in re decreto ab æterno existenti; ad rationem autem possibilis terminantis abstractiuam notitiam, solum requiritur non repugnantia ad existendum, & quod non sit obiectum; quod possibile dicitur, essentialiter determinatum vt existat, quod totum competit decreto ab æterno existenti sub conceptu terminationis liberæ; & ideò potest concipi sub ratione possibilis, & quia Verbum diuinum, etsi habeat non repugnantiam ad existendum; est tamen ad existentiam essentialiter determinatum, vel vt melius dicamus, existentia est illi essentialis, ideo non est possibile ea possibilitate, quæ sufficiat ad terminandã abstractiuam notitiam. De quo fusius egi *supra Tractatu de Scientia Dei.*

127 *Secundo arguitur*

Secundo principaliter contra nostram conclusionem arguitur: Deus cognoscit omninò infallibiliter omnia futura conditionata circa omnes conditiones possibiles; at non existunt in voluntate Dei decreta subiectiuè absoluta, & conditionata obiectiuè circa tot futura: ergo aliqua futura cognoscuntur à Deo absque præsupposito decreto libero subiectiuè exercitè in ipso existente; & consequenter per scientiã mediã. Cõsequutio est euidens. Maior supponitur; & minorẽ probant contrarij: tùm, quia tot decreta superfluunt, vt potè ad nullum finem necessaria. Tùm etiam, quia nullo firmo fundamento innituntur.

128 *Respõdet aliqui Thomista.*

Ad hoc argumentum quidam ex Nostris respondent, concessa maiori, negando minorem. Ad cuius primam probationem negant, quod superfluant prædicta decreta, sicut nec superfluit illorum cognitio. Ad secundam, negant antecedens, quia ad illa suadenda duplex fundamentum inueniunt, aliud à priori; & aliud à posteriori. Primum desumunt ex summa actualitate voluntatis diuinæ, ratione cuius, sicuti quia est summè actualis sub conceptu naturæ,

Digitized by Google

turæ, petit esse in actu secundo amoris erga obiectum primarium: ita quia gaudet summa actualitate in ratione liberæ, petit esse in actu secundo terminationis ad obiecta ad extra, vel per volitionem erga obiecta positiua, vel per nolitionem erga negatiua, & si indifferens sit ad illorum quod liber in particulari. Secundum ex diuina cognitione deducunt; cum namque diuina cognitiò nequeat ad obiectum aliquod terminari sub ratione futuri, absque præsupposito diuino decreto, eo ipso quod Deus omnia futura conditionata erga omnes combinationes possibiles infallibili cognitione cognoscat, à posteriori clarè colligitur, circa illa omnia debere præcedere liberum decretum voluntatis diuinæ.

129 *Hæc solutio licet probabilis, vt non cõformis nostræ doctrinæ omittitur.*

Hæc solutio absque dubio est valde probabilis, & continet Thomisticam, & satis acutam Doctrinam. Cæterum, quia *Tract. de Voluntate Dei, art. 9.* vt probabilius cum aliis ex Nostris defendam potuisse voluntatem diuinam ab omni libero positiuo decreto manere suspensam, nec volendo positiuè aliquid creatum in tempore existere, nec per actum positiuum nolendo negationes existentiæ rerum: ideò vt consequenter procedam, aliter ad argumentum factum respondeo, animaduertendo prius, ex *ibidem* dicendis, voluntatem diuinam considerari posse dupliciter, vel vt liberam libertate contrarietatis, penes velle hoc, & velle eius oppositum; vel vt liberam libertate contradictionis, penes velle, & non velle: sub prima consideratione, respicit extrema positiua, sub secunda verò determinari potest, & per positiuum decretum, & per decretum negatiuum, id est, per negationem omnis decreti liberam Deo; cuius ratio est: nam omne extremum libertatis potest illam ad actum reducere, seu liberè determinare; voluntas autem Dei, vt libera libertate purè contradictionis, respicit tanquam extrema sui decretũ positiuum, & liberam negationem illius; & consequenter potest determinari, & exerceri, non solum per decretum positiuum, sed etiam per illius liberam negationem.

Ad solutionẽ argumenti notatur primo.

130 *Secundo notatur.*

Præmitto secundo: propositiones conditionales de futuro contingenti esse in duplici differentia, aliàs affirmatiuas, & negatiuas alias, inter quas, hoc versatur discrimen, quod cum affirmatiuæ enuncient aliquid positiuè futurum sub aliqua conditione, requirunt ad sui veritatem positiuũ influxum diuinum sub eadem conditione; & quia ad positiuum influxum requiritur positiuum decretum, & hoc nequit esse futurum: consequens fit, quod necessario petant positiuum decretum exercitè existens ab æterno in Deo; negatiuæ autem, cum positiuum non enuncient, sed solum negat rem esse futuram sub conditione aliqua, & ad negationem futuritionis rei, sufficiat negatio concursus, & ad negationem concursus sufficiat negatio decreti: hinc fit, quod propositiones negatiuæ ad sui veritatem non exposcant positiuum decretũ, sed sufficiat decreti negatio.

131 *Tertio animaduertitur.*

Animaduerto tertio, negationem istam decreti esse liberam Deo libertate contradictionis. Quod patet, tùm primo, quia taliter conuenit Deo, quod potuit illi non conuenire, nempè, si decerneret futuritionem rei sub tali conditione: ergo ista negatio est libera Deo. Tùm etiam, quia est extremum libertatis contradictionis voluntatis diuinæ, non minus quam decretum positiuum: ergo sicuti positiuum decretum determinat voluntatem diuinam tanquam exercitium libertatis illius, & est illi liberum: ita negatio decreti illam determinabit, & erit illi libera.

132 *Resp. ad argum.*

His ita præmissis, de quibus fusius *loco allegato*, respondeo ad argumentum, distinguendo maiorem: cognoscit omnia futura conditionata tanquam verè futura positiuè nego maiorem: siuè vt futura, siuè vt non futura, concedo maiorem, & distinguo minorem: decretum positiuum, concedo minorem: positiuum, vel negatiuũ, id est, liberam negationem decreti, nego minorem, & nego consequentiam: quia circa omne positiuè futurum habet Deus positiuum decretum, & circa non futura liberam negationem decreti: vnde omnis cognitio infallibilis, siuè affirmatiua, siuè negatiua, circa futuritionem conditionatam rerum, est libera; & non media inter naturalem, & liberam.

133 *Objicies primo.*

Sed obijcies primo: negatio decreti cõpetit voluntati diuinæ prout in actu primo suæ indifferentiæ: ergo ex vi illius non determinatur diuina voluntas ad exercitium suæ libertatis. Antecedẽs videtur certum: nam pro signo indifferentiæ nihil decernit diuina voluntas: ergo pro illo signo intelligitur sub negatione decreti. Consequentia verò probatur: nam exercitium libertatis debent transferre voluntatem de actu primo ad actum secundum, & consequenter nequit illi prout in actu primo competere.

Secundo.

Secundo, negatio nequit esse medium cognoscendi aliquid: ergo libera negatio decreti nequit esse medium, in quo diuina scientia ad non futura possit terminari.

Tertio.

Tertio, quia vt docet D. Thomas *supra artic.* 10. Deus cognoscit mala per bona creata, quibus opponuntur: ergo etiam negationes rerum per formas, quarum sunt ne-

negationes, debet cognoscere; & consequenter liberam negationem decreti cognoscere, non aliter poterit, quam mediante decreto.

134 *Quartò.* Quartò: nam licet possit omissio actus esse libera libertate contradictionis absque obligatione non omittendi; effectus autem ad omissionem subsequutus liber esse non potest, nisi ad sit obligatio euitandi talem effectum, vt communiter docetur a Theologis 1.2.q.6.art.3. quo circa submersionauis, quæ est gubernatori illius libera propter obligationem illi incumbentem gubernandi nauem, non est libera alijs; quibus non incumbit illius gubernatio: & peccatum, quod quis non committeret, si adesset Dei gratia, non est voluntarium Deo neganti, seu non danti gratiam, eadem de causa: ergo etsi admittatur negationem decreti esse liberam Deo, negatio tamen futuritionis rerum, quæ ad illam consequitur, nequit esse Deo libera, nisi per positiuum actum Deus terminetur ad illam; & consequenter, nisi adsit talis actus, scientia terminata ad propositiones negatiuas libera non erit, sed vel necessaria, vel media.

135 *Ad primam respondetur.* Ad primam ex his obiectionibus, respõdeo, distinguendo antecedens: negatio decreti competit voluntati diuinæ pro signo indifferentiæ, purè præcisiuè, concedo antecedens: negatio accepta repugnanter, nego antecedens, & nego consequentiam, quod scilicèt hoc secũdo modo accepta negatio, nõ sit exercitiũ liberũ volũtatis diuinę. Itaq; volũtas diuina pro signo indifferẽtiæ, est nõ decernens purè præcisiuè, id est, nõ intelligitur pro illo priori positiuè decernere, non autẽ est non decernens cum repugnantia ad decernendum: quia potest pro eodem reali instanti decernere, pro alio tamen signo complente illud instans, si non decernat, est sub repugnantia decreti positiui, sicuti, si decernat, est sub repugnantia negationis decreti, & per instam negationem repugnanter acceptam exercetur libertas contradictionis voluntatis diuinæ. De quo plura 1.2.q.6. art. 3, & q. 71. art. 6. vbi agitur de libertate puræ omissionis.

136 *Ad secũdam.* Ad secundam, distinguo antecedens: aliquid positiuum, concedo antecedens: aliquid negatiuum, nego antecedens, & nego consequentiam. Vel aliter distinguo antecedens: negatio in abstracto, transeat antecedens: concretiuè accepta, nego antecedens, & distinguo consequens eodem modo, negatio autem decreti non est Deo medium cognoscendi negationem futuritionis rerum, sed omnipotentia, seu voluntas diuina, seu diuina essentia, vt per illam determinata, ad non dandam existentiam effectibus, siuè absolutè, siuè sub conditione.

137 *Ad tertiam.* Ad tertiam, concesso antecedenti, distinguendum est consequens: per decretum quasi terminatiuè, & in statu possibilis, concedo consequentiam: tanquam per medium, & prout existens, nego consequentiam, id est, cognoscitur à Deo negatio decreti, quasi per ordinem ad decretum, quod negat, non tamen in decreto tanquã in medio, & ad primum non requiritur, quod negatio decreti illud supponat existens, imò potius omninò id repugnat, sed sufficit cognosci decretum tantum vt possibile.

138 *Ad vltimã obiectionẽ respond. 1.* Ad vltimam obiectionem, distinguo antecedens: quando effectus est positiuus habens alias causas, & non per se annexus liberæ omissioni, concedo antecedens: quãdo est negatiuus, seu potius negatio effectus, essentialitèr annexus omissioni, seu negationi actus, nego antecedens, & nego consequentiam: quia negatio futuritionis rerum, siuè in statu absoluto, siuè in statu conditionato, essentialitèr est annexa negationi liberæ decreti, & ad illam adæquatè sequitur, & id circo, eo ipso quod negatio decreti sit libera Deo, etiàm negatio futuritionis rerum est Deo libera.

139 *Secundo.* Vel secundo idem antecedẽs distinguo: quando effectus sequutus est in genere cau sæ efficientis, transeat antecedens: quando effectus sequutus est in genere causæ formalis, nego antecedens, & nego consequentiam: quia sicut decretum non est causa efficiens, sed formalis futuritionis rerũ, seu rei creatæ sub ratione futuræ, vt probaui *dis.* 33. ita negatio decreti est formalis causa, vel ratio rei creatæ, quatenus non futuræ; & id circo, eo ipso quod negatio decreti sit Deo libera, & negatio futuritionis rerum debet ei libera esse.

140 *Instabis.* Sed instabis adhuc, negatio futuritionis absolutæ rerum non habetur ex vi præcisè negationis decreti absoluti, sed ex vi decreti positiui, quo Deus vult, quod nunquam existant: ergo pariter negatio futuritionis conditionatæ non erit ex vi negationis decreti, sed ex vi decreti positiui. Consequẽtia videtur bona. Antecedens autem probatur ex communi Thomistarum sententia *infra quæst.* 23. *art.* 5 non admittentium re probationem purè negatiuam, ex vi cuius reprobi infallibilitèr excludantur à regno, qui omnes reprobationem in actu libero voluntatis diuinæ constituunt, quo positiuè voluit illis negare gloriam per modum beneficij indebiti: ergo negatio futuritionis gloriæ reproborum non est infallibilis

ex

ex vi negationis decreti dandi gloriam, sed ex vi positiui decreti, quo voluit non dare illis gloriam, seu illos excludere a regno; cùmque eadem sit ratio de alijs, sit consequens, omnem negationem futuritionis absolutæ præsupponere positivũ decretũ.

141 *Respond.* Respondeo, negationem futuritionis absolutæ non petere positiuum decretum, imò nec posse illud terminare, nisi ratione alterius, ad quod ordinetur, quia cum ratione sui bona non sit, nequit ratione sui actum voluntatis terminare, quando autem ordinatur à Deo ad aliquem finem, & ex vi huius ordinationis media ad illius allequutionem eliguntur, tunc necessario petit actum positiuum, quo ametur; & quia exclusio reproborum à gloria ordinatur à Deo ad altissimos fines, nempè, ostensionem sui supremi dominij; seu iustitiæ vindicatiuæ, & ex illa mouetur Deus ad aliqua media eligenda, nempè illa, quæ in reprobis sunt effectus suæ reprobationis: hinc fit, quod terminet actum positiuum, & non solum supponat liberam negationem decreti; licet autem negatio futuritionis conditionatæ rerum possit etiam à Deo positiuè appeti ex finibus tantum sibi notis, & fortè multas illarum ita ordinauit, quia tamen nobis non constat ex reuelatione Scripturæ, quod ita se habuerit, nec id potest aliqua efficaci ratione suaderi, ideò assero sufficere ad non esse futuritionis conditionatæ liberam negationem decreti.

142 *Replicabis.* Sed vrgebis, id nobis constare ex eo quod est perfectior modus libertatis, quæ fit per actum, ea quæ sit per liberam actus negationem; at Deo perfectissimus libertatis modus est adscribendus: ergo ad non esse futuritionis conditionatæ non sufficit libera negatio decreti, sed requiritur positiuum decretum. *Respond.* Respondeo, quod etsi modus libertatis positiuæ perfectior sit, dum modo tamen in libertate purè contradictionis nulla imperfectio involuatur, telum colligitur, quod vterque Deo conueniat, non autem, quod alter debeat ab illo excludi: sicuti, etsi libertas per actum efficacem perfectior sit libertate in efficaci, non sequitur solum primam diuinæ voluntati competere, quia in secunda nulla imperfectio inuenitur: quia vt cum communi Theologorum *infra Tract. de volunt. Dei, art. 6.* dicemus, formaliter datur in Deo voluntas inefficax, quæ numquam implebitur. Et hæc de ista disputatione.

DISPVTATIO TRIGESIMA SEXTA.

An Deus conditionata contingentia cognoscat in decreto libero suæ voluntatis?

§. I.

Referuntur sententiæ, & statuitur prima conclusio.

Nu. 1. *Punctus controuersiæ enodatur.* VISO iam *in præcedenti disputatione*, veritates conditionatas terminare non posse certam cognitionem, nisi præsupposito decreto diuino, restat examinandum, an in decreto libero, vel in diuina essentia, vt per illud determinata, possint ac debeant cognosci?

Primæ sententia. In qua disputatione, duæ versantur sententiæ. Prima est negatiua, quam tenent omnes Societatis Doctores, quos *præcedenti disputatione* retuli pro prima, & secunda sententia. Secunda affirmans est, quam tenẽtur omnes Thomistæ, & alij, quos referam, cuius veritas ex duobus dependet: primo, ex eo quod dentur in voluntate Dei decreta subiectiuè absoluta, & conditionata obiectiuè. Secundo, ex eo quod hæc decreta efficacia intrinseca gaudeant: & licet de

Secũda sententia.

his

his ex professo tractare spectet ad *materiam de auxilijs, & de voluntate Dei, art. 8.* breuiter tamen hæc duo examinanda sunt, vt ex eis nostræ sententiæ veritas clarius appareat. Igitur pro illius explicatione sit.

2 PRIMA CONCLVSIO. *Decreta subiectiuè absoluta, & conditionata obiectiuè sunt in diuina voluntate admittenda.* Quam vt intelligatis aduerto, duplicitèr posse dici decretum aliquod conditionatum: primo ex parte obiecti, quod tunc contingit, quãdo conditio non cadit supra actum, sed supra obiectum actus, vt si dicam; *volo religionem ingredi, si ab hac infirmitate liberauerit*; secundo ex parte subiecti, quod tunc contingit, quando conditio non solum supra obiectum, sed etiam super actũ cadit, vt si dicam modo, *si Deus ab hac infirmitate me liberauerit, decernam Religionis ingressum*: in primo casu actus absolutè existit, obiectum actus erit sub conditione; in secundo autem non est actus, sed erit si pariter detur conditio.

Prima cõclusio. Notabis.

3 Hoc supposito, asserimus, dari in Deo decreta absoluta ex parte subiecti, & conditionata ex parte obiecti, & necessario esse admittenda respectu omnium; quæ sunt positiuè futura sub aliqua conditione. Ita Lorca 1.2. *disp. 17. membro 2.* Montesinos *disp. 17. quæst. 4. num. 87.* Aluarez *lib. 2. de auxilijs, disp. 7. & lib. 1. responsiu. num. cap. 4.* Mag. Luna, Nuño, Nauarrete, Doctor Ram. & Mag. Ledesma ab ipso relati. Albelda *in præsenti disp. 44. sect. 2. dict. §.* Salmanticenses *disp. 9. dub. 5.* & communiter Recẽtiores Thomistæ in manuscriptis, & in publicis disputationibus. Consentiũt ex parte, ex alienis, Suarez *lib. 2. de scientiâ conditionatorum, cap. 7. num. 10.* docens, non repugnare Deo prædicta decreta, *lib. 4. de prædestinatione, cap. 2. num. 11. & prologomeno 2. de gratia, cap. 8.* vbi docet, dari plura ex his decretis de facto in voluntate Dei, licet non dentur in illa de facto omnia, quæ possunt esse. Fasolis *dub. 19.* Arrubal *in hac 1. p. disp. 45. cap.* dummodo, etsi ex parte alicuius obiecti conditionata sint, ex parte alterius sint efficacia; & cum eadem limitatione Ruizius apud Alarcon *vbi infra.* Tenet etiam Tanerus *disp. 2. de Deo, quæst. 10. dub. 4. num. 6.* vbi docet, actum illũ voluntatis diuinæ, quo vult omnes homines saluos fieri, esse absolutum ex parte subiecti, & ex parte obiecti cõditionatum: referens pro eadem sententia Gregoriũ de Valentia, & Molinam; ac tandem Herice *tract. 1. disp. 7. cap. 7. prope finem*, admittit possibilitatem talium decretorum, & de facto dari, cum conditio est ab humana voluntate ponenda, etsi illorum existentia, nec reuelata sit, nec prouidentia generalis.

Dantur in Deo decreta subiectiuè absoluta, et conditionata obiectiuè. Lorca. Montes. Aluarez. Albelda. Salmãt. Suarez. Fasolis. Arrubal. Ruizius. Tanerus. Valentia. Molina. Herice.

4 Quam ostendo primo ex Diuo Thoma *in 1. dist. 46. quæst. 1. artic. 1. ad 2.* illis verbis: *Ad secundum dicendum, quod voluntas antecedens potest dici conditionata, nec tamen est imperfectio ex parte voluntatis diuinæ, sed ex parte voliti, quod non accipitur cum omnibus circunstantijs, quæ exiguntur ad rectum ordinem ad salutem*; sed voluntas antecedens non est voluntas signi, sed voluntas beneplaciti, vt docent idem Diuus Thomas *q. 23. de veritate, art. 3. in corpore*, illis verbis: *Inuenitur propriè ratio voluntatis, & sic voluntas de Deo propriè dicitur, & hæc est voluntas beneplaciti, quæ per antecedentem, & consequentem distinguitur*: ergo ex mente D. Thomæ dantur in Deo actus liberi subiectiuè absoluti, & conditionati obiectiuè.

Probatur conclusio. 1. ex D. Thoma.

5 Deinde suadetur ex eodem Diuo Thoma *q. 12. de veritate, art. 10. ad 8.* illis verbis: *Ad octauum dicendum, quod si propheria comminationis referatur ad ordinem causarũ, quem directè respicit, sic est absque omni conditione; absolutè enim est ita ordinatum esse in causis; si autem referatur ad euentum, quem indirectè respicit, sic intelligenda est sub conditione causæ.* Et quibus verbis tale formo argumentum: obiectum prophetiæ comminationis ex vi ordinis, & dispositionis causarum, habet esse futurum sub conditione causæ; at talis ordo, & dispositio causarũ, terminat decretũ liberũ voluntatis diuinæ: ergo hoc decretũ, esto absolutum sit comparatiuè ad dispositionem causarum, est tamen obiectiuè conditionatum comparatione facta ad euentum.

Secundò probatur ex eodem D. Tho.

6 Denique, & vrgentius hanc esse D. Thomæ mentem ostendo nam vt ex ipso manifestè monstrauit *disp. 13. §. 1. & disputatione præcedenti*, rem esse ab æterno futuram est primam causam esse præparatam, & per liberũ decretum dispositam ad dãdã existentiam effectibus creatis in tempore: ergo rem esse sub conditione futuram consistere debet in præparatione æterna causæ primæ per liberum decretum addandam ei existentiam in tempore sub aliqua conditione; at hoc decretum nequit non esse subiectiuè absolutum, & conditionatum obiectiuè: ergo talia decreta admittẽda sunt in Deo ex mente Diui Thomæ.

Tertio ex eodem D. Tho. probatur.

7 Secundo suadetur ex dictis *disp. præcedenti §. 5.* implicat aliquid dici, aut esse conditionatum futurum, nisi dependenter à decreto diuino actu exercitè præsuppo-

Secundo probatur ratione.

sito in Deo; at futurum conditionatum in statu conditionatæ futuritionis dependere nequit à decreto subiectiuè, & obiectiuè absoluto: ergo debet supponere decretum actu existens subiectiuè absolutum, & conditionatum obiectiuè; & consequenter huiusmodi decreta admitti debent in diuina voluntate. Minor cum consequentia tenet. Maior autem manifesta est ex dictis *disp. præcedenti, & dip. 33.*

8 *Tertio probatur cõclusio.*

Tertio principaliter suadetur conclusio: in voluntate humana dantur de facto plures actus subiectiuè absoluti, & conditionati obiectiuè, vt potè non tendentes in obiectum, nisi suppositis quibusdam conditionibus; at in hoc modo tendendi in obiecta nulla apparet imperfectio: ergo huiusmodi actus admitti debent in voluntate Dei. Consequutio est legitima: nam quidquid conuenit voluntati creatæ, potest formaliter diuinæ cõpetere, nisi sit perfectio dicens imperfectionem. Minor ex solutione argumentorum manifestè constabit.

9 *Maior probat.*

Maiorem autem, quam negant Vazquez, & Alarcon *vbi infra*, docent Capreolus, Scotus, Grabriel, Corduba, Ioannes à Medina, Adrianus, Durandus, Bonauentura, Catherinus; & alij, quos refert, & sequitur Montesinos *vbi supra num.* 83. affirmans esse omnium, tàm Theologorum, quàm Iurisperitorum doctrinam, vno excepto Vazquio, cuius sententiam, Lorca *vbi supra* reijcit tanquam communi Theologorum sensui aduersantem. Probantque isti Auctores, tùm ex votis sub conditione elicitis, v.c. quando aliquis votum religionis emittit sub conditione, quod ab infirmitate aliqua liber euadat, quod votum obligare, conditione completa, quin sit necessum, quod iteretur, est communis Theologorum doctrina; at votum esto actus intellectus sit in via D. Thomæ, includit tamen, & supponit actum voluntatis, & propositum adimplendi promissum: ergo dantur in voluntate humana actus aliqui subiectiuè absoluti, & conditionati obiectiuè.

10 *Secundo probatur maior.*

Tùm etiam, ex contractibus, qui fiunt mutuo contrahentium consensu verbis expressio, quorum plures conditionati sunt, vt contingat in contractu sponsalium, qui multoties celebratur sub conditione, v.c. *si Pater voluerit, aut si tantum dotem consignauerit*: & in contractu emptionis, & venditionis, qui sæpè sub conditione aliqua celebratur; at sic contrahentes de facto volunt obligari, si purificetur conditio, cuius signum est, quod illa impleta absque iteratione voluntatis, manet obligati, quod absque voluntatis actu subsistere nequit: ergo dantur in voluntate humana huiusmodi actus subiectiuè absoluti, & conditionati obiectiuè.

Tùm denique id ipsum ostenditur in ministratione Sacramentorum facta sub conditione, vt quando Sacerdos aliquem baptizat, si non est baptizatus, eo quod dubitatur prudenter de baptismo alicuius: nam in hoc casu verè datur de facto voluntas baptizandi, at non absoluta obiectiuè, aliàs sacrilegium committeret, ita baptizans: ergo est ista voluntas conditionata obiectiuè. 11 *Tertio probatur eadem minor.*

Dices ad primum, in vouente dari actu voluntatem vouendi, & voluntatem insuper se obligandi, quæ ad valorem voti sufficiũt, & vtraque absoluta est, tàm subiectiuè, quàm obiectiuè, non tamen dari actu voluntatem adimplendi promissum sub conditione aliqua, nec istam esse de essentia promissionis, seu voti, licet requiratur, vt licite fiat, virtualis voluntas ad implendi promissum, seu ad minus, quod non adsit voluntas opposita: vnde in his votis non interuenit aliqua voluntas, quæ sit subiectiuè absoluta, & conditionata obiectiuè. Et eodem modo inter contrahentes contingere. In casu autem ministrantis Sacramentum sub conditione, non adest voluntas obiectiuè conditionata, sed vndequaque absoluta conficiendi rem sacram iuxta naturam suam; & quia illius natura petit vt supra eandem materiam forma nõ reperatur: ideò ministrans intendit verum Sacramentum conficere, vult tamen suspendere effectum talis voluntatis, scilicèt Sacramenti confectionem, & illius effectũ, si reuera aperte reiectũ est Sacramẽtũ. 12 *Respond. ad 1. minoris probationẽ.* *Ad 2.* *Ad 3.*

Sed contra primam facit, tunc enim re vera datur in sic vouente voluntas se obligandi; at obligatio nõ statim resultat, sed resultabit posita cõditione, sicuti nec in illo, cui vouer, resultat ius de facto in vouentem; sed resultabit conditione purificata: ergo datur de facto voluntas obligationis, absolutè non existentis, sed extiturę si purificetur conditio. Tùm etiam: nam sic vouens vult de facto exequutionem suæ obligationis suspendi vsque ad impletionem conditionis, vt fatetur Auctor solutionis; quam impugnamus: ergo de facto vult exequutionem talis obligationis, si purificetur conditio. Patet consequentia: nam idem est vellè exequutionem suspendi vsque ad conditionis adimpletionem, ac velle, quod resultet conditione purificata; at exequutio obligationis præsens nõ est, sed erit posita cõditione: ergo talis volũtas est cõditionata obiectiuè. 13 *Solutioni primæ probationis obstat primo.* *Secundo.*

Contra secundam facit primo: nam sic ministrans vult de facto Sacramentum conficere; at illius confectionem non 14

vult

Contra solutionem tertiæ probationis facit 1. Secundo.

vult independenter à conditione: ergo dependenter ab illa; & consequenter obiectū illius voluntatis, quæ de facto datur, non est absolutum, sed conditionatum. Secundo: nam de facto datur voluntas, qua minister vult Sacramenti confectionem, at multoties contingit, vt Sacramenti confectio non existat de facto, nec sit absolute extitura, nempe in casu, quo non verificetur conditio: ergo obiectum voluntatis prædictæ, nec est, nec absolute erit, sed esset si verificaretur conditio, quod idem est ac illam voluntatem esse subiectiue absolutam, & conditionatam obiectiue.

15 *Quarto probatur conclusio.*

Quarto suadetur conclusio: datur in diuino intellectu actus scientiæ subiectiue absolutus, & conditionatus obiectiue, quem aduersarij scientiam mediam appellant, Nos autem scientiam liberam futuri sub conditione: ergo etiam potest dari in voluntate Dei actus subiectiue absolutus, & conditionatus obiectiue, quo scilicet velit rem aliquam esse non absolute, sed purificata aliqua conditione. Patet consequentia ad hominem contra Vazquez, qui ex eo negat istos actus in voluntate Dei, quia solum addunt respectum rationis supra obiecti creati mutatione fundatum, quæ mutatio in obiecto pure conditionato non intercedit: at hæc ratio supposita veritate antecedentis, prorsus est nulla: ergo tenetur etiam admittere actus in voluntate diuina subiectiue absolutos, & conditionatos obiectiue.

Prob. minorem.

Probo minorem: scientia conditionata non addit supra scientiam omninò necessariam perfectionem aliquam realem, alias, cum potuerit non esse in Deo, potuisset aliqua perfectio intrinseca diuino intellectui deficere, sed solum addit vel conceptum terminationis realis intrinsecæ, vt docebimus de actu liberò Dei *infra tractatus de voluntate, articul.* 3. vel respectum rationis, vt contendit Vazquez in constitutione decreti liberi voluntatis diuinæ; at ad istum respectum, quem super addit scientia conditionata, sufficit ex parte rerum conditionata realis obiectiua mutatio: ergo etiam ad respectum rationis, seu conceptum terminationis, quem super addit decretum, sufficiet mutatio realis obiectiua conditionata,

16 *Respondebis.*

Respondet Alarcon *Tract. 3. de voluntate Dei, disp. 5. cap. 9.* sequutus Vazquez, in obiecto conditionato, v. c. in isto, *si vocauero Petrum, consentiet*, reperiri veritatem præsentem, scilicet, connexionem, quæ inter vocationem, & consensum futurum intercedit; cumque obiectum intellectus sit verum prout in se: sit consequens, quod possit terminare cognitionem absolute de facto existentē; non tamen inuenitur in illo bonitas præsens: nā cum bonitas non consistat in obiecto, quatenus in se ipso, sed vt conuenienti subiecto appetenti, & prædicta connexio voluntati conueniens non sit, nulla est bonitas præsens in tali connexione; ac proinde non potest terminare voluntatis actum de facto existentem: nam ad hoc præsens bonitas de facto requiritur.

Hæc tamen doctrina in primis non congruit cum alia istius Auctoris, *in eodem tract. disput. 3. cap. 3.* vbi sequutus Vazquez, & alios suæ familiæ Doctores, affirmat, Deum simplici amore diligere creaturas possibiles, eo quod in possibilitate illarum inuenitur aliqua bonitas: ergo in rerum possibilitate, quæ in prædicatorum connexione cum non repugnantia ad existendum consistit, est conuenientia ad voluntatem Dei: ergo etiam in connexione vocationis cum consensu vt futuro, aliqua conuenientia ad diuinam voluntatem interuenit; & consequentèr terminare poterit actum voluntatis diuinæ. Prima consequentia euidens est in doctrina Alarcon constituentis bonitatem in conuenientia rei ad subiectum, quæ doctrina verissima est, loquendo de bonitate formali, prout à transcendentali distincta. Secunda manifestè probatur: nam si in connexione vocationis cum consensu vt possibili est conuenientia cum voluntate Dei, cur in connexione eiusdem vocationis cum consensu vt futuro non adderit conueniētia cū illa?

17 *Hæc solutio reijcitur 1.*

18 *Dices.*

Si dicas, connexionem istam habere conuenientiam, cum voluntate Dei vt amantis simplici, & inefficaci amore, non autem vt amantis amore efficaci, ex quo solū sequitur posse terminare primū amorem, non autem secundum. In contrarium obstat: nam simplex amor inefficax, & necessarius Dei solum terminantur ad bonitatem omninò necessariam, quo circa in veriori sententia dato, quod Deus diligat creaturas possibiles, non amore libero, sed necessario erga illas versatur, quia illarum bonitas necessaria est; at bonitas cōnexionis inter vocationem, & consensū sub ratione futuri, non est necessaria, cum potuerit non connecti cum illo, vt futuro: ergo non est conuenientia cum voluntate Dei vt diligente simplici, & necessario amore, sed amore libero, & efficaci. Quod amplius confirmo: supposito namque, quod illa connexio bonitas, & conuenientia sit, potest terminare actum voluntatis diuinæ; at non actum necessarium cum bonitas necessaria non sit: ergo actum liberum; & consequenter dabitur actus

Contra.

Confirm.

in voluntate Dei subiectiuè absolutus, & conditionatus obiectiuè.

19 *Secundo reijcitur principalis solutio.*

Secundo principalis solutio reijcitur: nam prædicta connexio vocationis cum consensu vt futuro, quam præsentem esse fatetur Alarcon, non conuenit vocationi ex se; cum potuerit illi non conuenire: ergo conuenit illi dependenter ab actu libero voluntatis diuinæ, de facto existente; & consequenter est bona bonitate actuali, non minus, quam vera, & terminat efficacem actum diuinæ voluntatis de facto existentem, non minus quam actum diuini intellectus. Patet Consequentia, quia omne, quod creaturis actu liberè conuenit, conuenit illis dependentèr a voluntate Dei existente de facto.

20 *Tertio reijcitur.*

Tertio reijcitur: quia intellectus diuinus non solum cognoscit, quod vocatio cum consensu connectitur, quæ est veritas præsens, sed etiam quod si vocauerit Petrũ, consentiet, quod non est, sed erit, purificata conditione: ergo actus intellectus diuini existens de facto, habet pro termino, & obiecto veritatem non existentem, sed extituram sub conditione; & consequentèr, etiam actus liber voluntatis diuinæ existens de facto terminari poterit ad obiectũ non habens actu bonitatem, sed habiturum, si purificetur conditio.

21 *Vltimo reijcitur.*

Denique reijcitur, in obiecto absolutè futuro, v.c. in isto, *Anti-Christus erit*, non est bonitas præsens de facto, sed bonitas absolutè futura; & tamen terminat actum voluntatis diuinæ de facto existentem, non minus quam actũ diuini intellectus: ergo etiam si in obiecto futuro sub conditione non sit bonitas præsens, sed futura, si purificetur conditio, terminare poterit actum liberum voluntatis diuinæ de facto existentem, non minus quam actum diuini intellectus. Minor est manifesta. Maior constat: nam bonitas terminans actum efficacem sumitur ab existentia rei, hæc autem existentia in obiecto absolutè futuro non est, sed erit, maximè in aduersariorum sententia negantium creaturas ab æterno existere in æternitate diuina. Consequentia autẽ probatur: nam si res non existens, sed extitura, terminat actum liberum de facto existentem: ergo obiectum actus voluntatis de facto existentis non petit bonitatem præsentẽ sed solũ bonitatẽ futuram; & consequentèr ex defectu bonitatis existentis de facto in obiecto cõditionato, perperam inferunt Auctores contrarij terminare non posse actum liberum defacto existentem.

22 *Respond. Contra*

Si dicas, obiectum futurum absolutè, habere bonitatem præsentem actu, non physicè, sed in esse obiectiuo. In contrariũ obstat, quod etiam bonitas obiecti conditionati est obiectiuè præsens, nempè in intellectu diuino: ergo si obiectiua bonitas præsentia sufficit terminare actum liberum voluntatis de facto existentem, illum terminabit obiectum, non absolutè, sed sub conditione futurum.

23 *Quinto probatur conclusio.*

Quinto principalitèr suadetur conclusio: dantur in Deo promissiones plures obiectiuè conditionatæ, vt est illa, qua hominibus gloriam promittit sub conditione perseuerantiæ finalis in gratia: *Qui perseuerauerit vsque in finem, hinc saluus erit.* Ergo admitti debent in Deo decreta subiectiuè absoluta, & conditionata obiectiuè. Patet consequentia, tùm, quia promissio includit animum adimplendi promissum, & tale propositum necessarium est, licet non vt validè fiat, nec vt licitè simpliciter, benè tamen vt perfectè fiat: ergo promissio aliquid faciendi sub conditione includit propositum illud sub eadem conditione efficiendi. Tùm etiam: nam promissio absoluta includit absolutum propositum, vt communiter docetur à Theologis: ergo conditionata includere, aut supponere debet conditionatum voluntatis propositum: sic namque se habet conditionata promissio ad propositum conditionatum, sicuti absoluta ad absolutum.

24 *Respõdet Alarcon.*

Respondet Alarcon *Tract. 3. disp. 5. cap. 10.* & *Tract. 4. disp. 1. cap. 7.* ad promissionem non esse necessarium propositum voluntatis formale adimplendi promissum, sed sufficere virtuale propositum adimpletionis, quod in voluntate formali promittendi continetur, & quod non adsit voluntas opposita, scilicèt non adimplendi rem promissam: vnde ad conditionatam Dei promissionem sufficit voluntas formalis promittendi existens in Deo, in qua virtualiter clauditur voluntas adimplendi promissum, & quod non adsit voluntas contraria, scilicet non adimplendi, & insuper decretum conditionatum ex parte subiecti, quod erit si purificetur conditio.

25 *Reijcitur primo.*

Sed contra primo: nam esto verum sit non requiri propositum formale faciendi, quod quispiam promittit, nec vt valide, nec vt licite promissio fiat absolute, & simpliciter, sed ad eius valorem voluntas promittendi sufficiat, & ad honestatem, quod non adsit contraria voluntas, cæterum vt fiat omninò perfectè, nemo potest negare, quod requiratur formale propositũ adimplendi promissum; at Dei promissionibus non solum debemus concedere, quæ ad illarum valorem, & illarum honestatẽ sunt necessaria, sed etiam, quæ exiguntur, vt cũ omni perfectione fiant: ergo includere debent, non solum virtuale, sed etiam formale propositum adimplendi promissum.

So-

26 Secundo, etsi ad honestatem promissionis absolutæ sufficiat virtuale propositum adimplendi promissum, de quo modò non curo, nullus tamen Theologorum negabit promissionem absolutam Dei includere, aut supponere formale absolutum decretum adimplendi promissum, quidquid sit, an præcedat, an vero subsequatur ad promissionem, quod ad rem nihil facit; at non alia de causa, nisi quia exigitur ad perfectissimum modum promittendi, qualis condecet Deum: ergo eadem ratione promissio Dei conditionata includere debet formale propositum, seu decretum adimplendi promissum.

Secundo.

27 Tertio, iuramentum promissorium factum sine animo formali adimplendi rem iuratam, est periurium ex defectu veritatis præsentis, vt docent Caietanus 2. 2. *q.* 89. *art.* 7. Sotus *lib.* 8. *de iustitia, quæst.* 1. *art.* 7. *ad* 1 Azor *Tomo* 1. *lib.* 10. *cap.* 4. Thomas Sanchez *lib.* 3. *summæ cap.* 4. *num.* 2. Raphael de la Torre *ad artic.* 7. *citatum disp.* 4. *in principio*, Suarez *lib.* 3. *de iuramento*, & tradit D. Tho. *ibi in solut. ad* 1. at si promissionis veritas subsistere posset sine animo formali adimplendi promissum, iuramentum cadens supra illam periurium non esset defectu veritatis: ergo promissio necessario includit formale propositum adimplendi promissum vt vera sit; & consequenter omnis Dei promissio formale propositum includere debet, si absoluta fuerit, absolutū, etsi conditionata, conditionatum. Denique traditam solutionem reiicio: promissio est actus liber, aut voluntatis Dei, aut diuini intellectus, & subiectiuè existit circa obiectum conditionatim solum futurum: ergo actus liber voluntatis diuinæ potest subiectiuè formaliter existere erga obiectum purè conditionatum.

Tertio. *Caietan.* *Sotus.* *Azor.* *S. Thom.* *Torres* *Suarez.*

Quarto.

28 Si dicas: promissionem, iuxta D. Thomam, esse actum intellectus; ac proinde quamuis sit liber, potest erga obiectum cõditionatum purè versari: eo quod in illo veritas de præsenti inuenitur, ex quo non colligitur posse dari actum voluntatis præsentem circa obiectum purè conditionatum, quia obiectum voluntatis est bonum, in obiecto autem purè conditionato non inuenitur bonitas de præsenti.

Respond.

29 In contrarium sic vrgeo: promissio est actus liber intellectus diuini, & actus virtutis vndequaque honestus; at actus intellectus, quispectant ad virtutes morales, non respiciunt pro obiecto tantum modo verum, sed verum vestitum bonitate honesta specificante virtutem: ergo Dei conditionata promissio habet pro obiecto bonum; & consequenter in obiecto purè conditionato non datur sola veritas, sed etiam bonitas sufficiens ad terminandum actum voluntatis præsentem.

Contra.

Ex quibus infero, non solum esse possibilia decreta suo iectiuè absoluta, & conditionata obiectiuè, vt volebat Suarez, & alij Recentiores Societatis *supra* allegati, sed etiam dari de facto talia decreta circa omnia, quæ sunt positiuè conditionatim futura. Quod probo manifesta ratione: suppositio nãque quod possibilia sint, connotatum illorum per modum obiecti est obiectum futurum sub conditione; at posito connotato decreti, & ipsum decretum debet existere: ergo admissa possibilitate talium decretorum, debent concedi vt de facto existentia circa omnia, quæ positiuè sunt futura sub conditione. Consequentia cum minori liquet.

30 *Corollarium.*

Probatur.

Maior autem probatur: tùm, quia decretum, vel addit solum supra actum necessarium respectum rationis, vel extrinsecam denominationem ab effectu desumptam, vel conceptum terminationis realis intrinsecæ, vt docebimus *infra tract. de voluntate art.* 3. Si primum, resultat respectus ad positionem termini connotati. Si secundum, connotato posito adest denominatio extrinseca. Si tertium, statim, atque intelligitur cõnotatum, adest terminatio ad illud, vel vt verius sentio, terminatio, connotatũ præcedit, ex illo tamẽ à posteriori arguitur ergo in quacũque sẽtẽtia ex his, quæ circa decreti liberi constitutionum versantur posito connotato extrinseco diuini decreti necessum est, & ipsum intelligi existens.

31 *Maior probatur.*

Tùm etiam: nam posito connotato decreti absoluti non potest non præexistere absolutum decretum: ergo posito connotato extrinseco decreti conditionati, præexistere debet cõditionatum decretum. Tùm denique: nam decretum liberum intelligitur competere Deo ex mutatione reali, non Dei, sed creaturæ terminantis illud: ergo si mutatio realis purè conditionata est sufficiens vt Deo competat liberum decretũ, data, aut intellecta hac mutatione, intelligitur adesse decretum, & exercitè existere.

32 *Secundo.*

Tertio.

Quod amplius confirmo: nam si data mutatione ista purè conditionata nõ adesset decretum, sequeretur, quando conuenit Deo, competere illi ex mutatione sui; consequens est absurdum: ergo data mutatione ista, debet adesse decretum. Probo sequelam, non competeret illi ex mutatione reali conditionata obiecti; cum hæc esse posset absque existentia exercita decreti; at non adest alia mutatio ad extra: ergo conuenit ratione mutationis intrinsecæ, quod est absurdum.

33 *Confirm.*

Digitized by Google

§. II.

Soluuntur argumenta contraria.

34 *Peroratio Alarcon pro P. Vazquez.*

COntrarium noſtræ cõcluſionis docuit Vazquez *in hac 1. p. diſput. 67. cap. 4. num. 20. diſp. 83. cap. 4. per totum, t. 2. diſp. 42. cap. 3. & 4.* Granadus *cõtroverſia 3. generali tract. 4. diſp. 2.* Alarcon *Tract. 2. diſp. 4. cap. 6. & tract. 3. diſp. 5. à cap. 8.* valde exagerans Vazquij ingenuitatem, eo quod huiuſmodi decreta ſubiectiuè abſoluta, & conditionata obiectiuè ex pugnauerit: quare ſoli Vazquio triumphum contra noſtros Thomiſtas canendum cenſet: non ita Suarez, & alijs ſuæ Familiæ Doctoribus, quos, cum horum decretorum poſsibilitatem conceſſerint, parum feliciter contra noſtros pugnaſſe, & cum illis manus conſeruiſſe deplorat, nec ſine lachrymis.

35 *Inconſequentia cõuincitur primo.*

Sed antequam illorum argumenta proponam, placuit ex iſtius Auctoris verbis hanc ratiocinationem elicere: ſolus Vazquez animo ingenuo, vt genuinus Societatis filius, feliciter pro ſuorum ſententia cõtra noſtros Thomiſtas certauit, eo quod ſolus ille totus fuit in expungendis iſtis decretis, in quibus noſtræ ſententiæ veritas immota ſubſiſtit; at, vt iſte Auctor *Tract. 3. de Voluntate Dei, diſp. 5. c. 8. n. 7.* ingenuè fatetur, rationes, quibus Vazquez horum decretorum impoſsibilitatẽ cõnatur oſtendere, parum ſunt efficaces, & nihil vrgentes: ergo non ſtrenuè, ſed omninò infeliciter pro ſuæ Societatis ſententia pugnauit: ſiquidem quamuis cauſam bonam aſſumpſerit, in probatione tamen defecit.

36 *Secundo.*

Rurſus ſi argumenta, quibus Vazquez decertat, ſunt inefficacia, vt prædictus Auctor *vbi proximè* affirmat, quomodo aperto Marte hoſtibus terrorem incuſit, illoſque intra ſuam cauſam coegit, & vix aquatum exire permiſsit, vt rhetoricè magis, quã ſoliditate Theologica vtens Modernus prædictus inaniter iactat *Diſp. 4. de ſcientia Dei, c. 6. n. 9.* Numquid argumenta oculo cæcucienti, & amoris oleo delinito, viſa inefficacia, lynceos oculos obnubilare poſſunt, & ab hoſtibus ſtrenuis hebetata ſpicula reportare victoriam? Cæterum, his miſſis, ad argumentorũ ſolutionẽ veniamus.

37 *Arguit Vazq. 1.*

Primò arguit Vazquez: Decretum liberum ſupra actum neceſſarium ſolum addit rationis reſpectum ex reali termini mutatione prouenientẽ, & in illa fundatum; at in obiecto purè conditionato nulla interuenit realis mutatio; cum numquam ſit extra cauſas conſtituendum: ergo ad illud terminari nequit decretum liberum ſubiectiuè exiſtens in Deo.

38

Vel aliter, abſtrahendo à reſpectu rationis, per quem decretum liberum conſtitui docet Vazquez, quod latè refutabimus *infra Tract. de Voluntate Dei, art. 3.* poteſt argumentum proponi: non poteſt intelligi decretum liberum actu exiſtens in voluntate Dei, abſque reali mutatione in obiecto decreti; at in obiecto purè conditionato non adeſt aliqua realis mutatio: ergo ad illud terminari nequit liberum decretum diuinum; & conſequenter non poterit dari decretum ſubiectiuè abſolutum, & conditionatum obiectiuè. Hoc eſt argumentum, quo Vazquez, ſi placet Alarcon, ſuis hoſtibus terrorem incuſsit, licet poſtea parum efficax illud reputauerit. Idem cenſet Granadus *vbi proximè, num. 12.* & cõmuniter alij tã exteri, quã propriæ Familiæ, vt omninò inefficax illud reijciunt.

Aliter proponitur idem argumentum.

39 *Reſpõdet Arrubal. Sed cõtra primo.*

Reſpondent Arrubal, ſemper in caſu conditionati decreti ſequi aliquem realẽ effectum, nempè comminationem, promiſsionem, aut reuelationem, & mutationem iſtam ſufficere. Sed non ſatisfacit hac reſponſione, primo: quia in iſtius Auctoris ſententia circa omne conditionatum diſparatum, vt verum ſit, exigitur neceſſario decretum; at poſſet Deus aliquod futurum decernere ſub conditione omninò diſparata, quin ſequeretur promiſsio, comminatio, aut reuelatio: ergo mutatio ex illis proueniens non ſaluat vniuerſaliter exiſtentiam decreti.

40 *Si reſpondeatur.*

Si fortè dicatur: falſam eſſe minorem, maximè in iſtius Auctoris ſententia, qui non admittit poſsibile in Deo decretum aliquod purè conditionatum, ſed neceſſario debere eſſe ex aliqua parte abſolutum, vt ſaluetur requiſita mutatio. *Contra 2.* In contrarium facit ſecundo: nam externa promiſsio, reuelatio, aut comminatio ſupponit in obiecto futuritionem, ſiuè abſolutam, ſiuè conditionatam; non enim ideò aliquid erit, quia verè reuelatur, aut verè promittitur; ſed ideò verè reuelatur, quia erit, ſiuè abſolutè, ſiuè ſub conditione: ergo reuelatio (& idem de promiſsione intellige) præſupponit decretum, ſiuè abſolutum, ſiuè conditionatum; & conſequenter potuiſſet Deus aliquit decernere ſub conditione, quin aliquod illorum ſubſequeretur.

41 *Contra 3.*

Tertio: nam externa reuelatio eſt effectus decreti abſoluti: ergo mutatio ex illa proueniens eſt inſufficiens ad obientiuam mutationem ad decretum conditionatum exactam, ſicuti non ſufficit mutatio circa vnum obiectum, vt aliud terminet abſolutum decretum, v.c. mutatio in Paulo ad abſolutum decretum terminatum ad Petrũ.

Contra 4.

Denique: nam promiſsio externa non eſt obiectum decreti conditionati; at mutatio exacta ad decretum in illius obiecto requiritur; cum vel ſit denominatio extrinſeca

sees âb illo, vel respectum rationis ad terminationem ad illud importet: ergo mutatio, quæ in promissione fit, insufficiens est ad statuendum decretum subiectiuè absolutum, & conditionatum obiectiuè.

42 *Secundo resp. alij.* Secundo alij ad argumentum factum respondent: non semper requiri, vt liberũ decretum detur in Deo, physicam mutationem in obiecto, sed moralem sufficere, vt cõstat, si Deus decerneret ab æterno dispensare aliquem à voti obligatione: tunc namque, decretum solam induceret in obiecto mutationem moralem: patet etiam in decreto remissiuo culpæ, quam remitti posse absque physica mutatione peccatoris est multorum Theologorum sententia *prima secundæ, q. 113. art. 2.* Ita Suarez *in Opusculo de scientia Dei, libro secundo, cap. 7. nu. 10.* Noster Albelda *in præsenti disp. 44. numero 23.* & Machin *disp. 32. sect. 2. §. 4.*

43 *Reijcitur primo.* Sed nec placet istorum solutio: tùm, quia communiter nostri Thomistæ realem mutationem physicam in obiecto decreti liberi esse necessariam defendunt, ac proinde vt decreta conditionata, quæ omnes Thomistæ tuẽtur, defendamus in Deo, non est recurrendum ad mutationem solem moralem parum familiarem Thomistis. Tùm etiam: nam, nec voti dispensatio potest in hominem voto ligatum moralem mutationem inducere, nisi illi dicta dispensatio innotescat, nec condonatio extrinseca in hominem peccato infectũ, moralem mutationem per non esse culpæ inducere potest, nisi ad minus talis condonatio peccatori innotescat, quod absque reali mutatione non fit. Tùm denique: nam adhunc admissa solutionis doctrina, ad rẽ, de qua in præsenti, nequit accommodari: nam inquiram ab illis, quæ moralis mutatio aduenit obiecto purè conditionato ex decreto de eius futuritione, aut in quo cõsistit prædicta moralitas? Ergo adhuc admisso sufficere ad decreti existentiam mutationem præcisè moralem, non solvitur factum argumentum.

Secundo.

Tertio.

Quare his omissis, ad illud respondeo cum Aluarez *lib. 3. responsionum, cap. 4. nu. 10. ad 4.* & *disp. 7. de Auxilijs num. 32.* cui frequentius adhærent Recentiores nostri, distinguendo maiorem: absque reali mutatione præsenti, nego maiorem: futura absolutè, vel conditionatè, concedo maiorem, & distinguo minorem: nõ est realis mutatio præsens, aut futura absolutè, concedo minorem: futura sub conditione, quod verificaretur conditio, nego minorem, & nego consequentiam: quia mutatio debet esse iuxta qualitatẽ decreti, quando decretum fuerit absolutum sufficit, & requiritur realis obiectiua mutatio absolutè futura, quando verò est conditionatũ obiectiuè, sufficit mutatio realis obiectiua, non quæ fit, nec quæ futura sit absolutè, sed quæ fit futura, si purificetur conditio, ex vi talis decreti.

44 *Vera argumenti solutio.*

45 *Instatur arg. 1.* Et instio argumentum in scientia conditionata, quæ solum addit respectum rationis supra scientiam necessariam Dei, cum potuerit illi non conuenire, si verum est, quod liberum decretum solum addat respectum rationis, quod Vazquez admittit; & tamen cum sola mutatione obiectiua conditionali conuenit Deo Instio etiam in decreto libero, quod erga reproborũ gloriam admittit Vazquez *in hac 1. p. disp. 84.* quamuis non efficax, sed ineffica sit: & tamen non inducit realem gloriæ reprobotum mutationem absolutè futuram.

Secundo.

Instio denique in decreto absoluto, quod præsens ab æterno est; & tamen non inducit mutationem obiecti præsentem, sed tãtum futuram: pariter ergo poterit dari decretum subiectiuè absolutum, & conditionatum obiectiuè, ob mutationem realem obiecti non præsentem, nec futuram absolutè, sed futuram conditionatim.

Tertio.

46 *Secundo arguitur. Minor quoad 1. p. prob.* Secundo alij sic arguunt: repugnat Deo decretum imprudens, otiosum, & inutile: at omne decretum purè conditionatũ est imprudẽs, otiosum, & inutile: ergo repugnat Deo omne tale decretum. Minorem, in qua est difficultas, verbosè satis ostẽdũt, sed relicto verborũ tumultu talis decreti Imprudentiam, sic probant: nam Deus habuit absolutum decretum, quo non existẽtiam conditionis decreuit, v. c. quod Christus Tyrijs non prædicaret, quod decretò suppositio, impossibilis redditur Christi ad illos prædicatio: ergo non nisi imprudẽter decernere potuit illorum conuersionem sub conditione prædicationis Christi reditæ impossibilis per aliud decretũ, & cognitæ vt talis. Patet consequentia, quia reiculum videtur adstruere decretum hoc in Deo: *Si chimera producatur, conseruabo illã decem annis: volo vt Tyrij conuertantur, si ego non fuerim Deus*: & in humanis stultum esset ita decernere, *Volo dare tibi librã, si per aera volabero*: non alia de causa, nisi quia sunt decreta sub cõditione omninò impossibili: ergo cum supposito decreto absoluto de non existentia conditionis, impossibilis reddatur conditio, stultum, & imprudens erit decretum aliud subiectiuè absolutum quo Deus positiuè decernat rei futuritionẽ sub tali cõditione, v. c. cõuersionẽ Tyriorũ sub cõditione prædicationis Christi numquam extituræ, imò iam impossibilis ex vi alterius decreti absoluti.

Deinde probant decreti otiositatem, & inutilitatem: tùm, quia ad futuritionem 47

Quod reliquas partes probatur 1. Secundo.

ſub conditione, ſufficit decretum obiectiuè futurum: ergo id etiam ſufficiet vt ſaluetur veritas promiſsionis; & conſequenter otiosè, & inutilitèr ſtatuetur decretum ſubiectiuè exiſtens. Tùm etiam: nam ex vi decreti conditionati obiectiuè; non poteſt fieri res abſolutè futura, ſi purificetur conditio, ſed neceſſario exigitur aliud decretum: ergo admitti debet decretum conditionatim futurum ex parte actus; & conſequenter ratione illius reſerit ſub conditione futura, & aliud decretum ſubiectiuè abſolutum erit otioſum. Probatur antecedens: purificata conditione, res erit abſolutè futura: ergo in vi decreti tunc abſoluti; at decretum primum conditionatum non poteſt tranſire in abſolutum, etiam ſi purificetur conditio, ſicut nec ſcientia conditionata tranſiret in abſolutam purificata conditione, ſed ſuccederet ſciētia viſionis: ergo primum decretum non poteſt dare abſolutā futuritionē, ſi purificetur conditio, ſed aliud abſolutū deberet ſuccedere, & in vi illius redderetur obiectum abſolutè futurum.

48 *Reſp. ad prob. 1. p. min.*

Ad hoc argumentum reſpondeo, negando minorem. Ad primam probationem, conceſſo antecedenti, nego conſequentiā: nam exempla *ibi* adducta important conditiones omninò impoſsibiles; cum autē, vt conditionatum ſit verum, requiratur neceſſario, quod conditio, vel ex natura rei cum conditionato connectatur, vel ad minus ex decreto diuino, quod in conditionatis omninò diſparatis contingit: quorum neutrum poteſt conditio ab intrinſeco repugnans habere reſpectu futuri; benè tamē conditio, quæ ſolum ex ſuppoſitione aliqua accidentali redditur impoſsibilis: hinc fit, quod licet decreta illa de conditionibus ex ſe repugnantibus ſtulta videantur, non debeant ſtulta, & imprudentia cenſeri decreta ſubiectiuè abſoluta de conditione, non ex ſe repugnante, ſed ex ſuppoſitione aliqua accidentali.

49 *Explicatur ſolutio.*

Itaque hoc conditionatum: *Si exiſtat chimera, conſeruabo illam decem annis*, non poteſt veritatem habere, eo quod ad veritatē conditionati exigitur connexio aliqua, vel ex natura rei, vel ex decreto extrinſeco, cum conditionato; exiſtentia autem chimeræ non poteſt ex natura rei, cum ſui conſeruatione cōnexionem habere: nam, quod ab intrinſeco repugnat, implicatorium eſt, quod ex natura rei cum ſui conſeruatione connexionem obtineat; nec poteſt illam habere ex decreto diuino: quia tale decretum, & ſi poſsit dare connexionem extremis ex ſe non connexis, nequit autem efficere vt id, cui eſſe omninò repugnat, connexionem habeat cum aliquo: prædicatio autem Chriſti, v. c. etiā ſi ex ſuppoſitione decreti reddatur impoſsibilis, poteſt ex ſe connexionem habere cum Tyriorum conuerſione, & ideò ſub prima cōditione nihil poteſt prudenter decerni, benè tamen ſub conditione prædicationis Chriſti poteſt ſumuè prudenter Tyriorum conuerſio decerni.

50 *Inſtatur argumentum.*

Et quidem prudenter poteſt Deus promittere Tyriorum conuerſionem ſub conditione prædicationis Chriſti, & de facto prudenter promittit hominibus gloriam ſub conditione meritorum, & perſeuerantiæ finalis; & tamen, vt fatetur prædictus Auctor, non poteſt Deus prudenter promittere Tyriorum conuerſionem ſub cōditione, quod ipſe non ſit Deus, nec chimeræ conſeruationem per decē annos ſub conditione exiſtentiæ chimeræ: ergo diſpar eſt inter vtramque conditionem ratio; & conſequenter ex eo quod Deus non poſsit prudenter decernere ſub conditionibus illis ex ſe repugnantibus, non rectè colligitur non poſſe prudenter decernere ſub conditionibus impoſsibilibus non ab intrinſeco, ſed ex ſuppoſitione accidentali decreti.

51 *Ad 1. probationem 2. p. min.*

Nego etiam decretorum otioſitatem. Ad primam probationem, nego antecedens: nam decretis diuinis repugnat omnis futuritio, vt *Diſputatione præcedenti* monſtraui: ac pro inde ab illo vt futurō ſub conditione prouenire nequit veritas promiſsionis, aut conditionata rerum futuritio. Dato etiam, quod decretis diuinis non repugnaret conditionata futuritio, non tamen poſſent eſſe futura, niſi in vi alicuius præcedentis decreti, vt *Diſputatione præcedenti, §. vltimo* aſſerebam; & ideò decretum conditionatum non eſſet otioſum; cum ex vi illius abſolutū decretum obineret rationem futuri ſub conditione, nec aliter poſſet rationem futuri ſortiri.

52 *Ad 2. probationē.*

Ex quo ad ſecundam probationem conſtat ſolutio. Vel ſecundo ad illam dicatur, obiectum ſub conditione futurum tranſiturum fore in futurum abſolutè, ſi purificetur conditio, non in vi ſola decreti cōditionati, ſed in vi decreti abſoluti illati ex conditionato, non quod habeat rationē futuri, ſed quod ab æterno fuiſſet, ſi Deus ab æterno decreuiſſet purificare conditionem. Itaque prius noſtro modo intelligendi decreuit Deus, quod ſi Chriſtus Tyrijs prædicaſſet, Tyrij conuerterentur, ex vi huius decreti fuit futura Tyriorum conuerſio ſub conditione, & ex vi illius inferebatur pro alio poſteriori decretum abſolutum de cōuerſione illorū, ſi in illo Deus decerneret purificare conditionem: quia ta-

Digitized by Google

tamen in sequenti signo decreuit non purificare conditionem, mansit Tyriorum conuersio futura purè conditionatim, & impossibilis illius futuritio absoluta, impossibilitate orta ex suppositione decreti.

53 *Tertio arguitur.* Tertio sic obijciunt: nullum potest dari decretum actu existens in Deo, cui non correspondeat aliquod connotatum ad extra variabile; at in decreto conditionato Dei libero non est tale connotatum: ergo non datur in Deo decretum subiectiuè absolutum, & conditionatum obiectiuè. Probatur minor: nam tale decretum non connotat effectum absolutè futurum, quia nũquam erit, nec conditionem, quæ nunquã extitura est, nec connotare potest effectũ sub conditione futurum, quia hic non est magis actu posit decretum, quam si tale decretum non esset, connotatum autem decreti debet esse effectus illius: ergo nullum connotatum variabile ad extra illi correspondere potest.

54 *Respond.* Respondeo, negando minorem. Ad illius probationem, nego tertiam antecedentis partem: nam connotantum huius decreti est effectus sub conditione futurus: nego etiam quod non sit magis actu post tale decretum, quam sine illo nam sine illo solum erat in statu possibilitatis; post decretum autem constituitur in statu futuritionis conditionatæ: ita vt implicet esse, aut intelligi, nisi præsuppositio isto decreto, sicut nec futuritio absoluta sine præsuppositio decreto absoluto.

Instatur argumentum. Et insto argumentum: tùm in promissione conditionata quæ est actus liber diuini intellectus, aut diuinæ voluntatis, cuius tamen connotatum non est absolutè futurum, sed solum sub conditione. Tùm etiã, in scientia conditionata Dei, quæ in omnium sententia potuit non esse in illo, & tamen connotatum variabile huius scientiæ solum est conditionatim futurum.

55 *Replicabis.* Sed opponunt in contra: scientia conditionata non est libera, aut contingens absolutè, sed libera, aut contingens ex præsuppositia conditione; & ideò non petit cõnotatum ad extra absolutè variabile, sed solum sub conditione; at decretum est liberum, seu contingens absolutè: ergo petit connotatum absolute variabile. Patet consequentia: nam variabilitas connotati debet esse iuxta conditionem variabilitatis decreti, aut è contra, variabilitas decreti iuxta conditionem variabilitatis in connotato.

56 *Respond.* Respondeo negando antecedens: nam scientia conditionata taliter competit Deo, quod potuit absolutè illi non conuenire: nam sicut potuit absoluti Deus scire Anti-Christum esse futurum; aut nõ esse futurum, ita potuit absolutè scire Petrum vocatum fore consentiũ, & potuit absolute, hoc non scire. Quod patet: nam talis scientia, esto conditionata sit obiectiue, subiectiue tamen absolute existit: ergo vel ita, vt potuerit absolutè non esse, vel ita, vt fuerit necessario absolutè; non hoc secundum: ergo primum; & consequenter potuit absolutè non competere Deo, & hoc ideò est, quia licet obiectum sit sub conditione futurum, absolute tamen habet futuritionem conditionatam, quam absolute potuit non habere, & idem quod in scientia, in decreto contingit.

57 *Vltimo arguitur.* Denique sic obijciunt: actui voluntatis actu existenti in Deo debet correspondere proprium voluntatis obiectum præsens, saltim in esse obiectiuo; at decreto conditionato non correspondet proprium voluntatis obiectum præsens, adhuc in esse obiectiuo: ergo non est actus actu existens in Deo, sed esset, si conditio purificaretur, quod est esse conditionatum ex parte subiecti. Probatur minor: obiectum voluntatis est bonum; at effectus sub conditione futuros nõ est actu bonus, sed esset bonus, si purificaretur conditio: ergo non datur actu obiectum voluntatis præsens, adhuc in esse obiectiuo. Probatur minor: bonitas, quæ est obiectum actus efficacis, est bonitas existentiæ; at effectus sub conditione futurus nõ habet existentiam actu, nec in esse physico, nec in esse obiectiuo: ergo non habet bonitatem terminantem actum efficacem actu, nec in esse physico, nec in esse obiectiuo.

58 *Confirm. primo.* Confirmatur primo: obiectum, quod actu coloratum non est, sed esset coloratum sub aliqua conditione, non potest terminare actum potentiæ visiuæ de facto existentem, sed terminaret illum, si purificaretur cõditio: ergo obiectum quod actu nõ est bonum, sed esset bonum sub aliqua conditione terminare nequit actum voluntatis actu existentem, sed terminaret illum, si purificaretur cõditio. Patet consequentia: nam sicut obiectum visus est lucidum coloratum, ita obiectum voluntatis est bonum.

59 *Confirm. Secundo.* Confirmatur secundo: obiectum impossibile sub cõditione, si esset possibile, terminare nõ potest actum voluntatis saltim efficacem: nam de simplici complacentia alia est quæstio, de qua 1. 2. q. 13. at non alia de causa, nisi quia actu bonum non est absolutè, sed solum est bonum sub conditione: ergo obiectum sub conditione futurum terminare non potest actum efficacem de facto existentem. Patet consequentia: quia tale obiectum bonum non est, sed

erit

erit bonum, si purificetur conditio.

60 *Confirm. tertio.* Confirmatur tertio: obiectum impossibile sub conditione, quod esset possibile, non terminat simplicem complacentiam diuinam, v. c. chimera sub conditione; quod possibilis esset, terminare nequit amorem simplicis complacentiæ diuinæ: ergo effectus absolutè non futurus, sed solum sub conditione terminarè nequit actu efficacem voluntatis diuinæ actu existentem in Deo. Patet consequentia: nam sicut bonitas entis possibilis est obiectum amoris simplicis, ita bonitas existentiæ est obiectum actus efficacis: ergo si prima, solum sub conditione cognita, terminare nequit simplicem amorem: ita existentia, sub conditione solum conueniens, terminare nequit actum efficacem.

61 *Prima solutio.* Ad hoc argumentum respondeti solet primo, quod licet res futura præsens non sit, est tamen præsens pro tunc futuritionis eius futuritio, quæ est obiectum decreti. Hæc tamen solutio stare nequit cum *Reiicitur.* his, quæ diximus *Disp.* 33. nimirum, futuritionem esse denominationem desumptam à decreto vt à forma; at nullus actus potest suum obiectum vt forma constituere: ergo futuritio conditionata non est obiectum decreti conditionati, & consequenter, quamuis præsens sit futuritionis tempore, non saluatur per hoc, quod prædictum decretum habeat obiectum præsens pro tunc.

62 *Secundi alij respondent.* Secundo alij respondēt, quod licet existentia effectus futuri sub conditione non sit præsens, est tamen præsens obiectiuè pro tunc futuritionis bonitas illius, per quam constituitur in ratione obiecti voluntatis diuinæ. Sed nec illa solutio satisfacit: nam bonitas, quam præsentem constituunt in præuacto effectu pro tunc futuritionis, vel est bonitas existentiæ illius, vel futuritionis, vel quidditatis sub esse possibilis. Non prima, quia cum existentia præsens non sit; nec illius bonitas præsens esse potest. Non secunda, vt contra primā solutionem probaui. Non tertia: tùm, quia vt cum communiori Thomistarum sententia docebimus *Tract. de volunt. Dei a* 2. bonitas rerum in esse possibili non sufficit terminare actum voluntatis diuinæ.

Dissolicet ista solutio. Tum etiam: nam dato, quod terminet actum diuinæ voluntatis, terminat actum necessarium simplicis complacentiæ, vt communiter docent illi, qui in creaturis possibilibus amabilitatem agnoscunt; actus autem, de quo in præsenti loquimur, necessarius non est. Tùm denique: nam esto posset terminare actum liberum, esset actus simplicis complacentiæ, non actus efficax; decretum autem conditionatum, de quo in præsenti, actus efficax est, vt ex dictis § *sequenti* constabit: ergo non assignatur in effectu conditionato futuro bonitas præsens pro tunc futuritionis sufficiens terminare decretum subiectiuè absolutum, & conditionatum obiectiuè.

63 *Vera solutio.* Quare, his prætermissis: ad argumentum factum respondeo, concessa maiori, negando minorem: ad cuius probationē, distinguo maiorem est bonum bonitate præsenti, nego maiorem: præsenti, aut futura, siue absolutè, siue sub conditione, concedo maiorem: & concessa minori, nego consequentiam, quia bonitas futura sub conditione: sufficit terminare actum voluntatis præsentem. Itaque voluntas non limitatur ad amorem bonitatis præsentis sed potest etiam per desiderium ferri in bonitatem futuram, & quādo tale desiderium est efficax, & absolutum, petit pro obiecto bonitatem absolutè futuram; si verò conditionatum fuerit, petit pro obiecto bonitatem futuram, non absolutè, sed sub conditione, & hæc bonitas sub conditione futura est præsens in esse obiecti pro tunc futuritionis voluntati diuinæ.

64 *Ad 1. confirm.* Ad primam confirmationem, concesso antecedenti, nego consequentiam: nam potentiæ visiuæ obiectum, ob sui materialitatem, est tantum colorarum præsens: vnde, nisi præsens sit actu, terminare nequit actum eius præsentem, secus in voluntate opposita de causa contingit.

Ad secundam. Ad secundam confirmationem, concesso antecedenti, distinguo consequens; sub conditione, quod esset futurum, concedo consequentiam: sub conditione futurum, nego consequentiam. Itaque non est idem obiectum sub conditione, quod esse futurum, & obiectum futurum sub conditione: nam in primo sensu non est obiectum futurum, adhuc sub conditione, sed conditio cadit supra futuritionem ipsam quam de facto non habet; in secundo autem conditio non cadit supra futuritionem, sed supra existentiam, & ideò in primo terminare nequit actum efficacem præsentem, bene tamen in secundo.

65 *Ad tertiam.* Ad tertiam confirmationem, de cuius antecedenti variè sententiunt Theologi, breuiter pro nunc respondetur ex Caietano *in hac* 1. *p. q.* 63. *art.* 3. quem sequitur Aluarez 1. 2. *q.* 13. *art.* 5. distinguendo antecedens: circa impossibile ab intrinseco tale transeat antecedens: si solum sit impossibile ex suppositione aliqua accidentali, nego antecedens, & nego consequentiam: quia id quod absolutè futurum non est, bene tamen sub conditione, non habet repugnantiam aliquam ab intrinseco vt sit absolutè futurum, sed solum ei

re-

repugnat absoluta futuritio ex suppositione accidentali, nempè diuini decreti.

§. III.

De efficacia istorum decretorum.

66 *Secunda conclusio.* Sit secunda conclusio. *Hæc decreta conditionata sunt ex se, & ab intrinseco efficacia, & prædeterminantia efficaciter.* Ita omnes Thomistæ *in præsenti, & tract. de auxilijs, & in hac* 1. *p. q.* 19. *art.* 5. quibus in locis fusè huiusmodi efficacia suadetur; breuiter tamen insinuabo argumenta pro re, de qua agimus, quia sine istius efficaciæ aliquali notitia percipi nequit, quomodo in decretis possint contingentia cognosci.

67 *Notabile* Ante cuius probationē adverto, quod si decreta omnimodo absoluta non sunt indifferentia prout à Deo, sed efficacia ab intrinseco, & prædeterminantia voluntatem creatam ad liberum consensum, decreta etiam subiectiuè absoluta, & conditionata obiectiuè, efficacia intrinseca, & voluntatis nostræ prædeterminatiua debent gaudere. Quod probo manifesta ratione: nam ab eisdem causis vt futuris sub conditione dependet effectus in statu conditionato, à quibus vt absolute futuris dependet in statu absoluto: ergo si actus contingentes, & liberi voluntatis creatæ, vt futuri sint absolutè, essentialitèr pendent à prædeterminatione physica efficaci ab intrinseco vt futura absolutè, & id circo petunt decretum diuinum exercitè existens, quo Deus decernat dare absolutè huiusmodi prædeterminationem, dependebunt etiam in statu conditionato ab illa, vt sub conditione futura, atque ex consequentia decreto exercitè existente in Deo, quo decernat sub aliqua conditione, prædeterminando efficaciter cum illa concurrere, quod decretum non potest non efficacia ab intrinseco, & omnimoda infallibilitate gaudere: quare si semel ex Augustino, Doctore Angelico, & ratione monstrauerimus, decreta absoluta, à quibus futura contingentia absolutè futura dependent, esse intrinsecè efficacia, id ipsum de decretis conditionatis demonstratum manebit.

Probatur

68 *Decreta absoluta esse ab intrinseco efficacia: Probatur primo ex August.* Quod autem decreta absoluta ab intrinseco sint efficacia, docent Capreolus *in* 1. *dist.* 45. *q.* 1. *art.* 2. & *in* 2. *dist.* 28. *q.* 1. *art.* 3. *ad* 12. Ferrara 3. *Contra Gentes cap.* 89. Bañez, Nazarius, & Albelda *infra q.* 19. *art.* 8. & omnes Thomistæ cum alijs, quos referunt PP. Salmanticenses *Tract. de voluntate Dei disp.* 10. *dub.* 3. Et suadetur in primis ex Parente Augustino *lib. de gratia, & libero arbitrio cap.* 5. & 16. *lib. de correctione, & gratia, cap.* 10. 12. 14. & 15. *lib. de prædestinatione Sanctorum, cap.* 6. *Epistola* 107. & *lib.* 1. *ad Simplicianum, quæst.* 2. Quibus in locis, & passim alibi, recognosci gratiam ab intrinseco efficacem, qua Deus hominum corda conuertit, quando voluerit, quomodo voluerit, & vbi voluerit, cuius verba breuitatis causa prætermitto, sufficiant illa Sanctissimi Doctoris libro de Prædestinatione Sanctorū, cap. 8. *Hæc itaque gratia* (scilicèt efficax) *quæ occultè humanis cordibus diuina largitate tribuitur, à nullo duro corde respuitur; ideò quippe tribuitur vt cordis duritia primitus auferratur: quando ergo Pater intus auditur, & docet vt veniatur ad Filium, aufert cor lapideum, & dat cor carneum.*

Quæ verba solum de gratia ex se efficaci, & vt præuenit nostrum consensum possunt verificari; at semel admissa gratia intrinsecè ab intrinseco efficaci, & infallibili, prout venit à Deo, necessario debet concedi decretum absolutum independenter à nostro consensu ab intrinseco efficax, vt in confesso est apud omnes contrarios Doctores, & per se manifestum: ergo talia decreta ab intrinseco, & ex propria natura, efficacia sunt de mente Augustini. 69

70 *Secundo probatur ex D. Th.* Deinde suadetur ex Doctore Angelico, qui vt Augustinuanus in omnibus, vel vt melius dicam, ipsissima mens Augustini, non potuit in rebus de gratia ab Augustini mente recedere. Igitur D. Thom. 2. *Physicorum, lect.* 8. *ad textum* 48. *q.* 3. *de Potentia, art.* 7. *ad* 7. *in hac* 1. *p. q.* 19. *artic.* 3. *ad* 5. *q.* 105. *art.* 5. 1. 2. *q.* 6. *art.* 1. *ad* 3. *q.* 9. *art.* 4. *q.* 109. *art.* 1. *q.* 111. *art.* 2. & alibi sæpè, in omni causa secunda, siue naturali, siue libera, agnoscit, præter virtutem receptam à Deo, quandam motionem præuiam à prima causa, qua ad operandum infabiliter applicetur. Videndus est Angelicus Doctor præcipuè, *a. illa* 3. *de Potentia, art.* 7. *in corpore, & solut. ad* 7. vbi ita expressè præmotionem physicam tradit, etiam in libero agente, vt non nulli ex contrarijs nullam aliam fugam inuenerint, nisi quod D. Thom. sententiam, quam ibi docuit, in Summa retractauerit; falluntur tamen: nam Doctor Angelicus, locis ex Summa allegatis, nec verbum insinuat, quo sententiam ibi tradi tam defferat, sed summè cum illa concordat, vt constabit legenti.

71 *Ex doctrina D. Th. formatur argum.* Ex quo tale formo argumentum: Deus in tempore concurrit cum agentibus liberis, nedum simultaneo concursu in effectum; sed etiam præuio in causam, quo illam vltimo complet, & ad operandum præmouet, & infallibiliter applicat: ergo ha-

Digitized by Google

habuit ab æterno decretum non solum simultaneè; sed etiam præviè concurrendi, prædeterminando, & applicando illam ad efficaciter operandum. Hæc consequentia est euidens: nam, quod Deus in tempore exequitur, ab æterno decreuit. Tunc vltra; sed decretum concurrendi previe est efficax ab intrinseco, & infallibilitèr cum cõsensu connexum: ergo decretum absolutum diuinum est ab intrinseco efficax, & infallibile vt præuenit nostrum consensum ex mente D. Thomæ. Consequentia est nota. Minorem non negant contrarij, quod si negauerint, manifestè illam probo: præmotio, & applicatio causæ ad operandum complet illam vltimo, & complete ad operandum determinat: ergo est infallibiliter cum operatione connexa; & consequentèr decretum præmotionem præparans ab æterno efficacia ab intrinseco, & omnimoda infallibilitate debet gaudere.

72 Confir. 1. Quod amplius confirmo ex alia doctrina Doctori Angelico familiari, videlicet libertatem nostrorum actuum ad summam efficaciam diuinæ voluntatis reducendam esse, qua non solum substantiam actus, sed etiam libertatis modum decernit. Ita habetur apud D. Thomam *in hac à. parte, quæst. 19. art. 8. quæst. 22. art. 4. quæst. 23. art. 6. quæst. 83. art. 1. ad 3. 1. 2. quæst. 10. art. 4. ad 1. in 1. ad Annib. dist. 47. q. 1. art. 4. ad 4. 3. Contra Gentes cap. 89. & cap. 94. circa finem. 1. Perhyermenias lect. 14.* quibus in locis, & passim alibi, ad efficaciam diuinæ voluntatis decernentis, nedum substantiam, verum etiam modum libertatis in actibus voluntatis creatæ, illorum libertatem reducit; at negantes prædiffinitionis ab intrinseco efficaces in Deo, non ad efficaciam voluntatis diuinæ, sed ad præscientiam conditionatam fugiunt, vt nostram libertatem cum efficacia gratiæ componant: ergo longè à D. Thoma distant, & Angelicus Doctor, qui ad summam efficaciam voluntatis diuinæ libertatem nostram reducit, manifestè sentit præ diffinitiones diuinas esse ab intrinseco ex propria natura efficaces.

73 Confir. 2. Confirmatur secundo ex eodem D. Thoma *infra quæst. 23. art. 1. ad 1.* vbi soluens argumentum ex auctoritate Damasceni asserentis: *Omnia quidem præcognoscit Deus, sed non omnia prædeterminat.* Respondet, *quod Damascenus nominat prædeterminationem, impositionem necessitatis, sicut in rebus naturalibus, quæ sunt prædeterminatæ ad vnum.* Et eodem modo respondet ab istam auctoritatem, & ad aliam Gregorij Nisseni 3. *Contra Gentes, cap. 90.* sentit ergo prædiffinitionem prædeterminantem voluntatem creatam, non ad vnũ per modum naturæ, sed per modum libertatis cum omnimoda infallibilitate, esse necessario admittendam, aliàs frustra Angelicus Doctor sic explicuisset PP. auctoritates. Confirmatur tertio: nam efficacia intrinseca decreti vt à Deo à scientia media independens, ideò ab Auctoribus contrarijs negatur, quia principium à nobis ineuitabile cum consensu nostro connexum, illius lædit libertatem; sed hoc expressè ab Angelico Doctore negatur *infra quæst. 19. art. 8. ad 2.* vt *disp. 28.* clarè monstrabimus: ergo efficacia ex præscientia menti D. Thomæ aduersatur, & intrinseca efficatia decreti est, illius menti conformis, & ab ipso clarè tradita. Confir. 3.

Denique id ipsum constat ex eodem D. Thoma *quæst. 12. de veritate, art. 10. ad 12.* illis verbis: *Ad vndecimum dicendum, quod causæ superiores, quæ sunt rerum rationes in diuina præscientia, numquam deficiunt ab impletione suorum effectuum, sicut deficiunt causæ inferiores, & ideo in causis superioribus cognoscuntur rerum euentus absolutè*; at rerum rationes in diuina mente existentes nihil aliud sunt, quam diuina essentia, vt per decretum liberum determinata ad rerum productionem, vt expressè habetur apud Diuum Thomam *quæst. 3. de veritate, art. 6.* ergo ex illius mente decretum absolutum est efficax ex se, & ab intrinseco, aliàs in illo, & ex illo non possent rerum euentus absolutè cognosci omnino infallibiliter, vt fatentur Auctores contrarij, qui hoc ipso, quod decretis diuinis negant efficaciam intrinsecam, consequenter negant posse in illis futura contingentia absolutè cognosci. 74 Confir. 4.

Tertio suadetur hac ratione Theologica: nam decretum diuinum tale debet esse, vt sit prima ratio discernendi, consentientem à non consentiente, iuxta illud Pauli: *Quis te discernit? quid habes, quod non accepisti? si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis?* at nisi gaudeat efficacia ab intrinseco, prout venit à Deo, non esset prima discernendi ratio inter cõsentientem, & non consentientem, sed primum discrimen ad voluntatem creatam deberet reduci, & consequentèr posset homo gloriari, & aduersus alium inflari, vt eruditè ponderant, & efficacissimè ostendunt nostri Thomistæ *ad Tract. de auxilijs*, eo quod discrimen effectus, non ad id in quo causæ conueniunt, qualitèr in decreto prout à Deo veniente inter se conuenirent consentiens, & non consentiens, si semel prout ab illo non gaudeat efficacia ab intrinseco, sed ad id in quo discriminan- 75 Tertio probatur assũptio Theologica.

tur

Digitized by Google

tur debet reducit: ergo necessario debent admitti decreta efficacia ab intrinseco, & prædeterminantia voluntatem creatam.

76 *Quarto probatur.* Quarto: nam decretum debet esse tale, quod subordinet Deo voluntatem creatam; at decretum non prædeterminans, sed simultaneè cum illa concurrens, non subordinat. Deo vt primæ causæ voluntatem creatam: ergo debet esse prædeterminatiuum voluntatis creatæ; & consequentèr efficax ab intrinseco. Probo minorē: ex duabus causis, quarum vna non agit in aliam, nec illam ad agendum applicat, sed vtraque simul ad effectum concurrit, neutra subordinatur alteri, licet vna ab alia in productione effectus dependeat, vt constat in duobus portantibus lapidem, aut trahentibus currum; at si decretum diuinum non præpararet præuium, sed solum simultaneum concursum, non ageret Deus in arbitrium creatum, sed simul cum illo ad actum concurreret: ergo non subordinaret Deo vt primæ causæ voluntatem creatam.

77 *Quinto prob. ab incōuenientibus. Primū est* Quinto ab inconuenientibus, quæ sequuntur ex contraria sententia: sequitur primo Deum esse Auctorem peccati, nec minus esse opus illius perditionem Iudæ, quam vocationem Pauli; consequens est hæreticum: ergo decretum absolutum Dei est efficax ab intrinseco. Patet sequela: nam si decretum concurrendi non esset efficax prout à Deo, & præpararet concursum determinatum, quatenus procederet ab ipso, concursus voluntati oblatus esset prout à Deo indifferens ad bonum, & malum, à voluntate autem pro nutu ad vnā partem determinaretur: ergo quandoque determinaretur ad malum, & quandoque ad bonum, & consequenter æquè vtrumque causaret. Patet hæc consequentia: nā vtramque ex se indifferenter omnino respiceret, & ad vtramque media voluntatis determinatione transiret: ergo æqualiter vtramque causaret.

78 *Secundū.* Secundo sequitur, concursum creatum præcedere concursum diuinum; & consequenter, quod non esset effectus illius, quod est erroneum. Patet sequela: nā determinans, in quantum tale, debet præcedere id, quod determinatur; cum prout sic ad illud comparetur vt forma: ergo si cōcursus creatus determinat concursum diuinum, illum præcedit; & consequenter illius causalitatem necessario sub aliqua formalitate subterfugit.

79 *Tertium.* Denique, omissis alijs, id ipsum ostenditur: efficacia intrinseca prædiffinitionis diuinæ non ledit, sed potius firmat libertatem creatam: ergo non debet Deo negari. Consequentia est euidens: cum hac sola ratione à contrarijs negetur, quia non stat cum illa creata libertas. Antecedens autem constabit ex dicendis *disputatione 38.* vbi hæc argumenta vrgebuntur.

§. IV.

Respondetur directè ad quæstionem.

SIT TERTIA COCLVSIO. 80 *Tertia cōclusio.* *Hæc conditionata positiuè futura cognoscuntur à Deo in decreto efficaci subiectiuè absoluto, & conditionato obiectiuè.* Conclusionem istam esse de mente Augustini multis ostendunt nostri Thomistæ. Aluarez *disp. 7. de auxilijs.* Albelda *in præsenti disp. 45. sect. 2.* Salmanticenses *disp. 10. dub. 2.* & Magister Sancto Thoma *disp. 20. art. 3.* ex quibus vnū, vel alterum testimonium expendam. Primum sit ex *lib. de prædestinatione Sanctorum, cap. 10.* illis verbis: *Prædestinatione Deus ea præscivit, quæ fuerat ipse facturus.* Et paulo infra: *Quando promisit Deus Abrahæ fidem gentium, non de nostræ voluntatis potestate, sed de sua prædestinatione promisit: promisit enim quod ipse facturus erat, non quod homines, &c.* *Aluarez Albelda. Salmant. 5. Tom. S. Aug.*

81 *Ex his testimonijs duplex argumentū deducitur.* Ex quibus verbis duplex sumo argumentum: primum; quod Deus est facturus, in sua prædestinatione prænoscit; at Deus omnes actiones nostras quantumcumque liberas est facturus: ergo eas in sua prædestinatione cognoscit, idest in decreto efficaci. Secundum; quod Deus promittit, de sua prædestinatione, non de nostra potestate promittit, at Deus multoties nostras actiones liberas promittit, iuxta illud: *Faciam vt in præceptis meis ambuletis:* ergo illas promittit de sua prædestinatione, & easdem in sua prædestinatione cognoscit.

82 *Respondā Contra 1.* Dices, Augustinum in vtroque testimonio loqui de futuris absolutis, non de conditionatis. Sed contra primo: nam Auctores, qui negant conditionata in decreto cognosci, etiam id negant de absolute futuris in decreto absoluto vt consequenter loquantur: nam si absolute futura in decreto cognoscuntur à Deo, necessario est dicendum illud esse infallibile, & ab intrinseco cum illis connexum; & dato autē, decretum ab intrinseco efficax nostas voluntates liberas præuenire scientitia media euanescit: ergo Augustinus docens, Deum absolute futura in sua prædestinatione cognoscere, 'idest in suo prædiffinitiuo decreto, scientiam mediam excludit, & id ipsum fatetur de cōditionatis futuris.

Secundo: nam si futura absoluta cognoscit Deus in sua prædestinatione, vt 83 aperte Augustinus fatetur, est propter de-

pen-

pendentiam, quam habent ab illa; at ab eisdem causis in statu conditionato dependent conditionata futura, à quibus in statu absoluto dependent futura absolute: ergo etiam conditionata futura cognoscit Deus in sua prædestinatione. *Tertio.* Tertio: nam iuxta Augustinum *in eodem lib. cap.* 19. ad omne id extenditur diuina prædestinatio, ad quod pertingit diuina efficientia; sed ad effectus in statu conditionato extenditur diuina efficientia: ergo etiam eius prædestinatio. Minor cum consequentia tenet. Maior autem constat nam contra Masilienses, qui omnia, præter fidem, Deo prædestinanti attribuebant, sic arguit: *Iudiant, & ipsi in hoc testimonio, vbi dicit sortem consequuti sumus prædestinati secundum propositum eius, qui vniuersa operatur: ipse ergo vt credere incipiamus operatur, qui vniuersa operatur.* Vbi ex eo quod Deus operatur in nobis non solum fidei augmentum, sed etiam fidei initium, infert vtrumque Deũ prædestinasse sentit ergo Augustinus æque latè prædestinationem, ideſt prædiffinitiuũ decretum extendi, ac extenditur diuina efficientia.

84 *Quarto.* Denique: nam, vt constat ex dictis *in hac disp.* §. 1. sic comparatur promissio conditionata ad conditionatum decretum, sicuti absoluta ad absolutum: ergo si ex Augustino, quidquid Deus absolute promittit, de sua prædestinatione absolute promittit, & consequenter in sua prædestinatione id prænoscit, etiam quidquid conditionate promittit de sua conditionata prædestinatione promittit, & in eadem illud cognoscit.

85 *Respondebis.* Si dicas, sufficere prædestinationem, seu quod idem est, decretum non subiectiue existens, sed obiectiue sub conditione futurum. In contrarium est primo: nam in absolute futuris non sufficit decretum obiectiue futurum sed requiritur existens subiectiue: ergo etiam in futuris sub conditione. *Cõtra 1.* Quæ consequentia constat ex dictis *disputatione præcedenti*, §. 5. *Secundo.* Secundo quia prædestinationi, seu decreto diuino repugnat conditionata futuritio non minus quam absoluta, vt constat ex *ibidẽ* dictis.

86 *Tertio.* Tertio, nam prædestinatio ex mente Augustini est decretum efficax in statu prænenienti; at eo ipso quod ad futurum sub conditione decretum infallibile, & in statu prævenienti efficax requiratur, scientia media, & illius necessitas non possunt subsistere, vt ex dicendis *infra* constabit: ergo si prędestinatio debet ad minus obiectiue ingredi ad futura sub conditione ex mente Augustini, scientia media illius menti necessario aduersatur.

87 Denique: nam si prædestinatio obiectiuè ingreditur ad conditionata futura, vel intrat vt se tenens ex parte antecedentis, & tunc consequentia est omnino infallibilis, & consequentèr non per scientiam mediam, sed per scientiam naturalem cognoscetur à Deo, vel ingreditur ex parte consequentis, & tunc, cum non præsupponatur alia scientia media, cæco modo ingreditur prout venit à Deo, si standum sit principijs scientiæ mediæ: quod est inconueniens. Quæ impugnatio ex dicendis *infra* amplius innotescet. *Quarto.*

88 *Secundũ Augustini testimonium.* Secundum testimonium, illudque manifestum, & quo præcedens solutio falsitatis conuincitur, habetur apud Augustinum in eodem, *lib cap.* 9. illis verbis: *Quid enim est verius, quam præscysse Christum, qui, & quando, & quibus locis in eum fuerant crediturí. Sed vtrum prædicato sibi Christo à se ipsis habituri essent fidem,, an Deo donante sumpturi: ideſt vtrum tantummodo eos præscierit: an etiam prædestinauerit Deus? quærere, & diferere tunc necessarium non putaui, proinde quod dixi, &c.*

89 *Ponderatur 1.* Ex quibus verbis duplex argumentum pro nostra sentẽtia de sumo: idem est apud Augustinum, Deum tantum præscijsse fidem hominum, ac homines illam habituros à se, & idem est homines Deo donante fidem sumpturos, ac Deum illorum fidem prædestinasse. Patet hoc manifestè: quia Augustinus vnum per aliud exponit, & vt terminos equiualentes accipit, vt cõstat ex illis verbis: *Sed vtrum prædicato sibi Christo à se ipsis habituri essent fidem, an Deo donante sumpturi, ideſt, vtrum tantummodo eos præscierit?* Ecce explicat, & pro æquiualenti accipit Deum tantum præscijsse hominum fidem sub conditione prædicationis Christi, ac homines illam habituros à se ipsis: *an etiam prædestinauerit Deus?* Ecce pro eodem accipit Deum prædestinasse hominum fidem, ac illam Deo donante fore supturos; at homines nec in statu absoluto, nec in statu conditionato, fidem sunt à se ipsis habituri, sed in vtroque statu Deo donante sumpturi, quod scientiæ mediæ professores negare non possunt: ergo in vtroque statu, non solum præscitur, sed etiam prædestinatur illorum fides, & consequentèr in vtroque statu media prædestinatione, id est efficaci decreto, cognoscitur.

90 *Secunda Ponderatio.* Secundum argumentum est: futurum, de quo *in præsenti* loquitur Augustinus est conditionatum, at de illo asserit præscitum esse, & prædestinatum à Deo, & ideo quia prædestinatum, præscitum: ergo ex illius mente omnia alia conditionata futura in sua prædestinatione seu prædiffinitiuo decreto præsciuntur à Deo. Maior

Maior prob. 1. lor probatur tum : nam de eodem futuro loquitur Augustinus, de quo interrogatio fit ab Hylario ; at Hylarius interrogat de futuro conditionato , nempè de eo quod *in sex quæstionibus Pagánorum* Augustinus docuerat ; Christum scilicèt, tunc voluisse hominibus apparere,& apud eos prædicari doctrinam suam,quando sciebat, & vbi sciebat esse , qui in eum fuerant crediturí, ex quibus verbis Massiliensis suam confirmabant doctrinam,& male inferebant, ex fide in statu conditionato præuisa Deum moueri ad præmiandum , sicuti ex de meritis conditionate præuisis ad puniendũ quandoque Deum moueri asserebant: ergo responsio Augustini de eodem futuro debet intelligi.

91 *Secundo.* Tùm etiam: nàm homines prædicato sibi Christo Deo dicente esse fidem sumpturos, idem est, ac sub conditione prædicationis Christi esse consensuros; at hoc est futurum conditionatum , & de eo asserit Augustinus præscitum esse, & prædestinatum: ergo loquitur de futuro conditionato. *Tertio.* Tùm denique,nam hic loquitur Augustinus de eodem futuro , de quo *in sex quæstionibus Paganorum* fuerat loquutus; at *ibi* ferme erat de fide hominum sub conditione prædicationis Christi , cum vnum ex præcipuis testimonijs,quo ex Augustino colligunt aduersarij certam conditionatorum notitiam ex prædicto loco desumant: ergo fateri debent loqui *in præsenti* de eodem futuro , nempè de fide gentium sub cõditione prædicationis Christi.

92 *Deinde probatur conclusio ex D. Th. primo,* Deinde suadetur conclusio ex D. Thoma , qui in omnibus Augustino semper adhæsit. Et quidem hanc esse expressissimè mentem illius constat apertè ex discursu toties tractatus. Tùm: nam iuxta D. Thomam,rem aliquam esse futuram est denominatio à decreto desumpta , vt ex ipso manifestè monstraui *disp.* 33. ergo non poterit vt futura cognosci, etiam sub conditione , nisi in decreto diuino , & ex illo. *Secundo.* Tùm etiam , quia vt osdi ex ipso *in hac disp.* §. 1. dantur in Deo decreta subiectiue absoluta, & conditionata obiectiue; quæ decreta intrinseca efficacia gaudere ex eodem monstraui, §. 3. ergo ex illius mente non aliter poterunt cognosci , nisi in decreto isto subiectiue absoluto.

93 *Tertio.* Tùm tertio quia,vt ex D. Thoma probaui *disputatione præcedenti*, §. 4. futura contingentia non possunt infallibili cognitioni sub esse, nisi vel vt sunt in se ipsis in diuina æternitate contenta , vel in diuinis rationibus, id est rerum idæis, vt determinatis per diuinum propositum; at respectu conditionatorum primis cognitionis modus non adest; tum in æternitate non continentur : ergo solum terminare possunt cognitionem omnino infallibilem in idæis ; & ratione illarum , id est in diuina essentia,vt per decretum liberum determinata , vt det illis existentiam in tempore sub aliqua conditione.

94 *Quarto.* Tùm quarto ex D. Thom. *in hac* 1. *p. quæst.* 19. *art.* 7. *ad* 2. illis verbis : *Verumque eorum Deus vult , scilicèt quod aliquid sit futurum secundum causam inferiorem , quod tamen futurum non sit secundum causam superiorem* ; at iuxta Diuum Thomam *quæst.* 12. *de veritate, art.* 10. *ad* 8. ex ordine secundarum causarum habet effectus conditionatam futuritionem : ergo conditionata futuritio est effectus diuini decreti ; & consequenter in illo, & ex illo poterit, & debebit cognosci.

95 *Quinto.* Denique hanc esse vtriusque Doctoris sententiam , hoc argumento apertè suadetur: fatentes namque necessitatem gratiæ ab intrinseco, & ex propria natura efficacis ad actus liberos voluntatis creatæ, cognitioni illorum pro priori ad efficax decretum,quæ est scientia media è regione se opponunt, quod non negabunt professores illius; at vt vidimus §. *præcedenti*, talis gratiæ necessitatem docent Augustinus,& Thomas: ergo cognitionem futuro rum pro priori ad decretum excludunt, & solum admittunt posse in diuino decreto cognosci.

96 *Tertio probatur conclusio rationibus. Prima est* Tertio principalitèr suadenda est conclusio manifestis rationibus. Prima in hũc modum : quidquid Deus extra se cognoscit, attingit in se , & intra se ex parte medij cognoscendi, vt docent D. Thomas *in hac* 1. *p. q.* 14. *art.* 6. præcipuè *solut. ad* 3. 1. *Contra Gentes, cap.* 65. *ratione* 5. & *cap.* 68. *quæst.* 3. *de veritate, art.* 6. quibus in locis ,& alibi sæpè hanc doctrinam ad contingentia extendit : ergo conditionata futura in se ipso cognoscit , id est in propria essentia tanquam in medio, & obiecto prius cognito; at diuina essentia nequit esse ratio cognoscendi hæc futura, secundum formalitatem aliquam necessariam; cum prout sic non connectatur infallibiliter cum illis , quod est necessarium vt per modum medij , & obiecti illorum cognitioni deseruiat : ergo secundum aliquam formalitatem liberam ; & consequenter ratione decreti erit medium cognitionis illorum.

97 *Confirm.* Quod amplius confirmo : nam diuina essentia est medium in quo cognoscuntur creaturæ tanquam illarum causa , vt præallegatis locis docent D. Thomas , & late ostendi *supra disp.* 6. ergo vt determinetur in ratione repræsentantis aliquid, quod ex se ipsa non repræsentabat , debet in

in ratione causæ determinari; at in ratione causæ non aliter determinari potest, quam per decretum liberum: ergo in ratione repræsentantis conditionata futura, non nisi per decretum potest determinari, & constitui; & cõsequẽtèr non nisi in illo poterũt à diuino intellectu cognosci.

98 *Si dicas* Si dicas, sufficere decretum, quod esset, si purificaretur conditio. In contrarium obstat; tùm primo: nam hæc conditionata decreti futuritio omnino repugnat, vt cõstat ex dictis *disputatione præcedenti*. *In contrarium obstat primo.* Tùm etiam: nam voluntate Dei decreturam fore, si purificaretur conditio, nec est formalitas necessaria, nec libera Dei; at diuina essentia debet in ratione medij cognitionis futurorum constitui per formalitatem aliquam liberam: ergo nõ per decretum, quod foret, sed quod iam sit, potest in ratione talis medij constitui. *Secundo.*

99 *Secundo prob. conclusio ratione.* Secunda ratio sit: nam ab eisdem causis, dependent contingentia in cognosci, à quibus in esse dependet, maximè si cognitio sit comprehensiua, qualis est diuina cognitio; at conditionata futura dependent in esse à decreto libero Dei subiectiue absoluto, vt manifestè constat ex dictis *disputatione præcedenti*: ergo ab illo in cognosci dependent; & consequentèr cognoscuntur à Deo in sua essentia vt determinata per illud.

100 *Tertio.* Tertia ratio sit: nam admisso decreto subiectiuè absoluto, & conditionato obiectiuè efficaci ab intrinseco, vt necessario ad statum futuritionis conditionatæ, necessario debet admitti in illo, & ex illo posse, & debere cognosci conditionata futura; at huiusmodi decretum fore necessario admittendum probaui §. 1. & §. 3. ostendi intrinseca efficacia gaudere: ergo necessario est fatendum posse, & debere in illo conditionata contingentia cognosci.

101 *Quarto.* Denique suadetur conclusio impugnando rationem, qua Vazquez *disp.* 45. *cap.* 2. *num* 11. ad oppositum nostræ conclusionis conuincitur, nempè quia decretum liberum per respectum rationis constituitur; ac proinde a diuino intellectu cognosci non potest vt medium in quo attingat futura; aliàs diuinus intellectus entitates rationis confingeret; ad hæc ratio friuola est; & prorsus inefficax: ergo ob illam non est differenda veritas nostræ conclusionis.

Minor prob. 1. Secundo. Probo minorem primo: nam falsum esse id, quod Vazquez supponit, ostendemus *infra tract. de voluntate Dei, art.* 3. Tùm etiam; nam etiam illo admisso negare non potest Vazquez Deum per suum liberum decretum causare creaturas: ergo sicut non obstat respectus rationis, decretum in illius sententia constituens, quominus ad creaturarum productionem vt vera, & talis causa concurrat, nec obstare paritèr poterit, quominus sit medium cognitionis illarum.

102 *Tertio. Quarto.* Tùm, quia Deus vt causa repræsentat creaturas, & consequentèr per illud ipsum debet repræsentare, per quod in ratione causæ constituitur. Tùm etiam; quia quid realius est, vt sic dicam, creaturas causare, quam vt medium illorum cognitioni inseruire: ergo si constitui per respectum rationis, non obstat quominus decretum constitutum sit causa illarum, obstare non poterit, quominus sit medium in quo cognoscãtur. *Quinto.* Quinto, quia si hæc ratio aliquid probaret, conuinceret non posse Deum sua decreta cognoscere, & consequentèr nũquam Deus sciret se velle liberè, quo nihil absurdius. Patet sequela euidenter: quia ideò negat Deum in decreto cognoscere futura, quia aliàs Deus suum liberum decretum cognoscens fabricaret respectum, per quem constituitur: ergo si Deus suum liberum decretum cognoscat, confinget respectum rationis, si præfata ratio quid probat.

§. V.

Primo argumento contrariorum occurritur.

OMISSIS pluribus testimonijs Scripturæ, quibus contrarij Auctores contra nostram sententiam vtuntur, quia ex illis tantum colligitur certa conditionatorum notitia, quam non negamus, & hoc non euidenter, sed magna cum probabilitate, vt vidimus *disp.* 34. vnum est, & cui totum suæ sententiæ robur committunt, quod habetur apud Mathæum, cap. 11. Lucam, cap. 10. illis verbis: *Væ tibi Corozaim, væ tibi Bethsaida: quia si in Tyro, & Sydone factæ fuissent virtutes, quæ in te factæ sunt, olim in cilicio, & cinere pœnitentiã egissent.* 103 *Arguitur primo ex Scriptura*

Ex hoc testimonio sic arguunt: Deus cognouit omnino infallibiliter Tyriorum conuersionem futuram, sub conditione prædicationis Christi, & non in decreto efficaci subiectiue absoluto, & conditionato obiectiue prædeterminandi illos ad pœnitentiam, si apud eosdem patrata fuissent miracula Christi: ergo cætera futura certo cognoscuntur à Deo absque præsuppositio efficaci decreto subiectiue absoluto, & conditionato obiectiue. Consequutio est euidens. Maiorem damus, vt probabiliorem sententiam ad minus. Minorem autem probant sic: nam in hoc testimonio continetur non simplex prædictio, sed obiurgatio incredulitatis Iudæorum, & non absoluta, sed comparativa ad Gentiles, qui visis eisdem signis signa magna pœnitentiæ egissent; at increpatio ista, 104

sal-

saltim vt comparatiua, foret innanis, si pœnitentia Gentilium in statu conditionato in decreto prædicto cognita fuisset à Deo: ergo non in decreto, sed pro priori ad illud fuit cognita.

105 *Maior prob. 1.* Minor probatur primo: nam increpatio est innanis, cui potest adhiberi iuxta responsio; at si Deus decreuisset Gentiles ad pœnitentiam sub illa conditione vocare, & præ determinare, possent Iudæi responsionem iustam præstare, videlicèt, ideò nos pœnitentiam visis Christi miraculis non fecimus, quia non habuisti decretum illud efficax voluntatis nostræ prædeterminativum, quo decreuisti Gentiles ad pœnitentiam mouere, quod si illud habuisses, & nos etiam pœnitentiam magnam ageremus: ergo pœnitentia Gentilium sub cõditione prædicationis Christi non fuit cognita in decreto, sed pro priori ad illud.

106 *Secundo.* Secundo: nam, vt comparatiua increpatio sit iuxta, debet æqualitas inter comparationis extrema seruari, quo circa iniustè increparetur vnus seruus præ alio, eo quod ille mille argenteos recipiens alios mille lucrasset, & iste accipiens centum non lucrasset mille; at supposito efficaci decreto erga pœnitentiam Gentilium, & negato erga Iudæos, non seruaretur inter illos æqualitas: ergo iniusta foret increpatio istorum præ illis, eo quod Iudæi pœnitentiam non egerunt, quam tamen agerent sub conditione miraculorum Christi Gentiles.

107 *Tertio.* Tertio, nam si prædicatio, & miracula Christi non essent in ordine ad vtrumque extremum æqualia, sed maiora respectu Gentilium, quam respectu Iudæorum, non foret increpatio comparatiua iusta, eo quod Iudæi minoribus miraculis coram illis patratis non conuertentur, benè tamen Gentiles visis maioribus; at inæqualitas orta ex efficaci decreto his concesso, & illis negato, maior est, quam quæ nascitur ex inæqualitate miraculorum Christi; cum fortius ad pœnitendũ moueat decretum, vtpote prædeterminans voluntatem intrinsecè, quam miracula solum inducentia persuasiuè, & moraliter: ergo vt prudens, & iusta sit comparatiua illorum reprehensio, debent omninò æquales, quoad decretum supponi, & consequenter, cum non habuerit decretum efficax prædeterminandi Iudæos sub conditione miraculorum Christi, nec illud habuit respectu Gentilium.

108 Denique illa minor suadetur: nam increpatio ista fuit argumentum, quo à paritate Gentilium contendit Christus arguere, & conuincere Iudæorum duritiam, eo quod non fuerant conuersi visis tot miraculis, quæ si apud Gentiles fuissent patrata pœnitentiam egissent; at vt argumentum à paritate factum sit efficax, debet inter vtrumque extremum seruari paritas omnimona, aliàs disparitate reddita euidentè solutionem accipiet ergo nisi Iudæi omninò æquales supponantur Gentilibus tam in his, quæ concurrunt per modum actus primi, quam in decreto, erit omninò inefficax argumentum Christi contra Iudæos ab exemplo Gentilium.

109 *Confirm.* Explicatur hoc amplius: Christus Dominus per hanc obiurgationem intendit conuincere duritiam Iudæorum hoc argumento: *Væ tibi Corozain: væ tibi Bethsaida, &c.* ideſt ò Bethsaida? auxilia, quibus resistis, talia sunt vt illis cederent Gentiles: ergo ciues tui illis obdurate resistentes obstinati sunt, & rebelles; at vt hoc argumentum efficax sit, debuissen eisdem auxilijs, nullo alio iuuante superaddito, Gentiles succumbere: ergo si decretum superaddatur respectiuè ad illos inducens prædeterminationem intrinsecam, inefficax erit argumentum Christi. Probatur minor: nam tunc consequentia istum sensum efficeret: auxilia, quibus resistis, talia sunt vt illis superaddita physica præmotione Gentiles non obsisterent: ergo ciues tui illis resistentes non audita præmotione physica obstinati sunt, & rebelles; at consequẽtia ista omninò irrationabilis est: ergo vt vim habeat Christi argumentum debent induci Gentiles conuertendi vi eorumdem auxiliorum nullo superaddito, siuè intrinseco, siuè etiam extrinseco.

110 *Respond. Ad 1. probationem minoris.* Ad hoc argumentũ communi solutione, respondeo concessa maiori, negãdo minorem: ad cuius probationem, nego etiam minorem. Ad primam eius probationem, concessa maiori, nego minorem: nam cum ex defectu decreti efficacis non colligatur defectus potentiæ ad pœnitendum visis miraculis: hic est quod non sit iusta prædicta responsio: potenti enim bonum facere, & non facienti quando adest obligatio, peccatum est illi, atque adeò Iudæi potentes conuerti, & obligati, & hoc non facientes nullam sui peccati veram excusationem habere potuerunt; nec iustam responsionem obiurgationis Christi.

111 *Instatur argumentum in oppostra sententia.* Et quidem cum in contrariorum sententia præuiderit Deus in statu conditionato Iudæos in pluribus occasionibus conuertendos fore, audita prædicatione Christi, secus vero in illa in qua Christus illis prædicauit, & è contra Gentiles in quibusdam occasionibus non responsuros, nec acturos pœnitentiã, benè verò in alijs, & Deus decreuerit prædicationem Christi ad illos in occasionibus in quibus vidit fore

restituros, respondere etiam possent Iudæi, si nos constituisses in illis occasionibus, in quibus nos vidisti conuertendos pœnitentiam ageremus; audita prædicatione Christi, quod si non fecimus, ideò est, quianō in illis nos cōstituisti, sed in alijs in quibus præuidisti nos resistentes. Quæ responsio non aliter potest stultitiæ conijnci, nisi quia in hac, & quauis alia occasione habuerunt auxilium sufficiens, & obligationem agendi pœnitentiam, quam non egerunt: pariter ergo in nostra sententia.

112 *Ad 2. Probationem*

Ad secundam minoris probationem, distinguo maiorem: debet seruari æqualitas quantum ad actum primum, supra quē obligatio fundatur, concedo maiorem: quoad actum secundum, vel applicationem ad illum, quæ obligationem supponit nego maiorem, & distinguo minorem quoad actum primum, nego minorem: quoad applicationem ad actum secundū, quæ fit per decretum; concedo minorem, & nego consequentiam; cuius ratio est, quia vt iustè vnus increpetur præ alio, sufficit, quod æqualiter sint obligati, & vnus transgrediatur, altero adimplente obligationem, obligatio autem supra posse fundatur, non super actum vel applicationem ad illum, & quia decretum prædeterminativum in nostra sententia non dat posse sed illud supponit, & ad actum efficaciter applicat: hinc est, quod inæqualitas ex illo proueniens, non obstet iustæ increpationi, etiam comparatiuæ, dummodò in potentia æqualia supponātur extrema, qualiter in præsenti contingit. Nec exemplum seruorum ad rem adducitur: quia inter illos est inæqualitas: etiam in actu primo; non enim potest vnus certum agentēis eundem effectum lucrationis præstare, quem alius mile.

113. *Ad tertiā*

Ad tertiam probationem: nego maiorem, si non obstante inæqualitate miraculorum supponantur æquales quoad posse; secus autem si inæqualitas in potentia ponatur.

Ad quartam.

Ad vltimam probationem, concessa maiori, distinguo minorem: debet seruari paritas in eo, in quo argumentum fundatur, concedo minorem: in alijs non ad rem argumenti, nego minorem, & nego consequentiam: quia argumentum Christi fundatur in obligatione pœnitendi vtriusque communi, & potentia ad pœnitendum, quæ æqualis foret, aut fortè maior ex parte Iudæorum, & quia in his seruatur æqualitas, vel si est excessus aliquis ex parte illorum se tenet: consequens fit quod non possit ei disparitas assignari, qua ineficaciæ redarguatur.

Ad confirmationem, omissa maiori, distinguo minorem: nullo alio superaddito requisito ad posse expeditum per modum actus primi, concedo minorem: requisito vt applicatione ad actum secundum, nego minorem, & nego consequentiam: quia decretum, quod superadditur, non exigitur ad posse, sed ad applicationem ad actū; impotentia autem supponuntur æquales: vnde in suo robore manet Christi argumentum ita formandum: *Visis miraculis, quibus vos resistitis potentes in vi illorum conuerti, Gentiles agerent pœnitentiam: ergo vos obstinatè resistentes rebelles estis, & durè cerui-*; nèc est necessarium physicam præmotionem adiungere: nam, cum hæc ad omnem actum necessaria sit, semper subintelligitur.

114 *Ad confirmationem.*

Et quidem argumentum hoc ab omnibus esse soluendum, loquendo de futuris in statu absoluto, manifestè hac ratione conuincitur: nam in omni casu, quo vnus adimplet præceptum, maximè si supernaturale sit, & alter non adimplet, illo recipit maiorem gratiam, in nostra sententia physicè maiorem; in aliorum autem iudicio maiorem moraliter: ergo inæquales sunt prout à Deo vndecumque veniat hęc inæqualitas; & tamen in aliquo casu est increpabilis vnus præ alio, & non solum absoluta obiurgatione, quod nemo poterit negare: ergo stat iusta increpatio, etiam comparatiua cū inæqualitate aliqua inter extrema comparationis, per hoc quòd in auxilijs per modum actus primi inueniantur æquales; ac proinde iusta erit increpatio Christi Iudæorum præ Gentilibus, etiam si detur decretum de illorum conuersione sub conditione prædicationis Christi, quod tamen non datur de pœnitentia Iudæorum, per hoc præcisè, quod in auxilijs per modum actus primi æquales supponantur, vt eos constituit nostra sententia.

115 *Hoc argumentum etiam contra aduersarios militat.*

Sed insurgit grauis difficultas: nam decretum illud, & prædeterminatio ex illo procedens requiruntur essentialiter ad actum: ergo cui deest decretum, & prædeterminatio, deest etiam potentia; & consequenter nequit cum alio adæquari, etiam in actu primo. Patet consequentia: nam potentia expedita per modum actus primi, dicitur illa, cui nihil deest ex requisitis ad operationem: ergo si decretum essentialiter ad illam exigitur, non stat potentia cū illius defectu proximè expedita.

116 *Instabis.*

Confirmatur primò: implicat actum poni sine decreto, & auxilio efficaci: ergo voluntas sine decreto, & efficaci auxilio, non habet potentiam ad actum. Antecedens communiter docetur

117 *Confir. 1.*

à no-

à nostris Thomistis. Consequetia verò probatur; quia in nobis non datur potentia, nec antecedens, nec consequẽs ad id, quod ex terminis implicat: ergo si est implicatorium poni actum sine decreto, & efficaci auxilio, non adest potentia in voluntate nostra sine decreto ad illum ponendum.

118 *Confir. 2.* Confirmatur secundo, defectus requisiti, etiam per modum conditionis ad aliquem actum, reddit excusabilem omissionem illius, vt constat in illo, cui deest Breuiarium ad recitandas horas Canonicas, si namque defectus Breuiarij voluntarius non sit, inculpabiliter omittit illarum recitationem: ergo si decretum necessarium est, vt dixerit nostra sententia, quamuis sit per modum conditionis, excusabilis erit, cui deest; ac proinde Iudæi, de quorum pœnitentia Deus non habuit prædeterminatiuum decretum, in iustè reprehenduntur à Christo, quia non pœnituerint.

119 *Respondetur.* Obiectio ista longa discussione indigebat; quæ tamen spectat ad *Tractatum de Auxilys*, vbi variè à Nostris Thomistis diluitur; breuiter pro nunc respondetur, concesso antecedenti, negando consequentiam. Ad illius probationem, distinguo antecedens: ex requisitis per modum actus primi, concedo antecedens: per modum applicationis ad actum secundum, nego antecedens, & nego consequentiam; nam decretum, & præmotio physica, etsi essentialiter requirantur ad actum, non exiguntur tanquam dantia posse, sed vt applicationes ad actum & inchoationes illius: vnde ex defectu illorum non arguitur defectus potentiæ expeditæ per modum actus primi.

120 *Ad 1. cõfirmationem.* Ad primam confirmationem, concesso antecedenti, distinguendum est consequens: ly *sine auxilio efficaci* determinante potentiam, nego consequentiam: determinante actum, concedo consequentiam, quod aliis terminis solet explicari, in sensu composito, & in sensu diviso, id est, voluntas sine decreto, potens est ad actum non sine decreto, sed medio decreto ponendum; sicuti homo non sedens, potest sedere, id est, sine sessione potentiam habet, vt sedeat, non vt sedeat, & simul non sedeat, quia hæc duo coniungere est implicatorium: voluntas sine amore, est potens amare, non coniungendo amorem cum eius negatione, quia hoc omnino implicat, sed destructa negatione amoris: ita in nostro casu, voluntas sine auxilio potest elicere amorem, non sine auxilio, sed cum illo: ita tamen, quod decretum, aut auxilium non requiratur vt voluntas possit, sed solum vt de facto operetur.

121 *Ad secundam.* Ad secundam, distinguo antecedens: si sit requisitum vt conditio ad posse, concedo antecedens: si solum ad actum, nego antecedens, & nego consequentiam: quia decretum requiritur, non vt voluntas possit, sed vt de facto ad actum procedat: Breuiarium autem ad recitationem requiritur vt complens potentiam vt possit, quia concurrit, vel vt loco specierum sine quibus homo, nec in actu primo potest recitare; cum species constituat intellectum completè potentem ad intellectionem, & quia sine Breuiario homo non habet species in memoria ordinatas illius, quod recitare debet: hinc fit, quod sine illo non possit, ac proinde, quod nec teneatur.

122 *Vrgebis.* Sed instabis adhuc: voluntas existens sub negatione auxilij, & decreti efficacis non est potens ad ponendum actum sine illis, vt fatemur, nec est potens ad ponendum actum cum illis: ergo nulla gaudet potentia, si semel exiguntur ad actum.

Antecedens pro 2 p. prob. 1. Antecedens pro secunda parte suadetur: tùm, quia non est potens remouere à se negationem decreti, siquidem decretũ non habet in sua potestate, per cuius positionem remoueretur decreti negatio; at remotio negationis decreti essentialitèr petitur ab actu in nostrorum sententia: ergo non potest ponere actum cum decretò.

123 *Secundo.* Secundo, quod non habet potentiam ad omnia essentialitèr requisita ad actum, nec actum continet in sua potestate; at voluntas creata non habet potentiam ad ponendum in se ipsa decretum, quod per Nos essentialiter petitur ad actu, & à quo essentialiter actus dependet: ergo voluntas non est potens ad ponendum actum etiam cum decreto.

Tertio. Tertio: non enim habet potentiam ad actum, vt pendentem essentialiter a decreto: quando quidem non habet in sua potestate decretum, nec vt independentem ab illo essentialiter, quia hæc dependentia est impræscindibilis ab actu in nostra sententia: ergo nullo modo habebit actum in sua potestate.

124 *Quarto.* Denique: non stat potentia in voluntate ad actum, nisi sit potens se applicare ad illum; at non est in voluntate nostra potestas vt se applicet: ergo nec ad actum. Patet minor: non est illi potestas ad causandam in se formam, per quam applicatur, nempè, decretum applicans extrinsecè, & auxilium intrinsecè applicans: ergo nec potest causare se esse applicatam, quod est effectus formalis talis formæ, & consequenter nequit se ipsam applicare.

Respondeo, negando antecedens pro

125 se-

Respond. secunda parte. Ad primam probationem, concessa maiori, & minori; distinguo consequens: potentia omnis ordinis absoluta, & independenti, concedo consequentiã, potentia agentis ordinis secundi, subordinata, & dependenti, nego consequentiam: sicut enim sine continentia actiua auxilij requisiti ad actum, saluatur continentia actus, quia auxilium requiritur ex parte causæ primæ; continentia autem actus nostræ voluntati conueniens, est continentia causæ secundæ, de cuius ratione non est continentia actiua omnis requisiti ad actum: ita sine continentia actiua negationis auxilij, aut decreti, saluatur continentia actiua actus, & eadem ratione, quia nempè ablatio negationis decreti, & auxilij, requiritur ex parte primæ causæ; cum fiat positione auxilij, quod ex parte causæ primæ se tenet ad subordinandum sibi causam secundam.

Ad 1. probationem anteced.

126 Ad secundã probationẽ, distinguo maiorẽ: non continet actũ in suã potestate cõtinentia omnis ordinis absoluta, & independenti concedo maiorẽ: continentia agentis secundi subordinatã, & dependẽti à prima, nego maiorẽ, & cõcessã minori, distinguo consequens eodẽ modo. Quæ solutio est expressã Diui Tho. *quæst. 3. de Potentia, artç. 7. ad decimum tertium argumentum*, & 1. 2. *q. 9. art. 4. ad 3.*

Ad 2.

Ad tertiã probationẽ dicatur, habere in sua potestate actũ vt dependentẽ essentialitèr à decreto, ly *vt* accepto specificatiuè, non reduplicatiuè, nec hoc secundũ necessariũ est: nam cum Deus, & voluntas ad actũ concurrant, licet fit necessariũ, quod omnis formalitas in actu reperta vtrique respondeat, non tamen requiritur, quod sub reduplicatione omnis formalitatatis correspondeat vtrique.

Ad 3.

127 Ad vltimã probationẽ dicatur: in ordine ad primũ actũ, siue absolute, siue in quouis negotio, nõ cõcurrere voluntatẽ applicatiuè, sed elicitiuè tantùm; vt docetur à nostris Thomistis 1. 2 *q. 9. & in hac 1. p. q. 63.* vnde tales actus continet in sua potestate, quia sui applicationẽ ad illos cõtineat, sed adæquatè applicatur à Deo per motionẽ prænitam: in ordine autẽ ad cæteros actus applicãdo se ipsã cõcurrit: cæterũ forma applicans adæquate, nõ est decretũ, seu auxiliũ diuinũ, sed actus aliquis ipsius voluntatis: & quia hunc continet in sua potestate; hinc fit, quod possit se ipsã applicare, quin possit in se Dei decretum, aut ipsius præmotionem efficere. Sed de his fusius *in Tractatu de Auxiliis*, dũ agitur de imputabilitate peccati carẽti efficaci auxilio.

Ad 4.

128 Modo verò sufficiat obiectionem instare: quia in omni sententia, aliquid se tenens ex parte Dei essentialitèr concurrit ad actum, quod in nostra potestate non est, nempè, concursus simultaneus Dei, & decretum præparans illum; & tamẽ actus in potestate nostra continetur; non quidem vt in causa omnis ordinis, & à prima independenti; bene tamen vt in causa secunda subordinata primæ, & dependenti ab illa: pariter ergo dicimus in nostra sentẽtia, quod licet nec præuius concursus, nec decretum Dei præparans illum in nostra sit potestate, contineri potest actus in illa, non vt in agente primo, & independenti, sed secundo dependenti ab illo, de cuius ratione est, vt non contineat omnia, à quibus actus essentialitèr pendet.

Instatur arg. in omni sententia.

129 Sed vrgebis adhuc: non minus requiritur præmotio physica ad actum in nostra sententia, quam actio requiritur ad effectum, v. g. calefactio ad calorẽ; sed quia actio est requisita essentialitèr ad effectum causandum, implicat in aliqua causa continentia actiua effectus sine actiua continentia actioni: ergo implicabit continentia actiua actus in voluntate creata sine actiua continentia auxilij.

Vrgebis.

130 Respondeo, distinguendo maiorem: non minus, & eodem modo, nego maiorem: diuerso modo, concedo maiorem, & distinguo minorem: præcisè quia requiritur, nego minorem: quia tali modo requiritur, concedo minorem, & nego consequentiam: nam actio ad effectum requiritur vt causalitas causæ secundæ, & ex parte illius se tenet; & ideò non fiat continẽtia activa effectus sine continentia activa actionis eidem causæ conuenienti; decretum autem prædeterminativum, & physica prædeterminatio voluntatis creatæ se tenent ex parte primæ causæ ad subordinandum ipsi voluntatem creatã plena, & perfecta subordinatione, & vt perfectum primæ causæ dominium supra actus omnes voluntatis creatæ subsistat; & ideò quãuis essentialiter sit necessarium ad omnem operationẽ creatam, potest saluari in nostra voluntate continentia activa suæ operationis, sine continentia activa decreti, aut physicæ prædeterminationis qua Deus voluntatẽ nostram præmouet ad operãdũ.

Respondetur.

Sed instabis adhuc: quia namque implicat existere determinationem præuenientem à Deo, sine determinatione nostra ab actu libero præstita, non potest Deus actiuè cõtinere determinationẽ suã, quin actiuè nostrã determinationem contineat; & tamen nostra determinatio non se tenet ex parte Dei, vt causalitas illius, sed se tenet ex parte creaturæ: ergo si implicat existere determinationẽ nostrã, sine determinatione, aut prædeterminatione diui-

131 *Replicab. adhuc.*

Digitized by Google

na, non poterit nostra voluntas continere determinationem propriam actiuè, quin actiuè contineat prædeterminationem diuinam, quamuis hæc non se teneat ex parte voluntatis nostræ, sed ex parte Dei.

132 *Respond.* Respondeo, negando causalem maioris vt adæquatam, cuius falsitas constat in voluntate nostra, sine qua non potest illius actus existere; & tamen actiuè continet proprium actum, quin actiuè contineat se ipsam: constat etiam in apprehensione proponente obiectum amandum, sine qua implicat existere amorem: & tamen voluntas continet actiuè amorem, quin actiuè contineat apprehensionem: constat denique in specie impressa, sine qua implicat existere intellectionem; & tamen intellectus noster possibilis continet actiuè intellectionem sine continentia actiua speciei, quæ non ab ipso causatur, sed vel ab intellectu agente, vel à Deo per infusionem: non ergo ideò Deus continens actiuè prædeterminationem debet continere actiuè nostram determinationem, quia prædeterminatio non potest existere sine nostra determinatione, sed ideò quia continentia Dei est continentia causæ primæ, de cuius ratione est continere omnem effectum, & omne requisitum essentialiter ad illum; continentia autem voluntatis creatæ propriæ determinationis, est continentia causæ secundæ, de cuius ratione non est continentia actiua omnis requisiti ad existentiam actus, vel effectus, quem continet, sed potius oppositum, & ideò quamuis propria voluntatis determinatio non possit existere sine prædeterminatione diuina, non sequitur, quod vt actiuè contineat propriam determinationem, debeat continere actiuè prædeterminationem diuinam.

133 *Instatis.* Sed dices: sequi ex Doctrina à Nobis tradita, quod sine physica prædeterminatione existente in voluntate non contineat voluntas propriam determinationem; consequēs est falsum, aliàs in absentia prædeterminationis non imputaretur voluntari non agere, vel non adimplere præceptum: ergo deficit solutionis doctrina. Probatur sequela: quia namque sine apprehensione obiecti implicat existentia amoris, & voluntas non continet actiuè apprehensionem, sine apprehensione actu existente, non est in voluntate proxima potentia ad amorem, & quia sine specie impressa implicat existere intellectionem, & intellectus non continet actiuè speciem, sine specie actu existente, non continet intellectus actiuè proxime intellectionem: ergo si determinatio voluntatis per proprium actum non potest existere sine physica prædeterminatione, & voluntas illam actiuè non continet, non continebit actiuè proximè propriam determinationem nisi actu in illa existat physica prædeterminatio.

134 *Respondi* Respondeo, negando sequelam, ad illius probationem: nego causalem maioris vt adæquatam, sed in super est addendum, quod apprehensio obiecti requiritur ad amorem vt complens voluntatem ad illum complemento actus primi & idem de specie impressa èst dicendum respectu intellectus, quod nempè illud complet ad intelligendum complemento actus primi; & ideò voluntas sine apprehensione actu existente, non est completè proximè potens ad amorem, nec intellectus sine specie actu existente est completè potens proxime in ordine ad intellectionem; præmotio autem physica non complet voluntatem vt possit, sed posse proximum cōpletū supponit, & solum complet illam ad de facto operandum, & ideò indefectu, vel absentia physicæ prædeterminationis saluatur in voluntate creata continentia actiua proxima propriæ determinationis, etiam si actiuè non præcontineat physicam prædeterminationem: defectus namque non complētis voluntatem, vt proximè possit, non potest ab illa tolere præcontinentiam proximam.

§. VI.

Occurritur secundo argumento, & explicatur, an Deus prædeterminet voluntatem creatam ad materiale peccati?

135 *Secundo principaliter arg.* SEcundo principaliter arguunt exploribus testimonijs Scripturæ, in quibus prædicūtur peccata vt sub conditione futura Genesis 11. *Cœperunt hoc facere, nec desistent à cogitationibus suis, donec eas opere compleant*: vbi subintelligitur ista conditio, *nisi impediantur*. Exodi 34. vbi inter alia præcepta Moysi reuelata iubentur Iudei non accipere vxores filias Gentilium, ne post quam ipsę fuerint formicatæ, formicari faciant & filios tuos in Deo suos. Primo Regum cap. 23. *Si tradent me viri Ceilæ, & viros, qui sunt mecum in manus Saulis? Et dixit Dominus, tradent.* Tertio Regum cap. 11. *Non ingrediemini ad eas, nec de illis ingrediātur ad vestras, certissimè enim avertent corda vestra, vt sequamini Deos earum.* Quibus in locis, & alibi sæpè, à Deo prædicuntur peccata vt sub cōditione futura, & consequenter certò cognoscuntur à Deo; at nō in decreto subiectiuè absoluto, & conditionato obiectiuè, quod habeat de illis: ergo datur in diuino intellectu certa cognitio, non præsupponens efficax decretum, cui vt medio innitatur, & consequenter omnia alia

futura absque præsupposito efficaci decreto certò cognoscuntur à Deo. Maior cum consequentia tenet.

Minor autem probatur, tùm ex Augustino libro de Prædestinatione Sanctorum cap. 10. illis verbis: *Prædestinatio sine præscientia esse non potest; potest autem esse sine prædestinatione præscientia, prædestinatione quippè Deus ea præscivit, quæ fuerat ipse facturus: unde dictum est fecit, quæ futura sunt, præscire autem potens est, etiam quæ ipse non facit, sicut quæcumque peccata.* Vbi prædestinationis nomine non prædestinationem, quæ specialis prouidentia est prædestinatis propriæ, sed diuinum decretum præuium, & efficax fore intelligendum est communis Thomistarum sententia: sentit ergo Augustinus peccata vt futura à Deo non cognosci in decreto præuio efficaci.

136 *Minor prob. 1.*

Secundo. Tùm etiam ratione Augustini nam id solum cadit sub diuino decreto, quod illius causalitatem terminat: ergo peccata, quæ illam subterfugiunt, non cadunt sub diuino decreto.

Tertio. Tùm denique, quia aliàs Deo decernenti efficacitèr peccati existentiam atribuenda foret malitia quo nihil absurdius.

137 *Cõmunis, & vera Thomistarum solutio.* Communis Thomistarum solutio ad hoc argumentum distinguit in peccato conceptum entitatis, perfectionis, & actualitatis à conceptu explicito deformitatis, siue hæc in priuatione rectitudinis debitæ consistat siue intendentia positiua ad obiectum vt rationi disonum: ad primum concedit decretum prædeterminatiuum in Deo; ad secundum autem decretum permissiuum, & in his decretis cognoscuntur peccata vt futura, siue absolutè, siue sub conditione. Iuxta quam distinctionem constat argumenti solutio. Nec Diuus Augustinus decretum prædeterminatiuũ negauit respectu materialis peccati, id est, formalitatum non exprimentium deformitatẽ, sed solum respectu illius, quã scit Deus omnino infallibiliter; non tamen prædestinat, sed tantum permittit, illas autem præscit, & prædestinat, id est, prædecernit decreto prædeterminante, sicuti, & illas efficit per suum concursum. Nec ex hoc sequitur fore Deo attribuendam peccati malitiam, vt iam explico.

138 *Cõtra illam obponunt. aduersarij.* Hanc tamen solutionem egrè ferunt contrarij Auctores, & nimis iniuriosè tractant: contra illam multa obijciunt, primo nam Caluinus, & Beza negabant Deo decretum prædeterminans formale peccati, & solum illud concedebant respectu materialis, vt testantur Belarminus *lib. 2. de amissione gratiæ, cap. 2.* Franciscus Belearius Episcopus Metensis *in opusc. contra Caluinum*, & Becanus *tomo 1. opusculorum opusc. 3. de auctore peccati*, & tamen damnantur à Concilio Tridentino *sessione 6. de iustificatione, canone 6.* ergo prædeterminantes materiale malitiæ in eadem sunt damnatione.

Secundo, quia non alia ratione homini peccanti malitia atribuntur, nisi quia suo concursu attingit materiale illius; non enim nisi secundario, & ex consequenti attingit malitiam: ergo si Deus prædeterminat materiale malitiæ, hanc in illum refundi est necessarium. *Secundo.*

Tertio: nam eo ipso quod voluntas creata ratione impeccabilitatis non possit malitiam attingere, nec etiam potest materiale malitiæ, sed hoc extrabitur ab sphæra eius causalitatis: ergo è contra, eo ipso quod concedatur Deo prædeterminatio ad materiale culpæ, in ipsum refundetur malitia, & illam suo concursu pertingit. 139 *Tertio.*

Quarto, quia id quod est conforme voluntati diuinæ nequit esse peccatum; at materiale malitiæ si prædeterminetur a Deo, erit conforme voluntati diuinæ: ergo homo illud causans non peccabit, vtpotè se conformans cum Dei voluntate. *Quarto.*

Quinto, ratione connexionis inter materiale, & formale malitiæ nequit Deus suo consilio, aut præcepto ad vnum concurrere, quin etiam concurrat ad aliud; at prædeterminatio efficacius concurrit, quam præceptum, aut consilium: ergo ratione eiusdem connexionis non poterit Deus ad vnum concurrere, quin attingat aliud. *Quinto.*

Sexto: nam posito decreto prædeterminante ad materiale, nõ stat permissiuè Deũ se habere respectu formalis: ergo cum sit certum Deum permissiuè se habere respectu malitiæ, negari debet decretum prædeterminans materiale illius; patet antecedens: nam permissiuè concurrere ad aliquid est non euitare illud cum possit; at posito decreto prædeterminante ad materiale culpæ; non potest Deus vitare sequelam malitiæ: ergo non se habebit permissiuè ad illam. 140 *Sexto.*

Denique: nam Deus cognoscit malitiam formaliter, vt futuram sub conditione: ergo cognoscit malitiam, vt cum tali conditione connexam; at non est connexa cũ illa ratione sui ad minus infallibiliter: ergo connectitur cum illa ratione decreti, & consequenter decretum est de ipsa malitia formaliter. *Septimo.*

§. VII.

Ex decreto efficaci erga materiale peccati, non sequitur Deo attribui malitiam formalem.

141 *Datur in Deo decretū efficax ad materiale peccati, à malitia formali præscindens.*

HÆc ideò apposui, etsi videantur extraneam materiam concernere, quia oppositi Auctores Nos cogunt, exinde vnum ex præcipuis argumentis pro sua sententia petentes, quia si materiale peccati efficaciter decernatur à Deo, necessario sit illi formalis malitia ad scribenda, si autem tale decretum erga materiale peccati non datur, & aliàs à Deo in statu conditionato infallibiliter cognoscitur; per cōsequentiam ipsis euidentem, & meritò, infertur, decretum efficax subiectiuè absolutum, & conditionatū obiectiuè, necessariū non esse vt futura cōditionata terminem infallibilē cognitionē diuinam. Sed antequam obiectionibus factis occurramus, breuiter est ostendendum ex decreto efficaci terminato ad materialem entitatē peccati, neutiquam inferri Deo attribui malitiam formalem, sed potius oppositum.

142 *Prob. 1. ex D. Th.*

Quod probo primo testimonio expresso D. Th. q. 3. de Pot. art. 7. ad 15. arg. quod ita procedebat: *Causa prima plus est influens in causatum, quam causa secunda: si ergo Deus influit in voluntate, & natura, sicut causa prima, & secunda, sequeretur, quod defectus, qui accidunt in operatione voluntatis, & naturæ, magis Deo, quam naturæ, vel voluntati attribuerentur, quod est inconueniens.* Cui argumento ita respondet. *Dicendum, quod quia causa prima magis influit in effectum, quam secunda, ideò quidquid perfectionis est in effectu principaliter reducitur in primam; quod autem est de defectu, reducendum est in causam secundam, quæ non ita efficaciter operatur, sicut causa prima.* Hæc D. Th. Ex quibus ita arguitur, quia influxus causæ primæ est efficacior influxu causæ secundæ, ideò defectus, qui in effectu reperitur, non reducitur in causam primam, sed in causam secundam: ergo ex efficacia decreti diuini erga materiale peccati, non sequitur malitiam formalem in actu nostræ voluntatis repertam in diuinam voluntatem reduci, sed potius oppositum.

143 *Respondebit.*

Nec sufficit respōdere verba illa D. Th. *quia causa prima magis influit in effectū, quam causa secunda*, accipienda non esse de excessu efficaciæ, sed de excessu perfectionis, ita vt sensus sit: quia causa prima perfectiori modo influit, ex quo non colligitur, efficaciam voluntatis diuinæ esse in causa, vt in illam non reducatur malitia formalis actus voluntatis creatæ.

Contra.

Non inquā sufficit: nā D. Th. rationē red dens cur causa prima magis influit, quā secunda, & cur in causā secundā reperiendus sit defectus qui in effectu reperitur, ait esse, *quia causa secunda nō ita efficaciter operatur, sicut causa prima*, sed excessus causæ primæ in operando respectu causæ secundæ, quia hæc non ita efficaciter operatur ac illa, est excessus efficaciæ: ergo de hoc excessu loquitur Diuus Thomas.

144 *Secunda prob. cōclusio.*

Secūdo probatur: materiale peccati terminat complacentiam diuinā, quin illam terminet malitia formalis: ergo etiā terminare poterit volitionē Dei efficacē, quin Deus efficaciter velit malitiā; & cōsequenter ex decreto Dei efficaci erga materiale peccati, non sequitur Deo attribuendū esse peccatū pro formali malitiæ. Hæc secūda consequentia ex prima euidenter colligitur. Prima ex antecedenti in hunc modū: homo sibi cōplacens in materiali entitate peccati, necessario cōplacet in malitia formali, quia vtraq; cōtinetur intra obiectū voluntatis humanæ: ergo si cōplacentia diuina terminata ad materiale peccati non transit necessario ad formale, ideò est quia materiale continetur intra obiectum voluntatis diuinæ; secus autē formalis malitia; sed hac ratione admissa, nulla potest ratio assignari, cur idē non dicatur de volitione efficaci diuina: ergo potest terminari ad entitatem materialem peccati, & præscindere à malitia formali.

145 *Antecedens probatur 1.*

Antecedens autem probatur primo: nō obstante connexione essentiali actus pœnitentiæ cum peccato præterito, terminat complacentiam diuinam, quin ex hoc inferatur Deo placere peccatum: ergo pariter obstare nequit connexio entitatis peccati cum malitia formali, vt illa terminet complacentiam diuinam, quin illam terminet malitia formalis.

Secundo.

Secundo Probatur: nam omne, quod est honestè factibile, est etiam honestè amabile; sed entitas materialis peccati est à Deo honestè factibilis; cum ad illam saltim concursu simultaneo concurrat: ergo est amabilis honestè à Deo, saltim per simplicem complacentiam, cum quo non stat terminari ad malitiam formalem peccati.

146 *Tertio.*

Denique probatur: nam actus peccati, vt ab omnipotentia influente terminat actum voluntatis diuinæ; sed non terminat actum displicentiæ: ergo terminat complacentiam diuinam; cumque in malitia formali non possit complacere diuina voluntas, verum est primum antecedens, quod scilicèt materiale peccati terminat complacentiam diuinam, quin illam terminet malitia formalis. Maior cum consequentia tenet. Minor autem probatur: si actus peccati prout ab omnipotentia termina-

rer displicentiam diuinam, sequeretur omnipotentiam vt influentem in actum peccati displicere Deo, sicut displicet homo peccans, quia peccatū displicet Deo; consequens est absurdū: ergo materiale peccati non terminat displicentiam diuinam.

147 *Tertio probatur conclusio.* Tertio principaliter suadetur assumptum Deus vult voluntate inefficaci antecedenti materiale peccati, quin velit voluntate inefficaci malitiam formalem: ergo etiam potest velle efficaciter entitatem materialem peccati præscindendo a malitia formali, & consequenter ex decreto efficaci Dei terminato ad materiale; non sequitur attribuendam esse Deo formalem malitiam. Hæc secunda consequentia ex prima colligitur. Prima constat, tùm à paritate rationis. Tùm etiam: nam homo volens inefficaciter materiale peccati necessario vult malitiam, & tamen Deus potest velle inefficaciter vnum & præscindere ab alio: ergo pariter, quamvis homo volens efficaciter materiale peccati, velit necessario formale, Deus volendo efficaciter vnum potest ab alio præscindere. Tùm denique: nam ideo datur præcisiuo in voluntate inefficaci Dei quia vnum, & non aliud continetur intra obiectum voluntatis diuinæ, sed hæc ratio pari efficacia militat in voluntate efficaci: ergo potest voluntas Dei tantùm terminari ad materiale peccati & præscindere à malitia formali.

Consequētia probatur prim. *Secundo.* *Tertio.*

148 *Antecedēs prob. prim.* Antecedens autem ostenditur primo: quia namque materiale peccati continetur intra obiectum diuinæ omnipotentiæ, secus autem malitia, Deus sua omnipotentia causat materiale peccati, quin causet malitiam formalem, vt intra mostrauimus sed hæc ratio pari efficacia militat in voluntate diuina, cum non minus sancta, nec minus præcisiua sit, quam diuina omnipotentia: ergo potest Deus velle materiale peccati, quin vellit malitiam formalem.

Confirm. Confirmatur: non leditur sanctitas omnipotentiæ per hoc quod influat in materiale peccati, nec ex hoc infertur influere in malitiam formalem: ergo pariter contra sanctitatem, & summam rectitudinem diuinæ voluntatis non erit terminari ad entitatem actus peccaminosi, nec ex hoc infertur terminari ad malitiam formalem.

149 *Secundo prob. antecedens.* Secundo probatur antecedens: materiale peccati terminat voluntatem Dei applicantem omnipotentiam vt ad illud concurrat; sed voluntas applicans omnipotentiam est voluntas antecedens: ergo terminat voluntatem antecedentem. Minor cū consequentia tenet. Maior autem probatur: materiale peccati prout terminans concursum omnipotentiæ fit liberè à Deo: ergo fit ab omnipotentia vt per voluntatem applicata ad influendum, sed voluntas non aliter applicat omnipotentiam ad agendum nisi volendo vt agat: ergo terminat voluntatem diuinam applicantem omnipotentiam; & consequenter amatur à Deo voluntate antecedenti.

141

Respondebis cum contrariis Auctoribus, voluntatē applicantē omnipotentiam non esse voluntatē positiuam, sed permissiua respectu materialis entitatis peccati: vnde est ab omnipotentia vt applicata à Deo, non est positiuè volente, sed vt permittente, & non positiuè, sed permissiuè est libere a Deo, ex quo non sequitur Deum velle voluntate antecedēti materiale peccati.

150 *Respōdet contrarij.*

Sed contra primo: nam voluntas applicans omnipotentiam vt concurrat cum voluntate creata; aliter comparatur ad formalem malitiam, atque ad entitatem materialem peccati, alias vtrumque Deo eodem modo attribuendum esset; sed ad formalem malitiam comparatur permissiuè Deus namque illam libere permittit, & consequenter terminat habitudinem voluntatis diuinæ, vt permittentis: ergo ad entitatem materialem peccati, & ad illius actualitatem comparatur positiuè, & consequenter est à Deo non vt permittente, sed vt positiuè volente, & per positiuam voluntatem applicante omnipotentiam.

151 *Contra 1.*

142

Contra secundo: quod enim ab aliquo solum permissiuè causatur nō fit propriè ab ipso, vt constat ex Anselmo lib. de casu Diaboli, cap. 1. illis verbis: *Quippè non tantum ille dicitur facere aliquem nudum, qui eum dispoliat, sed & qui spoliantem, cum prohibere possit non prohibet, sed ille dicitur propriè facere, iste impropriè.*

152 *Secundo.*

In quibus aperte docet Anselmus, spoliantem aliquem permittere, quia nempè cum prohibere possit spoliationem, non prohibet, impropriè dici facere spoliationem, sed materiale peccati prout ab omni potentia diuina, propriè fit à Deo: ergo nō est ab ipso permissiuè, sed positiuè; & consequenter est ad omnipotentia diuina vt applicata per voluntatem diuinam, non vt permittentem, sed vt positiuè volentem.

Contra tertiò nam iuxta Augustinum in Enchiridione cap. 95. voluntas permissiua est voluntas sinens vt aliquid fiat, voluntas autem positiua est voluntas faciendi: verba Augustini sunt: *Non ergo fit aliquid nisi omnipotens velit vt fiat, vel sinendo, vel ipse faciendo*; sed voluntas Dei applicans omnipotentiā non est voluntas vt omnipotentia sinat voluntatem creatā efficere, sed vt ipsa omnipotentia faciat entitatem

153 *Tertio.*

Digitized by Google

tatem materialem peccati, & illius actualitatem, aliàs non fieret ab omnipotentia, sed solum a voluntate creata, quod est absurdum: ergo non est permissiua, sed positiua voluntas; & consequenter entitas materialis peccati est ab omnipotentia vt applicam per voluntatem positiuam Dei, & Deo libera non permissiuè, sed positiuè.

154 *Quarto impugnatur solutio.* Denique tradita solutio reijcitur: nam concursus omnipotentiæ in materiale peccati prout ab illa, est terminus voluntatis Dei antecedentis; cum prout sic sit liber Deo, & consequenter ab ipsius voluntate imperatus; sed non est terminus voluntatis permittentis: ergo voluntatis positiuè volentis; cumque ille concursus sit ipsum materiale peccati sumptum materialiter; sic sumptum terminat voluntatem Dei antecedentem. Maior cum consequentia tenet. Minor autem probatur: voluntas permissiua Dei formaliter est respectu peccantis; sed omnipotentia vt concurrens ad materiali peccati non peccat; vt est fide certum: ergo concursus omnipotentiæ in materiale peccati, vt ab illa, non terminat voluntatem antecedentem permissiuã; & consequenter est terminus voluntatis Dei positiuæ antecedentis.

155 *Respond.* Respondebis, omnipotentiam applicari à voluntate diuina vt concurrat cum voluntate creata, non concursu determinato prout ab omnipotentia, sed concursu indifferenti prout ab ipsa, determinando à voluntate creata, ex quo solum sequitur Deum velle positiuè concursum indifferentem, non autem quod positiuè vellit voluntate antecedenti materiale peccati. Ita Mihi arguenti quondam respondebatur. Sed contra primo: nam voluntas, qua Deus vult suam omnipotentiam applicare vt concurrat cum voluntate creata, nõ est permissiua, sed positiua: nam positiuè Deus vult prædictam applicationem: ergo si materiale peccati est terminus istius voluntatis, terminat voluntatem Dei positiuam antecedentem; cumque formalis malitia voluntatem Dei positiuam non terminet, iam admittitur voluntas antecedẽs in Deo terminata ad materiale peccati præscindens à malitia formali: quo admisso perseuerat vis argumenti.

Cõtra 1.

156 *Secundo.* Contra secundo: voluntas vnius hominis, qua vellet cum alio concurrere indifferentèr ad bonum, & malum, non præscinderet à malitia formali, sed illam involueret quo circa esset peccaminosa; & tamen voluntas, qua Deus vult per omnipotentiam concurrere cum voluntate creata indifferentèr ad bonum, & malum, præscindit à formali malitia, vnde ab illa non vitiatur: ergo licet voluntas hominis concurrendi determinate cum alio ad opus peccaminosum non præscindat à malitia formali, & ab illa vitietur, voluntas Dei concurrendi, cum voluntate creata determinata ad entitatem materialem peccati poterit à malitia præscindere, & ab illa non vitiari.

157 *Tertio.* Tertio: Deo danti homini consilium indifferens ad bonum, & malum atribueretur malitia formalis; & tamen Deo danti, & offerenti homini concursum indifferentem ad bonum, & malum, & concursum indifferentem positiuè volenti, non adscribitur malitia formalis: ergo licet Deo consilianti determinatè materiale atribuatur formalis malitia, Deo volenti determinatè concursum ad materiale peccati non atribuetur malitia; & consequenter dari poterit in Deo voluntas positiua antecedens erga materiale peccati præscindens à malitia formali, quod nostro argumento contendimus. Patet consequentia: vnum enim ex præcipuis argumentis, quo vtuntur contrarij Auctores contra voluntatem Dei erga materiale peccati, vt ex illa inferant Deo attribui malitiam formalem, sumitur a paritate consilij, quia nempè si Deus consiliaretur homini materiale peccati, Deo atribueretur, formale, ex hoc à paritate inferentes idem esse dicendum, si Deus velit materiale peccati, vel ad illud prædeterminet; sed hoc argumentum eodemèr instatur, si Deus positiuè vellit concursum indifferentem, vt vidimus: ergo hoc admisso, debet etiam admitti voluntas positiua antecedens in Deo erga materiale peccati determinatè, quin ex illa inferatur Deo atribuendam esse malitiam formalem necesse amandam ab ipso.

158 *Quarto.* Denique tradita solutio reijcitur: nam concursus omnipotentiæ ad materiale peccati, prout hic, & nunc egreditur ab illa, terminat voluntatem Dei antecedentẽ; sed prout hic, & nunc egreditur ab omnipotentia, non est indifferens, sed determinatus: ergo concursus determinatus ad materiale peccati amatur à Deo amore antecedenti, saltim inefficaci. Consequentia tenet. Minor est certa: nam concursus omnipotentiæ in materiale odij Dei, v. g. est ipse actus odij prout ab illa; sed actus odij non est indifferens ad odium, & amorem, sed determinatus ad odium: ergo concursus, quo hic, & nunc omnipotentia concurrit ad odium, non est indifferens, sed determinatus. Maior autem probatur: nam concursus omnipotentiæ, quo hic, & nunc cõcurrit ad entitatẽ odij Dei, v. g. est Deo voluntarius, & liber: ergo est ab omnipotentia vt per voluntatem diuinam applicata ad illud; & consequenter terminat volun-

ta-

tatem Dei antecedentem.

159 *Respondé bis.* Si dicas concursum istum, prout hic, & nunc, ab omnipotentia egreditur, esse Deo liberum permissiuè, non positiuè: ex quo solum sequitur terminare voluntatem Dei antecedentem permissiuam, non autem, quod terminet voluntatem antecedentem positiuam. Præter ea, quibus doctrinam istam *proximè* reiecimus, obstat contra illam primo: vt enim solutio, quam modò impugnamus, aiebat, concursus omnipotentiæ est Deo liberatione voluntatis, qua suam omnipotentiam applicuit voluntati creatæ, vt cum illa concurreret, quando ipsa vellet; sed hæc voluntas non permissiua, sed positiua est, vt monstrauimus: ergo est Deo liber positiuè.

Reiicitur 1. solutio.

160 *Secundo.* Secundo: nam est à Deo vt operãte propter se ipsum vt finem; sed, quod à Deo ordinatur ad se ipsum vt finem, est Deo liberum positiuè, & positiuè amatum ab ipso: ergo est Deo positiuè liberè & consequentèr terminat voluntatem Dei antecedentem positiuam. Consequentia tenet. Minor est certa: nam ordinari ad finem est propter finem amari: ergo quod à Deo ordinatur ad se ipsum vt finem, amatur à Deo propter se vt finem.

161 *Maior prob. 1.* Maior autem ostenditur primo: *vniuersa* enim *propter semetipsum operatus est Dominus*; sed Deus media omnipotentiam verè, & propriè operatur materiale peccati: ergo concursus omnipotentiæ ad illud est à Deo vt operante propter se ipsum vt finem.

Secundo. Secundo: nam, quod honestè fit, ad Deum ordinatur vt finem; sed concursus omnipotentiæ in materiale peccati honestè procedit à Deo: ergo est à Deo operante propter se ipsum vt finem.

Tertiò. Tertiò: nam concursus iste prout ab omnipotentia procedit, ordinatur ad aliquem finem; aliàs à casu, & præter intentionem ab omnipotentia procederet, quod videtur absurdum; sed non ordinatur ad creaturam vt vltimum finem, in hoc enim peruersitas hominis peccantis consistit: ergo ordinatur ad Deũ; & consequentèr est à Deo vt operante propter se ipsum vt finem.

162 *Quarto.* Denique probatur maior: nam ex oppositio sequitur concursum omnipotentiæ in materiale peccati esse in ordinabilem ad Deum tamquam ad finem; consequens absurdum videtur: ergo concursus omnipotentiæ in materiale peccati est à Deo vt operante propter se ipsum vt finem. Sequela constat: nã si esset concursus iste ordinabilis ad Deum, de facto ordinaretur ad ipsum: ergo si non ordinatur, ordinabilis non est. Minor autem probatur quod enim ad Deum ordinabile non est, turpe, & inhonestum est; sed absurdum est concedere, concursum hic, & nunc ab omnipotentia egredientem, esse inhonestum, & turpem: ergo asserendum non est esse in ordinabilem ad Deum tanquam ad vltimum finem.

163 *Respond.* Si fortè dicatur, concursum omnipotentiæ in materiale peccati, vt ab illa, non esse Deum liberum immediatè; & formaliter, sed tantum in radice, & virtualitèr, nempè ratione voluntatis, qua Deus libere decreuit assistere per suam omnipotentiam voluntati creatæ, & cum illa ad omnem suum actum concurrere, ex quo modo libertatis solum infertur esse à Deo volitũ propter se ipsum, & ad ipsum vt finem ordinatum non formaliter, sed virtualitèr, & in radice, nempè in prædicta voluntate, & ratione illius.

164 *Contra 1.* In contrarium obstat primo: nam iuxta istam doctrinam est volitum à Deo materiale peccati voluntate antecedenti, saltem virtualitèr, & isto modo ordinatur ad Deũ vt vltimum finem; sed formalis malitia peccati, nec formaliter, nec virtualitèr amatur à Deo, nec ad ipsum virtualitèr ordinatur: ergo datur voluntas antecedens in Deo terminata ad materiale peccati prescindens à malitia formali; & consequentèr poterit etiam amari voluntate antecedenti formaliter materiale peccati, quin à Deo ametur malitia formalis.

165 *Secundo.* Secundo: nam materiale peccati, vt ab omnipotentia procedit, est immediate sub dominio libero Dei: ergo est immediate liberum Deo; & consequenter formaliter. Consequentia euidens est: nam dominium consistit in facultate libera vtendi re sua inquoslibet vsus: ergo quod immediate subiacet dominio diuino, immediatè subiacet illius libertati; & consequentèr est ipsi liberum immediatè. Antecedens autem probatur: etenim diuinum dominium æquè patet ac illius omnipotentia; sed materiale peccati immediatè subiacet omnipotentiæ, quando quidem causatur ab illa immediatè, vt contra Durandum tenet cõmunis sententia: ergo immediatè subiacet dominio diuino.

166 *Confirm.* Quod amplius vrgetur: nam Deus est supremus Dominus actualitatis, & entitatis actus peccaminosi; sed nisi subiaceat immediatè dominio diuino, esse nequit supremus Dominus illius ergo immediate subiacet dominio Dei. Maior cum consequentia tenet. Minor autem probatur: non saluatur suprema efficientia Dei absquè efficientia immediata cuiusvis entitatis creatæ; quo circa sententia Durandi negantis concursum Dei immediatum in effectus secundarum causarum erronea censetur à Theologis: ergo nec saluari potest ratio

su-

supremi dominij absque dominatione immediata supra omnem entitatem creatã; & consequentèr si entitas materialis peccati non subiacet dominio diuino immediatè, non erit Deus supremus Dominus talis entitatis. Sed de his plura *disp. 38. & Tract. de prædestinatione.*

§. VIII.

Vlterior assumpti probatio à paritate præmotionis efficacis.

167 *Quarto principaliter probatur assumptum.*

QVARTO principalitèr probatur assumptum: stat Deum præmouere voluntatem ad materiale peccati, non præmouendo, nec prædeterminando ad malitiam: ergo decernere efficacitèr poterit entitatem materialem peccati, non decernendo malitiam; & consequentèr, quin ipsi attribuatur. Consequentia tenet. Tùm à paritate rationis. Tùm etiam, quia prædeterminatio efficax supponit efficax decretum, & ex illo procedit. Antecedēs autem probatur: Deus de facto concurrit concursu simultaneo cum voluntate creata ad materiale peccati; & tamen non concurrit cum illa ad malitiam formalem, aliàs Deo attribueretur malitia formalis, sicut etiam illi attribuitur entitas materialis peccati: ergo etiam prædeterminare, & præmouere potest ad entitatem materialem peccati, quin prædeterminet ad malitiam formalem.

168 *Consequentia prob. primo.*

Patet consequentia primo: quia non minus præscisiua est omnipotentia diuina, vt prædeterminans, quam vt simultaneè cum voluntate concurrens: ergo si vt concurrēs simultaneè attingit actualitatem actus peccaminosi, & præscindit à malitia formali, poterit etiam prædeterminando præscindere. *Secundo.* Secundo: nam ideò simultaneè concurrendo præscindit, quia vnum, & nō aliud continetur intra sphæram omnipotentiæ diuinæ, sed hæc ratio pari efficacia militat in concursu prævio, & prædeterminatiuo: ergo si concursus simultaneus Dei attingit entitatem, & præscindit à deformalitate peccati, etiam concursus prævius, & prædeterminatiuus præscindere potest, & attingere entitatem peccati, non attingendo illius deformitatem.

169 *Respond.*

Nec sufficit respondere, ideò Deum cōcursu simultaneo præscindere, quia concursus iste est indifferens, nec per illum Deus determinat voluntatem creatam, sed potius ab illa determinatur, concursus autem prævius, & prædeterminatiuus non determinatur à voluntate creata, sed illam determinat: cumque à voluntate creata nō possit entitas actus mali procedere, quin etiam formalis malitia procedat ab illa; sit consequens, quod non possit à Deo prædeterminari ad entitatem actus peccaminosi, quin etiam prædeterminetur ad malitiam formalem.

170 *Contra.*

Non inquam sufficit: nam iuxta solutionis doctrinam, voluntas creata determinat concursum diuinum ad entitatem actus peccaminosi, & tamen non determinat illum ad formalem malitiam: ergo etiam Deus determinare poterit voluntatem creatam ad entitatem, non determinando ad malitiam; & consequentèr etiam poterit prædeterminare ad vnum, non prædeterminando ad aliud. Secunda consequentia ex prima euidenter colligitur: nō enim potest assignari, vel apparens discrimen inter concursum determinantem, & concursum prædeterminantem, vt vnus, & non alius possit præscindere. Prima non minus euidenter ex præmissis infertur: non enim assignari potest ratio, cur voluntas creata sit magis præcisiua in determinando concursum diuinum, quam omnipotentia, & voluntas diuina indeterminando concursum voluntatis creatæ: ergo si hæc determinat concursum diuinum ad entitatem actus peccaminosi præscindendo à malitia formali, idest, non determinando Dei concursum ad illam, poterit etiam Deus determinare concursum voluntatis creatæ ad entitatem actus præscindendo à malitia formali, & non determinando ad malitiam. Certè non video, quæ ratio possit assignari discriminis.

171 *Minor discursus facti probatur.*

Quod autem concursus omnipotentiæ, nec vt determinatus per concursum voluntatis creatæ attingat deformitatem peccati, vt asseritur in minori discursus facti probatur: si namque concursus Dei, vt determinatus per concursum voluntatis creatæ, causaret efficienter malitiam, causaret illam eodem modo, quo causat entitatem actus peccaminosi; sed hoc asserendum non est; aliàs Deus esset causa prima malitiæ, sicut est causa prima entitatis actus peccaminosi: ergo concursus diuinus etiam vt determinatus per concursum nostræ voluntatis non causat formalem malitiam; & consequenter nostra voluntas determinat concursum diuinum ad materiale peccati, non determinando ad formale. Probatur sequela: causaret efficienter vtrumque vt determinatus à nobis, & neutrum vt determinatus à Deo: ergo vtrumque eodem modo, & eadem proprietate causaret.

172 *Quorūdā Recentiorum solutio.*

Hoc argumentum male torquet contrarios Auctores. Quidam eo conuicti, & nescientes, aut nolentes scire, quomodo possit Dus causare materiale peccati, & præscindere à malitia formali, ausi sunt nega-

re Deum, etiam per concursum simultaneum, causare actualitatem actus peccaminosi; & consequentèr tenentur allerere voluntatem creatam esse causam primam, non solum deformitatis, quæ formalitèr peccatum constituit, sed etiam entitatis, & actualitatis illius.

173 *Hæc solutio vt hæretica rejcitur 1.*

Hæc tamen doctrina communi Theologorum sententiæ aduersatur, nec scio ab aliquo ex Doctoribus Societatis defendi, & merito sanè: nam D. Thomas 2. ad Annibaldum, dist. 37. quæst. vnica art. 1. illam reijcit vt hæreticam his verbis: *Respondeo dicendum, quod hæreticum est dicere aliquod ens, in quantum ens, non esse à Deo, nec solum fidei contrarium est, sed etiam rationi.* Et 2. *sententiarum, dist. 37. quæst 2. art. 2.* docet, sententiam negantem Deum esse causam actionis peccaminosæ in quantum ens, & actus est, esse proximam duplici errori.

174 *Secundo.*

Et quod prædicta sententia hæretica, vel erronea ad minus sit, in hunc modum probatur: nam ex illa sequitur hanc propositionem, *Omnia per Verbum facta sunt*, esse falsam ex vi terminorum; consequens est hæreticum: ergo sententia, ex qua sequitur, est hæretica, vel ad minus erronea. Sequela probatur; nam ex illa sequitur varitas suæ contradictoriæ ex vi terminorum: ergo sequitur falsitas prædictæ propositionis. Consequentia est euidens ex lege contradictionis, ex qua, si vna ex contradicentibus est vera alia debet esse falsa; cum non possint esse simul veræ: ergo si vna propositio ex vi terminorum est vera, sua contradictoria ex vi terminorum est falsa. Antecedens autem probatur, hæc namque est bona consequentia. *Actus peccati est aliquod ens; sed actus peccati non est factus per Verbum: ergo aliquod ens per Verbum factum non est*; sed minor est contraria sententia & maior est euidens; cum actus peccaminosus sit in prædicamento actionis, vel qualitatis, omne autem, quod in prædicamento continetur, sit ens physicum, & reale: ergo consequens est verum; sed consequens contradictoriè opponitur huic propositioni, *Omnes ens per Verbum factum est*: ergo ex sententia negante Deum, saltim per concursum concomitantem causare materiale peccati, sequitur veritas contradictoriæ illius propositionis; & cõsequenter sequitur hanc propositionem. *Omnia per Verbum facta sunt*, assertam in Euangelio Ioannis, esse falsam in vi terminorum; quod est hæreticum.

175 *Respond.*

Respondebis, actum peccati esse ens in sensu phylosophyco, & metaphysico, non autem in sensu Theologico: vnde Augustinus *lib. de perfectione iustitiæ, cap. 3.* ait, peccatum non esse rem, sed actum. Et *lib. 1. Hypognosticon, cap. 5. in fine*, loquendo de Diabolo, docet, Diaboli natura esse opus Dei, *Opera vero eius mala, quæ vitia dicuntur, actus sunt*, inquit Augustinus, *non res*. Ex quo tantum sequitur, aliquod ens physicum, aut metaphysicum per Verbum factum non esse, non autem, quod aliquid, quod est ens in sensu Theologico, & in PP. consideratione, per Verbum factum non sit. *Motiuũ solutionis.*

Sed contra primo, nam sequitur ex hac solutione propositionem istam, *Omnia per Verbum facta sunt*, esse in sensu phylosophyco, & metaphysico falsam; consequens est hæreticum: ergo & tradita solutio. Patet sequela: eius contradictoria, nempè, *aliquod ens per Verbum factum non est*, est in sensu metaphysico, & phylosophyco vera, vt in solutione conceditur; sed in eodẽ sensu, in quo vna propositio est vera, est falsa contradictoria illius: ergo ex solutione tradicta sequitur propositionem istam, *Omnia per Verbum facta sunt*, esse falsam in sensu phylosophyco, & metaphysico, quod nullus verè catholicus audebit concedere. 176 *Contra 1.*

Secundo: namomnes Theologi docent, actionem peccaminosam esse in aliquo prædicamento, & consequentèr censent esse ens verum physicum; & reale: ergo si non causatur à Deo, sequitur aliquid, quod in consideratione Theologica est ens, non causari à Deo, nec per Verbum factum esse. Patet consequentia: nam id est ens in consideratione Theologica, quod à Theologis censetur ens. *Secundo.*

Tertio ex Anselmo *lib. de casu Diaboli, cap. 20.* vbi docet, Deum facere omnes naturas substantiales, & accidentales, & loquendo de mala voluntate, qua Angelus peccauit, hæc verba subiecit: *In quantum enim voluntas, conuersio, siuè motus voluntatis est, aliquod bonum est, & Dei, in quantum vero iustitia caret, non simpliciter malum, sed aliquo malum est, non Dei, sed volentis, siuè mouentis voluntatem*: ergo iuxta Anselmum peccatum pro materiali, aliquod bonum est, & à Deo. Nec obstat in præcedentibus verbis docuisse Anselmum malam voluntatem Dœmonis esse à Deo permisiuè. Loquitur enim Anselmus de peccato Dœmonis pro formali malitiæ, & sic verum est solum permisiuè esse à Deo. Et quod sic sit accipiendus patet: quia aliàs non staret distinctio, quam Anselmus verbis à Nobis adductis statuit inter voluntatẽ malã prout motus est, & prout iustitia caret, & mala est, affirmans sub prima consideratione esse à Deo, non autem sub secunda; cum non possit Anselmus negare peccatum pro formali malitiæ esse à Deo permisiuè. 177 *Tertio.*

Cuidã obiectioni occurritur.

Nec

178 *Ad motiuũ solutionis respond.*

Nec Augustinus contrarium docet, vt enim explicat Diuus Thomas 1. 2. *quæst. 79. art. 2. ad 1* Augustinus negat peccatum esse rem, ideſt substantiam, & si accipiendum esse, constat ex ipso Augustino: nam *lib. de perfectione iustitiæ, vbi proximè*, ponit exemplum in claudicatione, quam ait, non esse rem, sed motum; pes autem, corpus, vel homo res est: quæ verba non aliter possum accipi, nisi quod negauerit claudicationem esse substantiam, sicut pes, corpus, vel homo, aliàs sentiret Augustinus nullum motum esse rem, nullumque motum esse à Deo, cuius contrarium apertè docet *lib. de Trinitate, cap. 4.* his verbis: *Voluntas Dei est prima, & summa causa omnium corporalium specierum, atque motionum.* Quod etiam docet *Tract. 1. in Ioannẽ*, explicans illa verba, *omnia per ipsum facta sunt*; & alibi passim.

179 *Reiicitur solutio.*

Denique tradita solutio reijcitur: etenim ex illa sequitur; quod siquis proteruè contenderet esse aliquam substantiam malam ex natura sua, atque per Verbum non factam, non posset ex prædicto Ioannis testimonio conuinci, nec illi se opponeret; consequens est hæreticum: ergo & tradita solutio. Probatur sequela: nam licèt ex prædicto Ioannis testimonio, iuxta intelligentiam Theologorum, & PP. habeatur vt fide certum omnem naturam, vel entitatẽ accidentalem bonam, esse factam per Verbum, non tamen conuincitur, iuxta solutionem tradictam, naturam, vel entitatem accidentalem malam, esse factam per ipsum; & hoc ideo, quia non est ens in sensu Theologico, propter malitiam ipsi annexam; sed etiam talis substantia esset ab intrinseco mala, & consequenter in sensu Theologico substantia non esset, si vera est solutionis doctrina: ergo euidenter inferetur ex illa, quod si quispiam proteruè defenderet, dari aliquam substantiam ab intrinseco malam, & ideò non factam per Verbum, non se opponeret Ioanni asserenti, *Omnia per Verbum facta sunt, & sine ipso factum est nihil*, nec posset ex testimonio falsitatis conuinci.

180 *Deinde prob. solutionẽ datam esse rationi naturali cõtrariã. Maior prob. 1.*

Quod autem rationi naturali prædicta sententia aduersetur, vt asserit D. Thomas, probatur ratione illius: nam quod esse à se non habet, non potest habere operationem à se; sed entitas hominis peccantis non cõuenit illi à se: ergo nec entitas actualis peccati potest illi à se conuenire. Minor cum consequentia tenet. Maior autem est Anselmi *Dialogo de casu Diaboli, cap. 1. in principio*, ibi: *Nulla creatura habet aliquid à se; quod enim se ipsum à se non habet, quomodo habet à se aliquid?* Et ostenditur primò à parte durationis: quod enim non habet esse à se, non potest habere durationem a se; ergo nec operationem. Secundo: nam operari sequitur ad virtutẽ, & hæc sequitur ad entitatem: ergo non habenti à se entitatem, non potest virtus, aut operatio conuenire à se. *Secundo.*

181 *Confir. 1.*

Confirmatur primo: nam si entitas materialis actionis peccaminosæ conueniret homini à se, & non fieret à Deo, sequeretur aliquam substantiam non esse factam à Deo; sed hoc rationi naturali aduersatur: ergo & prædicta sententia. Probatur sequela: terminus, vel effectus operationis non causatę à Deo, non causatur ab ipso: sed aliqua substantia est terminus operationis non causatæ à Deo, nempè illa, quæ fit per concubitũ illicitum, & generationem peccaminosam, quæ iuxta prædictam sententiam non causatur à Deo: ergo ex illa sequitur dari aliquam substantiam, quæ non fit à Deo, quod rationi naturali aduersatur.

182 *Confir. 2.*

Quod amplius vrgetur secundo: si enim entitas peccati conueniret homini à se, & non à Deo, sequeretur, effectum causatum ab entitate physica peccati non causari à Deo, v. g. species efficienter causata ab entitate physica peccati; consequens est absurdum, & rationi naturali contrarium: ergo etiam illi aduersatur asserere entitatem physicam peccati conuenire homini à se, & non à Deo. Probatur manifestè sequela: nam sub ordinatio in causando prouenit ex sub ordinatione in essendo, & in illa fundatur; sed eo ipso, quod entitas physica peccati cõueniat homini peccãti à se, & nõ causetur à Deo, non sub ordinatur Deo in essendo: ergo nec subordinatur ipsi in causando; & consequenter effectus a tali entitate causatus non habebit esse a Deo. Est ergo firmiter asserendum, entitatem materialem peccati fieri à Deo simul cum voluntate creata per concursum simultaneũ, in quo, vt dixi, omnes Doctores Societatis consentiunt, nullo excepto, quẽ viderim.

183 *Recentiorũ exasio.*

Nolentes autem, aut non valentes percipere Deum concurrere ad materialem peccati entitatem concursu concomitante, & præscindere à formali malitia in causando, & videntes, quod prædicta præcisione admissa, fit euidens argumentum, vt idem possit in prædeterminando contingere, quod nempè Deus prædeterminet voluntatem creatam ad materiale peccati præscindendo à malitia formali, & non prædeterminando ad illam, in sententiam extremam inclinant asserentes, Deum vtrumque causare concursu indifferenti prout ab ipso, & determinato à voluntate creata; cum autem vrgentur à Nobis, se qui ex illorum doctrina, Deum eodem mo-

Reijcitur modo causate formalem malitiam, quo causat entitatem, & actualitatem peccati, & eadem proprietate; cumque Deus sit causa prima verè, & propriè entitatis, erit verè, & propriè causa prima malitiæ formalis. Non est vna omnium responsio.

184 *Respõdet primo.* Quidam Mihi publicè disputanti, & hoc pro inconuenienti inferenti, respondebant distinguentes: eodem modo, & eadem proprietate Theologicè, negabant sequelam: eodem modo, & eadem proprietate philosophicè, aut metaphysicè, concedebant sequelam; & ideò asserebant, non causare Deum formalem malitiam eadem proprietate Theologicè, qua causat entitatem peccati, quia non causat malitiam formalem illam positiuè volendo, sed permittendo.

185 *Impugnatur solutio suis inet principijs.* Hæc tamen solutio non potest in principijs Auctorum contrariæ sententiæ sustineri: vt enim ipsi vniformiter docent, Deus dans concursum omnipotentiæ cum voluntate creata, non intendit materiale peccati, alias (vt illi inferunt) intenderet malitiam formalem, & non permisiuè, sed positiuè causaret materiale peccati, quod vniformiter negant: ergo si malitiam formalem non causat propriè proprietate Theologica, quia illam non intendit, sed tantum permittit, non causat materiale peccati propriè Theologicè; alias, vt in solutione asseritur, in proprietate physica, aut metaphysica æquiparantur: ergo in omni propriè tate conueniunt, & in nulla discriminãtur.

186 *Confirm.* Explicatur amplius: ideò non causatur à Deo malitia formalis peccati propriè Theologicè, quia illam positiuè non vult, & ad proprietatem in causando Theologicam, requiritur causalitas volita positiuè, & non tantum permissa: ergo vbi non datur positiua voluntas, non interuenit propria causalitas in sensu Theologico; sed Deus non causat entitatem materialem peccati positiuè illam volendo, sed tantum permittendo in sententia omniũ, qui oppositam sententiam tuentur: ergo nõ causat illam propriè in sensu Theologico; & aliàs vtrumque à Deo causatur propriè in sensu philosophico: ergo vtrumque causatur à Deo eodem modo, & eadem proprietate, absque vllo discrimine in modo causandi.

187 *Secundo respondet aliy.* Alios in disputationibus publicis vidi concedentes absolutè sequelam, nimirũ, Deum eo rem modo, & eadem proprietate causare malitiam formalem, qua causat entitatem, & actualitatem actus peccaminosi: & cum Deus sit prima causa cum proprietate entitatis, & actualitatis actus, asserebant, esse etiam primam causam cũ proprietate deformitatis, & malitiæ formalis formaliter constituentis peccatum; & cõsequenter erit absolutè asserendum: *Deus propriè causat peccatum.*

Hoc tamen effugium, non tam est argumentum soluere, quàm illius oneri succumbere: concedere namque absolutè, Deum esse propriè primam causam peccati, & deformitatis illud constituentis formaliter, nimis durum apparet, nec scio Antiquioribus Societatis Sapientibus placiturum, quorum studium (& meritò) semper fuit suas sententias ea suauitate defendere, vt necessarium non esset inconueniẽs aliquod deuorare in illarum defensione; asserere autem, Deum propriè causare peccatum, & esse causam primam propriè deformitatis, non leue inconueniens est.

188 *Hæc solutio nimis dura, & intolerabilis est.*

Et in primis aduersatur Anselmo *lib. de casu Diaboli, cap.* 20. vbi docet, malam voluntatem, in quantum voluntas, motus, & actus est, esse Dei, in quantum verò iustitia caret, non Dei, sed volentis, quæ distinctio cum solutionis doctrina stare non potest; cum sub vtraque ratione eodem modo à Deo efficienter causetur; & consequenter sub vtraque ratione, eodem modo sit Dei. Aduersatur etiam expressè Angelico Præceptori distinguenti cum Anselmo in actu peccaminoso actualitatem, vel entitatem, & deformitatem: & sub prima consideratione Deo vt primæ causæ attribuenti; secus autem sub secunda: si namque sub vtraque ratione eodem modo causatur à Deo, sub vtraque Deo eodem modo attribuitur: Deo namque aliquid creatum attribuis, idem est quod ab illo causari. Videatur Diuus Thomas *prima secundæ, quæst.* 79. *art. primo, & secundo, præcipuè solut. ad* 2. vbi istam consequentiam negat: *Deus est causa actualitatis, & entitatis actus peccaminosi: ergo etiam est causa defectus, qui reperitur in actu:* Si autem Deus vtrumque eodem modo causaret, non negare, sed concedere consequentiam deberet.

189 *Reijcitur est contra Ansel. & D. Thom.*

190 *Reijcitur 1. ab incõuenienti.* Et reijcitur primo: vt enim *supra* vidimus ex Anselmo *lib. de casu Diaboli, cap.* 1. quod est ab aliquo tantum permisiuè, impropriè dicitur ab illo causari; sed malitia formalis solum permisiuè est à Deo, vt docent oppositi Auctores, & faciunt omnes Theologi: ergo non causatur cum proprietate à Deo, nec Deus est propriè causa peccati pro formali malitiæ.

Secundo Secundo ex illo Sapientiæ 11. *Nihil odisti eorum, quæ fecisti*; sed si Deus vt prima causa propriè causaret peccatum pro formali malitiæ, Deus odio haberet, aliquid ab ipso factum, & propriè causatum; Deus enim odio habet peccatum, iuxta illud Sapientiæ 14. *Odio est Deo impius, & impietas eius*: ergo non causat peccatum pro formali malitiæ, nec in illud ita sumptum

in

influit tanquam prima causa.

191 Confirmatur, & vrgetur primo: hæc propositio est de fide: *Nihil, de quo est verum absolutè, quod est factum à Deo, odio habetur ab ipso*; sed si Deus propriè causaret peccatum pro formali malitiæ, dicta propositio esset falsa: ergo Deus non causat propriè peccatum pro formali malitiæ. Maior negari non potest: nam est ipsa propositio, quæ habetur *Sapientiæ* 11. Minor autem probatur: illius contradictoria esset vera: ergo dicta propositio esset falsa. Probatur antecedens: si peccatum propriè causaretur à Deo, esse absolutè factum ab ipso, cui enim propriè conuenit, aliquod prædicatum, absolutè de ipso dicitur, sicut ille, cui propriè conuenit esse hominem, absolutè dicitur homo, & sic de aliis; sed peccatum odio habetur a Deo: ergo si propriè causaretur ab ipso, aliquid, de quo est verum absolutè, quod est factum à Deo, odio haberetur à Deo, & consequenter propositio contradictoria, illi quæ habetur Sapientiæ 11. *Nihil odisti, eorum quæ fecisti*, esset vera. *Confir. 1.*

192 Confirmatur, & vrgetur secundo: nam sequeretur, omnipotentiam, vt verè, & propriè efficientem terminare odium, & displicentiam diuinam; consequens est absurdum: ergo sententia opposita est falsa. Probatur sequela: cui namque opus displicet, etiam displicet influens in illud: vnde quia peccatum displicet Deo, & peccator etiam displicet, iuxta illud Sapientiæ 14. *Odio est Deo impius, & impietas eius*, sed peccatum pro formali malitiæ displicet Deo, & odio habetur ab ipso: ergo si omnipotentia verè, & propriè causat peccatum pro formali malitiæ, omnipotentia vt propriè efficiens, displicet Deo, & terminat odium diuinum. *Confir. 2.*

193 Tertio reijcitur præfata sententia, & præcedens argumentum amplius vrgetur: si Deus vt prima causa influeret verè, & propriè in peccatum pro formali malitiæ, sequeretur deformitatem, & malitiam formalem constituentem peccatum formaliter, magis in Deum, quam in hominem peccantem reduci; consequens absurdum est: ergo sententia opposita est falsa. Minor cum consequentia tenet. Maior autē, aut sequela probatur: effectus à causa prima, & à causa secunda procedens, magis à causa prima, quam à secunda dependet, & consequenter magis in causam primam, quam in secundam reducitur; cum reductio effectus in causam sit dependentia effectus à causa, vel in illa fundetur: ergo si malitia peccati à Deo efficienter vt prima causa procedit, magis reducetur in Deum, quam in hominem peccantem. *Tertio reijcitur.*

Quod amplius vrgetur: entitas materialis peccati magis in Deum, quam in hominem reducitur, sicut alij effectus, quia à Deo, & à causis secundis procedunt; & hoc ideò quia procedunt à causis secundis, vt causæ primæ subordinatis, sed si malitia formalis propriè causatur à Deo, procedit à voluntate creata vt subordinata Deo: ergo magis in Deum, quam in voluntatem creatam reducitur, quod videtur absurdum. Et vlterius ex hoc sequitur, quod secundo argumento inferebamus, nempè omnipotentiam, vt causantem peccatum pro formali malitiæ, terminare odium diuinum: si namque homo, cui minus malitia attribuitur, terminat diuinum odium, & illius displicentiam ratione malitiæ, quam causat, à fortiori omnipotentia, cui magis attribuitur malitia, terminabit ratione illius odium, & displicentiā diuinā, 194 *Confirm.*

Præterea reijcitur: quod enim non est à Deo vt vltimo fine, non potest esse ab ipso vt à primo principio efficiente; sed malitia formalis peccati non est à Deo vt vltimo fine: ergo non causatur efficienter à Deo vt à primo principio. Consequentia est euidens. Minor constat primo: nam peccatum pro formali malitiæ est auersio, vel deordinatio à Deo vt fine, & consequenter non potest à se ipso vt fine vltimo causari. Secundo: nam solum quod est bonum & Dei bonitatem partipat, est à Deo vt fine vltimo; at peccatum pro formali malitiæ, nec bonum est, nec Dei bonitatem participat: ergo non est ab ipso tamquam ab vltimo fine. 195 *Quarto reijcitur.*

Maior autem ostenditur primo ex illo Prouerbiorum 16. *Vniuersa propter semetipsum operatus est Dominus*: ergo omne quod à Deo efficitur ad Deum ordinatur vt finem, & ab illo vt fine procedit. Secundo: nam Deus in omni sua efficacia finem aliquem intendit, aliàs à casu, & irrationaliter ageret; cum agere propter finem distingua rationalem ab irrationali creatura, vt docet Diuus Thomas *prima secundæ, quæstione prima, articulo secundo*. Sed non potest intendere creaturam vt finem vltimum: ergo se intendit vt vltimum finē, & consequenter omne quod à Deo vt prima causa, & vt primo principio causatus, à Deo vt fine vltimo procedit. 196 *Maior prob. 1. Secundo.*

Quod amplius vrgetur: si Deus vt prima causa efficeret malitiam peccati, causaret illam propter malum finem, consequens absurdum est: ergo non efficit formalem malitiam. Minor cum consequentia tenet. Maior autem probatur: efficeret illam propter aliquem finem, aliàs irrationaliter ageret; sed non propter finem bonū, cui quem ordinabilis non est: ergo propter 197 *Confirmatur.*

ter finem malum, ad quem intrinsecè malitia ordinatur.

193 *Vltima reijcitur solutio.* Denique reijcitur ad hominem contra Auctores oppositos: ipsi namque ex inde physicam prædeterminationem ad materiale peccati reijciunt, quia Deo physicè prædeterminanti esset attribuenda malitia; sed asserendo, Deum vt primam causam verè, & propriè causare malitiam formalem, incidunt in hoc incõueniens; vt enim proximè arguabam, quidquid a Deo vt à prima causa procedit, ipsi vt primæ causæ attribuitur: ergo inconsequenter procedunt, hoc pro inconuenienti contra physicam præmotionem inferentes, & illud in concursu indifferenti denorantes.

199 *Confirmatur.* Quod amplius vrgetur: nam assertores physicæ prædeterminationis ad materiale peccati, constanter tuentur, Deo non attribui malitiam formalem, & esto id euidenter non probent, euidenter tamen contraria argumenta diluunt; sed asserentes concursum indifferentem, fatentur, Deum vt primam causam influere, non solum in entitatem materialem peccati, sed etiam in malitiam formalem; & consequenter tenentur fateri, Deo vt primæ causæ attribui, & hoc euidenter inferturex concursu indifferenti: ergo standum est Auctoribus physicæ prædeterminationis, & illorum sententia tenenda.

200 *Respondebis.* Respondebis, inconueniens quod ab Auctoribus contrariæ sententiæ infertur, ex eo quod Deus prædeterminet nostram voluntatem ad materiale peccati, non esse quod Deo attribueretur malitia formalis vt causæ primæ (hoc enim inconueniens non reputant) sed quod Deo attribueretur vt primo malitiæ Auctori, illam intendenti, & volenti, facere autem Deum primum Auctorem malitiæ, impium, & hæreticum est, à Patribus, & Concilijs dãnatũ.

201 *Contra 1.* Sed contra primo: nam Auctores physicæ prædeterminationis ad entitatem materialem peccati, non solum non faciunt Deum primum Auctorem malitiæ, sed nec etiam primam causam illius; Auctores autem oppositi, & si negent primum, secundum tamen concedunt, nec illud possunt negare: ergo plus distant Auctores physicæ prædeterminationis ab eo quod damnatur à Concilijs, & Patribus, quam Auctores concursus indifferentis.

202 *Secundo.* Contra secundo: non enim stat Deum esse primam causam malitiæ, & non esse primum Auctorem illius: ergo primum concedentes, debent secundum concedere; & consequenter incidere in inconueniens quod inferunt ex physica præmotione ad materiale peccati.

Probo antecedens primo: non enim potest Deus esse prima causa malitiæ, nec illam efficere, nisi positiuè efficientiam volendo, vt *supra* monstrauimus; sed eo ipso, quod efficiat, illam volendo, non solum est causa, sed etiam est Auctor malitiæ: ergo non potest efficere malitiam vt prima causa, nisi etiam sit primus Auctor.

Secundo: nam si Deus esset prima causa, & non primus Auctor malitiæ, subordinaretur voluntati creatæ, quæ esset primus Auctor illius: nam primo Auctori alicuius effectus subordinatur omnis alia causa, quæ non est primus Auctor illius; sed Deus non potest in efficientia alicuius effectus alteri suborninari: ergo non potest esse prima causa malitiæ, nisi etiam sit primus Auctor illius.

203 *Tertio.* Tertio reijcitur prædicta solutio: vt enim *superius* vidimus in secunda solutione iuxta illius Auctores, Deus causat eodem modo malitiam, quo causat materiale illius; sed Deus non solum est prima causa, sed etiam primus Auctor entitatis, & actualitatis actus peccaminosi: ergo non solum est prima causa, sed etiam primus Auctor peccati pro formali malitiæ. Consequentia tenet Maior constat ex dictis, & in super: nam si vt primus Auctor causaret materiale peccati, & sic non causaret malitiam, in aliquo modo causandi attingeret materiale, & præscinderet à malitia formali.

Minor prob. 1. Minor autem probatur primo: etenim materiale peccati physicè consideratum eiusdem rationis, est cum materiali actus boni, v. c. comestio carnium in die prohibito Veneris, eiusdem rationis est physicè considerata cum comestione carnium in die, in quo non prohibetur; sed comestionis non prohibitæ physicè consideratæ, Deus, non solum prima causa, sed etiam primus Auctor existit: ergo comestionem prohibitam physicè consideratam, causat Deus, non solum vt prima causa, sed etiam vt primus Auctor.

204 *Secundo.* Secundo probatur minor: nam si Deus non est primus Auctor entitatis materialis peccati, primus illius Auctor erit voluntas peccantis; sed efficere creaturam primum Auctorem entitatis, quæ bona physicè est, & participio bonitatis diuinæ, maximum est inconueniens: ergo Deus non solum est prima causa, sed etiam primus Auctor entitatis materialis peccati, & actualitatis illius.

Tertio. Denique probatur: nã Deus eodẽ modo causat entitatem materialem peccati, quo causaret actũ indifferentem in indiuiduo, si daretur; sed si daretur de facto actus in indiuiduo indifferens, Deus non solum esset prima causa, sed etiam primus Auctor illius,

illius, nec vidi aliquem oppositum asserentem: ergo etiam est non solum prima causa, sed etiam primus Auctor entitatis materialis peccati.

205 *Confirmat.* Quod amplius vrgetur: implicat Deum non esse primum Auctorem actus boni, & honesti; sed non implicat Deum actum bonum, & honestum causare concursu indifferenti, quo causat entitatem materialem peccati, supposito quod concursus indifferens ad entitatē peccati sufficiat: ergo isto concursu admisso, sufficit vt Deus sit, non solum prima causa, sed etiam primus Auctor illius. Maior cum consequentia tenet. Minor autem probatur: concursui indifferenti ad actum bonum, & malum, solum additur de facto ex parte Dei consilium, vel præceptum, quibus vel præcipit, vel cō siliatur actum honestum; secus autem actum turpem; sed non implicat, quod Deus nec præcipiat, nec consilietur actum honestum: ergo non implicat eodem concursu absque vlla differentia ex parte Dei actum bonum ab ipso causari, quo causat materiale peccati.

206 *Respondetur.* Dices: præter consilium, & præceptum, quibus Deus actum honestum suadet dari ex parte Dei intentionem inefficacem, qua fertur in actum honestum: Deus enim volens per omnipotentiam assistere voluntati creatæ, & offerre concursum indifferentem, intendit intentione inefficaci vt voluntas inclinet in actum bonum, & ad illum se determinet: vnde ad huc præcepto, & consilio seclusis, vt possunt de potentia absoluta, manet ex parte Dei sufficiens differentia, vt respectu actus honesti sit primus Auctor, & non solum prima causa, respectu autem entitatis materialis peccati solum prima causa sit.

207 *Contra.* Sed contra: ideò potest Deus de potentia absoluta non consiliari, nec præcipere actum honestum, quia liberè consiliatur, & præcipit; sed etiam intentio inefficax, qua inclinat in actum honestum, est libera: nulla enim bonitas creata potest necessitare voluntatem diuinam: ergo potest de potentia absoluta concursum indifferentem parare sine prædicta intentione.

208 *Confirm.* Quod amplius vrgetur: supposito namque quod iura libertatis creatæ petant ex parte Dei concursum indifferentem, potest Deus de potentia absoluta velle vt sua omnipotentia concurrat cum voluntate creata, parando prædictum concursum solum propter bonitatem, quæ elucet in seruando illæsa iura libertatis creatæ; sed in hoc modo operandi non datur intentio inefficax operis honesti eliciendi: ergo potest Deus sine prædicta intentione ad actū honestum concurrere, in casu de potentia absoluta; & tamen in tali casu esset primus Auctor, & non solum prima causa actus honesti: ergo supposito, concursum indifferentem sufficere ad rationem primæ causæ, asserendum est sufficere absque aliquo superaddito ad rationem primi Auctoris; & consequenter fatendum, Deum respectu entitatis materialis peccati, non solū esse primam causam: sed etiam primum Auctorem.

209 *Vltimo probatur principale assūptum.* Denique assumptum principale probatur: Deus concurrit ad materiale peccati concursu determinato vt ab ipso; sed malitiam formalem non causat concursu vt à se determinato: ergo potest etiam prædeterminando cōcurrere, & à malitia præscindere; & consequenter potuit velle efficaciter materialem entitatem peccati, illamque efficaciter decernere, non decernendo malitiam, sed ab illa præscindendo. Maior, in qua sola potest esse difficultas, probatur: Deus est prima causa entitatis materialis peccati; sed concursus indifferens prout à Deo, & à nobis determinandus, non sufficit ad rationem primæ causæ: ergo non concurrit concursu vt à se indifferenti à nobis determinando, sed concursu determinato vt ab ipso. Minor, quam fusè ostendunt Discipuli Diui Thomæ *in Tractatu de Auxilijs*, breuiter in hunc modum probatur: concursus in quo Deus magis subordinatur creaturæ, quam creatura Deo, non sufficit ad rationem primæ causæ; sed in cōcursu indifferēti vt à Deo, & à nobis determinato, magis, subordinatur Deus creaturæ, quam creatura Deo: ergo ad rationem primæ causæ non sufficit. Consequentia tenet. Maior est certa: est enim contra primæ causæ perfectionem subordinari secundæ. Minor autem probatur: quia namque voluntas creata non potest actum liberum elicere sine concursu diuino, subordinatur Deo in efficientia actus liberi; sed Deus non potest actum liberum causare sine concursu voluntatis creatæ, & aliàs voluntas creata determinat concursum diuinum, si concursus est indifferens prout ab ipso: ergo in hoc modo concurrendi magis subordinatur Deus voluntati creatæ, quam voluntas creatæ creata Deo; & consequenter talis modus concurrendi, ad rationem primæ causæ non sufficit.

210 *Corollarium.* Ex quo manifestè colligitur, quod vt in Deo ratio primæ causæ saluetur in ordine ad actus liberos, debeat ad illos concurrere concursu, non solum determinato vt ab ipso, sed etiam determinantè concursum voluntatis creatæ. *Probatur.* Quod probo: vt enim Deus tamquam prima causa influat in consen-

sum liberum voluntatis creatæ, debet voluntas creata subordinari Deo in illius elicientia; sed nisi ab ipso vt determinante dependeat, non subordinatur Deo: ergo vt Deus tamquam prima causa cōcurrat, debet determinando voluntatē creatam concurrere. Maior cū consequētia tenet. Minor autē probatur: quod volūtas creata non possit actum liberum efficere sine concursu diuino, non sufficit vt sub ordinetur Deo in illius elicientia: ergo vt hęc sub ordinatio saluetur, debet dependere à Deo, vt illius concursum determinātē. Probatur antecedens: Deus nō potest efficere actum liberum voluntatis creatæ sine concursu illius; & tamen Deus nō subordinatur voluntati creatæ inefficientia actus liberi; est enim contra rationē primæ causæ subordinari secūdæ: ergo quod voluntas creata non possit actum liberū efficere sine concursu diuino non sufficit vt illum eliciat vt subordinata Deo; & cō sequenter vt Deus tamquam prima causa influat in materiale peccati, oportet vt ad illum concurrat concursu determinātē concursum voluntatis creatæ; cumque ad malitiam formalem isto modo nō possit concurrere, admitendus est concursus in materiale peccati à malitia formali pręscindens. Ex quo vlterius infertur, idē posse in prædeterminando, & efficaciter decernendo contingere; & consequentèr ex decreto efficaci terminato ad materiale peccati, non sequitur malitiam formalem efficaciter decerni, nec Deo vt causę, vel vt Auctori attribuendam.

§. IX.

Obiectionibus supra factis occurritur.

211 *Ad 1. argumentū in principio positū respondetur.*

STandum ergo est solutioni Thomistarū, & obiectionibus in contra occurrendum. Ad primam obiectionem, distinguenda est maior: negabant verbo tenus, & non sine dolo, & cum in consequentia in propria doctrina, concedo maiorem: reuera, & consequenter cum propriis principijs, nego maiorem: & concessa minori, nego consequentiam: quia Nos in veritate; & cum omni consequentia id negamus; secus autem Hęretici, qui cum faterentur ratione decreti nostras libertates euerti, reuera quidquid est in peccato Deo tenebantur adscribere.

212 *Ad secūdam.* Ad secundam, distinguo antecedens: quia attingit materiale reduplicatiuè, concedo antecedens: specificatiuè, nego antecedens, & nego consequentiam: quia Deus nō attingit materiale malitiæ reduplicatiuè prout substernitur illi: nā prout sic in obliquo, saltim formalitatē explicat, quæ cum sit extra sphæram causalitatis diuinæ, etiam materiale prout subest malitiæ extra illius sphæram existit, sed solum attingit materiale malitiæ sub cōceptu entitatis & actualitatis, sub quo nō explicat de ordinationem aliquā ab vltimo fine: homo autē attingit materiale, non solū specificatiuè, sed etiā reduplicatiuè, quia sub vtraque ratione sub illius obiecto continetur, sub prima sub obiecto illius, quatenus est actiuus; sub secūda verò sub eiusdem obiecto, prout est defectibilis. Quæ solutio sumitur ex D. Tho. *q. 3 de Potentia, art. 7.* his verbis: *Quia causa prima magis influit in effectum, quam secunda, ideò quidquid perfectionis est in effectu principaliter reducitur ad primam; quod autem est de defectu reducendum, est in causam secundam, quæ non ita efficaciter operatur, sicut causa prima.*

213 *Ad tertiū.* Ad tertiam, distinguo antecedens: precisè ex illo capite, nego antecedens: ex illo, & quia alias nō attinet ad illā generalis concursus attingens effectū sub ratione entis, cōcedo antecedens, & nego cōsequentiam. Et quidem voluntas creata, eo ipso quod sit impeccabilis, non potest attingere materiale malitiæ, etiam simultaneo cōcursu, quin attingat formale; & tamē oppositū in volūtate diuina cōtingit: dispar ergo ratio inter vtrāque inuenitur.

Ad quartū. Ad quartam, cōcessa maiori in sensu reduplicatiuo & formali, distinguo minorem: sub conceptu actualitatis, sub quo prædeterminatur, cōcedo minorē: vt materiale est reduplicatiuè, sub quo nō prædeterminatur à Deo, nego minorē, & distinguo consequens eodem modo.

214 *Ad quintum.* Ad quintam, concessa maiori, distinguo minorē: efficacius, & cū eadē extensione, nego minorē: cū minori extensione, cōcedo minorē, & nego consequētiā: ratio autē distinctionis est: nā consiliū, & præceptum respiciunt actū prout à voluntate creata exercēdum cū omnibus, quæ hic, & nūc in illo inueniuntur, siue ad lineā physicā, siue ad lineā moralē spectātibus: & ideò si de facto intercedat malitia, non præscindunt ab illa: cōcursus autē Dei, siuè præuius, siuè simultaneus, solū attingit quæ perfectionis sunt, & ab imperfectionibus moralibus inuentis in actu prætcindunt.

Ad sextū. Ad sextam, nego antecedens. Ad eius probationem, concessa maiori, distinguo minorem: non potest in sensu composito concedo minorem: in sensu diuiso, nego minorem, & nego consequentiam: quia potentia ad vitandum hoc secundo modo, sufficit vt Deus permissiuè se habeat respectu formalis malitiæ.

215 *Instabis.* Si dicas, voluntariè ponens causam infè rentem mortem hominis infallibilitèr, so lum est impotens, ex suppositione, & inseri su cõposito ad euitandã mortẽ & tamẽ nõ dicitur permisiuè concurrere ad illã: ergo Deus tribuens physicam præmotionem, ad quam sequitur formale malitiæ, non di cetur permisiuè comparari ad illam, esto impotentia ad illam vitandam sit ex suppo sitione, & in sensu composito.

Respondetur. Concessa maiori, & minori, nego consequentiam: quia mors subsequuta est intra sphæram actiuitatis dantis causam ineuitabilẽ; ac proinde ab illo causatur, & id circo non dicitur permisiuè ad eam comparari; secus respectu Dei oppositа de causa contingit, comparatione facta ad formale malitiæ.

216 *Ad septimum.* Ad vltimam, concesso antecedenti, & prima consequentia, & minori subsumpta, distinguendum est consequens: ratione decreti vt causantis ipsam malitiam, nego consequentiam: ratione decreti vt causantis materiale malitiæ, & inferentis ipsam malitiam, concedo consequentiam, itaque diuinum decretum solum connectit cum conditione materiale malitiæ: & quia formale ad materiale sequitur, non prout à Deo, sed prout à voluntate creata deficiente, posito diuino decreto permitente: hinc fit, quod decretum diuinum infalibillitèr inferat malitiam illationem logica, non illatione physica, & ex vi decreti sic illam inferentis cognoscatur à Deo.

217 *Replicabis.* Sed dices: ergo non potest Deus cognoscere formale malitiæ in decreto, & ex illo. Patet consequentia: nam in vi decreti nihil potest cognosci, nisi quod in illo continetur tanquam in causa, & ex illo vt causa sequitur; at formale malitiæ non continetur in illo, vt in causa, nec materiale prout sub est formali: ergo nequit in illo cognosci.

Respondetur. Respondeo, negando consequentiam. Ad probationem, nego maiorem, sed sufficit contineri in decreto aliquid, ad quod, licet ex alio capite, malitia sequatur, & decretum permisiuum illatione logica inferens malitiam, & cum illa connexum, vt à Deo in prædictis decretis malitia infallibilitèr cognoscatur, sicut Deus cognoscit in sua omnipotentia voluntatem creatam, etiam vt defectibilem, licet in sententia satis probabili in illa non contineatur formalitèr vt defectibilis, eo quod in omnipotentia continetur illud, quod perfectionis est in voluntate creata, ad quod subsequitur ratio defectibilis.

218 Et quidem argumentum hoc, & omnes obiectiones contra solutionem, quam dedimus, æquè probant respectu futurorum in statu absoluto, ac respectu conditionatorum, & instantiam manifestam habent. Tùm in decreto obiectiuè futuro, quod necessarium esse vt Deus conditionata contingentia cognoscat, fatentur Auctores contrarij, nec in possunt negare respectu materialis malitiæ in statu conditionato; & tamen decretum illud non attingit formale. Tùm etiam, in concursu simultaneo diuino attingente materiale peccati, non autem formale.

Instatur arg.

Nec sufficit dicere, decretum illud, & concursum simultaneum, esse indifferentia de se; secus autem decretum prædeterminans. Nam esto ex se indifferentia sint, tamen hic, & nunc attingunt materiale secundum vltimam differẽtiam illius; & tamen hic & nunc non attingunt formale malitiæ: ergo ex indifferentia non assignatur discrimen alicuius momenti. Mitto alia plura, quæ contra resolutionẽ istam possunt opponi, quia de his ex professo tractatur *in Materia de Auxilys.*

219 *Si respi In contra riũ obstat*

Vnicam tamen obiectionem, quam Recens quidam Theologus contra resoluti onem nostram opponit, non omittam: etenim ex illa sequitur, posse Deum necessitare voluntatem creatam ad materiale peccati materialiter, non necessitãdo illam ad materiale sumptum formaliter, nec ad malitiam formalẽ; consequẽs est falsũ: ergo & nostra resolutio, & doctrina. Falsitas cõsequẽtis cõstans videtur: nã ex eo quod Caluinus docebat, Deum necessitare voluntatẽ creatã, inferunt nostri Thomistæ, Deũ fecisse causam, & Auctorem, non solum entitatis peccati, sed etiã deformitatis, & malitiæ formalis; sed si posset Deus necessitare voluntatẽ creatã ad materiale peccati, materialiter sũptũ, non necessitãdo ad materiale acceptũ formaliter, nec ad malitiam formalem; hæc consequentia esset nulla: posset enim Caluinus asserere, Deum necessitare ad materiale peccati, non autem ad malitiam formalem; ac proinde non attribui Deo malitiam: ergo non stat Deum necessitare ad materiale peccati, & non necessitare ad malitiã formalẽ. Sequela autẽ probatur: ideò in nostra sẽtẽtia potest ad vnũ prædeterminare, nõ prædeterminãdo ad aliud, quia vnũ, & nõ aliud est intra sphærã Dei, vt prædeterminãtis; sed etiam vnũ, & non aliud est intra sphærã Dei vt necessitantis: ergo potest Deus necessitare ad vnum, non necessitando ad aliud.

220 *Opponit Recẽs quidã Theologus.*

Respondeo, concedendo sequelam, & negando minorem: potestenim dari odiũ Dei omninò indeliberatum, & omninò

221 *Respondetur.*

Digitized by Google

necessarium, & casu in quo detur, Deus necessitat voluntatem ad odium, & causat quidquid in illo inuenitur, non causando malitiam formalē, quæ in tali casu in odio non datur: actus enim non liber, non potest esse malus moraliter. Nec in hoc, delirium Caluini consistebat sed in eo quod cum necessitate, qua voluntatem creatam à Deo agi existimabat, in actibus à voluntate nostra elicitis necessario, moralē malitiā agnoscebat: cum autē hæc in voluntatē creatam non posset reduci, cum nō libere, sed necessario ageret in sententia Caluini, necessario debebat in Dei voluntatē reduci, quę libere voluntatē creatā ad prædictos actus mouebat.

222 *Aliter argumentū proponitur.*

Sed Potest alitèr argumentum proponi in hunc modum: sequitur ex nostra resolutione, & doctrina quod Deus possit necessitate voluntatem creatam ad materiale odij Dei sumptum matetialitèr, quin necessitet voluntatem creatam ad malitiam formalem existentem in illo materiali, nec ad materiale sumptum formalitèr, consequens est falsum: ergo, & nostra resolutio, & doctrina. Probatur sequela: ideò in nostris principijs potest prædeterminare ad materiale peccati sumptum materialitèr, præscindendo a malitia formali existente in tali actu à voluntate creata, vt deficiente, quia primum, & non secundum est intra sphæram Dei vt prædeterminantis; sed etiam primum, & non secundum est intra sphæram Dei vt necessitantis voluntatem creatam: ergo potest Deus necessitare illam ad materiale odij sumptum materialitèr præscindendo à malitia formali existente in eodem actu à voluntate creata tamquam à deficiente.

223 *Respond.*

Respondeo, negando sequelam: Ad probationem, distinguo maiorem: ly *ideò* dicente rationem præcisionis ex parte Dei vt præmouentis, suppositā possibilitate coexistentiæ materialis prædeterminati, & malitiæ formalis, concedo maiorem: dicente causam possibilitatis coexistentiæ, nego maiorem, & concessa minori, nego consequentiam: nā cum concursu Dei necessitante voluntatem creatam ad materiale odij sumptum materialitèr, non stat in actu odij malitia formalis; hæc namque, vel ratione sui libera non est, vel si est libera libertate morali, hæc libertas petit supra libertatem physicam actus fundari, illamque essentialitèr præsupponit, ideoque posito concursu Dei necessitante ad materiale odij, etsi non ponatur necessitas ad malitiam formalem, tollitur malitia formalis, quia tollitur libertas physica, supra quam malitia formalis fundatur. Cæterum cum concursu Dei prædeterminante ad materiale odij stat libertas physica in hoc materiali, quam præexigit malitia formalis, & hoc supponitur à Doctoribus, cum disputant de præmotione physica ad materiale peccati, qua possibilitate coexistentiæ suppositā, dicimus posse Deum prædeterminare ad materiale præscindendo à malitia formali, ob rationem assignatam, quia nempè vnum, & non aliud est intra sphæram Dei, vt prædeterminantis.

224 *Replicabis.*

Sed vrgebis: stat in actu odij formalis malitia, cum concursu Dei necessitante voluntatem: ergo solutio tradita est nulla. Probatur antecedens; vt detur malitia in actu, sufficit libertas voluntatis vt fundantis malitiam; sed stat libertas in voluntate vt fundante malitiam, cum concursu Dei necessitante illam ad materiale odij sumptū materialitèr: ergo stat cum concursu Dei necessitante voluntatem creatam ad materiale odij malitia formalis in actu. Maior cum consequentia tenet. Minor autem probatur voluntas non fundat malitiam vt subordinata Deo, sed vt est primum deficiens; sed Deus necessitat voluntatem, quatenus sibi subordinatam: ergo cum concursu Dei necessitante voluntatem stare potest libertas in eadem voluntate, prout formalitèr fundat malitiam. Probatur consequentia: quia namque voluntas non fundat malitiam formalitèr, vt Deo subordinata, potest prædeterminari à Deo vt ipsi subordinata, quin prædeterminetur vt fundans malitiam formalitèr: ergo eadem ratione poterit necessitati vt subordinata Deo, quin necessitetur vt fundans formalitèr malitiam.

225 *Confirm.*

Quod amplius vrgetur: libertas namque vnius formalitatis non tollitur per necessitatem alterius formalitatis eiusdē actus; nisi hæc illam fundet; possunt enim in vno, & eodem actu reperiri necessitas sub vna ratione, & libertas sub alia, vt constat in actu dilectionis bæatificæ Christi; at formalitas voluntatis vt deficientis fundamentalitèr non fundatur super actum, vt est à voluntate, quatenus efficiente, & Deo subordinata: ergo stare potest cū necessitate voluntatis vt efficientes, & subordinatæ Deo, libertas eiusdem voluntatis vt deficientis fundamentaliter, vel fundantis malitiam.

226 *Ad replicā resp.*

Respondeo negando antecedens. Ad probationē, concedo maiorem, & nego minorem. Ad illius probationem, concessis maiori, & minori, nego consequentiam: licet enim ex concursu Dei necessitante voluntatem vt sibi subordinatam, non sequatur necessitari eandem voluntatem vt fundantem malitiam; sequitur tamen non ma-

Digitized by Google

manere malitiam in actu, nec in voluntate, quod fundet malitiam: quia licèt voluntas vt fundans malitiam, non fundetur formalitèr in ipta voluntate vt subordinata Deo, nec in illius libertate prout sic, fundatur tamen materialitèr: eo quod libertas voluntatis vt deficientis formalitèr, aut fundamentalitèr, necessario præsupponit libertatem sua vt efficientis: vnde sublata per concursum diuinum libertate voluntatis, vt efficientis, & vt subordinatæ Deo, non potest manere in ipta libertas vt deficientis formalitèr, nec vt malitiam fundantis.

227 *Infatur.* Et insto argumentū in voluntate prout in actu primo considerata, in qua prout sic distinguitur à Discipulis D. Thomæ ratio defectibilis, & ratio principij effectiui, & in priori consideratione est prima, & nulli subordinata, in posteriori est secunda, & subordidata Deo, & licet ratio defectibilis non fundetur formalitèr in ratione principij effectiui, quia tamen illam præsupponit, non est dabilis voluntas libera vt defectibilis, vel vt defectiua, quæ non sit libera vt effectiua, alias posset Deus producere naturam solum liberam in deficiendo, quod nullus concedet: ita in præsenti licet ratio deficientis formalitèr, vel fundantis actu malitiam, non fundetur formalitèr in ratione efficientis, quia tamen fundatur materialitèr, hoc est necessario illam rationem præexigit, non stat libertas in voluntate in ratione defficientis formalitèr, vel fundantis malitiam, sine libertate in eadem voluntate in ratione efficientis, & subordinatæ Deo; ac proinde concursus necessitans voluntatem vt subordinatam Deo, licèt non necessitet ad malitiam formalem, nec voluntatem vt fundantem malitiam formalitèr, tollit malitiam formalem, & à voluntate rationem fundantis illam, quia non potest libere illam fundare, quod necessum erat vt de facto fundaret. Et ex his ad probationem consequentiæ constat solutio.

228 *Ad cōfir. mationē occurritur.* Ad confirmationem, distinguo maiorem: nisi hæc illam fundet formalitèr, aut materialitèr, concedo maiorem: nisi solum fundet formalitèr, nego maiorem, & sub eadem distinctione minoris, nego consequentiam. Quæ distinctio ex dictis constat. Sed de his plura *in Tract. de auxilijs*, vbi à Discipulis D. Thomæ fusè necessitas physicæ prædeterminationis ad materiale peccati materialitèr sumptum monstratur, quin ex hoc inferatur Deo atribui malitiam formalem: Nobis autem breuitèr id attigisse fuit necessarium, pro argumenti solutione, quod vrgentissimum censetur à contrarijs Auctoribus.

§. VLTIMVS.

Cætera argumenta diluuntur.

TERTIO arguunt ex Diuo Thoma. Tùm 3. p. *quæstione* 1. *articulo* 3. *ad* 4. vbi ait, quod prædestinatio supponit præscientiam futurorum, at non futurorum in statu absoluto; alias prædestinatio haberet causam meritoriam in nobis: ergo in statu conditionato. Tùm etiam 2. 2. quæst 165. art. 1. in 2. argum. quod ita proponit: *Deus præscius futurorum sciebat, quod homo per tentationem Dæmonis in peccatum decideretur, & sic bene sciebat, quod non expediebat, quod tentaretur: ergo videtur quod nec fuerit conueniens, quod permitteret eum tentari.* In cuius antecedenti sequitur D. Thomas de scientia lapsus hominis sub conditione tentationis Dæmonis, & non de scientia innitente decreto de tentatione Dæmonis permittenda, alias male inferret non fuisse conueniens, quod eum tentare permitteret si decretum diuinum, quod est immutabile, de tentatione permittenda supponeret; & tamen D. Thomas antecedens huius argumenti non negat, sed eius consequentiam; eo quod etiam sciebat Deus hominem tentationi posse resistere: ergo datur iuxta D. Thom. scientia conditionatorum in Deo non innitens decreto subiectiuè existenti. 229 *Tertia argumentū ex doctrina D. Tho.*

Respondeo, in primo loco sermonem esse de absolutè futuris, vt constat ex intento argumenti, & eius solutione, qua intendit prædestinationem Christi fuisse post præuisionem peccati primi hominis, illamque supposuisse; præuisio autem peccati, quam supponit prædestinatio Christi, non est conditionata, sed absoluta, vt compertum est in via Diui Thomæ, alias non esse verum Adamo non peccante Christum non venturum, cuius oppositio nihil notius in doctrina Diui Thomæ inuenitur. Nec ex hoc sequitur dari causam meritoriam prædestinationis in nobis: quia vt acutè *ibi* Caietanus notauit, futura, quæ ad prædestinationem supponuntur, sunt illa, quæ per prædestinationem non constituuntur, idest, quæ in sui esse à prædestinatione non eliciuntur, nec imperantur, vt substantia prędestinati, quæ in multorum sententia effectus prædestinationis non est, & permissiones multorum defectuum, iuxta Caietanum *ibidem*; & quia omne meritum nostrum est effectus per prædestinationem constitutus: hinc fit non dari causam prædestinationis in nobis: esto aliqua futura absoluta ad prædestinationem 230 *Mens D. Thom. explicatur.*

Digitized by Google

ſupponantur præuiſa. Omitto, quod licet Diuus Thomas de futuris in ſtatu conditionato loqueretur, cum non aſſeruerit cognoſci abſque præuio decreto ſubiectiuè abſoluto, nihil contra noſtram aſſertionem infertur.

231 In ſecundo teſtimonio loquitur Diuus Thomas de ſcientia, quæ eſt conditionata obiectiuè; non autem præcedente ad decretum, ſed ſupponente decretum, non quidem permittendi tentationem Dæmonis, quæ eſt conditio illius conditionis, be ne tamen decretum permittendi hominis lapſum ſub conditione quod tentaretur. Ex quo bene infertur ad rem argumenti, non videri conueniens, quod ipſum tentari permitteret; quia huiuſmodi decretum non ſupponit notitiam, de qua in antecedenti fit ſermo. Nec video, qua apparentia efficaciæ gaudeat hoc teſtimonium, quod valde exaggerant Docti recentiores.

232 *Quartũ argumentũ ex variis teſtimonijs D. Thom. deſumptum*

Quarto ex eodẽ D. Thoma ſic arguunt: negata gratia efficaci ab intrinſeco, & voluntatis noſtræ prædeterminatiua, nõ poſſunt contingentia conditionata in decreto cognoſci, at Diuus Thomas negat huiuſmodi prædeterminationem: ergo contra illius mentem adſtruitur cognitio conditionatorum innitens efficaci decreto. Conſequentia eſt euidens. Maior communis noſtrorum Thomiſtarum ſententia.

Primo. Minorem probant primo ex Diuo Thoma *quæſt. 22. de veritate, art. 6. in corpore*, illis verbis: *Ex hoc dicitur aliquid eſſe neceſſariũ, quod eſt immutabiliter determinatum ad vnũ.* Et *quæſt. 6. de malo art. 1.* vbi ait, non eſſe liberum, quod voluntas vitare non poteſt. Quæſt 24. de veritate, art. 1. ad 14. illis verbis: *Et ideò non oportet, quod mentes humanæ ſint determinatæ ad aliquos effectus, ſed reſpectu multorum efficaciam habent, ratione cuius conuenit eis libertas*; at ratione prædeterminationis Thomiſticæ voluntas immutabiliter determinatur ad vnum, & ineuitabiliter à libero arbitrio: tollitur efficacia voluntati noſtræ reſpectu omnium effectuũ: ergo gratia ab intrinſeco efficax, voluntatemque prædeterminans, menti D. Thomæ aduerſatur.

233 *Secundo.* Secundo ex 1. 2. *quæſt. 9. art. 6. ad 3.* ibi: *Deus monet voluntatem hominis vt vniuerſalis motor ad vniuerſale obiectum, quod eſt bonum, ſed homo per rationem ſe determinat ad volendum, hoc vel illud.* idem docet *in hac 1. p. quæſt 105. art. 4.* Et 2. *ſententiarum diſtinct. 25. quæſt. 1. art. 1. ad 3.* illis verbis: *Dicendum, quod Deus operatur in omnibus, ita tamen, quod in vnoquoque ſecundum eius conditionem: vnde in rebus naturalibus operatur ſicut miniſtrans virtutem agendi, & ſicut determinans naturam ad talem actionem; in libero autem arbitrio hoc modo agit, vt virtutem agendi ſibi miniſtret, & ipſo operante liberum arbitrium agat, ſed tamen determinatio actionis, & finis, in poteſtate liberi arbitrij conſtituitur: vnde remanet ſibi dominium ſui actus, licet non ita ſicut primo agenti*: Sentit ergo D. Thomas liberum arbitrium non determinari à Deo, ſed ſe ipſum determinare, & conſequentèr excludit phyſicam prædeterminationem illud determinantem.

Denique, omiſsis alijs prorſus in vtilibus, & ſollus multiplicationis confundentis cauſa adinuentis, illa minor ſuadetur ex Doct. Angelico q. 6. de verit. art. 3. circa finem corporis, vbi poſtquam præmiſerat ordinem certum alicuius ad finẽ conſequibilem eſſe duplicitèr; vno modo ratione alicuius particularis cauſæ, ratione diuinæ prouidentiæ producentis effectum: alio modo ratione plurium contingentium, & deficere poſsibilium; quarum vnamquamque ordinat Deus ad conſequutionem effectus loco eius, quæ deficit, vel ne altera deficiat, ſicut perpetuitas ſpeciei ſaluatur per ſucceſsionem plurium indiuiduorum, quorum quodlibet eſt corruptibile, ita concludit corpus articuli: *Hoc modo eſt in prædeſtinatione, liberum enim arbitrium deficere poteſt à ſalute, tamen in eo, quem Deus prædeſtinat, tot adminicula præparat, quod vel non cadat, vel ſi cadat, quod reſurgat, ſicut exortationes, & ſuffragia, &c.* at ſi daretur prædererminatio ab intrinſeco efficax; quodlibet auxilium gratiæ in prædeſtinato, efficaciam; & effectum haberet: ergo iſta prædeterminatio efficax ab intrinſeco menti Diuus Thomæ non congruit. 234 *Tertio.*

Ad hoc argumentum, conceſſa maiori, nego minorem. Ad primam probationem dicatur, determinationem ad vnum per propriam formam, & per modum naturæ libertati opponi ex mente D. Thomæ: ſecus autem determinationem ad vnum ex tremum per motionem diuinam perficientem voluntatem creatam, iuxta conditionem ſuæ naturæ, quæ conſiſtit in agendo liberè; hæc namque ſuſpenſioni opponitur, non libertati, quam potius perficit, ſtabilit, & firmat, & hoc voluit Angelicus Doctor in primo teſtimonio, ſicut, & ipſe explicuit Damaſcenum 1. *part. q. 23. art. 1. ad 1.* & 1. *Contra Gentes, cap. 90.* 235 *Explicatur 1. teſtimoniũ.*

In ſecundo autem docet, non eſſe liberum, quod voluntas vitare non poteſt, nec in ſenſu compoſito, nec in ſenſu diuiſo, nec potẽtia antecedẽti nec cõſequẽti, id vetò, quod vitare poteſt in ſenſu diuiſo, ſeu potẽtia antecedenti hoc eſt attẽta volũtate ſecundũ ſe, nõ negat, quod liberũ ſit, & licet *Explicatur 2.*

vo-

Digitized by Google

voluntas præmota vitare non possit actum ad quem datur præmotio, potentia consequenti, & in sensu composito, potest tamē potentia antecedenti, & in sensu diuiso. Et eodē modo respondetur ad tertium: quia solum negat determinationem ad aliquos effectus ex propria forma, & per modum naturæ, non autem determinationem ex motione diuina.

236 *Ad bonū in cōmuni non se determinat nostra voluntas; bene tamen ad bona particularia.*

Ad secundam probationem, concesso antecedenti, neganda est consequentia: quia D. Thomas in illis testimonijs solū vult discrimen constituere inter motionem Dei in ordine ad bonum, & ad tale bonum, quod ad primum voluntas nullo modo se applicat, sed adæquatè applicatur à Deo, ipsa elicitiuè solum ad actum concurrente id ordine verò ad peculiaria bona voluntas se determinat, non tamen vt primum determinans, sed vt secundū, & consequenter non solū se applicat, sed etiā applicatur à Deo. Ex quo non sequitur, quod nō prædeterminetur a Deo, sed potius oppositū. Videatur D. Tho. *quæst. 3. de potentia, art. 7. ad 14. 1. 2. quæst. 9. art. 4. ad 3.* vbi ex eo quod voluntas nō est domina sui actus dominio causæ primæ, sed causæ secundæ, infert, quod non excludat, sed petat potius determinationem diuinam. Et merito quidem: nam si de ratione dominij est, quod illo gaudens se ipsum determinet, solum de ratione dominij supremi esse debet, se primo determinare, ac proinde dominium secundum hoc non ex posset, sed potius petit alterum determinans prius.

237 *Vltimum testimonium explicatur.*

Ad vltimam probationem dicatur, loqui D. Thomam de libero arbitrio comparato cum fine prædestinationis, ad quem asse quendum verissimum est non esse efficaciam in quolibet particulari auxilio, sed in tota collectione, quam præparat ex efficaci gloriæ intentione, non autem negat quodlibet diuinæ gratiæ auxilium efficaciam intrinsecam habere ad actum in particulari, ad quē datur sed potius oppositum ex exemplo D. Thomæ colligitur: si namque in quolibet individuo naturæ corruptibilis non esset efficacia ad conseruationem aliquam naturæ, non posse etiā in omnibus individuis perpetuitas saluari quo exemplo vsus est D. Thomas: ergo pariter nisi in aliquibus auxilijs gratiæ efficia esset ad particulares actus, quibus peruenitur ad beatitudinem, non poterit finis assecutio ex illis haberi.

283 *Vltimum argumentū proponitur.*

Denique relictis alijs in quibus nec apparens efficacia inuenitur, in hunc modum obijciunt, in obiecto futuro sub conditione debet ex parte conditionis ingredi actus voluntatis diuinæ, v. g. in conuersione Tyriorum futura sub conditione miraculorum Christi debet in antecedenti importari diuina voluntas de miraculis à Christo patrandis; at illa voluntate sic importata non stat decretum efficax subiectiuè absolutum de prædicto futuro, & eadem ratio est de alijs: ergo conditionata non terminant cognitionem diuinam in decreto subiectiuè absoluto efficaci. Consequentia cum maiori tenet. Minor autem probatur: nam vel actus voluntatis diuinæ de miraculis à Christo patrandis, qui simul cum illis ex parte conditionis ingreditur, est ex intentione efficaci conuersionis Tyriorum, vel ex inefficaci intentione? Si primum, superfluit decretum subiectiuè absolutum. Si secundum, repugnat prædictum decretum: ergo non stat decretum subiectiuè absolutum de tali futuro, si ex parte conditionis ingreditur, vt ingredi debet, actus voluntatis diuinæ.

239 *Minor prob. pro 1. parte*

Minor pro prima parte est certa: nam si talis actus sit ex intentione efficaci conuersionis per miracula Christi obtinendæ, consequentia ex tali conditione ad futura est necessaria omninò, & æternæ veritatis conditionalis propositio, vt constat si in hac formetur: *Si miracula Christi fierent apud Tyrios ex intentione efficaci conuersionis illorum, Tyrij conuerterentur*, quæ est consequentia omninò infallibilis, non minus quam ista: *Si præmouero efficaciter Petrum ad pœnitentiam, Petrus pœnitebit*; at ad cognitionem propositionis conditionalis veritate necessaria gaudentis superfluit decretum subiectiuè absolutum, vt omnes fatentur: ergo si actus voluntatis diuinæ ex parte conditionis se tenens, sit ex efficaci intentione, superfluit decretum subiectiuè absolutum.

240 *Pro 2. parte prob.*

Pro secunda probatur: nam iuxta Thomistarum sententiam, vt medium conducat ad finem de facto, debet ex efficaci finis intentione procedere: ergo miraculis Christi factis ex intentione inefficaci conuersionis repugnat conducentia ad illam, & eius efficientia; at decretum subiectiuè absolutum non potest esse de conditione, cui repugnat effectus, cum potius petat effectum cum illa connecti, & ex conditione procedere: ergo si præfata voluntas ex inefficaci finis intentione procedat, repugnat decretum efficax subiectiuè absolutum de conuersione Tyriorum sub conditione miraculorum Christi.

241 *Respond.*

Respondeo, actum illum, qui ex parte conditionis se tenet, procedere ex intentione sufficienti finis, scilicèt conuersionis Tyriorum, quæ est inefficax præcisiuè, non priuatiuè, idest, quæ ex se tantum habet sufficientiam ad finis essecutionem,

Digitized by Google

non autem excludit actualem assecutionem finis, nec repugnat cum illa coniungi, si superaddatur efficax voluntas, sicuti de facto in illo conditionato coniungitur, non ex parte antecedentis, aliàs consequentia foret irrefragabilis, & necessaria conditionalis propositio, sed in consequenti. Nec video, quid posset adversus solutionem istam obstare, quod in contrariorum sententia loquendo de concursu simultaneo non obstet.

242 Ex dictis in discursu huius, & præcedentis disputationis, colligo primo, contin-
Corall. 1. gentia conditionata cognoscit à Deo in diuinis idæis. Quod patet: nam idæa respectu futurorum est diuina essentia vt determinata per decretum liberum ad dandam existentiam in tempore: ita Diuus Thomas *quæst. 3. de verit. art. 6. in corpore*, at conditionata cognoscuntur à Deo in sua essentia vt determinata per liberum decretum ad dandam illis existentiam in tempore non absolutè, sed sub conditione: ergo cognoscuntur in diuinis idæis.

243 Colligo secundo, cognosci in causis liberis, seu contingentibus vt subsunt diuino decreto præsenti, & præmotioni intrinsecæ vt sub conditione futuræ. Quod patet: nam causa contingens, ita considerata habet infallibilem connexionem cum conditionatis futuris: ergo in illis prout sic possunt terminare infalibilem cognitionem; cum hoc tamen discrimine, quod decretum est prima ratio, & medium cognoscendi, præmotio autem vt sub conditione futura est secunda ratio: quia nihil creatum potest esse Deo prima ratio, seu medium cognitionis alicuius ad extra. Nec D. Tho. *in præsenti articulo* docuit oppositum, asserens in causis contingentibus non posse futura cognosci: loquitur namque de illis prout in actu primo, qualitèr indifferentèr se habent ad fore, & non fore suorum effectuum, non autem de illis vt infallibiliter applicatis ad actum, qualitèr comparantur causæ contingentes vt subsunt decreto efficaci, & præmotioni intrinsecæ ad proprios effectus: nã in illis prout sic posse contingentia cognosci, iuxta D. Thom. constat ex dicursu tractatus. *Secundũ.*

DISPVTATIO TRIGESIMA SEPTIMA.

An ista scientia sit media inter naturalem, & liberam, vel ad aliquam ex illis pertineat?

§. I.

Quibusdam præsuppositis referuntur sententiæ.

Nu. 1. *Duo præmissa.*

AD hanc difficultatem facili negotio me expediam, quia ex dictis planè constat eius resolutio. Ante illam præmitto primo, compatationem istam effici posse dupliciter: primo inter scientiam simplicis intelligentiæ, & visionis, de qua diuisione agit Diuus Thomas *supra art. 9.* Secundo inter scientiam naturalem, & liberam. Præmittendum est secundo, non coincidere formaliter vtramque istam comparationem. Quod patet, quia scientia libera non est omnino idem re, & ratione, cum scientia visionis. Tùm, quia scientia conditionatorum libera est in omnium Thomistarum sententia, & tamen multi illorum affirmant non esse visionis, sed simplicis notitiæ. Tùm etiam: nam illi, qui docent esse scientiam visionis, defendunt non directè hoc habere, sed ad illam

re-

reduci; & tamen docent non reductiue, sed directè esse liberam, quod stare nō posset si re, & ratione adequatè essent idem scientia libera, & scientia visionis. Tùm denique, nam scientia, quam Deus habet de se ipso, est visionis. & tamen non libera, sed necessaria est: ergo non coincidit, coincidentia ad minus formali, comparatio scientiæ conditionatorum inter scientiam simplicis intelligentiæ, & visionis, & inter naturalem, & liberam.

2 *Præmittur. 3.* Præmittendum est tertio, controuersiā celebrem inter Doctores Societatis, & nostros non esse, an prædicta scientia sit media inter scientiam simplicis intelligentiæ, & visionis. Quod patet: nā Molina, qui inter Auctores scientiæ mediæ primum locum prætendit, *supra art. 9.* fatetur diuisionem scientiæ in simplicem notitiam, & visionis esse adæquatam, quod etiam fatentur Suarez *in opusc. lib. 2. de scientia conditionatorū cap. 3.* Vazquez *disp. 67. cap. 4. num. 27.* Belarminus *lib. 2. de amissione gratiæ, cap. 17.* Valentia *hic punct. 5.* Lessius *lib. de auxilijs, cap. 19.* quos refert Herice *vbi infra*, & communiter Societatis Doctores, exceptis Herice, Fasolis, Beccano, & Alarcon referendis *infra*, qui scientiam istam mediam inter visionis, & simplicem notitiam constituunt; & consequenter adæquationem dictæ diuisionis negabunt.

Molina. *Suarez.* *Vazq.* *Belarm.* *Valentia* *Lessius.*

3 Ex quibus aliqui scientiam visionis esse defendunt, alij sub simplici notitia constituunt, quibus magis assentior: eo quod scientia simplicis intelligentiæ idem est ac notitiam obstractiua; Ideſt, non attingens rem vt existentem in propria mensura, nec in alia eleuatiori, futura autem conditionata, nec in propria, nec in aliena mensura existunt, & consequenter terminant, non scientiam visionis, sed scientiam simplicis intelligentiæ, non quidem necessariam, sed liberam, de quo fusius *supra art. 9.* Igitur, quod in examen vertimus, & in quo nostra controuersia consistit, est, an scientia conditionatorum media sit inter naturalem, & liberam, an verò sub illarum aliqua contineatur?

Sensus, quæstio aperitur.

4 *Prima sententia.* In qua difficultate tres versantur sententiæ. Prima illarum absolutè affirmat, esse inter vtramque mediam. Ita Molina *in præsenti disp. 17. §. triplicem scientiam*, & *in concordia disp. 52.* qui teste Herice, primus ei hoc nomen imposui. Fonseca *lib. 6. metaphysicæ, cap. 2. q. 4. sect. 8. §. aliā vero.* Beccanus *cap. 10. quæst. 1. conclus. 1.* Fasolis *in præsenti dub. 20. conclus. 7.* Herice *disp. 7. cap. 10. num. 64.* & *disp. 9. cap. 1. numero 10* Alarcon *Tract. 2. disp. 5. cap. 3. num. 8.* pro illa referens Suarez, Mascarenam, Lessium, Albertinū, & alios, quæ scientia id circò media inter vtramque constituitur, quia aliquid ab vtroque extremo participat, a naturali quidem omne liberum decretum subiectiuè existens præcedere, à libera verò, quod potuit Deo non conuenire, si nimirum aliter voluntas humana foret decretura, & in sententia illorum, exceptis Molina & Becano decretum liberum Dei involuit obiectiuè. Ex quo Fasolis colligit, magis participare de scientia naturali, quam de libera: eo quod istæ denominationes, si in rigore accipiantur, proueniunt ex parte subiecti, non ex parte obiecti: scientia autem ista ex parte subiecti necessaria est, & solum obiectiuè libera, ac proinde magis dicenda est naturalis, quam libera.

Molina. *Fonseca.* *Beccanus.* *Fasolis.* *Herice.* *Alarcon.*

5 Pro eadem sententia referri solent Magister Curiel, & Basilius, Magistri Doctissimi, & in Salmantina vniuersitate Primarij. Vterque tamen, post quam suo cursui finem imposuere, prætensioni vale dederūt, & laborum suorum litterarium vltimum præmium obtinuere feliciter, sententiam, quam docuerant, retractarunt, & sententiæ nostræ adhæsere, quod quidem illius veritatem vehementer suadet; viros enim toto orbe celebres, doctrina illustres, & in prædicta Vniuersitate Primarios, sententiam toties defensatam, & in lucem publicam editam, ab altero prælo mandatam, & ab alio dictatam publicè, quid, aliud quam veritatis Cupidus amor ad illam retractandam potuit inducere?

Curiel, et Basilius retractarunt sententiam.

6 Solet etiam referri Lorca 3. *parte disp. 10, membro 2. num. 27.* Sed de istius Doctissimi Magistri mente valde dubito, imò inclinor maximè à nostra esse sententia. Tùm, quia 1. 2. *disp. 17. membro 2.* admittit in Deo decreta subiectiuè absoluta, & conditionata obiectiuè, & *disp. 47. §. vltimo*; Peripateticum sine controuersia esse, & à maiori Theologorum parte approbatum; fatetur in enunciationibus de futuro determinatam veritatem, aut falsitatem non esse, & actiter in Vazquez inuehitur; quia oppositum asserat, esse autem in illis determinatam veritatem, præter Molinam, fere omnes Sectatores scientiæ mediæ defendunt, & necessarium iudicant pro sua sententia tuenda. Et *Tomo 2. disp. 19. de gratia*, concedit auxilium gratiæ efficax ex se, & non à consensu præuiso. Et *disp. 20. in dub. appendice* fatetur, non esse in nostra potestate reddere efficax primum auxilium gratiæ, nec alia, præter primum, aliter quam impetratiuè, seu dispositiuè in nostra potestate quoad efficaciam esse, cuius contrarium à scientiæ mediæ professoribus vnanimi consensu defen-

Refertur pro hac sententia Lorca sed de illius mente dubitatur.

Digitized by Google

fenditur, vt illius fundamentum. Et *disp.* 21. *concluſ.* 2. admittit poſsibile, & ſæpè contingens, vt Deus hominem phyſica motione efficacitèr ad actum determinet, licet non prædeterminet. Quod probat: quia aliàs non eſſet in Dei poteſtate vt fieret actio libera, quando ipſe vellet, niſi illam in ſtatu conditionato præuiſam ſuppo nat, quod pro magno habet abſurdo, & à profeſſoribus ſcientiæ mediæ eſt neceſſario admittendum, vt tandem, tandem faſſus eſt Suarez referendus *infra*.

7 *Plura docet Lorca principijs ſcientiæ mediæ cõtraria.*

Cum ergo Lorca his omnibus principijs, quæ fundamenta ſunt, quibus ſcientia media fulcitur, manifeſtè ſe opponat, illi contrarium fuiſſe pro comperto habeo. Nec loco *tertia partis* vbi pro illa refertur ei patrocinatur: quia expreſsè loquitur de ſcientia media inter ſimplicis intelligentiæ, & viſionis, ſcientiam poſsibilium, & abſolutè futurorum, nec Verbum inſinuat de mediatione inter naturalem, & liberam, de qua noſtra diſputatio procedit. Præterquam quod *Tomus* 3. *p.* poſt mortem Lorcæ in lucem fuit editus a quodam Complutenſi Magiſtro Fatre Dyonisio Cucho ſciẽtiæ mediæ affecto: quare cum locis relatis ſcientiæ mediæ, & ipſius principijs, adeò adverſum ſe exibeat, vehementèr ſuſpicor à Dyonisio Cucho potius quam à Lorca fuiſſe *ibi* ſuppoſitam. Referuntur etiam pro hac ſcientia media vno agmine omnes, qui certam conditionatorum notitiam admittunt in Deo, quo circa, & omnes Thomiſtas aggregare poſſent pro illa.

8 *Secunda ſententia*

Secunda ſententia eſt aliorum ex Societatis PP. quibus nomen hoc ſcientiæ mediæ diſplicuit, licet res ipſa non diſplicuerit, aſſerentium ſcientiam iſtam propriè eſſe liberam, licet non ita perfectè, ſicut ſcientia viſionis. Ita expreſsè Arrubal *diſp.* 39. *cap.* 2. Granadus *controuerſia* 3. *generali Tract.* 5. *diſp.* 5. *concluſ.* 2. Etſi etiã defendat non incongruè poſſe cum Molina mediam appellari. Eandem docuit Suarez *lib.* 2. *de ſcientia conditionata, cap.* 3. *num.* 5. poſtea tamen *prologomeno* 2. *de gratia, cap.* 6. *num.* 8. diſtinguit: nam ſi ſcientia libera dicatur illa, cuius obiectum potuit non eſſe, affirmat dicendam eſſe liberam, ſi verò reſtringatur ad illam quæ verſatur erga obiectum futurum à libero decreto dependens, dicendam fore ſcientiam naturalem.

9 *Tertia ſententia.*

Tertia ſententia docet, ſcientiam iſtam contingentium conditionatorum eſſe liberam ſimplicitèr, non minus quam ſcientia viſionis, eo quod decretum liberum ſubiectiuè exiſtens ſupponit, & illi innititur. Ita omnes Thomiſtæ, & plures extra noſtram Scholam, quos lato calamo referunt PP. Salmanticenſes *diſp.* 10. *dub.* 8. & noſter S. Thoma *diſp.* 20. *art.* 6. tam ex Schola Doctoris Subtilis, quam ex familia PP. Societatis, ex quibus Enriquez *lib. vltimo, de fine hominis, cap.* 5. vbi poſtquam noſtræ adhæſi ſententiæ hæc verba ſubiecit rectè omnis Theologorum ſententia docet, Deum habere prædeterminationem bonorum efficacem ex prouidentia perfecta abæterno; in qua, & per quam tanquã per rationem omnia ſciat. Quæ verba ideò retuli vt teſtimonio omni fide digniſſimo concordem Theologorum concurſum ad noſtram ſententiam habeamus pro cuius explicatione duplex concluſio ſtatuitur.

§. 11.

Parum conſequenter ad propria principia ſcientiam mediam dici, probatur.

10 *Probatur concluſio*

PRima concluſio. *Inconſequenter ad propria principia, hæc ſcientia à ſuis profeſſoribus* Media *appellatur, & maximè in ſententia Molinæ.* Concluſio iſta hac vnica ratione ſuadetur: nam ab iſtis Auctoribus vocatur *Media*, quia aliquid ab vtroque extremo participat; at iuxta illorum principia nihil participat libertatis: ergo inconſequenter media conſtituitur inter ſcientiam naturalem, & liberam. Minor probatur primo ex Molina, qui vt vidimus *Diſp.* 33. §. 1. ex eo quod per inſtam ſciẽtiam Deus ſua decreta videret, infert tolli libertatem diuinam, eo quod neceſsitas ex hac ſcientia proueniens, non eſt conſequens ſed antecedens; at ſi aliquid libertatis haberet, neceſsitas proueniens ex illa non eſſet antecedens, ſed conſequens, & conſequenter libertatem decreti rum nõ tolleret: ergo iuxta principia Molinæ nihil libertatis participat. *Minor prob.* 11

Secundo ex eodem Molina, qui, vt *ibidem* vidimus, aſſerit, iſtam ſcientiam non habere pro obiecto diuina decreta: ergo nec ſubiectiuè, nec obiectiuè eſt libera Deo, & conſequenter nullatenus eſt dicenda libera. Patet conſequentia, quia non poteſt libera dici, niſi vel ſubiectiuè, vel obiectiuè; at iuxta Molinam ſubiectiuè libera non eſt, quia non præſupponi decretum exiſtens, nec etiam obiectiuè, quia non inuolvit ex parte obiecti libertatem actualem Dei, ſed ſolum creaturæ: ergo nullatenus eſt libera Deo. *Secundo,* 12

Tertio illa minor ſuadetur: nam prædicta ſcientia non eſt elicitiuè libera, vt omnes fatentur, hoc enim nulli actui intellectus competere poteſt: nec etiam imperatiuè, cum nullum actum voluntatis liberum, à quo imperetur, ſupponat: nec eſt in libera poteſtate voluntatis diuinæ obiectiuè: *Tertiò*

Digitized by Google

nè: ergo nullatenus habet libertatem. Antecedens pro tertia parte in hunc modum suadetur: nam eatenus aliqua scientia est in potestate voluntaris, quatenus esse sui obiecti ab actu libero voluntatis dependet, vt constat in scientia absolutorū, quæ eatenus est in potestate voluntatis diuinæ, quatenus esse obiecti, quod respicit, est ab illo dependens, at veritas conditionata ab actu libero voluntatis diuinæ non dependet, vt fatentur contrarij Auctores: ergo non est in potestate voluntatis diuinæ obiectiuè.

13 *Respondebis 1.* Respondebis primo, esse obiectiuè libera, quia ex parte obiecti involuitur decretum liberum diuinæ boluntatis, & si non actu existens; bene tamen futurum sub alia conditione.

Secundo. Secundo respondebis, esse liberam, non quidem perfectè, quod argumentum nostrum conuincit, & contrarij fatentur: benè tamen imperfectè, & reductiuè, quatenus taliter Deo conuenit, quod potuit non conuenire.

14 *Prima solutio reijcitur. 1.* Sed contra primam facit: tùm, quia denominatio libertatis non conuenit actui ex obiecto, sed ex parte subiecti; imò ex actu conuenit obiecto ista denomininatio: ergo quod involvat obiectiuè liberum decretum diuinum, non probat posse subire denominationem liberæ. *Secundo.* Secundo: nam etiam si obiectiuè involvat liberum decretum diuinum, non tamen ex hoc constitutur ipsa scientia in potestate Dei quoad esse, & non esse: ergo ex hoc capite nihil libertatis participat.

15 *Tertio.* Tertio: nam etiam si obiectum ratione decreti futuri sit futurum dependenter à Deo in statu absoluto, attamen quoad hoc quod est esse sub conditione futurum non pendet à voluntate Dei; at iuxta aduersarios vt sub conditione futurum est obiectum scientiæ conditionatæ: ergo formaliter vt obiectum illius non est dependens à libera potestate voluntatis diuinæ, & cōsequenter solum habebit pro obiecto materiali libertatem diuinam; non tamen obiectum eius erit formaliter sub potestate Dei, ac per consequens nec ipsa scientia.

16 *Contra 2. sol facit.* Contra secundam facit: nam quod hæc scientia taliter sit, quod potuerit non esse, non sufficit ad conceptum libertatis, nisi possit esse, & non esse ab intrinseco, hoc est, ratione propriæ voluntatis; at licet scientia conditionata potuerit non conuenire Deo, non tamen hoc habet ratione voluntatis diuinæ ab intrinseco, sed ratione libertatis creatæ, vt contrarij Auctores fatentur: ergo ex hoc capite nihil libertatis participat. Minor cum consequentia tenet. Maior autem probatur: nam in hoc differt contingens à libero, quod contingens taliter est, quod potest non esse ratione alicuius extrinseci: liberum autem potest non esse ratione intrinseci principij: quo circa, & si Deus libere creaturas producat, quia potuit ratione propriè voluntatis illas non producere, non tamen contingenter illas producit, quia à nullo extrinseco principio potest ab illarum productione impediri: ergo quod non sub est quoad non esse principijs intrinsecis, sed solum extrinsecis, & si possit dici contingens, non tamen potest aliqua ratione liberum dici.

Quod amplius confirmo: nam sequitur ex hac solutione omnes contingentes effectus esse medios inter liberos, & necessarios per participationem vtriusque extremi; consequens est falsum, & à nemine assertum: ergo, & prædicta solutio. Probo sequelam: nam omnis effectus contingens conuenit cum libero in hoc, quod potuit non esse, & cum necessario in hoc, quod ex suppositione, quod impedimentum nō adsit, necessario existit: ergo si conuenientia ista scientiæ conditionatæ cum necessaria, & libera sufficit vt sit inter vtramque media per participationem vtriusque, suffieit etiam in omni effectu contingenti. 17 *Confir. 1.*

Et vrgetur amplius: nam visio mea Petri currentis, non est mihi vlla ratione libera, si oculi supponantur aperti, sed actio naturalis, vel ad summum contingens, nō alia ratione, nisi quia licet potuerit non esse ex voluntate Petri, qui liberè potest à cursu cessare; hoc tamen à mea voluntate non dependet, & ex suppositione, quod me præsente curret; necessario illum video: ergo si ex suppositione, quod voluntas creata à se ipsa sit determinanda, necessario Deus illius determinationem cognoscit, quæ determinatio à libertate Dei actu non dependet, etiam si talis scientia non esse potuerit, nulla ratione potest Deo libera dici. 18 *Confir. 2.*

§. III.

Est Deo libera subiectiuè, & perfectè.

SEcunda Conclusio. *Scientia conditionatorum contingentium non est naturalis, nec media; sed perfectè, & simpliciter libera.* Hanc statuo contra vtramque sententiam relatam. Illamque ostendo primo, scientia præsupponens liberum decretum diuinum, illique vt medio innitens, est perfectè, & simplicitèr libera, vt omnes fatentur; at scientia conditionatorum contingentium liberum decretum supponit; & in illo suum obiectum attingit: ergo perfectè, & simpliciter est libera. 19 *Ostenditur primo.*

Con-

Digitized by Google

Consequentia cum maiori tenet. Minor autem pro prima parte constat ex dictis *Disputatione* 33. & pro secunda ex dictis *Disputatione* 34 & præter dicta *ib*, hac ratione suadetur: nam scientia ista non potest attingere proprium obiectum, nisi ingrediatur diuinum decretum de concurrendo præuiè, aut simultaneè ad minus cum voluntate creata; at non potest ingredi vt futurum obiectiuè: ergo debet subiectiuè vt exercitè existens supponit. Probo minorem: nam prædictum decretum, vel ingreditur ex parte conditionis, vt iste sensus hat, *si vocauero Petrum, & decreuero simultaneè cum illo concurrere, Petrus consentiet*; vel ex parte consequentis, vt fiat sensus iste: *si vocauero Petrum, decernam simul cum illo concurrere, & ipse consentiet*; at neutro ex his modis: ergo nullo.

20 Minor pro prima parte constat: nam à decreto Dei de dando simultaneo concursu ad concursum simultaneum, est euidens consequentia: ergo ingrediente decreto ex parte antecedentis, conditionalis propositio est necessaria; & consequentèr destruitur obiectum scientiæ mediæ, quod debet esse contingens, aut liberum. Pro secunda probatur: nam decretum sub illa conditione ingrediens ex parte consequentis, nisi efficax sit ab intrinseco, cæco modo ingredietur, & absque certitudine Dei de euentu futuro; at hoc diuinæ perfectioni repugnat: ergo non stat decretum ingredi ex parte consequentis.

21 *Secundo,* Secundo suadetur conclusio: scientia istam potuit Deo non conuenire; at non ab extrinseco: ergo ex parte propriæ voluntatis, & consequentèr est simpliciter, & perfectè libera. Maior cum consequentia tenet. Minorem autem probo: nam si solum ab extrinseco potuisset non esse, sequeretur, non solum esse contingentem Deo, sed etiam à casu, & fortuitam; consequens videtur absurdum: ergo potuit non esse ab intrinseco. Probo sequelam: id conuenit alicui fortuito, quod euenit præter intentionem illius; at si quod ista scientia non esse potuerit, esset ab extrinseco, nempè ratione voluntatis creatæ, conueniret Deo præter intentionem illius, si quidem conueniret ex suppositione veritatis obiecti, quæ ab intentione Dei non dependere: ergo eueniret illi à casu, & fortuitò.

22 *Tertio.* Tertio suadetur conclusio, & efficacia præcedentis argumenti explicatur: terminatio intellectus diuini ad veritatem conditionatam est prouida absolutè, & consequenter prouida subiectiuè: nam prouidentia obiectiua conditionata non potest prouidum absolutè denominare; ergo est subiectiuè libera Deo; & consequentèr supponit decretum subiectiuè existens: prouidentia namque decretum liberum diuinæ voluntatis includit. Consequentia patet, & antecedens probatur: non est absolutè improuida: ergo est prouida absolutè. Probatur antecedens: si esset absolutè improuida esset Deo casualis, & fortuita, hoc autem dicendum non est: ergo nec dicendum, quod sit absolutè improuida. Probatur sequela: nam casuale, & fortuitum idem atque improuidum est: dicitur enim casuale, quod euenit præter intentionem, aut scientiam: ergo sit terminatio intellectus diuini ad veritates conditionatas, est improuida absolutè per negationem absolutæ prouidentiæ, erit Deo fortuita, & casualis, quod est inconueniens. 23

Respondebis, casuale dici triplicitèr: primo, quod euenit contra scientiam, aut contra intentionem efficacem subiecti: secundo, quod euenit non contra intentionem, aut scientiam, sed præter intentionem, & scientiam: tertio, quod euenit non præter scientiam, sed præter intentionem. Casuale primo, & secundo modo, dicitur casuale simpliciter, & dicit imperfectionem casuale tertio modo, nec est simpliciter casuale, nec imperfectionem dicit, & solum hoc modo potest dici casualis Deo terminatio intellectus diuini ad veritates conditionatas; quia scilicèt est præter intentionem diuinam. Ex quo solum sequitur esse casualem negatiue, non positiue, aut priuatiue; cum enim omne decretum liberum subiectiuè existens præcedat, repugnat illi, Deo ex ipsius intentione conuenire. 24 *Respondebis.*

Sed contra primo: nam de ratione prouidentiæ, non solum est scientia, sed etiã voluntas; sed non solum esset imperfectio in Deo in ratione prouisoris, quod aliquid accidentaliter contra illius scientiam eueniret, sed etiam si præter scientiam: ergo imperfectio maxima erit, quod eueniat aliquid accidentaliter præter eius intentionem. 25 *Reiicitur Primo.*

Secundo, non solum esset imperfectio prouidentiæ, quod aliquid extra Deum præter illius scientiam accideret, sed etiã quod aliquid creaturis accideret præter eius intentionem: ergo pariter non minoris imperfectionis erit, quod aliquid possit Deo accidere præter eius intentionem, quam præter illius scientiam. Patet consequentia: tùm à paritate rationis, si namque perfectio summæ prouidentiæ Dei petit extendi ad omne quod extra ipsum accidere potest, & oppositum, illius perfectioni in ratione prouisoris repugnat: cur etiam idipsum non petet in ordine ad ea, *Secundo.*

quæ

Digitized by Google

quæ ipsi Deo accidere possunt? Præterea: nam in prouiso recreato non minorem imperfectionem arguit, quod possit illi aliquid accidere præter eius intentionem, quam quod possit sibi subditis præter eius intentionem aliquid euenire: ergo idem dicendum in Deo.

26 *Tertio.* Tertio, quod enim aliquid, siue intrinsecum, siue extrinsecum Deo, sub sit prouidentiæ creaturæ, & non subijciatur prouidentiæ diuinæ, est contra rationem supremæ prouidentiæ, de cuius conceptu est quod illi subordinetur omnis alia prouidentia, sicut est de conceptu primi, & supremi efficientis, quod omne aliud efficiēs subordinetur ipsi in efficiendo; sed si terminatio intellectus diuini ad veritates cōditionatas accidere Deo præter eius intentionem, subesset prouidentiæ creaturæ, & non prouidentiæ diuinæ: ergo ista terminatio non accidit præter intentionem Dei. Maior cum consequentia tenet. Minor pro secunda parte constat: nam diuina prouidentia, vel est actus liber voluntatis, vel quod verius est, actum liberum voluntatis supponit: ergo quod accidit prꝛter Dei voluntatem illius prouidentiꝛ non subest. Pro prima parte probatur: nam dicta terminatio est libera voluntati creatæ; sed omne liberum creaturæ subest prouidentiæ illius: ergo si accideret præter intentionem diuinam, subesset prouidentiæ creaturæ, & non prouidentiæ Dei.

27 *Vrgetur primo.* Quod amplius vrgetur primo, & tacita solutio præcluditur: dari aliquam entitatem, vel formalitatem creatam subiectam prouidentiæ creaturæ, cui repugnaret subijci prouidentiæ diuinæ positiue, aut permissiue, esset imperfectio Dei in ratione vniuersalis prouisoris: ergo quod formalitas Deo intrinseca subsit prouidentiæ creaturæ, & repugnet, illi subijci prouidentiæ diuinæ, perfectioni, & vniuersalitati diuinæ prouidentiæ repugnat, sed concesso terminationem intellectus diuini esse liberam creaturæ, & accidere præter intentionem diuinam datur formalitas Deo intrinseca subiecta prouidentiæ creaturæ, cui repugnat subijci prouidentiæ diuinæ, cum illi repugnet ex præsuppositꝛ decreto libero diuinæ voluntatis procedere; & consequentèr non possit Dei prouidentia imperari: ergo admittere terminationem Deo intrinsecam, liberam voluntati creatꝛ, & euenientem præter intentionem diuinam, est contra perfectionem prouidentiæ diuinæ.

28 *Secundo.* Confirmatur, & vrgetur secundo: implicat liberum creaturæ, non liberum Deo; sed nihil Deo liberum potest euenire præter eius intentionem: ergo implicat aliquid creaturæ liberum, præter diuinam intentionem euenies, & consequenter si terminatio diuini intellectus ad veritate conditionatas est libera voluntati creatæ, vt supponitur, non potest Deo euenire præter eius intentionem. Minor cum consequentia tenet. Maior autem probatur: implicat liberum creaturæ non subordinatū Deo, aliàs respectu illius liberi, creatura esset causa prima; sed non potest subordinari Deo vt necessario volenti: ergo subordinatur Deo vt volenti libere, sed quod subordinatur Deo vt volenti libere, est Deo liberum: ergo implicat liberum creaturæ, non liberum Deo.

29 *Suadetur conclusio.* Præterea principaliter suadetur nostra conclusio: quod Deo conuenit euitabiliter ab intrinseco absolutè, est ipsi absolutè liberum; sed terminatio intellectus diuini ad veritates conditionatas conuenit Deo euitabiliter ab intrinseco absolutè: ergo est Deo absolutè libera; & consequenter decretum subiectiuè existens supponit. Consequentia est bona. Maior videtur certa: nam contingens, & liberum conueniūt in eo, quod vtrumque taliter conuenit, quod potest non conuenire; cum hac tamen differentia, quod contigens est impedibile ab extrinseco, liberum verò ab intrinseco scilicèt à subiecto, cui conuenit: ergo si terminatio ad veritates conditionatas conuenit Deo euitabiliter, seu impedibiliter ab intrinseco absolutè, est Deo absolutè libera. Minor autē probatur: quod enim aliquid Deo intrinsecum, sit à creatura impedibile, & non sit euitabile, aut impedibile à Deo, imperfectio maxima est, sicut imperfectio maxima esset, quod aliquid à creatura factibile ex his, quæ moralem imperfectionem non dicunt, non esset à Deo factibile; sed terminatio intellectus diuini ad veritates conditionatas, est à voluntate creata impedibilis, vt contrarij Auctores docent: ergo debet esse euitabilis, & impedibilis à Deo; & consequentèr conuenit Deo impedibiliter, & euitabiliter ab intrinseco. Maior probatur: ideò esset imperfectio, quod aliquid à creatura factibile, non esset factibile à Deo, quia Deus à creatura in faciendo excederetur, & quia non esset Deo subordinata in efficiendo, sed etiam si creatura posset aliquid Deo intrinsecum impedire, quod Deus impedire non posset, Deus à creatura in impediendo excederetur, nec illi subordinaretur in impediendo: ergo esset maxima imperfectio, quod terminatio intellectus diuini ad veritates conditionatas esset à creatura euitabilis, & non esset euitabilis à Deo.

Respondebis: creaturam non nisi in

Digitized by Google

Respondetur. ſtatu abſoluto habere abſolutam potentiam vitandi, aut impediendi terminationem ſcientiæ conditionatæ, & hanc potentiam eſſe ſubordinatam Deo, non quidem vt determinanti, ſed vt offerenti concurſum indifferentem, quo pro ſua libertate poſsit vti creata voluntas: ac proinde in vitando: aut impediendo prædictam terminationem ſubordinatur voluntas creata Deo, quia nonniſi Deo aſsiſtente, & concurſum offerente, poteſt illam impedire, & vitare. Ita in publicis diſputationibus. Mihi argumenti reſpondebatur.

31 *Excluditur. 1.* Sed contra primo: nam in ſtatu abſoluto etiam Deus eſt poteſt terminationem ſcientiæ conditionatæ vitare, vel impedire: ergo ſi eſt impedibilis à voluntate creata, quia in ſtatu abſoluto habet abſolutam potentiam impediendi, erit etiam impedibilis à Deo, & conſequenter illi conuenit impedibilitèr, & euitabiliter ab intrinſeco. Probatur antecedens primo: nam ſi Deus non poſſet, & creatura poſſet terminationem illam in ſtatu abſoluto vitare, excederetur Deus à creatura in impediendo, ſicut excederetur in efficiendo, ſi creatura aliquid poſſet efficere, quod non poſſet effici ab ipſo, ſed creatura in ſtatu abſoluto habet abſolutam potentiam vitandi, in impediendi terminationem ſcientiæ cõditionatæ: ergo etiam Deus poteſt illam impedire, & vitare.

Antecedēs prob. 1.

32 *Secundo.* Secundo idem antecedens probatur: ideò namque voluntas creata eſt abſolute potens in ſtatu abſoluto impedire dictam terminationem, quia eſt potens libere conſentire, ſed etiam Deus eſt potens libere conſenſum creatæ voluntatis efficere, aliàs conſenſus liber creatæ, non libere, ſed neceſſario efficeretur à Deo: ergo in ſtatu abſoluto eſt Deus abſolutè potens vitare, & impedire ſcientiam conditionatam. Tertio: nam voluntas creata non aliter poteſt in ſtatu abſoluto impedire, niſi efficiendo; ſed eſt Deo liberum quod efficiat: ergo eſt Deo liberum quod impediat; & conſequenter eſt Deus potens impedire. Patet hæc conſequentia: nam potens libere efficere impedimentum, eſt potens libere impedire; ſed eo ipſo quod ſit Deo liberum, quod impediat voluntas creata, eſt potens libere efficere impedimentum: ergo eſt potens libere impedire.

Tertio.

33 *Secundo reijcitur.* Deinde impugnatur ſolutio: ideò terminatio ſcientiæ conditionatorum, eſt libera voluntati creatæ, quia eſt ipſi libera veritas obiectiuè illam terminans; ſed veritas obiectiuè terminans ſcientiam conditionatam, non eſt veritas abſoluta, ſed conditionata: ergo non ideò eſt libera voluntati creatæ terminatio ſcientiæ conditionatæ, quia veritas abſoluta eſt ipſi libera, ſed quia eſt illi libera veritas conditionata; ſed potentia, quam voluntas habet in ſtatu abſoluto ad vitandum, vel non ponendum conſenſum, non conſtituit liberam voluntati veritatem conditionatam; hæc enim eſt prior potentia voluntatis in ſtatu abſoluto, & poteſt exiſtere quamuis voluntas numquam abſolutè exiſtat: ergo vitabilitas, vel impedibilitas ſcientiæ conditionatæ non eſt à voluntate vt in ſtatu abſoluto illam potente vitare, ſed ſi ſumitur à voluntate creata, eſt ab illa vt in ſtatu conditionato. Patet hæc conſequentia: nam ab eadem potentia, & in eodem ſtatu, à qua redditur libera voluntati creatæ veritas obiectiuè terminans ſcientiam, habet voluntas poſſe impedire ſcientiam: ergo ſi veritas conditionata non eſt libera voluntati ratione potentiæ, quam habet in ſtatu abſoluto ſed ab ea quam habet in ſtatu conditionato, ab hac, & non ab illa eſt impedibilis ſcientia conditionata.

34 *Tertio reijcitur.* Et ex his tertio tradita ſolutio reijcitur: nam prædicta terminatio eſt abſolutè impedibilis pro ſigno præcedente ad ſtatum abſolutum; ſed non à voluntate creata potente abſolute impedire: ergo à voluntate diuina; & conſequenter conuenit Deo impedibilitèr, ſeu euitabiliter ab intrinſeco. Secunda conſequentia ex prima euidenter colligitur. Prima ex præmiſsis infertur. Minor conſtat: nam voluntas, quæ abſolutè non eſt, nequit eſſe potens abſolutè ad aliquid efficiendum, & conſequenter nec ad impediendum; ſed pro illo ſigno non exiſtit abſolutè voluntas creata: ergo nequit eſſe abſolutè impeditiua; & conſequenter terminatio ſcientiæ conditionatæ non eſt ab illa abſolutè impedibilis. Maior autem probatur: nam terminatio ſcientiæ conditionatæ conuenit Deo in ſigno antecedente ad ſtatum abſolutum ſed in illo ſigno eſt abſolutè impedibilis: ergo eſt abſolutè impedibilis in ſigno præcedente ad ſtatum abſolutum. Probatur minor: nam terminatio v. g. affirmatiua ad veritatem iſtam, *ſi vocauero Petrum, conſentiet*, taliter conuenit Deo, quod potuit abſolutè non conuenire; cum potuerit abſolutè exiſtere terminatio negatiua, illi oppoſita: ergo pro ſigno, in quo exiſtit, eſt abſolutè impedibilis. Patet conſequentia: nam pro illo ſigno eſt abſolutè poſsibilis oppoſita terminatio; ſed hac abſolute exiſtente, illa impediretur abſolutè: ergo ſi terminatio oppoſita eſt abſolutè poſsibilis, terminatio affirmatiua eſt abſolutè impoſsibilis.

Explicatur, & vrgetur: nam pro ſigno indifferentiæ voluntatis diuinæ, & pro ſigno 35

Explicatur.

no posibilitatis rerum, est posibilis absolutè terminatio affirmatiua intellectus diuini ad hoc futurum conditionatum, *si vocauero Petrum, consentiet*, & etiam est posibilis terminatio negatiua: ergo affirmatiua pro sequenti signo existens, taliter est, quod potuit per oppositam impediri; & consequenter existit impedibiliter impedibilitate absoluta. Patet hæc consequentia: si namque de facto existeret opposita terminatio, de facto impediretur terminatio affirmatiua: ergo si potuit absolutè nõ esse, potuit absolutè impediri, & consequentèr existit impedibiliter impedibilitate absoluta.

36 *Respondebis.*

Respondebis cum quodam iuniori, terminationem illam esse impedibilem formaliter per oppositam terminationem, scilicèt, per terminationem negatiuam; à nullo autem, nec à Deo, nec à creatura est effectiuè impedibilem: vnde quærenda non est causa effectiua impeditiua, sicuti non esse Dei per ipsius esse, est impeditum formalitèr; à nullo tamen est impeditum effectiuè.

37 *Contra 1.*

Sed contra primo: nam prædicta terminatio in sententia aduersariorum est creaturæ libera, & consequenter est impedibilis ab ipsa; cum non posit aliter illi subiici quoad non esse, quod necessarium est vt illi libera sit; sed non est impedibilis à creatura formaliter, hoc enim solum præstari potest, ab opposita terminatione, quæ est aliquid increatum: ergo est impedibilis à creatura effectiuè, directè, vel indirectè; ac proinde, quæri debet causa effectiua impeditiua prædictæ terminationis.

38 *Secundo.*

Contra secundo: impedibile per formã causabilem effectiue formaliter, aut virtualiter, est etiam impedibile effectiue per efficientiam formalem, aut virtualem; sed opposita terminatio, quæ est impeditiua formaliter prædictæ terminationis, & si non sit causabilis effectiuè formaliter, est tamen causabilis effectiue virtualiter: ergo terminatio cuius est impeditiua, est impedibilis virtualiter effectiue. Maior cum consequentia tenet. Minor autem probatur: nam terminatio actiua intellectus diuini eodem modo comparatur ad illum, quo ad voluntatem Dei comparantur terminationes liberæ quantum ad egressum formalem, aut virtualem; sed terminatio actiua libera voluntatis diuinæ, est ab illa actiue virtualiter, aut eminentialiter, & id circo est impedibilis actiuè, aut effectiuè aliquo ex prædictis modis per oppositam terminationem: ergo terminatio actiua intellectus diuini ad veritatem conditionatam, est ab illo actiuè, aut effectiue virtualiter, aut eminentialiter; & consequenter erit ab ipso impedibilis actiue, aliquo ex prædictis modis.

39 *Confirm.*

Quod amplius vrgetur: impeditio vnius terminationis per aliam non est proprie impeditio formalis, & tamen dicitur vna per aliam formaliter impedibilis: ergo quamuis efficientia Dei respectu terminationis impedientis formaliter, non sit proprie efficientia, dicetur terminatio actiua Dei ab ipso effectiue impedibilis. Maior probatur: terminatio impediens non est proprie forma, nec proprie causa formalis; cum ad hoc requireretur realiter à subiecto distingui: ergo impeditio vnius terminationis per aliam, non est proprie impeditio formalis.

40

Ex his constat, exemplum in confirmationem solutionis inductum esse omnino præter rem: nam esse Dei, per quod illius non esse formaliter impeditur, nullo modo habet causam effectiuam, & ideò non esse Dei, non est effectiue impedibile, cuius oppositum in terminatione actiua intellectus diuini ad veritatem conditionatam opposita de causa contingit; habet enim causam in Deo virtualem, aut eminentialem, & ideò, quod illa potest præstare formaliter, potest Deus effectiue præstare, aliquo ex prædictis modis.

41 *Quinto prob. conclusio.*

Quinto probatur conclusio: quod est à principio indifferenti ad vtrumlibet, actu, & absolutè est liberum; sed prædicta terminatio actu absolute est à Deo vt à principio absolute indifferenti: ergo est absolute libera; ac per consequens libera subiectiue. Secunda consequentia ex prima euidenter colligitur: nam libertas absoluta non potest ab actu conditionato præstari: si namque decretum, quod foret, non potest obiectum conditionatum liberum absolutè, vel absolutè volitum constituere, nec terminationem ad tale obiectum absolutè liberam reddere poterit; & consequenter si terminatio est actu absolutè libera, debet esse à decreto subiectiuè existente. Prima verò ex præmissis infertur: id enim liberum dicitur, quod à principio indifferenti procedit. Minor autem constat ex dictis: nam terminatio illa est à Deo vt potente in oppositam terminationem: ergo taliter est à Deo, quod potuit ab ipso non esset; & consequenter est à Deo vt à principio indifferenti ad vtrumlibet.

42 *Respondebis.*

Respondebis, non omne quod est à principio indifferenti, esse liberum nisi ex electione procedat, vnde agens liberum dicitur, quod ex electione operatur; terminatio autem scientiæ conditionatæ non conuenit Deo ex electione ipsius, ac proinde non est libera Deo. Sed contra primo: nã ideò

Sed cõtra primo. ideò agens ex electione libere agit, quia agit vt principium ad vtrumlibet indifferens: ergo omne principium operans cum indifferentia ad vtrumlibet operatur liberè. *Secundo.* Secundo, quia agens liberum id dicitur: quod positis omnibus requisitis ad agẽdum, potest agere, & non agere; sed omne agens cum indifferentia ad vtrumlibet, positis omnibus requisitis ad agendum, potest agere, & non agere: ergo omne sic agens est liberum.

43 *Respondebis.* Respondebis: ex hac doctrina potius oppositum colligi, quam id quod à Nobis intenditur: vnum enim ex requisitis vt existat scientia conditionata, est obiectum illius, nempè veritas obiectiua, hac autem posita non potest non esse terminatio diuini intellectus ad illam; ac proinde terminatio ista non est à Deo vt à principio indifferenti, & consequentèr Deo libera non est.

Sed cõtra Sed contra: nam terminatio diuini intellectus ad futurum absolutè non potest non esse in Deo, supposito obiecto, & illius veritate obiectiua, & tamen est à Deo vt à principio indifferenti; cum scientia futuri absolutè, sit libera Deo: ergo quod terminatio scientiæ conditionatæ non possit non existere supposita veritate obiectiua, non tollit, quod à Deo vt à principio indifferenti procedat, & quod ipsi libera sit.

44 *Dices.* Dices, scientiam rerum in statu absoluto non esse Deo liberam formaliter, ob rationem assignatam, quia nempè supposita veritate obiectiua non potuit non esse in Deo, sed solum est Deo libera antecedentèr, eo quod fuit Deo liberum, quod illius obiectum esset; terminatio autem scientiæ conditianatæ non est Deo libera formaliter, quia posita veritate obiectiua non potest non existere in Deo, nec est Deo libera antecedentèr, quia quod existat illius veritas obiectiua Deo liberum non est.

45 *Reijcitur primo.* Sed contra primo ex iam dictis: nam quod existat veritas conditionata est liberum voluntati creatæ, alias terminatio ad illam, nobis libera non esset, cuius oppositum à contrarijs docetur; sed implicat liberum creaturæ non liberum Deo, sicut implicat liberum creaturæ non subordinatum Deo, alias non secundum, sed primum liberum esse: ergo quod existat veritas obiectiua terminans scientiam conditionatam est liberum Deo.

46 *Secundo.* Contra secundo: nam terminatio scientiæ conditionatæ est ab ipso Deo euitabilis, aut impedibilis actiuè, vt monstrauimus, sed non est impedibilis supposita veritate obiectiua: ergo illius veritas obiectiua est à Deo actiuè impedibilis; & consequentèr scientia ad illam terminata est Deo antecedentèr libera. Secunda consequentia constat ex dictis. Prima verò probatur: scientia enim Dei non potest alitèr impediri nisi illius obiecto impedito: ergo nec aliter esse potest impedibilis, nisi ratione impedibilitatis obiecti; & consequentèr si Deus potest actiuè impedire terminationem scientiæ conditionatæ, ideò est, quia potest actiuè impedire veritatem obiectiuam conditionatam, ad quam terminatur.

47 *Sextopro batur con clusio.* Sexto suadetur conclusio: quia nisi prædicta scientia sit libera, & supponat decretum, sequitur destrui libertatem diuinam; consequens est absurdum: ergo falsum est antecedens. Probo sequelam: nam quod Deus sciret me in tali occasione vocatum non responsurum, non esse in potestate Dei, cum talis scientia libera non esset, nec liberum decretum supponeret; at supposito, quod hoc sciret, non posset meum extorquere consensum in illa occasione: ergo non gauderet Deus suprema libertate respectiue ad concursum meum, contra illud Augustini lib. de correctione, & gratia, cap. 14. *Magis habet in potestate sua voluntates hominum, quam ipsi suas.* Probo hanc consequentiam: nam libertas consistit in potentia expedita ad actum, & eius negationem; at ex suppositione quod sciret me vocatum non responsurum, non posset meum extorquere consensum, quæ in potentia veniret ex suppositione, diuinæ voluntati non libera: ergo non esset indifferens ad causandum meum consensum, sed necessitatus ad illum non causandum, & consequentèr libet non esset.

48 *Confir.1.* Confirmatur hoc primo: nam contrarij Auctores ex eo quod supposita physica præmotione independente à nostra libertate, non possimus ad negationem actus amoris v. g. inferunt lædi libertatem creatam respectiuè ad amorem, quæ consistit in indifferentia ad illum, & eius negationem; at suppositio scientiæ, qua Deus videt me sub conditione vocatum non consensurum, non est libera Deo, vtpote non supponens eius decretum, & ex hac suppositione non potest Deus meum consensum causare: ergo quod non causet talem consensum non est illi liberum, sed necessario necessitate illius libertatem lædente. Pater hæc consequentia: quia non minus requiritur vt libera sit negatio, potentia expedita ad actum, quam vt libet sit actus potentia expedita ad negationem. *Confir.2.* Confirmatur, & vrgetur secundo: nam in casu prædicto, etiam si Deus vellet me vocare ita vt consentirem, non posset: sed hoc est falsum, & contra Augustinum

lib.

Digitized by Google

lib. 1. ad Simplicianum, quæst. 2. vbi docet, non esse dicendum frustra Deum misereri, si homo nollit: ergo in tali casu non gauderet Deus suprema libertate respectu consensus mei.

49 *Si dicas.* Si dicas, quod etsi Deus istum hominem in statu conditionato vni, aut alteri vocationi non consentientem, & resistentem præviderit, præuidit tamen illum alijs respondentem, ac proinde esse in Dei potestate consensum illius, si Deus velit alijs vocationibus vti. *In contrarium arg.* In contrarium argvitur: nam si negetur gratiæ intrinseca efficacia dabilis erit casus in quo homo præuideatur non solum vni, aut alteri vocationi, sed etiam omnibus simul; & in omni occasione resistens: ergo in tali casu non erit in potestate Dei illum hominem consentientem facere; & consequentèr non libera, sed necessaria erit respectu Dei negatio cō-

50 sensus. Consequentia est bona. Antecedens autem probatur: supposito quod gratia non sit ab intrinseco efficax, non solum vna vocatio non vincit resistentiam arbitrij, sed nec omnes simul illam vincere possunt, aliàs si in omnibus collectiue sumptis esset efficacia infallibilis supra resistentiam arbitrij, destrueretur libertas illius, non minus quam si in vna vocatione reperiretur talis efficacia: ergo etsi non moraliter, metaphysicè tamen dabilis erit homo aliquis ita durę ceruicis, vt nō vni soli, aut in vna occasione, sed omnibus vocationibus supponatur in statu conditionato resistens; ac per cōsequens in tali casu non erit in potestate libera Dei istum hominem conuertere, quod licet tandem concedat Suarez *lib. 3. de auxilijs, cap. 14. num. 16.* satis tamen absurdum aparet, & contra Augustinum loco nuper citato, & lib. de correctione, & gratia cap. 14. vbi ait, quod *Deus magis habet in potestate sua voluntates hominum, quam ipsi suas*: & contra illius supremum dominium, ratione cuius, vt inquit Augustinus in Enchiridim, cap. 97. *Et vbi est illa omnipotentia, qua in Cœlo, & in terra, omnia quæcumque voluit fecit, si colligere filios Hyerusalem voluit, & non fecit*: Et cap. 98. *Quis tam impiè desipiat vt dicat, Deum malas hominum voluntates, quas voluerit, quando voluerit, vbi voluerit non posse in bonum conuertere?* Ne ergo impiè desipiamus in Deum, asserendum est omnino esse impossibile dari aliquem hominem, quem Deus in omni occasione ratione sui supremi dominij non possit in bonum conuertere: quod negans Suarez, videat alius an impiè desipiat.

Denique principalitèr suadetur conclu-

51 sio: non stat saluari contingentiam scientiæ conditionatæ, quin etiam illi concedatur libertas respectiue ad Deum; at cōtingentiā tenentur admittere omnes, ro fesso res scientię mediæ: ergo etiā libertatē. Probatur maior omne id, quod est respectu alicuius contingens, debet esse liberum alteri: ergo si scientia conditionata est contingens Deo, debet esse ratione libertatis humanæ, & consequentèr est libera homini; at eo ipso quod dicatur libera respectu hominis, debet esse libera etiam respectu Dei: ergo non stat saluari contingentiam in illa, quin ei concedatur libertas respectiue ad Deum, & esse in libera potestate illius. Probo minorem: ideò est libera respectu hominis, quia illius libertatem involuit obiectiuè, vt sub conditione futuram, & illā hoc modo supponit; non enim involuit libertatē creatam vt futuram absolutè, cū prout sic non sit obiectum talis scientiæ; at vt omnes Doctores Societatis, exceptis Molina & Reccano, fatentur, etiā involuit obiectiuè liberū decretū diuinū vt sub conditione futurum, & illud hoc modo supponit. ergo eadem ratione, qua est libera respectu hominis, est etiam libera respectu Dei. Quod amplius explico, & confirmo: quod Deus sciat me responsurum fore vocationi suæ est in mea potestate, eo quod talis scientia non facit me consentientem, sed supponit in statu conditionato, at etiam non facit, sed supponit diuinū decretum in eodem statu: ergo ratione illius vt sub conditione futuri erit prędicta scientia in libera potestate Dei; & consequentèr erit libera perfectè. *Denique prob. conclusio.*

§. Vltimus.

Argumentis contrariorum occurritur.

CONTRA istam conclusionem militant omnia argumēta *disp 35.* proposita ad probandum, posse conditionata contingentia pro priori ad decretum cognosci, & non posse in illo cognosci. De nde obijciūt: quia in nostra sententia cognoscuntur prædicta futura in decreto efficaci; at illo posito infallibilitèr sequitur conditionata futuritio: ergo admittere tenemur hanc scientiam esse liberam subiectiuè, & necessariam obiectiuè; & consequentèr esse mediam inter liberam, & naturalem. Secunda consequentia ex prima colligitur. Prima autem in hunc modum probatur: à decreto efficaci ad conditionatam futuritionem est infallibilis consequentia: ergo si cognoscuntur medio efficaci decreto, obiectum istius scientiæ erit necessarium, & consequentèr ipsa erit necessaria obiectiuè, & si subiectiuè sit libera, 52 *Recentiorum arg.*

Digitized by Google

53 *Respond.* Respondeo, concessis maiori, & minori, negando consequentiam. Ad cuius probationem, concesso antecedenti, distinguo consequens: si decretum sit solum mediũ ex parte subiecti, qua ratione à Nobis cõstituitur, nego consequentiam: si ingrederetur ex parte conditionis, vel antecedentis, concedo consequentiam. Itaque obiectum per istam scientiam cognitum est conditionatum contingens, v. c. istud, *si vocauero Petrum consentiet*, quia antecedens huius consequentiæ non est vocatio, & efficax decretum, sed vocatio sola, cum qua prout sic non connectitur necessario, sed contingenter consensus; decretum autem à Nobis constituitur vt medium ex parte subiecti, quia nisi ratione illius non potest consensus habere rationem futuri sub cõditione vocationis diuinæ, & quia hoc decretum est de consensu futuro, & futuro contingentèr, fit, quod licet infallibilitèr inferat illum, non tollat, sed inferat, quod sit futurus contingentèr sub tali conditione. Et quidem hoc argumentum non solũ probat de scientia conditionata, quod media sit, sed etiam id probadet scientia absoluta.

54 *Obijcies primo.* Sed obijcies primo: consensus sub conditione fututus non est obiectum istius scientiæ, nisi vt subest decreto; at prout sic est omnino infallibile, & necessarium: ergo prædicta scientia est necessaria obiectiuè. *Secundo,* Secundo: si decretum efficax requiritur ad futuritionem consensus, debet ingredi vt conditio ex parte antecedẽtis; at in nostra sententia essentialitèr est necessarium: ergo importari debet ex parte cõditionis. Maior probatur: etenim vt conditionalis propositio sit vera, debent importari vt conditio omnia necessaria ad effectum, quo circa hæc propositio est falsa, *si est animal, est homo*, quia animal non sufficit ad constituendum hominem, *si Petrus existit, orat*, eadem de causa: ergo si decretum efficax prædeterminans necessarium est ad futuritionem consensus, debet ingredi ex parte antecedentis.

55 *Respond. ad 1. replicam.* Respondeo ad primam obiectionem, concessa maiori, distinguendo minorem: necessitate suppositionis, concedo minorem: necessitate absoluta, quæ contingentiæ opponitur, nego minorem, & distinguo consequens eodem modo. Et quidem in hoc non est inter contrarios Auctores, & nostros disidium: omnes namque fatẽtur obiectum huius scientiæ esse necessarium necessitate suppositionis, cum hoc tamen discrimine, quod suppositio nostra antecedit consensum, in contraria autem sententia consequitur illum. *Ad 2.* Ad secundam nego maiorem. Ad probationem distinguo antecedens: vt sit vera in vi consequẽtiæ, concedo antecedens: per concomitantiam effectus cum conditione, nego antecedens, & nego consequentiam: quã etiã contrarij tenentur negare; cum requirant concursum simultaneum diuinum, quem non ponunt ex parte antecedentis, aliàs consequentia foret necessaria, sed ex parte consequentis.

56 *Secundo arguitur.* Secundo in contrariorum fauorem obijcio: ex positione scientiæ mediæ non sequitur tolli libertatem diuinam: ergo male a Nobis ad hoc inconuenienti impugnatur. Probo antecedens: necessitas ex scientia media non est antecedens in Deo, sed necessitas consequens; at hæc non officit libertati: ergo ex positione scientiæ mediæ non tollitur libertas diuina. Probatur maior: ex suppositione quod Deus me videat non amantem, quia mihi non dedit auxilium physicè prædeterminans, nõ potest me vocare ad amorem, & tamen hæc necessitas non est antecedens obstans libertati diuinæ, sed consequens cũ illa cõposita: ergo quod Deus ex supositione quod videat me sub conditione suæ vocationis non respondentem, non possit meum extorquere consensum, non arguit necessitatem antecedentem, quæ efficiat eius libertati.

57 *Respond.* Respondeo, negando antecedens. Ad cuius probationem, nego maiorem. Ad illius probationem, concessa maiori, & minori, nego consequentiam: ratio autem discriminis est duplex. Prima: nam scientia, qua videt me non amantem ex defectu auxilij efficacis, est libera Deo, atque adeò necessitas proueniens ex illa non est antecedens, sed consequens; scientia autem, qua videt me non responsurum sub conditione suæ vocationis, nõ est Deo libera sed naturalis, & necessaria in aduersariorũ sẽtẽtia: ac proinde necessitas quæ ex illa procedit antecedens est, & non consequẽs. Secunda: quia talitèr Deus me videt non amantem; quod si vellet potuisset me amãtem conspicere præbendo auxilium efficax infallibilitèr cum amore connexum; at in aduersariorũ sententia talitèr videt voluntatẽ nõ consentientẽ sub cõditione suæ vocationis, quod nõ habet in sua omnipotentia media infallibilitèr cũ consensu connexa, quibus illum extorquere possit, si velit, & ideò in primo casu necessitas consequens est, in secundo verò antecedens.

58 *Denique arg.* Denique argumentari possumus in eorundem fauorem: ex scientia media non infertur per consequentiam immediatam læsio libertatis creatæ: ergo nec destructio libertatis diuinæ. Probo hanc consequentiam:

Digitized by Google

tiam: idcò primum immediate non sequitur, quia etsi scientia media non supponat consensum nostrum, vt futurum absolutè, illum tamen vt sub conditione futurum supponit; at quamuis non supponat decretum Dei liberum absolutè futurum, illum tamen vt sub conditione futurum supponit: ergo eadem ratione non infertur lasio libertatis diuinæ. Patet consequentia, nam si supponere libertatem creatam in statu conditionato, est sufficiens vt necessitas ex scientia media orta sit consequens, illam non destruens, cur etiam similis suppositio libertatis diuinæ, sufficiens non erit vt necessitas orta ex scientia media sit ad illam consequens; & consequenter illam non destruens.

59 *Duplex solutio.*

Respondeo negando consequentiam. Ad cuius probationem primo, omissa maiori, neganda est minor in sententia Molinæ, qui decreta Dei negat obiectiuè ingredi respectu scientiæ mediæ. Secundo iuxta illorum sententiam, distinguo maiorem: quia supponit libertatem nostram vt determinabilem indifferentiam decreti, & concursus diuini, concedo maiorem: quia vtcumque supponit, nego maiorem, & distinguo minorem: supponit in statu conditionato decretum diuinum indifferens, cõcedo minorem: determinatum, seu determinans nostrum consensum, nego minorem & nego consequentiam: quam etiam tenentur contrarij negare; cum asserant esse in potestate nostra, quod Deus sciat nostros actus liberos, vel negationes illorum, & tamen negent id esse in potestate Dei, alias scientia media esset absolutè, & simplicitèr libera quod à verò distat in illorum sẽtentia: nec aliud discrimen possunt assignare, nisi iam insinuatum, quia nempè consensus noster supponitur vt sub conditione futurus, non ex determinatione decreti diuini, sed ex nostra libera voluntate determinante indifferentiam concursus, & decreti diuini: hoc autem non determinat nostrum consensum, sed ab illo determinatur: vnde sicut hac ratione fatentur esse in nostra potestate cuilam reddere gratiam diuinam in statu conditionato, vel illam efficacem constituere, & negant esse id in potestate voluntatis diuinæ; ita etiam concedunt esse in potestate nostra, quod Deus sciuerit hoc, vel contrarium, & negant id esse in potestate Dei, non obstante quod ex parte obiecti ingrediatur decretum diuinum, & illius concursus. Et hæc de ista disputatione.

DISPVTATIO TRIGESIMA OCTAVA.

An scientia media necessaria sit ad conciliandam efficaciam gratiæ cum nostra libertate?

§. I.

Vera sententia eligitur, & probatur ex Augustino.

Nu. 1. *Primasẽ tentia.*

REVIVS, quam par erat, hanc difficultatem absoluam, longiorem illius discussionem remittens ad *tractatum de auxilus*. Prima sententia affirmat, ita esse necessariam hanc scientiam ad conciliandam arbitrij libertatem cum efficacia gratiç, vt sine illa nostra libertas penitus euertatur. Ita omnes eius professores, ex hoc principio potissimum illam confirmantes, sequuti Molinam *in concordia, quæstioni 23. articulo 4. & 5. disput. 1.* præcipuè *membro vltimo* licet in modo efficaciæ gratiæ præueniẽtis

Illust^o. Epis^o. GODOY *in 1. p.* Tom. 2. I 2 in

Digitized by Google

in statu absoluto tantùm per ab illo postea recesserint. De quo *in Tractatu de auxiliis*.

2 *Secunda. Nostra cõclusio probatur 1.*

Secunda est negatiua, quam tenent omnes Thomistæ, & alij, quos ad longum referunt Salmanticenses, & noster S. Thomas, *vbi supra*. Quorum placitum sit nostra conclusio. Quam in primis ostendo hoc discursu: rectè Augustinus conciliauit efficaciam gratiæ cum libertate nostra, & tamen ad hanc conciliationem, scientiæ mediæ non memidit, nec illa fuit vsus: ergo ad istum finem necessaria non est. Consequutio est euidens: non enim esse potest medium necessarium ad finem, illud, sine quo finis assequutio obtinetur. Maiorem negare non possunt viri Catholici; cum doctrina Augustini in materia de gratia à Celestino Papa *in Epistola ad Episcopos Galliæ*, & à Leone tertio post Celestinum Pontifice, laudata, & approbata fuerit, vt refertur *in præfatione ad librum de prædestinatione sanctorum*, illamque semper Romanam Ecclesiam fuisse sequutã, constat ex Hormisda Papa *Epistola ad Possessorem Episcopum*, & Ioanne Papa secundo *in Epistola ad Abinum Senatorem*, quorum verba refert noster S. Thoma *disp.* 20. *art.* 6.

3 *Minor ostenditur primo.*

Tota ergo difficultas ad minorem devolvitur, quam primo ostendo ex aperto testimonio Molinæ *vbi supra*, in concordia Olisiponæ edita anno Domini 1588. folio 487. vbi aperrè fatetur, credidisse Augustinum cũ his, quæ aduersus Pelagianam hæresim rectissime ex Scripturis docuerat, coniunctum esse prædestinationem Dei æternam, non fuisse secundum merita, qualitatemque vsus liberi arbitrij à Deo præuisi, sed solum secundum Dei electionem, & beneplacitum. Et fol. 489. §. *Vos pro nostra tenuitate*, loquens de conciliatione ista ex præscientia, hæc verba subiecit: *Quæ si data, explanataque semper fuissent, fortè, nec Pelagiana hæresis fuisset exorta, nec Lutherani tàm impudenter arbitrij nostri libertatem fuissent ausi negare, obtendentes cum diuina gratia, præscientia, & prædestinatione cohærere non posse: nec ex Augustini opinione, cõcertationibusque cum Pelagianis tot fideles fuissent turbati, ad Pelagianosque defecissent, &c.* Et fol. 491. hæc addit: *Neque vero dubito quin ab Augustino, & cæteris PP. vnanimi consensu approbata fuisset, hæc nostra de prædestinatione sententia, ratioque conciliandi libertatem arbitrij cum diuina gratia, præscientia, & prædestinatione, si eis proposita fuisset.* Actandem disputationem totam ita concluſit: *Longior fui quam optaram, quia tamen res est magni momenti, & hæc nostra ratio conciliandi libertatem cum diuina prædestinatione à nemine, quem viderim, hucusque tradita, ideò satius hæc duxi paulo fusiùs explicare.* Hæc ibi in sui commendationem, non sine Augustini iniuria, Molina.

Testimonia Molinæ.

Ex quibus constant quatuor. Primum, Augustinum cum his, quæ docuerat contra hæresim Pelagianam, coniunctum censuisse prædestinationem æternam nõ fuisse secundum qualitatem vsus liberi arbitrij à Deo præuisi. Secundum, ideò ex Augustini doctrina plures ex fidelibus fuisse turbatos, & in Pelagianismum incidisse, quia mediante hac scientia efficaciam gratiæ, prædestinationis, ac scientiæ certitudinem cum nostra libertate non composuit. Tertium, Augustino modum istius conciliationis non fuisse propositum, & ideò illũ non fuisse amplexatum. Ac denique Molinam istius conciliationis primum fuisse inuentorem: ergo Augustinus absque ista scientia media, nostram libertatem cum efficacia gratiæ composuit, & consequentèr absque illa, dicta conciliatio subsistit; aliàs liceret non rectè de Augustini doctrina in materia de gratia, sentire, & vsque ad Molinam in hoc puncto cæcutisset Catholica Ecclesia, quo nihil absurdius.

4 *Ex illo euidenter prob. scientiam mediam latuisse Augustinum.*

Si forte dicatur, conciliationem istam non fuisse explanatam ab Augustino, & hoc docere Molinã, in illius tamen scriptis inhibitam contineri, & implicitam, & à Molinã, & Asseclis ex ipsius dictis explicatius traditam. In contrarium obstat argumentum factum, quod ita restauro: Augustinus non confusè, & implicitè, sed expressè, vt Ecclesiæ lumini, fulgentissimo ad hunc potissimum finem destinato à Deo, decebat, libertatem nostram cum efficacia gratiæ composuit; & tamen modum istum non expressit, vt fatentur hac solutione vtentes: ergo ad explicitam gratiæ conciliationem cum libertate arbitrij, expressio scientiæ mediæ necessaria non est; & consequentèr nec ad absolutam conciliationem necessaria est censenda.

5 *Si respondeatur. Excluditur in stando argumentũ.*

Secundo minor argumenti suadetur: nam iuxta Augustinum *lib. de gratia Christi, cap.* 47. & lib. 4. contra Iulianum cap. 8. *Ista quæstio, vbi de arbitrio voluntatis, & Dei gratia disputatur, ita est ad discernendum difficilis, vt quando defenditur liberum arbitrium, negari Dei gratia videatur; quando autem asseritur Dei gratia, liberum arbitrium putetur auferri*; verba sunt Augustini: quo circa fere sẽper, vt arbitrij libertatẽ; & simul Dei gratiã defẽderet, ad scientiæ altitudinẽ, ac iudicij Dei inscrutabilitatẽ cũ Paulo fugiebat: at iuxta aduersarios conciliatio ista mediante hac scientia, facilli-

6 *Secundo prob. minor ex Augustino.*

Digitized by Google

ma est, nec quando illa mediante, gratia defenditur, liberum arbitrium auferri, adhuc aparentèr putatur, nec ab insensatis hæreticis vnquam fuit visum: ergo Augustini conciliatio libertatis cum efficacia gratiæ, per hoc medium non est.

7 *Tertio.* Tertio, ex modo conciliandi libertatem cum efficacia gratiæ tradito ab Augustino plures ex fidelibus fuerunt turbati, quia Augustinus vocationem adstruebat secundum propositum, ex qua vocatione inferebãt, nostram libertatẽ euerti, & occasionem torporis, & negligentiæ hominibus dari, vt *in suis Epistolas* apertè testantur Hylarius, & Prosper, & de hoc ab Augustino petunt edoceri, quomodo scilicèt ex isto vocationis modo, occasio negligentiæ, vocatis non detur, nec desperationis, illis, qui ista vocatione vocati non sunt. Videatur Prosper *propè finem Epistolæ*, & Hylarius *paulò ante medium*, vbi hæreticorum nomine infert ex vocatione secundum propositum, & perseuerantiæ dono prout ab Augustino edocetur, inutilem exortationem fore, & correctionem; at hæc omnia ex efficacia gratiæ non ab intrinseco, sed ex sola præscientia consensus nostri præuisi, qualitèr a modernis adstruitur, nemo vnquam intulit ista inconuenientia, imò ad illa vitanda hunc conciliationis modum inuenerunt, eadem pro absurdis ex efficacia prout à Nobis traditur, inferendo, vt in illorum libris clarissimè cõstat: ergo conciliatio Augustini nõ est per scientiam mediam, sed qualitèr à Nobis adstruitur.

8 *Quarto.* Quarto probatur: nam iuxta Augustinum, efficacia in vocatione Dei oritur ex omnipotentissima potestate, qua magis habet voluntates hominum in sua potestate quam ipsi suas, ita habet, *lib. de correctione, & gratia, cap.* 14 at efficacia gratiæ ex præscietia, talis nõ est, siquidẽ voluntas in statu conditionato, ita pro suo nutu ad vnum se determinat, vt non sit in potestate Dei illam determinare ad oppositum: ergo longè distat à mente Augustini hoc efficaciæ genus.

9 *Quinto.* Quinto: nam iuxta hunc modum gratia, non sibi subijcit voluntatem humanã, sed potius voluntas hominis diuinæ gratiæ sibi parit opem, at iuxta Augustinum oppositum est asserendum, vt contra Massilienses primum docentes apertè testatur Prosper *in Epistola ad Augustinum propè finem*: ergo conciliatio libertatis nostræ cũ efficacia gratiæ non est per scientiam mediam ex mente Augustini. Probo maiorem nam iuxta aduersarios, gratia in statu conditionato non determinat voluntatem ad cõsensum, sed potius voluntas gratiam determinat: ergo ad minus in prædicto statu diuina gratia non sibi subijcit voluntatem, sed voluntas diuinæ gratiæ parit opem.

10 *Denique prob. minor.* Denique illa minor suadetur: nam efficacia gratiæ, talis est ex mente Augustini, vt denolentibus faciat volentes ita Augustinus expressè *lib.* 1. *contra duas Epistolas Pelagianorum, cap* 19. at concessa efficacia gratiæ ex sola præscientia media, non faceret homines de nolentibus volentes, sed de volentibus in statu conditionato, illos faceret volẽtes in statu absoluto: ergo ista efficacia, & modus conciliandi libertatem arbitrij cum illa, non est de mente Augustini, sed iuxta illum sine scientia media debet defendi nostra libertas simul cum efficacia gratiæ.

§. II.

Alijs argumentis probatur nostra sententia.

11 *Secundo principaliter probatur conclusio.* SEcundo principaliter suadetur conclusio: in statu conditionato, in quo obiectum scientiæ mediæ illã intelligitur antecedere, vtpotè cũ sit scientia speculatiua suum obiectum non faciens, sed præsupponens, præintelligitur efficax gratia: quandoquidẽ præsupponitur gratia cũ cõsensu cõiuncta, ac proinde habens effectũ, & tamen in illo statu illæsa manet arbitrij libertas: ergo ad conciliandam gratiæ efficaciam cũ libertate nostra, necessaria non est scientia media. Quo argumento conuictus est celebris nostro sæculo Doctissimus Magister Basilius vt prorsus cẽseret inutilem scientiam istam mediã pro conciliandis efficacia gratiæ, ac prædestinationis certitudine, cũ libertate arbitrij.

12 *Respõdet contrarij.* Respondet contrarij Auctores, in statu conditionato supponi, gratiam efficacem efficacia concomitanti, à consensu desũpta, non efficacia præuenienti, & antecedenti consensum, & hãc secũdã asserunt, libertatem destruere, nisi à scientia media dependeat, secus vero primã. Sed contra: efficacia gratiæ in statu conditionato nec dependet à consensu vt præuiso; siquidem omnem præuisionem præcedit, nisi velimus vsque in infinitum procedere inconditionatis præuisionibus, nec dependet ab illo vt conditionatim futuro: ergo est efficacia præueniens. Consequentia est bona. Antecedens autem pro secunda parte probatur: efficacia gratiæ respectu futuri absoluti nõ depẽdet ab illo, vt absolutè futuro, sed si dependet, est ab illo vt præuiso per scietiã vt sub cõditione futuro, vt cõtra Molinã, & Lesiũ fatẽtur Belarm. *lib.* 1. *de grat. & lib. arb. cap.* 12. Suar. *lib. de aux. cap.* 7.

In contrarium arguitur.

Digitized by Google

Vazq. *in hac 1. p. disp. 98. cap. 6.* & frequẽtius cæteri Recentiores ex eadem familia: ergo efficacia gratiæ in ſtatu conditionato nequit a conſenſu pendere, vt ſub conditione futuro.

13 *Cõtrario rum ſolutio.*

Reſpondent reſpectu futuri abſoluti duplicem diſtinguendam eſſe efficaciam in gratia, aliam præuenientem, & in actu primo, ex qua infallibiliter eſt futurus conſenſus, & iſtam independentem eſſe ab illo vt futuro abſolutè, dependere tamẽ ab illo vt præuiſo in ſtatu conditionato: alterã concomitantẽ, & in actu ſecundo, & hãc à conſenſu vt futuro abſolutè pendere, & ab illo deſumi: in ſtatu autem cõditionato ſolũ hanc ſecundã efficaciã eſſe concedẽdam in gratia, per quam libertas non lædi tur, quia non eſt antecedens, ſed conſequens libertatem.

14 *Reijcitur primo.*

Sed contra primo: nã ratio concedendi gratiæ in ſtatu abſoluto efficaciam præueniẽtẽ, & in actu primo, & nõ ſolũ illã, quæ à conſenſu deſumitur, ſcilicèt concomitãtẽ, eſt, quia aliàs conſentiens à nõ conſentiente per liberũ arbitriũ ſe diſcriminaret contra illud Pauli 1. ad Cor. 4. *Quis te diſcernit*, nec eſſe Dei miſerentis, ſed volentis, & currentis hominis, contra Paulũ *ad Rom. 9.* nec gratia efficaciſsimas vires voluntati præberet, cõtra Aug. *lib. de gratia, & lib. arb. cap. 16.* vt contra Molinam arguũt Belarm. & Suar. *vbi ſupra* relati, at hæc inconuenientia nõ minus ſequũtur ſi gratia in ſtatu cõditionato ſola efficacia concomitãti gaudeat, & nõ præuenienti: ergo vtrãq; debet habere, vel argumenti ineffica ciã fateri tenentur. Probo minorẽ: nã efficacia cõcomitans gratiæ à conſenſu deſũpta, vel ſufficit vt diſcretio principalitèr attribuatur Deo, vel non? Si primũ: ergo etiã ſi gratia in ſtatu abſoluto ſola gaudeat efficacia cõcomitanti, diſcretio cõſentientis à nõ conſentiente attribuetur Deo, eritque miſerẽtis Dei, non currentis, & volentis hominis. Si ſecundũ: ergo conceſſa gratiæ in ſtatu conditionato, ſola efficacia concomitãte, diſcretio in illo ſtatu nõ erit Deo, ſed libero arbitrio attribuẽda quod eſt inconueniens, aliàs in illo ſtatu liceret conſentienti adverſus non conſentientẽ inflari, & verificaretur in illo, non eſſe miſerẽtis Dei, ſed currentis, & volentis hominis, contra Paulum *loco allegato*.

15 *Secundo.*

Contra ſecundo: nã ab eiſdẽ cauſis vt futuris ſub cõditione dependet conſenſus in ſtatu conditionato, à quibus vt abſolute futuris depẽdet in ſtatu abſoluto: ergo ſi cõſenſus in ſtatu abſoluto depẽdet à gratia efficaci efficacia præuenienti, ab eadẽ vt ſub cõditione futura depẽdebit in ſtatu cõditionato. Quod amplius vrgetur: nã conditionatũ tranſit in abſolutũ purificata cõditione: ergo ſi cõſenſus eſt futurus ſub cõditione gratiæ ex ſe ſufficientis tantum, & à cõſenſũ redditæ efficacis, per hoc ſolũ, quod purificetur cõditio, nẽpè, quod cõcedatur gratia ex ſe ſufficiẽs, & efficax efficacia ex cõſenſu, erit abſolutè futurus; ac per conſequens, velint nolint, incident allegati Auctores in ſententiam Molinæ ab ipſis impugnatam.

16 *Cõtrariorum effugium.*

Sic arguebam olim contra quoſdam ex adverſarijs, publicè cum illis diſputans, qui reſpondebant conſenſũ ab intrinſeco, & ex natura rei ſolũ pendere à gratia efficaci efficacia effectiua, & iſtã in quocumque ſtatu, ſiue abſoluto, ſiue conditionato, per ſe poſtulare, efficacia autem infallibilitatis, qua gaudet in ſtatu abſoluto, prout in actu primo præuenit conſenſum, non exigitur à conſenſu abſolute futuro ex dependentia intrinſeca, ſeu ex propria natura, ſed ne Deus cæco, & ignoranti modo procedat decernens vocare abſque certa ſcientia euentus futuri: vnde ſi per impoſſibile Deus ſuum generalem concurſum offerret omnibus in ordine gratiæ abſque præuiſione conſenſus finalis in ſtatu conditionato, ſtare poſſet, & de facto eueniret, vt alter finalem ageret pœnitentiam, & ſaluaretur, & alius illam non ageret, & ſubiret damnationem æternam.

17 *Excluditur primo*

Cæterum hæc ſolutio ſuſtineri nequit à Belarmino, Suarez, Vazquez, & alijs, qui ad hoc deſiderant efficaciam infallibilitatis præuenientem in gratia, vt diſcretio conſentientis à non conſentiente refunda tur in Deum, & non in arbitrium creatũ: at quod Deus cæco, vel nõ cæco modo procedat, niſi cauſalitas ſpecialis in conſenſũ ſe explicet, diſcretionẽ non ponit; cũ hæc eſſe debeat per cauſalitatem, quam nõ immutat cæcitas, aut ſcientia gratiã impertientis: ergo ſi ex hoc capite ſolum exigatur, non ſaluatur diſcretio ad quam conſtituitur. Et cõfirmatur: nã etiã in caſu, quo Deus abſque conditionata præſcientia ſuũ offerret generalẽ concurſũ, deberet diſcretio conſequentis ſalutẽ à non conſequente, in diuinam gratiam refundi; & tamen iuxta hanc ſolutionem non gauderet in prædicto caſu efficacia infallibilitatis, vt præueniens conſenſũ: ergo dicta efficacia non deſideratur vt diſcretio refundatur in Deum, cuius contrarium docent præallegati Auctores contra Molinam.

18 *Secundo.*

Deinde reijcitur: nã ſequitur ex hac ſolutione, prædeſtinationem prout eſt ſpecialis prouidentia, non gaudere certitudine ordinis, ſeu cauſalitatis, ſed ſolius præſciẽtiæ, contra D. Tho. *in hac prima parte, quæſtione 23, articulo 6. & quæſtione 6.*

de

de veritate, articulo 3. & contra communem Theologorum sententiam. Pater sequela: nam eatenus prædestinatio est prouidentia especialis quatenus præparat beneficia gratiæ infallibiliter cũ fine connexa, vt constat ex diffinitione Augustini, scilicèt: *Prædestinatio est præscientia, & præparatio beneficiorum Dei, quibus certissimè liberantur, quicumque liberantur*, at hęc beneficia prout infallibiliter cum cõsensu connexa, nullam causalitatem exercent in cõsensum, quam absque tali infallibilitate non exercerent; siquidem ab illis prout sic non dependet consensus: ergo prout sunt effectus prædestinationis, prout a generali prouidentia distinctæ, non causant consensum; & consequenter, nec prædestinatio prout sic, causalitate aliqua in consensum gaudebit.

19 *Tertio.* Tertio reijcitur: nam sequitur ex hac solutione sine magno perseuerantiæ dono, posse hominem adipisci æternam salutẽ, cuius contrarium à Concilio Tridentino diffinitum habemus. Probo sequelam: nã specialitas doni perseuerantiæ consistit in medijs efficacibus efficacia infallibilitatis coniungentibus gratiam cum morte; at iuxta hanc solutionem sine ista efficacia mediorum potest absolutem homo saluari: ergo sine magno perseuerantiæ dono, potest æternam adipisci salutem.

20 *Deniq; reijcitur.* Denique traditam solutionem reijcio: nam in statu cõditionato supponitur gratia cum consensu coniuncta mediante diuino concursu futuro sub conditione, vt fatentur Auctores contrarij, & hoc absque vlla cæcitate, aut ignorantia Dei suam impertientis gratiam, & dantis suum simultaneum concursum: ergo nec vt Deus absolutè decernat gratiam conferre absque omni ignorantia, & simultaneè cum creata voluntate concurrere, ista scientia requiritur. Pater hæc consequentia: nam status conditionatus non dependet a scientia media, cum sit eius obiectum: & tamen in illo absque vlla ignorantia importatur diuina gratia cum consensu coniuncta, & concursus Dei simultaneus: ergo etiam in statu absoluto omnis ingnorantia absque illa à Dei prouidentia excludetur.

21 *Tertio suadetur conclusio.* Tertio principaliter suadetur cõclusio: si esset necessaria hæc scientia ad conciliãdam efficaciam gratiæ cum libertate arbitrij, maximè, quia efficacia intrinseca gratiæ ab illa independens, non esset consequens nostram libertatem, sed illam antecedens, & cõsequenter illam destrueret; at hæc ratio est nulla: ergo scientia media ad conciliandam gratiæ efficaciam cum nostra libertate necessaria non est. Probo minorem: esto efficacia gratię consequatur libertatem nostram in statu conditionatõ, vt contendunt contrarij Auctores; non tamen est consequens illam vt futuram absolutè; & tamen consensus noster vt absolutè futurus, est liber: ergo efficacia non consequens, sed antecedens, stat cũ libertate consensus. Minor cum consequẽtia tenet. Maior autem probatur: eatenus efficacia gratiæ nostram libertatem consequitur, quatenus libertas nostra est obiectum scientiæ conditionatæ; at non est obiectum illius vt futura absolutè, sed solum vt futura sub conditione: ergo efficacia gratiæ non est consequens ad libertatẽ nostri consensus vt absolutè futuram, sed solum vt futuram sub conditione, adhuc iuxta aduersariorum principia.

22 *Denique suadetur conclusio.* Denique conclusionẽ ostendo ratione à priori: efficacia inferens, & causans libertatẽ consensus, nõ potest eius libertatẽ destruere; at efficacia intrinseca gratiæ præuenientis à scientia media independẽs, causat, & infere libertatem cõsensus: ergo illã non destruit, sed illã simul cõpatitur, & consequenter vt stent simul efficacia gratiæ, & libertas arbitrij, sciẽtia media necessaria non est. Maior cũ consequẽtia tenet. Minor autem probatur: efficacia gratiæ est effectus efficaciæ voluntatis diuinæ, at sũma efficacia voluntatis diuinæ ex poscit vt non solũ inferat substantiã consensus, verũ etiã modũ libertatis illius, quando vult vt fiat, & vt liberè fiat: ergo efficacia gratiæ, quæ est effectus illius non solum infert, & causat consensum qnoad substantiam, sed etiam quoad modum libertatis.

23 *Ratione ifiavtitur D. Tho.* Qua ratione vsus est D. Thom. vt efficaciam gratię cum nostra libertate conciliet. 1. *p. q.* 19. *art.* 8. & pluribus alijs in locis relatis *supra disp.* 36. §. 3. ex Anselmo *lib. de concordia præscientiæ, prædestinationis, & gratiæ cum libero arbitrio cap.* 1. illis verbis: *Quoniam quod Deus vult, non potest non esse, cum vult hominis voluntatem nulla cogi, vel prohiberi necessitate ad volendũ, vel ad non volendum, & vult effectum sequi voluntatem; tunc necessè est esse, liberam, & esse quod vult.*

24 *Et D. Augustinus.* Eadem ratione vsus est Augustinus *lib. de correctione, & gratia, cap.* 8. illis verbis: *Quando rogaui: ergo (scilicèt Christus) ne fides eius deficeret (scilicèt Petri) quid aliud rogauit, nisi vt haberet in fide liberrimam, fortissimam, inuictissimam, perseuerantissimam voluntatem? Ecce quem ad modũ secundũ gratiã Dei, non contra eã, libertas defenditur voluntatis, voluntas quippè humana nõ libertate cõsequitur gratiã, sed gratia potius libertatẽ, & vt perseueret delectabilem perpetuitatem, & insuperabilem fortitudinem.* Ecce vbi Augustinus libertatem componit cum

gratia efficaci, quia Christus orans pro fide Petri, petit in fide liberrimam voluntatem. Et cap 14. illis verbis: *Magis habet Deus in potestate sua voluntatis hominum, quam ipsi sua*: ergo sicut homines non lædunt propriam libertatem; ita potestas Dei, in qua magis quam in propria continentur, non potest sua efficacia lædere voluntatis hominis libertatem.

25 *Contrariorū effugium.* Respondent oppositi Auctores, implicare omnino, quod Deus ex se, & absque præuisione conditionata determinationis voluntatis nostræ, velit efficaciter fieri consensum, & libere fieri, quia hoc ipso, quod ex se efficaciter velit, necessum est, quod fiat; & cōsequēter nequit libere fieri.

Excluditur primo Sed contra primo: nam Anselmus vtrūque concordat, & quod sit necessārium quod fiat, & quod liberè fiat, vt ex illius verbis manifestè constat: ergo ex eo quod sit necessārium, nō sequitur nō esse liberum.

26 *Secundo.* Contra secundo: nam id ex quo arguitur maior efficacia, non potest non cum summa efficacia componi; at ex hoc, quod consensus fiat infallibiliter, & infallibiliter liberè fiat, maior efficacia in diuina voluntate colligitur: ergo libertas consensus futuri infallibiliter, cum summa efficacia cōponitur, & ab illa causatur. Probo minorem: etenim maior est efficacia, quæ valet ad substantiam & modum effectus, quam illa, quæ solum attingit substantiam illius; at ex hoc, quod consensus infallibiliter liberè fiat, arguitur in voluntate Dei efficacia attingens, & inferens, non solam substantiam consensus, verum etiam modum illius: ergo ex infallibilitate libertatis consensus futuri, arguitur maior efficacia voluntatis diuinæ; ac proinde cum illa componitur.

27 *Tertio.* Tertio: nam eo ipso quod aliquid connotet ex parte obiecti libertatem, etiam si infallibiliter inferat illud, nec in nostra sit potestate, libertatem non destruit, sed arguit: ergo quamuis ex efficacia voluntatis diuinæ infallibiliter inferatur consensus, & talis efficacia nostram libertatem non consequatur, dummodo illius obiectum sit consensus, & illius libertas, hæc non destruitur, sed potius firmatur. Antecedens, in quo est difficultas, in hunc modū ostendo: supposita Christi impeccabilitate, præceptum de morte subeunda infallibiliter infert in illo voluntatem moriendi, & tale præceptum in voluntate Christi non fuit, & tamen quia præceptum connotat ex parte materiæ libertatem in actu, non destruxit illam in Christo: ergo verum est antecedens. Scio plures ex Recentioribus Nobis aduersantibus, præceptum moriendi subordinate Christi voluntati, nec aliter libertatem Christi intelligere valent: alios confugere ad hoc, quod mors non fuit illi præcepta quoad omnes circunstantias intensiones, loci, & motiui: alios ad hoc, quod præcepti conseruatio fuit dependens à Christi voluntate. De quo 3. *p. Disput. 49. num 14. & seqq.* Sed Nobis sufficiat Patrem Suarez inter professores scientiæ mediæ doctissimum modò explicato absque assignatis effugijs, libertatem Christi in moriendo cum præcepto, & illius impeccabilitate componere, vt argumentum nostrum suo robore gaudeat, quidquid alij velint, quod non minoribus difficultatibus subest; vt *allegato in loco* potest apud Recentiores videri. Nosque ibi satis monstrauimus.

§. III.

Argumentis in contrarium occurritur.

28 *Primum cui initiatur cōtrarias sentētia, explicatur.* PLura aduersus resolutionem nostram opponunt contrarij Auctores: omnium tamen efficacia ad hoc vnum reducitur, quod efficacia gratiæ à nostra voluntate independens, & ab illa ineuitabilis, reddit ineuitabilem actum, & consequenter non liberum: eo autem ipso quod efficacia gratiæ euitabilis sit à voluntate nostra, & illi quoad non esse subijciatur, debet esse consequens nostram libertatē, & consensum eius supponere; cumque nequeat supponi vt absolutè futurus, præsupponi debet vt futurus sub conditione, & præuisus prout sic, quod fit per scientia mediam: ex quo per bonam consequentiam deducunt eius necessitatem pro conciliāda efficacia gratiæ cum libertate arbitrij.

29 *Assumptū ostendunt Primo.* Assumptum autem ostendunt sic primo: vt voluntas consentiat liberè, debet habere potentiam ad non esse consensus; at nō stat habere potentiam ad non esse consensus, quin habeat potentiam ad non esse gratiæ sub ratione efficacis: ergo nisi gratiæ efficacia voluntati nostræ quoad non esse subdatur, & ab illa sit euitabilis, non stat non esse actus in illius potestate contineri; & consequenter ineuitabilitas efficaciæ gratiæ inferet euidenter ineuitabilitatem consensus, & illius necessitatē. Vtraque consequentia cum maiori tenet. Minor autem probatur: non stat potentia in voluntate nostra ad negationem consensus, quin in illa detur potentia ad negationem alicuius prædicati essentialis, gratiæ sub ratione efficacis; at non stat potentia ad tollendum aliquod prædicatum essentiale gratiæ sub ratione efficacis, sine potentia ad negationem efficaciæ gratiæ: ergo non stat potentia ad negationē actus, absque potentia ad destructionem efficaciæ

Digitized by Google

ciæ gratiæ. Minor cum consequentia tenet. Maior autem probatur: coniunctio cum actu est essentialis gratiæ sub ratione efficacis; at potentia ad negationem actus non stat absque potentia ad destructionem coniunctionis gratiæ cum illo: qui enim destruit extremum coniunctionis, & alterius extremi coniunctionem cum illo, necessario destruit: ergo non stat potentia in voluntate nostra ad negationem actus, quin habeat potentiam ad destructionem alicuius prædicati essentialis gratiæ sub ratione efficacis.

30 *Secundo idem assumptum probatur.*

Secundo principale assumptum probatur: qui potest destruere terminum respectus transcendentalis, potest etiam ipsum transcendentalem respectum destruere; at gratia prout efficax essentialem respectum dicit ad actum vt de facto existentem: ergo voluntas potens destruere existentiam actus, potest respectum efficaci gratiæ essentialem destruere, & è conuerso, si efficacia gratiæ à nostra voluntate sit inauferibilis, nec existentia actus, quem respicit, destruibilis erit; & cõsequenter nõ erit liber. Minor cum consequentia tenet. Maior autem probatur discurrendo per alios respectus: qui namque terminum ab actione inspectu destruere potest, & actionem, illum respicientem valet destruere: qui potest destruere subiectum essentialiter inspectum ab aliquo modo, modi etiam destructionẽ in sua continet potestate: qui potest destruere obiectum potentiæ, potest etiam potentiam destruere: imò & quod magis est, si quis posset posibilitatem alicuius creaturæ destruere, cum qua omnipotentia connectitur omnipotentiam Dei valeret destruere: ergo vera est maior facti discursus.

31 *Tertio probant.*

Tertio: voluntas efficaciter præmota ad amorem, est potens omittere illum; at non potest omittere coniungendo omissionem cum præmotione, quatenus efficaci, cum sit implicatoria talis coniunctio: ergo est potens ponere omissionem amoris cum negatione efficaciæ præmotionis. Patet hæc consequentia: quia non est posibilis omisio amoris, nisi vel vt coniungenda cum præmotione efficaci, vel vt coniungenda cum eius negatione. Tunc vltra; sed nisi posit ponere negationem præmotionis vt efficacis, non poterit componere omisionem cum tali negatione: ergo vt potentiam liberam habeat ad omisionem, debet habere potentiam ad euitandam præmotionis efficaciam. Patet hæc minor: nam posse componere omisionem amoris cum negatione efficacis præmotionis, est posse ponere vtrumque.

32 Denique id probant: nam omnis necessitas ad actum liberum est consequens ipsum, etsi antecedens sit, destruit libertatem illius; at efficacia gratiæ est quædam necessitas ad actum liberum: ergo non est antecedens, sed consequens; ac proinde voluntati nostræ quoad non esse subijcitur, estque ab illa euitabilis. Consequentia tenet. Minor videtur certa: nam efficacia gratiæ necessariò connectitur cum existentia actus liberi; cum hæc propositio necessaria sit, *si voluntas efficaciter mouetur ad actum, ille erit*: ergo efficacia gratiæ est quædam necessitas ad actum liberum. Maior autem probatur ex Anselmo *libro de concordia prædestinationis præscientiæ prædestinationis, & gratiæ cum libero arbitrio*, Illis verbis, quæ in cap. 1. eiusdem libri habentur. *Cum dico, si præscitur aliquid; necesse est illud esse futurum, idem est ac si dicam, si erit, ex necessitate erit, scilicèt, hæc necessitas non cogit, aut prohibet aliquid esse, aut non esse: ideò enim, quia ponuntur res esse, dicuntur ex necessitate esse, aut quia ponuntur non esse, affirmantur non esse ex necessitate, non quia necessitet, aut prohibeat rem esse, aut non esse: nam cum dico, si erit, ex necessitate erit, hic sequitur necessitas, quæ rei positionem non præcedit, idem valet si sic pronuncietur, quod erit, ex necessitate erit: non enim aliud significat hic necessitas, nisi quod erit, non poterit simul non esse.* *Denique id probat*

Ex quibus verbis, supposito idem esse iudicium de necessitate ex præscientia, ac de necessitate ex efficaci gratia, sic probatur maior facti discursus primo: quia apud Anselmum necessitas, quæ rem præcedit, & facit, libertatem euertit: ergo omnis necessitas ad actum liberum non est præcedens, sed consequens ipsum. Secundo: necessitas ad actum liberum, est necessitas, quæ sequitur rem, nempè illa, qua ex suppositione quod aliquid sit, necesse est ipsum esse; at hæc est necessitas consequens: ergo omnis necessitas ad actum liberum est necessitas consequens.

33 *Ex verbis Anselmi sic inferunt.*

Hæc tamen non vrgent: & in primis, assumptum, quod probant menti Angelici Doctoris apertè contradicit *infra quæstione 19. articulo octauo*, vbi secundo loco sit arguit: *Omnis causa, quæ non potest impediri, ex necessitate suum effectum producit; sed voluntas Dei non potest impediri: ergo rebus volitis necessitatem imponit.* Cui argumento respondet Diuus Thomas his verbis: *Dicendum, quod ex hoc ipso, quod nihil voluntati diuinæ resistit, sequitur, quod non solum fiant ea, quæ Deus vult fieri, sed quod fiant contingenter, vel necessario, quæ sic fieri vult.*

34 *Assumptũ cui contrarij nituntur. Angelico Doctori aduersatur expresè.*

Quo

Digitized by Google

Quo nihil expressius asseri potuit contra assumptum contrariorum: nam cum minor argumenti asserat, voluntatem efficacem Dei à nobis impediri non posse, illam Diuus Thomas non negat, sed ea concessa, argumentum diluit; imò inuitabilitatem voluntatis diuinæ pro fundamẽto suæ solutionis assumit, cuius oppositum, nempè, euitabilitatem illius sentiunt contrarij Auctores, vt suæ doctrinæ vnicum fundamentum.

35 *Ad 1. assumpti prob.* Igitur ad primum argumentum, quo probant assumptum, concessa maiori, nego minorem: ad eius probationem, nego maiorem, ad cuius probationem, concessa maiori, distinguenda est minor: potentia ad non esse actus ex suppositione existentiæ gratiæ efficacis, cum illo coniunctæ, & compositiuè cum hac suppositione, non stat absque potentia ad destructionem talis coniunctionis, concedo minorem: potentia ad negationem actus secundum se acceptam, non stat absque potentia ad non esse talis coniunctionis, nego minorem, & nego consequentiam.

36 *Ad secundum.* Et ex hoc ad secundum argumentum, concessa maiori, & minori, distinguendũ est consequens: si sit potentia ad destructionem actus ex suppositione quod sit, & cõpositiuè cum hac suppositione, concedo consequentiam: si sit potentia ad destructionem actus secundum se, & diuisiuè ab hac suppositione, nego consequentiam. Itaque sicut potentia ad odium, quam habet voluntas pro instanti, quo amat, non arguit potentiam ad coniungendum odiũ cum amore, quia non est potentia ad odiũ vt coniungendum cum hac suppositione, nempè cum amore supposito, quæ suppositio accidentaliter conuenit voluntati, & odio etiam accidit, quod cum amore coniungendum esset, si in illo instanti fieret, sed est potentia ad odium secundũ ea quæ sibi sunt essentialia: ita similiter potentia, quam habet ad negationem amoris in instanti quo amat, non est potẽtia ad destructionem coniunctionis gratiæ cum amore, seu respectus transcendentalis, quem dicit ad illum, quia non est potentia ad talem negationem ponendam, seu componendam cum hac suppositione, scilicèt, coniunctionis gratiæ cum amore, seu respectus, quem ad amorem dicit, sed est potentia ad talem negationem secundum se acceptam, & secundum ea quæ sibi sunt essentialia.

37 *Sed dices* Sed dices: potentia ad destructionem amoris v. c. non est sola potentia ad non esse illius negatione secundum se accepta, sed est potentia ad non esse amoris suppositione facta, quod sit, at amor ex suppositione quod sit, est terminus respectus transcendentalis essentialis gratiæ efficacis, quæ etiam supponitur: ergo est potentia ad destructionem termini respectus transcendentalis, qui essentialitèr conuenit gratiæ, & consequenter destructiua gratiæ sub ratione efficacis.

38 *Respondetur.* Respondeo, distinguendo maiorem: est potentia ad non esse amoris ex suppositione quod sit, negatione coniungenda cum hac suppositione pro eodem instanti, nego maiorem: negatione præscindente ab hac coniunctione, cõcedo maiorem, & distinguo minorem: est terminus prædicti respectus pro instanti, quo est amor concedo minorem: est terminus illius respectus secundum se, & pro omni instanti, nego minorem, & nego consequentiam. Itaque gratia efficax non dicit essentialem respectum ad amoris existentiam pro omni instanti, sed solum pro illo, quo durat, & perseuerat amor, quo circa præmotio ad amorem pro instanti *B*, non connectitur essentialiter cum amore pro instanti sequenti, ac proinde nec cum amore secundum se: in nostra autem voluntate, & si detur potentia ad non esse amoris in instanti, quo amat, non tamen ad negationem istam, vt in hoc instanti ponendam, secundum quod hoc instans mensurat existentiam amoris, & præmotionis connexæ cum illo, sed ad talem negationem ponendam in hoc instanti, vt mensurante voluntatem secundũ se: vnde non est potentia in illa ad destructionem amoris prout terminus est *reduplicatiuè* respectus, quem essentialiter ad illum dicit efficax gratia.

39 *Instabis.* Sed instabis adhuc; amor ex suppositione quod sit, non potest destrui, nisi destructa gratia prout efficaci: ergo voluntas nequit habere potentiam destructiuam illius, nisi gaudeat potentia destructiua gratiæ efficacis prout efficax est.

Respond. Respondeo, concesso antecedenti, distinguendo consequens: potentiam destructiuam omnis ordinis, & independentem, concedo consequentiam: ordinis agentis secundi dependentis à primo, nego consequentiam. Itaque sicut diximus *disputatione* 36. §. 5. *num.* 128. dari in voluntate potentiam causatiuam actus absque potentia causatiua physicæ præmotionis, etiam si hæc essentialitèr requiratur ad causatũ, quia non est potentia omnis ordinis, sed agentis secundi subordinati primo, de cuius ratione non est quod possit in omnia requisita ad effectum: ita in præsenti dicimus dari in voluntate nostra potẽtiam destructiuam amoris ex suppositione existẽtiæ gratiæ efficacis, absque potẽtia destructiua gratiæ efficacis, etiam si istius destructio

Digitized by Google

tio ad amoris destructionem desideretur, quia est vis destructiua, non omnis ordinis, sed agentis secundi, de cuius conceptu non est posse destruere omnia, quorum non esse exigitur vt destruatur amor. Et quidem hæc omnia instari possunt vt *supra* in concursu simultaneo Dei, cuius non esse exigitur ad destructionem amoris, & in nostra potestate non continetur, & tamen destructio amoris in nostra est potestate.

40 *Ad 3. argumentũ.* Ad tertium argumentum, concessa maiori, & minori, nego consequentiam: quia vltra illas duas considerationes, datur alia, scilicèt possibilitas negationis amoris secundum se acceptæ, & ad illam prout sic datur potẽtia involũtate creata; ac proinde est potẽs ad eã, nõ in sensu cõposito, sed in sensu diuiso, nõ diuisione accepta positiue, sed negatiue. De quo plura dicemus *infra Tract. de voluntate Dei, art.* 8. Ad vltimum argumentum, distinguo maiorem: debet esse consequens ipsum formalitèr, aut æquiualenter, concedo maiorem: semper formalitèr, nego maiorem: & cõcessa minori, nego consequentiam, vel distinguatur consequens eodem modo: consequi libertatem nostram formalitèr est formalitèr illam suppenere, consequi ipsam æquiualenter, est consequi ad aliquid, quod nostram voluntatem infert, & causat: & quia necessitas infallibilitatis, quam habet præmotio respectu consensus, connotat, causat, & infert libertatem illius, necessitas, quæ oritur ex illa, est æquiualenter consequens nostram libertatem. Quæ solutio fundamentum accipit ex D. Thoma *infra quæst.* 19. *art.* 8. *ad* 3. illis verbis: *Posteriora habent necessitatem à posterioribus secundum modum priorum: vnde & ea, quæ fiunt à voluntate diuina, talem necessitatem habent, qualem Deus vult ea habere, vel absolutam, vel conditionalem tantum: & sic non omnia fiunt necessario absolutè.* Et sic interpretandus venit Anselmus. Videatur noster Albelda *disp.* 57. *sect.* 3. *num.* 54. vbi clarè ostendit Anselmum à nostra esse sententia.

§. Vltimus:
Corollaria præcedentis doctrinæ.

41 *Primum corollarium ex dictis. Prob. efficaci arg.* EX dictis in præcedentibus colligo primo, assertores scientiæ mediæ, teneri negare Deo summam, supremamque libertatem in prædiffiniendo efficacitèr. Quod probo: nam impedibile ad prædiffiniendum ab aliquo creaturæ libero, & sibi non libero, summè liberum in prædiffiniendo non est; sed iuxta assertores scientiæ mediæ Deus est impedibilis ad efficacitèr prædiffiniendum ab aliquo liberò creaturæ, & sibi non libero: ergo fateri tenentur, Deum summè liberum non esse in prædiffiniendo efficacitèr. Consequutio est euidens. Præmissæ autem indigent probatione. Maior probatur: nam indifferentiæ ad opposita extrema, in qua libertas consistit, non minus opponitur necessitabilitas, quam impedibilitas ad aliquid efficiendũ, v. g. libertati mei brachij, vt moueatur, non minus opponitur necessitas ab extrinseco ad motum, quam impedimentum ab extrinseco ad illum; sed necessitabile ad prædiffiniendum ab aliquo libero creaturæ, & sibi non libero, summè liberum in prædiffiniendo non esset: ergo impedibile ad prædiffiniendum ab aliquo libero creaturæ, & sibi non libero, summè liberum in prædiffiniendo non est.

42 Minor etiam suadetur: supposita scientia negationis consensus liberi voluntatis creatæ in statu conditionato, necessitatur Deus ad non prædiffiniendum illum; cum scientia consensus in statu conditionato, indispensabiliter requiratur, iuxta illius professores, vt Deus efficaciter prædiffiniat, imò & vt possit proximè prædiffinire; sed scientia negationis consensus in statu conditionato, est libera creaturæ, & non libera Deo: ergo Deus est impedibilis ad prædiffiniendum efficacitèr consensum liberum voluntatis creatæ ab aliquo libero creaturæ, & sibi non libero.

43 *Cõfirm.* 3. Explicatur, & vrgetur primo: scientia media consensus liberi voluntatis creatæ constituit Deum proximè, & cõpletè potentem illum prædiffinire efficacitèr: ergo carentia prædictæ scientiæ redditur impotens illum prædiffinire; sed carentia scientiæ mediæ non est Deo libera, benè tamen creaturæ: ergo redditur impotens proximè ad diffiniendum; & consequentèr necessitatus ad non prædiffiniendum cõsensum liberum voluntatis creatæ per aliquid liberum creaturæ, & non liberum sibi; & consequentèr summè liber in prædiffiniẽdo non est. Prima consequentia est euidẽs: quod enim ab aliqua forma præstatur, per illius carentiam, aut negationem excluditur: ergo si scientia media constituit Deũ proximè potentem prædiffinire efficacitèr, per illius carentiam excluditur hæc potentia. Minor subsumpta est nota: vt enim aduersarij docent, scientia media est libera creaturæ, & non libera Deo: ergo etiam carentia illius. Cõsequẽtia subillata probatione non indiget. Antecedens autem probatur: vt enim Auctores oppositi docent, scientia media est necessaria in Deo vt regulet voluntatem diuinam ad prædiffiniendum efficaciter actum liberũ vo-

voluntatis creatæ; ſed cognitio regulans actum voluntatis complet voluntatem vt ſit potens proximè ad illum: ergo ſcientia media conſenſus liberi voluntatis creatæ conſtituit voluntatem diuinam potentem proximè ad illum efficacitèr prædiffiniendum.

44 *Cõfirm. 2* Explicatur, & vrgetur ſecundo: prædiffiniens actum dependentèr ab aliquo ſibi non libero non eſt perfectè, & conſequentèr nec ſummè liber in prædiffiniendo; ſed iuxta Auctores oppoſitos, Deus in prædiffiniendo efficacitèr conſenſum liberum voluntatis creatæ dependet à ſcientia media, quæ Deo libera non eſt: ego in prædiffiniendo efficacitèr, ſummè liber non eſt. Maior probatur: efficiens aliquam entitatem dependentèr ab aliquo præſuppoſito, à ſe non effecto, non eſt perfectè liber in efficiendo: ergo prædiffiniens dependenter ab aliquo ſibi non libero, ſummè, & perfectè liber in prædiffiniendo non eſt.

45 *Tollitur à Deo infinitas in prædiffiniendo.* Secundo ex eadem doctrina colligitur, Deum non eſſe infinitum in prædiffiniendo. Quod probo: nam accipiens ab alio vim proximam ad prædiffiniendum, non eſt in prædiffiniendo infinitum; ſed Deus accipit à creatura vim proximam ad prædiffiniendum, in principijs ſcientiæ mediç: ergo non eſt in prædiffiniendo infinitus. Conſequentia tenet. Maior eſt certa: infinito namque per eſſentiam repugnat ab alio accipere vim ad aliquid efficiendum, quo circa Deus infinitus in intelligendo non eſſet, ſi ab alio acciperet vim proximam ad intelligendum, nec eſſet in efficiendo infinitus, ſi ab alio acciperet vim proximam ad efficiendum: ergo accipiens ab alio vim proximam ad prædiffiniendum, non eſt in prædiffiniendo infinitus. Maior autem probatur: Deus namque conſtituitur potens proximè prædiffinire conſenſum liberum voluntatis creatæ perſcientiam illius in ſtatu conditionato, nec aliter poſſe illum prædiffinire efficacitèr, ſalua illius libertate, eſt inter ſcientiæ mediæ profeſſores quaſi principium; ſed ſcientia conſenſus liberi voluntatis creatæ in ſtatu conditionato non conuenit Deo à ſe, aliàs eſſet Deo libera, ſed illam accipit à creatura, cui eſt libera ſcientia media: ergo vis proximè, & complete prædiffinitiua conſenſus liberi voluntatis creatæ, non conuenit Deo à ſe, ſed illam accipit à creatura.

46 *Suprema in efficiẽdo libertas deſtruitur. 1. p. prob.* Tertio colligitur, Deum non eſſe ſummè liberum in efficiendo, nec primam cauſam conſenſus liberi voluntatis creatæ iuxta ſcientiæ mediæ principia. Primũ probatur ex dictis: impedibile ad aliquid efficiendum ab aliquo libero creaturæ, & non libero ſibi: non eſt ſummè liberum in efficiendo; ſed in principijs ſcientiæ mediç Deus eſt impedibilis ad aliquid efficiendum ab aliquo libero creaturæ, & ſibi non libero: ergo ſummè liber in efficiendo non eſt. Conſequentia tenet. Maior conſtat paritate *ſupra* facta: etenim neceſſitabile ad aliquid efficiendum ab aliquo creaturæ libero, & ſibi non libero, ſummè liberum in efficiendo non eſt: vnde ſi Deus poſſet neceſſitari à creatura ad aliquem effectum cauſandum, ſummè liber in efficiendo non eſſet; ſed non minus opponitur libertati impedibilitas, quam neceſſitabilitas ab aliquo extrinſeco: ergo impedibile ad efficiendum ab aliquo creaturæ libero, & ſibi non libero, ſummè liber in efficiendo non eſt.

Et ex his probatur ſecundum, quod nempè in eiſdem principijs, Deus non ſit prima cauſa conſenſus liberi voluntatis creatæ: nam de ratione primæ cauſæ eſt ſumma, & ſuprema libertas in efficiendo: ergo ablata ſumma libertate à Deo reſpectu conſenſus liberi voluntatis creatæ, ratio primæ cauſæ deſtruitur. 47 *Tollitur ratio primæ cauſæ à Deo. Prob. 1.*

Deinde: nam de ratione primæ cauſæ eſt ſumma in efficiendo efficacia; ſed impedibile ad aliquid efficiendum ab aliquo à ſe diſtincto, ſummè efficax in efficiendo non eſt: ergo prima cauſa eſſe nequit; at in ordine ad conſenſum liberum voluntatis creatæ eſt Deus impedibilis ad illius efficientiam ab aliquo à ſe diſtincto, nempè a voluntate creata, vt non conſentiente, vel poſitiuè diſſentiente in ſtatu conditionato: ergo prima cauſa, talis conſenſus non eſt. *Secundo.*

Præterea id ipſum ex alio principio probatur: nam effectus magis dependens à cretura, quam à Deo, non eſt à Deo vt à prima cauſa; ſed in principijs ſcientiæ mediæ, magis dependet conſenſus liber à voluntate creata, quam à Deo, & à voluntate diuina: ergo in illis, Deus non eſt cauſa prima conſenſus liberi voluntatis creatæ. Maior cum conſequentia tenet. Minor autem probatur: vnum enim ex principijs, cui innititur ſcientia media, eſt, quod Deus non concurrit cum voluntate creata in ordine ad actum liberum concurſu determinato, ſed indifferenti vt à Deo, & ab ipſa determinando; at ex hoc infertur magis à voluntate creata, quam à Deo dependere: ergo in principijs ſcientiæ mediæ, actus liberi voluntatis creatæ magis dependent ab ipſa, quam à Deo, & illius voluntate. Maior eſt certa. Conſequentia bona: & minor probatur: etenim in hac ſententia, actus liber dependet à Deo, & à voluntate creata, vt concurrentibus ſimul, taliter, quod ſine vtriuſque concurſu 48 *Tertio.*

Digitized by Google

si non potest extra causas existere ; & alias dependet a concursu voluntatis creatæ , vt determinante concursum omnipotentiæ diuinæ : ergo magis a voluntate creata , quam à Deo , & illius omnipotentia dependet.

49 *Destruitur Prouidentia diuina.*

Quarto infertur , Deum non esse summè prouidum , illiusque prouidentiam vniuersalem non esse. Quod probo : nam de ratione vniuersalis prouisoris est , vt nihil præsupponat ad effectus a se prouidendos , quod sub illius prouidentia non cadat ; sed in principijs scientiæ mediæ aliquid ad effectus a Deo prouidendos supponitur , quod sub Dei prouidentia non cadit : ergo in illis , Deus summè prouidus non est , nec prouisor vniuersalis. Consequentia tenet. Maior constat paritate efficientis vniuersalis , de cuius conceptu est vt nihil ad effectus à se efficiendos supponat , quod sub illius efficientia non cadat , nec Deus vniuersalis causa esse posset , si aliquid à se non dependens ad effectus à se efficiendos supponeret : ergo pariter vniuersalis prouisor non erit si aliquid à se non prouidum supponat ad prouidendum. Minor autem probatur : nam in principijs scientiæ mediæ , non potest Deus de consensu libero voluntatis creatæ efficaciter disponere , & consequenter scire de illo potest prouidere , nisi illum in statu conditionato à se scitum præsupponat ; sed prout in illo statu terminans scientiam diuinam , sub Dei prouidentia non cadit ; cum Deo liber non sit , alias ipsi esset libera scientia ad illum terminata : ergo in his principijs aliquid sub Dei prouidentia non cadens ad aliquid à se prouidendum supponitur , & consequenter summè prouidus non est , nec prouisor vniuersalis. Ea , quibus possunt Auctores oppositi occurrere , ex dictis in præcedentibus manent præclusa.

50 *Laditur Supremi dominij.*

Quinto infertur , supremum Dei dominium per scientiam mediam euerti. Quod probo : nam de ratione supremi dominij est , quod illi omnia immediatè subijciantur ; sed actus liberi voluntatis creatæ sub dominio Dei immediatè non cadunt in principijs scientiæ mediæ : ergo per illam supremum Dei dominium destruitur. Consequentia tenet. Maior constat : non enim minus est de ratione supremi dominij , quod illi omnia subijciantur, quam de ratione supremi , & primi efficientis , quod omnia efficiantur ab illo ; sed de ratione primi efficientis est, quod omnia ab illo immediatè efficiantur : vnde Deus prima causa efficiens non esset , si aliquid subterfugeret immediatam efficientiam illius : ergo de ratione supremi Domini , & supremi dominij , est , quod omnia illi immediatè subijciantur , nec Deus supremus Dominus erit , si aliquid subterfugiat immediatam subiectionem ad illum. Minor autem probatur : quod enim Deo non est liberum immediatè , sub illius dominio immediatè non cadit : nam dominium in facultate libera consistit ; sed in principijs scientiæ mediæ consensus liberi voluntatis creatæ , non sunt Deo liberi immediatè , & formaliter , sed solum virtualiter , & mediatè , quatenus libere suam omnipotentiam illi applicuit , vt pro sua libertate , in quam partem vellet , exiret : ergo in illius scientiæ principijs actus liberi voluntatis creatæ non subiacent Dei dominio immediatè ; & consequeter immediatam subiectionem ad Deum , & illius immediatam dominationem effugiunt.

Sexto infertur , in principijs scientiæ mediæ Deum esse primam causam efficientem peccati pro formali malitiæ , & primum Auctorem illius. Primam partem corollarij plures ex contrarijs admittunt , vt vidimus *disputa 36 §. 8.* nec alij id videntur posse negare, vt *ibidem*, manifestè monstrauimus : cum enim scientia media supponat concursum indifferentem prout a Deo , determinandum à voluntate creata pro sua innata libertate , & hæc quandoque ad bonum , & quandoque ad malum inclinet , ad vtrumque extremum , Dei concursum pro sua libertate determinat ; consequenter concursus Dei vt à voluntate creati determinatus , & bonum , & malum causat pro formali malitiæ , quod sufficere vt Deus sit prima causa illius cum proprietate ex ipsorum principijs intulimus ; cum respectu peccati pro materiali Deum esse primam causam fateantur , & tamen concursus diuinus non nisi vt à nobis determinatus illud causat , vt ipsi fatentur.

51 *Scientia mediasti cit Deu, primam causam, & primu Auctorē peccati. Primum prob.*

Quòd autem sequatur , non solum esse primam causam , sed etiam primum Auctorem peccati pro formali malitiæ , probo primo : vt enim *loco vbi proximè* vidimus , plures scientiæ mediæ professores fatentur , Deum eodem modo , & eadem proprietate esse causam malitiæ formalis , quo est causa actualitatis , & entitatis physicæ actus peccaminosi , & hoc non posse negari iuxta scientiæ mediæ principia, *ibidem*, fi-

52 *Secundū prob. 1.*

sè monſtrauimus; ſed actualitatis phyſi cæ actus peccaminoſi, Deus non ſolum eſt prima cauſa, ſed etiam eſt primus Auctor; cum ſit eiuſdem rationis phyſicè conſiderata cum alijs entitatibus phyſicis, quarum Deum eſſe primum Auctorem, negari nequit: ergo in principijs ſcientiæ mediæ Deus non ſolum eſt prima cauſa, ſed etiam eſt primus Auctor peccati pro formali malitiæ.

33 *Secundo probatur.* Secundo, ſi non eſſet primus Auctor malitiæ, maximè quia concurrit ad illam concurſu indifferenti prout à ſe intendendo, non malitiam, ſed honeſtatem actus oppoſiti; at hæc ratio eſt nulla: ergo admiſſo eſſe primam cauſam malitiæ, aſſerendum eſt, conſequentèr eſſe primum Auctorem illius. Maior cum conſequentia tenet. Minor autem probatur primo: ſi daretur actus indiuiduo indifferens, Deus eſſet primus Auctor illius; ſolum enim reſpectu peccati poteſt voluntas creata rationem primæ cauſæ, aut primi Autoris ſortiri; & tamen actus indifferens non intenderetur à Deo, nec ſub præcepto caderet, vel conſilio: ergo intentio illa ad rationem primi Auctoris neceſſaria non eſt. Secundo, vt enim *diſp. 36. §. 8.* monſtrauimus, non implicat actum honeſtum cauſari à Deo ſine prædicta intentione, ſed implicat actum honeſtum non cauſari à Deo tanquam à primo Auctore: ergo intentio illa ad rationē primi Auctoris neceſſaria nō eſt; & conſequēter ſi Deus eſt prima cauſa malitiæ per concurſum indifferentem, erit primus Auctor illius quāuis illam non intendat.

54 *Per ſcientiam mediam tollitur libertas creata. Oſtenditur 1.* Denique infertur, ſcientiam mediam non ſolum mediatè, ſed etiam immediatè tollere libertatem creatam. Et quidē, quod mediatè illam deſtruat, conſtat ex dictis: vt enim probauimus, deſtruit diuinam libertatem; ſed hac deſtructa nō poteſt libertas creata ſubſiſtere: ergo mediatè deſtruit libertatem creatam. Quod autem immediatè illam deſtruat oſtenditur primo: id quod voluntatem creatam facit primum liberum, deſtruit eius libertatem, de cuius eſſentia eſt eſſe liberum ſecundū; ſed ſcientia media voluntatem creatam primum liberum cōſtituit: ergo immediatè illius libertatem euertit. Maior cum conſequentia tenet. Minor autem probatur: quod eſt liberum creaturæ, & non liberum Deo, eſt à creatura tanquam à primo libero; ſed ſcientia media, & obiectum illius, talitèr conſtituuntur, quod ſunt libera creaturæ, & non libera Deo: ergo reſpiciunt creaturam tanquam primum liberum.

55 Secundum probatur ex alio principio illius profeſſoribus certo, quod nempè, principium infallibilitèr inferens actum volūtatis creatæ deſtruit eius libertatem, ſi ab illa ineuitabile, & inimpedibile eſt; ſed cō flatum ex ſcientia media, conſenſus voluntatis creatæ, & decreto Dei conferendi gratiam in occaſione præuiſa, infallibilitèr infert conſenſum in ſtatu abſoluto, & aliàs eſt inimpedibile, & ineuitabile à voluntate creata: ergo deſtruit eius libertatē. Conſequentia tenet. Maior cōtinet aduerſariorum doctrinam ex illo principio inferentium, gratiam ab intrinſeco efficacē læ dere libertatem creatam, & illam euertere, quia nempe infallibiliter infert conſenſum, & à nobis euitari, aut impediri nō poteſt. Minor pro prima parte eſt certa: nā hæc conſequentia eſt euidens: *ſi Deus vocauerit Petrum in hac occaſione, conſentiet; ſed Deus illum vocat: ergo conſentit*; at in conflato ex ſcientia media, conſenſu, & decreto Petrum vocandi in occaſione præuiſa, cōtinetur veritas præmiſſarum: ergo hoc cōflatum infert infallibiliter conſenſum in ſtatu abſoluto, & infallibiliter cum illius exiſtentia in ſtatu abſoluto connectitur.

Secundo Probatur.

Pro ſecunda parte probatur: non enim poteſt voluntas creata vitare illud conflatū inſpecta in ſtatu conditionato; cum in illo ſtatu voluntas non ſit, & quod non eſt, non poſſit euitabilitatem præſtare, nec inſpecta in ſtatu abſoluto: tùm, quia futuritio abſoluta eſt poſterior ſcientia media; & conſequenter non poteſt voluntas in ſtatu abſoluto ſcientiam mediam, quam ſupponit, vitare. Tùm etiam: nam euitabilitas ſcientiæ, ſicut libertas illius ſumitur ex eius obiecto, voluntas autem in ſtatu abſoluto obiectum ſcientiæ mediæ non eſt, ſicut nec futuritio abſoluta conſenſus obijcitur ſcientiæ mediæ, ſed ſcientiæ abſolutæ: ergo voluntas creata in nullo ſtatu poteſt ſcientiam mediam vitare; & conſequenter conflatum ex illa, & decreto Dei abſoluto, euitabile non eſt à voluntate creata, nec impedibile ab illa. Sed de his plura *Tract. de prædeſtinatione*, cum illius efficaciam examinemus. Et hæc de iſta diſputatione.

56

***

***

DISPVTATIO TRIGESIMA NONA.

An Deus futura contingentia absoluta cognoscat in decreto prædiffinitivo?

§. I.

Quibusdam præsuppositis referuntur sententiæ.

Nu. 1. *Deũ certo cognoscere futura absoluta, prob. primo.*

IN hac disputatione exploratum est apud omnes Catholicos; & fidei certitudine notũ, Deum futura cõtingentia absoluta omninò certò cognoscere. Quã veritatem pluribus testimonijs Scripturæ Moderniores confirmãt: Nobis tamen illam comprobare sufficiat ex Psalmo 138. illis verbis: *Intellexisti cogitationes meas de longè, & omnes vias meas præuidisti.* Et Ecclesiastici, cap. 23. *Domino enim Deo antequam crearentur, omnia sunt agnita.* Et Danielis 13. illis verbis: *Deus æterne, qui absconditorum est cognitor, qui nosti omnia antequam fiant.*

2 *Secundo.* Deinde ex omnibus sacris oraculis, quibus à Deo prædicuntur absolutè futura: nam cum Dei prædictio certam cognitionem supponat, nec absque fundamento ad coniecturalem liceat effugere, & circa absolutè futura nullum possit adesse ad coniecturalem cognitionem nos cogens: hinc est, quod ex omnibus testimonijs Scripturæ, in quibus hæc futura prædicuntur à Deo, colligatur certa illorum cognitio: quo circa rectè Tertulianus lib. 2. aduersus Marcionem cap. 5. aiebat: *Præscientia Dei tot habet testes, quot fecit Prophetas.*

3 *Tertio naturali ratione.* Constat etiam hæc veritas naturali ratione: Dei namque cognitio, cum infinita sit, non potest non ad omne cognoscibile extendi; at futura antequam fiant, sunt certo cognoscibilia: ergo Deus illa certo cognoscit. Consequutio est legitima. Maior ideò certa, vt à nemine nisi insensato possit negari. Minorem autem probo, tùm: nam futuritio in causæ ordinatione ad dandam existentiam effectui in futuro tempore consistit; at omnis causæ, siuè secũdæ, siuè primæ ordinatio, certo est cognoscibilis à diuino intellectu; cum prima in aliquo illius effectu consistat, & secunda in diuino decreto, quorum quodlibet determinata gaudet cognoscibilitate: ergo futura, vt talia, sunt certo cognoscibilia. Tùm etiam: nam futura contingentia vt præsentia certam possunt terminare notitiam; at esse Deo præscientia in suâ æternitate ex dicendis *infra* constabit: ergo guadent certa cognoscibilitate respectu intellectus diuini. Et confirmatur amplius: Deus namque cognoscit futura postquam existunt in propria mensura; at tunc non incipit diuina cognitio, vt ex illius immutabilitate probant omnes Theologi *infra in hac quæst. art. 15. & quæst. 19. art. 7.* ergo fuit ab æterno; & consequenter terminata ad futura.

4 *Decretũ præsupponi ad istã cognitionẽ, prob.* Secundo apud omnes, per paucis exceptis, est certum, decretum diuinũ esse causam remotã cognitionis horum futurorũ. Quod patet, tùm primo: nam eo modo se habet aliquid ad cognosci, quo se habet ad esse; at decretum diuinum est causa vt sint futura: ergo ad minus est causa remota vt proutsic cognoscantur. Tùm etiam: nam scientia futurorum in statu absoluto non est naturalis, nec media sed perfectè, & simplicitèr libera; at nisi decretum liberũ voluntatis diuinæ in terminatione ad illa supponeret, non libera, sed vel naturalis fo-

Digitized by Google

foret, vel media: ergo supponit prædictum decretum; & consequenter erit causa ad minus remota talis cognitionis.

5 *Prima sẽtentia.* *Belarm. Molina. Fonseca. Vazq̃z. Alarcon. Herice.*

His igitur ita statutis, quod in discrimen vertimus est, an in decreto libero, vel in diuina essentia vt determinata per illud, cognoscat Deus ista futura tanquam in medio cum illis connexo. Prima sententia negat, quam tenent Belarminus *lib. 2. de amissione gratiæ, cap. 2-4. & 7.* Molina *in concordia disputatione 28. & 32.* Fonseca 6. *Metaphysicæ, cap. 2. quæst. 4. sect. 6.* Vazquez *disputatione 65. cap. 2. & 3.* Alarcon *tract. 1. disputatione 2. cap. 6.* Herice *tract. 1. disputatione 6. cap. 3.* vbi ait, ita sentire fere omnes suæ Societatis Doctores. Secunda docet, omnia illa futura, quæ prædiffinitione absoluta efficaci à Deo prędiffiniuntur, posse in tali prædiffinitione certo cognosci; quia tamen non omnia contingentia futura sic prædiffiniuntur, ideò nõ omnia possunt in tali prædiffinitione cognosci. Hanc tenet Suarez *lib. 1. de scientia absolutorum, cap. 6. lib. 2. de concursu Dei cap. 13.*

Secunda sentẽtia. *Suarez.*

6 *Tertia sẽtentia.* *Caietan⁹. Bañez. Zumel. Nazar. Albelda. Cornejo. Machin. PP. Sal. Serra. S THO. Aluarez. Ledesma. Ram.*

Tertia, & vera sententia defendit, omnia in vniuersum futura cognosci in decreto, siuè in diuina essentia vt determinata per illud. Ita Caietanus, Bañez, Zumel, Nazarius, Albelda, Cornejo, Machin, PP. Salmanticenses, Marcus de la Serra, & noster Santo Thoma *in præsenti*, Albarez *lib. 2. de auxilijs disputatione 10.* Ledesma *disputatione de scientia futurorum, dub. 3.* Doctor Ram. *select. de infallibilitate cognitionis diuinæ*, & omnes Thomistæ. Quibus in hac parte consentiunt Discipuli Doctoris subtilis secuti suum Magistrum *in 1. dist. 39. quæst. vnica*, & ex PP. Societatis Granadus, & Ruizius, quos refert Alarcon *vbi* proximè.

§. II.

Vera sententia probatur.

7 *Prob. 1. ex Parẽte August.*

QVÆ sententia suadetur in primis ex Parente Augustino *lib. de prædestinatione sanctorum, cap. 10.* ibi: *Prædestinatione quippè Deus ea præscivit, quæ fuerat ipse facturus.* Vbi prædestinationis nomine, non illam voluntatem, quæ prædestinatis est propria, intelligit, sed decretum liberum voluntatis diuinæ æque latè ac diuina omnipotentia se extendens: sentit ergo Augustinus Deum omnia futura, quæ ab eius voluntate dependent, in suo decreto cognoscere. Idem habet Hilarius *lib. 9. de Trinitate*, his verbis: *Quæ Deus facere decreuit in sua voluntate cognouit.*

8

Deinde suadetur ex Doctore Angelico *lib. 1. Contra Gentes, cap. 68. ad finem*, illis verbis: *Et sic remanet causalitas in causa prima, quæ est Deus, respectu motuum voluntatis, vt sic Deus se ipsum cognoscendo huiusmodi cognoscere possit.* Quam doctrinam sæpè repetit toto illo cap. & præcipuè in tertia ratione, illis verbis: *Sicut igitur Deus cognoscendo suum esse, cognoscit esse cuiuslibet rei, ita cognoscendo suum intelligere & velle, cognoscit omnem cognitionem, & volitionem*; at hæc non cognoscit in suo velle necessario, vtpotè non habente cum illis necessariam connexionem: ergo in suo decreto libero, vel in sua essentia vt determinata per illud. *Secundo ex D. Th.*

9 *Euasio præcludi tur.*

Si dicas, loqui D Thomam de motibus voluntatis non sub esse futuro, sed tantum sub possibili. In contrarium obstat, tùm primo: nam ratio qua probat, nempè, quia est causa prædictorum motuum, de illis sub vtroque statu conuincit; cum sub vtroque sit illorum causa. Secundo, & vrgentius facit contra hanc solutionem idem D. Thomas *quæst. 12. de veritate, art. 10. ad 12.* vbi sic ait: *Ad decimum secundum dicendum, quod causæ superiores, quæ sunt rerum rationes in diuina præscientia, numquam deficiunt ab impletione suorum effectuum, sicut deficiunt causæ inferiores, & ideò in causis superioribus cognoscuntur rerum eventus absolutè, sed in inferioribus non nisi sub conditione:* sentit ergo expressè Diuus Thomas effectus contingentes futuros cognosci à Deo in se ipso, nedum vt possibiles, verum etiã vt futuros.

10 *Tertio suadetur ratione.*

Et ex his suadetur tertio hac ratione à priori: futura omnia contingentia cognoscuntur à Deo in sua essentia tanquam in causa, & obiecto cognito prius, at non in illa secundum formalitates necessarias: ergo secundum aliquam formalitatem liberam; & consequenter prout per liberũ decretum determinata. Illatio tenet. Minor est certa: medium namque, quod cognitum est ratio cognoscendi alterum, debet cum illo infallibili connexione connecti, diuina autem essentia secundum prædicata necessaria, tali connexione cum futuris non gaudet; benè tamen vt per decretum determinata, & consequenter non nisi vt sic affecta potest vt medium esse ratio cognoscendi futura. Maiorem dedit Diuus Thomas *quæst. 3. de veritate, art. 6. 1. Contra Gentes, cap. 38. & cap. 66. ratione 5. in hac quæst. art. 6.* quibus in locis, & alibi sæpè docet, vniuersaliter, quidquid Deus extra se cognoscit, cognoscere in se vt in medio, & ratione cognoscendi.

11

Et insuper suadetur ratione, tùm: nã creaturas in statu possibili cognoscit in se ipso vt in causa, & obiecto primario: ergo etiam

Digitized by Google

etiam existentes, seu futuras in se ipso vt in causa, & obiecto primario cognoscit. Tùm etiam: quia aliàs aliqua formalitas cognitionis diuinæ à creaturis speciem desumeret, & consequentèr ab illis penderet. Probo sequela: nam terminatio scientiæ Dei ad creaturas futuras, est aliqua formalitas intrinseca illi, vt cum frequentiori Theologorum sententia docebimus *tract. de voluntate Dei, art. 3.* loquendo de actu libero voluntatis diuinæ; at hæc nisi in diuina essentia vt in obiecto motiuo terminetur ad illas, spēciem ab illis desumet cum omnis actus specificetur ab obiecto sui primario: ergo vt hoc inconueniens vitetur, concedi debet, Deum futura contingentia in se ipso vt in causa, & primario obiecto cognoscere.

12 *Duplex responsio.* Respondebis primo, concessa maiori, negando minorem: nam diuina essentia absque decreto libero potest repræsentare futura, ex suppositione quod futura sint, & consequenter data hac suppositione, potest esse ratio, & medium cognitionis illorum absque superadditione decreti. Secūdo respondebis, negando maiorem: licet namque inconueniens sit, quod prædicata necessaria Dei ab aliquo creato speciem desumant, quia indefectibilia: nullum tamen inconueniens apparet in eo quod terminatio cognitionis ad obiecta futura à creaturis specificetur, sicuti nec est inconueniens, quod quamuis sit intrinseca sit defectibilis.

13 *Prima reiicitur.* Sed neutra solutio satisfacit, & contra primam facit, tùm: nam diuina essentia repræsentat creaturas vt illarum causa: ergo per id solum determinari potest in esse repræsentantis futura contingētia, per quod determinatur in ratione causæ illarum; at solum decretum, illam ad causandum determinat: ergo per solum decretum liberū determinari potest vt illa repræsentet. Tū etiam: nam continentia creaturarum in esse intelligibili; seu repræsentatiuo, in essentia diuina, fundatur in continentia illarum in essendo; at non nisi vt per decretum determinata continet in essendo creaturas sub esse existentiæ, seu futuritionis: ergo non nisi quatenus determinata per illud potest illas repræsentare, seu continere in esse intelligibili, & repræsentatiuo. *Secundò,*

14 *Tertiò.* Tùm denique: nam ad hoc quod vnum obiectum alterum repræsentet, & illo cognito cognoscatur, necessario exigitur connexio inter vtrumque; at etiā data suppositione futuritionis rerum, non adest in diuina essentia connexio infallibilis cum illis, nisi ratione liberi decreti: ergo ad hoc in præfata hypotesi nequit repræsentare futura contingentia nisi ratione decreti. Maior cum consequentia tenet. Minor autem probatur: nam connexio cum creaturis futuris non est formalitas necessaria Dei, sed formalitas libera; at omnis libera formalitas competens Deo, vel illi conuenit à decreto formalitèr, vel liberum decretum pro radicè supponit: ergo quacumque suppositione facta nequit diuina essentia repræsentare contingentia futura, nisi vt determinata per decretum liberum.

15 *Secundo solutio reiicitur.* Deinde secunda solutio reiicitur: nam formalitas diuinæ cognitionis terminatæ ad creaturas, esto libera, & defectibilis sit sub conceptu terminationis, est tamen increata, & diuina: ergo non potest à creatura in aliquo genere causæ dependere; at specificatio genus est dependentiæ: ergo nequit speciem à creatura desumere. Quod amplius confirmo: quamuis dicta formalitas libera, & defectibilis sit, quia increata est, nequit à creatura, vt ab efficiente pendere: ergo eadem ratione depēdere nequit ab illa vt ab specificante, & tāquam à fine, quod tamen necessarium esset si specificaretur ab obiecto creato; cum omne obiectum primarium sit finis actus, quem primo terminat, & forma extrinseca illum specificans.

16 *Denique probatur conclusio* Denique, omissis alijs, de quibus fusè *in præcedentibus*, sententiam illam in hunc modum ostendo: decreto diuino nihil deest vt possit esse medium in quo Deus cognoscat futura contingentia: ergo Deus in illo contingentia cognoscit. Probo antecedens: id namque, quod cum alio necessario connectitur, potest esse medium in quo cognitionis illius; at decretum liberum Dei necessario cum creaturis connectitur: ergo nihil deest illi vt possit esse medium in quo cognoscantur.

17 *Resp. 1. cū Vazquez.* Respondebis primo cum Vazquez *vbi supra*, decretum liberum secundū id quod addit supra actum necessarium, constitui per respectum rationis, ac proinde non posse à diuino intellectu cognosci, vt medium in quo cognoscantur futura, aliàs Deus entitates rationis confingeret.

Reūcitur primo. Cæterum hæc solutio est omninò insufficiens, & reijcitur primo: nam falsum est decretum liberū per respectum rationis cōstitui, vt cum communiori Theologorum sententia monstrabimus *Tractatu de voluntate Dei, art. 3.* & ex admissis ab isto Auctore clarè potest ostendi: decreti namque cōstitutio est æterna, sicuti, & denominatio liberè volentis, quam ab æterno præstat voluntati diuinæ: respectus autem rationis æternus non est; cum diuinus intellectus illū fabricare, aut cōfingere ne-

Digitized by Google

queat, vt iste Auctor concedit, & intellectus creatus ab æterno non sit vt illũ confingat: ergo nequit per respectum rationis liberum decretum constitui; & consequẽter ex isto capite non potest illi repugnare, quod sit medium in quo cognoscantur futura.

18 *Secundo.* Secundo: nam quidquid sit de hoc, an constituatur, vel non constituatur per respectum rationis, negari non potest, Deũ per suum decretum esse causam liberam futurorum; at id, quod sufficit ab causanda futura, sufficit etiam vt per modum medij seruiat illorum cognitioni: ergo si constitutio per respectum rationis causationi futurorum non obstat, minus potest obstare vt sit medium in quo cognoscantur.

Tertio. Tertio: quia certum est Deum, sua libera decreta cognoscere, etiam si per respectum rationis constituantur, absque eo quod ex hoc colligatur fabricare diuinum intellectum respectum rationis: ergo etiã absque illius confictione poterit in illo futura cognoscere. Patet hæc consequentia, tùm: nam si potest illa vt sic cognoscere absque confictione respectus rationis, cur etiam non poterit illa cognoscere, veluti vt *quo*, idest, vt media in quibus cognoscat futura: nec video cur ex isto secundo modo cognitionis decreti sequatur confictio respectus rationis constituentis ipsum non verò ex primo. Tùm etiam: nam decretum cognitum ducit in euidẽtem futurorum notiam: ergo si cognoscitur à diuino intellectu, quin respectum confingat, erit medium in quo cognoscantur futura absque talis respectus confictione à diuino intellectu.

19 *Secunda solutio.* Respondebis secundo ex Alarcone *vbi supra* relato: decretum constitui ex entitate actus necessarij & denominatione extrinseca ab effectu futuro desumpta; cumque non possit esse medium in quo ratione primi, cum prout sic cum futuris non connectatur infallibilitèr; nec ratione secundi, quia inter medium in quo cognitionis, & extremum cognitum debet esse distinctio: decretum autem secundum denominationem extrinsecam, ab effectu futuro non discriminatur: hinc est, quod sub nulla ratione possit esse medium in quo cognitionis futurorum.

20 *Reijcitur primo.* Sed nec ista solutio satisfacit, & in primis reijcitur: quia falsum est decretum liberum per extrinsecam illam denominationem constitui, vt ostendimus *l. co allegato*. Tùm, quia denominatio adæquata decreti est æterna, secus autem effectus creatus; & consequenter nequit ab illo, decreti denominatio desumi. Tùm etiam, quia decretum, secundum quod liberũ, est causa effectus futuri: causa autem in ratione causæ nequit per effectum constitui, aliàs idem à se ipso penderet, esset que prius, & posterius se ipso: ergo existo capite nulla est repugnantia quominus esse possit medium, in quo cognoscantur futura.

21 *Secundo.* Secundo reijcitur: nam quomodo cumque constituatur decretum, sic debet constitui, vt quatenus liberum, sit Deo ratio causandi futura; at quod est ratio essendi, potest esse ratio, & medium cognoscendi; cum hoc secundum oriatur ex primo: ergo si constitutio per denominationem illam extrinsecam, causalitati decreti respectu futurorum non obstat, vt tenetur fateri Alarcon, nec obstare poterit quominus sit ratio, & medium illa cognoscendi

22 *Tertia solutio.* Denique respondebis, decretum Dei liberum non habere nexum infallibilem cum futuris contingentibus; quod tamen necessarium erat vt esset medium in quo Deus illa cognosceret.

Reijcitur primo. Sed contra primo: nam inter voluntatem antecedentem, & consequentem, hoc extat discrimen, quod prima non habet annexam infallibilitatem euentus; bene tamen secunda, vt cum Diuo Thoma tradit communis Theologia *infra quæstione 19. articulo sexto*: ergo decretum ad voluntatem consequentem spectans, connexione infallibili gaudet cum effectu futuro; & consequenter poterit in illo cognosci.

Secunda do Secundo: nam id, ex quo per discursum euidentem potest homo aliquid colligere, potest esse medium in quo per simplicem intuitum absque imperfectione discursus Deus illud cognoscat; at ex eo quod Deus aliquid efficaciter velit, per euidentem consequentiam inferimus eius futuritionem, iuxta illud: *Ipse dixit, & facta sunt*: & illud Psalmi 113. *Omnia, quæcumque voluit, fecit*: ergo in voluntate sua cognita potest Deus contingentia futura absque vllo discursu cognoscere.

§. Vltimus.

Argumentis occurritur.

M Vltipliciter arguunt contrarij, potissimum tamen argumentum illorum à læsione libertatis, & contingentiæ, si in Dei decreto efficacia sit infallibilis, sumitur, de quo *supra Disp. 36. plura diximus*, & fusius tractatur *in Auxilijs*: vnde necessarium [illegible] eius solutione in præsenti [illegible] Deinde sic arguũt: Deus cogn[illegible]

23 [illegible] Arg[illegible] prim[illegible]

peccati futurum; & tamen non in decreto efficaci, quod habeat de illo: ergo nō omnia contingentia futura cognoscuntur à diuino intellectu in decreto efficaci.

Respondetur. Respondeo, concessa maiori, negando minorem: nam licet formale peccati non terminet decretum diuinum factiuum sui; terminat tamen decretum permissiuum, in quo adiuncto decreto efficaci positiuo, quod habet Deus erga materiale peccati, potest cognosci formale malitiæ.

24 *Si obijcias.* Si dicas, diuina essentia non potest repræsentare, nisi illud quod causare potest; cum continentia illius in esse intelligibili, & repræsentatiuo, supra continentiam in esse entitatiuo fundetur, vt *supra* arguebamus; at nec ratione decreti positiui erga materiale peccati, nec ratione decreti permissiui formalis continet formale malitiæ, cum nulla ratione sit, aut esse possit, causa illius: ergo nequit vt determinata per talia decreta esse medium in quo cognoscatur formale malitiæ.

25 *Respondetur.* Respondeo, repræsentationem diuinæ essentiæ respectu alicuius ab illa distincti prouenire posse, vel ex eius continentia effectiua, vel ex continentia alicuius, cum quo connectatur; & quia licet formale malitiæ non contineatur in diuina essentia, vt in causa, continetur tamen in illa materiale, cum quo formalis malitia infallibili connexione connectitur: hinc est, quod possit illud repræsentare, & esse medium in quo Deus cognoscat non solum materiale, verum etiam formale peccati.

26 *Instabis.* Sed instabis adhuc, materiale peccati solum vt materiale reduplicatiuè est medium in quo cognoscatur formale: at prout sic non continetur in diuina omnipotentia, nec prout sic causatur ratione decreti: ergo diuina essentia vt determinata per decretum nequit esse medium, in quo mediatè cognoscatur materiale malitiæ. Patet consequentia: quia vt sic esset medium, deberet continere, & causare materiale peccati, quatenus causat, & fundat formale.

Respondetur. Respondeo, quod licet materiale peccati reduplicatiuè vt materiale, non causetur ratione decreti, nec prout sic contineatur in omnipotentia diuina, quia tamen continetur *identicè*, hoc est, secundum aliam formalitatem sibi identificatā: hinc fit, quod materiale acceptum formaliter cognoscatur à Deo ratione decreti, atque ex consequenti ratione eiusdem cognoscatur formale.

27 *Secundo obijciunt.* Secundo sic obijciunt: id quod est medium in quo aliud cognoscatur, debet esse prius intelligibile; at decretū liberū nō est prius intelligibile, quam effectus futurus: ergo nequit esse medium in quo cognoscatur. Minor probatur primo: nam decretum liberum solum addit supra actum necessarium respectum rationis, vel denominationem extrinsecam ab effectu desumptam; at nec respectu rationis, nec extrinseca denominatio possint prius intelligi, quam effectus futurus; cum relatiua simul sint cognitione, & denominatio ab effectu, ipsum, vt denominātem formam importet: ergo decretum liberum, secundum id quod addit supra actum necessarium, nequit esse cognitum prius quam effectus futurus.

Secundo probatur, nam quamuis decretum per quid reale intrinsecum constituatur, non potest non involvere pro termino effectum futurum; at respectus, vel connexio cum termino, nequit pro aliquo priori cognosci, pro quo ex vi eiusdem cognitionis terminus non cognoscatur: ergo nequit esse prius cognoscibile decretum liberum, quam effectus futurus.

28 *Resp. negando minorem. Ad 1. probat. neg. maior.* Respondeo, concessa maiori, negando minorem. Ad primam probationem, nego maiorem, pro vtraque parte, cum frequentiori Theologorum sententia, constituente decretum liberum in aliquo intrinseco reali, aut eminenter solum defectibili Deo, aut formaliter defectibili, non sub conceptu entitatis, sed sub conceptu terminationis, de quo *infra quæstione 19. articulo tertio*, vbi hoc secundo modo libertatem actualem diuinam defendemus.

Quod si cum aliquibus ex Thomistis teneamus, decretum liberum per respectum rationis constitui, adhuc sustineri potest in illo, vt in medio cognosci futura contingentia: nam ille respectus non est prædicamentalis, de cuius ratione est simultas naturæ cum termino, sed tranſcendentalis, quod licet non possit cognosci, quin illius terminus cognoscatur, quia tamen naturæ ordine terminum præcedit, potest esse prius cognoscibile, non quidem prioritate *in quo*, sed *à quo*.

29 *Ad secundam.* Ad secundam probationem, concessa maiori, distinguo minorem: pro priori instantis *in quo*, concedo minorem: pro priori *à quo*, nego minorem, & nego consequentiam: nam de ratione medij, in quo cognitionis non est prius cognosci prioritate *in quo*, adhuc rationis, sed solum prioritate *à quo*, seu *naturæ*, idest, quod licet simul tempore cognoscatur cum termino, cognitio tamen ad terminum transeat, ratione illius, propter cōne-

Digitized by Google

xionem inter vtrumque repertam, vt constat in omnipotentia diuina, quæ non potest cognosci, quin simul tempore, & ex vi eiusdem cognitionis cognoscãtur creaturæ, & tamen est medium, in quo cognoscuntur creaturæ: constat etiam in diuina essentia, quæ est medium in *quo*, seu ratio à priori cognoscendi attributa, & relationes diuinas, & tamen cognosci non potest, quin ex vi eiusdem cognitionis, simulque cognoscantur.

30 *Obijcies.* Sed dices, non alia ratione non potest vnum relatiuum in alio cognosci tamquam in medio, nisi quia non potest vnum cognosci, quin simul ex vi eiusdem notitię alterum cognoscatur: ergo si decretum liberum nequit cognosci, quin simul ex vi eiusdem cognitionis cognoscatur effectus futurus, nequibit esse medium in quo respectu illius.

Respondetur. Respondeo, vnum relatiuum ideò esse non posse medium in quo alterum cognoscatur, quia vtrumque cognoscitur simul simultate, non solum *in quo*, verum etiam *à quo*, seu *natura*; cuius ratio est, quia vt tenet commune proloquium, *relatiua sunt simul natura*, id est, vnum non est causa alterius, quod autem non est causa alterius in essendo, nequit esse medium, in quo à priori alterum cognoscatur; in decreto autem oppositum, oppositaque de causa contingit: quia nempè, cum sit causa essendi respectu effectus futuri, quamuis simul tempore cognoscatur cum illo, potest esse medium à priori respectu cognitionis illius.

31 *Tertio arguitur.* Tertio argumentari possumus: sequitur namque ex nostra sententia, scientiam futurorum differre virtualiter à scientia possibilium; consequens est contra communem Theologorum sententiam: ergo decretum diuinum non est medium in quo Deus cognoscit futura. Probatur sequela: nam distinctio in scientijs sumitur à medijs; seu obiectis motiuis; at assignato pro medio scientiæ futurorum decreto diuino, haberet motiuum virtualiter adæquatè diuersum à motiuo, seu medio scientiæ possibilium: ergo esset inter vtramque virtuale discrimen. Probatur minor: motiuum, seu medium in quo Deus possibilia cognoscit, est omnipotentia; at hæc à libero decreto virtualiter intrinsecè differt; cum iuxta communem Thomistarum sententiam, omnipotentia, vel sit intellectus practicus Dei connotans voluntatem, vel attributum à voluntate, & intellectu virtualiter distinctum: & cõsequenter differat virtualiter à decreto libero: ergo si hoc est medium in quo Deus futura cognoscit, habebit scientia libera motiuum distinctum à scientia possibilium; & consequenter erit inter vtramque virtuale discrimen.

32 *Respondetur 1.* Respondeo primo, decretum liberum non esse motiuum, seu medium in quo Deus futura cognoscit per modum rationis formalis; sed solum per modum applicationis omnipotentiæ, in qua vt per decretum liberum applicata cognoscuntur futura, ingrediente omnipotẽtia vt ratione formali obiectiua, & decreto tamquam conditione applicante, cuius ratio esse potest: nam cum repræsentatio creaturarum in Deo supra illarum continentiam fundetur; decretum autem non sit ratio continẽdi creaturas futuras, sed applicatio omnipotentiæ, ratione cuius Deus continet proximè illas: consequens fit, vt nec esse possit decretum ratio formalis ex parte obiecti, illas repræsentandi. Iuxta quã doctrinam facilis est argumenti solutio: nam vt inter scientias prædictas intercederet virtuale discrimẽ, deberet virtualis distinctio intercedere, non in conditione applicante, sed inter media, seu motiua illarũ, quod iuxta hanc solutionem in præsenti non contingit.

33 *Respondetur 2.* Secundo, admittendo decretum esse medium, & non solam conditionem, ad argumentum factum respondeo, negando sequelam. Ad illius probationem, concessa maiori, nego minorem: ad cuius probationem, concessa maiori, distinguo minorem: differt virtualiter à decreto libero in esse entis, cõcedo minorem: in esse medij, seu obiecti cognitionis diuinæ, nego minorem, & nego consequentiam: quia distinctio scientiarum non ab entitiua distinctione obiectorum desumitur, sed à distinctione illorum formaliter in ratione obiecti: ratio autem cur inter decretum, & omnipotentiam non intercedat distinctio formaliter in ratione obiecti, est, quia hæc prouenit ex diuersa immaterialitate: decretum autem, & omnipotentia diuina in eadem immaterialitate cõueniunt, & id circo in ratione obiecti non differunt: sicuti hac de causa non dantur in Deo diuersæ scientiæ virtualiter attributaliter respectu diuersorum attributorum: quia licet attributa inter se virtualiter differant: omnia tamen in eadem immaterialitate conueniunt.

34 *Denique arguitur.* Denique arguitur: Deus cognoscit futura contingentia in idæis, quas habet de illis; at idæa in Deo omne liberum decretum præcedit; cũ Deus habeat idæas respectu possibilium, vt docet Diuus Tho. *quæstione tertia de veritate, art. sexto*: ergo nõ cognoscit futura contingentia in decreto. Maior est Diui Thomæ loco alle

mento primo sed contra, & quæstione secunda de veritate, articulo quarto ad sextum, his verbis: *Ad sextum dicendum, quod Deus cognoscit res in propria natura, si illa determinatio referatur ad cognitionem ex parte cogniti; si autem loquamur de cognitione ex parte cognoscentis, sic cognoscit res in idea, ideſt, per ideam, quæ est similitudo omnium, quæ sunt in re, & accidentalium, & essentialium.*

35 Respond. Respondeo, ideam considerari posse dupliciter, vel prout repræsentatiua ideati, & causatiua solum in actu primo, vel prout practica in actu secundo: sub prima consideratione præcedit decretum, & in illa prout sic solum possibilia cognoscuntur à diuino intellectu: secundo autem modo considerata non præcedit decretum, sed per illud determinatur ad causandum exẽplariter in actu secundo & in illa, vt sic cõsiderata, Deus cognoscit effectus futuros, quod in idem venit, atque illa in decreto cognoscere.

36 Obijcies. Dices, Deus cognoscit futura contingẽtia in idea secundum essentiam ideæ; at id, quod accedit ideæ post decretum, est extra totam essentiam illius: ergo ante decretum cognoscuntur à Deo. Maior necessaria videtur, vt subsistat doctrina Diui Thomæ in testimonio adducto. Minor autem probatur: ideæ namque sunt diuina exemplaria, ad quorum imitationem Deus producit creaturas; at de ratione exemplaris non est vt in ipso repræsentetur res efficienda vt re ipsa futura, vt cõstat in creato exemplari, de cuius ratione, seu essentia non est, nisi quod repræsentet clarè effectum producendum: ita vt artifex, si velit, possit artificiatum ad illius instar, seu imitationem producere, quin rem vt futuram repræsentet: ergo quod ideis additur post decretum, est extra illarum essentiam.

37 Respond. 1. Respondeo dupliciter: primo distinguẽdo maiorem: secundum essentiam ideæ, vt ab omni alio præcisam, nego maiorem: secundum essentiam ideæ adiuncto aliquo extra essentiam illius, per quod determinatur ad actuale exercitium suæ causalitatis, concedo maiorem: & omissa minori, nego consequentiam: nec amplius Diuus Thomas *in allegato loco* contendit: & sicut dicebamus *in prima solutione tertij argumenti*, quod in omnipotentia cognoscuntur futura ingrediente decreto, vt conditione applicante omnipotentiam ad effectum producendũ: ita de ideis discurrere possumus, cognosci in illis effectus futuros ingrediẽte decreto tanquam conditione: nam sicut decretum omnipotẽtiã applicat ad exercitium suæ causalitatis: ita etiam ad suum exercitium applicat ideam.

38 Respondetur 2. Secundo respondeo, cõcessa maiori, negando minorem: nam sicut terminatio scientiæ ad creaturas futuras, non est extra essentiam scientiæ diuinæ, sed constituit scientiam visionis suo modo distinctam à scientia simplicis notitiæ, quæ terminatur ad possibilia: ita repræsentatio per modũ exemplaris actus vt futuri, constituit in Deo distinctam ideam ab idea, quæ respicit purè possibilia: vnde repræsentatio effectus vt futuri non est extra essentiam diuinarum idearum.

39 Ad minoris probationem, concessa maiori, nego minorem, nec exemplum ex creatis desumptum conuincit: nam cum supremus artifex petat perfectissimum exemplar habere, ad cuius instar effectum producat; perfectius autem exemplar sit, quod non solum repræsentat effectum vt possibilem, sed etiam vt futurum, seu vt de facto existentem: hinc est, quod Deo iddebeamus concedere, dummodo non repugnet. Quod autem modus iste exemplaris repræsentantis effectum, nedum vt possibilem, sed etiam vt futurum, quod Deus inspiciens, effectus producat, nullam repugnantiam involvat, constabit ex dicendis *Disputatione sequenti*.

(***\

DISPVTATIO QVADRAGESIMA.

An hæc futura ideó sint futura, quia scita, an é contra, ideo sciantur, quia futura sunt?

§. I.

Præmittuntur quæ apud omnes sunt certa.

Nu. 1. *Aperitur difficultas.*

IDEM Est, atque inquirere, an scientia, qua Deus producit creaturas, sit scientia libera, seu visionis, quam habet de illis? Si namque scientia visionis Dei practica sit, & Deo ratio producendi creaturas, ideò erunt futuræ, quia sciuntur à Deo: si autem speculatiua sit, & non practica, non ideò erunt futuræ, quia scitæ, sed potius è contra, ideò scitæ, quia futuræ: ly *quia* non dicente causam cognitionis diuinæ quoad suam entitatem, quod nullus Theologorum admisit, sed solũ dicẽte cõditionẽ præuiã addiui nã scientiã visionis, & independẽtẽ ab illa.

In qua disputatione sic explicata tanquã fide certum ex õmnium Theologorum sententia suppono: Deum per intellectum, & voluntatem creaturas producere, scientiamque illius causatricẽ rerum existere. Quam veritatẽ multis Sacræ Paginæ testimonijs Recentiores confirmãt: Nobis tamen illam comprobare sufficiat ex Psalmo 103. illis verbis: *Omnia in sapientia fecisti*: & Psalmo 135. *Qui fecit cœlos in intellectu* nec non Sapientiæ 8. vbi de diuina Sapientia sic dicitur: *Quis omnium, quæ sunt, magis quam illa est artifex?* ac tandem ex illo Pauli ad Ephes. 2. *Qui operatur omnia secundum consilium voluntatis suæ*: vbi & intellectus, & voluntatis ad rerum formationem declaratur concursus.

2 *Deũ causare creaturas per intellectum, est communior sententia.*

Eandem veritatem tetigit, & docuit Angelicus Doctor multis suæ doctrinæ locis, *in hac quæstione, art. 8. in corpore, art. 9. ad 3. art. 16. ad 1. quæst. 19. art. 4 quæst. 27. art. 1. ad 3. in 1. sententiarum, dist. 38. quæst. 1. art. 1. 1. Contra Gentes, cap. 61. & cap. 62. q. 3. de Potẽtia, art. 15 q. 7. art. 10. ad 5. quod lib. 5. q. 1. art. 2* & alibi sæpè: quibus in locis, varijs, satisque efficacibus rationibus illam ostendit. Et quidem Deum creaturas producere per intellectum, & voluntatem, ostendit Angelicus Doctor 2. *Contra Gẽtes, cap. 23.* nouem rationibus, ex quibus hanc colligo: agens namque liberum, quod liberè suum effectum producit, agit per intellectum, & voluntatem; at Deus in creaturarum productione, nõ per modum naturæ, sed liberè agit: ergo per intellectum, & voluntatem illas producit. Illatio est legitima. Maior certa: voluntas namque est primum libertatis principium per modum mouentis quoad exercitium; intellectus autem per modum obiectiuè mouentis: ergo agens liberum, si liberè producat effectũ, debet illũ producere media volũtate, & intellectu. Minorem autẽ multis ostẽdit D. Tho. *loco allegato*, primo; nã virtus omnis naturalis agentis determinatur ad vnũ effectũ; ex quo fit, quod naturalia vniformiter, & vno modo sẽper eueniũt; at Dei virtus nõ alligatur, ad vnũ effectũ, sed omniũ nõ implicatiũ est vniuersalissima causa: ergo non agit ex necessitate naturæ, sed per suæ voluntatis arbitrium.

3 *S. Tho.*

Prob. ratione D. Tho.

Quod si quis dicat, maiorẽ solũ esse verã de agẽte naturali finito, nõ autẽ de infinito: quia cũ illius virtus infinita sit alligari nequit vni effectui finito. In cõtrariũ obijcio ex Ferrara, explicãdo maiorẽ D. Tho. in hũc modũ: omne agẽs, cuius agẽdi principiũ est sola natura, solũ sibi simile in natura producit: ergo si principium agẽdi in Deo sola diuina natura, esto agẽs sit infinitæ virtutis, solũ sibi simile in natura valebit producere; cumque in natura solus æternus Filius sit similis Patri, nihil ad extra producere poterit.

Si quis dicat. In vi... cõtra argu...

Secũdo illa minor suadetur: nam agẽs, quod operatur ex necessitate naturæ, statim nisi impediatur, explicat totã suã virtutẽ producẽdo totũ, quod potest; at Deus vndique expeditus exitẽs, nõ statim produxit totũ, quod potuit; cũ multa, quæ

Secunda pro...

Digitized by Google

ctu; ac proinde sub illius activitatis sphæra continentur; de facto non sint extra causas: ergo non agit ex necessitate naturæ, sed per suæ voluntatis electionem.

Tertio. Tertio: agēs naturale agit propter finē sibi præstitutu ab alio, sicuti motui sagittæ à sagittario finis præstituitur; at iste modus operādi omninò indecet supremū principium: ergo nequit primæ causæ cōpetere.

6 Cōfirmatur. Quod amplius confirmo: Deo namque, vtpotè perfectissimo agenti, debetur perfectissimus modus agendi; at modus agendi perfectissimus ad extra non est agere ex necessitate naturæ, sed liberè: ergo iste secundus modus operandi attribuendus est illi. Probo minorem: agens per modum naturæ, cum non operetur à casu, debet agere propter finem, non à se præstitutum, cum per intellectum non agat: ergo præstitutum ab alio; agens vero liberè, agit propter finem sibi præstitutum à se: ergo iste secundus modus operandi, est perfectior, vtpote independentior; ac proinde Deo necessario adscribendus.

7 Si obijcias contra rationem primo. Si quis obijciat contra rationem istam sic primo: Verbū æternū non liberè, sed ex necessitate naturæ ab æterno Patre procedit: ergo perfectissimus modus agēdi nō est liberè, sed ex necessitate naturæ operari.

Secundo. Secundo in eodem exemplo insistendo: Verbum ex necessitate naturæ ab æterno Patre procedit; & tamen non propter finem sibi præstitutum ab alio: ergo nō omne agens ex necessitate naturæ, agit propter finem sibi ab alio præstitutum; & consequenter vis nostræ rationis infringitur.

8 Respondetur ad 1. Respondeo ad primam obiectionem ex Caietano *supra articulo octauo*, negando consequentiam, quia Verbum procedit, non tamen causatur, & Diuus Thomas non asserit illum esse perfectissimum modum procedendi, sed perfectissimum modum causandi; ratio autem quare non repugnet Deo processio naturalis ad intra, benè tamen ad extra, ea est, quia videlicet: adæquari infinitam virtutem cum infinito termino, nullam imperfectionem Deo repugnantem præfefert; cum termino autē finito adæquari, magna est imperfectio.

9 Ad secundam. Ad secundam respondeo ex Diuo Thoma *quæstione tertia, de Potentia, articulo* 15. distinguendo consequens: agens, quod producit terminum infinitum, qui ad nullum finem ordinatur, sed est omnium finis, concedo consequentiam: quod producit terminum finitum; ad finem ordinatum, nego consequentiam. Itaque Pater, Verbum producens, non producit illud propter finem, quia Verbum productum, non est propter finem, sed est omnium finis; & ideò non agit nec propter finem præstitutum a se, nec ab alio; in productione autem effectuum ad extra, agit propter finem ex parte effectus, & consequenter, vel propter finem sibi præstitutum a se, vel ab alio, eit necessum quod agit.

10 Diuisio scientiæ supponitur. Suppono secundo, diuisionem scientiæ in scientiam visionis, & scientiam simplicis intelligentiæ, quæ potius quam diuisio, est quædam continentia diuersarum terminationum; seu diuersorum terminorum, qui à Deo cognoscuntur: scientia visionis est illa, qua Deus rem vt existentem cognoscit, quæ tàm ad intra, quàm ad extra se extendit: se namque intuitiuè cognoscit, & pariter creaturas existentes: scientia vero simplicis intelligentiæ, & necessaria, est illa, qua cognoscit creaturas vt intra statum puræ possibilitatis contentas, non attenta ex vi huius terminationis existentia exercita illarum.

11 Quæ ad artificiati efficiētiam concurrunt. Tertio præmitto, vt planius difficultas innotescat, quod ad artificiati formationem, scientia, voluntas, & vis executiua concurrunt, scientia dirigendo, voluntas mouendo, & vis executiua exequendo, quod in artifice creato conspicitur, in quo si domum, v.c. sit ædificaturus, prius scientia præstituit finem, quem voluntas appetit, statim consulit intellectus de medijs, illorum, & domus formandæ meditando naturas, voluntas eligit media præconsiliata, mouet intellectum, vt imperet: ad imperium sequitur vsus applicās vim executiuam ad opus: ac tandem sequitur executio, quæ in creato artifice per distinctos actus, distinctasque potentias præstantur. Inquirimus ergo, suppositio iam, quod scientia diuina directiuum præstat concursum, ad quam ex dictis scientijs pertineat, an ad scientiam visionis, an vero ad scientiam simplicis notitiæ?

§. II.

Referūtur sententiæ, & statuitur prima cōclusio.

12 Scientia simplicis intelligētiæ dirigit saltim in actu 1. IN qua difficultate in vno omnes Auctores vniformes reperio, in alio autem in duas extremas sententias diuisos: conueniunt in eo quod scientiæ simplicis intelligentiæ Dei competat esse directiuam in actu primo. Quod expressè docet Angelicus Doctor *in hac quæst. art. 16. ad 1.* illis verbis: *Scientia Dei est causa non sui, sed aliorum, quorundam quidem actu, scilicèt eorum, quæ secundum aliquod tempus fiunt, quorundam vero virtute, scilicèt eorum, quæ potest facere, & tamen numquam fiunt.* Et infra quæst. 15. art. 3. ad 2. illis verbis: *Eorum, quæ neque sunt, neque fuerunt, neque erunt, Deus non habet practicam cognitionem nisi in virtute tantum*; at scientia quam habet de illis, est simplex notitia: ergo est practica, & directiua in virtute, seu in actu primo.

13 Suadetur ratione. Et suadetur manifesta ratione: scientia, quæ anteuertit omne liberum decretum, non

non est visionis, sed simplex notitia; at vis directiua per modum artis in actu primo competit Deo ratione scientiæ antecedentis omne liberum decretum, & indepẽdenter ab illo: ergo talis vis directiua in simplici notitia inuenitur. Maior cum consequentia tenet. Minor autem ostenditur primo: nam esto actualis rerum productio competat Deo dependenter a libero suæ voluntatis decreto, vis tamen productiua ei conuenit omninò independenter ab illo: ergo pariter quamuis actualis directio, liberum decretum supponat, vis tamen directiua per modum actus primi, omne liberum decretum præcedit.

Minor sualetur primo.

14 *Secundo.* Secundo, in artifice creato datur scientia directiua in actu primo per modum artis ante omnem actum liberum suæ voluntatis, quamuis illius scientiæ actualis directio media voluntate liberè operante debeat præstari: ergo similiter continget in Deo, quod quamuis actualis directio medio actu libero voluntatis diuinæ exerceatur, vis tamen directiua per modum artis omne liberum decretum præueniet. Tertio, Deus respectu purè possibilium habet vim directiuam, tametsi de facto non dirigentem, sicuti, & vim productiuam, de facto tamen non producentem; at quidquid Deo competit respectu purè possibilium est indepẽdens ab omni libero suæ voluntatis decreto, omneque decretũ præueniens: ergo vis directiua per modum artis omne liberum præuenit decretum, in quo, vt dicebam, vtriusque partis Doctores consentiunt.

Tertio.

15 *Prima sẽtentia.* Cui autem ex prædictis scientijs sit attribuenda actualis directio, est in quo dissidium inter illos non mediocre versatur, & in duas extremas partiuntur sententias. Prima illarum contendit soli simplici notitiæ talem directionem esse adscribendã, scientiam autem visionis, futura iam facta supponere, nec vllatenus practicam, sed adæquate esse speculatiuam. In quam sententiam vniformi plausu omnes PP. Societatis conspirant, Molina 1. p. *quæst.* 14. *art.* 8. Vazquez *disp.* 68 *cap.* 6. Suarez *lib.* 3. *de attributis positiuis, cap.* 4. Becanus *de scientia Dei, quæst.* 15. Arrubal *disp.* 32. *cap.* 3. & sequentibus, contendens in eam; vellit nolit, Angelicum Doctorem adducere. Hericè *disp.* 10. *cap.* 1. Et Aiarcon *Tract.* 2. *disp.* 5. *cap.* 4.

16 *Secunda.* Secunda per oppositum docet, scientiam visionis esse causam rerum in actu secundo, scientiam verò simplicis intelligentiæ solum in virtute, seu in actu primo esse causatiuam, seu directiuam respectu creaturarum. Ita noster Albelda *disp.* 38. *sect.* 2. & 3. Referens pro illa Capreolum *in* 1 *dist.* 38. *quæst.* 1. *art.* 3. & ba gumenta Scoti Magister Cornejo *art.* 8. *disputatione* 2. *dub. vltimo.* PP. Salmanticenses *tract.* 3. *dis.* 5. *dub.* 2 & noster Sanctus Thoma *disp.* 18. Sed pro veritatis explicatione sit.

17 *Prima cõclusio. Prob.* 1. *ex D. Th.* PRIMA CONCLVSIO. *Scientia simplicis intelligentiæ concurrit actualiter ad creaturarũ productionem dirigendo remotè, & mediatè.* Moueor ad illam primo ex D. Thoma *in* 1. *sentent. dist.* 38. *quæst.* 1. *art.* 1. vbi hæc habet verba: *Sicut est causalitas artificis per artem suam, ita est considerandacausalitas diuinæ scientiæ: est ergo iste processus in productione artificiati: primo scientia artificis ostendit finem: secundo voluntas eius intendit finem illum. Tertio voluntas imperat actum, per quem educatur opus, circa quod opus scientia artificis ponit formam conceptam: vnde scientia se habet, vt ostendens finem, & vt dirigens actum, & informans opus.* Et in hac quæst. art. 8. in principio corporis, sic ait: *Scientia Dei se habet ad res creatas, sicut scientia artificis ad artificiata.*

18 *Secundo prob. ratione.* Ex quibus verbis sic formatur prima ratio pro nostra conclusione: ita comparatur scientia Dei respectu creaturarum, sicut scientia artificis creati ad artificiata; at in artifice creato, non solum concurrit ad opus efficiendum imperium, quod ad electionem sequitur, sed etiam concurrit dirigendo saltim remotè scientia artificiati factibilis electionem præcedens: tùm, quia electionem regulat: tùm etiam, quia modum, quo opus est factibile: ostenditur ergo pariter in diuino intellectu, non solum imperium electionem supponens, sed etiam scientia, quæ illam antecedit, & creaturas vt factibiles tantum cognoscit, quæ est simplex notitia, ad opus efficiendum dirigendo remotè concurrit.

19 *Tertio.* Tertio, non solum imperium diuinum, sed etiam consilium ad creaturarum productionem concurrit, iuxta illud Pauli ad Ephesios 2. *Qui operatur omnia secundum consilium voluntatis suæ*; at consilium non pertinet ad scientiam visionis, sed ad scientiam simplicis intelligentiæ, cum electionem præcedat vt regula illius, teste Diuo Thoma 1. *quæst.* 14. *art.* 1. ergo scientia simplicis intelligentiæ concurrit ad creaturarum productionem; non immediatè, vt statim videbimus: ergo concurrit mediatè, & remotè.

20 *Quarto.* Quarto, ideò electio est causa remota futuritionis rerum, quia mouet, & applicat intellectum vt imperet, intimetque potentijs executiuis, operis productionem, ex quo imperio, media executione producuntur creaturæ; sed scientia simplicis intelligentiæ regulat electionem à qua inchoatur rerum futuritio: ergo remote re-

Digitized by Google

regulat operis executionem. Consequentia cum maiori tenet. Minorem autem probo, tùm ex Diuo Thoma 1. 2. *quæst.* 14 *art.* 1. *in corpore*, illis verbis: *Electio sequitur iudicium de rebus agendis*. Et in solut. ad 2. ibi: *Consilium attribuitur Deo quantum ad certitudinem sententiæ, seu iudicij*: ergo diuina electio sequitur hoc iudicium. Secundo, quia omnis actus voluntatis diuinæ habet pro regula actum aliquem diuini intellectus, at electio regulari non potest per scientiam visionis, cum illam præcedat: ergo regula illius est scientia simplicis intelligentiæ.

21 *Oppones* Si obijciatur in contra ex Diuo Thoma 1. *p. quæst.* 15. *art.* 2. illis verbis: *Eorum, quæ nec sunt, nec fuerunt, nec erunt, Deus non habet practicam cognitionem nisi virtute tantum*: ergo ex mente D. Thomæ scientia purè possibilium, quæ est simplex notitia, virtute solum, & non in actu est practica, & consequentèr solum in virtute, & in actu primo causatiua. Si dicatur, verissimum esse respectu purè possibilium virtute solum esse causatiuam, & practicã, nec amplius Diuum Thomam asserere, respectu tamen futurorum, seu existentiũ, non solum virtute, sed etiam in actu esse causam dirigentem directione mediata. *Si dicatur.*

22 *In contrarium obstat* In contrarium obstabit, quod scientia simplicis intelligentiæ prout liberum decretum procedit, omnino indifferenter se habet ad possibilia, quæ decreuit fore diuina voluntas, & ad illa, quæ nũquam existunt: ergo in illo priori considerata, non magis est causa respectu futurorum, quam respectu purè possibilium, & consequentèr, cum istorum solum in actu primo sit causa, nec respectu illorum erit causa in actu secundo. Antecedens videtur certũ, quia non proposuit ista cum maiori bonitate, quam illa, imò in pluribus ex illis maiorem bonitatem agnouit; cum plura ex purè possibilibus in perfectione excedant illa, quæ existunt, & sunt extitura. Consequentia probatur: à principio namque omninò indifferenti nequit determinatus effectus prouenire.

23 *Respond.* Respondeo iuxta solutionem datam, ad cuius impugnationem, omisso antecedenti, nego consequentiam, quam non conuincit probatio facta: nam principium assumptum solum est verum de principio effectiuo, non tamen de eo quod obiectiuè tantum, aut regulatiuè, ad assequendum effectum cõcurrit, quia liter Nos dicimus simplicem notitiam concurrere ad productionem rerum: hoc enim necessarium rõ est, quod ante actum secundum per aliquid præuium actioni determinatum supponatur, vt patet in fine, qui vt indifferenter à mã dus voluntati proponitur: hic enim ante amorem, qui vt ab ipso intelligitur egredi est eius causalitas, non supponitur determinatus vt hoc, vel illo amore diligatur, per amorem autem tanquam per causalitatem determinatur: sic in præsenti, scientia simplicis intelligentiæ ante decretum, indifferentèr se habet in actu primo, per decretum autem determinatur vt istorum futurorum sit causa in actu secundo dirigens, directione non proxima, sed mediata, & remota.

Sed instabis primo: ergo scientia simplicis intelligentiæ vt dirigens in actu secundo directione remota supponit decretum; siquidem determinatur per illud. Tũ sic: ergo non concurrit directiuè ad tale decretum; cum iam illud supponat; & consequentèr nec remote ad rerũ productionem concurret. Patet hæc consequentia: quia eatenus diximus remote ad futuritionem rerum concurrere, quatenus concurrit directè ad decretum. 24 *Instabis primo.*

Secundo, scientia supponens liberum decretum; est scientia visionis, sed per nos simplex notitia prout in actu secundo remotè concurrens ad creaturarum futuritionem, liberum decretum supponit: ergo prout sic erit scientia visionis. Probatur maior: nam id circo imperium est scientia visionis, vt statim videbimus, quia supponit liberum decretum diuinum, nempè electionem. 25 *Secundo.*

Respondeo ad primum instantiam, distinguendo consequens primum: supponit decretum prout à voluntate, nego consequentiam: supponit decretum consideratum prout à fine, concedo consequentiam: sicut solet dici *in tract. de causis*, quod actus voluntatis prout à fine est causalitas determinans finem, & prout à voluntate est effectus illius. 26 *Respond. ad 1.*

Ad secundam, distinguo maiorem dupliciter, primo: si decretum adæquatè acceptum supponat, concedo maiorem: si inadæquatè solum, nego maiorem: & minori sub eadem distinctione admissa, nego consequentiam. Itaque imperium id est scientia visionis, quia decretum adæquatè acceptum supponit, hoc est, non solum prout à fine, sed etiam prout à voluntate intelligitur egredi, simplex autem notitia vt causans in actu secundo, quamuis illud supponit secundum quod à fine intelligitur egredi, non tamen prout à voluntate procedit, sed prout sic intelligitur regulari per illam, & ideò non est scientia visionis. Vel secundo, distinguo maiorem: scientia, quæ supponit decretum vt repræsentet, est scientia visionis, concedo maiorem: quæ illud supponit solum vt causet, 27 *Ad 2. resp. dupliciter.*

nego

nego maiorem: & minori sub eadem distinctione, nego consequentiam: quia scientia simplicis intelligentiæ non supponit decretum vt repræsentet, sed solum vt causet.

28 *Instabis.* Sed instabis adhuc: non potest Dei scientia supponere decretum vt causet, & non vt representet: ergo solutio est nulla. Probatur antecedens, tùm: quia scientia essentialitèr est repræsentatio: ergo ad nihil potest nisi per representationem terminari. Tùm etiam: quia scientia ad nihil terminari potest nisi tãquam ad scitum, sicut corporalis visio solum ad visum terminari valet. Tùm denique: quia aliàs scientia Dei pro illo priori terminaretur ad rem vt futuram tanquam ad effectum, & solum vt possibilem illam cognosceret, ex quo duo absurda sequuntur: primum est, Deũ pro tunc ignoranter procedere: secundũ, eius cognitionem esse falsam pro tunc, siquidem terminaretur vt possibile ad aliquid, quod pro tunc iam esset futurum,

29 *Respond. negando antecedẽs* Respondeo, negando antecedens. Ad primam probationem, distinguo antecedens: est repræsentatio adæquatè, nego antecedens: & simul causa, concedo antecedens, & nego consequentiam. Ad secundam, distinguo antecedens: ad scitũ, quod eodem modo sit scitum, quo terminat causalitatem, nego antecedens: sub alio modo, concedo antecedens, & nego consequentiam: quia vt rem causet, & ad illam sua causalitate vt futurã terminetur, sufficit quod futuritionem vt possibilem repræsentet, & vt sic voluntati proponat, cuius exemplum habemus in scientia creata, quæ vt causa ad rem vt existentem terminatur, & tamen illam non repræsentat, quatenus existentem.

30 *Nullum sequitur inconueniens.* Ad tertiam probationem, concedo sequelam, nec sequitur aliquod ex prædictis inconuenientibus. Non primum: quia vt ignoranter non causet, sufficit omnem illum modum vt possibilẽ perfectissimè cognoscere, quia alitèr pro tunc cognoscibilis non est, ex eo quod intelligitur præcedere decretum voluntatis diuinæ secundum quod à voluntate procedit, à quo res accipiunt suam futuritionem. Nec secundum: quia cognitio illa non negat futuritionem in eodem instanti rei conuenire, sed solum pro tunc vt exercitam illam non attingit, in quo nulla falsitas est.

*

§. III.
Statuitur secunda conclusio.

SECVNDA CONCLVSIO. 31 *Secunda conclusio.* *Scientia libera visionis est causa creaturarum, & proxima regula productionis illarum.* Hæc conclusio est expressa D. Thom. pluribus in locis, *in* 1. *dist.* 39. *quæst.* 1. *art.* 1. *ad* 5. illis verbis: *Esse Dei non subiacet libertati voluntatis, sicut scire operationum creaturæ*; at scientia, quæ subiacet libertati voluntatis, non est purè possibilium sed futurorum: ergo ista ex mente D. Thomæ est creaturarum causa. *Prob. ex D. Tho.*

Et *art.* 8. *huius quæstionis in corpore*, & *in solutione ad* 1. desumptum ex Origene asserente, non ideò rem esse futuram, quia scitur à Deo, sed ideò sciri quia futura est, respondet Angelicus Doctor, his verbis: *Ad primum dicendum, quod Origenes loquutus est attendens rationem scientiæ, cui non competit ratio causalitatis, nisi adiuncta voluntate*; at si D. Thomas sentiret solam scientiam simplicis intelligentiæ esse causam rerum, & non causari per scientiam visionis, qua futura cognoscuntur futura, non sic explicaret Origenis verba, sed illa admitteret vt absolutè vera: ergo scientia libera visionis est causa creaturarum ex mente D. Thomæ. Probo minorem: nam hæc propositio, *non propter ea aliquid erit, quia id scit Deus esse futurum*, quam D. Thomas ex Origene opponit, est vera vt iacet absque vlla explicatione, si sola scientia simplicis intelligentiæ sit causa futuritionis rerum, quia scientia simplicis intelligentiæ non terminatur ad rem vt futuram, sed tantum vt possibilem: ergo licet per illam sint res futuræ, quia sciuntur possibiles, non tamen, quia sciuntur futuræ; & consequentèr cum D. Thomas dictam propositionem non admisserit vt absolutè veram, sed Origenem explicuerit loquutum de scientia cui non competit ratio causalitatis, nisi adiuncta voluntate, manifestè sentit scientiam, cui adiuncta voluntate competit ratio causalitatis, repræsentare futura, vt futura.

Per quod euertitur explicatio Arrubalis ad verba D. Thomæ contendentis, non obstante testimonio ita expresso, Angelicum Doctorem in suum patrocinium adducere, & contra omnes Thomistas extorquere: melius Vazquez loco supra allegato vi istius testimonij conuictus fatetur D. Thomam à nostra esse sententia, licet postea aliqualitèr ipsum explicare contendat, cuius explicatio planè ex dictis exploditur. 33 *Explicatio excluditur.*

Pro-

Digitized by Google

34 Probatur primo nostra conclusio ex Augustino relato à D. Thoma in argumento, sed contra, illis verbis: *Vniuersas creaturas, & spirituales, & corporales, non quia sunt ideò nouit Deus, sed ideò sunt quia nouit* Et ex Magno Gregorio lib. 20. Moralium, cap. 24. ibi: *Quacumque sunt, non ideò ab æternitate videntur quia sunt, sed ideò sunt quia videntur*: ergo ex mēte Augustini, & Gregorij, scientia, qua Deus cognoscit creaturas existentes, quæ est scientia visionis, est illarum existentiæ causa.

Prob. 1. ex Parēte August.

35 Respondebis primo, cum Vazquez *num. 42* allegatos PP. in illa causali non loqui de scientia visionis terminata ad creaturas vt futuras, aut quatenus existentes, sed de scientia practica, qua vt possibiles cognoscuntur, & de hac recte dicitur, ideo res esse futuras, quia à Deo cognoscuntur. Qua interpretatione ocurrit Arrubal, *cap. 8. num. 29.* ad verba Augustini.

Resp. 1.

36 Sed contra primo: nam iuxta hanc interpretationem propositio Augustini faceret istum sensum, *ideò creaturæ sunt existentes, quia nouit Deus illas vt possibiles*; at in isto sensu est falsa propositio: ergo inepta est prædicta interpretatio. Probo minorem, propositio causalis petit ad sui veritatem quod sit bona consequentia; at hæc consequētia nō tenet; *Deus cognoscit res vt possibiles: ergo erunt existentes*: ergo hæc causalis est falsa, *ideò res sunt existentes, quia à Deo vt possibiles cognoscuntur.*

Sed cōtra 1.

Secundo. Secundo, hæc propositio est falsa in sensu formali, *creaturæ existentes cognoscuntur à Deo per simplicem notitiam*, quia in formali sensu fit reduplicatio supra existentiam: ergo paritèr ista erit falsa in sensu formali, *ideò sunt creaturæ, quia Deus nouit*, si intelligatur de notitia simplici. Patet consequentia: quia verbum *nouit* cadit supra creaturas existentes. Denique: nam hæc interpretatio adhiberi nequit verbis Gregorij expressè loquentis de notitia, quæ vocatur visio, hęc autem non est simplex notitia, sed scientia visionis.

Denique.

37 Respondebis secundo ex Arrubale ad verba Gregorij, illis solum significari, nō ideò res cognosci a Deo, quia illæ in tempore sunt realitèr præsentes, sic enim Deus deberet à rebus scientiam accipere, quod est falsum; ac proinde potius res secundū suam præsentialitatem, quam habent in tempore, esse Deo præsentes, quia illas vidit ab æterno in præsentialitate, quam habent in suo tempore.

Resp. 2.

38 *Verum* hęc interpretatio non est minus insufficiens, quam prima, quod patet, tùm, quia intuitus Dei nequit esse causa quare creaturæ sint Deo præsentes in æternitate, nisi etiam sit causa vt sint in suo tempore; cum rario immediata quare in æternitate contineantur sit propria duratio: ergo si scientia Dei est causa coexistentiæ creaturarum ad Deum in mensura æternitatis, est etiam causa existentiæ in propria duratione.

Reiicitur primo.

Secundo: quia quādo inquit Gregorius, *ideò res sunt præsentes, quia videntur à Deo*, nequit interpretari de præsentia obiectiua, vt insinuat Auctor prædictus; ergo intelligit debet de physica præsentia, & consequentèr physica præsentia, quam res habent in æternitate, & in tempore, erit effectus scientiæ visionis. Probo antecedens, tes esse præsentes obiectiuē Deo, est videri ab ipso: ergo si loqueretur Gregorius de præsentia obiectiua, illius propositio redderet istum sensum *ideò videntur, quia videntur*; & consequentèr esset identica, & inepta propositio. Denique reijcitur: nam etiam si explicetur de præsentia obiectiua, fauet Nobis Gregorius, quod probo: nam illa obiectiua præsentia est obiectum scientiæ visionis: ergo si rebus conuenit, quia videntur à Deo, iam scientia visionis suum obiectum causabit; & consequentèr ruit fundamentum præcipuum sententiæ contrariæ, desumptum ex eo quod obiectum debet scientiam præcedere sub ea ratione, qua est obiectum illius.

39 *Secundo.*

Denique.

Secundo probatur conclusio: imperium diuinum concurrit ad creaturarum productionem, iuxta illud Psalmi 148. *Ipse dixit, & facta sunt; ipse mandauit, & creata sunt*; sed imperium est scientia visionis: ergo scientia visionis est causa rerum. Consequentia cum maiori tenet, & minorem probo: nam imperium sequitur efficacem rerum electionem in Deo; sed actus supponens efficacem electionem, est scientia visionis: ergo imperium est scientia visionis. Probo maiorem primo ex D. Thoma 1. 2. *quæstione 17. art. 1. in fine corporis*, illis verbis: *Vnde relinquitur, quod imperare sit actus rationis præsupposito actu voluntatis, in cuius virtute ratio mouet per imperium ad exercitium actus*: ergo imperium diuinum præsupponit efficacem rerum electionem. Secundo, imperium est actus practicus, & liber intellectus; sed omnis intellectus libertas ex actu voluntatis originatur, & illum supponit; cum voluntas sit primum liberum, & prima libertatis radix: ergo imperium est actus intellectus supponens efficacem electionem voluntatis.

40 *Secundo prob. cōclusio.*

Respondebis primo, imperium non esse actum intellectus, sed voluntatis. Sed con-

41 *Resp. 1.*

Sed contra 1. contra primo: nam imperium est intimatio, ordinatio, & præceptum; sed ordinare vnum ad aliud pertinet ad intellectum practicum, sicut vnum ex alio inferre ad intellectum speculatiuum, præcipere etiã est actus superioris, & cõsequẽter ad supremã potẽtiã, qualis est intellectus, debet pertinere: ergo imperium est actus intellectus. *Secundo.* Secundo: nam diuinum imperiũ explicatur per illa verba Psalmi, *ipse dixit, & facta sunt*; sed dicere est loqui, locutio autem est actus intellectus, & non voluntatis: ergo imperium est actus intellectus, & non voluntatis. Mitto alia plura contra istam solutionem, quia non est huius loci eius plena impugnatio. Videantur Thomistæ *in hac prima parte quæstione 23. & 1. 2. quæst 17.*

42 *Resp. 2.* Respondebis secundo, imperium non esse actum distinctum à scientia simplis intelligentiæ, sed esse cognitionem rerum possibilium adiuncto actu voluntatis diuinæ, qui actus est liber in causando creaturas, non in illarum repræsentatione: sola autem illa scientia est visionis, quæ actum voluntatis supponit vt repræsentatiuè suum obiectum attingat, non verò quæ solum actum liberum supponit vt causet.

43 *Reijcitur 1.* Sed contra primo: præter efficacem electionem, quæ datur in ordine intentionis, datur etiam alius actus distinctus, qui vocatur *vsus* respiciens obiectum vt exequibile, & applicans potentias executiuas ad exequutionem: ergo præter consilium, quod est iudicium certum regulans electionem, debet dari in diuino intellectu aliud iudicium à primo distinctum subsequutum ad electionem, præcedens, & regulans vsum, quod vocamus *imperium*. Consequentia tenet: nam quia præter intentionem finis ponimus in Deo alium actum voluntatis, nempè electionem, ponitur etiam in diuino intellectu actus electionem regulans distinctus ab illo, qui est intentionis regula: ergo si præter electionem datur vsus actiuus ab electione distinctus, debet etiam dari distinctus actus diuini intellectus, qui sit regula illius. Antecedens autem probo: ille actus datur in nobis: tùm, quia id expressè docet D. Thomas *1. 2. q 17. art. 3. in corpore*, & clarius *solutione ad 1.* Tùm etiam, quia ad adhuc electione supposita, est noua difficultas in applicando executiuas potentias ad opus. Tùm denique; quia in obiecto est distincta ratio obiectiua exequibilis, à ratione obiectiua eligibilis: ergo debet etiam admitti in Deo; cum nulla in hoc imperfectio involvatur.

44 Secundo traditam solutionem reijcio; imperium est actus perfectè, & intrinsecè liber; sed scientia simplicis intelligentiæ non redditur perfectè, & intrinsecè libera ex additione decreti liberi voluntatis diuinæ; cum tale decretum nihil ei intrinsecum superaddat in data solutione: ergo in illa non constitit imperium, etiam adiuncto decreto. Consequutio cum minori tenet, & maiorem probo: est possibilis actus practicus intellectus perfectè, & intrinsecè liber: ergo in illo debet imperiũ constitere. Probo antecedens: est possibilis actus speculatiuus intellectus perfectè, & intrinsecè liber: ergo, & actus practicus intrinsecè liber erit possibilis. *Secundo reijcitur.*

45 *Denique respond.* Denique respondebis nostro argumento ad summum conuinci, scientiam visionis esse causam rerum per modum ordinantis, seu imperantis, applicando, scilicèt, imperatiue vim executiuam ad opus, non tamen quod dirigat illam in creaturarum productione: eo modo quo scientia artificis ipsum dirigit in formatione artificiati, sicut si Dominus imperet seruo vt artificiatum aliquod formet, tale imperium erit quidem applicatiuum serui ad operandum, non tamen eius mentem, seu potentias exequutiuas diriget, vt modo artificioso in artificiati formatione procedat; sed isto modo adæquatè dirigetur seruus per propriam scientiam, & propriam idæam: sic ergo continget in Deo, quod quamuis scientia visionis imperet creaturarum productionem, & cõsequenter applicatiuè ad illam concurrat, non tamen directiuè, sed directio adæquatè erit per simplicem notitiam.

46 *Impugnatur solutio.* Cæterum, præterquã quod hoc admisso, iam saluatur scientiam visionis esse causam rerum, quod aduersarij negant, contra istam solutionem in hunc modũ obijcio: imperium diuinum est cognitio perfecta creaturæ existentis, vt probatum relinquo: ergo non solum applicatiuè, sed etiam regulatiuè ad illius productionem concurrit. Patet consequentia: quia ob hanc causam in aduersariorum sententia directiuè concurrit ad creaturarum productionem simplex notitia, quia est perfectissima cognitio creaturæ vt possibilis: ergo si imperium est perfecta cognitio creaturæ producendæ vt existentis, cum aliàs præcedat executionem prioritate naturæ, directiuè ad illam concurret.

47 *Confirm.* Quod amplius vrgetur retorquendo exemplum adductum: si Dominus sit peritus in arte pingendi, fabricandi domum, aut dolandi ligna, & non solum imperet seruo, quod formet picturam, seu domũ sed etiam modum insinuet seruandum in formatione illorũ, non solum concurret per

Digitized by Google

per suum imperium applicatiuè respectu serui, sed etiam directiuè, illum dirigendo in ordine ad executionem; at diuinum imperium, cum sit perfectissima rei fabricandæ cognitio, & modi, quo debet produci, insinuat vi executiuæ, nedum creaturæ productionem, sed etiam modum, quo est producenda: ergo non solum applicatiuè, sed etiam directiuè concurrit ad eius productionem.

48 *Denique prob. cõclusio.* Denique eandem conclusionem ostendo: Deo vtpotè perfectissimo artifici, cõcedi debet perfectissimus modus directionis inter imaginabiles, si possibilis sit; at perfectior modus directionis est, qui fit per scientiam visionis effectus producendi, quam per solam notitiam simplicem, seu abstractiuam illius; & aliàs non repugnat: ergo Deo debet adscribi. Discursus cum maiori tenet. *Minor prob. 1. parte cõstat.* Minor pro prima parte nota videtur: eatenus namque directio est perfectior, quatenus clarius, & perfectius attingit obiectum; at scientia visionis perfectius attingit obiectum existens, quam abstractiua eiusdem obiecti cognitio: ergo illius directio est perfectior.

49 *Pro secunda prob.* Pro secunda vero, quam Auctores oppositi inficiari videntur, sic ostendo minorẽ: si repugnaret, vel esset ex eo quod scientia visionis repræsentat creaturas vt de facto existentes, & consequenter illarum existentiam supponit, vel quia supponit decretum efficax voluntatis diuinæ, à quo res accipiunt suam futuritionem, at ex neutro capite redditur repugnans directio per scientiam visionis: ergo nullatenus repugnat talis directio. *Minor prob. 1.* Probo minorem: quia in primis non redditur repugnans ex primo capite. Tùm à priori: quia de ratione scientiæ visionis non est supponere obiectum existens, sed solum ad illud vt existens pro eadem durationis mensura terminari; at simultas durationis duorum stat bene cum prioritate naturæ, seu causalitatis vnius ad aliud: ergo stat bene scientiam visionis suum obiectum directiuè causare, quin rationem intuitionis amittat.

50 *Secundo.* Tùm etiam: quia vt contrarij Auctores fatentur, decretum efficax voluntatis diuinæ terminatur ad creaturas futuras vt ad effectum, cum dicant ab illo suam futuritionem accipere, saltim loquendo de futuris non liberis; & tamen prædictum decretum ad eadem vt ad obiectum terminari debet: ergo stat bene actum aliquẽ suum obiectum causare; & consequentèr existo capite repugnare nequit sui obiecti directiua causatio. Probo minorem: nam electio efficax est amor creaturarum; at non terminatur ad illas vt possibiles vt ad obiectum, aliàs non esset efficax: ergo terminatur ad illas vt futuras tanquam ad obiectum.

63 *Secundo arguit ratione* Tùm tertio: nam Verbum diuinum ex sui ipsius intuitiua notitia procedit: ergo simul est terminus per illam productus, & obiectum talis notitiæ; & consequentèr ex eo quod res creata vt existens sit obiectum scientiæ visionis, non rectè colligitur non posse esse effectum ex illius directione productum. *Aliter pro pr* Tùm denique: nam ens rationis est obiectum cognitionis humanæ, vt exercitè existens; & tamen simul est effectus illius: non enim causatur per cognitionem, qua vt possibile attingitur, sed per notitiam per quam exercitè existens apprehenditur: ergo idem quod prius.

Quod autem ex secundo capite non repugnet directio per scientiam visionis, probatur: nam esto electio, seu decretum efficax sit causa futuritionis creaturarum, & antecedat vim executiuã, non tollit quominus vis executiua, quamuis electione posterior sit, effectiuè ad creaturarum productionem concurrat: ergo pariter quamuis scientia visionis efficax decretũ, quod est futuritionis causã supponat, non impedit quin prædicta scientia directiuè influat in illarum futuritionem. Et ratio est: quia licet decretum sit efficax causa, non tamẽ se solo, sed simul cum alijs, quæ antecedunt, & subsequuntur, inter quæ à Nobis anumeratur scientia visionis.

52 *Aliud repugnãtia cap. excluditur.*

§. IV.

Diluuntur duo principalia argumenta sententiæ contrariæ.

COntra istam conclusionem obijciunt oppositi Auctores sic primo: res vt futuræ præcedunt scientiam visionis Dei: ergo talis scientia non est causa futuritionis rerum. Consequentia tenet. Antecedens autem probat Vazquez ex auctoritate PP. passim, asserentium, non ideo rem esse futuram, quia scitur à Deo sed è contra, ideò sciri quia futura est. Ita ex Græcis, Origenes in illud ad Romanos 8. *Quos autem prædestinauit*. Chrysostomus homilia 60. in Matthæum explicans illum locum: *Necesse est vt veniant scándala*. Damascenus *libro contra Manichæos non longè à fine*. Cyrillus *lib. 9. in Ioan. cap. 10.* Et ex Latinis Hieronymus in illud Ezechielis 2. *Hæc dices ad eos*. Beda *tomo 8. q. 113.* Augustinus 5. *de Ciuitate Dei, cap. 10.* quos refert Vazquez loco *vbi supra*; sed illorum verba non refert, solius Iustini verba commemorat id asserentis suo iudicio expressè lib. 5. quæstionum à

53 *Obiciunt primo.*

Gen-

foret, vel media: ergo supponit prædictum decretum; & consequenter erit causa ad minus remota talis cognitionis.

5 *Prima sẽtentia.* His igitur ita statutis, quod in discrimen vertimus est, an in decreto libero, vel in diuina essentia vt determinata per illud, cognoscat Deus ista futura tanquam in medio cum illis connexo. Prima sententia negat, quam tenent Belarminus *lib. 2. de amissione gratiæ, cap. 2. 4. & 7.* Molina *in concordia disputatione 28. & 32.* Fonseca 6. *Metaphysicæ, cap. 2. quæst. 4. sect. 6.* Vazquez *disputatione 65. cap. 2. & 3.* Alarcon *tract. 1. disputatione 2. cap. 6.* Herice *tract. 1. disputatione 6. cap. 3.* vbi ait, ita sentire fere omnes suæ Societatis Doctores. Secunda docet, omnia illa futura, quæ prædiffinitione absoluta efficaci à Deo prædiffiniuntur, posse in tali prædiffinitione certo cognosci; quia tamen non omnia contingentia futura sic prædiffiniuntur, ideò nõ omnia possunt in tali prædiffinitione cognosci. Hanc tenet Suarez *lib. 1. de scientia absolutorum, cap. 6. lib. 2. de concursu Dei cap. 13.*

Belarm. Molina. Fonseca. Vazq. Alarcon. Herice. *Secunda sententia.* *Suarez.*

6 *Tertia sẽtentia. Caietan⁹. Bañez. Zumel. Nazar. Albelda. Cornejo. Machin. PP. Sal. Serra. S THO. Aluarez. Ledesm. Ram.* Tertia, & vera sententia defendit, omnia in vniuersum futura cognosci in decreto, siuè in diuina essentia vt determinata per illud. Ita Caietanus, Bañez, Zumel, Nazarius, Albelda, Cornejo, Machin, PP. Salmanticenses, Marcus de la Serra, & noster Santo Thoma *in præsenti*, Albarez *lib. 2. de auxilijs disputatione 10.* Ledesma *disputatione de scientia futurorum, dub. 3.* Doctor Ram. *relect. de infallibilitate cognitionis diuinæ*, & omnes Thomistæ. Quibus in hac parte consentiunt Discipuli Doctoris subtilis secuti suum Magistrum *in 1. dist. 39. quæst. vnica*, & ex PP. Societatis Granadus, & Ruizius, quos refert Alarcon *vbi* proximè.

§. II.

Vera sententia probatur.

7 *Prob. 1. ex Parẽte Augustin.* QVÆ sententia suadetur in primis ex Parente Augustino *lib. de prædestinatione sanctorum, cap. 10.* ibi: *Prædestinatione quippè Deus ea præsciuit, quæ fuerat ipse facturus* Vbi prædestinationis nomine, non illam voluntatem, quæ prædestinatis est propria, intelligit, sed decretum liberum voluntatis diuinæque latè ac diuina omnipotentia se extendens: sentit ergo Augustinus Deum omnia futura, quæ ab eius voluntate dependent, in suo decreto cognoscere. Idem habet Hilarius *lib. 9. de Trinitate*, his verbis: *Quæ Deus facere decreuit in sua voluntate cognouit.*

8 Deinde suadetur ex Doctore Angelico *lib. 1. Contra Gentes, cap. 68. ad finem*, illis verbis: *Et sic remanet causalitas in causa prima, quæ est Deus, respectu motuum voluntatis, vt sic Deus se ipsum cognoscendo huiusmodi cognoscere possit.* Quam doctrinam sæpè repetit toto illo cap. & præcipuè in tertia ratione, illis verbis: *Sicut igitur Deus cognoscendo suum esse, cognoscit esse cuiuslibet rei, ita cognoscendo suum intelligere & velle, cognoscit omnem cognitionem, & volitionem*; at hæc non cognoscit in suo velle necessario, vtpotè non habente cum illis necessariam connexionem: ergo in suo decreto libero, vel in sua essentia vt determinata per illud. *Secundo ex D. Th.*

Si dicas, loqui D Thomam de motibus voluntatis non sub esse futuro, sed tantum sub possibili. In contrarium obstat, tùm primo: nam ratio qua probat, nempè, quia est causa prædictorum motuum, de illis sub vtroque statu conuincit; cum sub vtroque sit illorum causa Secundo, & vrgentius facit contra hanc solutionem idem D. Thomas *quæst. 12. de veritate, art. 10. ad 12.* vbi sic ait: *Ad decimum secundum dicendum, quod causæ superiores, quæ sunt rerum rationes in diuina præscientia, numquam deficiunt ab impletione suorum effectuum, sicut deficiunt causæ inferiores, & ideò in causis superioribus cognoscuntur rerum eventus absolutè, sed in inferioribus non nisi sub conditione:* sentit ergo expressè Diuus Thomas effectus contingentes futuros cognosci à Deo in se ipso, nedum vt possibiles, verum etiã vt futuros. 9 *Euasio præcluditur.*

Et ex his suadetur tertio hac ratione à priori: futura omnia contingentia cognoscuntur à Deo in sua essentia tanquam in causa, & obiecto cognito prius, at non in illa secundum formalitates necessarias: ergo secundum aliquam formalitatem liberam; & consequenter prout per liberũ decretum determinata. Illatio tenet. Minor est certa: medium namque, quod cognitum est ratio cognoscendi alterum, debet cum illo infallibili connexione connecti, diuina autem essentia secundum prædicata necessaria, tali connexione cum futuris non gaudet; benè tamen vt per decretum determinata, & consequenter non nisi vt sic affecta potest vt medium esse ratio cognoscendi futura. Maiorem dedit Diuus Thomas *quæst. 3. de veritate, art. 6. 1. Contra Gentes, cap. 38. & cap. 66. ratione 5. in hac quæst. art. 6.* quibus in locis, & alibi sæpè docet, vniuersaliter, quidquid Deus extra se cognoscit, cognoscere in se vt in medio, & ratione cognoscendi. 10 *Tertio suadetur ratione.*

Et insuper suadetur ratione, tùm: nã creaturas in statu possibili cognoscit in se ipso vt in causa, & obiecto primario: ergo 11

etiam

etiam existentes, seu futuras in se ipso vt in causa, & obiecto primario cognoscit. Tùm etiam: quia aliàs aliqua formalitas cognitionis diuinæ à creaturis speciem desumeret, & consequentèr ab illis penderet. Probo sequela: nam terminatio scientiæ Dei ad creaturas futuras, est aliqua formalitas intrinseca illi, vt cum frequentiori Theologorum sententia docebimus *tract. de voluntate Dei, art. 3.* loquendo de actu libero voluntatis diuinæ; at hæc nisi in diuina essentia vt in obiecto motiuo terminetur ad illas, speciem ab illis desumet cum omnis actus specificetur ab obiecto sui primario: ergo vt hoc inconueniens vitetur, concedi debet, Deum futura contingentia in se ipso vt in causa, & primario obiecto cognoscere.

12 *Duplex responsio.* Respondebis primo, concessa maiori, negando minorem: nam diuina essentia absque decreto libero potest repræsentare futura, ex suppositione quod futura sint, & consequenter data hac suppositione, potest esse ratio, & medium cognitionis illorum absque superadditione decreti. Secùdo respondebis, negando maiorem: licet namque inconueniens sit, quod prædicata necessaria Dei ab aliquo creato speciem desumant, quia indefectibilia: nullum tamen inconueniens apparet in eo quod terminatio cognitionis ad obiecta futura à creaturis specificetur, sicuti nec est inconueniens, quod quamuis sit intrinseca sit defectibilis.

13 *Prima reiicitur.* Sed neutra solutio satisfacit, & contra primam facit, tùm: nam diuina essentia repræsentat creaturas vt illarum causa: ergo per id solum determinari potest in esse repræsentantis futura contingẽtia, per quod determinatur in ratione causæ illarum; at solum decretum, illam ad causandum determinat: ergo per solum decretum liberũ determinari potest vt illa repræsentet. Tũ etiam: nam continentia creaturarum in esse intelligibili, seu repræsentatiuo, in essentia diuina, fundatur in continentia illarum in essendo; at non nisi vt per decretum determinata continet in essendo creaturas sub esse existentiæ, seu futuritionis: ergo non nisi quatenus determinata per illud potest illas repræsentare, seu continere in esse intelligibili, & repræsentatiuo.

Secundò.

14 *Tertiò* Tùm denique: nam ad hoc quod vnum obiectum alterum repræsentet, & illo cognito cognoscatur, necessario exigitur connexio inter vtrumque; at etiã data suppositione futuritionis rerum, non adest in diuina essentia connexio infallibilis cum illis, nisi ratione liberi decreti: ergo ad hoc in præfata hypotesi nequit

repræsentare futura contingentia nisi ratione decreti. Maior cum consequentia tenet. Minor autem probatur: nam connexio cum creaturis futuris non est formalitas necessaria Dei, sed formalitas libera; at omnis libera formalitas competens Deo, vel illi conuenit à decreto formalitèr, vel liberum decretum pro radicè supponit: ergo quacumque suppositione facta nequit diuina essentia repræsentare contingentia futura, nisi vt determinata per decretum liberum.

15 *Secundo solutio reiicitur.* Deinde secunda solutio reijcitur: nam formalitas diuinæ cognitionis terminatæ ad creaturas, esto libera, & defectibilis sit sub conceptu terminationis, est tamen increata, & diuina: ergo non potest à creatura in aliquo genere causæ dependere; at specificatio genus est dependentiæ: ergo nequit speciem à creatura desumere. Quod amplius confirmo: quamuis dicta formalitas libera, & defectibilis sit, quia increata est, nequit à creatura, vt ab efficiente pendere: ergo eadem ratione depẽdere nequit ab illa vt ab specificante, & tãquam à fine, quod tamen necessarium esset si specificaretur ab obiecto creato; cum omne obiectum primarium sit finis actus, quem primo terminat, & forma extrinseca illum specificans.

16 *Denique probatur conclusio* Denique, omissis alijs, de quibus fusè *in præcedentibus*, sententiam illam in hunc modum ostendo: decreto diuino nihil deest vt possit esse medium in quo Deus cognoscat futura contingentia: ergo Deus in illo contingentia cognoscit. Probo antecedens: id namque, quod cum alio necessario connectitur, potest esse medium in quo cognitionis illius; at decretum liberum Dei necessario cum creaturis connectitur: ergo nihil deest illi vt possit esse medium in quo cognoscantur.

17 *Resp. 1. cũ Vazquez* Respondebis primo cum Vazquez *vbi supra*, decretum liberum secundũ id quod addit supra actum necessarium, constitui per respectum rationis, ac proinde non posse à diuino intellectu cognosci, vt medium in quo cognoscantur futura, aliàs Deus entitates rationis confingeret.

Reiicitur primo. Cæterum hæc solutio est omninò insufficiens, & reijcitur primo: nam falsum est decretum liberũ per respectum rationis cõstitui, vt cum communiori Theologorum sententia monstrabimus *Tractatu de voluntate Dei, art. 3.* & ex admissis ab isto Auctore clarè potest ostendi: decreti namque cõstitutio est æterna, sicuti, & denominatio liberè volentis, quam ab æterno præstat voluntati diuinæ: respectus autem rationis æternus non est; cum diuinus intellectus illũ fabricare, aut cõfingere ne-

Digitized by Google

queat, vt iste Auctor concedit, & intellectus creatus ab æterno non sit vt illũ confingat: ergo nequit per respectum rationis liberum decretum constitui; & consequẽter ex isto capite non potest illi repugnare, quod sit medium in quo cognoscantur futura.

18 *Secundo.* Secundo: nam quidquid sit de hoc, an constituatur, vel non constituatur per respectum rationis, negari non potest, Deũ per suum decretum esse causam liberam futurorum; at id, quod sufficit ab causanda futura, sufficit etiam vt per modum medij seruiat illorum cognitioni: ergo si constitutio per respectum rationis causationi futurorum non obstat, minus potest obstare vt sit medium in quo cognoscantur.

Tertio. Tertio: quia certum est Deum, sua libera decreta cognoscere, etiam si per respectum rationis constituantur, absque eo quod ex hoc colligatur fabricare diuinum intellectum respectum rationis: ergo etiã absque illius confictione poterit in illo futura cognoscere. Patet hæc consequentia, tùm: nam si potest illa vt sic cognoscere absque confictione respectus rationis, cur etiam non poterit illa cognoscere, veluti vt *quo*, idest, vt media in quibus cognoscat futura: nec video cur ex isto secundo modo cognitionis decreti sequatur confictio respectus rationis constituentis ipsum non verò ex primo. Tùm etiam: nam decretum cognitum ducit in euidẽtem futurorum notiam: ergo si cognoscitur à diuino intellectu, quin respectum confingat, erit medium in quo cognoscantur futura absque talis respectus confictione a diuino intellectu.

19 *Secunda solutio.* Respondebis secundo ex Alarcone *vbi supra* relato: decretum constitui ex entitate actus necessarij & denominatione extrinseca ab effectu futuro desumpta; cumque non possit esse medium in quo ratione primi, cum prout sic cum futuris non connectatur infallibilitèr; nec ratione secundi, quia inter medium in quo cognitionis, & extremum cognitum debet esse dinctio: decretum autem secundum denominationem extrinsecam, ab effectu futuro non discriminatur: hinc est, quod sub nulla ratione possit esse medium in quo cognitionis futurorum.

20 *Reijcitur primo.* Sed nec ista solutio satisfacit, & in primis reijcitur: quia falsum est decretum liberum per extrinsecam illam denominationem constitui, vt ostendimus *l. co allegato*. Tùm, quia denominatio adæquata decreti est æterna, secus autem effectus creatus; & consequenter nequit ab illo, decreti denominatio desumi. Tùm etiam, quia decretum, secundum quod liberũ, est causa effectus futuri: causa autem in ratione causæ nequit per effectum constitui, aliàs idem à se ipso penderet, esset que prius, & posterius se ipso: ergo exisio capite nulla est repugnantia quominus esse possit medium, in quo cognoscantur futura.

Secundo reijcitur: nam quomodo cumque constituatur decretum, sic debet constitui, vt quatenus liberum, sit Deo ratio causandi futura; at quod est ratio essendi, potest esse ratio, & medium cognoscendi; cum hoc secundum oriatur ex primo: ergo si constitutio per denominationem illam extrinsecam, causalitati decreti respectu futurorum non obstat, vt tenetur fateri Alarcon, nec obstare poterit quominus sit ratio, & medium illa cognoscendi 21 *Secundo.*

Denique respondebis, decretum Dei liberum non habere nexum infallibilem cum futuris contingentibus; quod tamen necessarium erat vt esset medium in quo Deus illa cognosceret. 22 *Tertia solutio.*

Reijcitur primo. Sed contra primo: nam inter voluntatem antecedentem, & consequentem, hoc extat discrimen, quod prima non habet annexam infallibilitatem euentus; bene tamen secunda, vt cum Diuo Thoma tradit communis Theologia *infra quæstione 19. articulo sexto*: ergo decretum ad voluntatem consequentem spectans, connexione infallibili gaudet cum effectu futuro; & consequenter poterit in illo cognosci.

Secundo. Secundo: nam id, ex quo per discursum euidentem potest homo aliquid colligere, potest esse medium in quo per simplicem intuitum absque imperfectione discursus Deus illud cognoscat; at ex eo quod Deus aliquid efficaciter velit, per euidentem consequentiam inferimus eius futuritionem, iuxta illud: *Ipse dixit, & facta sunt*: & illud Psalmi 113. *Omnia, quæcumque voluit, fecit*: ergo in voluntate sua cognita potest Deus contingentia futura absque vllo discursu cognoscere.

§. Vltimus.

Argumentis occurritur.

MVltipliciter arguunt contrarij, potissimum tamen argumentum illorum à læsione libertatis, & cõtingẽtiæ, si in Dei decreto efficacia sit infallibilis, sumitur, de quo *supra Disp. 36. per* lura diximus, & fusius tractatur *in Materia de Auxilijs*: vnde necessarium non est vt in eius solutione in præsenti immoremur. Deinde sic arguũt: Deus cognoscit formale 23 *Arguunt primo.*

pec-

Digitized by Google

peccati futurum; & tamen non in decreto efficaci, quod habeat de illo: ergo nõ omnia contingentia futura cognoscuntur à diuino intellectu in decreto efficaci.

Respondetur. Respondeo, concessa maiori, negando minorem: nam licet formale peccati non terminet decretum diuinum factiuum sui; terminat tamen decretum permissiuum, in quo adiuncto decreto efficaci positiuo, quod habet Deus erga materiale peccati, potest cognosci formale malitiæ.

24 *Si obijcias.* Si dicas, diuina essentia non potest repræsentare, nisi illud quod causare potest; cum continentia illius in esse intelligibili, & repræsentatiuo, supra continentiam in esse entitatiuo fundetur, vt *supra* arguebamus; at nec ratione decreti positiui erga materiale peccati; nec ratione decreti permissiui formalis continet formale malitiæ, cum nulla ratione sit, aut esse possit, causa illius: ergo nequit vt determinata per talia decreta esse medium in quo cognoscatur formale malitiæ.

25 *Respondetur.* Respondeo, repræsentationem diuinæ essentiæ respectu alicuius ab illa distincti prouenire posse, vel ex eius continentia effectiua, vel ex continentia alicuius, cum quo connectatur; & quia licet formale malitiæ non contineatur in diuina essentia, vt in causa, continetur tamen in illa materiale, cum quo formalis malitia infallibili connexione connectitur: hinc est, quod possit illud repræsentare, & esse medium in quo Deus cognoscat non solum materiale, verum etiam formale peccati.

26 *Instabis.* Sed instabis adhuc, materiale peccati solum vt materiale reduplicatiuè est medium in quo cognoscatur formale: at prout sic non continetur in diuina omnipotentia, nec prout sic causatur ratione decreti: ergo diuina essentia vt determinata per decretum nequit esse medium, in quo mediatè cognoscatur materiale malitiæ. Patet consequentia: quia vt sic esset medium, deberet continere, & causare materiale peccati, quatenus causat, & fundat formale.

Respondetur. Respondeo, quod licet materiale peccati reduplicatiuè vt materiale, non causetur ratione decreti, nec prout sic contineatur in omnipotentia diuina, quia tamen continetur *identicè*, hoc est, secundum aliam formalitatem sibi identificatã: hinc fit, quod materiale acceptum formaliter cognoscatur à Deo ratione decreti, atque ex consequenti ratione eiusdem cognoscatur formale.

27 *Secundo obijciunt.* Secundo sic obijciunt: id quod est medium in quo aliud cognoscatur, debet esse prius intelligibile; at decretũ liberũ nõ est prius intelligibile, quam effectus futurus: ergo nequit esse medium in quo cognoscatur. Minor probatur primo: nam decretum liberum solum addit supra actum necessarium respectum rationis, vel denominationem extrinsecam ab effectu desumptam; at nec respectu rationis, nec extrinseca denominatio possunt prius intelligi, quam effectus futurus; cum relatiua simul sint cognitione, & denominatio ab effectu, ipsum, vt denominãtem formam importet: ergo decretum liberum, secundum id quod addit supra actum necessarium, nequit esse cognitum prius quam effectus futurus.

Secundo probatur, nam quamuis decretum per quid reale intrinsecum constituatur, non potest non involvere pro termino effectum futurum; at respectus, vel connexio cum termino, nequit pro aliquo priori cognosci, pro quo ex vi eiusdem cognitionis terminus non cognoscatur: ergo nequit esse prius cognoscibile decretum liberum, quam effectus futurus.

Respondeo, concessa maiori, negando minorem. Ad primam probationem, nego maiorem, pro vtraque parte, cum frequentiori Theologorum sententia, constituente decretum liberum in aliquo intrinseco reali, aut eminenter solum defectibili Deo, aut formaliter defectibili, non sub conceptu entitatis, sed sub conceptu terminationis, de quo *infra quæstione 19. articulo tertio*, vbi hoc secundo modo libertatem actualem diuinam defendemus. 28 *Resp. negando minorem. Ad 1. probat. nego maior.*

Quod si cum aliquibus ex Thomistis teneamus, decretum liberum per respectum rationis constitui, adhuc sustineri potest in illo, vt in medio cognosci futura contingentia: nam ille respectus non est prædicamentalis, de cuius ratione est simultas naturæ cum termino, sed tranſcendentalis, quod licet non possit cognosci, quin illius terminus cognoscatur, quia tamen naturæ ordine terminum præcedit, potest esse prius cognoscibile, non quidem prioritate *in quo*, sed *à quo*.

Ad secundam probationem, concessa maiori, distinguo minorem: pro priori instantis *in quo*, concedo minorem: pro priori *à quo*, nego minorem, & nego consequentiam: nam de ratione medij, in quo cognitionis non est prius cognosci prioritate *in quo*, adhuc rationis, sed solum prioritate *à quo*, seu *naturæ*, idest, quòd licet simul tempore cognoscatur cum termino, cognitio tamen ad terminum transeat, ratione illius, propter cõnexio- 29 *Ad secundam.*

xionem inter vtrumque repertam, vt constat in omnipotentia diuina, quæ non potest cognosci, quin simul tempore, & ex vi eiusdem cognitionis cognoscãtur creaturæ, & tamen est medium, in quo cognoscuntur creaturæ: constat etiam in diuina essentia, quæ est medium in *quo*, seu ratio à priori cognoscendi attributa, & relationes diuinas, & tamen cognosci non potest, quin ex vi eiusdem cognitionis, simulque cognoscantur.

30 *Obijcies.* Sed dices, non alia ratione non potest vnum relatiuum in alio cognosci tamquam in medio, nisi quia non potest vnum cognosci, quin simul ex vi eiusdem notitiæ alterum cognoscatur: ergo si decretum liberum nequit cognosci, quin simul ex vi eiusdem cognitionis cognoscatur effectus futurus, nequibit esse medium in quo respectu illius.

Respondetur. Respondeo, vnum relatiuum ideò esse non posse medium in quo alterum cognoscatur, quia vtrumque cognoscitur simul simultate, non solum *in quo*, verum etiam *à quo*, seu *natura*; cuius ratio est, quia vt tenet commune proloquium, *relatiua sunt simul natura*, id est, vnum non est causa alterius, quod autem non est causa alterius in essendo, nequit esse medium, in quo à priori alterum cognoscatur; in decreto autem oppositum, oppositaque de causa contingit: quia nempè, cum sit causa essendi respectu effectus futuri, quamuis simul tempore cognoscatur cum illo, potest esse medium à priori respectu cognitionis illius.

31 *Tertio arguitur.* Tertio argumentari possumus: sequitur namque ex nostra sententia, scientiam futurorum differre virtualiter à scientia possibilium; consequens est contra communem Theologorum sententiam: ergo decretum diuinum non est medium in quo Deus cognoscit futura. Probatur sequela: nam distinctio in scientijs sumitur à medijs; seu obiectis motiuis; at assignato pro medio scientiæ futurorum decreto diuino, haberet motiuum virtualiter adæquatè diuersum à motiuo, seu medio scientiæ possibilium: ergo esset inter vtramque virtuale discrimen. Probatur minor: motiuum, seu medium in quo Deus possibilia cognoscit, est omnipotentia; at hæc à libero decreto virtualiter intrinsecè differt; cum iuxta communem Thomistarum sententiam, omnipotentia, vel sit intellectus practicus Dei connotans voluntatem, vel attributum à voluntate, & intellectu virtualiter distinctum: & cõsequenter differat virtualiter à decreto libero: ergo si hoc est medium in quo Deus futura cognoscit, habebit scientia libera motiuum distinctum à scientia possibilium; & consequenter erit inter vtramque virtuale discrimen.

32 *Respondetur 1.* Respondeo primo, decretum liberum non esse motiuum, seu medium in quo Deus futura cognoscit per modum rationis formalis; sed solum per modum applicationis omnipotentiæ, in qua vt per decretum liberum applicata cognoscuntur futura, ingrediente omnipotẽtia vt ratione formali obiectiua, & decreto tamquam conditione applicante, cuius ratio esse potest: nam cum repræsentatio creaturarum in Deo supra illarum continentiam fundetur; decretum autem non sit ratio continẽdi creaturas futuras, sed applicatio omnipotentiæ, ratione cuius Deus continet proximè illas: consequens fit, vt nec esse possit decretum ratio formalis ex parte obiecti, illas repræsentandi. Iuxta quã doctrinam facilis est argumenti solutio: nam vt inter scientias prædictas intercederet virtuale discrimẽ, deberet virtualis distinctio intercedere, non in conditione applicante, sed inter media, seu motiva illarũ, quod iuxta hanc solutionem in præsenti non contingit.

33 *Respondetur 2.* Secundo, admittendo decretum esse medium, & non solam conditionem, ad argumentum factum respondeo, negando sequelam. Ad illius probationem, concessa maiori, nego minorem: ad cuius probationem, concessa maiori, distinguo minorem: differt virtualiter à decreto libero in esse entis, cõcedo minorem: in esse medij, seu obiecti cognitionis diuinæ, nego minorem, & nego consequentiam: quia distinctio scientiarum non ab entitiua distinctione obiectorum desumitur, sed à distinctione illorum formaliter in ratione obiecti: ratio autem cur inter decretum, & omnipotentiam non intercedat distinctio formaliter in ratione obiecti, est, quia hæc prouenit ex diuersa immaterialitate: decretum autem, & omnipotentia diuina in eadem immaterialitate cõueniunt, & id circo in ratione obiecti non differunt: sicuti hac de causa non dantur in Deo diuersæ scientiæ virtualiter attributaliter respectu diuersorum attributorum: quia licet attributa inter se virtualiter differant: omnia tamen in eadem immaterialitate conueniunt.

34 *Denique arguitur.* Denique arguitur: Deus cognoscit futura contingentia in idæis, quas habet de illis; at idæa in Deo omne liberum decretũ præcedit; cũ Deus habeat idæas respectu possibilium, vt docet Diuus Tho. *quæstione tertia de veritate, art. sexto*: ergo nõ cognoscit futura contingentia in decreto. Maior est Diui Thomæ *loco allegato in argumento*

Digitized by Google

mento primo sed contra, & quæstione secunda de veritate, articulo quarto ad sextum, illis verbis: *Ad sextum dicendum, quod Deus cognoscit res in propria natura, si ista determinatio referatur ad cognitionem ex parte cogniti; si autem loquamur de cognitione ex parte cognoscentis, sic cognoscit res in idea, ideſt, per ideam, quæ est similitudo omnium, quæ sunt in re, & accidentalium, & essentialium.*

35 *Respond.* Respondeo, ideam consideratam posse dupliciter, vel prout repræsentatiua ideati, & causatiua solum in actu primo, vel prout practica in actu secundo: sub prima consideratione præcedit decretum, & in illa prout sic solum possibilia cognoscuntur à diuino intellectu: secundo autem modo considerata non præcedit decretum, sed per illud determinatur ad causandum exēplariter in actu secundo & in illa, vt sic cōsiderata, Deus cognoscit effectus futuros, quod in idem venit, atque illa in decreto cognoscere.

36 *Obijcies.* Dices, Deus cognoscit futura contingētia in idea secundum essentiam ideæ; at id, quod accedit ideæ post decretum, est extra totam essentiam illius: ergo ante decretum cognoscuntur à Deo. Maior necessaria videtur, vt subsistat doctrina Diui Thomæ in testimonio adducto. Minor autem probatur: ideæ namque sunt diuina exemplaria, ad quorum imitationem Deus producit creaturas; at de ratione exemplaris non est vt in ipso repræsentetur res efficienda vt re ipsa futura, vt cōstat in creato exemplari, de cuius ratione, seu essentia non est, nisi quod repræsentet clarè effectum producendum: ita vt artifex, si velit, possit artificiatum ad illius instar, seu imitationem producere, quin rem vt futuram repræsentet: ergo quod ideis additur post decretum, est extra illarum essentiam

37 *Respond. 1.* Respondeo dupliciter: primo distinguēdo maiorem: secundum essentiam ideæ, vt ab omni alio præcisam, nego maiorem: secundum essentiam ideæ adiuncto aliquo extra essentiam illius, per quod determinatur ad actuale exercitium suæ causalitatis, concedo maiorem: & omissa minori, nego consequentiam: nam amplius Diuus Thomas *in allegato loco* contendit: & sicut dicebamus *in prima solutione tertij argumenti*, quod in omnipotentia cognoscuntur futura ingrediente decreto, vt conditione applicante omnipotentiam ad effectum producendū: ita de ideis discurrere possumus, cognosci in illis effectus futuros ingrediēte decreto tanquam conditione: nam sicut decretum omnipotētiā applicat ad exercitium suæ causalitatis: ita etiam ad suum exercitium applicat ideam.

38 *Respondetur 2.* Secundo respondeo, cōcessa maiori, negando minorem: nam sicut terminatio scientiæ ad creaturas futuras, non est extra essentiam scientiæ diuinæ, sed constituit scientiam visionis suo modo distinctam à scientia simplicis notitiæ, quæ terminatur ad possibilia: ita repræsentatio per modū exemplaris actus vt futuri, constituit in Deo distinctam ideam ab ideā, quæ respicit purè possibilia: vnde repræsentatio effectus vt futuri non est extra essentiam diuinarum idearum.

39 Ad minoris probationem, concessa maiori, nego minorem, nec exemplum ex creatis desumptum conuincit: nam cum supremus artifex petat perfectissimum exemplar habere, ad cuius instar effectum producat; perfectius autem exemplar sit, quod non solum repræsentat effectum vt possibilem, sed etiam vt futurum, seu vt de facto existentem: hinc est, quod Deo iddebeamus concedere, dummodo non repugnet. Quod autem modus iste exemplaris repræsentantis effectum, nedum vt possibilem, sed etiam vt futurum, quod Deus inspiciens, effectus producat, nullam repugnantiam involvat, constabit ex dicendis *Disputatione sequenti.*

(***

DISPVTATIO QVADRAGESIMA.

An hæc futura ideó sint futura, quia scita, an é contra, ideo sciantur, quia futura sunt?

§. I.

Præmittuntur quæ apud omnes sunt certa.

Nu. 1. *Aperitur difficultas.*

IDEM Est, atque inquirere, an scientia, qua Deus producit creaturas, sit scientia libera, seu visionis, quam habet de illis? Si namque scientia visionis Dei practica sit, & Deo ratio producendi creaturas, ideò erunt futuræ, quia sciuntur à Deo: si autem speculativa sit, & non practica, non ideò erunt futuræ, quia scitæ, sed potius è contra, ideò scitæ, quia futuræ: ly *quia* non dicente causam cognitionis diuinæ quoad suam entitatem, quod nullus Theologorum admisit, sed solũ dicẽte cõditionẽ prævlã addiui nã scientiã visionis, & independẽtẽ ab illa.

In qua disputatione sic explicata tanquã fide certum ex omnium Theologorum sententia suppono: Deum per intellectum, & voluntatem creaturas producere, scientiamque illius causatricẽ rerum existere. Quam veritatẽ multis Sacræ Paginæ testimonijs Recentiores confirmãt: Nobis tamen illam comprobare sufficiat ex Psalmo 103. illis verbis: *Omnia in sapientia fecisti*: & Psalmo 135. *Qui fecit cœlos in intelectu* nec non Sapientiæ 8. vbi de diuina Sapientia sic dicitur: *Quis omnium, quæ sunt, magis quam illa, est artifex?* ac tandem ex illo Pauli ad Ephes. 2. *Qui operatur omnia secundum consilium voluntatis suæ*: vbi & intellectus, & voluntatis ad rerum formationem declaratur concursus.

2 *Deũ causare creaturas per intellectum, est communior sententia.*

Eandem veritatem tetigit, & docuit Angelicus Doctor multis suæ doctrinæ locis, *in hac quæstione, art. 8. in corpore, art. 9. ad 3. art. 16. ad 1. quæst. 19. art. 4 quæst. 27. art. 1. ad 3. in 1. sententiarum, dist. 38. quæst. 1. art. 1. 1. Contra Gentes, cap. 61. & cap. 62. q. 3. de Potẽtia, art. 15 q. 7. art. 10. ad 5. quod lib. 5. q. 1. art. 2* & alibi sæpè: quibus in locis, variis, satisque efficacibus rationibus illam ostendit. Et quidem Deum creaturas producere per intellectum, & voluntatem, ostendit Angelicus Doctor 2. *Contra Gẽtes, cap. 23.* nouem rationibus, ex quibus hanc colligo: agens namque liberum, quod liberè suum effectum producit, agit per intellectum, & voluntatem; at Deus in creaturarum productione, nõ per modum naturæ, sed liberè agit: ergo per intellectum, & voluntatem illas producit. Illatio est legitima. Maior certa: voluntas namque est primum libertatis principium per modum mouentis quoad exercitium; intellectus autem per modum obiectiuè mouentis: ergo agens liberum, si liberè producat effectũ, debet illũ producere media volũtate, & intellectu. Minorem autẽ multis ostẽdit D. Tho. *loco allegato*, primo; nã virtus omnis naturalis agentis determinatur ad vnũ effectũ; ex quo fit, quod naturalia vniformiter, & yno modo sẽper eueniũt; at Dei virtus nõ alligatur, ad vnũ effectũ, sed omniũ nõ implicãtiũ est vniuersalissima causa: ergo non agit ex necessitate naturæ, sed per suæ voluntatis arbitrium.

3 *S. Tho.* *Prob. ratione D. Tho.*

Quod si quis dicat, maiorẽ solũ esse verã de agẽte naturali finito, nõ autẽ de infinito: quia cũ istius virtus infinita sit alligari nequit vni effectui finito. In cõtrariũ obijcio ex Ferrara, explicãdo maiorẽ D. Tho. in hũc modũ: omne agẽs, cuius agẽdi principiũ est sola natura, solũ sibi simile in natura producit: ergo si principium agẽdi in Deo sola diuina natura, esto agẽs sit infinitæ virtutis, solũ sibi simile in natura valebit producere; cumque in natura solus æternus Filius sit similis Patri, nihil ad extra producere poterit.

4 *Si aliquis dicat. In cõtrariũ arguitur.*

Secũdo illa minor suadetur: nam agẽs, quod operatur ex necessitate naturæ, statim nisi impediatur, explicat totã suã virtutẽ producẽdo totũ, quod potest; at Deus vndique expeditus existẽs, nõ statim produxit totũ, quod potuit; cũ multa, quæ nõ implicant;

5 *Secundo probatur minor.*

cat; ac proinde sub illius actiuitatis sphæra continentur, de facto non sint extra causas: ergo non agit ex necessitate naturæ, sed per suæ voluntatis electionem.

Tertio. Tertio: agēs naturale agit propter finē sibi præstitutū ab alio, sicuti motui sagitæ à sagitario finis præstituitur; at iste modus operādi omninò indecet supremū principium: ergo nequit primæ causæ cōpetere.

6 *Cōfirmatur.* Quod amplius confirmo: Deo namque, vtpotè perfectissimo agenti, debetur perfectissimus modus agendi; at modus agendi perfectissimus ad extra non est agere ex necessitate naturæ, sed liberè: ergo iste secundus modus operandi attribuendus est illi. Probo minorem: agens per modum naturæ, cum non operetur à casu, debet agere propter finem, non à se præstitutum, cum per intellectum non agat: ergo præstitutum ab alio; agens vero liberè, agit propter finem sibi præstitutum à se: ergo iste secundus modus operandi, est perfectior, vtpote independentior; ac proinde Deo necessario adscribendus.

Si quis obijciat contra rationem istam sic primo: Verbū æternū non liberè, sed ex necessitate naturæ ab æterno Patre procedit: ergo perfectissimus modus agēdi nō est liberè, sed ex necessitate naturæ operari.

7 *Si obijcias contra rationem primo.* *Secundo.* Secundo in eodem exemplo insistendo: Verbum ex necessitate naturæ ab æterno Patre procedit; & tamen non propter finem sibi præstitutum ab alio: ergo nō omne agens ex necessitate naturæ, agit propter finem sibi ab alio præstitutum; & consequenter vis nostræ rationis infringitur.

8 *Respondetur ad 1.* Respondeo ad primam obiectionem ex Caietano *supra articulo octauo*, negando consequentiam, quia Verbum procedit, non tamen causatur, & Diuus Thomas non asserit illum esse perfectissimum modum procedendi, sed perfectissimum modum causandi; ratio autem quare non repugnet Deo processio naturalis ad intra, benè tamen ad extra, ea est, quia videlicet: adæquari infinitam virtutem cum infinito termino, nullam imperfectionem Deo repugnantem præfert; cum termino autē finito adæquari, magna est imperfectio.

9 *Ad secundam.* Ad secundam respondeo ex Diuo Thoma *quæstione tertia, de Potentia, articulo 15.* distinguendo consequens: agens, quod producit terminum infinitum, qui ad nullum finem ordinatur, sed est omnium finis, concedo consequentiam: quod producit terminum finitum, ad finem ordinatum, nego consequentiam. Itaque Pater, Verbum producens, non producit illud propter finem, quia Verbum productum, non est propter finem, sed est omnium finis; & ideò non agit nec propter finem præstitutum a se, nec ab alio; in productione autem effectuum ad extra, agit propter finem ex parte effectus, & consequenter, vel propter finem sibi præstitutum a se, vel ab alio, est necesse quod agat.

10 *Diuisio scientiæ supponitur.* Suppono secundo, diuisionem scientiæ in scientiam visionis, & scientiam simplicis intelligentiæ, quæ potius quam diuisio, est quædam continentia diuersarum terminationum, seu diuersorum terminorum, qui à Deo cognoscuntur: scientia visionis est illa, qua Deus rem vt existentem cognoscit, quæ tàm ad intra, quàm ad extra se extendit: se namque intuitiuè cognoscit, & pariter creaturas existentes: scientia vero simplicis intelligentiæ, & necessaria, est illa, qua cognoscit creaturas vt intra statum puræ possibilitatis contentas, non attenta ex vi huius terminationis existentia exercita illarum.

11 *Quæ ad artificiati efficiētiam concurrunt.* Tertio præmitto, vt planius difficultas innotescat, quod ad artificiati formationem, scientia, voluntas, & vis executiua concurrunt, scientia dirigendo, voluntas mouendo, & vis executiua exequendo, quod in artifice creato conspicitur, in quo si domum, v.c. sit ædificaturus, prius scientia præstituit finem, quem voluntas appetit, statim consulit intellectus de medijs, illorum, & domus formandæ meditando naturas, voluntas eligit media præconsiliata, mouet intellectum, vt imperet: ad imperium sequitur vsus applicās vim executiuam ad opus: ac tandem sequitur executio, quæ in creato artifice per distinctos actus, distinctasque potentias præstantur. Inquirimus ergo, supposito iam, quod scientia diuina directiuum præstat concursum, ad quam ex dictis scientijs pertineat, an ad scientiam visionis, an vero ad scientiam simplicis notitiæ?

§. II.

Referūtur sententiæ, & statuitur prima cōclusio.

12 *Scientia simplicis intelligētiæ dirigit saltim in actu 1.* IN qua difficultate in vno omnes Auctores vniformes reperio, in alio autem in duas extremas sententias diuisos: conueniunt in eo quod scientiæ simplicis intelligentiæ Dei competat esse directiuam in actu primo. Quod expressè docet Angelicus Doctor *in hac quæst. art. 16. ad 1.* illis verbis: *Scientia Dei est causa non sui, sed aliorum, quorundam quidem actu, scilicèt eorum, quæ secundum aliquod tempus fiunt, quorundam vero virtute, scilicèt eorum, quæ potest facere, & tamen numquam fiunt.* Et infra quæst. 15. art. 3. ad 2. illis verbis: *Eorum, quæ neque sunt, neque fuerunt, neque erunt, Deus non habet practicam cognitionem nisi in virtute tantum*; at scientia quam habet de illis, est simplex notitia: ergo est practica, & directiua in virtute, seu in actu primo.

13 *Suadetur ratione.* Et suadetur manifesta ratione: scientia, quæ antecedit omne liberum decretum, non

non est visionis, sed simplex notitia; at vis directiua per modum artis in actu primo competit Deo ratione scientiæ antecedentis omne liberum decretum, & indepẽdenter ab illo: ergo talis vis directiua in simplici notitia inuenitur. Maior cum consequentia tenet. *Minor suadetur primo.* Minor autem ostenditur primo: nam esto actualis rerum productio competat Deo dependenter a libero suæ voluntatis decreto, vis tamen productiua ei conuenit omninò independenter ab illo: ergo pariter quamuis actualis directio, liberum decretum supponat, vis tamen directiua per modum actus primi, omne liberum decretum præcedit.

14 *Secundo.* Secundo, in artifice creato datur scientia directiua in actu primo per modum artis ante omnem actum liberum suæ voluntatis, quamuis illius scientiæ actualis directio media voluntate liberè opperante debeat præstari: ergo similiter continget in Deo, quod quamuis actualis directio medio actu libero voluntatis diuinæ exerceatur, vis tamen directiua per modum artis omne liberum decretum præueniet. *Tertio.* Tertio, Deus respectu purè possibilium habet vim directiuam, tametsi de facto non dirigentem, sicuti, & vim productiuam, de facto tamen non producentem; at quidquid Deo competit respectu purè possibilium est indepẽdens ab omni libero suæ voluntatis decreto, omneque decretũ præueniens: ergo vis directiua per modum artis omne liberum præuenit decretum, in quo, vt dicebam, vtriusque partis Doctores consentiunt.

15 *Prima sẽtentia.* Cui autem ex prædictis scientijs sit attribuenda actualis directio, est in quo dissidium inter illos non mediocre versatur, & in duas extremas partiuntur sententias. Prima illarum contendit soli simplici notitiæ talem directionem esse adscribendã, scientiam autem visionis, futura iam factá supponere, nec vllatenus practicam, sed adæquate esse speculatiuam. In quam sententiam vniformi plausu omnes PP. Societatis conspirant, Molina 1. p. *quæst.* 14. *art.* 8. Vazquez *disp.* 88 *cap.* 6. Suarez *lib.* 3. *de attributis positiuis, cap.* 4. Becanus *de scientia Dei, quæst.* 15. Arrubal *disp.* 32. *cap.* 3. & sequentibus, contendens in eam; vellit nollit, Angelicum Doctorem adducere. Hericè *disp.* 10. *cap.* 1. Et Aiarcon *Tract.* 2. *disp.* 5. *cap.* 4.

16 *Secunda.* Secunda per oppositum docet, scientiam visionis esse causam rerum in actu secundo, scientiam verò simplicis intelligentiæ solum in virtute, seu in actu primo esse causatiuam, seu directiuam respectu creaturarum. Ita noster Albelda *disp.* 38. *sect.* 2. & 3. Referens pro illa Capreolum *in* 1 *dist.* 38. *quæst.* 1. *art.* 3. & la *gumenta Scoti* Magister Cornejo *art.* 8. *disputatione* 2. *dub. vltimo.* PP. Salmanticenses *tract.* 3. *dis.* 5. *dub.* 2 & noster Sancto Thoma *disp.* 18. Sed pro veritatis explicatione sit.

17 *Prima cõclusio. Prob.* 1. *ex D. Th.* PRIMA CONCLVSIO. *Scientia simplicis intelligentiæ concurrit actualiter ad creaturarũ productionem dirigendo remotè, & mediatè.* Moueor ad illam primo ex D. Thoma *in* 1. *sentent. dist.* 38. *quæst.* 1. *art.* 1. vbi hæc habet verba: *Sicut est causalitas artificis per artem suam, ita est considerandacausalitas diuinæ scientiæ: est ergo iste processus in productione artificiati: primo scientia artificis ostendit finem: secundo voluntas eius intendit finem illum. Tertio voluntas imperat actum, per quem educatur opus, circa quod opus scientia artificis ponit formam conceptam: vnde scientia se habet, vt ostendens finem, & vt dirigens actum, & informans opus.* Et in hac quæst. art. 8. in principio corporis, sic ait: *Scientia Dei se habet ad res creatas, sicut scientia artificis ad artificiata.*

18 *Secundo prob. ratione.* Ex quibus verbis sic formatur prima ratio pro nostra conclusione: ita comparatur scientia Dei respectu creaturarum, sicut scientia artificis creati ad artificiata; at in artifice creato, non solum concurrit ad opus efficiendum imperium, quod ad electionem sequitur, sed etiam concurrit dirigendo saltim remotè scientia artificiati factibilis electionem præcedens: tùm, quia electionem regulat: tùm etiam, quia modum, quo opus est factibile, ostendit: ergo pariter in diuino intellectu, non solum imperium electionem supponens, sed etiam scientia, quæ illam antecedit, & creaturas vt factibiles tantum cognoscit, quæ est simplex notitia, ad opus efficiendum dirigendo remotè concurrit.

19 *Tertio.* Tertio, non solum imperium diuinum, sed etiam consilium ad creaturarum productionem concurrit, iuxta illud Pauli ad Ephesios 2. *Qui operatur omnia secundum consilium voluntatis suæ*; at consilium non pertinet ad scientiam visionis, sed ad scientiam simplicis intelligentiæ, cum electionem præcedat vt regula illius, teste Diuo Thoma 1. *quæst.* 14. *art.* 1. ergo scientia simplicis intelligentiæ concurrit ad creaturarum productionem; non immediatè, vt iam videbimus: ergo concurrit mediatè, & remotè.

20 *Quarto.* Quarto, ideò electio est causa remota futuritionis rerum, quia mouet, & applicat intellectum vt imperet, intimetque potentijs executiuis, operis productionem, ex quo imperio, media executione producuntur creaturæ; sed scientia simplicis intelligentiæ regulat electionem à qua inchoatur rerum futuritio: ergo remote re-

Digitized by Google

regulat operis executionem. Consequentia cum maiori tenet. Minorem autem probo, tùm ex Diuo Thoma 1. 2. *quæst.* 14 *art.* 1. *in corpore*, illis verbis: *Electio sequitur iudicium de rebus agendis*. Et in solut. ad 2. ibi: *Consilium attribuitur Deo quantum ad certitudinem sententiæ, seu iudicij*: ergo diuina electio sequitur hoc iudicium. Secundo, quia omnis actus voluntatis diuinæ habet pro regula actum aliquem diuini intellectus, at electio regulari non potest per scientiam visionis, cum illam præcedat: ergo regula illius est scientia simplicis intelligentiæ.

21 *Oppones*

Si obijciatur in contra ex Diuo Thoma 1. *p. quæst.* 15. *art.* 2. illis verbis: *Eorum, quæ nec sunt, nec fuerunt, nec erunt, Deus non habet practicam cognitionem nisi virtute tantum*: ergo ex mente D. Thomæ scientia purè possibilium, quæ est simplex notitia, virtute solum, & non in actu est practica, & consequentèr solum in virtute, & in actu primo causatiua. Si dicatur, verissimum esse respectu purè possibilium virtute solum esse causatiuam, & practicã, nec amplius Diuum Thomam asserere, respectu tamen futurorum, seu existentiũ, non solum virtute, sed etiam in actu esse causam dirigentem directione mediata.

Si dicatur.

22 *In contrarium obstat*

In contrarium obstabit, quod scientia simplicis intelligentiæ prout liberum decretum procedit, omnino indifferenter se habet ad possibilia, quæ decreuit fore diuina voluntas, & ad illa, quæ nũquam existunt: ergo in illo priori considerata, non magis est causa respectu futurorum, quam respectu purè possibilium, & consequentèr, cum illorum solum in actu primo sit causa, nec respectu illorum erit causa in actu secundo. Antecedens videtur certũ, quia non proposuit ista cum maiori bonitate, quam illa, imò in pluribus ex illis maiorem bonitatem agnouit; cum plura ex purè possibilibus in perfectione excedant illa, quæ existunt, & sunt extitura. Consequentia probatur: à principio namque omninò indifferenti nequit determinatus effectus prouenire.

23 *Respond.*

Respondeo iuxta solutionem datam, ad cuius impugnationem, omisso antecedenti, nego consequentiam, quam non conuincit probatio facta: nam principium assumptum solum est verum de principio effectiuo, non tamen de eo quod obiectiuè tantum, aut regulatiuè, ad assequendum effectum cõcurrit, qualiter Nos dicimus simplicem notitiam concurrere ad productionem rerum: hoc enim necessarium rõ est, quod ante actum secundum per aliquid prævium actioni determinatum supponatur, vt patet in fine, qui vt indifferenter ad ũ dus voluntati proponitur: hic enim ante amorem, qui vt ab ipso intelligitur egredi est eius causalitas, non supponitur determinatus vt hoc, vel illo amore diligatur, per amorem autem tanquam per causalitatem determinatur: sic in præsenti, scientia simplicis intelligentiæ ante decretum, indifferentèr se habet in actu primo, per decretum autem determinatur vt istorum futurorum sit causa in actu secundo dirigens, directione non proxima, sed mediata, & remota.

Sed instabis primo: ergo scientia simplicis intelligentiæ vt dirigens in actu secundo directione remota supponit decretum; siquidem determinatur per illud. Tũ sic: ergo non concurrit directiuè ad tale decretum; cum iam illud supponat; & consequentèr nec remote ad rerũ productionem concurret. Patet hæc consequentia: quia eatenus diximus remote ad futuritionem rerum concurrere, quatenus concurrit directè ad decretum.

24 *Instabis primo.*

Secundo, scientia supponens liberum decretum; est scientia visionis, sed per nos simplex notitia prout in actu secundo remotè concurrens ad creaturarum futuritionem, liberum decretum supponit: ergo prout sic erit scientia visionis. Probatur maior: nam id circo imperium est scientia visionis, vt statim videbimus, quia supponit liberum decretum diuinum, nempè electionem.

25 *Secundo.*

Respondeo ad primam instantiam, distinguendo consequens primum: supponit decretum prout à voluntate, nego consequentiam: supponit decretum consideratum prout à fine, concedo consequentiam: sicut solet dici *in tract. de causis*, quod actus voluntatis prout à fine est causalitas determinans finem, & prout à voluntate est effectus illius.

26 *Respond. ad 1.*

Ad secundam, distinguo maiorem dupliciter, primo: si decretum adæquatè acceptum supponat, concedo maiorem: si inadæquatè solum, nego maiorem: & minori sub eadem distinctione admissa, nego consequentiam. Itaque imperium id ô est scientia visionis, quia decretum adæquatè acceptum supponit, hoc est, non solum prout à fine, sed etiam prout à voluntate intelligitur egredi, simplex autem notitia vt causans in actu secundo, quamuis illud supponit secundum quod à fine intelligitur egredi, non tamen prout à voluntate procedit, sed prout sic intelligitur regulari per illam, & ideò non est scientia visionis. Vel secundo, distinguo maiorem: scientia, quæ supponit decretum vt repræsentet, est scientia visionis, concedo maiorem: quæ illud supponit solum vt causet,

27 *Ad 2. respond. dupliciter.*

nego maiorem: & minori sub eadem distinctione, nego consequentiam: quia scientia simplicis intelligentiæ non supponit decretum vt repræsentet, sed solum vt causet.

28 *Instabis.* Sed instabis adhuc: non potest Dei scientia supponere decretum vt causet, & non vt representet: ergo solutio est nulla. Probatur antecedens, tùm: quia scientia essentialitèr est repræsentatio: ergo ad nihil potest nisi per representationem terminari. Tùm etiam: quia scientia ad nihil terminari potest nisi tãquam ad scitum, sicut corporalis visio solum ad visum terminari valet. Tùm denique: quia aliàs scientia Dei pro illo priori terminaretur ad rem vt futuram tanquam ad effectum, & solum vt possibilem illam cognosceret, ex quo duo absurda sequuntur: primum est, Deũ pro tunc ignoranter procedere: secundũ, eius cognitionem esse falsam pro tunc, siquidem terminaretur vt possibile ad aliquid, quod pro tunc iam esset futurum,

29 *Respond. negando antecedẽs* Respondeo, negando antecedens. Ad primam probationem, distinguo antecedens: est repræsentatio adæquatè, nego antecedens: & simul causa, concedo antecedens, & nego consequentiam. Ad secundam, distinguo antecedens: ad scitũ, quod eodem modo sit scitum, quo terminat causalitatem, nego antecedens: sub alio modo, concedo antecedens, & nego consequentiam: quia vt rem causet, & ad illam sua causalitate vt futurã terminetur, sufficit quod futuritionem vt possibilem repræsentet, & vt sic voluntati proponat, cuius exemplum habemus in scientia creata, quæ vt causa ad rem vt existentem terminatur, & tamen illam non repræsentat, quatenus existentem.

30 *Nullum sequitur inconueniens.* Ad tertiam probationem, concedo sequelam, nec sequitur aliquod ex prædictis inconuenientibus. Non primum: quia vt ignoranter non causet, sufficit omnem illum modum vt possibilẽ perfectissimè cognoscere, quia alitèr pro tunc cognoscibilis non est, ex eo quod intelligitur præcedere decretum voluntatis diuinæ secundum quod à voluntate procedit, à quo res accipiunt suam futuritionem. Nec secundum: quia cognitio illa non negat futuritionem in eodem instanti rei conuenire, sed solum pro tunc vt exercitam illam non attingit, in quo nulla falsitas est.

*

§. III.
Statuitur secunda conclusio.

SECVNDA CONCLVSIO. 31 *Secunda conclusio.* *Scientia libera visionis est causa creaturarum, & proxima regula productionis illarum.* Hæc conclusio est expressa D. Thom. pluribus in locis, *in* 1. *dist.* 39. *quæst.* 1. *art.* 1. *ad* 5. illis verbis: *Esse Dei non subiacet libertati voluntatis, sicut scire operationum creaturæ*; at scientia, quæ subiacet libertati voluntatis, non est purè possibilium sed futurorum: ergo ista ex mente D. Thomæ est creaturarum causa. *Prob. ex D. Tho.*

Et *art.* 8. *huius quæstionis in corpore, & in solutione ad* 1. desumptum ex Origene asserente, non ideò rem esse futuram, quia scitur à Deo, sed ideò sciri quia futura est, respondet Angelicus Doctor, his verbis: *Ad primum dicendum, quod Origenes loquutus est attendens rationem scientiæ, cui non competit ratio causalitatis, nisi adiuncta voluntate*; atsi D. Thomas sentiret solam scientiam simplicis intelligentiæ esse causam rerum, & non causari per scientiam visionis, qua futura cognoscuntur futura, non sic explicaret Origenis verba, sed illa admitteret vt absolutè vera: ergo scientia libera visionis est causa creaturarum ex mente D. Thomæ. Probo minorem: nam hæc propositio, *non propter ea aliquid erit, quia id scit Deus esse futurum*, quam D. Thomas ex Origene opponit, est vera vt iacet absque vlla explicatione, si sola scientia simplicis intelligentiæ sit causa futuritionis rerum, quia scientia simplicis intelligentiæ non terminatur ad rem vt futuram, sed tantum vt possibilem: ergo licet per illam sint res futuræ, quia sciuntur possibiles, non tamen, quia sciuntur futuræ; & consequentèr cum D. Thomas dictam propositionem non admisserit vt absolutè veram, sed Origenem explicuerit loquutum de scientia cui non competit ratio causalitatis, nisi adiuncta voluntate, manifestè sentit scientiam, cui adiuncta voluntate competit ratio causalitatis, repræsentare futura, vt futura. 32

Per quod euertitur explicatio Arrubalis ad verba D. Thomæ contendentis, non obstante testimonio ita expresso, Angelicum Doctorem in suum patrocinium adducere, & contra omnes Thomistas extorquere: melius Vazquez loco supra allegato vi istius testimonij conuictus fatetur D. Thomam à nostra esse sententia, licet postea aliqualitèr ipsum explicare contendat, cuius explicatio planè ex dictis exploditur. 33 *Explicatio excluditur.*

Pro-

34 Probatur primo nostra conclusio ex Augustino relato à D. Thoma in argumento, sed contra, illis verbis: *Vniuersas creaturas, & spirituales, & corporales, non quia sunt ideò nouit Deus, sed ideò sunt quia nouit* Et ex Magno Gregorio lib. 20. Moralium, cap. 24. ibi: *Quæcumque sunt, non ideò ab æternitate videntur quia sunt, sed ideò sunt quia videntur*: ergo ex mēte Augustini, & Gregorij, scientia, qua Deus cognoscit creaturas existentes, quæ est scientia visionis, est illarum existentiæ causa.

Prob. 1. ex Parēte August.

35 Respondebis primo, cum Vazquez *num. 42* allegatos PP. in illa causali non loqui de scientia visionis terminata ad creaturas vt futuras, aut quatenus existentes, sed de scientia practica, qua vt possibiles cognoscuntur, & de hac recte dicitur, ideo res esse futuras, quia à Deo cognoscuntur. Qua interpretatione ocurrit Arrubal, *cap. 8. num. 29.* ad verba Augustini.

Resp. 1.

36 Sed contra primo: nam iuxta hanc interpretationem propositio Augustini faceret istum sensum, *ideò creaturæ sunt existentes, quia nouit Deus illas vt possibiles*; at in isto sensu est falsa propositio: ergo inepta est prædicta interpretatio. Probo minorem, propositio causalis petit ad sui veritatem quod sit bona consequentia; at hæc consequētia nō tenet; *Deus cognoscit res vt possibiles: ergo erunt existentes*: ergo hæc causalis est falsa, *ideò res sunt existentes, quia à Deo vt possibiles cognoscuntur.*

Sed cōtra 1.

Secundo. Secundo, hæc propositio est falsa in sensu formali, *creaturæ existentes cognoscuntur à Deo per simplicem notitiam*, quia in formali sensu fit reduplicatio supra existentiam: ergo pariter ista erit falsa in sensu formali, *ideò sunt creaturæ, quia Deus nouit*, si intelligatur de notitia simplici. Patet consequentia: quia verbum *nouit* cadit supra creaturas existentes. Denique: nam hæc interpretatio adhiberi nequit verbis Gregorij expressè loquentis de notitia, quæ vocatur visio, hęc autem non est simplex notitia, sed scientia visionis.

Denique.

37 Respondebis secundo ex Arrubale ad verba Gregorij, illis solum significari, nō ideò res cognosci a Deo, quia illæ in tempore sunt realiter præsentes; sic enim Deus deberet à rebus scientiam accipere, quod est falsum; ac proinde potius res secundū suam præsentialitatem, quam habent in tempore, esse Deo præsentes, quia illas vidit ab æterno in præsentialitate, quam habent in suo tempore.

Resp. 2.

38 Verum hęc interpretatio non est minus insufficiens, quam prima, quod patet, tùm, quia intuitus Dei nequit esse causa quare creaturæ sint Deo præsentes in æternitate, nisi etiam sit causa vt sint in suo tempore; cum rario immediata quare in æternitate contineantur sit propria duratio: ergo si scientia Dei est causa coexistentiæ creaturarum ad Deum in mensura æternitatis, est etiam causa existentiæ in propria duratione.

Reūcitur primo.

Secundo: quia quādo inquit Gregorius, *ideò res sunt præsentes, quia videntur à Deo*, nequit interpretari de præsentia obiectiua, vt insinuat Auctor prædictus; ergo intelligit debet de physica præsentia, & consequentèr physica præsentia, quam res habent in æternitate, & in tempore, erit effectus scientiæ visionis. Probo antecedens, tes esse præsentes obiectiuē Deo, est videri ab ipso: ergo si loqueretur Gregorius de pręsentia obiectiua, illius propositio redderet istum sensum *ideò videntur, quia videntur*; & consequentèr esset identica, & inepta propositio. Denique reijcitur: nam etiam si explicetur de præsentia obiectiua, fauet Nobis Gregorius, quod probo: nam illa obiectiua præsentia est obiectum scientiæ visionis: ergo si rebus conuenit, quia videntur à Deo, iam scientia visionis suum obiectum causabit; & consequentèr ruit fundamentum præcipuum sententiæ contrariæ, desumptum ex eo quod obiectum debet scientiam præcedere sub ea ratione, qua est obiectum illius.

39 *Secundo.*

Denique.

Secundo probatur conclusio: imperium diuinum concurrit ad creaturarum productionem, iuxta illud Psalmi 148. *Ipse dixit, & facta sunt: ipse mandauit, & creata sunt*; sed imperium est scientia visionis: ergo scientia visionis est causa rerum. Consequentia cum maiori tenet, & minorem probo: nam imperium sequitur efficacem rerum electionem in Deo; sed actus supponens efficacem electionem, est scientia visionis: ergo imperium est scientia visionis. Probo maiorem primo ex D. Thoma 1. 2. *quæstione 17. art. 1. in fine corporis*, illis verbis: *Vnde relinquitur, quod imperare sit actus rationis præsupposito actu voluntatis, in cuius virtute ratio mouet per imperium ad exercitium actus*: ergo imperium diuinum præsupponit efficacem rerum electionem. Secundo, imperium est actus practicus, & liber intellectus; sed omnis intellectus libertas ex actu voluntatis originatur, & illum supponit; cum voluntas sit primum liberum, & prima libertatis radix: ergo imperium est actus intellectus supponens efficacem electionem voluntatis.

40 *Secundo prob. cōclusio.*

Respondebis primo, imperium non esse actum intellectus, sed voluntatis. Sed con-

41 *Resp. 1ª*

Digitized by Google

Sed contra 1. contra primo: nam imperium est intimatio, ordinatio, & præceptum; sed ordinare vnum ad aliud pertinet ad intellectum practicum, sicut vnum ex alio inferre ad intellectum speculatiuum, præcipere etiã est actus superioris, & cõsequẽter ad supremã potẽtiã, qualis est intellectus, debet pertinere: ergo imperium est actus intellectus. *Secundo.* Secundo: nam diuinum imperiũ explicatur per illa verba Psalmi, *ipse dixit, & facta sunt*; sed dicere est loqui, locutio autem est actus intellectus, & non voluntatis: ergo imperium est actus intellectus, & non voluntatis. Mitto alia plura contra istam solutionem, quia non est huius loci eius plena impugnatio. Videantur Thomistæ *in hac prima parte quæstione* 23. & 1. 2. *quæst* 17.

42 *Resp. 2.* Respondebis secundo, imperium non esse actum distinctum à scientia simplis intelligentiæ, sed esse cognitionem rerum possibilium adiuncto actu voluntatis diuinæ, qui actus est liber in causando creaturas, non in illarum repræsentatione: sola autem illa scientia est visionis, quæ actum voluntatis supponit vt repræsentatiuè suum obiectum attingat, non verò quæ solum actum liberum supponit vt causet.

43 *Reijcitur 1.* Sed contra primo: præter efficacem electionem, quæ datur in ordine intentionis, datur etiam alius actus distinctus, qui vocatur *vsus* respiciens obiectum vt exequibile, & applicans potentias executiuas ad exequutionem: ergo præter consilium, quod est iudicium certum regulans electionem, debet dari in diuino intellectu aliud iudicium à primo distinctum subsequutum ad electionem, præcedens, & regulans vsum, quod vocamus *imperium*. Consequentia tenet: nam quia præter intentionem finis ponimus in Deo alium actum voluntatis, nempè electionem, ponitur etiam in diuino intellectu actus electionem regulans distinctus ab illo, qui est intentionis regula: ergo si præter electionem datur vsus actiuus ab electione distinctus, debet etiam dari distinctus actus diuini intellectus, qui sit regula illius. Antecedens autem probo: ille actus datur in nobis: tùm, quia id expressè docet D. Thomas 1. 2. *q* 17. *art.* 3. *in corpore*, & clarius *solutione ad* 1. Tùm etiam, quia ad adhuc electione supposita, est noua difficultas in applicando executiuas potentias ad opus: Tùm denique; quia in obiecto est distincta ratio obiectiua exequibilis, à ratione obiectiua eligibilis: ergo debet etiam admitti in Deo; cum nulla in hoc imperfectio involvatur.

44 Secundo traditam solutionem reijcio; imperium est actus perfectè, & intrinsecè liber; sed scientia simplicis intelligentiæ non redditur perfectè, & intrinsecè libera ex additione decreti liberi voluntatis diuinæ; cum tale decretum nihil ei intrinsecum superaddat in data solutione: ergo in illa non consistit imperium, etiam adiuncto decreto. Consequutio cum minori tenet, & maiorem probo: est possibilis actus practicus intellectus perfectè, & intrinsecè liber: ergo in illo debet imperiũ consistere. Probo antecedens: est possibilis actus speculatiuus intellectus perfectè, & intrinsecè liber: ergo, & actus practicus intrinsecè liber erit possibilis. *Secunda reijcitur.*

45 *Denique respond.* Denique respondebis nostro argumento ad summum conuinci, scientiam visionis esse causam rerum per modum ordinantis, seu imperantis, applicando, scilicèt, imperatiue vim executiuam ad opus, non tamen quod dirigat illam in creaturarum productione: eo modo quo scientia artificis ipsum dirigit in formatione artificiati, sicut si Dominus imperet seruo vt artificiatum aliquod formet, tale imperium erit quidem applicatiuum serui ad operandum, non tamen eius mentem, seu potentias exequutiuas diriget, vt modo artificioso in artificiati formatione procedat; sed isto modo adæquatè dirigetur seruus per propriam scientiam, & propriam idæam: sic ergo continget in Deo, quod quamuis scientia visionis imperet creaturarum productionem, & cõsequenter applicatiuè ad illam concurrat, non tamen directiuè, sed directio adæquate erit per simplicem notitiam.

46 *Impugnatur solutio.* Cæterum, præterquã quod hoc admisso, iam saluatur scientiam visionis esse causam rerum, quod aduersarij negant, contra istam solutionem in hunc modũ obijcio: imperium diuinum est cognitio perfecta creaturæ existentis, vt probatum relinquo: ergo non solum applicatiuè, sed etiam regulatiuè ad illius productionem concurrit. Patet consequentia: quia ob hanc causam in aduersariorum sententia directiuè concurrit ad creaturarum productionem simplex notitia, quia est perfectissima cognitio creaturæ vt possibilis: ergo si imperium est perfecta cognitio creaturæ producendæ vt existentis, cum aliàs præcedat executionem prioritate naturæ, directiuè ad illam concurret.

47 *Confirm.* Quod amplius vrgetur retorquendo exemplum adductum: si Dominus sit peritus in arte pingendi, fabricandi domum, aut dolandi ligna, & non solum imperet seruo, quod formet picturam, seu domũ sed etiam modum insinuet seruandum in formatione illorũ, non solum concurret per

by Google

per suum imperium applicatiuè respectu serui, sed etiam directiuè, illum dirigendo in ordine ad executionem; at diuinum imperium, cum sit perfectissima rei fabricandæ cognitio, & modi, quo debet produci, insinuat vi executiuæ, nedum creaturæ productionem, sed etiam modum, quo est producenda: ergo non solum applicatiuè, sed etiam directiuè concurrit ad eius productionem.

48 *Denique prob. cõclusio.* Denique eandem conclusionem ostendo: Deo vtpotè perfectissimo artifici, cõcedi debet perfectissimus modus directionis inter imaginabiles, si possibilis sit; at perfectior modus directionis est, qui fit per scientiam visionis effectus producendi, quam per solam notitiam simplicem, seu abstractiuam illius; & aliàs non repugnat: ergo Deo debet adscribi. Discursus cum maiori tenet. *Minor prob. 1. parte cõstat.* Minor pro prima parte nota videtur: eatenus namque directio est perfectior, quatenus clarius, & perfectius attingit obiectum; at scientia visionis perfectius attingit obiectum existens, quam abstractiua eiusdem obiecti cognitio: ergo illius directio est perfectior.

49 *Pro secunda prob.* Pro secunda vero, quam Auctores oppositi inficiari videntur, sic ostendo minorẽ: si repugnaret, vel esset ex eo quod scientia visionis repræsentat creaturas vt de facto existentes, & consequenter illarum existentiam supponit, vel quia supponit decretum efficax voluntatis diuinæ, à quo res accipiunt suam futuritionem, at ex neutro capite redditur repugnans directio per scientiam visionis: ergo nullatenus repugnat talis directio. *Minor prob. 1.* Probo minorem: quia in primis non redditur repugnans ex primo capite. Tùm à priori: quia de ratione scientiæ visionis non est supponere obiectum existens, sed solum ad illud vt existens pro eadem durationis mensura terminari; at simultas durationis duorum stat bene cum prioritate naturæ, seu causalitatis vnius ad aliud: ergo stat bene scientiam visionis suum obiectum directiuè causare, quin rationem intuitionis amittat.

50 *Secundo.* Tùm etiam: quia vt contrarij Auctores fatentur, decretum efficax voluntatis diuinæ terminatur ad creaturas futuras vt ad effectum, cum dicant ab illo suam futuritionem accipere, saltim loquendo de futuris non liberis; & tamen prædictum decretum ad easdem vt ad obiectum terminari debet: ergo stat bene actum aliquẽ suum obiectum causare; & consequenter ex isto capite repugnare nequit sui obiecti directiua causatio. Probo minorem: nam electio efficax est amor creaturarum; at non terminatur ad illas vt possibiles vt ad obiectum, aliàs non esset efficax: ergo terminatur ad illas vt futuras tanquam ad obiectum.

Tùm tertio: nam Verbum diuinum ex sui ipsius intuitiua notitia procedit: ergo simul est terminus per illam productus, & obiectum talis notitiæ; & consequenter ex eo quod res creata vt existens sit obiectum scientiæ visionis, non recte colligitur non posse esse effectum ex illius directione productum. Tùm denique: nam ens rationis est obiectum cognitionis humanæ, vt exercitè existens; & tamen simul est effectus illius: non enim causatur per cognitionem, qua vt possibile attingitur, sed per notitiam per quam exercitè existens apprehenditur: ergo idem quod prius. *Aliud exemplum pro.*

Quod autem ex secundo capite non repugnet directio per scientiam visionis, probatur: nam esto electio, seu decretum efficax sit causa futuritionis creaturarum, & antecedat vim executiuã, non tollit quominus vis executiua, quamuis electione posterior sit, effectiuè ad creaturarum productionem concurrat: ergo pariter quamuis scientia visionis efficax decretũ, quod est futuritionis causa supponat, non impedit quin prædicta scientia directiuè influat in illarum futuritionem. Et ratio est: quia licet decretum sit efficax causa, non tamẽ se solo, sed simul cum alijs, quæ antecedunt, & subsequuntur, inter quæ à Nobis anumeratur scientia visionis. 52 *Aliud repugnãtia cap. excluditur.*

§. IV.

Diluuntur duo principalia argumenta sententiæ contrariæ.

CONtra istam conclusionem obijciunt oppositi Auctores sic primo: res vt futuræ præcedunt scientiam visionis Dei: ergo talis scientia non est causa futuritionis rerum. Consequentia tenet. Antecedens autem probat Vazquez ex auctoritate PP. passim, asserentium, non ideo rem esse futuram, quia scitur à Deo sed è contra, ideò sciri quia futura est. Ita ex Græcis, Origenes in illud ad Romanos 8. *Quos autem prædestinauit.* Chrysostomus homilia 60. in Matthæum explicans illum locum: *Necesse est vt veniant scándala.* Damascenus *libro contra Manichæos non longè à fine.* Cyrillus *lib. 9. in Ioan. cap. 10.* Et ex Latinis Hieronymus in illud Ezechielis 2. *Hæc dices ad eos.* Beda *tomo 8. q. 113.* Augustinus 5. *de Ciuitate Dei, cap. 10.* quos refert Vazquez loco *vbi supra*; sed illorum verba non refert, solius Iustini verba commemorat id asserentis suo iudicio expressè lib. 5. quæstionum à 53 *Obiciunt primo.*

Gen-

Digitized by Google

Gentibus, & Paganis propositarum q. 58. vbi sic ait: *Nec enim prænotionem sequitur, quod futurum est, sed quod futurum est prænotio.* Ex quibus Chrysostomum, & Cyrillũ exclusit Arrubal vt parum vrgentes, quia, inquit, loquebãtur de Dei prædictione per os Prophetarum, non de scientia Dei æterna: additque alios suo iudicio vrgentius Thomistarum oppugnantes sententiam.

54 *Solutio Tno.*

Quod si cum Doctore Angelico respondeatur, prædictos PP. quando affirmant, non ideò rem esse futuram, quia scitur à Deo, loqui de scientia Dei secundum se, quatenus non habet voluntatem adiunctam, qua ratione causa rerum non est, & id circo non est causa peccati quamuis à Deo præsciatur; non verò loqui de diuina scientia, quatenus habet adiunctam volũtatem, & quando affirmant ideò sciri quia futura est, loqui de causalitate consequẽtiæ; non autem de causalitate in essendo, id est, quod benè valet, res est futura; ergo scitur a Deo.

55 *Cõtra explicationẽ D. Th. instans. 1.*

Contra hanc responsionem in hũc modum insurgit Vazquez primo: consequẽtia causalis supra purè illatiuam addit, quod antecedens sit causa consequentis, at prædicti Patres loquuntur in sensu causali, & non purè illatiuo, vt denotat particula *ideò* quæ est nota consequentiæ causalis: ergo ineptè explicantur de causa cõsequentiæ, in qua causalitate, purè illatiua, & causalis conueniunt. Explicatur hoc amplius: hæc propositio est falsa, *quia homo est risibilis, ideò est rationalis*, esto antecedens sit causa consequentis in inferẽdo, quia non est causa illius in essendo: ergo si futuritio rerum non est causa nisi in inferendo huius, quod est aliquid vt futurum cognosci à Deo, propositio ista, *quia aliquid est futurum, ideò scitur à Deo*, erit omnino falsa.

56 *Secundo.*

Secundo, quia PP. loquentes de peccatis futuris, istam contra positionem efficiunt, non ideò sunt futura, quia sciuntur à Deo, sed ideò sciuntur quia futura sunt: ergo ne æquiuocè nimis loquantur, in eodem sensu accipere debent, particulam *ideò* in vtroque extremo contrapositionis prædictæ; at si accipiatur in purè illatiuo, non minus erit verum, quia scitur peccatum, ideò erit futurum, quam ideò sciri quia futurum est; cum non minus benè inferatur ex præscientia futuritio peccati, quam ex futuritione præscientia: igitur vtrumque deberent concedere; cum ergo vnum concedant, & alterum negent, per bonam consequentiam infertur, loquutos fuisse in sensu causali, non in purè illatiuo. Explicatur hoc amplius: hæc propositio, *ideò peccatum erit, quia scitur à Deo*, nequit concedi in aliquo verò sensu Theologico; at si particula *ideò* explicari permitteret in sensu illatiuo, iam aliquem Theologicum verum sensum admitteret: ergo particula *ideò* nequit accipi nisi in sensu causali.

57 *Tertio.*

Tertio, quia inter alios Iustinus expressius afirmat, rei futuritionem causam esse diuinæ præscientiæ, his verbis: Prædictam interpretationem neutiquam admittentibus, *nec causa est eius, quod futurum, est prænotio, sed quod futurum est causa prænotionis*: ergo ex illius mente rei futuritio non solum in inferendo, sed etiam in essendo causa est diuinæ præcognitionis.

58 *Quarto.*

Quarto aduersus eandem interpretationem insurgit Arrubal ex verbis Origenis, qui reddens causam cur Dei prænotio non sit causa futuritionis rerum, sic ait: *Nam etsi fingamus, Deum non præscire aliquid futurum, futurum tamen sine dubio erat.* Quibus in verbis ea ratione probat Origenes, Dei præscientiam non esse causam futuritionis rerum, quia quamuis illam separemus à Deo, non inde compellimur rei futuritionem negare: quo argumento solemus Nos vti ad probandum, vnum non esse causam alterius, quia videlicèt illo sublato, adhuc alterum remanet; at si diuina scientia, adiuncta voluntate, causa esset rerum, sublata scientia in re, futuritio in re auferretur, & per imaginationem ablata, deberet similiter rerum futuritio per imaginationem auferri; cum remotio causæ per locum à priori inferat remotionem effectus, nec effectus intelligi valeat sublata causa, à qua essentialem depẽdentiam importat: ergo sentit Origenes, Dei scientiam, adhuc etiam voluntate adiuncta, causam non esse futuritionis rerum.

59 *Defenditur D. Th.*

Ad hoc argumentum respondeo, negãdo antecedens. Ad probationem ex Auctoritate PP. petitã benè *ibi* ex D. Thoma. Ad primam impugnationem dicatur, prædictos PP. parum curasse rigorem Dialecticum, in sensu autem Theologico variè accipitur particula *ideò* & inter alios sensus accipi solet in sensu illatiuo, vt rectè obseruauit noster Albelda *loco allegato*. Ad secundam respondeo, necessarium non esse, quod in vtraque propositione in eodem sensu accipiatur particula *ideò*, sed in vna potest accipi in sensu illatiuo; in alia autem in sensu causali, quia diuersitas ista acceptionis, ad illorũ intentum deseruit; quod erat saluare, Deum non esse causam peccati, maximè quia PP. Ecclesiæ multoties quando vnũ errorem impugnant, solent in apparentia, & verborum sonitu, in oppositum inclina-

Ad 1. impugnationem resp.

Ad 2. & tertiam.

clinare, & sic in præsenti nō mirum, quod intendentes saluare Dei scientiam non esse causam peccati, vtantur verbis præferentibus causalitatem peccati in diuinā præscientiam. Nec Iustini verba vrgentius Nos præmunt: debet namque iuxta dicta explicare. Ad quartam impugnationem dicatur, Origenem in illis verbis loquutum fuisse de peccatis futuris, quorū quia non est causa diuina præscientia, rectè docet, quod etiam si fingamus Deum non prænoscere illa, nihilominus essent futura.

Ad quartam.

60 *Si obijciatur.*

Nec refert si obijcias, Origenem in verbis prioribus, absolutè, & vniuersalitèr docuisse, Dei præscientiam non esse causam futuritionis rerum, his verbis: *In præscientia Dei, nec salutis, nec perditionis nostræ causa existit*, cuius assignans rationem asserit eam esse, *quia etsi fingamus, &c.* ergo in istis vltimis verbis, debet loqui de futuritione rerum vniuersalitèr, & absolutè, & non solum de futuritione peccati.

61 *Respondetur.*

Non inquam refert, respōdeo namque, concesso antecedenti, negando consequētiam, quia eius ratio subsistit quamuis in prioribus verbis loquatur de futuritione rerum absolutè, & in posterioribus de futuritione peccati, ac si in hunc modum argueret: Deus præscit peccatum, & tamen non est causa futuritionis eius: quod constat: nam etsi fingamus Deum illud non præscire, nihilominus esset: ergo diuina præscientia secundum se inspecta non est causa futuritionis rerum, sed voluntate adiuncta; & quia non habet adiunctam voluntatem de futuritione peccati; bene tamen de futuritione aliarum rerum: ideò illarum est causa, secus verò peccati. Et aduertatur obiter prædictum Auctorem nimio zelo ductum impugnandi Thomistas inferre aduersus illos ex verbis Origenis, Dei scientiam non esse causam futuritionis rerum, etiam adiuncta voluntate, cum tamen id expressè fateatur *in eadem disputatione cap. 8. num 32. & 34.*

62 *Aliter explicatur Origenes*

Potera: secundo respondeti, Origenem loquutum fuisse de diuina prænotione, vt temporaliter manifestata per os Prophetarum, non verò de diuina scientia increata, & æterna secundum se, qualitèr docet Arrubal *num. 13.* rectè à Thomistis interpretari posse Athanasium, Chrysostomū, & Cyrillum Alexandrinum relatos à Vazquio vbi supra, quibus noluit adiungere Origenem, fortè quia in illius verbis maiorem apparientiam inuenit; cum tamen huic interpretationi non leue fundamentum præstet Origenes verbis paulò infe-rius ad relata subiunctis: *Non ergo quia Prophetæ prædixerunt, id circo prædidit Iudas, sed quia futurus esset proditor, ea, quæ ille ex propositi sui nequitia gesturus erat, prædixerunt Prophetæ.*

63 *Secundo arguit Vazq. ratione*

Secundo arguit Vazquez ratione: quæuis namque scientia suum obiectum supponit, non quod facit, sed quod cognoscit; at scientia visionis terminatur ad res vt futuras, vel vt existentes: ergo supponit illarum futuritionem: ac proinde non est causa illius. Maiorē probat primo ex magno Augustino *libro quarto de Genesi ad litteram*, illis verbis: *Nec enim cognitio fieri potest nisi cognoscenda præcedant.* Secundo: quia intellectus ideò dicitur verus, quia intelligit rē esse sicuti est, & non esse, quæ non est: ergo præsupponit ad sui veritatē rē esse sicuti cognoscit. Tertio: nam ideò scientia simplicis intelligentiæ rerum possibilitatem supponit, quia ad illam terminatur vt ad proprium obiectū: ergo omnis cognitio suum obiectum supponere debet sub eadem ratione, sub qua illud attingit; & consequenter scientia visionis, quæ pro obiecto habet creaturas existentes, illarum existentiam supponet, nec illā causabit. Quo argumēto cōmuniter istius sententiæ Auctores vtuntur, præter Arrubal, qui illud meritò reputauit inefficax.

64 *Resp. ad argumentū.*

Ad hoc argumentum respondeo: maiorem solum esse veram si scientia non sit practica, & factiua sui obiecti, secus verò si sit practica, & factiua illius, scientia autem visionis non est purè speculatiua, vt probaui, sed practica, cuius oppositum nō probat, sed supponit Vazquez. Et quo cōstat solutio ad omnes maioris probationes: Augustinus namque loquitur de cognitione purè speculatiua, & scientia possibilium, ideò illorum possibilitatem supponit, quia nō est causa possibilitatis creaturarum, sed speculatiua tantum, comparata ad illas.

65 *Instabis. Primo.*

Sed instabis primo: causa debet suum effectum præcedere; at notitia intuitiua nequit præcedere sui obiecti existentiam: ergo non est causa, nec practica respectu illius, sed tantū speculatiua. Secundo: scientia visionis supponit efficax decretum voluntatis diuinæ; at ex vi huius decreti res creatæ constituuntur futuræ: ergo scientia visionis, quæ ad decretū sequitur; non est practica, & factiua futuritionis rerum, sed illam supponit.

Secundo.

65 *Resp. ad 1. instantiam.*

Respondeo ad primam instantiam, de ratione causæ non esse quod præcedat suum effectū prioritate *in quo* temporis, sed solum prioritate naturæ, & *à quo*; de ratione autem notitiæ intuitiuę, solū est simultas *in quo*, non autem simultas excludens prioritatē *à quo*, vt cōstat in notitia ex qua Verbum diuinū procedit, quæ est prior prioritate

tate à quo respectu verbi producti, & est intuitiua respectu illius.

Ad 2. Ad secundam, concessa maiori, distinguo minorem: constituuntur res creatæ futuræ inchoatiuè, & ordine intentionis ex vi decreti, concedo minorem: cõpletè, & executiuè; nego minorẽ, & nego cõsequentiã: quia cũ ex vi illius non reduãtur cõpletè futuræ, potest mediare scientia visionis, vt det completam futuritionem.

67 *Replicabis.* Dices; Deus cognoscit intuitiuè futura in decreto efficaci tanquã in medio; at solum id potest esse mediũ ad cognoscenda intuitiuè futura, quod est causa adæquata futuritionis illorum: ergo decretum est adæquata causa.

Respond. Respondeo, Deum nõ cognoscere futura in decreto vt in medio adæquato, sed in illo, & in alijs, ex quibus adæquata causa futuritionis conflatur.

68 *Sed urgebis.* Instabis: ergo cognoscit futura in scientia visionis tanquam in medio simul cum alijs; cõsequens est falsum: ergo, & tradita solutio. Falsitas consequentis exinde colligitur: quia aliàs scientia visionis practica creaturarum non esset directa, sed reflexa cognitio. Sequela autẽ probatur, quia vt diximus, in cognitione creaturarum debet vti pro adæquato medio, adæquata causa futuritionis illarum, at vna ex causis in nostra sententia est scientia visionis: ergo debet ingredi ex parte medij.

69 *Duplex solutio.* Respondeo negando consequentiã: quia cum scientia visionis sit ipsa cognitio, & simul sit causa, non est necessarium, quod sit medium *in quo*, sed solum id debet esse medium *in quo*, quod est causa, non tamen cognitio. Præter quam quod si scientia visionis per se ipsam videatur poterit esse medium in quo attingat creaturas; si autẽ non se ipsa, sed alia cognitione distincta ratione attingatur, respectu huius erit medium in quo cognoscantur futura.

§. Vltimus.
Cætera argumenta diluuntur.

70 *Tertio obijciunt.* TErtio principaliter arguunt: illa scientia, quæ est causa creaturarũ in actu primo, debet illas in actu secundo causare; at scientia simplicis intelligentiæ est causa creaturarum in actu primo: ergo illas causat in actu secundo; & consequenter scientia visionis, causa creaturarũ nõ est.

Quorũdã solutio. Respõdent nõ nulli; debet illas causare in actu secundo perseuerando in eodẽ statu, negant maiorem: variato statu, & superaddita noua terminatione, cõcedunt maiorẽ, & negant cõsequẽtiã: vnde asserunt, scientiã simplicis intelligentiæ, quæ est in actu primo causatiua, etiã causare in actu secundo: non quidẽ manẽs in ratione simplicis notitiæ, sed superaddita terminatione ad creaturas existentes, per quã cõstituitur scientia visionis. Et quidẽ, inquiunt ipsi, argumentũ cõuinceret si simplex notitia & scientia visionis essent diuersæ scientiæ, nõ tamen cũ diuersæ scientiæ nõ sint. Ita occurrunt huic argumento noster Albeldæ, & Salmanticenses *vbi supra* relati.

71 *Displicet ista solutio.* Verum contra istam solutionem obstare videtur primo, quod scientia simplicis intelligentiæ nõ dicit solã actualitatẽ scientiæ diuinæ, sed insuper addit connotationẽ, seu terminationem ad possibilia; per quam inadæquatè à scientia visionis distinguitur. Inquiro ergo ab istis Auctoribus; secundũ hanc terminationẽ est causatiua, vel non? Si secundũ dicatur, iam non defenditur in sensu formali simplicẽ notitiã esse causatiuã, sed solum quod scientia Dei secundũ suã actualitatẽ causatiua est, & sub terminationẽ intuitionis esse actu causantẽ. Si dicatur primũ, tùm sic arguitur: ergo quãuis vt actu causet debeat superaddi terminatio ad creaturas existẽtes, quæ constituit scientiã visionis; illa tamen superaddita, non solum notitiæ intuitiuæ in quantum tali, sed etiam simplici notitiæ quatenus à visione distinctæ, debet effectus in actu secundo correspõdere: sicuti quãuis potentia productiua requirat actionẽ, vt causet in actu secundo; illa tamen posita, non solum actioni, verum etiam & præcipuè, potentiæ vt distinctæ ab actione correspondet effectus, quod tamen allegati Magistri negare videntur. Secũdo, quia videntur confundere causalitatem in actu secundo scientiæ simplicis intelligentiæ cũ vi causatiua in actu primo intellectus diuini, qui concurrit vt principium intellectionis, quæ dirigit in actu secundo; quod stando in principijs *alibi* à Me traditis de distinctione intellectus ab intellectione diuina sustineri non potest.

72 *Aliter respondetur* Vnde aliter iuxta dicta in prima conclusione ad argumentum factum respondeo, eodem modo, quo est causatiua in actu primo; causare etiam in actu secundo: vnde sicut in actu secundo, solum causat dirigẽdo mediatè, & remotè, solum est causatiua in actu primo directione mediata, & remota. Ex quo non colligitur scientiã visionis non causare creaturas in actu secũdo: quia cum directione mediata per simplicẽ notitiam stat directio proxima, & immediata per scientiam visionis.

73 *Quarto obiciunt probando sufficere simplicẽ notitiam pro regula. Primo.* Quarto sic obijciunt: ad directionẽ potentiæ executiuæ Dei sufficit scientia simplicis intelligẽtiæ: ergo scientia visionis nõ concurrit directiuè ad creaturarũ productionẽ. Antecedens probat Arrubal primo

mo à posteriori: quia artifex creatus sufficientèr dirigitur in productione artificiati per notitiam illius vt factibilis: ergo increatus sufficientèr dirigetur per scientiã simplicis intelligentiæ rerum possibilium in illarum productione. Probat consequẽtiam ex Diuo Thoma *supra artic. 8. & infra, quæst. 22. artic. 2. & in primo distinctione 38. quæstione prima, articulo primo*, asserente, sic se habere scientiam Dei respectu creaturarum, sicut scientia artificis creati respectu artificiatorum. Tùm etiam à paritate: si namque vt artifex creatus artificiatũ aliquod formet, sufficit pro regula dirigente, illius abstractiua notitia, cur etiam id ipsum non sufficiet in Deo?

74 *Secundo.* Secundo probat antecedens suo iudicio à priori: quia ad directionẽ virtutis cuiuscũque exequentis sufficit cognitio illi⁹ vt factibilis, & omnis modi, quo id fieri debet; at totũ hoc habetur per sciẽtiã simplicis intelligentiæ Dei: ergo hęc sufficit regulare potentiam exequentem diuinam in creaturarum productione.

Denique Denique idẽ antecedens probatur: supposita in Deo finis intentione, sufficienter dirigitur eius voluntas per notitiã rerũ, vt possibiliũ ad illarũ electionẽ, quãuis per electionẽ vt futuræ attingantur, & in statu futuritionis constituãtur, saltim inchoatiuè: ergo pariter supposita electione mediorũ sufficiẽtèr dirigetur diuina voluntas in ordine ad vsũ per simplicẽ notitiam illorũ vt possibiliũ, nec erit necessaria intuitiua mediorũ notitia, & cũ ad vsum immediatè exequutio sequatur, sufficit prædicta simplex notitia ad rerum exequutionem.

Respondeo, negando antecedens, quia

75 *Resp. negãdo assũptum.* vt vidimus præter simplicẽ notitiam, requiritur imperium, quod in Deo pertinet ad scientiam visionis, licet in nobis, quia ex se non est efficax, nec efficacem mediorum electionẽ supponit, non sit intuitiua notitia Ad primam probationem: concesso antecedenti, nego consequentiam: ad

Ad 1. probationem resp. explicando D. Tho. cuius primam probationem explico Diuum Thomam: sic se habet scientia Dei, sicut scientia artificis quantum ad omnia, quæ circa rem producendam exercet, cõcedo antecedens: quantum ad modum, quo exercet illa, nego antecedens, & nego consequentiam.

76 Itaque sicut scientia artificis creati primo ostendit finem, quem intendit voluntas, deinde imperat operis executionem & informat opus: ita scientia diuina hæc omnia præstat, vt constat ex discursu disputationis, & in hoc voluit Diuus Thomas paritatẽ seruare, non tamen voluit, quod teneret in omnibus, scilicèt in modo, quo exercet illa quantum ad rationem intuitivè vel abstractiuæ notitiæ, aliàs etiã liceret inferre, quod sicut voluntas creata, & imperiũ humanũ efficacia nõ sũt, efficacia infallibili, pariter nec voluntas nec imperiũ divinũ tali efficacia gauderẽt. Stat ergo discrimẽ primo in hoc, quod sciẽtia artificis creati, adhuc illa quæ voluntatem eius iam determinatam supponit, cum nõ supponat electionem efficacem efficacia infallibili ad constituendum artificiatum in linea futuri, non est intuitiva respectu artificiatis: divinum autem imperium cũ iam supponat electionem efficacem Dei, qua res constituuntur futuræ, & alias ipsũ simili efficacia gaudeat, terminatur ad res vt futuras; & consequenter est scientia visionis. Secundo consistit in eo quod creato artifici non debetur perfectissimus modus directionis possibilis, secus verò artifici supremo, qualis est Deus; cumque, vt ostendi, directio per scientiam visionis possibilis sit, & perfectior, debet supremo artifici concedi. Per quod patet disparitas, & solutio argumenti, quod tanti facit prædictus Auctor.

Ad secundam probationem, distinguo maiorem, & illam concedo respectu virtutis exequentis finitæ; secus autem respectu infinitæ, qualis est divina: & concessa minori, nego consequentiam, cuius ratio constat ex dictis. 77 *Ad 2. probationẽ.*

Ad tertiam, concesso antecedenti, nego consequentiam; ratio autem discriminis est, quod Deus, adhuc suppositia intentione finis, non solum est liber in eligendo absolutè, ideſt, absolutè potens non eligere, sed etiam est liber ex suppositione intentionis finis; si autem electio supponeret iudicium intuitivum medij eligendi pro regula, quamvis absolutè posset non eligere, esset tamen necessitatus necessitate suppositionis ad electionem medij iam intuitivè prægogniti: suppositia autem efficaci electione, etsi sit libera divina voluntas in vsu applicativo potentiæ executivæ ad opus, quatenus absolutè potest non vti; est tamen necessitata ad illum actum necessitate suppositionis, quæ non obstat libertati: vnde non repugnat huic actui habere pro sui regula intuitivum iudicium; & cũ aliàs sit perfectius modus regulandi, vt superius arguebam: hinc fit, quod tali actui debeat concedi. *Ad tertiũ*

Denique arguitur: scientia visionis, quatenus visio, & intuitio est, nequit regulativè ad creaturarum productionem concurrere: ergo sola scientia simplicis intelligentiæ concurrit vt regula. Antecedens probatur primo: nam scientia regulans creaturarum productionem debet esse quidditativa illarum cognitio; at scientia 78 *Denique arg.*

Digitized by Google

visionis prout visio & intuitio est, quatenus à simplici notitia distinguitur, non est quidditativa creaturarum cognitio; cum prout sic attingat creaturam vt exercitè existentem, quod exercitium nequid esse de essentia alicuius creaturæ: ergo vt visio & intuitio nequid esse regula productionis creaturarum.

Secundo. Secundo: actus regulans prout sic præcedere debet, saltim prioritate naturæ productionem rei regulatæ; at hæc præcedentia visioni, seu intuitioni repugnat: ergo scientia visionis secundum quod visio, & intuitio est, nequit regulativè ad creaturarum productionem concurrere.

79 Minor probatur, tū, quia nequit intelligi visio in quantū visio nō intellecto illius obiecto pro quouis priori; at obiectū visionis, vt intuitio est, est physicè præsens: ergo nequit illius physicam præsentiam pro aliquo priori præcedere. Tùm etiam: nā in intellectione, qua verbum producitur, quāuis ratio dictionis sit prior verbo, ratio tamen contemplationis, nec prioritate naturæ verbi productionem præcedit, sed verbum productum supponit: ergo pariter quamuis scientia visionis vt productio ad creaturas supponatur: sub conceptu tamē intuitionis, seu contemplationis, illas præcedere nequit, adhuc prioritate naturæ, sed potius illas supponere debet.

80 *Quorūdā solutio.* Ad hoc argumentum doctissimus quidam ex nostris respondet, in scientia visionis duplicem esse distinguendum conceptum, causalitatis scilicèt, & intuitionis, quorum iste secundus in primo fundatur, & illum supponit: vnde quamuis sub formalitate intuitionis non præcedat ordine naturæ creaturas productas; præcedit tamen illas sub alio inadæquato conceptu, scilicèt, productionis, seu causalitatis.

81 *Hæc solutio non placet. 1.* Sed licet hæc solutio subtilis sit Mihi tamen non placet, & vt bene vidit Arrubal, qui illam tradunt secum pugnare videntur: tùm, quia iam erit falsum creaturas existere, seu esse futuras, quia videntur à Deo, quod est vnum ex præcipuis motiuis ex auctoritate PP. desumptū, vt nostrā firmamus sententiā. Patet sequela: nā creaturæ videntur per diuinā scientientiā, quatenus formaliter est intuitio: ergo si formalitas intuitionis non est prior prioritate naturæ creaturis existentibus, falsa erit causalis prædicta, videlicèt creaturas existere, quia videntur à Deo, sicut falsum est dicere, verbum produci, quia cognoscitur à nostro intellectu, ea, nempè, de causa: quia nō fit per notitiam, quatenus est cognitio, sed sub conceptu productionis.

82 *Secundo.* Tùm etiam, quia iā non saluatur scientiam visionis Dei regulativè ad creaturarum productionem concurrere, quod tamen contendit Thomistarum sententia. Probo antecedens: etenim scientia regulare nequit effectus productionem, nisi ipsū ar præsentando: ergo si sub ea ratione, qua repræsentat creaturas existentes, non præcedit illarum productionem, nequit regulativè ad talem productionem concurrere.

Denique Tùm denique: quia iuxta hanc solutionem, ratio, & formalitas productionis medial inter simplicem notitiam, & formalitatem intuitionis: qua ergo de causa scientiæ visionis attribuitur ratio causalitatis, & negatur simplici notitiæ? Imò potiori iure isti, quam illi attribuenda videtur; cum ad istam subsequatur, & illam præcedat.

83 *Resp. aliter. nego anteced. Ad 1. probat.* Prætermissa igitur hac solutione, ad argumentū factū respondeò, negando antecedēs. Ad primā probationē, concessa maiori, distinguo minorem: non est quidditativa rerum cognitio quoad essentialia præcisè, concedo minorem: rerum vt existentiū, nego minorē, & nego consequētiā. Ad secundā, concessa maiori, nego minorem. Ad cuius primā probationē dicatur, verū esse, quod in omni priori in quo intelligitur scientia visionis, debet intelligi obiectū illius, non tamē pro omni priori *à quo*, seu causalitatis, & bene stat cū coexistētia pro omni priori *in quo*, etiā rationis, prioritas originis; naturæ, seu causalitatis, cuius instantia in diuini Verbi productione conspicitur;

84 *Ad secundam.* Ad secundā minoris probationē, omisso antecedēti, nego consequētiā: & ratio discriminis est, quod nostra cognitio producit Verbum ex indigentia quam habet, vt in illo vt in specificatiuo primario cōpletur obiectum, ac proinde non mirū, quod illud supponat: cæterū diuina intuitio ex tali indigentia non producit creaturas: tùm, quia ab illis non specificatur. Tū etiā, quia non sunt medium in quo Deus illas cognoscit: vnde necessarium non est, quod sub formalitate intuitionis, illas pro priori naturæ productas supponat: sicut quia diuina cognitio non producit Verbū ex necessitate, sed ex fœcunditate, necū vt dictio, verū vt contēplatio præcedit illud prioritate *à quo*, seu originis. Ex dictis colligitur, veram esse illā causalē, quia creaturæ vt futuræ cognoscuntur à Deo, ideò futuras: & falsū esse effērere, ideò vt futuras à diuino intellectu cognosci, quia sunt futuræ, si ly *quia* dicat causam in essendo.

Et hæc de ista Disputatione.

DIS:

Digitized by Google

DISPVTATIO QVADRAGESIMA.

PRIMA.

An omnia futura contingentia, Deo ab æterno physicé in mensura æternitatis coexistant?

§. I.

Quibusdam præsuppositis, referuntur sententiæ.

Nu. 1 *Supponitur primo*

IN Hac Disputatione omnes Auctores in tribus conuenientes reperio: primo in eo quod futura contingentia non coexistunt physicè ab æterno Deo in sua propria & adæquata mensura, quod vt fide certum, nemo ex Catholicis potest negare: constatque ex Articulo Fidei, quod credimus, Deum omnia in tẽpore creasse: & ex illo Genesis 1. *In principio creauit Deus Cœlum, & terram*: cum enim res creatæ, vt in propria, & adæquata duratione existentes sui creationem suppo nant, & hanc in tempore incœpisse sit veritas fidei, manifestum est nihil creatũ Deo ab æterno in propria duratione coexistere

2 *Secundo.* Secundo, apud omnes est certum: & ex primo colligitur, futura contingentia nõ coexistere physicè ab æterno Deo in mensura æternitatis secundum omnem sui vir tualitatẽ. *Probatur* Quod patet: Anti-Christus namque v. c. nõ coexistit Deo ab æterno pro isto nunc nostri tẽporis, vt in propria mẽsura: ergo nec coexistit ab æterno Deo in mensura æternitatis vt æquialẽti isti nũc nostri tẽporis; & consequentèr non coexistit illi in mensura æternitatis secundum omnẽ sui virtualitatẽ. Patet consequẽtia: æternitas namque vt æquialens isti nunc nostri tẽporis, non extẽditur per modũ superioris mensuræ, nisi tantum ad ea, quæ ab isto nunc tẽporis vt ab immediata, & propria mensura continentur: ergo si Anti-Christus in hoc nũc vt in mensura propria non continetur, pariter nec contineri poterit in æternitate diuina, vt in superiori, & super excedẽti mẽsura, sub ea ratione qua huic nunc nostri temporis æquialet.

3 *Secundo probatur ab exemplo immẽsitatis.* Potest etiam exemplo Immensitatis suaderi: nam licet omnia, quæ existunt in loco, diuinæ immensitati coexistant, non tamen omnia coexistunt immensitati; scilicet dum quod hæc, cujus loco coexistit, v. c. existens Matriti, non coexistit Immensitati Dei sub ea ratione, qua Romæ coexistit, nõ obstante quod diuina immensitas sit formalitèr indiuisibilis: pariergo ratione, etiam si omnia, quæ mensurãtur tẽpote, ab æternitate mensurentur in illa contineantur; eique coexistant, non tamẽ omnia in illa, sub omni virtualitate, & æquialentia continẽtur, sed solũ sub illa, quæ æquialet propriæ durationis mensuræ, quod à nullo ex Thomistis negari Mihi est perspicuum, & cuiuis ipsos sine contentionis zelo legenti manifestum fiet.

4 *Supponitur 3. & prob.* Tertio omnes fatentur, creaturas quando existunt in propria mensura, toti æternitati realitèr, formalitèrque coexistere, & ab illa tota contineri. Quod patet manifesta ratione: æternitas namque est indiuisibilis realitèr, & formalitèr; at indiuisibile, vel totum attingitur, vel nihil attingitur: ergo res creatæ existentes in propria mensura, vel coexistunt toti æternitati formalitèr realitèr, vel illi non coexistunt.

5 *Confirm.* Quod amplius confirmo: nam indiuisibile cognitum vt in se, vel totum cognoscitur, vel nulla ratione cognoscitur: ergo æternitas, quæ prout est in se, est omnino indiuisibilis, vel tota rebus creatis coexistere debet, vel secundum nihil sui illis

illis poteſt coexiſtere, quod non negant Auctores cõtrarij, vt videre eſt apud Alarcon *vbi infra num.* 2. Quod igitur in diſcrimen vertitur eſt, an futura contingentia tunc primo diuinæ æternitati coexiſtere incipiant, & ab illa contineri, quando incipiunt eſſe extra cauſas in propria temporis menſura; an vero non ita, ſed abæterno phyſicè coexiſtant Deo, non in propria duratione, ſed in æternitate vt immenſura ſuperexcedenti, & inadæquata?

Punctum difficultatis aperitur.

6 *Prima sẽtentia.* *Alenſis.* *Bonauẽt.* *Durand.* *Gabriel.* *Arim.* *Scotus.* *Aureolus* *Ægidius* *Hiſpal.* *Herueus.* *Vazq.* *Suarez.* *Valentia.* *Arrubal.* *Beccanus* *Hericc.* *Alarcon.*

Prima ſententia, negat ab æterno Deo in æternitate coexiſtere phyſicè, ſed ſolum intentionaliter, & obiectiuè in diuina cognitione. Hanc tenent Alenſis 1. p. *ſummæ quæſt.* 23. *membro* 4. *art.* 3. Bonauentura *in* 1. *diſt.* 35. *in commentario dub.* 6. *quæſt.* 3. & *diſt.* 39. *art.* 2. *quæſt.* 3. Durandus *ibidem quæſt.* 3. Gabriel *diſt.* 38. *quæſt.* 1. *art.* 2. Arim. *quæſt.* 2. *art.* 2. Scotus, & Aureolus apud Capreolum *in* 1 *diſt.* 38. *quæſt.* 1. Ægidius Romanus *in Opuſc. contra corruptorem doctrinæ Sancti Thomæ, art.* 3. Hiſpalenſis *in* 1. *diſt.* 38. *quæſt.* 2. *art.* 2. Herueus *ibi q.* 5. Vazquez *in præſenti diſp.* 64. *cap.* 3. Suarez *lib.* 1. *de ſcientia futurorum, cap.* 7. Valentia *in hoc, art. puncto* 5. Arrubal *diſp.* 41. *cap.* 4. Beccanus *cap.* 10. *quæſt.* 10. Herice *tract.* 1. *diſp.* 6. *cap.* 4. Alarcon *tract.* 2. *diſp.* 2. *cap.* 8. & cæteri Societatis Recentiores communiter.

7 *Secunda ſententia* *Capreol.* *Ricardus* *Ferrara.* *Caietan⁹* *Bañez.* *Zumel.* *Ripa.* *Zanard.* *Nazard.* *Nauar.* *Albelda.* *Cornejo.* *Salmãt.* *S. Thom.* *Serra.* *Aluarez.* *Ledeſma.* *Molina.* *Fonſeca.* *Granad.* *Gilius.* *Ruizius.*

Secunda, per oppoſitum docet, quod licet res omnes creatæ, in tempore in propria, & ſibi adæquata duratione incipiant exiſtere, ac proinde in illa Deo ab æterno phyſicè non coexiſtant, tamen in æternitate, ab æterno illi coexiſtere phyſicè, & nõ ſolum in eſſe obiectiuo reſpectu cognitionis diuinæ. Hanc tenent Capreolus *in* 1. *diſt.* 38. *quæſt.* 1. *art.* 2. *concl.* 2. Ricardus *quodlibet.* 3. *quæſt.* 1. Ferrara 1. *Contra Gentes, cap.* 66. Caietanus, Bañez, Zumel, Ripa, & Zanardus *in præſenti, art.* 13. Nazarius *controuerſia* 3. Nauarrete *controuerſia* 52. Albelda *diſp.* 43. *ſect.* 2. Cornejo *diſp.* 1. *dub* 3. Salmanticenſes *diſp.* 8. *dub.* 3. noſter Sancto Thoma *diſp.* 9. *art.* 3. Marcus de la Serra *dub.* 5. Aluarez *lib.* 2. *de auxiliis diſp.* 8. Ledeſma *diſp.* 2. *de ſcientia futurorum dub.* 1. ex PP. Societatis Molina *in præſenti diſp.* 13. nec oppoſitum docuit *ſequenti diſputatione*, vt Salmanticenſes referunt, cuius contrarium manifeſtè conſtabit Molinam legenti. Conſtanter Fonſeca, 6. *Metaphyſicæ cap.* 2. *quæſt.* 4. *ſect.* 2. Granadus *tract.* 4. *de ſcientia Dei, diſp.* 3. Gilius *lib.* 2. *de eſſentia Dei, tract.* 10. *cap.* 15. Ruizius *diſp.* 28. *ſect.* 3. quos refert Alarcon *vbi ſupra*, & neſcio in quem ſenſum conatur adducere, ſed certè Granadus, quem præmanibus habui, adeò apertè noſtram tenet ſententiam vt non niſi violenter, & ignorantèr in oppoſitam poſsit adduci.

§. II.

Vera ſententia eligitur, & auctoritate probatur.

8 *Prob. hæc ſententia ex Aug.*

QVorum ſententiam pro concluſione ſtatuens oſtendo illam primo auctoritate PP. paſsim negantium Deo præſcientiam in rigore, eo quod Deo nihil eſt futurum, ſed omnia ſunt illi præſentia. Ita Auguſtinus 11. *de Ciuitate Dei, cap.* 21. & *lib.* 2. *ad Simplicianum quæſt.* 2. illis verbis *Quid eſt præſcientia niſi ſcientia futurorum? Quid autem futurum eſt Deo, qui omnia ſupergreditur tempora? ſi enim in ſcientia res ipſas habet, non ſunt futuræ, ſed præſentes, ac per hoc non iam præſcientia, ſed tantum ſcientia dici poteſt: ſi autem ſicut in ordine temporalium, ita, & apud Deum nondum ſunt, quæ futura ſunt, ſed ea præuenit ſciendo: bis ergo ea ſentit, vno quidem modo ſecundum futurorum præſcientiam, altero verò modo ſecundum præſentium ſcientiam: aliquid ergo temporaliter accedit ſcientiæ Dei, quod abſurdiſsimum, & falſiſsimum eſt.*

9 *Ex Greg.*

Idem docet Gregorius Magnus, *lib.* 20. *Moralium, cap.* 23. his verbis: *Quomodo eſt præſcius, dum nulla, niſi quæ futura ſunt, præſciantur, & ſcimus, quia Deo futurum nihil eſt?* Id ipſum docet *lib.* 12. *Moralium cap.* 1. ſuper illud, *numerus menſium eius apud te eſt.* *Ex Anſ.* Et Anſelmus *lib. de caſu Diaboli, cap.* 21. ſic dicens: *Præſcientia Dei non proprie dicitur præſentia: cui enim omnia ſunt præſentia, non habet futurorum præſcientiam, ſed præſentium ſcientiam.* In eadem ſententia eſt *Ex Boet* Boetius 5. *de conſolatione proſa vltima*, affirmans; in Deo propriè non eſſe dicendum præſcientiam eſſe, ſed prouidentiam.

10 *Ex Hug de S. Victore.*

Et Hugo de S. Victore in ſumma ſententiarum tract. 1. cap. 12. *Præſcientia improprie dicitur de Deo: apud Deum namque nihil futurum, nihil præteritum, imò nec prius nec poſterius eſt, ſed quantum ad res, quæ nobis futuræ ſunt, dicimus eum futura præſcire, quod quantum ad eum, eſt ea tanquam præſentia ſcire;* at ex eo quod omnia eſſent Deo obiectiuè ſolum præſentia, non rectè probatur ei non conuenire præſcientiam in toto rigore; cum Prophetarum mentibus nuda ſint obiectiuè præſentia, de quibus tamen habent in rigore præſcientiam: ſentiunt ergo præfati egati PP. Deo ab æterno eſſe omnia quomodolibet futura, non ſolum obiectiuè, verum etiam phyſicè in ſua æternitate præſentia.

11

Per quod euertitur communis contrariorum ſolutio, aſſerentium, PP. loqui de

Effugium contrario exercitur 1.

de præsentia obiectiua: eo quod ab æterno omnia perfectè cognoscí, nedum vt possibilia, verum etiam vt existentia in suis propijs durationibus. Verum hæc solutio est omnino insufficiens, & reijcitur primo: nam vel illa cognoscit vt existentia, & sibi physicè in æternitate coexistentia, vel solum illa vt existentia cognoscit, non tamen coexistentia physicè sibi? Si primum, habemus intentum. Si secundum, non sufficit vt Deo nõ competat cum proprietate ratio præscientiæ: existentia namque rerum vt cognita, etiam Prophetarum mentibus adest, qui non de purè possibilibus sed futuros rerum euentus prænuntiant, & consequenter illorum existentias attingunt, quo non obstante illorum cognitio cum omni proprietate est præscientia: ergo vt consequentia PP. sit bona, qua inferũt Deo propriè nõ cõuenire eo quod omnia sunt illi præsentia, necessario sunt intelligendi de præsentia physica, & non de obiectiua.

12 *Secundo.*

Secundo, quia Augustinus *ibi* sic arguit: si res futura Deo præsens non esset, sequeretur bis à diuino intellectu cognosci, semel quando adhuc esset futura, & iterum quando iam esset præsens; at hæc argumẽtatio non habet locum loquendo de præsentia obiectiua; cum res etiam cognita vt futura sit obiectiuè præsens diuino intellectui: ergo loquitur Augustinus de physica præsentia.

Tertio.

Tertio, quia prædicti PP. in causali facta non solum affirmant omnia esse Deo præsentia, sed etiam absolutè negant esse Deo aliquid futurum; at ex obiectiua præsentia non tollitur ratio absolutæ futuritionis, bene tamen ex physica: ergo de ista, & non tantum de prima loquuntur.

13 *Augustini testimonium protegitur.*

Et quidem non posse verba Augustini intelligi de præsentia obiectiua, sic probo: illa verba, *si apud Deum nondum sunt, quæ futura sunt*, necessario intelliguntur de præsentia physica: ergo iuxta Augustinum, futura sunt Deo physicè præsentia ab æterno in mensura æternitatis. Probo antecedẽs: ex negata præsentia obiectiua futurorum ad Deum ab æterno, non sequitur bis ea sentire, nempè secundum futurorum præscientiã, & secundum præsentiũ scientiam; sed hoc infert Augustinus: ergo id non colligit ex negata præsentia obiectiua futurorũ ad Deũ ab æterno, sed ex negatione præsentiæ physicæ futurorum ad Deũ ab æterno in æternitate. Probo antecedens: ex negata præsentia obiectiua futurorũ ad Deũ ab æterno, nõ sequitur præscientia futurorum: ergo ex tali negatione non sequitur bis ea sentire, nempè secundum futurorum præscientiam, & secundum præsentium scientiam. Probo antecedens: implicat præscientia futurorum absque præsentia obiectiua: ergo ex negatione præsentiæ obiectiuæ futurorum ab æterno, non sequitur futurorum præscientia. Probo antecedens implicat præscientia futurorum, quin futura sint præscita; sed esse præscita est esse obiectiuè præsentia: ergo implicat futurorum præscientia absque illorum præsentia obiectiua.

14 *Aliter idem testimonium expenditur.*

Vel aliter potest eadem auctoritas induci: ex negata præsentia futurorum ad Deum ab æterno, infert Augustinus, bis Deum futura cognoscere, nempè ab æterno vt futura, & in tempore vt præsentia, ex quo infert aliquid in tempore acrescere scientiæ Dei, quod absurdissimum & falsissimum censet; at hoc inconueniens non cessat nisi in antecedenti loquatur de præsentia physica futurorum ad Deum in mensura æternitatis, nec vitatur si accipiatur de sola obiectiua: ergo loquitur de præsentia physica futurorum ad Deum. Probo minorem: hoc iudicium *Anti-Christus est mihi præsens*, vel hoc, *Anti-Christus mihi coexistit* est distinctum ab hoc, *Anti-Christus mihi erit præsens*, vel *Anti-Christus mihi coexistet*; cum vnum sit per verbum de præsenti, aliud autem per verbum de futuro, quorum diversitas patet: nam vno existente verò, aliud potest esse falsum, vt constat in nobis proferentibus illas propositiones, quarum prima à nobis prolata est falsa, & secunda vera; sed primum illud iudicium non potest ab æterno existere in Deo sine præsentia physica futurorum ad Deum in mensura æternitatis: ergo hac præsentia negata, & concessa solum obiectiua præsentia, hoc iudicium incipiet in Deo in tempore, & consequenter aliquid temporalitèr acrescet scientiæ diuinæ, quod est inconueniens ab Augustino illatum: ex quo vlterius fit non vitari inconueniens, quod infert Augustinus, per solam præsentiam obiectiuam quamuis perfectam.

15 *Hoc iudicium Anti-Christus mihi est præsens à deo formatim petit physicã ab æterno præsentiam.*

Probo minorem: iudicium illud non potest ab æterno existere in Deo nisi ab æterno sit verum; sed non potest ab æterno esse verum nisi Anti-Christus existat in æternitate ab æterno, & ab æterno sit diuinæ eternitati præsens: ergo non potest ab æterno existere in Deo, nisi Anti-Christus Deo ab æterno in æternitate coexistat. Maior cum consequentia tenet. Minor autem probatur: propositio affirmatiua constans verbo de præsenti importante existentiã, non potest esse vera, nisi extrema existant pro aliqua duratione præsenti, sicut propositio de futuro non potest esse vera nisi extrema extitura sint de futuro,

& propositio affirmatiua constans verbo de præterito, non potest esse vera, nisi extrema extiterint pro aliqua differentia præterita; sed iudiciũ hoc, *Anti-Christus mihi coexistit*, est propositio affirmatiua constans verbo de præsenti importante existẽtiam ergo non potest ab æterno esse verũ, nisi Anti-Christus ab æterno, Deo in aliqua duratione coexistat; cumque non existat ab æterno in propria duratione, debet ab æterno in æternitate existere.

16 *Respond.* Respondebis, illud iudicium ab æterno existere in Deo, & ab æterno esse verum; cæterum non affirmare Anti-Christum coexistere Deo pro nunc æternitatis mensurantis cognitionem, sed quod affirmat est coexistere Deo pro suo tẽpore, & pro sua propria duratione, & ideò ad sui veritatem non petere coexistentiã Anti-Christi in nunc æternitatis existentem ab æterno, sed sufficere coexistentiam exercendam pro tempore, in quo extiturus est Anti-Christus.

17 *Sed cõtrà* Sed contra: nã coexistentia Anti-Christi affirmata per verbum de præsenti in propria Anti-Christi duratione, erit falsa propositio, & falsum iudiciũ, hoc aderendũ non est: ergo non affirmatur coexistentia Anti-Christi ad Deum in propria Anti-Christi duratione. Probo maiorem: coexistentia Anti-Christi ad Deum in propria duratione non est, sed futura est; at propositio affirmatiua Dei, seu iudicium affirmatiuum, non affirmat futuram esse coexistentiam, sed esse: ergo falsum est iudicium. Consequentia patet: nã ab eo quod res est, vel non est, propositio dicitur vera, vel falsa: ergo propositio affirmans coexistentiam præsentem, non est vera nisi coexistentia sit prẽsens, quamuis sit futura prẽsens. Minor autẽ probatur: nam alitèr importatur existentia, vel coexistentia per verbũ de præsenti, ac importatur per verbum de futuro; sed per verbum de futuro importatur, & enunciatur coexistentia futura: ergo per verbum de præsenti enunciatur existentia præsens.

18 *Confirm.* Confirmatur, & vrgetur: hæc propositio à nobis pro lata, est falsa, *Anti-Christus existit*, & hæc vera, *Anti-Christus existet*; at non alia ratione, nisi quia secunda, vtpotè constans copula de futuro, affirmat existentiam futuram, quæ verè futura est, prima autem existentiam præsentem, quæ nõ est: ergo si iudicium Dei affirmans verbo de præsenti coexistentiam Anti-Christi ad Deum in æternitate est verũ: ideò est quia in instanti, in quo iudicium existit, coexistit Anti-Christus Deo in mensura æternitatis.

19 Secundo alij respondẽt, PP. solũ negare diuino intellectui talẽ præscientiã, qualis competit intellectui creato; nos enim imperfectè, & coniecturalitèr futura præscimus, Deus autem omninò perfectè. Cæterum hæc solutio multo minus satisfacit, primo: quia eadem ratione possunt Deo scientiam negare; cum hæc etiam illi non competat cum his imperfectionibus, quibus in nostro intellectu reperitur, discursus, nempè, & limitationis; at scientiam Deo concedunt, & negant præscientiam: ergo ineptè in prædicto sensu explicantur. *Aliorum euasio excluditur.* 1.

Secundo: nam Prophetæ non cõiectura litèr, sed omninò certò, futura cognoscũt; & tamen illis competit ratio præscientiæ quam PP. negant diuino intellectui: ergo præscientia ab illis negatur diuino intellectui, nõ ratione certitudinis, qua gaudet diuina cognitio, sed ratione physicæ præsentiæ, qua res cognitæ Deo in æternitate coexistunt. Tertio, quia aliàs non ideò deberent diuino intellectui negare præscitiam, quia Deo nihil est futurum, sed ideò quia futura perfectè cognoscit; at PP. non existo capite, sed ex primo colligũt ei nõ conuenire cum proprietate præscientiã: ergo explicationem istam non sustinent. 20 *Secundo.* *Tertio.*

Secundo principalitèr illam ostendo ex alia PP. loquutione, qui de diuina æternitate, non de Dei cognitione loquentes, affirmant nihil ei esse futurum, sed omnia præsentia. Ita Magnus Gregorius explicat illud Iob. 10. *Nunquid sicut dies hominis dies tui, & anni tui sicut humana sunt tempora* de diuina æternitate: *Cuius*, inquit, *immensitas, quia vltra, citraque nos tenditur sine inchoatione, & termino eius æternum esse dilatatur, eique, neque transacta præterenunt, neque adhuc vẽtura, quasi nõ appareãt, desunt.* 21 *Ex alii PP. loquutione probatur conclusio.*

Idem docet Anselmus *in Opusc. de concordia, liberi arbitrij, & prædest. cap.* 1. vbi probat Deo tantum competere: *Et siquidẽ*, inquit, *quem ad modum præsens tempus continet omnem locum, & quæ in omni loco sunt, ita æterno præsenti simul clauditur omne tempus, & quæ sunt in quolibet tempore.* Et denique Hilarius 12. de Trinitate loquens de creatione Cœli, & terræ sic ait; *Non tamen Cœli, terræ, cæterorumque elemẽtorum creatio leui saltem momento operationis discernitur, quia eorum præparatio æquabili penes Deum æternitate constiterat, & omnis horum præparatio Deo est coæterna*: sentiunt ergo apertè futura non solum esse diuinæ cognitioni ab æterno obiectiuè præsentia, sed etiam physicè diuinæ æternitati coexistere. 22

(*)

Digitized by Google

§. III.

Probatur ex Diuo Thoma.

23 *Prob. ex D. Tho.*

TERTIO suadetur ex D. Thoma *in hac 1. p. quæst. 57. art. 3. quæst. 86. art. 4. & in hac, quæst. art. 9. & 13 2. 2. quæst. 171. art. 6. ad 1. & 2. 1. Contra Gentes, cap. 66. ratione 6. & cap. 67. in 1. sentent. dist. 38. quæst. 1. art. 5. in corpore, quæst. 2. de veritate, art. 12.* quibus in locis, & passim alibi adeò expressè nostram docuit sententiam, vt nullam, nisi extortam, possit interpretationem admittere.

24 *Cõtrariorũ explicatio.*

Sed dicunt contrarij, Angelicum Doctorem loqui de præsentia obiectiua, non de physica præsentia, quod sibi persuadent ex eò quod non probat futura contingentia intuitiuè à Deo videri, quia sunt illi præsentia, sed è contra, ideò esse præsentia, quia videntur à Deo, præsentia autem, quæ ex visione prouenit, tantum est obiectiua, & consequenter ex D. Thoma non probatur futura esse Deo physicè in æternitate præsentia.

25 *Reijcitur primo.*

Verum hæc interpretatio violenta est contextui, & non nisi ab his, qui illius effugiendi doctrinam; animo legitur, potest adhiberi. Quod probo, tùm: quia D. Thomas non probat: futura esse Deo præsentia quia videntur à Deo, nisi ad summũ argumento sũpto à posteriori, à priori autẽ probat intuitiuè videri, quia sũt diuinæ æternitati præsentia, at in hac causali loqui nõ potest de præsentia obiectiua, tùm, quia id libenter fatentur contrarij, tùm etiã, quia per se est manifestum, aliàs, cum præsentia obiectiua in videri consistat, probans ideò videri, quia sunt præsentia, idem per idem probaret, & istum sensum efficeret, ideò videntur, quia videntur, quod est ridiculum: ergo necessario intelligendus est de physica præsentia. Maiorem, ad quam in consensu aduersariorum difficultas de volvitur, probo ex D. Thoma *quæst. 2. de veritate, art. 12* illis verbis: *Vndè cum visio diuinæ scientiæ æternitate mensuretur, quæ est tota simul, & totum tempus includit, nec alteri parti tẽporis deest, sequitur vt quidquid in tempore geritur, non vt futurum, sed vt præsens videat.* Vbi vt clare constat, ex eo quod visio diuina æternitate mensuratur, quæ quidem æternitas tota simul est, & totum tempus includit, probat Diuus Thomas omnia, quæ nobis futura sunt, esse diuinæ visioni præsentia: ergo ex præsentia futurorum ad æternitatem, quæ physica est, probat obiectiuam præsentiam respectu cognitionis intuitiuæ.

26 Eodem argumento vsus est Sanctus Doctor 1. *Contra Gentes, cap. 66.* illis ver-

bis: *Rerum, quæ apud nos nondum sunt, Deus videt, non solum esse, quod habent in suis causis, sed etiam illud quod habent in se ipsis, in quantum eius æternitas est præsens sua indiuisibilitate omni tempori.* Vbi, vt clare constat, inde probat rẽs nobis futuras à Deo videri in se ipsis, quia æternitas illius suæ indiuisibilitate omni tempori est præsens; at præsentia æternitatis ad tempus, vt cõdistincta à præsentia visionis ad visa, non est obiectiua, sed physica: ergo ex præsentia physica futurorum ad Deum infert ab ipso intuitiuè videri. Eandem consequentiam facit D. Thomas 3. *Contra Gentes, cap. 154.* vbi ait, quod futura contingentia soli diuinæ cognitioni subsunt, quia ea in se ipsis videt, cum sint ei præsentia ratione suæ æternitatis.

Aliud testimonium expenditur,

27 *Exdoctrina huius articuli prob.*

Imò in hoc articulo, ex quo aduersarij occasionem suæ interpretationis sumpsere, eandem consequentiam formar illis verbis: *Et licet contingentia fiant in actu successiuè, non tamen Deus successiuè cognoscit contingentia prout sunt in suo esse, sicut nos, sed simul, quia sua cognitio mensuratur æternitate, sicut etiam suum esse, æternitas autem tota simul existens ambit totum tempus, vt supra dictum est: vndè omnia, quæ sunt in tempore, sunt Deo ab æterno præsentia.* Vbi, ex eo quod æternitas tota simul existens ambit totũ tẽpus, infert omnia; quæ sunt in tẽpore esse Deo ab æterno præsentia, & ex hac præsentia subinfert, à Deo intuitiuè videri; at præsentia futurorũ illata, ex eo quod æternitas tota simul tori tẽpori adest, non est intentionalis, & obiectiua, sed physica: ergo hanc concedit Angelicus Præceptor futuris contingentibus ad æternitatem diuinam ab æterno.

28 *Secundo reijcitur.*

Secundo dicta interpretatio reijcitur; nã Angelicus Doctor expressè distinguit duplicem futurorum præsentiam, alteram respectu cognitionis diuinæ, & alteram respectu diuinæ æternitatis; at hæc secunda vt à prima distincta, obiectiua non est; cum æternitas vt à cognitione virtuali distinctione distincta, perfectio cognoscitiua non sit: ergo manifestè concedit futuris contingentibus vtramque præsentiã. Antecedens, præterquamquod ex *locis allegatis* manifestum apparet; vbi nam probat ex alia, præter hoc, inquam constat expressè ex Doctore Angelico *in 1. sentent. dist. 38. quæst. 1. art. 5.* illis verbis: *Diuina enim cognitio modum æternitatis habet, qui est esse totum simul sine successione: vndè sicut quamuis tempus sit successiuum, tamen æternitas est præsens omnibus temporibus vna, & eadem, & indiuisibilis, vt nunc stans, ita cognitio sua intuetur omnia tempora, quamuis inter se succedentia, vt præsentia sibi.* Vbi

apertè duplicem præsentiam distinguit, & vtramque inter se comparat; alteram tẽporum ad æternitatem, alteram futurorum ad sciantiam; imò, quod cognitioni diuinæ omnia sint præsentia, quamuis inter se succedentia, probat ex eo quod modum æternitatis habet, qui est vt vna tota simul existens, omnibus temporibus, etsi successiuis, sit præsens: ergo sicut omnia Deo sunt simul obiectiuè præsentia, vt cognoscenti, omnia etiam tempora futura, sunt simul in æternitate Deo ab æterno physicè præsentia. Mitto alia plura testimonia Diui Thomæ, ne tempus in re manifesta insumamus, vt fatentur Molina *vbi supra*, & cum illo plures ex aduersarijs, quidquid alij contendant cæcutientes in meridiana luce, & Doctorem Angelicum pro sua aduersus nostram retorquentes sententiam absque vllo fundamento, vt iam vidimus, & infra amplius videbimus.

§. IV.

Probatur eadem sententia rationibus.

29 *Suadetur ratione à priori.*

QVARTO principalitèr suadetur cõclusio hac ratione à priori: æternitas est duratio infinita indiuisibilis, & tota simul, vt cõstat ex diffinitione æternitatis, qua dicitur, *est tota simul, & perfecta possessio*: ergo ratione infinitatis continet omnem inferiorem durationis mensurã, ratione indiuisibilitatis continet secundũ se totam, & ratione simultatis omnibus durationibus inter se succedentibus absque successione ab æterno coexistit; ac proinde omnia tempora, & omnia tempora mensurata, etsi inter se inuicem succedentia, Deo ab æterno in æternitate coexistunt.

30 *Cõtrario rũ solutio explauditur 1.*

Respondent Auctores oppositi, ex indiuisibilitate æternitatis solum inferri, quod careat successione entitatiua, & intrinseca sibi, non autem successione, & indiuisibilitate æternitati extrinseca, desũpta ex rebus creatis inter se succedentibus, & successiuè diuinæ æternitati coexistentibus. Sed contra istam solutionem facit in primis, quod quando in diffinitione æternitatis dicitur, quod est tota simul, & perfecta possessio, non debet intelligi de simultate in ratione entitatis omni diuinæ perfectioni communis, sed in ratione mẽsuræ durationis respectu cuiuscumque ab ipsa mensurati: ergo excluditur nedum successio intrinseca in propria entitate, quæ alijs durationibus creatis competit, verum etiam extrinseca in his, quæ mensurat, quatenus mensurantur ab ipsa. Probo hanc consequentiam: nam ex quocumque capite defectus actualis possessionis proueniat, siuè ab extrinseco, siuè ex defectu extrinseci, quod est possidendum, nõ saluatur ratio perfectæ possessionis, vt patet in illo, qui diuitias non possidet, ex illarum defectu: ergo nisi excludatur à diuina æternitate successio, etiam extrinseca respectu illorum, quæ ab ipsa mensurantur, non saluatur, quod sit tota simul & perfecta possessio, & quod prout talis cõparetur respectu durationis creatæ.

31 *Secundo.*

Secundo: nam corpus infinitum in ratione extensionis, omnibus alijs quantumque distantibus inter se simul adesset: ergo æternitas, quæ est infinita in ratione durationis omnibus durationibus quantumque distantibus in ratione durationis, simul, & absque successione adhuc extrinseca coexistere debet; at distantia in ratione durationis attenditur penes præteritũ, futurum, & præsens: ergo omnibus his tẽporum differentijs, simul, & absque vlla successione coexistit æternitas.

32 *Tertio.*

Tertio: nam ex eo quod præsentia, præterita, & futura sibi inuicem succedant, nõ arguitur, quod omnibus illis non coexistat æternitas, simul, & ab æterno: ergo omnia hæc sunt in æternitate Deo ab æterno, & simul præsentia absque successione, nõ solum intrinseca, verum etiã extrinseca. Consequentia tenet: nam successio temporum ad æternitatem, quæ illi est extrinseca, non aliunde potest ab aduersarijs suaderi, nisi ex eo quod inter se sunt sibi succedentia. Antecedens autem probatur sic primo: ex eo quod hæc omnia sibi inuicem sint succedentia, non sequitur successiuè se habere respectu diuinæ intuitionis: ergo nec respectu diuinæ æternitatis. Patet consequẽtia: quia diuina intuitio ad illa prout in se terminatur, id est, prout in propria, vel communi mensura existentia: ergo si ex terminatione simultanea diuinæ intuitionis ad illa vt existentia, non sequitur illorum coexistentia inter se, pariter nec ex simultanea coexistentia diuinæ æternitatis ad illa, sequeretur simultanea illorum coexistentia inter se, nec è contra, ex successione illorum inter se inferri poterit successio respectu diuinæ æternitatis.

Antecẽdẽs prob. 1.

33 *Secundo antecẽdẽs prob. Tertio prob.*

Secundo probatur idem antecedens: ex distantia locali duorum inter se, non infertur illorum distantia respectu diuinæ immensitatis: ergo pariter ex successione futurorum ad inuicem, nõ potest inferri successio illorum respectu æternitatis Dei. Tertio probatur: ex coexistentia futurorum ad æternitatem diuinam, non sequitur illorum coexistentia inter se: ergo è contra ex successione futurorum inter se, non licet inferre successionem eorundem respectu diuinæ æternitatis.

De-

Digitized by Google

34 *Denique solutio reijcitur.*

Denique traditam solutionem reijcio: eatenus namque hæc inferiora ab æternitate mensurantur, quatenus continentur in illa; at quidquid continetur in alio, cõtinetur ad modum illius: ergo cum æternitas successione intrinseca non gaudeat: quæ ab illa mensurantur, etsi inter se inuicem succedentia, indiuisibiliter, & absque vlla successione mensurantur ab illa. Explicatur hoc amplius: quia intellectus intelligit trahendo res ad se, quod ab illo intelligitur, etsi in se sit materiale, immaterialitèr est in intellectu: ergo cum æternitas mensuret creaturas per modum illas in se continentis, esto succedentia sint inter se, prout ab æternitate mensurantur nulla successione gaudebunt, sed simul eius mẽsurationem terminabunt.

35 *Quinto suadetur conclusio.*

Quinto principalitèr suadetur conclusio: si futura omnia non sint Deo ab æterno in sua æternitate præsentia, nulla est assignabilis ratio cur absque physica mutatione non possit Deus aliquid in tempore incipere velle; at Deum fore physicè mutandum ex eo quod in tempore nouiter vellet, docet D. Thomas *infra quæst.* 19. & cum illo Theologi frequentius: ergo futura omnia Deo ab æterno in sua æternitate coexistũt. Probo maiorem: nouitas denominationis creantis ex eo in Deo non arguit physicam mutationem, quia est denominatio desumpta ex mutatione creaturę, prout in propria mensura existentis: ergo si denominatio volentis liberè efficacitèr aliquid nouiter incipiens, arguit physicam mutationem in Deo, ideò erit, quia est denominatio desumpta ex connotatione creaturæ, prout in æternitate contentæ; at si hæc continentia in tempore inciperet posset denominatio volentis ex illius connotatione desumpta absque voluntatis diuinæ physica mutatione incipere in tempore: ergo si non potest, ideò solum erit quia continentia creaturæ in æternitate, in tempore non incipit, sed est ab æterno; & consequentèr hoc principio negato, nullum remanebit, ex quo possit colligi physica mutatio in Deo, ex eo quod in tempore inciperet aliquid velle.

36 *Denique prob.*

Denique principalitèr conclusionem ostendo: si creaturæ omnes nobis futuræ, non essent Deo physicè in æternitate præsentes, sequeretur aliquid in tempore scire de nouo; consequens est absurdum, aliàs illius scientia foret mutabilis: ergo falsum est antecedens. Qua ratione vsi sunt Augustinus *lib. 2. ad Simplicianum, quæst. 2.* Et D. Thomas *in 1. sententiarum, dist. 38. quæst. 1. art. 5.* Probo sequelam: rem, dum est, cognosceret vt sibi physicè præsentem; antequam esset illam cognosceret vt sibi futuram: ergo aliquid in tempore sciret de nouo.

37 *Resp. 1. Sed cõtra*

Respondebis primo, totam hanc mutationem esse omninò extrinsecam scientiæ diuinæ, vtpotè ab extrinseca forma, vel respectu rationis desũmptam. Sed contra: nam quantum ad constitui per respectum rationis, vel denominationem extrinsecã, eadem est ratio de scientiâ libera Dei, ac de actu libero voluntatis diuinæ; at Deum suscipere in tempore nouam denominationem libere volentis, communi Theologorum consensu rejicitur *infra quæst. 19. art. 7.* ob mutationem physicam vel ad minus moralem, quæ in Deo sequitur ex tali incœptione: ergo eadem de causa, quidquid sit de hac constitutione per respectum rationis, vel denominationem extrinsecam, in scientia Dei libera falsum debet censeri.

38 *Resp. 2.*

Respondebis secundo, Deum ab æterno scire creaturas pro diuersis temporibus sibi esse futuras, præsentes, & præteritas; atque adeò ex eo quod quando incipiunt existere, Deo coexistere incipiant, nulla nouitas, seu mutatio in diuina scientia colligitur.

Sed cõtra primo.

Sed contra: nam in primis sequitur argumentum, quo vsus est Augustinus, inefficax esse, inferens ex eo quod aliquid esset respectu Dei futurum, fore illius scientiam mutandam.

Secundo.

Deinde: quia ab æterno solum cognosceret futuram esse in tempore creaturam sibi præsentem; at creaturæ existentia accedente, cognosceret illam vt de facto sibi præsentem: ergo aliquid in tempore sciret de nouo.

Denique.

Denique: nam illius scientia transiret de abstractiua in intuitiuam, vt *sequenti Disputatione* monstrabo; at ex hoc transitu sequitur in diuina scientia mutatio, non minus quam infertur mutatio in voluntate Dei, si transeat in tempore de desiderio in gaudium: ergo ex non præsentia physica creaturarum ad Deum in æternitate ab æterno, infertur in scientia Dei nouitas, & mutatio.

§. V.

Argumentis contrariorum occurritur.

39 *Primum testimonium D. Tho.*

COntra nostram sententiam obijciunt contrarij Auctores primo aliqua testimonia. Primum desumunt ex hoc Articulo illis verbis: *Vndè omnia, quæ sunt in tempore, sunt Deo ab æterno præsentia, non solum ea ratione, qua habet rationes rerum apud se præsentes, vt quidam dicunt, sed quia eius intuitus fertur ab æterno super omnia, prout sunt in sua præsentialitate.*

Vbi

Vbi duplicem præsentiam agnoscere videtur; aliam in idæis repræsentantibus res vt possibiles; aliam ratione scientiæ visionis; at vtraque hæc præsentia, intentionalis est: ergo ex mente Diui Thomæ nulla est præsentia physica futurorum ad Deum in æternitate ab æterno. Minorē pro priori parte supponunt. Pro secunda sic probant: nam D. Thom. ideò ait creaturæ sūt præsentes, quia illius intuitus fertur super omnia, prout sunt in sua præsentialitate, non verò dicit à contrario, ideò Deus intuetur futura, quia coexistunt Deo: ergo ratio formalis quare sunt præsentes, est diuinus intuitus; at præsentia ex intuitu, vt ex ratione formali proueniens, obiectiua est: ergo hanc, & non aliam, agnoscit D. Thomas in creaturis futuris ad Deum ab æterno.

40 *Secundū testimoniam.* Secundum desumunt ex *q.* 16. *art.* 7. vbi inquirit, vtrum veritas creata sit æterna? & in corpore hæc habet verba: *Vndè si nullus intellectus esset æternus, nulla veritas esset æterna, sed quia solus intellectus diuinus est æternus, in ipso solo veritas æternitate habet, nec propter hoc sequitur, quod aliquid aliud sit æternum quam Deus, quia veritas intellectus diuini est ipse Deus*; at si creaturæ Deo ab æterno coexisterent aliqua creata veritas Deo esset coæterna; & consequenter æterna, nempè veritas existens in creato intellectu: ergo creaturæ extra Deum non coexistunt illi physicè ab æterno.

41 *Tertium.* Tertium desumunt ex *q.* 20. *art.* 2. vbi cum sibi obiecisset, Deum non amare nisi se ipsum, quia amor Dei est æternus, creaturæ autem non sunt ab æterno, nisi prout in Deo, qua ratione non sunt aliud à Deo, respondet: *Quod licet creaturæ ab æterno non fuerint nisi in Deo, tamen per hoc, quod ab æterno in Deo fuerunt, ab æterno cognouit Deus res in proprijs naturis.* In quibus verbis solum duplex esse creaturæ distinguit, alterum in Deo, alterum creaturæ in se ipsa; at si sentiret esse alterum membrum, scilicèt esse creaturarum in mensura æternitatis, illud superadderet, & facilius argumento occurreret: ergo talis existentia de mente D. Thom. non est.

42 *Quartum testimonium.* Quartum deducunt ex 1. 2. *quæst.* 91. *art.* 1. *ad* 1. vbi inquirit, an sit aliqua lex æterna, & cum sibi obiecisset, *quia non est ab æterno, cui lex imponatur: ergo nec lex potest esse ab æterno*, non respondit creaturas futuras coexistere æternitati, sed dixit, *ea quæ in se ipsis non sunt, apud Deum existunt, in quantum tamen sunt ab ipso cognita, & præordinata*; at si sentiret creaturas ab æterno diuinæ æternitati physicè coexistere, facilius argumento occurreret per hanc coexistentiam: ergo solum agnoscit obiectiuam futurorum existentiam ad Deum, physicam autem coexistentiam excludit.

43 *Confirmatur.* Quæ omnia vrgent, & amplius confirmant testimonio Ægidij Romani acerrimi Diui Thomæ propugnatoris, & auditoris ipsius, qui *in Opusculo contra corruptorem doctrinæ Diui Thomæ articulo tertio*, referēs calumniatoris verba continentia doctrinam Diui Thomæ *in præsenti Articulo*, prout à Caietano explicatur, hanc intelligentiam excludens, verba Diui Thomæ interpretatur de præsentia obiectiua. Deinde auctoritate Heruei *in primo distinctione 38. quæstione quinta* Silvestri *prima parte conflati q.* 14. *art.* 16. Hispalensis *in primo distinctione 38. q. secunda, articulo secundo.* Qui eodem modo Diuum Thomam intelligunt de præsentia obiectiua, physicam excludentes prout à Caietano explicatur: ergo cum isti sint Antiqui Thomistę, Diui Thomæ Discipuli, & ex nostra Familia, standum est illorum testimonijs in mente Diui Thomæ venanda, & non Caieno, qui primum se huius opinionis Auctorem introduxit.

Hæc tamen testimonia nihil possunt vrgere, cum de mente Diui Thomæ iam cōstet. Primum est pro Nobis, quia, *vt vidimus supra*, ex præsentia rerum ad æternitatem colligit Diuus Thomas *in præsenti articulo*, Deum illas intuitiuè videre: vnde intuitus non est ratio formalis præsentiæ, sed è contra, rerum physica præsentia, ad diuinum intuitum in ratione obiecti supponitur. etsi in alio genere sit effectus illius, vt dicebamus *in præcedenti Disputatione*. Præterquam quod, cū notitia intuitiua ad rem prout physicè existentem terminari desideret, vt *sequenti Disputatione* videbimus, ex eo quod Deus futura omnia intuitiuè cognoscat, benè colligitur illorū physica præsentia ab æterno, non in propria, sed in superiori, & super excedente mensura: mens ergo Diui Thomæ *in præsenti Articulo*, est, quod creaturæ non solum sunt Deo obiectiuè præsentes in rationibus idæalibus, sed etiam physicè in proprijs naturis ratione cuius terminant intuitiuam notitiam.

44 *Primum testimoniū explicatur.*

Ad secundum dicatur, ex illo solum colligi nullum ens creatum esse æternum adæquatè, quod libentèr fatemur; non autem colligitur creaturas futuras, non esse ab æterno in diuina æternitate, prout hæc æquiualet, & in se continet vniuscuiusque entis creati propriam durationem præteritam, præsentem, seu futuram, quod asserit nostra conclusio.

45 *Secundū testimoniū explicatur.*

Ad tertium dicatur potius esse pro Nobis: nam Diuus Thomas asserens, Deum ab-

Tertiū potius est pro nobis

ab æterno res in propriis naturis cognoscere, quod est illas intuitiuè videre, manifestè recognoscit illarum existentiã physicam in mensura æternitatis; quia cũ intuitiua notitia ad rem, vt physicè præsentem perat terminari, & creaturæ ab æterno non existant in propriis mensuris, debent in superiori existere, vt terminent intuitionem diuinam.

45 *Si dicas, Respond.* Si dicas, docere ibi Diuum Thomam creaturas ab æterno non esse, nisi in Deo: ergo sentit in se ipsis non esse ab æterno. Respondeo, creaturas in se ipsis non esse ab æterno adæquatè, sed hoc modo solum in Deo sunt ab æterno, qualitèr creaturæ sunt ipse Deus; at verò in se ipsis sunt in æternitate ab æterno, non adæquatè, sed inadæquatè, vt *inferius* videbimus.

47 *Quartum nobis in nullo aduersatur.* In quarto testimonio nullum est verbum nobis apparenter aduersum: quia per hoc, quod Diuus Thomas ibi recognoscat obiectiuam creaturarum præsentiam, nescio vndè inferatur, quod physicam neget, nec præsentia ista physica, ad æternitatem legis conducit, magis quam præsentia obiectiua; & ideò necessarium non fuit Angelicum Doctorem illam exprimere, vt argumentum illud diluceret.

48 *Confirmatio dilaitur.* Ad confirmationem respondeo primo, quòd cum mens Diui Thomæ adeò sit manifesta, credendum est magis illius apertis testimonijs, quam Ægidio, Herbeo, Hispalensi, & Siluestro, quantumuis Doctissimis, & Doctoris Angelici doctrinæ addictis: nec Caietanus primum huius sententiæ inuentorem se præbuit, vt quidam Recentiores falsò illi imponunt, sed pro intelligẽtia doctrinæ Diui Thomæ, quæ post tot annos illius menti opè Angelici Doctoris illuxit, gratus gratias retulit.

Vel secundo respondeo, Doctissimos illos Thomistas solum negasse coexistentiam physicam futurorum cum Deo in diuina æternitate ab æterno adæquatè, & syncathegorematicè, non autem coexistentiam illorum in æternitate ab æterno secundum inadæquatam æternitatis virtualitatem, prout *inferius* amplius explicabimus, quod maximè verum est de Hispalensi, si credendum est Gilio *vbi supra* relato, qui illum retulit pro nostra sententia.

49 *Secundo obijciunt.* Secundo sic arguunt: implicat aliquid alteri coexistere, quin prius existat in se; at Anti-Christus, v.c. nunc non existit, nec ab æterno existit in se: ergo non potest nunc, nec ab æterno coexistere Deo: & idem est dicendum de alijs futuris.

Cõmunis solutio. Communis solutio huius argumenti est eodem modo, quo vnum alteri coexistit, debere existere in se; Anti-Christus autẽ etsi nunc non existat in se; copula vniente pro nunc nostri temporis, & in ordine ad propriam durationis mensuram; existit tamen nunc in se ipso, copula vniente pro nunc æternitatis, & in mensura ista inadæquata, & super excedenti: ac proinde, etsi non coexistat Deo in propria durationis mensura, & in nunc nostri temporis, coexistit tamen Deo in mensura æternitatis.

Cæterum contra hanc solutionem multipliciter insurgunt, primo: futura in æternitate coexistere Deo importat existentiã futuris intrinsecam, & mensuram extrinsecam, nempè æternitatem; at creaturæ ab æterno non habent existentiam intrinsecam: tùm, quia alias verum esset dicere de illis, quod ab æterno existunt, quod est cõtra fidem. Tùm etiam: quia existentia nequit illis communicari, nisi media creatione, quæ ab æterno non est, sed incipit in tempore, vt constat de fide: ergo nequeunt futura, Deo ab æterno in mensura æternitatis coexistere.

50 *Contrà illã insurgunt. 1.*

Secundò. Secundo: quia in terminis implicat aliquid creatum habere propriam existentiam, & non propriam durationem; cum hæc ab existentia, vel omninò sit indistincta, vel solum addat modum intrinsecum ab illa inseparabilem; at ab æterno non habent propriam durationem: ergo nec existentiam intrinsecam.

51 *Tertiò.* Tertio: nam ex hac solutione sequitur, omnes res creatas Deo ab æterno in propria durationis mensura coexistere; consequens est falsum, vt libenter fatemur: ergo, & illud ex quo sequitur. Patet sequela: ideò res creatæ Deo ab æterno coexistũt, quia cum æternitas partes non habeat, necessario debent, vel toti illi coexistere, vel nulla ratione coexistere; at etiam propria rei creatæ duratio, cum ens creatum sit, æternitati coexistere debet; & consequentèr toti æternitati: ergo hæc non minus quam illius subiectum Deo ab æterno coexistere debet; cum non aliter, quam in sui subiecto coexistere possit, sicut nec potest aliter, quam in illo existere, consequens fiet, quod illius subiectum in propria duratione, & hæc in sui proprio subiecto Deo physicè ab æterno coexistant.

52 *Explicatur argumenti solutio.* Ad hoc argumentũ respondeo iuxta solutionem traditam. Pro cuius explicatione aduerto ex Caietano, & Ferrara *vbi supra*, verbum in hac propositione, *Anti-Christus Deo ab æterno coexistit*, posse vnire extrema propositionis pro nunc nostri temporis, vel pro nunc æternitatis semper præsenti. Aduerto secundo, posse vnire pro nunc æternitatis, vt correspondenti, seu æquiualenti huic nunc nostri temporis, vel pro nunc æternitatis, non vt huic nũc æqui-

Digitized by Google

æquiualet, seu illud virtualitèr continet, vel prout æquiualenti durationi futuræ, in qua Anti-Christus præsens existet. Si verbum vniat pro nunc nostri temporis, vel pro nunc æternitatis, vt æquiualenti huic nunc, propositio affirmans coexistentiam Anti-Christi cum Deo, est omnino falsa; sicut etiam est falsa illa, quæ illius existentiam absolutè affirmaret verbo sic vniente: si autem verbum vniat extrema pro nunc æternitatis, vt æquiualenti durationi Anti-Christi futuræ, in qua existet physicè propositio illius coexistentiam cum Deo in mensura æternitatis affirmans est vera, sicuti etiam illa, quæ illius existentiam affirmat pro eadem mensura.

53 *Resp. in forma.* Quibus positis, ad argumentum principale in forma respondeo, concessa absolutè maiori, distinguendo minorem: Anti-Christus nunc in se non existit verbo vniẽte pro nunc nostri temporis, concedo minorem: pro nunc æternitatis, vt æquiualenti, & continenti propriam durationem futuram, nego minorem, & distinguo consequens eodem modo.

Ad 1. impugnationem. Ad primam impugnationem, concessa maiori, distinguo minorem: non habent existentiam intrinsecam in propria duratione, concedo minorem: in mensura æternitatis, nego minorem, & distinguatur cõsequens eodem modo. Nec ex hoc sequitur, verum esse de illis, quod existunt ab æterno absolutè: quia verbum *existunt* absolutè prolatum, vnit pro mensura durationis propria; bene tamen sequitur, quod ab æterno existunt in mensura æternitatis modo explicato. Nec infertur ex hoc, creationem non incœpisse in tempore in propria mensura; bene tamen colligitur non incœpisse creationem, prout in mensura æternitatis; ad hoc autem, quod futura ab æterno in æternitate existant, sufficit creatio prout in æternitate contenta.

54 *Si opponas.* Si dicas, hæc propositio est falsa, *futura ab æterno in æternitate creantur*: ergo, & hæc erit falsa absolutè, *futura ab æterno in æternitate existunt*. Consequentia videtur bona: quia existentia in quocumque statu sit, non nisi media creatione communicari potest. Antecedens autem probatur: nam creari est transire de non esse ad esse: ergo futura in æternitate creari, est transire de non esse in æternitate, ad esse in æternitate; & consequentèr vt sit verum dicere, futura in æternitate creantur, necessarium erit, quod ab æterno in æternitate non fuerint.

55 *Respond.* Respondeo negando antecedens: nec ad illius veritatem necessarium est, quod aliquando in æternitate non fuerint. Tùm: quia de essentia creationis solum est, quod eius terminus ex nihilo fiat, non autem quod habeat esse post non esse in aliqua durationis mensura, vt constat si Deus aliquid ab æterno crearet, vt potuit. Tùm etiam: quia licet esset de ratione creationis, vt illius terminus, esse post non esse reciperet, deberet intelligi post non esse in tempore, vel alia duratione creata; non autem post non esse respectu æternitatis, in qua cum non detur successio, nec in esse entis, nec in esse mensuræ, nequid aliquod ens creatum habere esse post non esse in illa, licet habeat esse, & etiam non esse.

56 *2. & 3. impugnatio diluũtur.* Ad secundam impugnationem, concessa maiori, distinguo minorem: non habẽt ab æterno propriam durationem in nunc nostri temporis, concedo minorem: in nunc æternitatis, nego minorem, & distinguo consequens eodem modo. Et ex his ad tertiam impugnationem, nego sequelam. Ad cuius probationem, concessis maiori, & minori, distinguo consequens: ergo propria futurorum duratio Deo ab æterno coexistit pro nunc æternitatis, concedo consequentiam: pro omni nunc nostri temporis, nego consequentiam. Ex quo non sequitur, quod futura Deo ab æterno in sua propria duratione coexistunt, quia ad hoc necessum erat vt propria duratio non esset solum extremum ab æternitate mensuratum, sicut alia futura, sed quod esset medium; seu mensura coexistentiæ creaturarum ad Deum, quod quidem ab æterno non habet.

57 *Ad insurgentes.* Sed insurget aliquis adversus hæc omnia, futura non coexistunt physicè Deo in æternitate pro nunc nostri temporis, nec pro alijs mensuris, quæ anteuertunt propriam, & intrinsecam durationem: ergo nec coexistunt physicè Deo in æternitate ab æterno. Patet consequentia: nam ly *ab æterno* dicit æternitatem vt coexistentem omni tempori verò, vel imaginario ab initio æternitatis pro tracto, sicut ly *in æternum* dicit eandem æternitatem, vt æquiualentem, seu coexistentem omni tempori verò, vel imaginario versus finẽ sine termino protrahendo; at Anti-Christus, v. c. futurus, non coexistit physicè Deo in æternitate pro nunc nostri tẽporis, nec pro tempore verò, vel imaginario ab initio æternitatis protracto: ergo nec coexistit physicè Deo in æternitate ab æterno.

58 *Notãtur duo pro solutione obiectionis.* Respondeo, notando, ly *ab æterno* posse sumi duplicitèr, scilicèt, identicè aut formaliter: in priori sensu idem sonat particula *ab æterno*, ac particula *æternitas*: vnde idẽ est creaturas ab æterno coexistere Deo, ac illi in æternitate coexistere; ac proin-

proinde eadem veritate, qua hoc secundum defendimus, primum etiam tueri tenemur; in posteriori autem sensu, nempè formali, ly *ab æterno*, dicit æternitatem vt æquiualentem, seu coexistentem omni tēpori verò, vel imaginario sine principio, sicut ly *vsque in æternum* dicit in sensu formali eandem æternitatem, vt correspondentem omni tempori verò, aut imaginario sine fine. Adverto secundo, ly *ab æterno*, sumptum formaliter, posse in propositione importari, vel vt mensurans coexistentiam extremorum, vel vt mensurans veritatem propositionis.

59 *Obiectio diluitur.* His ita præmissis ad impugnationem respondeo, distinguendo antecedens: non coexistunt physicè Deo pro nunc nostri tēporis, vt mensurante illorum coexistentiā ad Deum concedo antecedens: vt mensurante veritatem propositionis, in qua vniū tur extrema pro nunc æternitatis, nego antecedens, & distinguo consequens: ergo non coexistunt physicè Deo in æternitate ab æterno: ly *ab æterno*, sumpto identicè, nego consequentiam: sumpto formaliter, sub distinguo consequens: accepto ly *ab æterno*, vt mensurante coexistentiam extremorum, concedo consequentiam: vt mensurante veritatem propositionis enunciantis talem coexistentiam, nego consequentiam. Quod in idem venit, ac dicere, nullū tempus verum, vel imaginarium, præcessisse, in quo propositio enuncians physicā coexistentiam extremorum ad Deum pro nunc æternitatis veræ non fuerit, ac proinde, quod est vera ab æterno, & vsque in æternum, & nunquam incœpit veritas illius, nec nquam desinet esse vera.

60 *Tertio obijciunt.* Tertio principaliter arguunt: implicat, aliquid existere in extrinseca & aliena mēsura, quin prius existat in mensura intrinseca, & propria; at Anti-Christus, v. c, futurus non extitit ab æterno in duratione propria, & intrinseca: ergo nec extitit ab æterno æternitate, quæ extrinseca est illi. Illaō cum minori tenet. Maiorem autem probant sic primo: prius est aliquid existe in se, quam in alio extrinseco sibi: ergo ius est quod existat in mensura propria & intrinseca, quam in mensura extrinsca, & aliena.

Maior prob. 1.

Secundo. Secundo ab exemplo loci, qui non est mis extrinsecus corpori locato, quam æternitas diuina creaturæ in ea realiter existi; at omnino implicat vt corpus in se iom non existens intrinsecè, in externo siboco realiter sit: ergo pariter implicat vtis creatum non existens in duratione innseca sibi, sit in æternitate, quæ extrinseca est.

Tertio. Tertio ab exemplo durationis creatæ, v. c. motus regularissimi primi mobilis mensurantis extrinsecè hæc inferiora: implicat namque motum sublunarem realiter existere, aut coexistere in duratione motus primi mobilis quin prius existat in duratione intrinseca, & propria: ergo idem quod prius.

Quarto: implicat Deum extrinsecæ durationi coexistere, quin prius intelligatur existens in propria, & intrinseca: ergo pariter implicat, creaturam diuinæ æternitati coexistere, quin prius sit in duratione propria, & intrinseca, etenim quoad hoc eadem est ratio de vno, ac de altero coexistentiæ extremo. 61 *Quarto.*

Denique exemplo immensitatis, quæ non minus infinita, & indiuisibilis est, quā æternitas, & vtraque ad creaturas comparatur extrinsecè; at omnino implicat corpus creatum diuinæ immensitati coexistere, aut existere in illa, quin prius existat in se, & in loco sibi peculiari, etsi extrinseco: ergo pariter implicabit omninò rem creatam in duratione extrinseca existere, quin prius existat physicè in se, & in duratione intrinseca sibi. *Denique prob. maior.*

Ad hoc argumentum respondeo, maiorem absolutè esse veram, si mensura extrinseca, finita, & limitata sit; si autem sit infinita necessarium non esse, quod prius aliquid existat in propria duratione prout in se ipsa bene autem vt in superiori contenta; hoc autem modo res omnes creatæ in propria duratione sunt ab æterno, non in illa vt in se, bene tamen in illa vt in æternitate contenta, vt dicebam *in solutione secundi argumenti*. Per quod constat solutio ad primam probationem maioris. 62 *Respondetur.* *Ex hocō stat ad 1. prob.*

Ad secundam dicatur, locum corpori extrinsecum non esse infinitum, ac proinde non posse ad corpora, nisi prius in se ipsis existentia, protendi; æternitas autem, cum infinita sit in ratione durationis, potest per modum mensuræ res creatas nondum in proprijs durationibus existentes, continere. Eodem modo respondetur ad tertiam: duratio namque primi mobilis, etsi mensura sit inferiorum durationum, quia tamen finita, & limitata est, non potest illas continere nisi successiuè prout in se existunt, ac proinde prius debent inferioriores motus in proprijs durationibus esse, quam in duratione motus primi mobilis, secus verò in æternitate oppositā de causa contingit. 63 *Ad 2. & 3. prob.*

Ad quartam, concesso antecedenti, nego consequantiam: ratio ad rem discriminis est: nam creata duratio nequid anticipatè continere durationem diuinam; imò nec vllo modo illam continet, & id circo non potest Deus illi coexistere, nisi prius in au- 64 *Ad quartum.*

Digitized by Google

æternitate existens intelligatur, æternitas autem ratione infinitatis, & indivisibilitatis, quæ gaudet, continet durationes creatas per modum superioris mensuræ, prius quam illæ in se ipsis existant quoad nos, atque adeò potest res creata in æternitate Deo coexistere, quæ anticipatè cõtinet durationem intrinsecam sibi, prius quam existat in hac duratione quoad nos.

65 *Ad vltimã assignatur duplex ratio discriminis.*

Ad vltimam, concessis maiori, & minori, nego consequentiam: ratio autem discriminis potest esse dvplex. Prima: nam immensitas ratione sui non est infinita in ratione durationis, & id circo nequit præcõtinere ratione sui loca futura, ac proinde corpus non præsens physicè, nequit divinæ immensitate coexistere; æternitas autem, cum infinita sit in ratione mensuræ durationis, continet durationes creatas prius quam existant in se ipsis, & apud nos, & id circo res non dum existens in propria duratione apud nos potest, ac debet, Deo in mensura æternitatis coexistere. Secunda ratio discriminis est, quod immensitas solum est extremum coexistentiæ creaturarum ad Deum, non verò ratio continendi creaturas, nec enim creaturæ dicũtur existere in immensitate divina: æternitas autem non solum est extremum coexistentiæ creaturarum ad Deum, sed etiam mensura, in qua continẽtur creaturæ, & in qua coexistunt physicè Deo; & ideò, quæ non dum existunt in propria duratione apud nos, coexistunt Deo in mensura superiori, nempè in æternitate, in qua continentur.

66 *Aliud inter æternitatem, & immensitatem discrimen.*

Et ex hoc nascitur aliud discrimen, nempè, quod possit Deus in tempore ratione immẽsitatis coexistere rebus creatis, quin ex hoc inferatur mutatio in illo, non verò quod possit ratione æternitatis noviter in tempore rebus creatis coexistere absque sui mutatione. Cuius ratio constat ex dictis: quia, scilicèt, res Deo physicè in æternitate coexistentes continentur in illa; eũque vnum quodque contineatur in alio ad modum illius consequens sit, quod hoc ipso quod non contineatur immutabiliter, incontinente sequatur mutatio; in immensitate autem non continentur, sed Deus ratione illius rebus creatis coexistit per cõtactum virtutis qui contactus, cum operatio sit, ad illas provt in propriis durationibus extra Deum terminatur; vnde ratione mutationis rerum absque vlla mutationis specie ex parte Dei, potest noviter cum creaturis localiter coexistere.

67 Denique arguunt ex pluribus inconvenientibus, quæ ex nostra sententia videntur inferri. Primo ex illa sequitur, bis quãcumque creaturam produci, semel in æternitate, ac deinde in propria mensura Probatur sequela: nam in æternitate est producta ab æterno, in propria mensura in tempore producitur: ergo bis producitur quodlibet ens creatum. *Primũ inconueniẽs.*

Sequitur secundo, non posse Deum de absoluta potentia rem semel creatam redigere in nihilum; consequens illius omnipotentiæ adversari videtur: ergo futura non existunt Deo physicè in mensura æternitatis. Patet sequela: supposito namque, quod res sit futura, nõ potest nõ in æternitate existere; at nec de potentia absoluta potest Deus facere vt res semel futura, si semel extitit præterita, aut futura non sit: ergo nec valet sua vtens absoluta potentia facere quod in æternitate physicè non existat; & consequenter nequit illam redigere in nihilum. *Secũdum inconueniens.*

Sequitur tertio: res omnes creatas præteritas, præsentes, & futuras physicè inter se coexistere simul, quod est absurdum. Probatur sequela: nam quæ vni tertio coexistunt, necessàrio debent coexistere inter se; at per Nos omnia præterita, præsentia, & futura divinæ æternitati coexistunt: ergo etiam physicè coexistunt inter se. *Tertium.*

68 *Quartum* Quarto sequitur, duas contradictorias simul in æternitate de eaden re verificari; consequens est absurdum: ergo præsentia futurorum ad Deum in æternitate non est physica. Patet sequela: nam de Anti-Christo verificatur, quod existit physicè in æternitate, vt fatemur; & simul verum est de illo dicere, quod non existit in æternitate. Quod probo: nam benè valet, *Anti-Christus est non existens in æternitate: ergo Anti-Christus in æternitate non existit*, iuxta regulam Dialecticorum, ab affirmativa ad negativam variato prædicato pues finitum, & infinitum; at antecedẽs est verum: ergo & consequens.

Denique sequitur, dari multitudinem actu infinitam; consequens est falsum: ergo & nostra resolutio, & doctrina. Patet sequela: etenim multitudo cogitationum hominis, aut Angeli, successivè fiura, est infinita; at tota hæc multitudo existit simul physicè in æternitate: ergo erit in æternitate actu, & simul multitudo infinita. *Vltimũ inconueniẽs.*

69 *Aliquorũ solutio.* Ad primum inconveniens, quidam respondent negando sequelam, eo quòd licet cuiusvis entis creati productio considerata per modum actionis sit ab æterno in æternitate divina, passivè tamen accepta ab æterno non est, sed in tempore in propria mensura, ac proinde non sequi bis idẽ produci; etenim ad hoc exigebatur passivè, etiam accepta creatio ab æterno esset in æternitate.

70 *Rejicitur dupliciter.*

Cæterum contra hanc solutionem facit in primis, quod existentia nequit rei creatæ communicari in aliquo statu, qualiscũque sit, nisi media creatione passiuè etiam accepta; at existentia communicatur rei creatę in æternitate ab æterno, aliàs nõ posset in ęternitate coexistere Deo: ergo media creatione accepta passiuè, quæ in æternitate ab ęterno terminetur ad illã. Secũdo cõtra illã facit: nã creatio accepta passiuè est ens creatũ; at omne ens creatũ, siuè præteritum, siuè præsens, siuè futurum, ab æterno Deo in æternitate coexistit, ac proinde existit: ergo creatio accepta passiuè coexistit Deo in æternitate ab æterno, & eodem modo existit in illa.

71 *Primo in cõuenienti occurritur.*

Vndè aliter ad primum inconueniens respondeo, negando sequelam: nam productio rei creatæ in æternitate, & in tempore non est duplicata productio, sed illamet, quæ in tempore apud nos non est de facto producta, sed producenda, prout præsens iam Deo in mensura superiori, & extrinseca.

Ad 2. respondetur.

Ad secundum inconueniens respondeo, distinguendo consequens: respectiuè ad æternitatem, in qua continetur vt in mensura superiori, & extrinseca, concedo sequelam: quod, scilicèt, non possit in nihilum redigi respectiuè ad tempus præsens, in quo vt in mensura intrinseca existit, nego sequelam: nam respectiuè ad tempus nostrum potest Deo suspendente concursum quoad materiam, & formam perire, si sit res composita ex illis; & consequentèr anihilari, seu in nihilum redigi, iuxta quã distinctionem minor argumenti admittatur.

72 *Ad 3.*

Ad tertium respondeo, negando sequelam, quam non conuincit probatio *ibi* facta: nam prædictum axioma intelligendũ est, quando aliqua coexistunt vni tertio, quod est vnum tam formalitèr, quam virtualitèr; secus autem quando, etsi sit formalitèr vnum, est tamen virtualitèr multiplex, æternitas autem cũ formali vnitate, gaudet multiplicitate virtuali, quatenus æquiualet diuersis durationibus nostris, & res creatæ non existunt illi secundum vnã, & eandem virtualitatem, sed secundum diuersas, quælibet, scilicèt, secundum quod æquiualet propriæ, & intrinsecæ durationi.

73 *Ad quartum.*

Ad quartum nego sequelam. Ad eius probationem dicatur, Dialecticorum regulam esse intelligendam, quando propositio affirmatiua de prædicato infinito enũciat media copula vniente pro duratione indiuisibili, tàm formalitèr, quàm virtualitèr, vt in hac; *Petrus est non legens: ergo Petrus non legit*, tunc namque nullum inhoc modo arguendi vitium committitur, secus autem si copula vniat pro mensura aliqua, quæ quamuis sit indiuisibilis, & vna formalitèr, est tamen diuisibilis, & multiplex virtualitèr: tunc enim arguitur à non distributo ad distributum ex parte copulæ: nam cum in affirmatiua, negatio infinitanter accepta non cadat in copulam, non distribuit illam; in negatiua autem copulã distribuit, quia super illam cadit; & quia æternitas est huius conditionis, vt constat ex dictis, ideò in propositionibus, quarum copulæ vniunt pro illa, non tenet Dialecticorum regula; nam perinde est, ac si ita argueremus: *Anti-Christus habet non esse in aliqua virtualitate æternitatis: ergo in nulla virtualitate illius habet esse*: in quo manifestè deprehenditur prædictus defectus.

74 *Ad vltimum.*

Ad vltimum inconueniens dicatur, simultatem in æternitate esse talem *secundum quid*, & extrinsecam rebus creatis: vnde non repugnat multitudinem infinitã, esse simul, hac simultate, sicut quia cognitio est extrinseca rebus creatis, nulla est repugnantia, quod simul in cognitione Dei detur multitudo cognitionum infinita, & vtriusque ratio eadem est, nempè: quia ea, quæ solum in æternitate, vel in cognitione sunt simul, habent simultatem tantum *secundum quid*; & simpliciter successionem: vnde claudi non debet in vna specie numeri, sed in pluribus prædicta simultate gaudentibus.

§. Vltimus.

Alitèr prima ratio formatur, & alia argumenta diluuntur.

75 *Alitèr formatur ratio prior.*

ALITER potest prima ratio sic formari: in æternitate non datur successio formalis, nec formalis extentio, & consequentèr nec præteritum, & futurũ formalitèr, sed tantum formalitèr præsẽs: ergo verbo vniente pro nunc æternitatis, sumpto formalitèr, verum est dicere. Anti-Christus existit de præsenti in æternitate, falsum autem, quod est futurus in illa.

76 *Oppones primo.*

Opponesprimo: esto æternitas non sit extensa formalitèr, nec formalitèr successiua; est tamen extensa, & successiua virtualitèr: ergo datur in illa præteritum, & futurum virtualitèr; & consequentèr, esto Anti-Christus non sit futurus æternitati sumptæ formalitèr, nec in illa formalitèr sumpta, est tamen futurus virtualitèr in æternitati. Explicabis. Anti-Christus nõ est præsens æternitati vt æquiualenti huic nunc nostri temporis: ergo sumpta æternitate

nitate vt huic nunc æquiualenti Anti-Christus est futurus. Patet consequentia dicit namque Anti-Christus aliquam habitudinem ad æternitatem vt æquiualentem huic nunc; sed non habitudinem præsentis ad illam prout sic: ergo habitudinem futuri.

77 *Respond. argumento, & veritas solutionis mõstratur.*

Respondeo, concedendo consequentiã: nec in hoc aliquod inconueniens apparet; imò videtur necessario dicendum, tùm, quia iuxta qualitatem extensionis duratiuæ debet concedi successio; sed successio consistit in præterito, præsenti, & futuro: ergo extensio virtualis dicit præsens, præteritum, & futurum virtualitèr; & consequentèr si æternitas est extensa virtualitèr; datur in illa præteritum, & futurum virtuale. Tùm etiam: nam distantia in duratione, est penes præteritum, præsens, & futurum; sed Anti-Christus distat duratione ab æternitate vt æquiualenti huic nunc nostri tẽporis: ergo non est præsens illi prout sic, sed vel præteritus, vel futurus. Maior cum consequentia tenet. Minor autem probatur primo: quia non est simul duratione cum æternitate vt æquiualenti huic nunc nostri temporis, aliàs esset simul duratione cum nostro tempore: ergo distat duratione ab illa sic inadæquatè sumpta. Secundo: nam existens Salmanticæ distat loco ab existente Matriti formalitèr, & virtualitèr ab immensitate, secundum virtualitatem, qua est præsens Matriti, aliàs existens Salmanticæ esset præsens toti immensitati, nedum sumptæ formalitèr, sed etiam omni illius virtualitati: ergo paritèr Anti-Christus non existens in hoc nunc nostri temporis, distat duratione ab æternitate vt æquiualenti, & præsenti huic nunc nostri temporis. Denique: nam Anti-Christus est futurus nostræ durationi præsenti: ergo etiam est futurus æternitati, vt æquiualenti huic nunc.

78 *Replicabis.*

Sed oppones: ergo Anti-Christus non potest in hoc nunc nostri temporis verè enunciari præsens Deo in æternitate; consequens aduersatur nostræ sententiæ: ergo solutio à Nobis traddita nequit sustineri. Probatur consequentia: non potest in hoc nunc nostri temporis enunciari præsens Deo in æternitate vt æquiualenti huic nunc, nec in æternitate vt æquiualenti durationi Anti-Christi futuræ: ergo nullo modo. Consequentia tenet. Antecedens pro prima parte est certum, & pro secunda probatur: æternitas vt æquiualens durationi Anti-Christi non est præsens, sed futura vt concessimus: ergo non potest nunc enunciari Anti-Christus præsens in æternitate.

79

Respondeo: negando consequentiam: ad probationem, nego antecedens pro secunda parte: ad illius probationem, distinguo antecedens: dicta æquiualentia non est præsens in æternitate vt æquiualenti huic nunc, concedo antecedens: non est præsens in æternitate sumpta formalitèr, nego antecedens, & consequentiam: nam licet æquivalentia ad durationem futuram non sit simul cum æquivalentia ad durationem præsentem sumptam reduplicatiuè, & simultate virtuali, vtraque tamen æquialentia sumpta formalitèr est præsens, & neutra est futura æternitati sumptæ formalitèr, & sic verum est de Anti-Christo in hoc nũc nostri temporis enunciare, quod existit in æternitate, verbo vniente pro nunc æternitatis sumpto formalitèr, quãuis non sit verum, quod existit in æternitate vt æquiualenti huic nunc nostri temporis *Respond.*

80 *Vrgebis.*

Sed instabis: ergo absolutè non est concedendum, nec asserendum, in hoc nunc nostri temporis Anti-Christus existit in æternitate, sed quod existet in illa. Probatur consequentia: quia paternitas vt virtualitèr distincta ab essentia, non communicatur filio, quamuis sumpta realitèr, & formalitèr communicetur filio, hæc est falsa absolutè; *paternitas communicatur filio*, & hæc absolutè vera, *paternitas non communicatur*: ergo licet Anti-Christus sit præsens æternitati sumptæ formalitèr, quia tamen non est præsens æternitati sumptæ virtualitèr, prout æquialet huic nunc nostri temporis, non est absolutè asserendum in hoc nunc nostri temporis Anti-Christus est præsens æternitati, sed absolutè dicendus est futurus.

81 *Respond.*

Respondeo, negando consequentiam: ad probationem: concesso antecedenti, nego consequentiam, ratio autem discriminis est: nam nomine *paternitatis* significatur entitas diuina vt virtualitèr ab essentia distincta, & quia prout sic non communicatur, ideò absolutè dicitur *paternitas non communicatur*, nomine autem æternitatis non significatur distinctio virtualitatũ, sed æternitas secundum esse formale, & ideò absolutè asseritur, *Anti-Christus est præsens Deo in æternitate*, & vt negetur addendus est terminus explicans distinctionem virtualitatum, v. g. asserendo, *non est præsens æternitati vt æquiualenti huic nunc nostri temporis*: nam per huiusmodi additamentum denotatur distinctio virtualitatum, secundum quas Anti-Christus non coexistit Deo in æternitate.

82 *Sed ad huc vrgebis.*

Sed ad huc instabis: ergo ad minus concedendum est dari aliquam formalitatem in æternitate, cui Anti-Christus non coexistat, quod non admittunt Auctores nostræ

ſtræ ſententiæ. Probatur conſequentia: quia paternitas,& diuina eſſentia virtualitèr diſtinguuntur,hæc eſt vera, *aliqua diuina formalitas non communicatur filio*, nempè paternitas ; ſed æternitas vt correſpondens nunc noſtri temporis virtualitèr diſtingnitur à ſe ipſa,vt æquiualenti tempori Anti-Chriſti : ergo concedendum eſt dari aliquam formalitatẽ inæternitate, cur Anti-Chriſtus non coexiſtat.

93 *Reſpond.* Reſpondeo,negando conſequentiam:ad probationem,nego conſequentiam : ratio autem diſcriminis eſt : nam inter paternitatem,& eſſentiam datur diſtinctio virtualis formalitatum, ita vt quamuis diſtinctio ſit virtualis, extrema tamen ſunt formalitas,& formalitas, & ideò verificatur vnam formalitatem communicari, & alteram non communicari, æternitas autem non diuiditur,adhuc ratione noſtra in plures formalitates, ſed eſt vna, & indiuiſibilis, tàm formalitèr,quàm virtualitèr , propter ſui eminentiam continens omnes temporum differentias, & illis æquiualens : ſicut vnica omnipotentia continet omnes creaturas, & vnica ſcientia in Deo attingit omnia ſcibilia, & ideò non datur in æternitate formalitas , cui Anti-Chriſtus non coexiſtat, ſicut nec datur in omnipotentia formalitas non cognita ab intellectuBeati,etſi non cognoſcatur adæquatè.

84 *Replicabis.* Sed dices,diſtinctio virtualis, aut rationis formalitatum,probatur ex verificatione duarum contradictoriarum , quia non poſſunt de eodem re,& ratione verificari: vnde quia iſtæ ſunt veræ, *eſſentia communicatur paternitas non communicatur*, inferimus paternitrem, & eſſentiam,ſaltim ratione diſtingui; ſed iſtæ ſunt veræ , *æternitas vt continens durationem hodiernam , non continet Anti-Chriſtum , nec illi coexiſtit, æternitas vt continens durationem Anti-Chriſti futuram coexiſtit Anti-Chriſto, & ex illi præſens* : ergo inter æternitatem vt continentem durationem hodiernam, & ipſam vt continentem durationem futuram , eſt diſtinctio ſaltim rationis ratiocinatæ.

85 *Reſpond.* Reſpondeo, diſtinguendo minorem pro prima parte : æternitas vt continens durationem hodiernam, non continet duratio nem Anti-Chriſti futuram , ly vt cadente ſupra rectum continentiæ ſumptum formalitèr,nego minorem:cadente ſupra rectum,& obliquum,concedo minorem, & nego conſequentiam : ſicut enim quilibet Beatus per beatificam viſionem attingit omnipotentiam , & omnem illius continentiam ſumptam formalitèr , vnde videt omnipotentiam vt continentem equum, reduplicato eo quod continentia equi dicit in recto ; non tamen omnis viſio attingit omnipotentiam vt continentẽ equum, ly vt cadente ſupra rectum, & obliquum: ita duratio futura coexiſtit æternitati vt continenti durationem hodiernam , ly vt cadente ſupra id , quod continentia durationis hodiernæ importat in recto,non tamen ſi cadat ſupra rectum , & obliquum, & ſicut hæc eſt vera, *omnipotentia vt continens hominem,continet equum*, ly vt cadente ſupra rectum , falſa autem determinante, vel ſpecificante rectum,& obliquum , ita de æternitate vt continente durationem hodiernam,& durationem futuram,eſt diſcurrendum.

86 *Inſtabis;* Inſtabis: ergo quamuis duratio hodierna,& craſtina inter ſe non coexiſtant,vtraque tamen coexiſtit æternitati toti , & totalitèr. Patet conſequentia:nam coexiſtit vtraque toti æternitati ſecundum omnem continentiam ſumptam in recto , & ſolum non coexiſtunt illi ſecundum adæquatam continentiam,pro eo quod continentia importat in obliquo, ſed obliquus cõtinentiæ durationis hodiernæ; eſt hodierna duratio : ergo duratio craſtina coexiſtens æternitati vt continenti durationem hodiernam ſecundum id,quod dicit in recto, non autẽ pro eo quod in obliquo importat , coexiſtit toti æternitati , & totalitèr,quamuis non coexiſtat omni dutationi creatæ importatæ in obliquo

87 *Reſpond.* Reſpondeo, diſtinguendo conſquens toti,& totalitèr totalitate formali, concedo conſequentiam:totalitate eminentiali, nego conſequentiam:nam licet duratio craſtina coexiſtat æternitati vt continenti durationem hodiernam , continentia durationis hodiernæ ſumpta formalitèr, non tamen coexiſtit illi continentiæ eminentiali eminentèr , ideſt , prout eſt Deo ratio coexiſtendi durationi hodiernæ:ſicut Beatus videns omnipotentiã , videt omnem continentiam actiuam omnipotentiæ, ſumptam formalitèr ; & conſequentèr videt illam adæquatè, & totalitèr totalitate formali , non tamen videt omnem continentiam eminentialẽ eminentialitèr : quia non videt omnipotentiam vocx ratio videndi , & cognoſcendi omnem creaturã;& ſicut nihil recti omnipotentiæ latet videntem ſumpta omnipotentia formalitèr,latet tamen continentia aliqua ſumpta eminenter,quia non attingitur prout eſt ratio cognoſcẽdi omnem creaturam , ſed aliquam : ita nihil recti æternitatis formalitèr non coexiſtit durationi craſtinæ,eminentèr tamen non omnis virtualitas æternitatis illi coexiſtit, quia æternitatis vt eſt Deo ratio continendi durationem hodiernam , & illi coexiſtenſti,non coexiſtit durationi craſtinæ.

88 *Secundo principaliter arg.* Secundo arguitur: si Anti-Christus esset præsens æternitati Dei, sequeretur posse Deum absolutè affirmare Anti-Christus nunc est præsens physicè, consequens est falsum: ergo futura contingentia non sũt Deo ab æterno physicè in æternitate præsentia. Falsitas consequentis patet: nam si posset Deus nunc absolutè affirmare Anti-Christus est physicè præsens, hæc propositi, *Anti-Christus est physicè existens* absolutè à Deo prolata esset vera; hoc autem admitti non potest, aliàs etiam hæc propositio *Anti-Christus existit*, à nobis absolutè prolata esset vera; cum non varietur propositionum veritas ex distinctione proferentium; est autem falsa vt à nobis prolata vt omnes fatentur, & consequentèr etiam est falsa absolutè à Deo prolata: ergo Deus non potest hodie absolutè affirmare Anti-Christus est physicè præsens.

89 Sequela autem probatur: si Anti-Christus esset præsens æternitati diuinæ, posset Deus hodie absolutè affirmare, *ego sum præsens Anti-Christo*, cum re vera ita sit, vt supponimus: ergo etiam posset absolutè affirmare, *Anti-Christus mihi est præsens*. Patet consequentia: nam idem est Deum esse præsentem Anti-Christo, & Anti-Christum esse Deo præsentem: ergo si hęc est vera absolutè à Deo prolata, *ego sum præsens Anti-Christo*, hæc est etiam vera absolutè prolata, *Anti-Christus mihi est præsens*, Tùm sic: ergo etiam hæc propositio, *Anti-Christus est præsens*, est vera absolutè à Deo prolata. Patet consequentia primo à paritate rationis. Secundo: quia bene valet, *est præsens Deo: ergo est præsens*; & consequentèr si hæc propositio, *Anti-Christus est præsens Deo*, est vera absolutè prolata, hæc etiam, *Anti-Christus est præsens*, absolutè à Deo prolata erit vera. Tertio: nam illa propositio est vera absolutè, cuius extrema existunt in duratione proferentis propositionem; sed Anti-Christus existit, & est præsens in duratione Dei: ergo hæc propositio, *Anti-Christus est præsens, Anti-Christus est existens*, absolutè à Deo prolata est vera. Denique: nam à coexistentia duorũ ad illorum existentiam est bona consequẽtia: ergo si hæc, *Anti-Christus mihi coexistit*, vbi *mihi est præsens*, à Deo absolutè prolata est vera; hæc etiam, *Anti-Christus est præsens*, vel *Anti-Christus est existens*, absolutè à Deo prolata est vera.

90 *Respond.* Respondeo, negando sequelam. Ad probationem, concesso antecedenti, & prima consequentia, nego secundam consequentiam: ratio autem discriminis est: nam verbum *sum*, *est*, *fai*, habet tria, nempè significare cum tempore, vnire extrema pro tempore, quod significat, & restringere extrema vt existant pro differentia temporis importati per copulam: à primo, & secundo non potest absolui intra propositionem: benè tamen à tertio, nempè à restrictione extremorum, ita vt existant pro differentia tẽporis, quod importat, vt patet in hac propositione, *homo est animal*, in qua vt docetur *in Summulis*, verbum *est* absoluitur à tempore, hoc est, non exigitur ad veritatem propositionis, quod extrema existãt in tempore præsenti: nam illa propositio ab æterno est vera, & in hac, *Petrus possibile currit*, ratione adverbij ampliantis, copula non restringit; vt autem verbum *est* de præsenti non petat ad veritatem propositionis existentiam extremorum, necessum est, quod in propositione aliquis terminus ingrediatur impediens restrictionem, & faciens illud vnire pro alia duratione, licet ad modum temporis significata; cum enim de se petat extrema pro tempore præsenti existentia, vt hæc exigentia impediatur, oportet vt in propositione aliquis terminus ingrediatur faciens verbum stare pro diuersa mensura; quia ergo Deo asserente, *ego sum præsens Anti-Christo*, vel *Anti-Christus mihi est præsens*, ingreditur Deus propositionem vt extremum coexistentiæ: fit vt ratione illius, verbum impediatur ad restringendum pro tempore præsenti, & trahatur vt stet pro mensura æternitatis, in qua Anti-Christus est præsens, ac proinde quod propositiones istæ absolutè à Deo prolatæ sint veræ, in hac autem *Anti-Christus est præsens*, quamuis proferatur à Deo, nullus terminus ingreditur impediens restrictionem verbi pro mensura temporis, quam significat; & trahens ad standum pro mensura altiori, & ideò petit ex modo suæ significationis ad sui absolutam veritatem, quod Anti-Christus existat, & sit præsens in nũc nostri temporis quod est falsum, & ideò est falsa prolata absolutè

Et ex his ad primam consequentiæ probationem constat solutio. Ad secundam, 91 *Ad 1. C secundi* nego antecedens, arguitur enim ab amplo ad non amplum affirmatiuè sine distributione ampli, sicut ista non valet, *Anti-Christus existit in æternitate: ergo Anti-Christus existit*, ob talem defectum. Ad tertiam, *Ad tert* nego maiorem, quando verbum absolutè prolatum, & aliam durationem importat, vt in præsenti contingat ob rationem datam. Ad vltimam probationem dicatur, *Ad vlt mam.* consequentiam istam tenere, *Anti-Christus coexistit Deo: ergo existit in æternitate*, quia verbũ in antecedenti, & in cõsequenti vnit pro eadem mensura; hæc autem, *Anti-Christus Deo coexistit: ergo Anti-Christus existit*.

ab-

Digitized by Google

absolutè prolata non valet; quia in antecedenti verbum stat pro mensura æternitatis, eo quod Deus ingrediens vt extremũ coexistentiæ, illud impedit vt restringat pro mensura inferioris; in consequenti autem verbum stat pro mensura nostra præsenti, eo quod nullus terminus ingreditur propositionem, illud trahens ad standum pro alia duratione.

92 *Vltimo arguitur.* Denique arguitur: quando primo Anti-Christus extra causas existat, primo coexistet æternitati Dei: ergo nunc non coexistit Deo in æternitate. Probatur antecedens: aliter coexistit Anti-Christus æternitati diuinæ quando extra causas existit, ac nunc, qãndo futurus est; sed hæc alietas in nullo alio consistere potest, quam in eo quod extra causas existens coexistit de præsenti æternitati, modo verò non de præsenti, sed de futuro: ergo quando primo Anti-Christus extra causas existat, coexistet physicè primo æternitati.

93 *Respond.* Respondeo, negando antecedens. Ad probationem, distinguo maiorem: aliter verbo vniente pro nunc æternitatis, vt mẽsura, vtriusque extremi inuicem coexistentis, nego maiorem: verbo vniente pro nũc nostri temporis, vt mensurante Anti-Christi existentiam, concedo maiorem, & sub eadem distinctione minoris, nego consequentiam: si namque verbum vniat pro nunc æternitatis, nulla est differentia in hoc nunc, & in tunc Anti-Christi existentis, benè tamen verbo vnienti pro nunc nostri temporis: nam verbo sic vniente, falsa est propositio enuncians nunc Anti-Christi coexistentiam ad Deum, & existente Anti-Christo erit vera: hoc autem non probat incœptionem in coexistentia ad Deum in æternitate, sed in coexistentia prout mensurata per nunc nostri temporis ex parte Anti-Christi.

94 *Dubium pro complemento* Inquires pro complemento disputationis, an sicut ista propositio conceditur, *futura coexistunt Deo in æternitate ab æterno*: possit etiam hæc concedi, *futura coextiterunt Deo in æternitate ab æterno*, vel hæc, *futura fuerunt præsentia physicè Deo in æternitate ab æterno, & erunt illi in æternitate præsent.* a: Negatiuè respondet Molina *vbi supra*, quem alij ex nostra Schola sequuntur, ducti ex eo quod verbum præteriti, & futuri temporis dicunt successionem, quæ futuris, vt in æternitate existentibus conuenire non potest.

95 *Respond. affirmatiuè, & Probatur.* Affirmatiuè tamen respondeo, ductus ex eo quod verbum præteriti, aut futuri temporis non dicunt successionem ex parte rei cognitæ, sed solum ex parte modi significandi; at æternitati non repugnat concipi ad modum præteritæ, aut ad modum futuræ: ergo non repugnat illi significari per verba præteriti, & futuri temporis, & illis mediantibus in propositione importari. Et confirmatur quia teste D. Thom. *in hac 1. p. q. 10. art. 2. ad 4.* verbũ præteriti temporis enunciatur de Deo, vnde hæc est vera propositio, *Deus fuit*, quia æternitas significari potest ad modũ præteritæ: ergo verbum *fuit*, non dicit successionem, aut imperfectionem ex parte rei significatæ, sed solum ex parte modi significandi. Patet consequentia: quia vt docet D. Thomas *supra quæst. 13. art. 3.* verba, seu nomina importantia imperfectionem ex parte rei significatæ nequeunt cum proprietate dici de Deo.

96 Quod amplius vrgetur: nam vt cum pluribus Thomistis *in Dialectica, cap. de verbo* defendimus, hæc propositio est æternæ veritatis, *homo fuit animal*, non minus quam ista, *homo est animal*, eo quod connexioni essentiali non repugnat concipi ad modum præteritæ, etsi illi præteritio repugnet: ergo verbum *fuit* non importat præteritionem, aut successionem ex parte rei significatæ, sed solum ex parte modi significandi; & consequentèr poterit ista propositio concedi, *futura, & præterita sunt, fuerunt, & erunt physicè Deo in æternitate præsentia.* Et hæc de ista disputatione.

DISPVTATIO QVADRAGESIMA SECVNDA.

An physica futurorum præsentia in æternitate conducat, vt Deus illa certò intuitiuè cognoscat?

§. I.

Relatis sententijs, statuitur prima conclusio.

Nu. 1. *Prima sẽtentia.*

IN hac difficultate tres versantur sententiæ. Prima absolutè negat horũ futurorũ præsẽtiã ad Die cognitionem, quã de illis habet, requiri. Ita omnes Auctores *disputatione præcedenti* pro prima sententia relati, imò illorum aliqui ex tali præsentia tolli à Deo futurorum scientiam contendunt, quod fusè prosequitur Alarcon *vbi supra cap.* 9. Tenet etiam illam Molina *vbi supra disp.* 14 *concl.* 2. etsi nobiscum in futurorum physica præsentia ad æternitatem consentiat.

2 *Secunda.* Secunda per oppositum docet, adeò esse necessariam physicam futurorum præsentiam, vt sine illa, nec ratio intuitionis nec ratio certitudinis, aut infallibilitatis in Dei cognitione subsistere possit. Hanc tenent; & doctè, vt solent, suadent PP. Salmanticenses *vbi supra dub.* 4. Tertia inter vtramque media defendit, præsentiam physicam futurorum ad æternitatem necessariam non esse ad certitudinem cognitionis diuinæ ad illa terminatæ, bene tamen vt prædicta cognitio sit intuitiua. Ita Pater Granadus *vbi supra disputat.* 4. & noster Sancto Thoma *in præsenti disp.* 19. *art.* 4. veram sententiam tribus conclusionibus explico.

Tertia.

Prima sit: *Respectiuè ad causas contingentes nulla esse potest ratio certitudinis cognitionis diuinæ, nisi physica præsentia futurorum ad æternitatem.* Constat primo hæc conclusio ex Diuo Thoma in præsenti art. vbi de futuris contingentibus asserit, non posse certæ cognitioni subesse, quandiù considerantur intrà causas, bene tamen prout extra illas in se ipsis existentia; verba D. Thomæ sunt hæc: *Contingens aliquod dupliciter potest considerari, vno modo in se ipso secundum quod iam in actu est, & sic non consideratur vt futurum, sed vt præsens, nec ad vtrumlibet contingens, sed vt determinatum ad vnũ, & propter hoc sic infallibiliter subdi potest certæ cognitioni: alio modo potest cõsiderari contingens vt est in sua causa, & sic consideratur vt futurum, & vt contingens nõdum determinatum ad vnum: quia causa contingens se habet ad opposita, & sic contingens non subditur per certitudinem alicui cognitioni.* Quibus verbis non solum docuit nostram conclusionem, sed etiam rationem efficacem dedit.

3 *Prima cõclusio.*

Prob. 1.

Secundo eandem conclusionem ostendo: causa contingens secundum se est indifferens ad esse, & non esse effectus, quem in se continet; at in medio indifferenti non potest aliquid cognosci determinatum: ergo contingens prout intra causas contingentes non potest certò à diuino intellectu cognosci, sed solum potest sui certam cognitionem terminare prout iam extra illas existit; at ab æter-

4 *Secundo prob. conclusio.*

Digitized by Google

æterno non existit extra illas in propria mensura, benè tamen in æternitate: ergo respectiuè ad causas contingentes, nulla esse potest ratio certitudinis cognitionis diuinæ terminatæ ad futura contingentia, nisi præsentia physica illorum ad æternitatem. Idem docuit Angelicus Doctor 1. *Perhyermenias lect.* 13. *in* 1. *sent. dist.* 38. *quæst.* 1. *art.* 5. *quæst.* 12. *de verit. art.* 12. & *quæst.* 12. *art.* 10. 1. *Contra Gentes, cap.* 67. 2. 2. *quæst.* 171. *art.* 6. *in hac* 1. *p. quæst.* 57. *art.* 3. & *q.* 86. *art.* 4. Et pluribus alijs in locis.

§. II.

Non esse necessariam præsentiam in æternitate ad certitudinem scientiæ, probatur.

5 *Secunda conclusio.*

SECVNDA CONCLVSIO. *Ad certitudinem cognitionis diuinæ futurorum contingentium non est medium vnicum præsentia illorum ad æternitatem.* Ita Caietanus *in præsenti art.* 5 *contra secundam autem rationem*, quem Auctores tertiæ sententiæ sequuntur. Suadetur primo ex D. Thoma in corpore huius articuli illis verbis: *Vndè omnia, quæ sunt in tempore, sunt Deo ab æterno præsentia, non solum ea ratione, qua habet rationes rerum apud se præsentes, vt quidam dicunt, sed quia eius intuitus fertur ab æterno super omnia, prout sunt in sua præsentialitate*: sentit ergo Diuus Thomas rationem certitudinis cognitionis diuinæ respectu contingentium non esse solam præsentialitatem physicam illorum ad æternitatē, sed etiam posse à diuino intellectu certò cognosci ratione idæarum, vt Caietanus explicat, quas intelligit Angelicus Doctor nomine rationum rerum, quas habet apud se præsentes.

6 *Confirm.*

Et confirmatur ex Diuo Thoma *de verit, quæst.* 3. *artic.* 6. vbi docet, omnia à diuino intellectu cognosci in idæis, cum hoc tamen discrimine, quod idæa respectu purè possibilium, est sola diuina essentia vt imitabilis à creaturis: respectu autem illorum, quæ sunt, fuerunt, vel erunt determinatur ex proposito diuinæ voluntatis, non autem ad ea, quæ nec sunt, nec fuerunt, nec erunt, & sic huiusmodi habent quodammodo in determinatas idæas. Sentit ergo apertè D. Thom. omnia quæ sunt, fuerunt, vel erunt, posse certò cognosci à diuino intellectu ratione idæarum, superaddito diuinæ voluntatis proposito.

7 *Vrgetur.*

Qnod amplius vrgetur ex doctrina eiusdem D. Thomæ *infra q.* 19. *articul.* 8. vbi docet, omnia quæ Deus vult infallibiliter euenire eo modo quo vult. Quod etiam docet *q.* 22. *art.* 4. *q.* 23. *art.* 6. *q.* 83. *art.* 1. *ad* 3. 1. 2. *q.* 10. *art.* 4. *ad* 2. *In* 1. *ad Illus.mo Epis.mo* GODOY *in* 1. *p.* Tom. 2. *Anibaldum distinct.* 47 *q.* 1. *art.* 4. *ad* 4. 3. *Contra Gentes, cap.* 89. 1. *Perhyerm. lect.* 14. & alibi passim: ergo ratione huius voluntatis possunt certò à diuino intellectu futura contingentia cognosci.

8 *Probatur ratione.*

Secundo probatur ratione ex præallegatis locis desumpta; medium namque infallibiliter connexum cum alio, est sufficiens ratio infallibilis cognitionis illius; at decretum efficax diuinæ voluntatis infallibiliter cum futuritione contingentiū cōnectitur: ergo ratione illius possunt certò cognosci futura contingentia absoluta; & consequentèr præsentia physica illorū ad æternitatem, non est medium vnicum, & necessarium certitudinis cognitionis diuinæ ad illa terminatæ. Quod amplius confirmo: nam conditionata contingentia certò cognoscuntur à diuino intellectu ratione decreti; & tamen hæc futura non sūt physicè diuinæ æternitati præsentia: ergo hæc præsentia necessaria non est ex solo capite certitudinis cognitionis diuinæ.

9 *Obijcies primo.*

Obijcies primo: si futura contingentia absoluta, non mensurarentur ab æternitate ab æterno, transiret diuina cognitio de abstractiua in intuitiuam in tempore, vt *infra* videbimus, imò, & variaretur diuina cognitio; cum ab æterno cognosceret Deus hanc propositionem, *contingentia sint mihi futura*, & in tempore cognosceret istam, *futura sunt mihi præsentia*: ergo præsentia physica futurorum ab æterno negata, diuina scientia variabilis constituitur; & consequentèr illius infallibilitas subsistere nequit.

10 *Respondetur.*

Respondeo, concesso antecedenti & prima consequentia, negando secundam, quę subinfertur: nam stat cum variabilitate cognitionis, illius omnimoda certitudo, vt constat in cognitione prophetica, allen su fidei, & scientiæ infusæ, qui actus variabiles sunt; cum æternitate non mensurentur, & tamen gaudent certitudine omnino infallibili; vnde ex eo quod scientiæ Dei invariabilitas subsistere nequeat, absque physica futurorum præsentia in æternitate ab æterno, non licet colligere præsentiam istam necessario exigi ex capite certitudinis in sensu formali, sed solum in sensu identico, & materiali, eo quod certitudo, & inuariabilitas in diuina cognitione identificata inueniuntur; cæterum ex diversis capitibus invariabilitas quidem, ex summa actualitate, ex qua immutabilitas diuina probatur: certitudo verò ex infallibili connexione medij, cui innititur, cum obiecto ad quod terminatur.

11 *Obijcies secundo.*

Obijcies secūdo: æternitas cognitionis diuinæ est omnino necessaria ad illius certitudinē; at æternitas in cognitione subsi-

stere nequit, nisi illius obiectum sit invariabile, nec invariabilitas ex parte obiecti subsistere potest, nisi mensuretur æternitate ab æterno, si huius mensurationis sit capax: ergo cum futura contingentia capacia sint talis mensurationis, necessaria exigitur illorum coexistentia cum Deo in æternitate ab æterno, vt terminent certam cognitionem diuinam. Minor constat *ex solutione primæ obiectionis*. Maior autem probatur: si decretum efficax Dei non mensuraretur æternitate, non posset certitudo in Dei cognitione saluari respectu futurorum: ergo si ista cognitio æterna non esset, illius certitudo neutiquam subsistere posset. Consequentia tenet à paritate rationis: si namque decreti æternitas necessaria est ad certitudinem cognitionis, ipsi vt medio innitentis, à fortiori æternitas cognitionis necessaria erit, vt illius certitudo existat. Antecedens autem probatur: nam eo ipso quod decretum, æternum, non esse, nec esset infallibilis eius duratio, vsque ad tempus, v. c. Anti-Christi; at nisi decreti duratio infallibilis sit vsque ad prædictum tempus, nequit esse infallibilis pro tali tempore existentia Anti-Christi; cum hæc à decreto dependeat: ergo nisi decretum efficax sit æternum, stare non potest certitudo infallibilis cognitionis diuinæ de existentia Anti-Christi pro illo tempore.

12 *Respondetur.* Respondeo, negando maiorem, ad cuius probationem, concesso antecedenti, nego consequentiam: ratio autem discriminis est: nam decretum est medium, cui innititur diuina cognitio, ac proinde debet esse infallibiliter cum recognoscenda connexum, vt cognitio ei innitens infallibilis sit; & quia hæc connexio subsistere nequit nisi æternum sit, vt in argumento probatur: consequens fit, quod decreti æternitas sit necessaria ad infallibilitatem diuinæ cognitionis, quæ ratio non militat ex parte cognitionis, & id circo dispar est ratio.

13 *Replicabis.* Dices: ideò æternitas decreti est necessaria, quia decretum est causa rerum futurarum, ac proinde nequit esse infallibilis rerum futuritio absque infallibili permanentia decreti; at etiam diuina intuitio est causa futurorum: ergo illius æternitas est necessaria ad infallibilitatem euentus illorum; & cum hæc necessaria sit ad scientiæ certitudinem: fit de primo ad vltimum, quod æternitas diuinæ cognitionis sit necessaria ad eius certitudinem.

Respondetur. Respondeo, concessa maiori, & minori, distinguendo consequens: requiritur ratione causalitatis, qua gaudet diuina cognitio, concedo consequētiā: ratione certitudinis in sensu formali, nego consequētiā.

14 *Instabis.* Instabis: certitudo scientiæ diuinæ petit decreti æternitatem, quia est causa futurorum, quæ habet pro obiecto: ergo si ipsa scientia, causa est futurorum, certitudo, scientiæ ratione sui petet scientiæ æternitatem.

Respond. Respondeo, distinguendo causalem: præcisè, quia est causa, nego antecedens: quia est causa, & medium, cui innititur, concedo antecedens, & nego consequentiam: quia diuina cognitio non innititur in se ipsa, vt in medio, loquendo de cognitione omnino directa, quod si de reflexa loquamur, quæ in scientia visionis cognita, futura cognoscit, fateor exigere scientiæ æternitatem ad sui certitudinem, non minus quam certitudo scientiæ directæ petit æternitatem in decreto, cui innititur.

15 *Vltima obiectio ex D. Th. dilnitur.* Denique obijcies, Diuum Thomam *in prima distinctintione 38. quæstione prima, articulo quinto, ad secundum*, illis verbis: *Ad secundum dicendum, quod futurum contingens non est determinatè verum antequam fiat, quia non habet causam determinatam, & ideò eius certa cognitio haberi non potest ab intellectu nostro, cuius cognitio est in tempore determinato, & successiuè; sed dum est in actu determinatè, verum est; & ideò à cognitione, quæ est præsens illi actui, potest certitudinaliter cognosci: & quia cognitio diuina æternitate mensuratur, quæ eadem manens omni tempori est præsens; ideò vnumquodque contingentium videt, prout est in suo actu*: Ergo ex mente Diui Thomæ, præsentia contingentium ad æternitatem, necessaria est ad certitudinem cognitionis diuinæ. Respondeo, Diuum Thomam loqui de futuris contingentibus comparatiuè ad causas contingentes, in quarum respectu, subesse non possūt certæ cognitioni, nisi sint in actu; & consequenter in æternitate contineantur, iuxta sensum primæ conclusionis.

§. III.

Ad quid necessaria fit, explicatur.

16 *Tertia cōclusio.* TErtia Conclusio. *Præsentia physica futurorum ad æternitatem, omnino est necessaria, vt cognitio diuina ad illa terminata sit intuitiua.* Conclusionem istam docet D. Thom. locis *Disp. præced.* pro nostra sententia allegatis, in quibus affirmat, ideò futura videri à diuino intellectu, quia sunt eius æternitati præsentia. Et 1. *sent. dist.* 38. *q.* 1. *art.* 5. *ad* 2. illis verbis: *Quia cognitio diuina æternitate mensuratur, quæ eadem manens omni tempori est præsens; ideò vnūquodque cōtingētiū videt, prout est in suo actu*: ergo quod scientia Dei ab æterno sub cōceptu visionis, & intuitionis, terminetur ad creaturas futuras, prouenit ex eo quod

Prob. ex D. Tho.

sunt

sunt physicè diuinæ æternitati præsentes.

17 *Ratio Granad.* Ratione illam probat Granadus: nam vt Deus intuitiuè cognoscat futura necesse est, quod existant in aliqua temporis differentia; at eo ipso, quod in aliqua differentia temporis existant, necesse est, quod coexistant diuinæ æternitati: ergo hæc illorum coexistentia, aut præsentia, exigitur vt terminent intuitiuam notitiam.

Excluditur primo. Hæc tamen ratio, nisi præmatur magis, non conuincit intentum: tùm, quia ad sùmum probat requiri ex consequenti præsentiam futurorum in æternitate, vt terminent intuitiuam notitiã, quatenus infertur prædicta præsentia, ex eo quod existant in propria duratione.

18 *Secundo.* Tùm etiam: nam sequitur eodem modo exigi ad certitudinem cognitionis diuinæ quo desideratur ad conceptum intuitionis, quod negat Granadus. Probo sequelam: nam ad certitudinem diuinæ cognitionis necessario requiritur decretum inferens illorum existentiam in tempore; eo autem ipso, quod ponatur diuinum decretum, necessario infertur, quod in æternitate contineantur: ergo si ad conceptum intuitionis solum exigitur præsentia in æternitate illata ex existentia in aliqua differentia temporis, eodem modo desiderabitur ad scientiam visionis ex conceptu certitudinis, quo ex conceptu intuitionis.

19 *Respõdeo ipsius Auctoris. Reuocatur primo.* Respondet Granadus, ad conceptum intuitionis requiri futurorũ præsentiam per modum motiui, non autem ad certitudinem, ad quam vt motiuum solum concurrit efficax decretum. Sed non satisfacit, primo: quia vel mouet præsentia in duratione propria, vel præsentia in æternitate? Primum est falsum, & aliàs non saluat præsentiam in æternitate ad conceptum intuitionis, aliter atque ad conceptum certitudinis concursum præstare; cum non moueat, sed ex consequenti se habeat. Si secundum dicatur: ergo non debet necessitas præsentiæ in æternitate ex necessitate præsentiæ in propria duratione probari; cum motiuum cognitionis sub quauis formalitate per se primo, & ratione sui exigatur ad illam.

Secundo. Secundo nam motiuum, & medium in quo cognitionis sunt idem; at diuina æternitas non est medium, in quo à diuino intellectu cognoscuntur futura intuitiuè, sicut nec duratio creata, seu creata existentia, est medium in quo intuitiuè aliquid ab intellectu creato cognoscitur: ergo non subsistit præfatum discrimen.

20 *Aliter probatur conclusio.* Aliter ergo est probanda nostra conclusio: etenim de ratione notitiæ intuitiuæ, vt ab abstractiua distinctæ, est, quod terminetur ad obiectum extra causas existens, & consequentèr in aliqua duratione; at futura ab æterno non existunt in propria durationis mensura: ergo vt ab æterno terminent intuitiuam notitiam, omnino est necessarium, quod ab æterno existant in mensura æternitatis. Consequutio cum minori tenet. Maior autem constat: tùm ex D. Thoma, *q. 3. de veritate, articulo 3. ad 8.* illis verbis: *Ad octauum dicendum, quod simplex notitia dicitur non ad excludendum respectum scientiæ ad scitum, qui inseparabiliter omnem scientiam commitatur, sed ad excludendum admixtionem eius, quod est extra genus notitiæ, sicut est existentia rerum, quam addit scientia visionis*: ergo ex mente Diui Thomæ, scientia visionis, seu notitia intuitiua, petit terminari ad obiectum actu extra causas existens. *Probatur ex D. Tho.* 21

Secundo probatur maior: quia notitia abstractiua per hoc constituitur, quod abstrahat ab exercitio existentiæ in obiecto, quod inspicit: ergo intuitiua notitia, vt ab illa distincta, petit obiectum actu exercitè existens extra causas. *Secundo.* 22

Tertio, ex diffinitione notitiæ intuitiuæ qua dicitur, quod *est notitia rei præsens, vt præsens est*; at hæc diffinitio debet necessario intelligi de præsentia physica, & non solum de obiectiua: cum etiam abstractiua notitia in sui obiecto inspiciat obiectiuam præsentiam: ergo de ratione intuitiuæ notitiæ est terminari ad obiectum actu exercitè extra causas existens. *Tertiò.* 23

Respondebis primo: sufficere ad rationem notitiæ intuitiuæ terminari ad obiectum præsens, præteritum, aut futurum, quia quouis ex his modis ad illud terminetur, non præscindit ab existentia, & consequentèr non est abstractiua. Sed cõtra primo: cognitio terminata ad obiectum vt futurum, abstrahit, aut præscindit ab illius existentia, vt exercitè præsenti: ergo non est intuitiua; cum ei non competat intuitiuæ notitiæ diffinitio. Secundo: obiectum futurum non est præsens physicè, sed physicè absens: ergo cognitio terminata ad illud, non est intuitiua, sed abstractiua. *Prima solutio refellitur.* 24

Respondebis secundo: sufficere ad conceptum intuitionis terminari ad rem in se ipsa, etsi præsens physicè non sit. Sed contra: nam Deus possibilia in se ipsis cognoscit ex parte rei cognitæ, & tamen non est visio, sed simplex notitia, nisi velimus vtrãque Dei notitiam omnino confundere: ergo ad rationem notitiæ intuitiuæ non sufficit terminari ad rem in se ipsa ex parte rei cognitæ. *Secunda.* 25

Dices: debere terminari ad rem existentem in se ipsa, vt sit notitia intuitiua. Sed contra: nam hæc terminatio, vel est ad rem *Dices.* 26

Contra. rem existentem existentia exercita in reali duratione, vel existentia possibili, vel præterita, aut futura? Si primum, habemus intentum. Secundo non sufficit, vt constat in cognitione simplicis notitiæ, quæ terminatur ad existentias rerum, vt possibiles in se ipsis, & tamen intuitiua non est. Nec tertium, & quartum sufficiunt, vt probaui impugnando primam solutionem: ergo vt aliqua notitia sit intuitiua, debet terminari ad rem existentem in se ipsa.

25 *Respondebis 3.* Denique respondebis, de ratione notitiæ intuitiuæ solum esse, quod sit cognitio obiecti per propriam speciem mouentem ad rem cognoscendam secundum essentiam, existentiam, & alia accidētia, & quia Dei cognitio, ab æterno sic terminatur ad obiecta creata: hinc fit, quod sit intuitiua notitia, esto ab æterno in æternitate non sint.

Sed cōtra primo. Sed contra primo: nam existentia, & cætera accidentia, adhuc per propriam speciem possunt cognosci sub esse possibili, sub esse futuro, aut præterito, & sub actuali exercitio existentiæ extra causas in aliqua duratione præsenti: tres priores modi terminationis non constituunt intuitiuam notitiam, vt probatum relinquo, vltimus autem est, quem intendimus: ergo solutio tradita non subsistit.

26 *Secundo.* Contra secundo: quia non minus est de ratione intuitionis terminari ad obiectū præsens, quam de ratione gaudij terminari ad bonum possessum: at ad rationem gaudij non sufficit terminari ad obiectū possessum possessione possibili, futura, aut præterita, nec possessione actuali obiectiua, sed physica, & reali: ergo ad rationem notitiæ intuitiuæ, sufficiens non erit præsentia possibilis, præterita, aut futura, nec actualis in esse obiectiuo; sed necessario exigitur physica actualis præsentia.

27 *Denique.* Denique impugnatur prædicta solutio: Deus in tempore cognoscit creaturas vt præsentes, & sibi coexistentes physicè, & ab æterno non cognoscit illas, nisi vt futuras, si semel in æternitate ab æterno non coexistunt; at hæc est sufficiens distinctio vt prima cognitio intuitiua dicatur, & secunda abstractiua: ergo cognitio habita ab æterno, intuitiua non erit, nisi physica rerum præsentia in æternitate ab æterno admittatur.

§. Vltimus.
Argumentis occurritur.

28 *Arguitur primo.* CONtra istam conclusionem obijciunt contrarij Auctores primo: notitia rei habita per propriam speciem terminata ad eius quidditatem, existentiam, & accidentia, verè est intuitiua, quamuis duratione, sui obiecti existentiam præcedat; at talis notitia potest sic terminari absque præsentia physica extra causas in propria vel aliena duratione: ergo physica futurorum præsentia in æternitate ab æterno, non est necessaria vt Dei notitia ad illa terminata, ab æterno sit intuitiua. Consequentia cum minori tenet. Maiorem autem probat primo: nam talis notitia non est abstractiua; cum non abstrahat ab existentia obiecti, nec ab eius duratione: ergo est intuitiua. *Maior prob. 1.*

29 *Secundo:* Secundo: nam talis notitia perseuerare potest vsque dum obiectum sit præsens physicè in propria duratione; cum non habeat repugnantiam cum illius physica præsentia, vtpotè illam durationem repræsentans; at obiecto reddito præsenti, erit intuitiua: ergo etiam ante illius præsentiam intuitiua erat: eadem namque notitia trāsire non potest de abstractiua in intuitiuam; cum diuisio notitiæ in ista duo membra sit essentialis.

Tertio. Tertio: cognitio infusa Petro existenti Salmanticæ de Paulo existente Romæ repræsentans illum quoad existentiam, & cætera accidentia, foret intuitiua, etiam si non sit obiecti localiter præsentis: ergo pariter cognitio rei sic ad illam terminata erit intuitiua, non obstante distantia, seu non coexistentia in eadem duratione.

30 *Respond. neg. maio* Ad hoc argumentū respondeo; negando maiorem. Ad primam illius probationem, nego antedens: quia licet non abstrahat omnino ab existentia rei, abstrahit tamen ab illa vt actu extra causas exercita, quod sufficit vt sit abstractiua: sicuti actus voluntatis, quo desideratur aliquid possidere, ab illius possessione non abstrahet omnino; cum eius possessionem desideret; quia tamen non terminatur ad illud vt actu possessum, ideò non gaudium, sed desiderium est. *Ad 1. probationem*

31 *Ad secundam.* Ad secundam, concessa maiori, nego minorem: nam quamuis obiectum mihi sit præsens, si tamen cognitio ad illud vt præsens non terminetur, intuitiua nō erit, vt constat in notitia intellectuali, quam Petrus clausis oculis habet de Paulo sibi coexistente, & præsente, quæ intuitiua non est: eo quod quamuis obiectum sit præsens est solum materialiter præsens, secus formaliter respectu notitiæ. Quod si teneamus diuisionem notitiæ in intuitiuam, & abstractiuam esse accidentalem, & denominationem intuitionis extrinsecam esse à præsentia obiecti desumptam, vt multi probabiliter docent, in hac sententia, concessa maiori, & minori, nego consequentiam, quam probatio facta non conuincit; cum

cum falsum assumat, nempè, quod prædicta diuisio sit essentialis.

23 *Ad tertiã* Ad tertiam maioris probationem, concesso antecedenti, nego consequentiam: & ratio discriminis est: nam absque coexistentia locali saluatur terminatio notitiæ ad obiectum, vt extra suas causas existens quod sufficit vt notitia sit intuitiua, quod tamen non saluatur absque coexistentia in duratione: nam eo ipso, quod aliquid extra causas actu exercitè existat; debet in duratione existere; & consequentèr omni alteri existente in duratione coexistere.

33 *Secundo arguitur.* Obijciunt secundo: cognitio Dei terminata ad futura est intuitiua ab æterno adæquatè secundum omnem virtualitatem diuinæ æternitatis; at futura non sunt præsentia in æternitate ab æterno adæquatè secundum omnem æternitatis virtualitatem: ergo præsentia physica futurorum in æternitate, necessaria non est ad Dei cognitionem ex conceptu intuitionis. Consequentia videtur bona: si namque absque præsentia physica futurorum in æternitate pro omni illius virtualitate, saluatur in cognitione diuina ratio intuitionis secundum omnem virtualitatem æternitatis, cur absque physica præsentia in æternitate absolutè, non poterit conceptus intuitionis in Dei cognitione absolutè subsistere? Minor constat ex dictis *in principio præcedentis disputationis*. Maior autem probatur: nam cognitio, qua Deus Anti-Christum cognoscit in hoc instanti, est intuitiua respectu illius, & eadem est ratio de omni alia duratione præcedente: hoc instans: ergo est intuitiua ab æterno adæquatè secundum omnem virtualitatem æternitatis.

34 *Recentiorũ solutio impugnatur.* Ad hoc argumentum respondent Recentiores quidam, dicendo, veram esse maiorem: ly *ab æterno* mensurante veritatem propositionis, in qua de Deo enunciatur intuitiua futurorum cognitio, secus autẽ mensurante cognitionem ipsam sub conceptu intuitionis, & in eodem sensu futura in æternitate ab æterno existunt. Sed nõ satisfaciunt: nam si ab æterno est vera præ dicta propositio: ergo ab æterno est cognita à Deo; at non cognitione abstractiua: ergo cognitione, quæ, sit intuitio ab æterno.

35 *Vera solutio.* Quare aliter ad argumentum factum respondeo, veram esse maiorem in sensu specificatiuo, secus in reduplicatiuo, id est, quod licet diuina cognitio, quatenus intuitio est, mensuretur æternitate, vt coexistente omni durationi veræ, aut imaginariæ, non tamen habet quod sit intuitio ex coexistentia æternitatis ad omnem duratione, sed solum ad illam, in qua erit præsens physicè obiectum; ad quod terminatur. Iuxta quam distinctionem ad missa maiori & minori, nego consequentiam: ratio autem discriminis est: nam præsentia physica obiecti solum est necessaria pro illa duratione, ex qua cognitio habet conceptum intuitionis, non autem pro illa, in qua habet intuitionis rationem, sed non ex illa; & quia Dei cognitio non habet ex æternitate secundum omnem sui virtualitatem, quod intuitiua sit, bene tamen ex æternitate secundum aliquam eius virtualitatem: hinc fit, quod non requiratur præsentia physica futurorum in æternitate ab æterno secundum omnem sui virtualitatem, bene tamen pro aliqua.

36 *Obijcies primo.* Sed obijcies primo: creata cognitio nequit esse intuitiua alicuius obiecti in duratione, ex qua non habeat conceptum intuitionis: ergo pariter cognitio diuina; & consequentèr si in omni virtualitate æternitatis est intuitiua respectu creaturarum: ex omni æternitatis virtualitate conceptum intuitionis debet habere.

Secundo, Secundo: in omni virtualitate æternitatis, in qua obtinet diuina cognitio conceptum intuitionis, debet ei correspondere obiectum, ad quod terminatur: ergo, vel secundum esse cognitum, & obiectiuum tantum, & hic erit abstractiua cognitio, vel secundum esse physicum, & reale, & sic obtinere non poterit conceptum intuitionis, quin pro omni æternitatis virtualitate futura Deo in æternitate ab æterno coexistat.

37 *Diluitur prima obiectio.* Respondeo ad primam ex his obiectionibus, concesso antecedenti, negando cõsequentiam, & ratio discriminis est: nam duratio mensurans creatam cognitionem continere nequit anticipatè obiectum, ad quod cognitio terminatur, & ideò non potest esse intuitiua in duratione aliqua, nisi respectu obiecti sibi in eadem duratione coexistentis; eo autem ipso, quod in eadẽ duratione creata obiectum, & cognitio coexistant, obtinet cognitio conceptum intuitionis ex tali duratione; duratio autem mensurans cognitionem diuinam, quia infinita est, continet anticipatè durationes creatas secundum diuersas sui virtualitates; & quia eo ipso quod secundum vnam, alicuius rei creatæ durationem cõtineat diuina cognitio in omni æternitatis virtualitate ad illud intuitiuè terminatur: consequens fit, quod possit in aliqua virtualitate obtinere conceptum intuitionis, quin ex tali virtualitate ei competat, quod sit intuitiua, sed ex alia, ratione cuius talis rei durationẽ continet, & illi coexistit.

Ad

38 *Ad 2. respondetur.* Ad secundam, concesso antecedenti distinguo consequens: secundum esse obiectiuum pro illa virtualitate, & physicum pro alia eiusdem durationis, concedo consequētiam: secundum esse obiectiuum tātum in tota illa duratione, nego consequētiam Ex quo nō infertur, quod diuina cognitio, adhuc pro illa virtualitate, sit abstractiua: quia ad hoc exigebatur, quod non esset præsens secundum esse physicum in æternitate, nec secundum vnam virtualitatem, nec secundum aliam.

39 *Tertio arguitur.* Tertio sic obijciunt: omnia futura sunt physicè præsentia æuo Angelico, & tamen non cognoscit Angelus futura contingentia intuitiuè: ergo præsentia futurorum ad æternitatem sufficiens non est vt Deus illa intuitiuè cognoscat. Probatur maior: ideò omnia sunt diuinæ æternitati præsentia, quia cum æternitas sit indiuisibilis, nihil potest illi esse præsens, quin toti æternitati sit præsens; at æuum Angeli est duratio omnino indiuisibilis: ergo non potest aliquid esse illi præsens, quin sit illi præsens adæquatè; & consequentèr omnia futura sunt physicè præsentia æuo, quod mensurat Angelorum substantiam.

40 *Respondetur.* Respondeo, negando maiorem. Ad cuius probationem, nego etiam maiorem: si ly *ideò* dicat causam adæquatam, sed ideò, quia æternitas est indiuisibilis per modum superioris mensuræ continentis omnes inferiores, & quia vnum quodque ad modū continentis continetur, omnes aliæ durationes in æternitate simul continentur, & si inter se successiuè se habeant, & quia æternitas non potest non omni durationi creatæ esse præsens; æuum autem Angelicum non comparatur ad aliàs durationes per modum superioris illas continentis, sed per modum perfectioris mensuræ disparatè se habentis ad illas; nec est necessarium, quod omni durationi creatæ sit præsens, cum possit de potentia absoluta desinere esse, quo in casu, illis præsens non esset: ac proinde non statim, & simul omnia sunt illi præsentia, sed successiuè prout inter se successiuè se habent.

41 *Denique arguitur.* Denique obijciunt: si futura cognoscuntur à Deo prout in æternitate præsentia, sequitur, nihil à Deo vt futurum cognosci, nec cognoscit vnum tanquam prius alio, consequens est falsissimum: ergo physica præsentia futurorum in æternitate, non solum, non iuuat, verum etiam repugnat cognitioni futurorum à Deo. Probatur sequela: in æternitate omnia sunt simul, nec vnum post aliud: ergo si à Deo cognoscuntur futura, prout in æternitate præsentia, nihil à Deo vt futurum cognoscitur, nec vnum tanquam prius alio, sed omnia vt simul existentia cognoscentur.

42 *Cōfirm.* Et confirmatur: si duo corpora cognoscantur vt perfectè inter se penetrata, non potest vnum cognosci vt prius alio secundum locum, nec vt occupans diuersum locum, at omnia, quæ sunt diuinæ æternitati præsentia, cum æternitate sunt penetrata; cum nihil æternitatis sit, cui vtrumque nō sit præsens: ergo si futura cognoscuntur à Deo prout in æternitate præsentia, non potest cognosci vnum, vt prius alio secundū durationē, sed vt omnino simul cum illo.

43 *Respond. argumento.* Respondeo, distinguendo consequens: vt futurum respectu æternitatis, concedo sequelam: vt futurum respectu nostræ durationis, nego sequelam, & eodem modo ad illud de prioritate vnius ad aliud dicatur, respectu æternitatis non esse prioritatem, benè tamen in propria duratione, & in hoc sensu minor argumenti est neganda. Nec conuincit amplius probatio ibi facta: nam cum æternitas, & si in se sit indiuisibilis, & absque omni successione formalitèr, sit tamen successiua, & diuisibilis virtualitèr: consequens fit, quod licet respectu illius, nihil sit futurū, nec vnum prius alio, respectu tamen durationū creatarū, quas virtualiter continet, & quibus coexistit, detur futuritio, præteritio, & prioritas.

44 *Ad confirmationē.* Ex quo ad confirmationem respondeo, concesso antecedenti, negando consequentiam: nam duo corpora inter se perfectè penetrata, occupant eundem locum, tàm formalitèr, quàm virtualitèr: ac proinde nulla possunt gaudere prioritate, nec diuersitate locali; æternitas autem, cum etsi vna formaliter sit, virtualiter tamen sit mutiplex, vtpotè continens plures durationes, & illis coexistens secundum diuersas virtualitates, illa, quæ æternitatem penetrant secundum esse formale, non penetrant omnem eius virtualitatem; ac proinde possunt diuersis durationibus ab æternitate contentis mensurari, & in ordine ad istas, prioritate, futuritione, ac diuersitate gaudere,

Et hæc de ista Disputatione, & Tractatu.

TRAC-

Digitized by Google

TRACTATVS QVINTVS.

DE DIVINIS IDAEIS,

Apud Diuum Thomam Prima Parte queſtione quinta decima.

RACTAT Doctor Angelicus de Idais Diuinis, quaſt. 3. de veritate per octo articulos. In primo diſtinct. 36. quaſt. 2. Primo Contra Gentes, cap. 54. quod libeto, octauo articulo 2. Et prima parte, quaſtione 15. per tres articulos. In quorum primo docet, dari in Diuina mente idaas ab aterno. In ſecundo; eſſe plures idaas. Et in tertio, determinat reſpectu quarum rerum Deus habeat idaas.

Pro quorum explicatione ſit.

DISPV-

DISPVTATIO QVADRAGESIMA TERTIA.

An Idæa in Deo sit diuina essentia, vel creatura obiectiuè existens in diuino intellectu?

§. I.

Idæarum existentia probatur.

Nu. 1. *Dari in Deo idæas etiam Gentiles cognouerunt.*

IN qua disputatione vt indubitatã supponimus idæarũ existentiam, quæ adeò explorata est apud omnes Catholicos, vt D. Th. *in 1. sententiarum dist. 36. quæst. 2. art. 1. in argumento 1. sed contra*, referat ex Augustino, *lib. 83. quæstionum q. 48.* quod qui negat idæas esse, negat filium esse, quod est hæreticum: & *q. 3. de veritate, art. 1. in arg. 1. sed contra*, ex eodem Augustino, *lib. de Ciuitate Dei*, quod qui negat idæas esse, infidelis est; quia negat filium esse. Quam veritatem etiam Phylophi Gentiles agnouerũ. Plato in Tymeo, qui iuxta Augustinum primus idææ nomen inuenit, rem tamen ipsam Antiquiores cognouere, vt de Socrate refert Eusebius *lib. 11. de præparatione Euangelica, cap. 1.* Id ipsum de Phylone, & Plotino, & Magno Trimegisto referunt alij. In eandem conspirarunt sententiam Seneca *Epistola 66.* Tulius *lib. 1. Tusculanarum quæstionum* Aristoteles *7. metaphysicæ*, & alibi sæpè imponens Platoni idæas àsingularibus extra intellectum separatas posuisse, quod tamen negat Augustinus *lib. 83. quæstionum, quæst. 46.* vbi veram de idæis sententiam attribuit Platoni, dicens, rationes rerum in diuina mente ab æterno existẽtes, idæas appellasse, atque in hoc sensu Platonis sententiam, præter Augustinum, acceperunt Cælius Rodiginius *lib. 16. lectionum antiquarum, cap. 16.* Clemens Alexandrinus *lib. 4. Stromatum ad finem.* Et Eugubinus ex Plutarcho *lib. 1. de peremni phylosophia.* Quod omnes sequuti Scholastici Doctores *in 1. distinct. 36.* & Theologicum D. Tho. In præsenti tanquam certam veritatem statuerunt, idæas esse admittendas, in Deo quidem respectu omnium rerum, quas causat; in creaturis autem solum respectu rerum arte factibilium.

2 *Probatur ratione.*

Et suadetur breuiter; quia res est manifesta, hac sola ratione ex præallegatis locis D. Thomæ desumpta; nam omne agens per intellectum, apud se habet rationem sui operis, nisi ignoret quid agat; sed Deus agit per intellectum, & non ignoranter: ergo sunt apud ipsum rationes rerum, quæ dicuntur idææ. Qua ratione vsus est D. Thomas *quæst. 3. de veritate, art. 1.* ex Augustino *lib. 83. quæstionum, quæst. 46.* illis verbis: *Quis audeat dicere Deum irrationabiliter omnia condidisse? Quod si rectè dici, & credi non potest, restat vt omnia ratione sint condita, &c.* Et paucis interpositis, *atque has rerum rationes, principales apellat idæas Plato, non solum sunt idææ, sed ipsæ veræ sunt, &c.* Quæ ratio fere est eadem, ac illa, qua vsus est D. Thomas *in 1. articulo huius quæstionis*, ad hanc formam redacta. Agens per intellectum debet in se habere formam rei, quam causat in esse intelligibili, quæ appellatur idæa, & ratio rei fiẽdæ; sed

Digitized by Google

sed Deus per intellectum producit creaturas: ergo necesse est ponere in illius mente formas omnium rerum, ad quarum similitudinem fiant, quæ vocantur idææ. Maiorem probat D. Thomas; nam in omnibus, quæ à casu non fiunt, format debet esse finis generationis; at agens nequit formam intendere, nisi in se habeat formæ similitudinem, quam exprimere intendat in effectu, vel in esse intelligibili, vel in esse naturali: ergo agens per intellectum, debet in se habere in esse intelligibili formā rei efficiendæ, ad cuius similitudinem ipsam efficiat; ac proinde in illius mente idæa rei faciendæ necessario est ponenda.

3 *Duplex idææ diffinitio.*

Idæa autem definitio varie solet constitui, Seneca *in quodam Epistola* sic illam diffinit: *Idæa est exemplar ad quod artifex inspiciens operatur, quidquid operatur*; qua diffinitione vsus est Aristoteles *septimo metaphysicæ, cap. 7. text. 32.* Diuus Thomas *in hac quæst. art. 1.* sic diffinit idæam; *Idæa est forma alterius rei præter ipsam existens.* Et *quæst. 3. de veritate, artic. 1.* sic illius diffinitionem tradit: *Idæa est forma, quam aliquid imitatur ex intentione agentis determinantis sibi finem.* Pro cuius explicatione aduertit, formam alicuius rei posse accipi tripliciter: primo pro forma à qua, ideſt, pro illa à qua efficienter procedit effectus, sicut à forma ignis, quæ est in agente, alius ignis procedit. Secundo pro forma per quam intrinsecè res constituitur, sicut homo per animal rationale. Tertio modo pro forma ad quam, ideſt ad cuius imitationem aliquid formatur. Quia tamen vnum alterum imitari contingit dupliciter, scilicèt, per se, & ex intentione agentis, sicut imago à pictore formatur ex intentione vt suum prothotypum imitetur, & per accidens, ideſt à casu, præter intentionem agentis, sicut multoties in pictoribus accidit vt imaginem alicuius depingant, cuius similitudinem non intendebant: notat D. Thomas ad rationē idææ, non sufficere habere secundum imitationis modum, sed primum necessario exigit, Quod denotatur per particulam ad *cuius imitationem*, quæ importat habitudinem effectus ad finem.

Forma tripliciter dicitur.

4 *Operari propter finē fiat dupliciter.*

Et quia operari propter finem contingit dupliciter; primo ab intrinseco, ita vt ipsum agens sibi finem determinet: secundo ab extrinseco per determinationem ab alio superiori agente, vt contingit in operibus naturæ, propter quod dicitur, quod *opus naturæ est opus intelligentiæ*: notat in super Angelicus Doctor, non sufficere ad rationem idææ, quod ipsam imitetur effectus, nisi ex intentione agentis, qui determinet sibi finem, procedat: vnde non dicitur forma hominis generantis idæa, aut exemplar hominis geniti, quamuis illam imitetur per se. Ex quibus colligitur, *formam* poni in prædicta diffinitione pro genere, in quo conuenit forma exemplaris cum forma intrinseca, quæ est principiū agendi, *quam aliquid imitatur*, vt differentia, non tamen infima, sed subalterna; cū in hac conueniat forma exemplaris cum forma, quæ est principium effectiuum alicuius effectus. Cæteræ autem particulæ explicant vltimam differentiam athomam.

5 *Opponet.*

Sed dices, si Deus instrumentum creati artificis ad opus artificiosè fiendum necessitaret, verè in tali casu ageret per idæam, & tamen non determinaret sibi finem: ergo vltima particula posita à Diuo Thoma redundat in diffinitione idææ. Probatur minor, non se determinaret ad finē, cum non ageret libere: ergo non determinaret sibi finem. Ad hoc argumentum respondent aliqui, negando maiorē, eo quod ad rationē idææ requiri existimant, quod effectus imitetur formam ex intentione agentis libere operantis. Ex videntur tū fundamentum habere in D. Thoma, *quæst. 3. de veritate, art. 1. prope finem corporis articuli*, vbi dicit, quod si Deus ageret ex necessitate naturæ, non haberet idæam.

Respōdēt aliqui.

6 *Reijcitur 1.*

Hæc tamen solutio non placet; tùm, quia in tali casu inspiceret ad exemplar artificiati formaliter; at idæa iuxta Aristotelem, *est exemplar, quod aspiciens artifex operatur*: ergo etiam si necessario ageret, ageret per idæam. Tùm etiam; nam si artifex peritus in arte pingendi incidens in amentiam, imaginem depingat iuxta regulas artis, in mente habens prothotypum, cuius similitudinem in imagine exprimat salvabitur ratio exemplaris; & tamen non aget libere, sed necessario iuxta frequentiorem Thomistarum sententiam 1. 2. *quæst. 18. art. 1.* qui nullam libertatem in amentibus recognoscunt, sicut nec in pueris ante vsum rationis; ergo agentis libertas non est de ratione exemplaris. Probo maiorem, imago depicta ab amente esset effectus artis, esto non ageret libere, sed naturaliter: ergo etiam esset effectus idææ. Patet consequentia; nam ars concurris *regulatiuè* ex parte subiecti, sicut idæa regulando *obiectiuè*: ergo si causalitas artis, absque agentis libertate saluatur, etiam regulatio obiectiua, in qua idææ causalitas cōsistit, absque agentis libertate subsistet.

Secundo.

7 *Vera obiectionis solutio.*

Quare hac solutione omissa, ad obiectionem factam respondeo, concessa maiori, negando minorem. Ad cuius probationem, concesso antecedenti, nego cōsequētiam;

tiam; nam determinare sibi finem, prout à D. Thoma ponitur in diffinitione idææ, solum denotat, quod finem imitandum per intellectum sibi proponat, siue necessario, siue libere agat, quod etiam in agente per intellectum saluatur, etsi operetur per modum naturæ. Quod patet, nam per illam particulam solum excludit Diuus Thomas à ratione exemplaris formas naturalium agentium, vt formam ignis, media qua alius ignis generatur, eo quod licet ignis genitus euadat similis generanti in forma, quia tamen hæc forma non inspicitur, nec apprehenditur ab igne generante, ideò non obtinet rationem idææ: ergo non itendit excludere à ratione idææ formam inspectam, quando agens per intellectum naturaliter ageret.

8 Nec obstat doctrina D. Thomæ inter respondendum adducta; nam vt bene obseruauit Sapientissimus Magister Bañez in commentario huius articuli, intelligẽda est, si Deus ageret ex necessitate naturæ, vel per emanationem naturalem creaturarum à Deo, vel per productionem, vi potentiæ non intellectiuæ; secus autem si quamuis naturaliter ageret creaturas produceret per intellectum, & voluntatem, tunc namque esto naturaliter ageret, essent ponendæ necessario idææ in diuino intellectu.

§. II.

Eligitur vera sententia, & aliquorum rationes examinantur.

9 *Prima sententia.* HIs igitur ita suppositis circa existentiã, & diffinitionem idææ, in quibus nihil controuersiæ versatur, quod in examen vertimus est, an idæa ad quam Deus inspiciens creaturas producit, sit diuina essentia, vel creatura ipsa obiecta diuino intellectui? Prima sententia hoc secundum affirmat. Ita Scotus *in* 1. *distinct.* 35. *quæst.* 1. §. *ad ista.* Occamus *Ibidem, quæst.* 5. Gabriel, *art.* 2. *notabili* 1. Aliacensis; *quæst.* 6. *artic.* 3. probabiliter Ricardus *distinct.* 36. *art.* 1. *quæst.* 2. Et Maior *distinct.* 35. *quæst.* 1. *in fine.* Rada *tom.* 1. *controuersia* 29. *art.* 3. *conclusion.* 5. Et nouissime Arriaga *in metaphysica disp.* 8. Eandem sententiam tenet Durandus *in primo distinct.* 36. *quæst.* 1. differt tamen ab Scoto in eo quod recognoscit in diuina essentia rationem exemplaris; seu idææ respectu creaturarum, quantum ad perfectiones Deo, & creaturis, communes, vt sunt, esse viuere, & intelligere, & si imperfectã ob imperfectam similitudinem: Scotus autem, & eius discipuli nullam exemplaris rationem in diuina essentia respectu creaturarum videntur agnoscere, sed solum in creaturis prout in esse diminuto, seu cognito ab æterno productis.

Scotus. Occam. Gabriel. Aliac. Ricardus Maior. Rada. Arriaga. Durand.

Vera tamen sententia defendit, non in creaturis, vt obiectiuè cognitis à Deo, sed in aliquo increato rationem diuinarum idæarum consistere. Hanc tenet Caietanus Bañez, Zumel, Nazarius, Zanardus, Ripa, & Serra, circa illum articulum, Capreolus *in* 1. *distinctione.* 36. *quæst.* 1. Ferrara 1. *Contra Gentes, cap.* 54. Quos ex alienis sequuntur Molina *in præsenti disputat.* 2. Vazquez *disp.* 71. *cap.* 2. Arrubal *disp. vnica.* Fasolis *conclusione* 2. Meratius *de Deo disp.* 30. Suarez *in metaphysica, disp.* 25. *sectione* 1. Et præter Scotistas, omnes quos viderim, vno excepto Arriaga, qui in hac parte contra communem suorum Theologorum sententiam voluit magis Scotista, quam Thomista apparere, verum licet nostra sententia communis, & verissimam sit: plures tamen rationes, quibus solet ostendi, parum solidæ apparent.

01 *Secunda, & vera sententia.* *Caietan. Bañez. Zumel. Nazar. Zanard. Ripa. Serra. Capreol. Ferrara. Molina. Vazq. Arrubal. Fasolis. Merati. Suarez.*

Primo illam probat Molina, ex eo quod prius est rem aliquam esse possibilem, quam rationem entis habere, & consequenter rationem cognoscibilis, cum ideò sit ens, quia potest fieri: ergo exemplar primum, in quo à Deo fieri posse conspicitur, non est ipsa natura creata sub ratione entis, sed diuina essentia in qua continetur, & à qua obtinet rationem possibilis. Quod ita confirmat; Deus cognoscit creaturas in sua essentia tanquam in causa, in qua virtute continentur: ergo prius videt suam virtutem, in qua continentur, & modum, quo possunt ab illa emanare quam videat creaturas: ergo diuina essentia prout sic prius visa ostendit Deo modum productionis illarum; & consequenter non creaturæ cognitæ, sed diuina essentia, & virtus continens illas erit exemplar, quod Deus inspiciens, producit creaturas.

11 *Illã probat Molina.*

Cõfirmat

Secundo illam probat Suarez; nam idea debet esse subiectiuè in mente; at res creatæ solum habent esse obiectiuè in diuino intellectu: ergo nequeunt esse diuina exemplaria. Maiorem probat; tùm, quia munus idææ est determinare actionem externam intellectualis agentis, ac proinde gerit munus formæ, & sicut res naturales determinantur per naturales formas, vel qualitates, ita agens intellectuale per formam intellectualem sibi proportionatam: ergo debet esse subiectiuè in agente intellectuali. Tùm etiam, ex alio munere idææ, quod est dirigere actionem agentis intellectualis, vt in certum terminum, & scopum tẽdat; at hæc determinatio solum potest fieri per actualem mentis repræsentationem, quæ est propria conceptionis formalis sub-

12 *Secundo probat Suarez.*

subiectiuè intra intellectum existentis: ergo.

13 *Tertio arguit Arrubal.* Tertio Arguit Arrubal; creaturæ vt obiectiuè cognitæ à Deo, essentialitèr sunt quædam imitatio alterius: ergo etiam vt sic cognitæ præsupponere debent causam exemplarem; & consequentèr prout ita cognitæ, nequeunt esse idææ, quibus Deus in operando vtatur. Denique aliqui ex nostris Doctoribus sic arguunt: creaturæ vt obiectiuè cognitæ à diuino intellectu nō sunt aliquid reale, sed quid rationis; at idæa est forma realis sicuti, & realis causa idæati: ergo creaturæ vt cognitæ à Deo non sortiuntur rationem idææ. *Quarto fundent alij.*

Confirm. Quod ita confirmant; idæa est causa finalis respectu idæati; at res vt obiectiuè cognitæ nequeunt esse finis alicuius realis actionis, cum prout sic solum dicant denominationem rationis, quæ nequit actum realem finalizare: ergo creaturæ vt cognitæ non obtinent rationem idææ.

14 *Ista argumenta nō vrgent.* Hæc tamen argumenta parum possunt contrarios Auctores vrgere, non primum, nam assumit falsum scilicet prius esse, rem aliquam esse possibilem, quam habere rationem entis; cum iuxta Diuum Thomã *infra quæst. 25. art. 3.* ratio absolutè possibilis, quæ obiectum diuinæ omnipotentiæ est, idem sit quod ratio entitatis, vel in ratione entitatis fundetur, sicut & ratio impossibilitatis in non ente, seu negatione entitatis fundatur, vel est idem cum illa. *Ad 1. respōdetur.* Nec amplius confirmatio conuincit; nam esto Deus pro illo priori videat suam potentiam actiuam, & modum illius, non tamen probat Molina, quod prius quam videat creaturas intueatur modum producibilitatis passiuę, in quo contrarij Auctores constituunt rationem idææ, cuius falsitatem suo argumento non probat Molina. *Ad confirmationem.*

Nec magis vrget argumentum Suarez, cuius maior est falsa; nam in diuina essentia vt obiectiuè cognita à Deo reperiri rationem idæa, constat clarè ex D. Thoma, *art. 1. & 2.* nec illam probationes factæ conuincunt; nã licet res cognita nequeat

15 *Ad 2.* determinare; aut dirigere, determinatione, aut directione formali, bene tamen determinatione, aut directione obiectiua, quam ad rationem idææ sufficere docent contrarij Auctores.

Nec tertium argumentum aliquid conuincit; nam licet consequentia sit bona antecedens autem assumit probandum, scilicet inter idæam & idæatum debere esse alietatem, & distinctionem realem, quam non probat, sed supponere videtur Arrubal. si namque idem potest idæare seipsũ, non est cur creaturæ cognitæ à Deo debeant supponere causam exemplarem; eũ ipsæ prout sic cognitæ idæare possint se ipsas sub alia ratione, nempè vt extra causas futuras. *Aduertiũ*

Nec vltimum argumentum plus roboris habet, falsum enim est creaturas vt obiectiuè cognitas à diuino intellectu esse aliquid rationis: tùm, quia vt sic habent esse obiectiuum in diuino intellectu, quem nullum ens rationis posse fabricare, veritati est conformius, tùm etiam, nam prout sic sunt obiectum diuinæ omnipotentiæ, quod esse aliquid reale realitate essentiæ, licet non realitate existentiæ, multo probabilius est, de quo videantur Theologi *infra quæst. 25. art. 3* Tùm denique, nam finis vt in apprehensione solum existens non est aliquid rationis, sed reale possibile, aut futurum, cum prout sic exerceat finalem causalitatem: ergo creaturæ vt obiectiuè cognitæ à Deo aliquid reale sunt realitate essentiæ possibilis, & si non realitate existentiæ. 16 *Ad Vltimum.*

§. III.

Vera sententia probatur.

HIs ergo, & alijs argumentis omissis, probanda est in primis nostra conclusio ex modo, quo Patres loquuntur de diuinis idæis. Dionysius *cap. 5. de diuinis nominibus, Idios*, ait, *quod exemplaria sunt, diuinæ voluntatis determinatiuæ, & effectiuæ rerum.* Damascenus oratione prima de imaginibus: *Sunt*, inquit, *in Deo imagines, & exemplar eorum, quæ ab ipso futura sunt, nempè consilium eius æternum, quod se habet semper eodem modo.* Augustinus tract. 1. in Ionnem ad illa verba, *quod factum est in ipso, vita erat*, ait: *ideo dictum; quia quod factum est, in Deo habet rationem, quæ vita est*: per rationem autem intelligere idæam, constat ex eodem Augustino *libro 83. quæstionum, quæst. 46.* vbi ait: *Ideas, formas, species, seu rationes appellari*; at hæc omnia rectè verificantur, si idææ diuinæ sint aliquid increatum, quasi subiectiuè existens in Deo, secus autem, si creaturas à Deo obiectiuè cognitas idæas esse asseramus: ergo non creaturæ cognitæ à Deo, sed ipsa increata essentia obtinet rationem idææ, qua Deus vtitur in rerum formatione. 17 *Probatur 1. conclusio ex PP.*

Deinde suadetur ex D. Thoma, qui perpetuus est in hac doctrina, *quæst. 3. de veritate, art. 1. ad sextum*, ex Dionysio asserente, Deum non cognoscere per idæam, respondet, loqui Dionysium de idæa, quæ accipiatur à rebus, non autem excludere à diuina mente increatam idæam. Idem docet *in solutione ad septimum*, & clarius *solutio-* 18 *Secundo prob. ex D. Thom.*

lutione ad octauum, his verbis: *Dicendum, quod sicut Deus, quia non potest non esse non indiget essentia, quæ sit aliud, quam suum esse; ita quia non potest deficere cognoscendo, vel operando, non indiget alia regula à se ipso.* Nomine autem *regulæ* intelligere ideam, constat manifestè, si conferatur solutio cum argumento. Id ipsum expresse docet *in 1. dist. 36. q. 2. art. 1. ad 2.* his verbis: *Dicendum, quod si Deus indigeret respicere in aliquod exemplar extra se, esset imperfectum agens, sed hoc non contingit, si essentia sua exemplar omnium rerum ponatur; quia sic intuendo essentiam suam, omnia producit.* Ac tandem *in hac quæst. art. 1. solutione ad 1. 2. & 3.* expressissimè docet, diuina exẽplaria non esse aliquid extra Deum, sed ipsam diuinam, & increatam essentiam.

19 *Tertio probatur ratione.* Tertio suadetur conclusio; inter idæã, & idæatum debet intervenire realis distinctio; at creaturæ, vt obiectiuè cognitæ à Deo, à se ipsis vt existentibus non distinguuntur realitèr: ergo vt sic cognitę nequeunt esse idææ sui ipsarum, vt existentium. Maior, in qua sola potest esse difficultas, probatur; idæa namque est vera, & realis causa idæati, & mensura, & regula illius, & idæatum, illam realiter imitatur; at inter causam, & effectum, inter mensuram, & mensurarum, debet esse realis distinctio, & nihil potest realiter se ipsum imitari; sicuti, nec esse realitèr simile sibi ipsi, cum inter duo realiter similia interueniat realis relatio, quæ eiusdem ad se ipsum esse non potest: ergo inter idæam, & idæatum realis distinctio debet intervenire.

20 *Respõdet aliqui.* Ratio ista, quam vsque ad satietatem prosequitur Vazquez *vbi supra num. 7.* displicuit Molinæ, Suarez, & quibusdam alijs eiusdem familiæ, & ad illam respondent, negando maiorem; nam licet inter causam, quæ realem existentiam ad causandum exposcit, & eius effectum debeat esse realis entitatiua distinctio, causa autem quæ solum vt in cognitione existens suam causalitatem exercet, distinctionem istam non petit, vt constat in causa finali, sed sufficit distinctio penes modum essendi realiter, aut obiectiuè, & quia idæa est causa huius secundi generis, consequẽs fit, quod non petat realiter entitatiuè à suo effectu distingui. Nec petit, inquiunt, causa exẽplaris rigorosè imitari ab effectu, sed solum quod agens ad illam aspiciens illum operetur.

21 *Reijcitur 1.* Verum hæc solutio est omnino insufficiens, & contra illam facit primo, quod dependentia idæati ab idæa non est tantũ penes modum essendi, sed penes substantiam; effectus namque essentialitèr à sua causa exemplari dependet: ergo in substantia debet esse dictinctio, & non tantum penes modos essendi. Patet consequentia; nam idem in quantum idem nequit à se ipso dependere: ergo si effectus, quoad substantiam dependet ab idæa vt sic, debet ab illa distinguit. Deinde; nam si talis distinctio necessaria non esset, nulla ratio esse potest, cur filius æternus non habeat pro idæa diuinam essentiam, imò, & se ipsum; cum ex essentiæ, & sui ipsius cognitione procedat; at hoc est absurdum: ergo inter idęam, & idæatum necessario debet realis distinctio intercedere. *Secundo.* *Tertio.* Denique reijcitur; nam si ad idæam non requiritur rigorosa imitatio, sed sufficit quod agens ad illam aspiciens effectum producat, sequitur creaturas posibiles esse idęas Verbi Diuini; consequens est absurdum: ergo asserendũ est rigorosam petere imitationem, quæ eiusdem ad se ipsum esse non potest. Patet sequela; nam Patet æternus producit Verbum cognitione essentiæ; & omnium creaturarum posibilium, vt tenet frequẽtior Theologorum sententia *infra quæst. 35.* ergo si solum requiritur iste modus imitationis ad rationem idææ, creaturæ posibiles idæa erunt ad Verbi productionẽ.

22 *Si respondeatur.* Si dicas, ad rationem idææ exigi libertatem in agente, Verbum autem non libere, sed necessario à Patre procedit, & ideò nec essentiam, nec se ipsum, nec creaturas posibiles habere potest pro idæa. *Obstat in contrariũ 1.* In contrarium obstat primo, quod Molina, qui Auctor est solutionis, quam impugnamus libertatem in agente non postulat ad rationem idææ. *Secundo.* Tùm etiam; quia negari non potest probabile esse non requiri talem libertatem; at Verbum diuinum Dei essentiam, aut creaturas habere pro idæa, est omnino improbabile: ergo solutio tradita non subsistit. *Tertio.* Tùm denique; nam vt ars suam causalitatẽ exerceat, libertatem in agente non requirit, vt supra vidimus: ergo nec ad idææ causalitatem requiritur; & consequentèr ex hoc capite repugnare non poterit Verbo diuino habere pro idæa, illa, ex quorum cognitione procedit.

23 *Vltimo prob. conclusio ratione D. Thom.* Denique principalitèr suadetur conclusio ratione D. Thomæ locis iam allegatis, & præcepuè *quæst. 3. de veritate, art. 1. in corpore*, quod ita concludit: *Sed quia forma exemplaris, vel idea habet quodammodo rationem finis, & ab ea accipit artifex formam, qua agit, si sit extra ipsum, non est autem conueniens ponere Deum, agere propter finem alium à se, & accipere aliunde, vnde sit sufficiens ad agendum, ideò non possumus ponere ideas esse extra Deum, sed in mente diuina tantum.* Ex quibus verbis tale argumentum pro nostra conclusione conficio; exem-

Digitized by Google

exemplar, seu idæa rst finis, quem sibi artifex suæ operationis præfigit; at repugnat Deum agere propter finem distinctum a se: ergo etiam repugnat aliquid distinctum à Deo obtinere rationem idææ respectu illius. Et Augustinus *lib. 83. quæstionum quæst. 46. prope finem*, sic loquitur de divinis idæis: *Has autem vbi arbitrandum est esse, nisi in ipsa mente creatoris? Non enim extra se quidquam positum intuebatur, vt secundum id constitueret, quod constituebat; nam hoc opinari sacrilegum est*: quibus verbis oppositam sententiam damnasse, quibusdam ex nostris visum est, sed non omninò huic damnationi consentio; nam respondere poterunt contrarij Auctores, non improbabiliter, quantum ad verba Augustini attinet; illis solum excludi idæas extra intellectum divinum ab æterno realiter existentes, qualitèr illas constituisse Platonem, arbitrantur plures.

24 *Respond.* Si fortè ad hoc argumentum aliquis dicat, sufficere ad rationem idææ, quod sit finis effectus; non autem requiri esse finem actionis agentis, nec inconveniens esse, quod aliquid distinctum à Deo, sit finis effectum procedentium ab ipso: in contrarium ostabit, quod eodem modo forma exemplaris est finis agentis per artem, quo forma naturalis est finis agentis per naturam; at forma naturalis, nedum est finis effectus agentis naturalis, verum etiam actionis prout ab ipso: ergo forma exẽplaris finalem causalitatem exercere debet, non solum respectu effectuum agentis per artem sed etiam actionis; cumque actionum Dei prout ab ipso, nihil creatum possit esse finis; fit consequens, quod nec sortiri possit rationem idææ. *Contra.*

25 *Confirm. 1.* Et confirmatur primo principale argumentum, ab idæa quando est ab agente distincta, & extra ipsum, recipit agens formam, qua potens agere constituitur; at à nullo creato potest Deus sufficientiam ad agendum recipere: ergo nihil creatum potest esse idæa respectu illius. Maior, in qua sola est posita difficultas, constat in artifice creato, respectu cuius id solum potest rationem exemplaris extranei sortiri, à quo accipit idolum in ternum, nempè conceptum, quo potens redditur ad artificiosè operandum.

Confirm. 2. Confirmatur secundo, idæa est regula actionis artificiosæ, media qua agens artefactum attingit; at nihil creatum potest esse regula divinarum actionum; cum sicut est suum esse, ita sit sua regula, ratione cuius identitatis, indefectibilis est in operando: ergo nihil à Deo distinctũ esse potest idæa, qua Deus in suis actionibus vtatur.

Confirm. 3. Denique confirmatur; nam ab idæa dependet artifex in suis operationibus; at maximum inconveniens est, Deum in suis actionibus, ab aliquo creato dependere: ergo inconveniens etiam debet censeri, quod aliquid creatum sit idæa respectu illius

26 *Si resp. 1.* Respondebis primo; inconveniens non esse, quod Deus absque idæa creata non possit suos effectus causare ratione dependentiæ effectuum ab ipsa; sicut nec potest producere actionem vitalem absque influxu principij vitalis, ratione dependentiæ actionis ab illo.

Contra. Sed contra; nam quod artifex absque idæa non possit producere effectum, non nascitur per se primo ex dependentia effectus ab idæa; sed potius è contra, quod effectus absque idæa non possit produci, oritur ex eo quod artifex indiget idæa tanquam regula, qua manuducatur, & reguletur in productione effectus: ergo imperfectio maxima Deo atribuitur, si pro idæa suarum actionum constituatur aliquid distinctum ab ipso.

27 *Respon. 2.* Respondebis secundo, Deum non posse creaturas producere, nisi illas inspiciendo, quin hoc aliquam imperfectionem ponat in ipso, nec aliam dependentiam requiri.

Contra 1. Sed contra istam solutionem obstat primo; nam quod Deus nequeat creaturas producere nisi illas inspiciendo, non oritur ex dependentia Dei à creaturis, vt à regula sui operationis, sed ex fœcunditate intellectionis divinę; at vt creaturę, sint idęę respectu Dei, primum est necessarium, quod est imperfectio: ergo imperfectio maxima Deo attribuitur, si aliquid creatum respectu illius rationem idęę sortiatur.

Secundo. Secundo; nam Pater æternus non potest producere Verbum, nisi illud inspiciendo, & cognoscendo, & iuxta veriorem sententiam non potest illud producere, nisi cognoscendo creaturas; & tamen nec Verbum, nec creaturæ sunt idæa respectu productionis Verbi: ergo non posse Deum creaturas producere, nisi illas cognoscendo, non sufficit vt sint idææ, quibus Deus vtatur in illarum productione; sed maior aliqua dependentia requiritur.

Illus.ᵐᵒ Epis.ᵖᵒ GODOY *in 1.ᵐ p.* Tom. 2.

§. IV.

Quinque argumentis occurritur.

28

Arg. 1. COntra iſtam concluſionem obijciunt contrarij Authores primo: creaturæ cognitæ à Deo convenit idææ diffinitio: ergo obtinet idæam. Antecedens probãt primo; nam lapis cognitus à Deo eſt ratio ſui ipſius vt factibilis ad extra, ſicut Arca in mente eſt propria ratio ſecundum quã in materia formatur; & aliàs ab æterno cognoſceretur: ergo creatura cognita eſt ratio æterna in mente diuina, ſecundum quã aliquid eſt ad extra factibile, in quo conſiſtit idææ diffinitio, prout ab Scoto traditur. Secundo idem antecedens probatur; nam idæa iuxta vulgarem ſui diffinitionẽ eſt *id, ad quod aſpiciens artifex operatur*: at Deus creaturam aſpiciens illam ad extra producit: ergo creaturæ cognitæ conuenit idææ diffinitio.

Ant. probatur 1.

Secundo.

29

Reſpond. Reſpondeo negando antecedens. Ad primam probationem, nego antecens: lapis enim cognitus à Deo non eſt ratio cognoſcendi ſe ipſum, cum Deus cognoſcat creaturas, non ratione illarum, ſed ratione ſuæ eſſentiæ, vt cauſæ, medij, & obiecti prius cogniti. Nec eſt ratio producendi cũ nõ ſit ratio producẽdo per modum principij effectiui, nec per modum formæ extrinſecę, quæ imitanda proponitur, vt iam dicam.

Ad 1. Probationem

Ad ſecundam. Ad ſecundam probationem, diſtinguo minorem dupliciter: primo, inſpiciendo creaturas vt finem, & regulam ſuæ operationis, nego minorem: præcisè vt effectũ, concedo minorem, & nego conſequentiã: quia ad rationem idææ primus modus inſpectionis requiritur, vt denotat illa particula *ad quam* poſita in diffinitione idææ. Secundo, diſtinguo minorem: inſpiciendo creaturas vt imitãdas, nego minorem: præcisè vt cauſandas, concedo minorem, & nego conſequentiam, quia vt eſſent idęę deberent iſto ſecundo modo inſpici.

30

Replicabis primo Sed oppones primo: id cuius imitatio ab artifice intenditur, eſt idęa reſpectu artificiati: ergo etiam obtinet rationem idææ, id cuius identitas eſt ab artifice intenta. Patet conſequentia; quia maior eſt vnitas identitatis, quam imitationis. Tùm vltra; ſed identitas creaturę productę cum creatura cognita, eſt identitas à Deo intenta: ergo creatura vt cognita obtinet rationẽ idęę reſpectu ſui vt ad extra productę. Secundo; nam multoties Deus producens vnam creaturam, intendit illam aſſimilare alteri, vt quando concurrit cum artifice creato, ad imaginis formationẽ: ergo tũc ſaltim creatura à Deo cognita ſortietur rationem idęę.

Secundo

Reſpondeo ad primam obiectionem, negando conſequentiam, nec exceſſus ille vnitatis iuvat, imò potius impedit rationem idęę; quia inter idęam, & idęatum; cum ſint cauſa & effectus, requiritur vnitas cum reali diſtinctione; ac proinde identitas, quæ maior vnitas eſt; quam aſſimilatio euertit rationem idęę, ſicut quia inter cauſam efficientem, & effectum requiritur entitatiua diſtinctio in natura, cũ aliqua ſimilitudine, quando principiatum eſt idẽ cũ principio in natura, nõ obtinet principiũ rationem cauſę efficientis, vt conſtat in Patre diuino reſpectu filij. 31 *Ad 1. replicã reſpõdetur.*

Ad ſecundam, diſtinguo antecedens. Intendit per ſe primo, nego antecedens: ſecũdario, concedo antecedens, & nego conſequentiam: quia vt eſſet idęa reſpectu Dei deberet illius imitatio per ſe primo intendi: nam ſicut obiectum ſecundarium non obtinet rationem menſurę ſpecificantis potentiam, vel actum: ita id cuius imitatio ſecundario intẽditur, non habet rationem cauſę exemplaris reſpectu ſecundario intendentis; & quia Deus in cuiuſcumque effectus productione, per ſe primo intendit ſui imperfectam ſimilitudinem; hinc fit, quod quęvis alia imitatio, ſecundario ab ipſo inſpiciatur; ac proinde, quod nec in caſu in argumento poſito habeat prothotypus rationem idęę reſpectu Dei; benè tamen reſpectu artificis creati, qui per ſe primo intendit imagini imprimere eius ſimilitudinem. 32 *Ad ſecũdam.*

Secundo principaliter arguunt: ſufficit ad rationem idęę diſtinctio penes modum eſſendi a parte rei, & intra intellectum; ſed hęc datur inter creaturam, vt à Deo cognitam, & ipſam, vt exercitè extra cauſas exiſtentem: ergo poteſt creatura prout à Deo cognita eſſe idęa ſui vt exercitè realiter exiſtentis. Maior, in qua ſola eſt difficultas, probatur: ad cauſalitatem finalem ſufficit diſtinctio penes modum eſſendi à parte rei, & intra intellectum: ergo etiam ſufficiet ad cauſalitatem idęę. 33 *Secundo arg.*

Reſpondeo, negando maiorem. Ad cuius probationem, nego conſequentiam: & ratio diſcriminis eſt: nam finis exercet ſuã cauſalitatem, non reſpectu ſui, ſed in media, quibus executioni mandatur, in ſui deſiderium, intentionem, & eſſecutionem, v. c. forma geniti finis eſt generationis ſui, & mediorum ad generationem tendentium, non verò ſui ipſius: vndè ſufficit realiter ab illis diſtingui. Idæa verò ſua cauſalitate non ſolum attingit rationem, qua fit, ſed etiam idæatum, & exemplatum, quod eſt res artificialis exterius facta; cum autẽ nihil poſsit ſe ipſũ cauſare, aut ſe imitari: conſequens fit, quod debeat neceſſario inueni- 34 *Reſpond.*

Digitized by Google

veniri, realis, & entitativa distinctio.

35 Instabis. Sed dices: non stat finem causare finaliter actionem, qua fit, & non causare consequenter se ipsum: ergo solutio tradita est nulla. Probo antecedens ab exemplo causæ efficientis; non enim potest aliquid efficienter causare actionem, quin efficienter causet actionis terminum: vnde, quia nihil potest se ipsum causare effectivè, nec etiam potest effectivè attingere actionem, qua fit: ergo idem est de fine dicendum.

Respond. Respondeo, negando antecedēs: ad cuius probationem, concesso antecedēti, nego consequētiam: & ratio discriminis est: nā actio causat effectivè suum terminum, & effectivè à principio causatur; & quia quod est causa causæ in eodem genere causæ quo causat, in causatum etiam in eodem genere influit: consequens fit, quod non possit aliquid efficienter in actionem influere, quin efficienter in illius terminum influat: actio autem, qua finis in executione producitur, est ab illo finaliter, influit verò efficienter, & quia non est necessarium, quod causans causam, causet etiam effectum, qui ab illo in diverso genere causæ procedit, vt constat in gratia efficienter causante actus, qui ad gratiam disponunt, quin causet efficienter se ipsam, & in obiecto actus specificāte actum, à quo causatur, quin se ipsum specificet, ideò non est necessum, quod si finis in intētione causat media, & actionem per quæ in executione causatur, se ipsum causet in genere causæ finalis.

36 Vrgebis. Sed instabis adhuc: quando finis est distinctus realiter ab effectu causatu, non solum influit finaliter, in intentionem, in media, & actionem, qua fit, sed etiam causat finaliter ipsum effectum, qui est terminus actionis; at non aliter hanc causalitatem exercet in terminum, nisi finaliter influendo in actionem: ergo si causat finaliter actionem, quando terminus est à fine in distinctus, etiam tunc causat in genere causæ finalis terminum actionis.

Respond. Respondeo, concessa maiori, negando minorem: nam quando terminus actionis est à fine distinctus, non solum eius fieri est propter finem, sed etiam eius esse propter finem est, & ideò tunc finalis causalitas in actione non sistit, sed transit, ad terminum, quando autem actionis terminus est à fine indistinctus, etsi fieri illius propter finem sit; esset tamen termini propter finem non est: quia nihil potest esse propter se ipsum, & ideò tunc finalis causalitas non transit in terminum, sed sistit in actione.

37 Tertio arguitur. Tertio sic arguunt: illud, qno cognito, & omni alio secluso potest artifex ad operationem procedere, & fine cuius cognitio ne non potest, obtinet rationem idææ; at si per impossibile Deus ignoraret se ipsum: cognosceret tamen creaturas, posset illas producere, etsi illas ignoraret, non posset quantvis suam essentiam cognoscere: ergo non divina essentia, sed creaturæ cognitæ obtinent rationem idææ respectu intellectus divini.

Respondeo, negando minorem pro prima parte: nam cum creaturæ essentialiter sint participationes, & imitationes essentiæ divinæ, hoc, in casu impossibili, nō cognito à Deo, subterfugeret ipsum causa exemplaris, quam essentialiter imitantur creaturæ; ac proinde non posset vt supremus artifex illas producere: si autem Deus se ipsum cognoscendo, non cognosceret creaturas, non ideò non posset illas producere, quia creaturæ sortiantur rationem idææ, sed quia in tali casu, nec divina essentia foret idæa: nam cum idæa cognosci non possit omnino perfectè non cognito idæato quod continet, dato, quod divina essentia cognoscatur, non cognitis creaturis, hoc ipso, ab illa tollitur ratio idææ; ac proinde infertur, non posse Deum illam inspiciendo creaturas producere. Respondet

38 Quarto arg. Quarto obijcitur: artificiatum ipsum formandum cognitum ab artificè creato sortitur respectu illius rationem idææ: ergo creaturæ cognitæ à Deo obtinebunt rationem idææ respectu intellectus divini. Probatur antecedens: in nullo casu potest artifex creatus opus suum artificiosè efficere, absque idæa, quam habeat pro regula; at potest in aliquo casu artificiatum formare, quin exēplar distinctum ab illo cōtēpletur, vt cōstat in artificè valdè perito, qui absque ductu exemplaris ab artificiato distincti, sola illius contemplatione format artificiatum: ergo tunc saltim artificiatum ipsum sortitur rationem idææ.

Respondet Vazquez *disp.* 71. *n.* 7. concesso antecedenti, negando consequentiā: & rationē discriminis reddit: nam artifex creatus non concipit perfectè eandem numero rem, quam formaturus est, sed vel aliam distinctam, vel rem faciendam, vagè, & in confuso: Deus autē perfectissimè, cōcipit, & distinctè creaturam fiendam in individuo, & id circo potest res efficiēda sortiri rationem idææ respectu artificis creati; secus autem respectu Dei.

39 Respond. Vazqz. Cæterum hoc discrimen nullius esse momenti, hac ratione suadetur: nam distinctio, quæ inter idæam, & idæatum debet intervenire, debet esse realis, si ratio, qua vsi sumus, & quā prolixè satis iste Auctor vbi supra prosequitur, aliquid probat; at res vt cōfusè, & in cōmuni cōcepta, nō differt realiter à se ipsa, prout in individuo

Reiicitur solutio.

Digitized by Google

efficienda: ergo ex distincto modo, quo creatus artifex artificiatum formandum conspicit, ac Deus concipit creaturam fiendam, non bene infert Vazquez posse respectu illius sortiri rationem idææ, & non respectu Dei.

40 *Secundo respondet Molina.*

Molina vbi supra, §. *quod si petas*, concesso etiam antecedenti, negat consequentiam: & rationem aliam discriminis reddit, nempè, quia creatus artifex accipit scientiam à rebus; Deus autem omnia in sua essentia cognoscit; & ideò potest res ipsa efficienda esse idæa respectu artificis creati; secus autem respectu Dei.

Displicet etiã eius solutio.

Sed licet hoc discrimen ad veritatem proximus accedat, & rectè probet, non posse Deum habere creaturam pro idæa, non tamen vniversalitèr probat respectu omnium artificum creatorum; nam potest artifex creatus non accipere scientiam à rebus, sed à Deo infusam; imò de facto Angeli non accipiunt scientiam à rebus, sed speciebus vtuntur à Deo à principio conditionis cõgenitis, vt cum D. Thom. tenet contra Scotum frequentior Theologorũ sententia 1. *p. quæst.* 55. *artic.* 2. ergo discrimen à Molina traditum tenere non potest respectu omnis artificis creati.

41 *Ad arg. resp.* 1.

Quare his solutionibus omissis, ad argumentum factum respondeo primo, omisso antecedenti, negando consequentiam: & ratio discriminis est: nam Deo repugnat aliquid à se distinctum habere pro fine, & regula suæ operationis; secus autem artifici creato: & id circo non mirũ, quod respectu illius res ipsa efficienda sortiatur rationem idææ, non autem respectu Dei.

Secundo.

Secundo, & consequenter ad primam rationem, quam pro nostra conclusione formauimus, respondeo, negando antecedens. Ad cuius probationem, concessa maiori, distinguo minorem; & illam concedo de exemplari exteriori, secus de interiori, scilicèt, conceptu rei formandæ, quem in omni casu debet contemplari, & in casu posito sortiretur rationem idææ.

42 *Quinto arg.*

Quinto obijciunt; Christus vt prædestinatus, dicitur exemplar prædestinationis aliorũ, & cõsequẽter totius gratiæ, & gloriæ, quæ alijs cõfertur, vt docet D. Thom. 3. *par. quæst.* 24. *art.* 3. Alensis 3. *part. quæst.* 5. *memb.* 5. Durandus *in* 3. *distinct.* 1. *q.* 1. & cõmunitèr cæteri Theologi. Constatq; ex Paulo *ad Romanos* 8. illis verbis: *Quos præscivit, & prædestinavit, conformes fieri imagini Filij sui, vt sit ipse Primogenitus in multis fratribus.* Et ad Philippenses 3. *Reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ.* Colligiturque ex Augustino *libro de prædestinatione Sanctorum, cap.* 15. & *de bono perseverantiæ, cap.* 14. Ergo saltim vna res creata ab alia distincta, potest in ordine ad illam exercere munus idææ respectu intellectus diuini.

43 *Respond.*

Respondeo: Christum Dominum dici, & esse exemplar prædestinationis aliorũ ex parte effectus, quatenus omnes iusti Christo assimilantur, non autem respectu Dei prædestinantis: quia nec est finis actionis prædestinatiuæ, nec regula illius, sicut vna res creata est finis respectu alterius, quatenus conuenit, vnam esse propter aliã nulla tamen esse potest finis Dei prout operantis ex parte actionis; vt autem esset exẽplar in rigore vtrumque deberet habere; nempè, & quod alij iusti illi assimilarentur, & formarentur ad exemplar illius, regulando, & finalizando, nedum dona creata, quibus ornantur iusti, verum etiam actionem diuinam.

§. V.

Occasione sexti argumenti explicatur sub qua ratione diuina essentia sortiatur rationem idææ.

44 *Sexto arguitur.*

SExto arguitur: inter idæã, & idæatum debet esse similitudo, & conuenientia in illo prædicato, in quo idæatum imitatur idæam; sed inter essentiam diuinam, & creaturas non datur similitudo: ergo diuina essentia non est idæa creaturarum. Cõsequentia est legitima: minor constat ex doctrina D. Tho. *supra q.* 13. *art.* 5. vbi docet: *Impossibile esse aliquid prædicari de Deo & creaturis vniuocè*: similitudo autem inter duo extrema vniuocationem potest fundare: ergo inter Deum, & creaturas nõ datur similitudo. Maior autem ostenditur primo: nam idæa est forma, quam aspiciens artifex ad illius instar aliquid operatur; sed vnum fieri ad instar alterius, idem est atque fieri ad eius similitudinem: ergo inter idæam; & idæatum debet esse similitudo. Secũdo; nam idæatum imitatur idæã sed vnum imitari alterum est illi assimilari: ergo sine similitudine inter idæam, & idæatum non saluatur ratio idææ. Tertio: nam idæa est idem quod exemplar; sed inter exemplar, & exemplatum necessario datur similitudo, vt constat in exemplaribus creatis: non enim posset res omninò dissimilis alteri vt illius exemplar artifici creato inseruire: ergo intèr idæam, & idæatum dari debet similitudo.

45 *Si respondeatur.*

Si respondeatur: inter Deum, & creaturas, etsi non possit dari similitudo, aut cõuenientia vniuoca, datur tamen similitudo analoga: omnis enim creatura conuenit cum Deo analogicè in ratione entis, viuentia conueniunt cum Deo analogicè in prædicato vitæ, & cognoscentia conveniunt

niunt analogicè cum Deo in prædicato intellectualitatis, & istam conuenientiam sufficere vt diuina essentia sit idæa creaturarum.

46 *In cõtrariũ obstat primo.* In contarium obstat primo: nam sequitur ex hac solutione, non saluari in Deo perfectam rationem idææ, sed imperfectam; consequens non admittemus, omne namque prædicatum, quod formaliter in Deo reperitur, debet esse in sua linea perfectum: ratio autem idææ formalitèr conuenit Deo; & consequenter oportet vt illi perfectè conueniat: ergo solutio tradita est nulla. Probatur sequela, vt enim argumento probatur de ratione idææ est similitudo inter ipsam, & idæatum: ergo de ratione idææ, quæ perfectè obtinet rationem idææ est perfecta similitudo; sed similitudo analoga est similitudo imperfecta: ergo si hæc solum interuenit inter Deum, & creaturas, solum imperfectè est idæa creaturarum.

47 *Obstat secundo.* Obstat contra eandem solutionem secundo, sequi ex illa Deum solum esse creaturarum idæam secundum illa prædicata, in quibus cum illis analogicè conuenit; consequens est falsum: ergo & tradita solutio. Falsitas consequentis constans est in nostra sententia: homo enim non solum causatur exemplariter à Deo secundum rationem intellectiui, Deo, & homini cõmunem, sed etiam secundum vltimam differẽtiam, per quam specificè constituitur, & idem est de quauis alia creatura dicendum; & consequenter Deus est idæa hominis, & cuiusvis alterius creaturæ secundum vltimas suas differentias; sed in his prædicatis non conueniunt analogicè cum Deo, sed solum in illis, quæ de Deo; & creaturis prædicantur: ergo falsum est, Deum solum esse creaturarum idæam secundum illa prædicata, in quibus cum illis analogicè conuenit. Sequela autem probatur: vt enim in solutione tradita admittitur, de ratione idææ est, quod inter illam, & idæatum sit similitudo, saltim analoga: ergo solum secundum illa prædicata, in quibus Deus cõuenit analogicè cum creaturis, esse potest illarum idæa; & consequenter nõ erit idæa hominis, & aliarum creaturarum secundum vltimas differentias: quod esse falsum constat ex dictis: & insuper: nam causalitas idæalis in Deo æquè extenditur, atque illius effectiua causalitas: Deus autem efficienter causat creaturarum vltimas differẽtias; & consequenter etiã est illarũ idæa.

48 *Cõfirmatur.* Quod amplius vrgetur: nam prædicatum, in quo vnum imitatur alterum, debet esse vtrique commune, & de vtroque predicari; sed idæatum imitatur idæam in illo prædicato, secundum quod ab illa causatur: ergo illud prędicatum secundum quod idæatum causatur ab idæa, debet esse idææ, & idæato commune, & de vtroque prædicari: sed solũ illa prædicata, in quibus Deus, & creatura analogicè conueniunt, sunt communia Deo, & creaturis: differentiæ autem, quibus constituuntur creaturę, Deo communes non sunt, nec de illo prædicantur: ergo solum secundum prædicata primi generis potest Deus esse creaturarum idæa.

49 *Sententia Henrici.* Hoc argumentum petit vt explicemus, sub qua ratione Dei essentia respectu creaturarum sortiatur rationem idææ. Qua in re teste Bañez *infra quæst. 45. in commentario articuli 6. Henricus de Gandauo quodlibeto 6. q. 2.* docuit, Verbum diuinum esse idæam, qua Deus vt supremus Artifex ad extra operatur, iuxta quam sententiam argumento facto occurritur, concessa maiori, distinguendo minorem, illamque concedendo de essentia sub conceptu essentiæ: negando autem de illa prout Verbo communicata: sic enim licet in esse entis non assimiletur creaturis, nec cum illis conueniat in prædicatis creaturarum propriis; sed solum in illis, quæ Deo, & creaturis sunt cõmunia, & non vniuoca conuenientia, sed tantum analoga: in esse tamen intelligibili repræsentatiuo, & intentionali, creaturis assimilatur, & propria illarum prædicata repræsentat, & hæc conuenientia est sufficiens vt sortiatur rationem idææ, vt constat in idæa, per quam creatus artifex operatur, quæ est verbum mentis, in quo artificiatum ad extra formandum contemplatur; verbum autem, seu conceptus non assimilatur artificiato in esse entis, sed solum in esse intentionali, & repræsentatiuo; & consequenter huiusmodi assimilatio sufficit ad rationem idææ.

Hæc tamen sententia displicet communiter Theologis, ex quibus aliqui illam censent erroneam, & Magister Bañez parum consonam fidei existimat: & rejicitur primo: nam Deus secundum prędicata absoluta est completè potens in ordine ad creaturarum productionem; sed sine idæa creaturarum completè potens non est: ergo ratio idææ est prædicatum absolutum in Deo; & consequenter verbum prout personaliter ab alijs distinctum personis non est creaturarum idæa. Consequentia est bona: minor constat ex dictis: artifex enim non est cõpletè potens producere artificiatum sine idæa artificiati; Deus autem vt supremus artifex causat creaturas; & consequenter completè potens sine idæa creaturarum non est. Maior autem probatur; nã esse completè potens, & completum creaturarum principium est commune tribus personis, aliàs aliqua illarum non esset com-

50 *Respondetur primo.*

completum, & perfectum creaturarum principium, quod hæreticum est; sed solũ prædicata absoluta sunt cõmunia tribus personis: ergo secundum sola prædicata absoluta saluatur in Deo esse completum, & perfectum creaturarum principium; & consequenter Deus secundum prædicata absoluta, & vt est tribus personis communis, est cõplete potẽs creaturas producere.

51 *Secundo.* Secundo reijcitur: in eo consistit idæa, quod est Deo ratio obiectiua operandi, & causandi creaturas; sed Verbum vt personalitèr distinctum ab alijs personis; non est Deo ratio obiectiua operandi, & causandi creaturas: ergo sic sumptum non obtinet rationem idææ. Maior cum consequentia tenet: minor autem probatur: id ipsum est Deo ratio operandi, & causandi creaturas, quod est ipsi ratio obiectiua cognoscendi illas, sed Verbum diuinum ratione proprietatis personalis non est Deo ratio obiectiua cognoscendi creaturas, sed diuina essentia omnibus personis communis: ergo ratio obiectiua operandi non est Verbum, sed essentia diuina. Maior cum consequentia tenet: minor autem probatur: id ipsum est Deo ratio obiectiua cognoscendi creaturas, quod est ipsi ratio cognoscendi se ipsum; sed ratio obiectiua cognoscendi se ipsum non est Verbum, ratione proprietatis personalis, sed diuina essentia, aliàs pro priori originis ad Verbum Deus non cognosceret se ipsum, & consequentèr Verbum non procederet ex cognitione essentiæ diuinæ, & non ex sola fœcunditate produceretur à Patre, sed ex necessitate, vt per ipsum, & in ipso cognosceret quod communi Theologorum sententiæ aduersatur: ergo non Verbum, sed diuina essentia est Deo ratio obiectiua cognoscendi creaturas.

52 *Tertio.* Tertio reijcitur: nam repræsentatio obiectiua creaturarum secundum omnia illarum prædicta conuenit Deo ratione continentiæ eminentialis talium prædicatorum, vt inferius ostendemus; sed continentia perfectionum creaturarum non conuenit Deo ratione proprietatis personalis Verbi, aliàs non esset communis tribus personis: & consequentèr nec diuina omnipotẽtia de omnibus prædicaretur, quod est contra fidem: ergo repræsentatio obiectiua perfectionum creaturarum non cõuenit Deo ratione proprietatis personalis Verbi, sed ratione essentiæ tribus personis communis; & consequentèr esse creaturarum Ideam non conuenit Deo ratione proprietatis personalis Verbi. Prima consequentia ex præmissis colligitur: secunda probatur: eatenus namque Deo conuenit esse creaturarum idæam, quatenus obiectiuè repræsentat illarum perfectiones, vt infra explicabimus: ergo si Verbũ diuinum ratione proprietatis personalis non est Deo ratio obiectiua repræsentandi huiusmodi perfectiones non est Deo creaturarum idæa.

Denique reijcitur; nam sequitur ex sẽtentia Henrici, posse existentiam Verbi diuini vt personalitèr ab alijs personis distinguitur, ratione naturali euidentèr, & demonstratiuè cognosci; consequens est falsum, aliàs Trinitas personarum posset euidenter demostrari, & cognosci per rationem naturalem cõtra communẽ Theologorum sententiam, de qua *infra q.* 32. ergo sententia Henrici sustinenda non est. Minor cum consequẽtia tenet, sequela autem probatur: si Verbum diuinum ratione proprietatis personalis esset creaturarum idæa, creaturæ dependerent à proprietate personali Verbi per se in quarto modo perfeitatis, hoc est, perfeitate causæ: ergo ex illis naturalitèr cognitis posset à posteriori personalitas Verbi demostrari; & consequentèr posset euidentèr ratione naturali cognosci. Antecedens patet: nam creaturæ per se dependent à Deo, non solum vt principio effectiuo, & finali, sed etiam vt à causa exemplari; & consequentèr per se à Deo vt illarũ idæa dependẽt: ergo si Verbum ratione proprietatis personalis, esset creaturarum idæa, dependerẽt per se ab illa quarto modo perfeitatis, hoc est, perfeitate causæ. 53 *Denique.*

Consequentia autem ostenditur primo: quia namque per se dependent à Deo vno, vt à principio effectiuo, & finali, Deus vt vnus potest ex creaturis naturalitèr cognitis euidentèr cognosci, & illius existentia demonstrari à posteriori, vt constat ex his, quæ tractatu primo cum communi sentẽtia docuimus: ergo si per se hoc genere perfeitatis dependet à propria personalitate Verbi, poterit ex illis vt cognitis naturalitèr cognosci euidentèr, & à posteriori illius existentia demostrari. 54 *Consequẽtia ostenditur primo.*

Secundo: nam quod creaturæ repræsentent Deum, & id circo possint vt cognitæ ducere in illius cognitionem fundatur in dependentia, quam habent à Deo: ergo si per se dependent a proprietate personali Verbi, per se repræsentant illam; & consequentèr vt cognitæ ducent in euidentem cognitionem Verbi, vt personalitèr ab alijs distincti, & sic sumptum poterit quoad existentiam, ex creaturis vt cognitis, naturalitèr demonstrari à posteriori. *Secundo.*

***

§. VI. Qua

§. VI.

Quæ pro Henrico faciunt, diluuntur.

55 *In fauorẽ Hẽrici arguitur primo.*

TAmetsi Henrici sententia falsisima sit, & communi Theologorum sensui contraria: in illius tamen favorem argumentari possumus primo ex August. relato à D.Tho.*q.3.de veritate,art.1.in argumento sed contra: lib.de Trenitate Dei*,asserẽte,*qui negat idæas esse, infidelis est: quia negat Filium esse*;sed si Verbum nõ esset creaturarum idæa,causalis Augustini esset nulla:ergo iuxta Augustinum Verbum ratione proprietatis personalis est idæa creaturarum. Probatur minor: qui negat idæas in Deo,solum negat illud prædicatum ratione cuius Deo conuenit esse creaturarũ idæam: ergo si Deo non conuenit ratione Verbi esse creaturarum idæam, qui negat idæas esse,non negat Filium esse; & consequenter non ideò infidelis erit, quia negat Filium esse,quæ est causalis Augustini; & consequenter Augustinus damnãs infidelitatis negantes idæas esse, quia negat Filiũ esse, incpra causali est vsus.

56 *Respondetur.*

Respondeo admissa vt iacet auctoritate Augustini, negando minorem: ad illius probationem, distinguo antecedens: immediatè,concedo antecedens: mediatè,& ex consequenti, nego antecedens, & consequentiam: nam licet qui negat idæas in Deo, solum neget immediate prædicatum,ex quo Deo conuenit, quod sit idæa: mediatam autem,& ex consequenti etiam negat, quod tale prædicatum necessario supponit,vel tanquam principium sui, vel tanquam obiectum principij: licet autem filius non sit Deo ratio producendi creaturas; quia tamen procedit ex cognitione, non solum essentiæ,& relationum, sed etiam ex cognitione creaturarum, & ex cognitione essentiæ divinæ,pro vt est ratio cognoscendi creaturas, qua ratione obtinet cõceptum idææ; fit consequens, vt qui negat idæas, neget ex consequenti filium esse,non quia filius sit Patri idæa, sed quia rationem idææ necessario in Deo supponit,vt obiectum cognitionis, ex qua filius procedit, & quidem, qui negaret Deo sapientiam, negaret ex consequenti filium esse,non quia filius sit sapientia, qua Deus, vel Pater est sapiens, sed quia filius in quãtum Verbum ex sapientia Patris procedit; quia vt docet D. Thomas 4. *Contra Gentes, cap.* 11. Verbum dicitur sapientia Patris, non vt principium sapientiæ, nec vt sapientia Patris formaliter, sed terminatione, quia nempè est terminus ex sapientia Patris procedens.

57 *Resp.2.*

Vel secundo responderi potest ad probationem minoris, negando antecedens; nam qui negat idæam in Deo, non solum negat prædicatum, ex quo Deo conuenit ratio idææ,sed etiam negat omne, cui tale prædicatum essentialiter conuenit: licet autem Filius non sit Patris idæa ratione proprietatis personalis, est tamẽ illi essentialis ratio idææ, non ratione relationis, sed ratione essentiæ: vnde Augustinus *lib.6.de Trinitate, cap.*10. ait: *Quod Filius est ars Patris plena omnium rationum viuentium*, ideſt, omnium idæarum, vt exponit Diuus Thomas *quæst.3.de veritate, art.1. in argumento* 9. *sed contra*: & ideò, qui negat idæas esse, negat etiam Filium esse, non quia Filius ratione proprietatis personalis sit idæa creaturarum, sed quia ratione essentiæ in se continet omnium rerum rationes.

58 *Si opponas.*

Si dicas, ratione essentiæ etiam Pater, & Spiritus Sanctus sunt idææ creaturarum, & consequentèr si oo hanc causalem, qui negat idæas negat filium, etiam negat Patrem, & Spiritum Sanctum; sed Augustinus non de Patre, aut Spiritu Sancto,sed solum de Filio asserit,quod qui negat idæas esse,negat etiam Filium esse: ergo non ob id doctrina Augustini est vera, quia filio ratione essentiæ competat esse creaturarum idæam, sed quia id habet ratione proprietatis personalis.

59 *Respond.*

Respondeo,concessis maiori, & minori, negando consequentiam: non enim ideò Augustinus id docuit specialitèr de Filio,quia ratione proprietatis personalis ei competat ratio idææ, sed ideò, quia idæam esse licet sit prædicatum tribus personis commune appropriatur tamen filio, eo quod idæa est in genere intelligibili, & ad intellectum pertinet, & omnia, quæ ad intellectum pertinent, licet sint prædicata cõmunia tribus personis per appropriationem specialitèr dicuntur de Filio quia per intellectum procedit, sicut ea quæ pertinent ad voluntatem appropriantur Spiritui Sancto, quia est terminus per voluntatem productus,& quæ pertinent ad omnipotentiam appropriantur Patri,quia est principium sine principio: sicut ergo esse idæam licet tribus personis cõueniat, dicitur specialiter per appropriationem de Filio; ita qui negat idæas licet re vera neget Patrem, & Spiritum Sanctum esse, specialiter per appropriationem negat existentiam Filij, & in hoc sensu Augustinus specialitèr fuit loquutus de Filio, specialitate nempè,non proprietatis, sed appropriationis.

60 *Secundo arguitur*

Secundo arguit potest in fauorem Henrici ex D. Thoma *infra quæst. 45. artic. 6. in corpore*, vbi probat, creationem non esse pro-

propriam alicui personæ, sed tribus personis communem: *Quia Deus est causa rerum per suum intellectum, & voluntatem, sicut artifex rerum artificiatarum; artifex autem per Verbum in intellectu conceptum, & per amorem suæ voluntatis ad aliquid relatum operatur: vnde; & Deus Pater operatus est creaturas per suum Verbū, quod est Filius, & per suum Amorem, qui est Spiritus Sanctus*: ergo iuxta Diuum Thomam Verbum diuinum est idæa per quam Deus creaturas producit. Probatur consequentia; nam probat D. Thomas, Deum Patrē operatum esse creaturas per Verbum suū, quod est Filius; quia Deus est causa creaturarum, vt artifex rerum artificiatarum: artifex autem per Verbum operatur artificiatum; sed artifex operatur per Verbum vt idæam artificiati: ergo Deus Pater operatus est creaturas per suum Verbum, vt idæam creaturarum.

61 *Respond.* Respondeo ex Caieno ibidem in commentario articuli ad finem, distinguendo consequens: per Verbum secundum propria Verbi, nego consequentiam: per Verbum secundum ea, quæ appropriantur Verbo, concedo consequentiam: vel alijs terminis, distinguo consequens: per Verbum ratione proprietatis personalis, nego consequentiam per Verbum ratione prædicatorum communium, quæ Verbo appropriantur, concedo consequentiam, & quod hæc sit mens D. Thomæ, constat clarè ex illis verbis, quibus concludit corpus articuli: *Et secundum hæc processiones personarum sunt rationes productionis creaturarum, in quantum includunt essentialia attributa, quæ sunt scientia, & voluntas.* Et quibus sine interprete habetur, Verbum non esse Patri rationem operandi creaturas per modum idææ ratione proprietatis personalis, per quam à Patre, & Spiritu Sancto distinguitur; sed ratione scientiæ, quam includit, quæ licet sit tribus personis communis appropriatur tamen filio, sicut Patri appropriatur potentia, & Spiritui Sancto amor, & quæ ad bonitatem spectant, vt explicat D. Thomas, *art. 4. relato ad secundum argumentum*, & prius docuerat *quæst. 36. art. 8.*

62 *Explicatur solutionis Doctrina.* Vbi obiter est advertendum, cum asserimus Verbum esse idæam Patris ratione scientiæ, non sumi scientiam pro cognitione, & prout ab obiecto distinguitur, sed prout obiectum scibile includit; cū enim vt infra explicabimus, non cognitio, sed obiectum cognitionis sortiatur rationē idææ in Deo, non conuenit Verbo esse idæā ratione cognitionis diuinæ prout distinguitur ab obiecto, sed prout includit rationem obiecti: vnde dici potest Patrem producere creaturas per Verbum vt artem, ratione cognitionis practicæ Verbo appropriatæ; cum vt supra vidimus Augustinus *lib. 6. de Trinitate, cap. 10.* dicat de Filio, quod *est ars Patris plena omnium rationum viuentium*, & per Filium vt idæam, ratione diuinæ essentiæ cognitæ vt imitabilis à creaturis, sub: qua consideratione diuina essentia est idæa; & quamuis communis sit tribus diuinis personis, Filio tamen appropriatur, sicut, & omnia alia, quę spectant ad intellectum.

Sed dices, Diuus Thomas probat Deum Patrem operatum esse creaturas per Verbum, quia operatur vt artifex, artifex autem per Verbum in intellectu conceptū operatur artificiata; sed Verbum in intellectu conceptum secundum sibi propria est artifici creato idæa, per quam operatur artificiatum: ergo diuinum Verbum secundum sibi propria est Deo Patri idæa, per quam causat creaturas. 63 *Replicabis.*

Respondeo, concessis maiori, & minori, negando consequentiam; ratio autem discriminis est; nam artifex creatus producit verbum ex necessitate, vt in illo contempletur obiectum, & quia id obtinet ratione idææ, quod est ratio obiectiua concipiendi artificiatum, fit consequēs vt in artifice creato verbum in mente conceptum secundum sibi propria sit illi idæa per quam operatur; Verbum autem diuinum non ex necessitate ad intelligendum producitur, sed ex fœcunditate diuinæ naturæ, vndæ supponit Patrem se, & omnia intelligentem, & ex omnium cognitione procedit; ac proinde secundum sibi propria non est Patri ratio obiectiua intelligendi creaturas, sed solum secundum prædicata communia. Ex quo vlterius colligitur non esse secundum sibi propria idæā per quam, & ratione cuius Deus Pater operetur creaturas, sed solum secundum prædicata communia sibi propria. 64 *Respond.*

Sed instabis primo; nam sequitur ex hac solutione nihil probasse D. Thomam de Verbo quoad rationem idææ, quod Patri, & Spiritui Sancto commune non sit; sed hoc est falsum cum distinguat inter Filiū, & Spiritum Sanctum, & Filio attribuat concursum idæalem, & Spiritui Sancto concursum per modum amoris: ergo solutio tradita est nulla. Probatur sequela: esse idæam ratione prædicati absoluti, conuenit omni, cui conuenit absolutum prædicatum, & consequenter conuenit tribus personis, quibus omnia prædicata absoluta conueniūt; sed iuxta solutionis doctrinam D. Thomas solum dat Verbo esse idæam creaturarum secundum prædicata communia: ergo iuxta illam nihil tribuit D. Tho- 65 *Instabis 1.*

Digitized by Google

D. Thomas Verbo, quantum ad rationem idææ, quod Patri, & Spiritui Sancto non competat.

66 *Instabis secundo.* Secundo; nam sequitur ex eadem doctrina non probasse Diu. Thomam, quod Verbum vt ab alijs distinctum ad rerum productionem concurrat; consequens est falsum, alias D. Thom. non probasset intētum articuli, quod erat creationem rerum esse communem tribus personis; & consequentèr tres personas distinctas ad creationem concurrere: ergo solutio tradita ad mentem D. Thomæ non est. Probatur sequela; nam D. Thomas probat, quod divinum Verbum ad creationem rerum concurrat; quia artifex per verbum in intellectu conceptum operatur artificiata, qui concursus est idæalis; sed iuxta solutionis doctrinam concursus idæalis non præstatur à Verbo divino ratione propriorum, sed vt includit prædicata communia, & ratione illorum: ergo D. Thomas non probat Verbum divinum vt ab alijs personis distinctum ad creationem rerum concurrere.

67 *Tertio.* Tertio; nam ex solutione sequitur posse dici de Patre per se ipsum vt idæam operatum esse creaturas, sicut D. Thomas docet, Deum Patrem operatum esse creaturas per Filium consequens non admittemus: ergo nec solutioni traditæ acquiescere possumus. Probatur sequela: ea ratione asseruimus Deum. Patrem operatum esse creaturas per filium vt idęam; quia filius secundum ptædicata absoluta pertinentia ad intellectum fortitur rationem idæę; sed etiam Patet secundum prædicata absoluta est idæa creaturatum: ergo potest dici de Patre per se ipsum vt idæam operatum esse creaturas, sicut de illo dicitur operatum esse creaturas per Filium.

68 *Respond. ad 1 instā tiam.* Respondeo ad primam replicam, distinguendo consequens: nihil quod alijs personis non sit commune quoad convenientiam absolutè, concedo sequelam: quoad appropriationē, nego sequelam: & sub eadem distinctione minoris, nego consequētiam. Nec contra hanc distinctionem obstat probatio sequelæ; nam licet prædicata absoluta, ratione quorum Filio convenit esse idæam, sint communia tribus personis; & consequenter esse idæam creaturarum tribus personis conveniat, soli tamen filio appropriantur, quia spectant ad intellectum, per quem Filius procedit; & cōsequentèr esse creaturarum idæam soli Filio convenit per appropriationem.

69 *Ad 2.* Ad secundam, distinguo consequens: ly *vt* dicente rationem concurrendi ad creaturarum productionem, concedo sequelam: ly *vt* denotante concurrens vt *quod* mediatum, nego sequelam: & sub eadem distinctione minoris, nego consequentiā: nec D. Thomas intendebat probare tres personas diuinas vt intet se distinctas concurrere ad rerum productionem, ita vt id, in quo distinguuntur esset illis ratio concurrendi vt principium *quo* effectiuum, directiuum, motiuum, aut regulatiuum obiectiuè; nam omnipotentia, quæ est principium *quo* effectiuum, scientia, quæ est principium *quo* directiuum, voluntas mouens, & idæa, regulans obiectiuè, sunt prædicata tribus personis communia; & consequentèr ratio, qua personæ diuinæ ad creaturarum productionem concurrunt, non potest esse id, quod est proprium personis, sed solum intendebat probare tres personas vt distinctas concurrere ad creaturarum productionem, vt principium *quod* virtualitèr mediatum, simul explicans specialem modum concurrendi quātum ad appropriationem, quod intentum assequutus est D. Thomas; nam eo ipso quod ratio, vel principium *quod* influendi tribus personis conueniat, necessario conuenit illis vt *quod* ad rerum productionem concurrere, & quia scientia, quę est principium dirigens appropriatur Filio, & voluntas mouens appropriatur Spiritui Sancto, consequentèr appropriatur Filio concurrere directiuè, & Spiritui Sancto motiue.

Ad Tertiam obiectionem dicatur, quod 70 iuxta D. Thomam infra, quæst. 45 art. 6. *AA* 3. ad secundum: *Hæc propositio* per *solet denotare causam mediam, siuè principium de principio*, & in hoc sensu non potest de Patre dici per se ipsum vt idæam operatum esse creaturas, quia non distinguitur à se ipso, nec à se ipso procedit; in alio tamen sensu prout applicata supra *se ipsum*, denotat immediationem, verè potest dici de Patre per se ipsum vt idæam causare creaturas, etsi hoc de Patre per appropriationem nō dicatur, sicut nec scientia, nec voluntas Patri appropriatur, quamvis verè Patri conueniant. Ex qua doctrina consequitur posse de Patre, & filio dici producere creaturas per Spiritum Sanctum vt idæam in sensu proprio, cum Spiritus Sanctus ab vtroque procedat, & alias ratione essentiæ idæa sit creaturarum; non tamen in sensu appropriatiuo; quia illa, quæ ad intellectum spectant non appropriantur Spiritui Sancto, benè tamen ea, quæ spectant ad voluntatem: vnde in sensu appropriatiuo dicitur Patrem, & Filium per Spiritum Sanctum vt amorem creaturas producere. 17

Nec obstat, quod Pater immediate causet creaturas vt non possit dici illas per Filium causare, quia cum Filius à Patre pro-

DISPVTATIO QVADRAGESIMA TERTIA.

An Idæa in Deo sit diuina essentia, vel creatura obiectiuè existens in diuino intellectu?

§. I.

Idearum existentia probatur.

Nu. 1. *Dari in Deo idæas etiam Gentiles cognouerunt.*

IN qua disputatione vt indubitatã supponimus idearũ existentiam, quæ adeò explorata est apud omnes Catholicos, vt D. Th. *in 1. sententiarum dist. 36. quæst. 2. art. 1. in argumento 1. sed contra*, referat ex Augustino, *lib. 83. quæstionum q. 48.* quod qui negat idæas esse, negat filium esse, quod est hæreticum: & *q. 3. de veritate, art. 1. in arg. 1. sed contra*, ex eodem Augustino, *lib. de Ciuitate Dei*, quod qui negat idæas esse, infidelis est; quia negat filium esse. Quam veritatem etiam Phylophi Gentiles agnouerũ. Plato in Tymeo, qui iuxta Augustinum primus idææ nomen inuenit, rem tamen ipsam Antiquiores cognouere, vt de Socrate refert Eusebius *lib. 11. de præparatione Euangelica, cap. 1.* Id ipsum de Phylone, & Plotino, & Magno Trimegisto referunt alij. In eandem conspirarunt sententiam Seneca *Epistola 65.* Tulius *lib. 1. Tusculanarum quæstionum* Aristoteles 7. *metaphysicæ*, & alibi sæpè imponens Platoni idæas àsingularibus extra intellectum separatas posuisse, quod tamen negat Augustinus *lib. 83. quæstionum, quæst. 46.* vbi veram de idæis sententiam attribuit Platoni, dicens, rationes rerum in diuina mente ab æterno existẽtes, idæas appellasse, atque in hoc sensu Platonis sententiam, præter Augustinum, acceperunt Cælius Rodiginius *lib. 16. lectionum antiquarum, cap. 16.* Clemens Alexandrinus *lib. 4. Stromatum ad finem.* Et Eugubinus ex Plutarcho *lib. 1. de peremni philosophia.* Quod omnes sequuti Scholastici Doctores *in 1. distinct. 36.* & Theologicum D. Tho. in præsenti tanquam certam veritatem statuerunt, idæas esse admittendas, in Deo quidem respectu omnium rerum, quas causat; in creaturis autem solum respectu rerum artefactibilium.

Et suadetur breuiter; quia res est manifesta, hac sola ratione ex præallegatis locis D. Thomæ desumpta; nam omne agens per intellectum, apud se habet rationem sui operis, nisi ignoret quid agat; sed Deus agit per intellectum, & non ignoranter: ergo sunt apud ipsum rationes rerum, quæ dicuntur idææ. Qua ratione vsus est D. Thomas *quæst. 3. de veritate, art. 1.* ex Augustino *lib. 83. quæstionum, quæst. 46.* illis verbis: *Quis audeat dicere Deum irrationabiliter omnia condidisse? Quod si rectè dici, & credi non potest, restat vt omnia ratione sint condita, &c.* Et paucis interpositis, *atque has rerum rationes, principales apellat idæas Plato, non solum sunt idææ, sed ipsæ veræ sunt, &c.* Quæ ratio fere est eadem, ac illa, qua vsus est D. Thomas *in 1. articulo huius quæstionis*, ad hanc formam redacta. Agens per intellectum debet in se habere formam rei, quam causat in esse intelligibili, quæ appellatur idæa, & ratio rei fiẽdæ; sed

2 *Probatur ratione.*

sed Deus per intellectum producit creaturas: ergo necesse est ponere in illius mente formas omnium rerum, ad quarum similitudinem fiant, quæ vocantur idææ. Maiorem probat D. Thomas; nam in omnibus, quæ à casu non fiunt, formam debet esse finis generationis; at agens nequit formam intendere, nisi in se habeat formæ similitudinem, quam exprimere intendat in effectu, vel in esse intelligibili, vel in esse naturali: ergo agens per intellectum, debet in se habere in esse intelligibili formã rei efficiendæ, ad cuius similitudinem ipsam efficiat, ac proinde in illius mente idæa rei faciendæ necessario est ponenda.

3 *Duplex idææ diffinitio.*

Idææ autem definitio varie solet constitui, Seneca *in quadam Epistola* sic illam diffinit: *Idæa est exemplar ad quod artifex inspiciens operatur, quidquid operatur*; qua diffinitione vsus est Aristoteles *septimo metaphysicæ, cap. 7. text. 32.* Diuus Thomas *in hac quæst. art. 1.* sic diffinit idæam; *Idæa est forma alterius rei præter ipsam existens.* Et *quæst. 3. de veritate, artic. 1.* sic illius diffinitionem tradit: *Idæa est forma, quam aliquid imitatur ex intentione agentis determinantis sibi finem.* Pro cuius explicatione aduertit, formam alicuius rei posse accipi tripliciter: primo pro forma à qua, ideſt, pro illa à qua efficienter procedit effectus, sicut à forma ignis, quæ est in agente, alius ignis procedit. Secundo pro forma per quam intrinsecè res constituitur, sicut homo per animal rationale. Tertio modo pro forma ad quam, ideſt ad cuius imitationem aliquid formatur. Quia tamen vnum alterum imitari contingit dupliciter, scilicèt, per se, & ex intentione agentis, sicut imago à pictore formatur ex intentione vt suum prothotypum imitetur, & per accidens, ideſt à casu, præter intentionem agentis, sicut multoties in pictoribus accidit vt imaginem alicuius depingant, cuius similitudinem non intendebant: notat D. Thomas ad rationẽ idææ, non sufficere habere secundum imitationis modum, sed primum necessario exigit, Quod denotatur per particulam ad *cuius imitationem*, quæ importat habitudinem effectus ad finem.

Forma tripliciter dicitur.

4 *Operari propter finẽ fiat dupliciter.*

Et quia operari propter finem contingit dupliciter: primo ab intrinseco, ita vt ipsum agens sibi finem determinet: secundo ab extrinseco per determinationem ab alio superiori agente, vt contingit in operibus naturæ, propter quod dicitur, quod *opus naturæ est opus intelligentiæ*: notat in super Angelicus Doctor, non sufficere ad rationem idææ, quod ipsam imitetur effectus, nisi ex intentione agentis qui determinet sibi finem procedat: vnde non dicitur forma hominis generantis idæa, aut exemplar hominis geniti, quamuis illam imitetur per se. Ex quibus colligitur, *formam* poni in prædicta diffinitione pro genere, in quo conuenit forma exemplaris cum forma intrinseca, quæ est principium agendi, *quam aliquid imitatur*, vt differentia, non tamen infima, sed subalterna; cũ in hac conueniat forma exemplaris cum forma, quæ est principium effectiuum alicuius effectus. Cæteræ autem particulæ explicant vltimam differentiam athomam.

5 *Oppones.*

Sed dices, si Deus instrumentum creati artificis ad opus artificioſe fiendum necessitaret, verè in tali casu ageret per idæam, & tamen non determinaret sibi finem: ergo vltima particula posita à Diuo Thoma redundat in diffinitione idææ. Probatur minor, non se determinaret ad finẽ, cum non ageret libere: ergo non determinaret sibi finem. Ad hoc argumentum respondent aliqui, negando maiorẽ, eo quod ad rationẽ idææ requiri existimant, quod effectus imitetur formam ex intentione agentis libere operantis. Existimant fundamentum habere in D. Thoma, *quæst. 3. de veritate, art. 1. probe finem corporis articuli*, vbi dicit, quod si Deus ageret ex necessitate naturæ, non haberet idæam.

Respõdet aliqui.

6 *Reijcitur 1.*

Hæc tamen solutio non placet; tùm, quia in tali casu inspiceret ad exemplar artificiati formaliter, at idæa iuxta Aristotelem, *est exemplar, quod aspiciens artifex operatur*: ergo etiam si necessario ageret, ageret per idæam. Tùm etiam; nam si artifex peritus in arte pingendi incidens in amentiam, imaginem depingat iuxta regulas artis, in mente habens prothotypum, cuius similitudinem in imagine exprimat salvabitur ratio exemplaris; & tamen non aget libere, sed necessario iuxta frequentiorem Thomistarum sententiam 1. 2. *quæst. 18. art. 1.* qui nullam libertatem in amentibus recognoscunt, sicut nec in pueris ante vsum rationis; ergo agentis libertas non est de ratione exemplaris. Probo maiorem, imago depicta ab amente esset effectus artis, esto non ageret libere, sed naturaliter: ergo etiam esset effectus idææ. Patet consequentia; nam ars concurris *regulatiuè* ex parte subiecti, sicut idæa regulando *obiectiuè*: ergo si causalitas artis, absque agentis libertate saluatur, etiam regulatio obiectiua, in qua idææ causalitas cõsistit, absque agentis libertate subsisteret.

Secundo.

7 *Vera obiectionis solutio.*

Quare hac solutione omissa, ad obiectionem factam respondeo, concessa maiori, negando minorem. Ad cuius probationem, concesso antecedenti, nego cõsequẽtiam;

riam; nam determinare sibi finem, prout à D. Thoma ponitur in diffinitione idææ, solum denotat, quod finem imitandum per intellectum sibi proponat, siue necessario, siue libere agat, quod etiam in agente per intellectum saluatur, etsi operetur per modum naturæ. Quod patet, nam per illam particulam solum excludit Diuus Thomas à ratione exemplaris formas naturalium agentium, vt formam ignis, media qua alius ignis generatur, eo quod licet ignis genitus euadat similis generanti in forma, quia tamen hæc forma non inspicitur, nec apprehenditur ab igne generante, ideò non obtinet rationem idææ: ergo non intendit excludere à ratione idææ formam inspectam, quando agens per intellectum naturaliter ageret.

8 Nec obstat doctrina D. Thomæ inter respondendum adducta; nam vt bene obseruauit Sapientissimus Magister Bañez in commentario huius articuli, intelligẽda est, si Deus ageret ex necessitate naturæ, vel per emanationem naturalem creaturarum a Deo, vel per productionem, vi potentiæ non intellectiuæ; secus autem si quamuis naturaliter ageret creaturas produceret per intellectum, & voluntatem, tunc namque esto naturaliter ageret, essent ponendæ necessario idææ in diuino intellectu.

§. II.

Eligitur vera sententia, & aliquorum rationes examinantur.

9 *Prima sententia.* HIs igitur ita suppositis circa existentiã, & diffinitionem idææ, in quibus nihil controuersiæ versatur, quod in examen vertimus est, an idæa ad quam Deus inspiciens creaturas producit, sit diuina essentia, vel creatura ipsa obiecta diuino intellectui? Prima sententia hoc secundum affirmat. Ita Scotus *in* 1. *distinct.* 35. *quæst.* 1. §. *ad ista.* Occamus *Ibidem, quæst.* 5. Gabriel, *art.* 2. *notabili* 1. Aliacensis, *quæst.* 6. *artic.* 3. probabiliter Ricardus *distinct.* 36. *art.* 1. *quæst.* 2. Et Maior *distinct.* 35. *quæst.* 1. *in fine.* Rada *tom.* 1. *controuersia* 20. *art.* 3. *conclusion.* 5. Et nouissime Arriaga *in metaphysica disp.* 8. Eandem sententiam tenet Durandus *in primo distinct.* 36. *quæst.* 1. differt tamen ab Scoto in eo quod recognoscit in diuina essentia rationem exemplaris; seu idææ respectu creaturarum, quantum ad perfectiones Deo, & creaturis, communes, vt sunt, esse viuere, & intelligere, & si imperfectã ob imperfectam similitudinem: Scotus autem, & eius discipuli nullam exemplaris rationem in diuina essentia respectu creaturarum videntur agnoscere, sed solum in creaturis prout in esse diminuto, seu cognito ab æterno productis.

Scotus. Occam. Gabriel. Aliac. Ricardus Maior. Rada. Arriaga. Durand.

Vera tamen sententia defendit, non in creaturis, vt obiectiuè cognitis à Deo, sed in aliquo increato rationem diuinarum idearum consistere. Hanc tenet Caietanus Bañez, Zumel, Nazarius, Zanardus, Ripa, & Serra, circa istum articulum, Capreolus *in* 1. *distinctione.* 36. *quæst.* 1. Ferrara 1. *Contra Gentes, cap.* 54. Quos ex alienis sequuntur Molina *in præsenti disputat.* 2. Vazquez *disp.* 71. *cap.* 2. Arrubal *disp. unica.* Fasolis *conclusione* 2. Meratius *de Deo disp.* 30. Suarez *in metaphysica, disp.* 25. *sectione* 1. Et præter Scotistas, omnes quos viderim, vno excepto Arriaga, qui in hac parte contra communem suorum Theologorum sententiam voluit magis Scotista, quam Thomista apparere, verum licet nostra sententia communis, & verissimam sit: plures tamen rationes, quibus solet ostendi, parum solidæ apparent.

Secunda, & vera sententia. *Caietan. Bañez. Zumel. Nazar. Zanard. Ripa. Serra. Capreol. Ferrara. Molina. Vazq. Arrubal. Fasolis. Merati. Suarez.*

Primo illam probat Molina, ex eo quod prius est rem aliquam esse possibilem, quam rationem entis habere, & consequenter rationem cognoscibilis, cum ideò sit ens, quia potest fieri: ergo exemplar primum, in quo à Deo fieri posse conspicitur, non est ipsa natura creata sub ratione entis, sed diuina essentia in qua continetur, & à qua obtinet rationem possibilis. Quod ita confirmat; Deus cognoscit creaturas in sua essentia tanquam in causa, in qua virtute continentur: ergo prius videt suam virtutem, in qua continentur, & modum, quo possint ab illa emanare quam videat creaturas: ergo diuina essentia prout sic prius visa ostendit Deo modum productionis illarum, & consequenter non creaturæ cognitæ, sed diuina essentia, & virtus continens illas erit exemplar, quod Deus inspiciens, producit creaturas.

11 *Illã probat Molina.* *Confirmat*

Secundo illam probat Suarez; nam idea debet esse subiectiuè in mente; at res creatæ solum habent esse obiectiuè in diuino intellectu: ergo nequeunt esse diuina exemplaria. Maiorem probat; tùm, quia munus idææ est determinare actionem externam intellectualis agentis, ac proinde gerit munus formæ, & sicut res naturales determinantur per naturales formas, vel qualitates, ita agens intellectuale per formam intellectualem sibi proportionatam: ergo debet esse subiectiuè in agente intellectuali. Tùm etiam, ex alio munere idææ, quod est dirigere actionem agentis intellectualis, vt in certum terminum, & scopum tendat; at hæc determinatio solum potest fieri per actualem mentis repræsentationem, quæ est propria conceptionis formalis sub-

12 *Secundo probat Suarez.*

Digitized by Google

ſubiectiuè intra intellectum exiſtentis: ergo.

13 *Tertio arguit Arrubal.*

Tertio Arguit Arrubal; creaturæ vt obiectiuè cognitæ à Deo, eſſentialiter ſunt quædam imitatio alterius: ergo etiam vt ſic cognitæ præſupponere debent cauſam exemplarem; & conſequenter prout ita cognitæ, nequeunt eſſe idæa, quibus Deus in operando vtatur. Denique aliqui ex noſtris Doctoribus ſic arguunt: creaturæ vt obiectiuè cognitæ à diuino intellectu nõ ſunt aliquid reale, ſed quid rationis; at idæa eſt forma realis ſicuti, & realis cauſa idæati: ergo creaturæ vt cognitæ à Deo non ſortiuntur rationem idææ.

Quarto ſuadent alij.

Confirm. Quod ita confirmant; idæa eſt cauſa finalis reſpectu idæati; at res vt obiectiuè cognitæ nequeunt eſſe finis alicuius realis actionis, cum prout ſic ſolum dicant denominationem rationis, quæ nequit actum realem finalizare: ergo creaturæ vt cognitæ non obtinent rationem idææ.

14 *Iſta argumenta nõ vrgent.*

Hæc tamen argumenta parum poſſunt contrarios Auctores vrgere, non primum, nam aſſumit falſum ſcilicet prius eſſe, rem aliquam eſſe poſsibilem, quam habere rationem entis; cum iuxta Diuum Thomã *infra quæſt. 25. art. 3.* ratio abſolutè poſſibilis, quæ obiectum diuinæ omnipotentiæ eſt, idem ſit quod ratio entitatis, vel in ratione entitatis fundetur, ſicut & ratio impoſsibilitatis in non ente, ſeu negatione entitatis fundatur, vel eſt idem cum illa. *Ad 1 reſpõdetur.* Nec amplius confirmatio conuincit; nam eſto Deus pro illo priori videat ſuam potentiam actiuam, & modum illius, non tamen probat Molina, quod prius quam videat creaturas intueatur modum producibilitatis paſsiuę, in quo contrarij Auctores conſtituunt rationem idææ, cuius falſitatem ſuo argumento non probat Molina. *Ad confirmationem.*

Nec magis vrget argumentum Suarez, cuius maior eſt falſa; nam in diuina eſſentia vt obiectiuè cognita à Deo reperiri rationem idæa, conſtat clarè ex D. Thoma, *art. 1. & 2.* nec illam probationes factæ conuincunt; nã licet res cognita nequeat 15 determinare; aut dirigere, determinatione, aut directione formali, bene tamen determinatione, aut directione obiectiua, quam ad rationem idææ ſufficere docent contrarij Auctores. *Ad 2.*

Nec tertium argumentum aliquid conuincit; nam licet conſequentia ſit bona antecedens autem aſſumit probandum, ſcilicet inter idæam & idæatum debere eſſe alietatem, & diſtinctionem realem, quam non probat, ſed ſupponere videtur Arrubal; ſi namque idem poteſt idæare ſe ipſũ, non eſt cur creaturæ cognitæ à Deo debeant ſupponere cauſam exemplarem; cũ ipſæ prout ſic cognitæ idæare poſsint ſe ipſas ſub alia ratione, nempè vt extra cauſas futuras. *Aduertit*

Nec vltimum argumentum plus roboris habet, falſum enim eſt creaturas vt obiectiuè cognitas à diuino intellectu eſſe aliquid rationis, tùm, quia vt ſic habent eſſe obiectiuum in diuino intellectu, quem nullum ens rationis poſſe fabricare, vtpote rati eſt conformius, tùm etiam, nam prout ſic ſunt obiectum diuinæ omnipotentiæ, quod eſſe aliquid reale realitate eſſentiæ, licet non realitate exiſtentiæ, multo probabilius eſt, de quo videantur Theologi *Infra quæſt. 25. art. 3* Tùm denique, nam finis vt in apprehenſione ſolum exiſtens non eſt aliquid rationis, ſed reale poſsibile, aut futurum, cum prout ſic excreeat finalem cauſalitatem: ergo creaturæ vt obiectiuè cognitæ à Deo aliquid reale ſunt realitate eſſentiæ poſsibilis, & ſi non realitate exiſtentiæ. 16 *Ad Vltimum.*

§. III.

Vera ſententia probatur.

HIs ergo, & alijs argumentis omiſsis, probanda eſt in primis noſtra concluſio ex modo, quo Patres loquuntur de diuinis idæis. Dionyſius enim *c. 5. de diuinis nominibus, Ideas*, ait, *quod exemplaria ſunt, diuinæ voluntatis determinatiuæ, & effectiuæ rerum.* Damaſcenus oratione prima de imaginibus: *Sunt*, inquit, *in Dei imagines, & exemplar eorum, quæ ab ipſo futura ſunt, nempè conſilium eius æternum, quod ſe habet ſemper eodem modo.* Auguſtinus tract. 1. in Ionnem ad illa verba, *quod factum eſt in ipſo, vita erat*, ait: *Ideo dictum; quia quod factum eſt, in Deo habet rationem, quæ vita eſt*: per rationem autem intelligere idæam, conſtat ex eodem Auguſtino *libro 83. quæſtionum, quæſt. 46.* vbi ait: *Ideas, formas, ſpecies, ſeu rationes appellari*; at hæc omnia rectè verificantur, ſi idææ diuinæ ſint aliquid increatum, quaſi ſubiectiuè exiſtens in Deo, ſecus autem, ſi creaturas à Deo obiectiuè cognitas idæas eſſe aſſeramus: ergo non creaturæ cognitæ à Deo, ſed ipſa increata eſſentia obtinet rationem idææ, qua Deus vtitur in rerum formatione. 17 *Probatur 1. concluſio ex PP.*

Deinde ſuadetur ex D. Thoma, qui perpetuus eſt in hac doctrina, *quæſt. 3. de veritate, art. 1. ad ſextum*, ex Dionyſio aſſerente, Deum non cognoſcere per idæam, reſpondet, loqui Dionyſium de idæa, quæ accipiatur à rebus, non autem excludere à diuina mente increatam idæam. Idem docet *in ſolutione ad ſeptimum*, & clarius ſolutio- 18 *Secundo prob. ex D. Thom.*

lutione ad octauum, his verbis: *Dicendum, quod ſicut Deus, quia non poteſt non eſſe non indiget eſſentia, quæ ſit aliud, quam ſuum eſſe; ita quia non poteſt deficere cognoſcendo, vel volendo, non indiget alia regula à ſe ipſo.* Nomine autem *regulæ* intelligere ideam, conſtat manifeſtè, ſi conferatur ſolutio cum argumento. Id ipſum expreſſe docet *in 1. diſt. 36. q. 2. art. 1. ad 2.* his verbis: *Dicendum, quod ſi Deus indigeret reſpicere in aliquod exemplar extra ſe, eſſet imperfectum agens, ſed hoc non contingit, ſi eſſentia ſua exemplar omnium rerum ponatur; quia ſic intuendo eſſentiam ſuam, omnia producit.* Ac tandem *in hac quæſt. art. 1. ſolutione ad 1. 2. & 3.* expreſsiſsimè docet, diuina exẽplaria non eſſe aliquid extra Deum, ſed ipſam diuinam, & increatam eſſentiam.

19 *Tertio probatur ratione.* Tertio ſuadetur concluſio; inter idæã, & idæatum debet intervenire realis diſtinctio; at creaturæ, vt obiectiuè cognitæ à Deo, à ſe ipſis vt exiſtentibus non diſtinguuntur realiter: ergo vt ſic cognitę nequeunt eſſe idææ ſui ipſarum, vt exiſtentium. Maior, in qua tota poteſt eſſe difficultas, probatur; idæa namque eſt vera, & realis cauſa idæati, & mẽſura, & regula illius, & idæatum, illam realiter imitatur; at inter cauſam, & effectum, inter menſuram, & menſurarum, debet eſſe realis diſtinctio, & nihil poteſt realiter ſe ipſum imitari; ſicuti, nec eſſe realiter ſimile ſibi ipſi, cum inter duo realiter ſimilia intercedat realis relatio, quæ eiuſdem ad ſe ipſum eſſe non poteſt: ergo inter idæam, & idæatum realis diſtinctio debet intervenire.

20 *Reſpõdẽt aliqui.* Ratio iſta, quam vſque ad ſatietatem proſequitur Vazquez *vbi ſupra num. 7.* diſplicuit Molinæ, Suarez, & quibuſdam alijs eiuſdem familiæ, & ad illam reſpondent, negando maiorem; nam licet inter cauſam, quæ realem exiſtentiam ad cauſandum expoſcit, & eius effectum debeat eſſe realis entitatiua diſtinctio, cauſa autem quæ ſolum vt in cognitione exiſtens ſuam cauſalitatem exercet, diſtinctionem iſtam non petit, vt conſtat in cauſa finali, ſed ſufficit diſtinctio penes modum eſſendi realiter, aut obiectiuè, & quia idæa eſt cauſa huius ſecundi generis, conſequẽs fit, quod non petat realiter entitatiuè à ſuo effectu diſtingui. Nec petit, inquiunt, cauſa exẽplaris rigoroſe imitari ab effectu, ſed ſolum quod agens ad illam aſpiciens illum operetur.

21 *Reijcitur 1.* Verum hæc ſolutio eſt omnino inſufficiens, & contra illam facit primo, quod dependentia idæati ab idæa non eſt tantũ penes modum eſſendi, ſed penes ſubſtantiam; effectus namque eſſentialiter à ſua cauſa exemplari dependet: ergo in ſubſtantia debet eſſe diſtinctio, & non tantum penes modos eſſendi. Patet conſequentia; nam idem in quantum idem nequit à ſe ipſo dependere: ergo ſi effectus, quoad ſubſtantiam dependet ab idæa vt ſic, debet ab illa diſtinguit. Deinde; nam ſi talis diſtinctio neceſſaria non eſſet, nulla ratio eſſe poteſt, cur filius æternus non habeat pro idæa diuinam eſſentiam, imò, & ſe ipſum; cum ex eſſentiæ, & ſui ipſius cognitione procedat; at hoc eſt abſurdum: ergo inter idęam, & idæatum neceſſario debet realis diſtinctio intercedere. Denique reijcitur; nam ſi ad idæam non requiritur rigoroſa imitatio, ſed ſufficit quod agens ad illam aſpiciens effectum producat, ſequitur creaturas poſsibiles eſſe idęas Verbi Diuini; conſequens eſt abſurdum: ergo aſſerendũ eſt rigoroſam petere imitationem, quæ eiuſdem ad ſe ipſum eſſe non poteſt. Patet ſequela; nam Pater æternus producit Verbum cognitione eſſentiæ; & omnium creaturarum poſsibilium, vt tenet frequẽtior Theologorum ſententia *infra quæſt. 35.* ergo ſi ſolum requiritur iſte modus imitationis ad rationem idææ, creaturæ poſsibiles idæa erunt ad Verbi productionẽ.

Si dicas, ad rationem idææ exigi libertatem in agente, Verbum autem non libere, ſed neceſſario à Patre procedit, & ideò nec eſſentiam, nec ſe ipſum, nec creaturas poſsibiles habere poteſt pro idæa. In contrarium obſtat primo, quod Molina, qui Auctor eſt ſolutionis, quam impugnamus libertatem in agente non poſtulat ad rationem idææ. Tùm etiam; quia negari non poteſt probabile eſſe non requiri talem libertatem; at Verbum diuinum Dei eſſentiam, aut creaturas habere pro idæa, eſt omnino improbabile: ergo ſolutio tradita non ſubſiſtit. Tùm denique; nam vt ars ſuam cauſalitatẽ exerceat, libertatem in agente non requirit, vt ſupra vidimus: ergo nec ad idææ cauſalitatem requiritur; & conſequentèr ex hoc capite repugnare non poterit Verbo diuino habere pro idæa, illa, ex quorum cognitione procedit.

22 *Si reſpondeatur.* *Obſtat in contrariũ 1.* *Secundo.* *Tertio.*

Denique principalitèr ſuadetur concluſio ratione D. Thomæ locis iam allegatis, & præcepuè *quæſt. 3. de veritate, art. 1. in corpore*, quod ita concludit: *Sed quia forma exemplaris, vel idea habet quodammodo rationem finis, & ab ea accipit artifex formam, qua agit, ſi ſit extra ipſum, non eſt autem conueniens ponere Deum, agere propter finem alium à ſe, & accipere aliunde, vnde ſit ſufficiens ad agendum, ideò non poſſumus ponere ideas eſſe extra Deum, ſed in mente diuina tantum.* Ex quibus verbis tale argumentum pro noſtra concluſione conficio; exem-

23 *Vltimo prob. concluſio ratione D. Thom.*

exemplar, seu idæa est finis, quem sibi artifex suæ operationis præfigit; at repugnat Deum agere propter finem distinctum a se: ergo etiam repugnat aliquid distinctum à Deo obtinere rationem idææ respectu illius. Et Augustinus *lib. 83. quæstionum quæst. 46. prope finem*, sic loquitur de divinis idæis: *Has autem ubi arbitrandum est esse, nisi in ipsa mente creatoris? Non enim extra se quidquam positum intuebatur, vt secundum id constitueret, quod constituebat; nam hoc opinari sacrilegum est*: quibus verbis oppositam sententiam damnasse, quibusdam ex nostris visum est, sed non omninò huic damnationi consentio; nam respondere poterunt contrarij Auctores, non improbabiliter, quantum ad verba Augustini attinet; illis solum excludi idæas extra intellectum divinum ab æterno realiter existentes, qualiter illas constituisse Platonem, arbitrantur plures.

24 *Respond.* Si fortè ad hoc argumentum aliquis dicat, sufficere ad rationem idææ, quod sit finis effectus; non autem requiri esse finem actionis agentis, nec inconveniens esse, quod aliquid distinctum à Deo, sit finis effectum procedentium ab ipso: in contrarium ostabit, quod eodem modo forma exemplaris est finis agentis per artem, quo forma naturalis est finis agentis per naturam; at forma naturalis, nedum est finis effectus agentis naturalis, verum etiam actionis prout ab ipso: ergo forma exẽplaris finalem causalitatem exercere debet, non solum respectu effectuum agentis per artem sed etiam actionis; cumque actionum Dei prout ab ipso, nihil creatum possit esse finis; fit consequens, quod nec sortiri possit rationem idææ.

Contra.

25 *Confirm. 1.* Et confirmatur primo principale argumentum, ab idæa quando est ab agente distincta, & extra ipsum, recipit agens formam, qua potens agere constituitur; at à nullo creato potest Deus sufficientiam ad agendum recipere: ergo nihil creatum potest esse idæa respectu illius. Maior, in qua sola est posita difficultas, constat in artifice creato, respectu cuius id solum potest rationem exemplaris extranei sortiri, à quo accipit idolum internum, nempè conceptum, quo potens redditur ad artificiosè operandum.

Confirm. 2. Confirmatur secundo, idæa est regula actionis artificiosæ, media qua agens artefactum attingit; at nihil creatum potest esse regula divinarum actionum; cum sicut est suum esse, ita sit sua regula, ratione cuius identitatis, indefectibilis est in operando: ergo nihil à Deo distinctũ esse potest idæa, qua Deus in suis actionibus vtatur.

Confirm. 3. Denique confirmatur; nam ab idæa dependet artifex in suis operationibus; at maximum inconveniens est, Deum in suis actionibus, ab aliquo creato dependere: ergo inconveniens etiam debet censeri, quod aliquid creatum sit idæa respectu illius.

26 *Si resp.* Respondebis primo; inconveniens non esse, quod Deus absque idæa creata non possit suos effectus causare ratione dependentiæ effectuum ab ipsa; sicut nec potest producere actionem vitalem absque influxu principij vitalis, ratione dependentiæ actionis ab illo.

Contra. Sed contra; nam quod artifex absque idæa non possit producere effectum, non nascitur per se primo ex dependentia effectus ab idæa; sed potius è contra, quod effectus absque idæa non possit produci, oritur ex eo quod artifex indiget idæa tanquam regula, qua manuducatur, & reguletur in productione effectus: ergo imperfectio maxima Deo attribuitur, si pro idæa suarum actionum constituatur aliquid distinctum ab ipso.

27 *Respon.* Respondebis secundo Deum non posse creaturas producere, nisi illas inspiciendo, quin hoc aliquam imperfectionem ponat in ipso, nec aliam dependentiam requiri.

Contra 1. Sed contra istam solutionem obstat primo; nam quod Deus nequeat creaturas producere nisi illas inspiciendo, non oritur ex dependentia Dei à creaturis, vt à regula sui operationis, sed ex fœcunditate intellectionis divinę; at vt creaturę, sint ideę respectu Dei, primum est necessarium, quod est imperfectio: ergo imperfectio maxima Deo attribuitur, si aliquid creatum respectu illius rationem ideę sortiatur.

Secundo. Secundo; nam Pater æternus non potest producere Verbum, nisi illud inspiciendo, & cognoscendo, & iuxta veriorem sententiam non potest illud producere, nisi cognoscendo creaturas; & tamen nec Verbum, nec creaturæ sunt idæa respectu productionis Verbi: ergo non posse Deum creaturas producere, nisi illas cognoscendo, non sufficit vt sint idææ, quibus Deus vtatur in illarum productione; sed maior aliqua dependentia requiritur.

§. IV.

Quinque argumentis occurritur.

28 *Arg. 1.* CONtra iſtam concluſionem obijciunt contrarij Authores primo: creaturæ cognitæ à Deo conuenit idæa diſſinitio: ergo obtinet idæa. *Antecedens probatur.* Antecedens probatur primo; nam lapis cognitus à Deo eſt ratio ſui ipſius vt factibilis ad extra, ſicut Arca in mente eſt propria ratio ſecundum quã in materia formatur; & aliàs ab æterno cognoſcitur: ergo creatura cognita eſt ratio æternã in mente diuina, ſecundum quã aliquid eſt ad extra factibile, in quo conſiſtit idæa diſſinitio, prout ab Scoto traditur. *Secundo.* Secundo idem antecedens probatur; nam idæa iuxta vulgarem ſui diſſinitionẽ eſt *id, ad quod aſpiciens artifex operatur*: at Deus creaturam aſpiciens illam ad extra producit: ergo creaturæ cognitæ conuenit idæa diſſinitio.

29 *Reſpond.* Reſpondeo negando antecedens. *Ad 1. Probationem* Ad primam probationem, nego antecens: lapis enim cognitus à Deo non eſt ratio cognoſcendi ſe ipſum, cum Deus cognoſcat creaturas, non ratione illarum, ſed ratione ſuæ eſſentiæ, vt cauſæ, medij, & obiecti prius cogniti. Nec eſt ratio producendi cũ nõ ſit ratio producẽdo per modum principij effectiui, nec per modum formæ extrinſecę, quæ imitanda proponitur, vt iam dicam.

Ad ſecundam. Ad ſecundam probationem, diſtinguo minorem dupliciter: primo, inſpiciendo creaturas vt finem, & regulam ſuæ operationis, nego minorem: præcisè vt effectũ, concedo minorem, & nego conſequentiã: quia ad rationem idææ primus modus inſpectionis requiritur, vt denotat illa particula *ad quam* poſita in diffinitione idææ. Secundo, diſtinguo minorem: inſpiciendo creaturas vt imitãdas, nego minorem: præcisè vt cauſandas, concedo minorem, & nego conſequentiam, quia vt eſſent idęę deberent iſto ſecundo modo inſpici.

30 *Replicabis primo* Sed oppones primo: id cuius imitatio ab artifice intenditur, eſt idea reſpectu artificiati: ergo etiam obtinet rationem idææ, id cuius identitas eſt ab artifice intenta. Patet conſequentia; quia maior eſt vnitas identitatis, quam imitationis. Tùm vltra; ſed identitas creaturę productę cum creatura cognita, eſt identitas à Deo intenta: ergo creatura vt cognita obtinet rationẽ idęę reſpectu ſui vt ad extra productę. *Secundo* Secundo; nam multoties Deus producens vnam creaturam, intendit illam aſſimilare alteri, vt quando concurrit cum artifice creato, ad imaginis formationẽ: ergo tũc ſaltim creatura à Deo cognita ſortietur rationem idæę.

31 *Ad 1. replicã reſpõdetur.* Reſpondeo ad primam obiectionem; negando conſequentiam, nec exceſſus ille vnitatis iuuat, imò potius impedit rationem idęę; quia inter idęam, & idęatum; cum ſint cauſa & effectus, requiritur vnitas cum reali diſtinctione; ac proinde identitas, quæ maior vnitas eſt; quam aſſimilatio ex gerit rationem idęę, ſicut quia inter cauſam efficientem, & effectum requiritur entitatiua diſtinctio in natura, cũ aliqua ſimilitudine, quando principiatum eſt idẽ cũ principio in natura, nõ obtinet principiũ rationem cauſę efficientis, vt conſtat in Patre diuino reſpectu filij.

32 *Ad ſecũdam.* Ad ſecundam, diſtinguo antecedens intendit per ſe primo, nego antecedens: ſecũdario, concedo antecedens, & nego conſequentiam: quia vt eſſet idęa reſpectu Dei deberet illius imitatio per ſe primo intendi: nam ſicut obiectum ſecundarium non obtinet rationem menſuræ ſpecificantis potentiam, vel actum: ita id cuius imitatio ſecundario intẽditur, non habet rationem cauſę exemplaris reſpectu ſecundario intendentis; & quia Deus in cuiuſcumque effectus productione, per ſe primo intendit ſui imperfectam ſimilitudinem; hinc fit, quod quęvis alia imitatio, ſecundario ab ipſo inſpiciatur; ac proinde, quod nec in caſu in argumento poſito habeat prothotypus rationem idęę reſpectu Dei; benè tamen reſpectu artificis creati, qui per ſe primo intendit imagini imprimere eius ſimilitudinem.

33 *Secundo arg.* Secundo principaliter arguunt: ſufficit ad rationem idęę diſtinctio penes modum eſſendi a parte rei, & intra intellectum; ſed hęc datur inter creaturam, vt à Deo cognitam, & ipſam, vt exercitè extra cauſas exiſtentem: ergo poteſt creatura prout à Deo cognita eſſe idęa ſui vt exercitè realiter exiſtentis. Maior, in qua ſola eſt difficultas, probatur: ad cauſalitatem finalem ſufficit diſtinctio penes modum eſſendi à parte rei, & intra intellectum: ergo etiam ſufficiet ad cauſalitatem idęę.

34 *Reſpond.* Reſpondeo, negando maiorem. Ad cuius probationem, nego conſequentiam: & ratio diſcriminis eſt: nam finis exercet ſuã cauſalitatem, non reſpectu ſui, ſed in media, quibus executioni mandatur, in ſui deſiderium, intentionem, & eſſecutionem, v. g. forma geniti finis eſt generationis ſui, & mediorum ad generationem tendentium, non verò ſui ipſius: vndè ſufficit realiter ab illis diſtingui. Idæa vero ſua cauſalitate non ſolum attingit rationem, qua fit, ſed etiam idæatum, & exemplatum, quod eſt res artificialis exterius facta; cum autẽ nihil poſsit ſe ipſũ cauſare, aut ſe imitari: conſequens fit, quod debeat neceſſario inueni-

venirt,realis,& entitativa distinctio.

35 Sed dices: non ilat finem causare finaliter actionem,qua fit,& non causare consequenter se ipsum: ergo solutio tradita est nulla. Probo antecedens ab exemplo causæ efficientis; non enim potest aliquid efficienter causare actionem,quin efficienter causet actionis terminum: vnde,quia nihil potest se ipsum causare effectivè, nec etiam potest effectivè attingere actionem, qua fit:ergo idem est de fine dicendum.

Respond. Respondeo,negando antecedēs:ad cuius probationem, concesso antecedēti, nego consequētiam: & ratio discriminis est: nā actio causat effectivè finem terminum, & effectivè à principio causatur;& quia quod est causa causæ in eodem genere causæ quo causat, in causatum etiam in eodem genere influit: consequens fit, quod non possit aliquid efficienter in actionem influere,quin efficienter in illius terminum influat:actio autem,qua finis in executione producitur, est ab illo finaliter, influit verò efficienter, & quia non est necessarium,quod causans causam, causet etiam effectum,qui ab illo in diverso genere causæ procedit, vt constat in gratia efficientèr causante actus, qui ad gratiam disponunt,quin causet efficienter se ipsam,& in obiecto actus specificāte actum, à quo causatur,quin se ipsum specificet, ideò non est necessum,quod si finis in intētione causat media,& actionem per quæ in executione causatur, se ipsum causet in genere causæ finalis.

36 Sed instabis adhuc! quando finis est distinctus realitèr ab effectu causatu, non solum influit finaliter, in intentionem, in media,& actionem,qua fit, sed etiam causat finaliter ipsum effectum, qui est terminus actionis;at non aliter hanc causalitatem exercet in terminum, nisi finaliter influendo in actionem: ergo si causat finalitèr actionem, quando terminus est à fine in distinctus, etiam tunc causat in genere causæ finalis terminum actionis.

Vrgebis.

Respond. Respondeo,concessa maiori, negando minorem:nam quando terminus actionis est à fine distinctus,non solum eius fieri est propter finem,sed etiam eius esse propter finem est,& ideò tunc finalis causalitas in actione non sistit,sed transit,ad terminum, quando autem actionis terminus est à fine indistinctus, etsi fieri illius propter finem sit;esset tamen termini propter finem non est: quia nihil potest esse propter se ipsum, & ideò tunc finalis causalitas non transit in terminum,sed sistit in actione.

37 Tertio sic arguunt:illud, quo cognito, & omni alio secluso potest artifex ad operationem procedere,& sine cuius cognitio

Tertio arguitur.

ne non potest,obtinet rationem idææ; at si per impossibile Deus ignoraret se ipsum, cognosceret tamen creaturas, posset illas producere,etsi illas ignoraret, non posset quamvis suam essentiam cognosceret: ergo non divina essentia,sed creaturæ cognitæ obtinent rationem idææ respectu intellectus divini.

Respondeo, negando minorem pro prima parte:nam cum creaturæ essentialiter sint participationes, & imitationes essentiæ divinæ:hoc,in casu impossibili, nō cognito à Deo, subterfugeret ipsum causa exemplaris, quam essentialiter imitantur creaturæ; ac proinde non posset vt supremus artifex illas producere:si autem Deus se ipsum cognoscendo, non cognosceret creaturas, non ideò non posset illas producere,quia creaturæ sortiantur rationem idææ,sed quia in tali casu, nec divina essentia foret idæa:nam cum idæa cognosci non possit omnino perfectè non cognito idæato quod continet,datò, quod divina essentia cognoscatur,non cognitis creaturis,hoc ipso,ab illa tollitur ratio idææ; ac proinde infertur,non posse Deum illam inspiciendo creaturas producede.

Respondet

38 Quarto obijcitur: artificiatum ipsum formandum cognitum ab artifice creato sortitur respectu illius rationem idææ: ergo creaturæ cognitæ à Deo obtinebunt rationem idææ respectu intellectus divini. Probatur antecedens: in nullo casu potest artifex creatus opus suum artificiosè efficere,absque idæa,quam habeat pro regula; at potest in aliquo casu artificiatum formare, quin exēplar distinctum ab illo cōpletur,vt cōstat inartificè valdè perito,qui absque ductu exemplaris ab artificiato distincti,sola illius contemplatione format artificiatum:ergo tunc saltim artificiatum ipsum sortitur rationem idææ.

Quarto arg.

Respondet Vazquez *disp.71.n.7.* concesso antecedenti,negando consequentiā: & rationē discriminis reddit: nam artifex creatus non concipit perfectè eandem numero rem,quam formaturus est,sed vel aliam distinctam,vel rem faciendam, vagè, & in confuso:Deus autē perfectissimè cōcipit,& distinctè creaturam fiendam in individuo,& id circo potest res efficiēda sortiri rationem idææ respectu artificis creati;secus autem respectu Dei.

39 Respond. Vazqz.

Cæterum hoc discrimen nullius esse momenti,hac ratione suadetur:nam distinctio,quæ inter idæam, & idæatum debet intervenire,debet esse realis, si ratio, qua vsi sumus,& quā prolixè satis iste Auctor vbi supra prosequitur, aliquid probat; at res vt cōfusè,& in cōmuni cōcepta,nō differt realiter à se ipsa, prout in individuo

Reiicitur solutio.

Digitized by Google

efficiẽda : ergo ex diſtincto modo, quo creatus artifex artificiatum formandum conſpicit, ac Deus concipit creaturam fiendam, non bene infert Vazquez poſſe reſpectu illius ſortiri rationem idææ, & non reſpectu Dei.

40 *Secundo reſpondet Molina.* Molina vbi ſupra, §. *quod ſi petas*, concello etiam antecedenti, negat conſequentiam: & rationem aliam diſcriminis reddit, nempè, quia creatus artifex accipit ſcientiam à rebus; Deus autem omnia in ſua eſſentia cognoſcit; & ideò poteſt res ipſa efficienda eſſe idæa reſpectu artificis creati; ſecus autem reſpectu Dei.

Diſplicet etiã eius ſolutio. Sed licet hoc diſcrimen ad veritatem proximus accedat, & rectè probet, non poſſe Deum habere creaturam pro idæa, non tamen vniuerſaliter probat reſpectu omnium artificum creatorum; nam poteſt artifex creatus non accipere ſcientiam à rebus, ſed à Deo infuſam; imò de facto Angeli non accipiunt ſcientiam à rebus, ſed ſpeciebus vtuntur à Deo à principio conditionis cõgenitis, vt cum D. Thom. tenet contra Scotum frequentior Theologorũ ſententia 1. *p. quæſt.* 55. *artic.* 2. ergo diſcrimen à Molina traditum tenere non poteſt reſpectu omnis artificis creati.

41 *Ad arg. reſp.* 1. Quare his ſolutionibus omiſſis, ad argumentum factum reſpondeo primo, omiſſo antecedenti, negando conſequentiam: & ratio diſcriminis eſt: nam Deo repugnat aliquid à ſe diſtinctum habere pro fine, & regula ſuæ operationis; ſecus autem artifici creato: & id circo non mirũ, quod reſpectu illius res ipſa efficienda ſortiatur rationem idææ, non autem reſpectu Dei.

Secundo. Secundo, & conſequenter ad primam rationem, quam pro noſtra concluſione formauimus, reſpondeo, negando antecedens. Ad cuius probationem, conceſſa maiori, diſtinguo minorem, & illam concedo de exemplari exteriori, ſecus de interiori, ſcilicèt, conceptu rei formandæ, quem in omni caſu debet contemplari, & in caſu poſito ſortiretur rationem idææ.

42 *Quinto arg.* Quinto obijciunt; Chriſtus vt prædeſtinatus, dicitur exemplar prædeſtinationis aliorũ, & cõſequẽter totius gratiæ, & gloriæ, quæ aliis cõfertur, vt docet D. Thom. 3. *par. quæſt.* 24. *art.* 3. Alenſis 3. *part. quæſt.* 5. *memb.* 5. Durandus *in* 3. *diſtinct.* 1. *q.* 1. & cõmuniter cæteri Theologi. Conſtatq; ex Paulo *ad Romanos* 8. illis verbis: *Quos præſciuit, & prædeſtinauit, conformes fieri imagini Filij ſui, vt ſit ipſe Primogenitus in multis fratribus.* Et ad Philippenſes 3. *Reformabit corpus humilitatis noſtræ configuratum corpori claritatis ſuæ.* Colligiturque ex Auguſtino *libro de prædeſtinatione Sanctorum, cap.* 15. & *de bono perſeuerantiæ, cap.* 14. Ergo ſaltim vna res creata ab alia diſtincta, poteſt in ordine ad illam exercere munus idææ reſpectu intellectus diuini.

Reſpondeo: Chriſtum Dominum dici, & eſſe exemplar prædeſtinationis aliorũ ex parte effectus, quatenus omnes iuſti Chriſto aſſimilantur, non autem reſpectu Dei prædeſtinantis: quia nec eſt finis actionis prædeſtinatiuæ, nec regula illius, ſicut vna res creata eſt finis reſpectu alterius, quatenus conuenit, vnam eſſe propter aliã; nulla tamen eſſe poteſt finis Dei prout operantis ex parte actionis; vt autem eſſet exẽplar in rigore vtrumque deberet habere; nempè, & quod alij iuſti illi aſſimilarentur, & formarentur ad exemplar illius, regulando, & finalizando, nedum dona creata, quibus ornantur iuſti, verum etiam actionem diuinam. 43 *Reſpond.*

§. V.

Occaſione ſexti argumenti explicatur ſub qua ratione diuina eſſentia ſortiatur rationem idææ.

SExto arguitur: inter idæã, & idæatum debet eſſe ſimilitudo, & conuenientia in illo prædicato, in quo idæatum imitatur idæam; ſed inter eſſentiam diuinam, & creaturas non datur ſimilitudo: ergo diuina eſſentia non eſt idæa creaturarum. Cõſequentia eſt legitima: minor conſtat ex doctrina D. Tho. *ſupra q.* 13. *art.* 5. vbi docet: *Impoſſibile eſſe aliquid prædicari de Deo & creaturis vniuocè*: ſimilitudo autem inter duo extrema vniuocationem poteſt fundare: ergo inter Deum, & creaturas nõ datur ſimilitudo. Maior autem oſtenditur primò: nam idea eſt forma, quam aſpiciens artifex ad illius inſtar aliquid operatur; ſed vnum fieri ad inſtar alterius, idem eſt atque fieri ad eius ſimilitudinem: ergo inter idæam; & idæatum debet eſſe ſimilitudo. Secũdo; nam idæatum imitatur idæã ſed vnum imitari alterum eſt illi aſſimilari: ergo ſine ſimilitudine inter idæam, & idæatum non ſaluatur ratio idææ. Tertiò nam idæa eſt idem quod exemplar; ſed inter exemplar, & exemplatum neceſſario datur ſimilitudo, vt conſtat in exemplaribus creatis: non enim poſſet res omninò diſſimilis alteri vt illius exemplar artifici creato inſeruire: ergo inter idæam, & idæatum dari debet ſimilitudo. 44 *Sexto arguitur.*

Si reſpondeatur inter Deum, & creaturas, etſi non poſsit dari ſimilitudo, aut cõuenientia vniuoca, datur tamen ſimilitudo analoga: omnis enim creatura conuenit cum Deo analogicè in ratione entis, viuentia conueniunt cum Deo analogicè in prædicato vitæ, & cognoſcentia conueniunt 45 *Si reſpondeatur.*

Digitized by Google

niunt analogicè cum Deo in prædicato intellectualitatis, & istam conuenientiam sufficere vt diuina essentia sit idæa creaturarum.

46 *In cõtrarium obstat primo.*

In contarium obstat primo: nam sequitur ex hac solutione, non saluari in Deo perfectam rationem idææ, sed imperfectam; consequens non admittemus, omne namque prædicatum, quod formaliter in Deo reperitur, debet esse in sua linea perfectum: ratio autem idææ formalitèr conuenit Deo; & consequenter oportet vt illi perfectè conueniat: ergo solutio tradita est nulla. Probatur sequela, vt enim argumento probatur de ratione idææ est similitudo inter ipsam, & idæatum: ergo de ratione idææ, quæ perfectè obtinet rationem idææ est perfecta similitudo; sed similitudo analoga est similitudo imperfecta: ergo si hæc solum interuenit inter Deum, & creaturas, solum imperfectè est idæa creaturarum.

47 *Obstat secundo.*

Obstat contra eandem solutionem secundo, sequi ex illa Deum solum esse creaturarum idæam secundum illa prædicata, in quibus cum illis analogicè conuenit; consequens est falsum: ergo & tradita solutio. Falsitas consequentis constans est in nostra sententia: homo enim non solum causatur exemplariter à Deo secundum rationem intellectiui, Deo, & homini cõmunem, sed etiam secundum vltimam differẽtiam, per quam specificè constituitur, & idem est de quauis alia creatura dicendum; & consequenter Deus est idæa hominis, & cuiusvis alterius creaturæ secundum vltimas suas differentias; sed in his prædicatis non conueniunt analogicè cum Deo, sed solum in illis, quæ de Deo, & creaturis prædicantur: ergo falsum est, Deum solum esse creaturarum idæam secundum illa prædicata, in quibus cum illis analogicè conuenit. Sequela autem probatur: vt enim in solutione tradita admittitur, de ratione idææ est, quod inter illam, & idæatum sit similitudo, saltim analoga: ergo solum secundum illa prædicata, in quibus Deus cõuenit analogicè cum creaturis, esse potest illarum idæa; & consequenter nõ erit idæa hominis, & aliarum creaturarum secundum vltimas differentias: quod esse falsum constat ex dictis: & insuper: nam causalitas idæalis in Deo æquè extenditur, atque illius effectiua causalitas: Deus autem efficienter causat creaturarum vltimas differẽtias; & consequenter etiã est illarũ idæa.

48 *Cõfirmatur.*

Quod amplius vrgetur: nam prædicatum, in quo vnum imitatur alterum, debet esse vtrique commune, & de vtroque predicari; sed idæatum imitatur idæam in illo prædicato, secundum quod ab illa causatur: ergo illud prędicatum secundum quod idæatum causatur ab idæa, debet esse idææ, & idæato commune, & de vtroque prædicari: sed solũ illa prædicata, in quibus Deus, & creatura analogicè conueniunt, sunt communia Deo, & creaturis: differentiæ autem, quibus constituuntur creaturę. Deo communes non sunt, nec de illo prædicantur: ergo solum secundum prædicata primi generis potest Deus esse creaturarum idæa.

49 *Sententia Henrici.*

Hoc argumentum petit vt explicemus, sub qua ratione Dei essentia respectu creaturarum sortiatur rationem idææ. Qua in re teste Bañez *infra quæst. 45. in commentario articuli 6. Henricus de Gandauo quodlibeto 6. q. 2.* docuit, Verbum diuinum esse idæam, qua Deus vt supremus Artifex ad extra operatur, iuxta quam sententiam argumento facto occurritur, concessa maiori distinguendo minorem, illamque concedendo de essentia sub conceptu essentiæ: negando autem de illa prout Verbo communicata: sic enim licet in esse entis non assimiletur creaturis, nec cum illis conueniat in prædicatis creaturarum proprijs; sed solum in illis, quæ Deo, & creaturis sunt cõmunia, & non vniuoca conuenientia, sed tantum analoga: in esse tamen intelligibili repræsentatiuo, & intentionali, creaturis assimilatur, & propria illarum prædicata repræsentat, & hæc conuenientia est sufficiens vt sortiatur rationem idææ, vt constat in idæa, per quam creatus artifex operatur, quæ est verbum mentis, in quo artificiatum ad extra formandum contemplatur; verbum autem, seu conceptus non assimilatur artificiato in esse entis, sed solum in esse intentionali, & repræsentatiuo; & consequenter huiusmodi assimilatio sufficit ad rationem idææ.

50 *Respondetur primo.*

Hæc tamen sententia displicet communiter Theologis, ex quibus aliqui illam censent erroneam, & Magister Banez parum consonam fidei existimat: & rejcitur primo: nam Deus secundum prędicata absoluta est completè potens in ordine ad creaturarum productionem; sed sine idæa creaturarum completè potens non est: ergo ratio idææ est prædicatum absolutum in Deo; & consequenter verbum prout personaliter ab alijs distinctum personis non est creaturarum idæa. Consequentia est bona: minor constat ex dictis: artifex enim non est cõpletè potens producere artificiatum sine idæa artificiati; Deus autem vt supremus artifex causat creaturas; & consequenter completè potens sine idæa creaturarum non est. Maior autem probatur; nã esse completè potens, & completum creaturarum principium est commune tribus personis, aliàs aliqua illarum non esset com-

completum, & perfectum creaturarum principium, quod hæreticum eſt; ſed ſolũ prædicata abſoluta ſunt cõmunia tribus perſonis: ergo ſecundum ſola prædicata abſoluta ſaluatur in Deo eſſe completum, & perfectum creaturarum principium; & conſequenter Deus ſecundum prædicata abſoluta & vt eſt tribus perſonis communis, eſt cõpletè potẽs creaturas producere.

51 *Secundo.* Secundo reijcitur: in eo conſiſtit idæa, quod eſt Deo ratio obiectiua operandi, & cauſandi creaturas; ſed Verbum vt perſonaliter diſtinctum ab alijs perſonis; non eſt Deo ratio obiectiua operandi, & cauſandi creaturas: ergo ſic ſumptum non obtinet rationem idææ. Malor cum conſequentia tenet: minor autem probatur: id ipſum eſt Deo ratio operandi, & cauſandi creaturas, quod eſt ipſi ratio obiectiua cognoſcendi illas, ſed Verbum diuinum ratione proprietatis perſonalis non eſt Deo ratio obiectiua cognoſcendi creaturas, ſed diuina eſſentia omnibus perſonis communis: ergo ratio obiectiua operandi non eſt Verbum, ſed eſſentia diuina. Malor cum conſequentia tenet: minor autem probatur: id ipſum eſt Deo ratio obiectiua cognoſcendi creaturas, quod eſt ipſi ratio cognoſcendi ſe ipſum; ſed ratio obiectiua cognoſcendi ſe ipſum non eſt Verbum, ratione proprietatis perſonalis, ſed diuina eſſentia, aliàs pro priori originis ad Verbum Deus non cognoſceret ſe ipſum, & conſequentèr Verbum non procederet ex cognitione eſſentiæ diuinæ, & non ex ſola fœcunditate produceretur à Patre, ſed ex neceſsitate, vt per ipſum, & in ipſo cognoſceret quod communi Theologorum ſententiæ aduerſatur: ergo non Verbum, ſed diuina eſſentia eſt Deo ratio obiectiua cognoſcendi creaturas.

52 *Tertiò.* Tertiò reijcitur: nam repræſentatio obiectiua creaturarum ſecundum omnia illarum prædicta conuenit Deo ratione continentiæ eminentialis talium prædicatorum, vt inferius oſtendemus; ſed continentia perfectionum creaturarum non conuenit Deo ratione proprietatis perſonalis Verbi, aliàs non eſſet communis tribus perſonis: & conſequentèr nec diuina omnipotẽtia de omnibus prædicaretur, quod eſt contra fidem: ergo repræſentatio obiectiua perfectionum creaturarum non cõuenit Deo ratione proprietatis perſonalis Verbi, ſed ratione eſſentiæ tribus perſonis communis; & conſequentèr eſſe creaturarum ideam non conuenit Deo ratione proprietatis perſonalis Verbi. Prima conſequentia ex præmiſſis colligitur: ſecunda probatur: eatenus namque Deo conuenit eſſe creaturarum idæam, quatenus obiectiuè repræſentat illarum perfectiones, vt infra explicabimus: ergo ſi Verbũ diuinum ratione proprietatis perſonalis non eſt Deo ratio obiectiua repræſentandi huiuſmodi perfectiones non eſt Deo creaturarum idæa.

Denique reijcitur; nam ſequitur ex ſẽtentia Henrici, poſſe exiſtentiam Verbi diuini vt perſonaliter ab alijs perſonis diſtinguitur, ratione naturali euidentèr, & demonſtratiuè cognoſci; conſequens eſt falſum, aliàs Trinitas perſonarum poſſet euidenter demoſtrari, & cognoſci per rationem naturalem cõtra communẽ Theologorum ſententiam, de qua *infra q.* 12. ergo ſententia Henrici ſuſtinenda non eſt. Minor cum conſequẽtia tenet, ſequela autem probatur: ſi Verbum diuinum ratione proprietatis perſonalis eſſet creaturarum idæa, creaturæ dependerent à proprietate perſonali Verbi per ſe in quarto modo per ſcitatis, hoc eſt, perſeitate cauſæ: ergo ex illis naturaliter cognitis poſſet à poſteriori perſonalitas Verbi demoſtrari; & conſequentèr poſſet euidenter ratione naturali cognoſci. Antecedens patet: nam creaturæ per ſe dependent à Deo, non ſolum vt principio effectiuo, & finali, ſed etiam vt à cauſa exemplari; & conſequentèr per ſe à Deo vt illarũ idæa dependẽt: ergo ſi Verbum ratione proprietatis perſonalis, eſſet creaturarum idæa, dependerẽt per ſe ab illa quarto modo perſeitatis, hoc eſt, perſeitate cauſæ. 53 *Denique.*

Conſequentia autem oſtenditur primo: quia namque per ſe dependent à Deo vno, vt à principio effectiuo, & finali, Deus vt vnus poteſt ex creaturis naturaliter cognitis euidentèr cognoſci, & illius exiſtentia demonſtrari à poſteriori, vt conſtat ex his, quæ tractatu primo cum communi ſentẽtia docuimus: ergo ſi per ſe hoc genere perſeitatis dependet à propria perſonalitate Verbi, poterit ex illis vt cognitis naturaliter cognoſci euidentèr, & à poſteriori illius exiſtentia demoſtrari. 54 *Conſequẽtia oſtenditur primo.*

Secundo: nam quod creaturæ repræſentent Deum, & id circo poſsint vt cognitæ ducere in illius cognitionem fundatur in dependentia, quam habent à Deo: ergo ſi per ſe dependent a proprietate perſonali Verbi, per ſe repræſentant illam; & conſequentèr vt cognitæ ducent in euidentem cognitionem Verbi, vt perſonaliter ab alijs diſtincti, & ſic ſumptum poterit quoad exiſtentiam, ex creaturis vt cognitis, naturaliter demonſtrari à poſteriori. *Secundo.*

***

§. VI.

Quæ pro Henrico faciunt, diluuntur.

55 *Fundamentum Henrici arguitur primo.*

TAmetsi Henrici ſententia falſiſima ſit, & communi Theologorum ſenſui contraria: in illius tamen fauorem argumentari poſſumus primo ex Auguſt. relato à D.Tho.q.3.*de veritate,art.*1.*in argumento ſed contra*:*lib.de Trenitate Dei*,aſſerẽte,*qui negat idæas eſſe, infidelis eſt*:*quia negat Filium eſſe*;ſed ſi Verbum nõ eſſet creaturarum idæa,cauſal s Auguſtini eſſet nullatergo iuxta Auguſtinum Verbum ratione proprietatis perſonalis eſt idæa creaturarum. Probatur miner: qui negat idæas in Deo,ſolum negat illud prædicatum ratione cuius Deo conuenit eſſe creaturarũ idæam: ergo ſi Deo non conuenit ratione Verbi eſſe creaturarum idæam, qui negat idæas eſſe,non negat Filium eſſe; & conſequenter non ideò infidelis erit, quia negat Filium eſſe,quæ eſt cauſalis Auguſtini; & conſequenter Auguſtinus damnãs infidelitatis negantes idæas eſſe, quia negat Filiũ eſſe, inepta cauſali eſt vſus.

56 *Reſpondetur.*

Reſpondeo admiſſa vt iacet auctoritate Auguſtini, negando minorem: ad illius probationem, diſtinguo antecedens: immediatè,concedo antecedens: mediatè,& ex conſequenti, nego antecedens, & conſequentiam: nam licet qui negat idæas in Deo, ſolum neget immediate prædicatum,ex quo Deo conuenit, quod ſit idæa: mediatam autem,& ex conſequenti etiam negat, quod tale prædicatum neceſſario ſupponit,vel tanquam principium ſui, vel tanquam obiectum principij: licet autem filius non ſit Deo ratio producendi creaturas; quia tamen procedit ex cognitione, non ſolum eſſentiæ,& relationum, ſed etiam ex cognitione creaturarum, & ex cognitione eſſentiæ diuinæ,pro vt eſt ratio cognoſcendi creaturas, qua ratione obtinet cõceptum idææ; fit conſequens, vt qui negat idæas, neget ex conſequenti filium eſſe,non quia filius ſit Patri idæa, ſed quia rationem idææ neceſſario in Deo ſupponit,vt obiectum cognitionis, ex qua filius procedit, & quidem, qui negaret Deo ſapientiam, negaret ex conſequenti filium eſſe,non quia filius ſit ſapientia, qua Deus, vel Pater eſt ſapiens, ſed quia filius in quãtum Verbum ex ſapientia Patris procedit; quia vt docet D. Thomas 4. *Contra Gentes, cap.* 11. Verbum dicitur ſapientia Patris, non vt principium ſapientiæ, nec vt ſapientia Patris formaliter, ſed terminatione, quia nempè eſt terminus ex ſapientia Patris procedens.

57 *Reſp.2.*

Vel ſecundo reſponderi poteſt ad pro-

bationem minoris, negando antecedens; nam qui negat idæam in Deo, non ſolum negat prædicatum, ex quo Deo conuenit ratio idææ, ſed etiam negat omne, cui tale prædicatum eſſentialiter conuenit: licet autem Filius non ſit Patris idæa ratione proprietatis perſonalis, eſt tamẽ illi eſſentialis ratio idææ, non ratione relationis, ſed ratione eſſentiæ: vnde Auguſtinus *lib.* 6.*de Trinitate*, *cap.*10. ait: *Quod Filius eſt ars Patris plena omnium rationum viuentium*, ideſt, omnium idæarum, vt exponit Diuus Thomas *quæſt.*3.*de veritate*, *art.* 1. *in argumento* 9. *ſed contra*: & ideò, qui negat idæas eſſe, negat etiam Filium eſſe, non quia Filius ratione proprietatis perſonalis ſit idæa creaturarum, ſed quia ratione eſſentiæ in ſe continet omnium rerum rationes.

58 *Si opponas.*

Si dicas, ratione eſſentiæ etiam Pater, & Spiritus Sanctus ſunt idææ creaturarum, & conſequentèr ſi ob hanc cauſalem, qui negat idæas negat filium, etiam negat Patrem, & Spiritum Sanctum; ſed Auguſtinus non de Patre, aut Spiritu Sancto, ſed ſolum de Filio aſſerit, quod qui negat idæas eſſe, negat etiam Filium eſſe: ergo non ob id doctrina Auguſtini eſt vera, quia filio ratione eſſentiæ competat eſſe creaturarum idæam, ſed quia id habet ratione proprietatis perſonalis.

59 *Reſpond.*

Reſpondeo, conceſsis maiori, & minori, negando conſequentiam: non enim ideò Auguſtinus id docuit ſpecialitèr de Filio, quia ratione proprietatis perſonalis ei comperat ratio idææ, ſed ideò, quia idæam eſſe licet ſit prædicatum tribus perſonis commune appropriatur tamen filio, eo quod idæa eſt in genere intelligibili, & ad intellectum pertinet, & omnia, quæ ad intellectum pertinent, licet ſint prædicata cõmunia tribus perſonis per appropriationem ſpecialitèr dicuntur de Filio quia per intellectum procedit, ſicut ea quæ pertinent ad voluntatem appropriantur Spiritui Sancto, quia eſt terminus per voluntatem producẽs, & quæ pertinent ad omnipotentiam appropriantur Patri, quia eſt principium ſine principio: ſicut ergo eſſe idæam licet tribus perſonis cõueniat, dicitur ſpecialiter per appropriationem de Filio; ita qui negat idæas licet re vera neget Patrem, & Spiritum Sanctum eſſe, ſpecialiter per appropriationem negat exiſtentiam Filij, & in hoc ſenſu Auguſtinus ſpecialitèr fuit loquutus de Filio, ſpecialitate nempè, non proprietatis, ſed appropriationis.

60 *Secundo arguitur*

Secundo arguit poteſt in fauorem Henrici ex D. Thoma *infra quæſt.* 45. *artic.* 6. *in corpore*, vbi probat, creationem non eſſe

Illuſ.° Epiſ.° GODOY in 1.p. Tom.2.

propriam alicui perſonæ, ſed tribus perſonis communem: *Quia Deus eſt cauſa rerum per ſuum intellectum, & voluntatem, ſicut artifex rerum artificiatarum; artifex autem per Verbum in intellectu conceptum, & per amorem ſuæ voluntatis ad aliquid relatum operatur: vnde, & Deus Pater operatus eſt creaturas per ſuum Verbũ, quod eſt Filius, & per ſuum Amorem, qui eſt Spiritus Sanctus*: ergo iuxta Diuum Thomam Verbum diuinum eſt idæa per quam Deus creaturas producit. Probatur conſequentia; nam probat D. Thomas, Deum Patrẽ operatum eſſe creaturas per Verbum ſuũ, quod eſt Filius; quia Deus eſt cauſa creaturarum, vt artifex rerum artificiatarum: artifex autem per Verbum operatur artificiatum; ſed artifex operatur per Verbum vt idæam artificiati: ergo Deus Pater operatus eſt creaturas per ſuum Verbum, vt idæam creaturarum.

61 *Reſpond.* Reſpondeo ex Caieno ibidem in commentario articuli ad finem, diſtinguendo conſequens: per Verbum ſecundum propria Verbi, nego conſequentiam: per Verbum ſecundum ea, quæ appropriantur Verbo, concedo conſequentiam: vel alijs terminis diſtinguo conſequens: per Verbum ratione proprietatis perſonalis, nego conſequentiam per Verbum ratione prædicatorum communium, quæ Verbo appropriantur, concedo conſequentiam, & quod hæc ſit mens D. Thomæ, conſtat clarè ex illis verbis, quibus concludit corpus articuli: *Et ſecundum hæc prociſſiones perſonarum ſunt rationes productionis creaturarum, in quantum includunt eſſentialia attributa, quæ ſunt ſcientia, & voluntas.* Et quibus ſine interprete habetur, Verbum non eſſe Patri rationem operandi creaturas per modum idææ ratione proprietatis perſonalis, per quam à Patre, & Spiritu Sancto diſtinguitur; ſed ratione ſcientiæ, quam includit, quæ licet ſit tribus perſonis communis appropriatur tamen filio, ſicut Patri appropriatur potentia, & Spiritui Sancto amor, & quæ ad bonitatem ſpectant, vt explicat D. Thomas, *art. 4. relato ad ſecundum argumentum*, & prius docuerat *quæſt. 36. art. 2.*

62 *Explicatur ſolutionis Doctrina.* Vbi obiter eſt advertendum, cum aſſerimus Verbum eſſe idæam Patris ratione ſcientiæ, non ſumi ſcientiam pro cognitione, & prout ab obiecto diſtinguitur, ſed prout obiectum ſcibile includit; cũ enim vt infra explicabimus, non cognitio, ſed obiectum cognitionis ſortiatur rationẽ idææ in Deo, non conuenit Verbo eſſe idæa ratione cognitionis diuinæ prout diſtinguitur ab obiecto, ſed prout includit rationem obiecti: vnde dici poteſt Patrem producere creaturas per Verbum vt artem, ratione cognitionis practicæ Verbo appropriatæ; cum vt ſupra vidimus Auguſtinus *lib. 6. de Trinitate, cap. 10.* dicat de Filio, quod *eſt ars Patris plena omnium rationum viuentium*, & per Filium vt idæam, ratione diuinæ eſſentiæ cognitæ vt imitabilis à creaturis; ſub qua conſideratione diuina eſſentia eſt idæa; & quamuis communis ſit tribus diuinis perſonis, Filio tamen appropriatur, ſicut, & omnia alia, quę ſpectant ad intellectum.

Sed dices, Diuus Thomas probat Deum Patrem operatum eſſe creaturas per Verbum, quia operatur vt artifex, artifex autem per Verbum in intellectu conceptũ operatur artificiata; ſed Verbum in intellectu conceptum ſecundum ſibi propria eſt artifici creato idæa, per quam operatur artificiatum: ergo diuinum Verbum ſecundum ſibi propria eſt Deo Patri idæa, per quam cauſat creaturas. 63 *Replicabis.*

Reſpondeo, conceſſis maiori, & minori, negando conſequentiam; ratio autem diſcriminis eſt; nam artifex creatus producit verbum ex neceſſitate, vt in illo contempletur obiectum, & quia id obtinet rationẽ idææ, quod eſt ratio obiectiua concipiendi artificiatum, fit conſequẽs vt in artifice creato verbum in mente conceptum ſecundum ſibi propria ſit illi idæa per quam operatur; Verbum autem diuinum non ex neceſſitate ad intelligendum producitur, ſed ex fœcunditate diuinæ naturæ, vndæ ſupponit Patrem ſe, & omnia intelligentem, & ex omnium cognitione procedit; ac proinde ſecundum ſibi propria non eſt Patri ratio obiectiua intelligendi creaturas, ſed ſolum ſecundum prædicata communia. Ex quo vlterius colligitur non eſſe ſecundum ſibi propria idæa per quam, & ratione cuius Deus Pater operetur creaturas, ſed ſolum ſecundum prædicata communia ſibi propria. 64 *Reſpond.*

Sed inſtabis primo; nam ſequitur ex hac ſolutione nihil probaſſe D. Thomam de Verbo quoad rationem idææ, quod Patri, & Spiritui Sancto commune non ſit; ſed hoc eſt falſum cum diſtinguat inter Filiũ, & Spiritum Sanctum, & Filio attribuat concurſum idæalem, & Spiritui Sancto concurſum per modum amoris: ergo ſolutio tradita eſt nulla. Probatur ſequela: eſſe idæam ratione prædicati abſoluti, conuenit omni, cui conuenit abſolutum prædicatum, & conſequentèr conuenit tribus perſonis, quibus omnia prædicata abſoluta conueniũt; ſed iuxta ſolutionis doctrinam D. Thomas ſolum dat Verbo eſſe idæam creaturarum ſecundum prædicata communia: ergo iuxta illam nihil tribuit 65 *Inſtabis 1.*

D. Tho-

D. Thomas Verbo, quantum ad rationem idææ, quod Patri, & Spiritui Sancto non competat.

66 *Im. ſubis ſecundo.* Secundo; nam ſequitur ex eadem doctrina non probaſſe Diu. Thomam, quod Verbum vt ab alijs diſtinctum ad rerum productionem concurrat; conſequens eſt falſum, aliàs D. Thom. non probaſſet intẽtum articuli, quod erat creationem rerum eſſe communem tribus perſonis; & conſequentèr tres perſonas diſtinctas ad creationem concurrere: ergo ſolutio tradita ad mentem D. Thomæ non eſt. Probatur ſequela; nam D. Thomas probat, quod diuinum Verbum ad creationem rerum concurrat; quia artifex per verbum in intellectu conceptum operatur artificiata, qui concurſus eſt idæalis; ſed iuxta ſolutionis doctrinam concurſus idæalis non præſtatur à Verbo diuino ratione propriorum, ſed vt includit prædicata communia, & ratione illorum: ergo D. Thomas non probat Verbum diuinum vt ab alijs perſonis diſtinctum ad creationem rerum concurrere.

67 *Tertio.* Tertio; nam ex ſolutione ſequitur poſſe dici de Patre per ſe ipſum vt idæam operatum eſſe creaturas, ſicut D. Thomas docet, Deum Patrem operatum eſſe creaturas per Filium conſequens non admitte mus: ergo nec ſolutioni traditæ acquieſcere poſſumus. Probatur ſequela: ea ratione aſſeruimus Deum Patrem operatum eſſe creaturas per filium vt idẽam; quia filius ſecundum prædicata abſoluta pertinentia ad intellectum ſortitur rationem idæę; ſed etiam Patet ſecundum prædicata abſoluta eſt idæa creaturarum: ergo poteſt dici de Patre per ſe ipſum vt idæam operatum eſſe creaturas, ſicut de illo dicitur operatum eſſe creaturas per Filium.

68 *Reſpond. ad 1 inſtã tiam.* Reſpondeo ad primam replicam, diſtinguendo conſequens: nihil quod alijs perſonis non ſit commune quoad convenientiam abſolutè, concedo ſequelam: quoad appropriationẽ, nego ſequelam: & ſub eadem diſtinctione minoris, nego conſequẽtiam. Nec contra hanc diſtinctionem obſtat probatio ſequelæ; nam licet prædicata abſoluta, ratione quorum Filio convenit eſſe idæam, ſint communia tribus perſonis; & conſequenter eſſe idæam creaturarum tribus perſonis conveniat, ſoli tamen filio appropriantur, quia ſpectant ad intellectum, per quem Filius procedit; & cõſequentèr eſſe creaturarum idæam ſoli Filio convenit per appropriationem.

69 *Ad 2.* Ad ſecundam, diſtinguo conſequens: ly *vt* dicente rationem concurrendi ad creaturarum productionem, concedo ſequelam: ly *vt* denotante concurrens vt *quod* mediatum, nego ſequelam: & ſub eadem diſtinctione minoris, nego conſequentiã: nec D. Thomas intendebat probare tres perſonas diuinas vt inter ſe diſtinctas concurrere ad rerum productionem, ita vt id, in quo diſtinguuntur eſſet illis ratio concurrendi vt principium *quo* effectiuum, directiuum, motiuum, aut regulatiuum obiectiuè; nam omnipotentia, quæ eſt principium *quo* effectiuum, ſcientia, quæ eſt principium *quo* directiuum, voluntas mouens, & idæa, regulans obiectiuè, ſunt prædicata tribus perſonis communia; & conſequentèr ratio, qua perſonæ diuinæ ad creaturarum productionem concurrunt, non poteſt eſſe id, quod eſt proprium perſonis, ſed ſolum intendebat probare tres perſonas vt diſtinctas concurrere ad creaturarum productionem, vt principium *quod* virtualitèr mediatum, ſimul explicans ſpecialem modum concurrendi quã tum ad appropriationem, quod intentum aſſequutus eſt D. Thomas; nam eo ipſo quod ratio, vel principium *quod* influendi tribus perſonis conueniat, neceſſario conuenit illis vt *quod* ad rerum productionem concurrere, & quia ſcientia, quę eſt principium dirigens appropriatur Filio, & voluntas mouens appropriatur Spiritui Sancto, conſequentèr appropriatur Filio concurrere directiuè, & Spiritui Sancto motiue.

Ad Tertiam obiectionem dicatur, quod 70 iuxta D. Thomam infra, quæſt. 45 art. 6. *AA* 3. ad ſecundum: *Hæc propoſitio* per *ſolet denotare cauſam mediam, ſiuè principium de principio*, & in hoc ſenſu non poteſt de Patre dici per ſe ipſum vt idæam operatum eſſe creaturas, quia non diſtinguitur à ſe ipſo, nec à ſe ipſo procedit; in alio tamen ſenſu prout applicata ſupra *ſe ipſum*, denotat immediationem, verè poteſt dici de Patre per ſe ipſum vt idæam cauſare creaturas, etſi hoc de Patre per appropriationem nõ dicatur, ſicut nec ſcientia, nec voluntas Patri appropriatur, quamvis verè Patri conueniant. Ex qua doctrina conſequitur poſſe de Patre, & filio dici producere creaturas per Spiritum Sanctum vt idæam in ſenſu proprio, cum Spiritus Sanctus ab vtroque procedat, & alias ratione eſſentiæ idæa ſit creaturarum; non tamen in ſenſu appropriatiuo; quia illa, quæ ad intellectum ſpectant non appropriantur Spiritui Sancto, benè tamen ea, quæ ſpectant ad voluntatem: vnde in ſenſu appropriatiuo dicitur Patrem, & Filium per Spiritum Sanctum vt amorem creaturas producere. 17

Nec obſtat, quod Pater immediate cauſet creaturas vt non poſsit dici illas per Filium cauſare, quia cum Filius à Patre pro-

Tacita ob iectio diluitur.

procedat, & ab illo realitèr diſtinguatur, ſtat benè quod immediatè à Patre procedant, quatenus virtus per quam Pater, & Filius cauſant creaturas, eſt eadem, & vna in vtroque; & conſequentèr attenta virtute, qua cauſant, non datur mediatio, & quod procedant à Patre mediate, ſcilicèt mediante Filio perſonalitèr à Patre diſtincto, & ab illo accipiente virtutem, ſicut in ſimili docet Diuus Thomas *infra*, *quæſt.* 36. *art.* 3. *ad* 2. Spiritum Sanctum procedere à Patre immediatè propter vnitatem virtutis, & mediatè, ſcilicèt mediante filio, a quo Spiritus Sanctus procedit, realitèrq; à Patre diſtinguitur, & procedit ab illo

72 *Denique arg. infauore Henrici.*

Denique argumentari poſſumus in fauorem Henrici; Deus namque eſt idæa creaturarum prout eſt Verbum illas repræſentans proprio intellectui; ſed Verbum eſt nomen perſonale, & ſolum dicitur de ſecunda perſona, vt docet D. Thomas *infra quæſt.* 34. *art.* 1. & 2. ergo eſſe idæã creaturarum eſt aliquid perſonale, & ſoli Filio conueniens, & conſequentèr Filius ſecundum ſibi propria, & provt ab alijs perſonis diſtinctus eſt Patri idæa, per quã producit creaturas. Minor cum conſequentia tenet. Maior autem probatur, vt enim docet D. Thom. *infra* q. 45. *art.* 6. *in corpore*, idæa in artifice creato eſt verbum in intellectu conceptum repræſentans artificiatum ab illo formandum: ergo pariter in Deo Verbum repræſentans proprio intellectui creaturas, eſt idæa per quã vt ſupremus artifex creaturas producit.

73 *Cõſequentia prob.*

Probatur conſequentia, primo à paritate rationis. Secundo: nam id ipſum, quod in intellectu creato obtinet rationem artis, & ſcientiæ, depuratum ab omni imperfectione rationem artis, & ſcientiæ ſortitur in Deo: ergo id ipſum, quod in intellectu artificis creati obtinet rationem idææ, deputatum ab imperfectionibus obtinet rationẽ idææ in intellectu diuino; & conſequentèr ſi Verbum in intellectu conceptũ eſt idæa in artifice creato, etiam in artifice increato, & ſupremo Verbum eſt idæa per quam ad extra operatur. Tertio; ideò nãque Verbum in intellectu conceptum eſt idæa in artifice creato, quia repræſentatione continet artificiatum, & in illo concipit artificiatum ad extra formandum, & modum, quo formandum eſt; ſed etiam Verbum diuinum continet repræſentatiuè creaturas, quoad ſubſtantiam, & modum, & in illo intellectus diuinus creaturas cognoſcit, aliàs Verbum creaturarum non eſſet, contra D Th *infra* q. 34. *art.* 3. ergo Verbum diuinum eſt idęa prout eſt Verbum illas repræſentans.

74 Quod amplius vrgetur, vt enim docet D.Thom. *in* 1. *diſt.* 32. *quæſt.* 2. *art.* 1. *ad* 4. & *diſt.* 27. q. 2. *art.* 2. *ad* 4. *Nullo modo eſt concedendũ, quod Pater intelligat à filio, vel quod intelligat in filio, ſicut in obiecto, vel ſpecie, qua cognoſcitur; quia hoc poneret filiũ habere aliquam rationem principij ad Patrem, ſed tamen concedendum eſt, quod Pater intelligit in Filio, & ſe ipſum, & alia in quantum videt filium eſſe ſimilitudinem ſuam, & omnium aliorum, & quamuis Pater ſe ipſum videat in ſe, & omnia alia, tamen omnia poteſt videre in filio, & ſe ipſum*; ſed Verbum in intellectu artificis creati conceptum, ideò obtinet rationem idææ, quia in illo concipit artificiatum à ſe ipſo formandum: ergo diuinum Verbum in Paterno intellectu productum, eſt Patri idæa, per quam producit, & cauſat creaturas. Confirmã

Huic argumento reſponderi poteſt primo, negando maiorem: ad probationem, 75 *Reſp.* 1.
conceſſo antecedenti, negando conſequentiam; ratio autem diſcriminis eſt; nam Verbum eſt intellectui artificis creati, id in quo primo concipit artificiatum à ſe formandum, non enim poteſt illum intellegere niſi in Verbo à ſe producto; & conſequẽtèr eſt idæa per quam formet artificiatum; nam idæa eſt id quod obiectivè regulando ad artificiati formationem concurrit; Verbum autem diuinum non eſt, in quo primo Deus intelligit creaturas, nec prima ratio obiectiua cognitionis illarum, ſed diuina eſſentia ſecundũ prædicata abſoluta; aliàs patet produceret. Verbum, non ex ſola fœcunditate, ſed etiam ex neceſſitate ad intelligendum, quod eſt contra communem Theologorum ſententiam, & cõſtat; nam Verbum diuinum procedit ex cognitione eſſentiæ & creaturarum; & cõſequẽtèr pro priori originis ad filium, ſupponitur Pater intelligens in actu ſecundo eſſentiam, & creaturas, quod eſſe non poſſet ſi Filius eſſet intellectui Patris ratio obiectiua cognoſcendi illas, ideòque Verbũ diuinum ratione proprietatis perſonalis, & vt ab alijs perſonis diſtinctum non poteſt eſſe idæa per quam Deus operatur creaturas. Ex quibus ad primam conſequentiæ probationem conſtat ſolutio.

Ad ſecundam, conceſſo antecedenti, diſtinguo conſequens: ſi poſsit ab imper- 76 *Ad* 2. *probationem*
fectionibus depurari, concedo conſequentiam: ſi non poſsit, nego conſequentiam: quod autem Verbũ diuinum ſit Patri idæa, *eſſe quen-*
per quam primo producat creaturas; ne- *tia.*
ceſſario includit Verbum eſſe intellectui Paterno rationem obiectiuam cognoſcendi ſe, & creaturas; & conſequentèr includit, quod non eſt ſola fœcunditate; ſed etiam

etiam ex necessitate ad intelligendū procedat, quod est imperfectio; nam ex hoc sequitur Patrem secundum prædicata absoluta, & pro priori originis ad filium non esse intelligentem perfectissimè, & ideò ex eo quod Verbum in intellectu artificis creati conceptum sortiatur rationem idææ per quam format artificiatur non sequitur idem de divino Verbo dicendum.

77 *Ad 3. probationem*

Ad tertiam, distinguo secundam partem maioris; quia in illo concipit artificiatum & modum formationis, vt in prima ratione obiectiva illud concipiendi, concedo maiorem: præcisè, quia in illo concipit artificiatum, nego maiorem, & sub eadem distinctione minoris, nego consequentiā: vt enim Verbum divinum vt distinctum ab alijs personis esset idæa per quam Deus causaret creaturas, debeat esse id, in quo primo Deus creaturas cognosceret, sicut Verbum creatum est artifici creato id in quo, & ratione cuius obiectivè concipit artificiatum: Verbum autem divinum non est Deo ratio obiectiva prima, nec in quo primo creaturas intelligit, sed divina essentia secundum prædicata absoluta, & id circo non est Deo idæa per quam operatur creaturas; quia tamen in illo non primo, sed secundo creaturas cognoscit obtinet rationem verbi: representat enim se ipsum, essentiam, & creaturas intellectui divino, non tanquā id in quo primo cognoscuntur essentia, & creaturę, sed tanquā id, in quo secundo cognoscuntur, & hoc nō convenit Verbo ratione proprietatis relativæ, sed ratione essentiæ, sufficitque vt rationem Verbi obtineat. Et ex his ad confirmationem constat solutio.

78 *Sed oppones. 1.*

Sed oppones primo; Patet in se ipso vt distincto ab alijs personis cognoscit se, essentiam, Filium, & Spiritum Sanctum; & tamen non est Verbum respectu sui, nec respectu essentiæ, nec respectu Spiritu Sancti; quia non est in quo primo prædicta obiecta cognoscit: ergo quod in Filio, se & creaturas cognoscat secundo, non sufficit vt sit Verbum; & consequenter requiritur, quod sit primum in quo intellectus concipiat obiectum.

79 *Si dicatur.*

Si dicatur, Patrem non esse Verbum in cognitione sui, & aliorum obiectorum, quā non procedit à se ipso, quod ad rationem Verbi requiritur. In contrarium obstat: nam Pater, & Filius se ipsos in Spiritu Sancto cognoscunt, & ab illis Spiritus Sanctus procedit; & tamen non est Verbum in prædicta cognitione, nomen enim Verbi est proprium secundæ personæ, vt docet Divus Thomas *infra quæst. 34. artic. 1. & 2.* ergo ideò quia non est in quo primo, sed tantum in quo secundo dicta obiecta cognoscuntur; & consequentèr vt filius sit Verbum, debet esse id in quo primo Paternus intellectus cognoscit. Et quo vlterius sequitur esse idæam, per quam Deus Pater operatur creaturas.

80 *In contrarium obstat*

Oppones secundo; non minus est de ratione Verbi prout à Thomistis adstruitur, esse obiectum intrinsecum, in quo obiectum cognoscatur, quam de ratione idææ esse rationem obiectivam cognoscendi artificiatum, & modi, quo formandum est; sed quia non est prima ratio cognoscendi creaturas respectu intellectus divini, non est Deo idæa, per quam operatur creaturas, vt in solutione nostra asseruimus: ersi non est id in quo primo Deus intelligit creaturas, non obtinet rationem Verbi respectu divini intellectus: vel si vt sit Verbum, sufficit esse obiectum, in quo secundo intelligit intellectus divinus, id ipsum sufficit vt obtineat rationē idææ.

81 *Secundo oppones.*

Respondetur ad primam replicam solutione assignata, vt enim docet Divus Thomas *infra quæst. 34. articul. 1.* Verbum in divinis dicitur personalitèr, quia in cōceptu Verbi importatur realis processus ab intelligente, realis autem processus relativam fundat oppositionem, quæ in Deo non datur inter prædicata absoluta, ac proinde vt Patet à ratione Verbi excludatur, etsi in se ipso, secundo, se, & omnia contempletur, sufficit quod à nullo procedat.

82 *Respond. ad 1. instantiam.*

Ad replicam contra istam solutionem respondeo, concessis maiori, & minori, negando consequentiam; nam ad rationem Verbi in divinis non sufficit esse id in quo secundo cognoscatur obiectum, & esse terminum procedentem ab alio; sed insuper est necessārium, vt esse representationem actualissimam obiecti ex vi processionis termino procedenti conveniat; licet autem, & Filius, & Spiritus Sanctus ratione divinæ essentiæ representet omnia obiecta, quæ cognoscuntur à Deo, & Deus ista obiecta Filio, & in Spiritu Sancto secundo cognoscat; hæc tamen representatio convenit filio formalitèr ex vi processionis, quia per intellectum procedit; Spiritui Sancto non ita, sed materialitèr, & identicè, sicut solum identicè est Deus, non formalitèr ex vi processionis, & ideò filius est Verbum respectu intellectus divini: secus autem est Verbum Spiritus Sanctus.

83 *Ad replicā contra solutionē*

Nec refert si opponas; id solum convenit Verbo ex vi processionis, ratione cuius per se primo processionem terminat; sed vt *infra disp. 75. in vno modo* discurrēdi docebimus, Verbum non terminat per se primo processionem ratione representatio

84 *Si opponas.*

rationis, nec ratione eſſentiæ vt repræſentatiuæ, ſed ratione eſſentiæ, & naturæ diuinæ ſecundum modum eſſendi naturalem: ergo non habet eſſe repræſentatiuum formaliter ex vi proceſsionis. Conſequentia eſt bona. Minor continet noſtram doctrinam. Maior autem probatur, non enim alia ratione Spiritus Sanctus non procedit vt repræſentatiuus formaliter ex vi proceſsionis, niſi quia non terminat per ſe primo proceſsionem ratione eſſentiæ vt repræſentatiuæ: ergo id ſolum conuenit procedenti ex vi proceſsionis, ratione cuius per ſe primo illam terminat.

85 *Reſpond.* Reſpondeo, negando maiorem: ſed etiã conuenit Verbo ex vi proceſsionis formaliter, id quod per ſe ſecundo formaliter illi communicatur ex vi proceſsionis; licet autem in illo modo dicendi, quem probabiliter defendemus loco allegato, non terminet proceſsionem per ſe primo ratione naturæ vt repræſentatiuæ, hoc tamen prædicatũ per ſecundo ſe formaliter communicatur Verbo ex vi proceſsionis, aliàs rationem Verbi non obineret, & ideò Verbum ex vi proceſsionis eſt repræſentatiuũ. Ad probationem maioris, nego cauſalem vt adæquatam, ſed ideò Spiritus Sanctus non procedit vt repræſentatiuus formaliter ex vi proceſsionis; quia nec terminat per ſe primo illam vt repræſentatiuus, nec eſſe repræſentatiuum illi communicatur, etiam per ſe ſecundo formaliter ex vi proceſsionis, ſed ſolum identicè illi conuenit per proceſsionem, ex eo quod identificatur cum illo prædicato ratione cuius per ſe primo terminat proceſsionem, & ideò quamuis ratione naturæ diuinæ repræſentet omnia obiecta cognita à Deo, & à Patre, & Filio procedat rationem Verbi non obtinet. Sed de his plura *infra quæſtione* 27. & 34.

86 *Sed inſta bis.* Sed adhuc inſtabis; nam ſequitur ex iſta reſolutione, non ſolum eſſe proprium ſecundæ perſonæ, quod ſit Verbum creaturarum, ſed etiam quod ſit idæa, & exemplar quaſi ſecundum illarum; conſequens eſt contra ea, quæ ſupra diximus, nempè rationem idææ eſſe tribus perſonis communem: ergo, & tradita reſolutio. Probatur ſequela, ideò eſt proprium ſecundæ perſonæ eſſe Verbum, quia eſſe repræſentatiuum in actu ſecundo, in quo ratio Verbi conſiſtit, ſoli ſecundæ perſonæ conuenit ex vi proceſsionis, ſed etiam ratio exemplaris ſoli ſecundæ perſonæ conuenit ex vi proceſsionis: ergo eſſe exemplar quaſi ſecundum, ideſt, in quo vel ratione cuius practicè cognoſcuntur creaturæ, eſt ſecundæ perſonæ proprium.

87 Magiſter Bañez *infra* q. 45. *art.* 6. *in commentario articuli ſolutione ad* 1. ex argumentis factis pro Henrico, cenſet concedendum eſſe, quod pro inconuenienti inferimus, nempè, quod eſſe principium creaturarum per modum exemplaris, ſi intelligatur de exemplari primario cognitionis diuinæ practicæ, conuenit ſecundæ perſonæ, non propriè, hoc eſt, illi ſoli, ſed appropriatiuè, & per accommodationem, quoniam hoc eſt commune tribus perſonis, ſicut eſſentia diuina, quæ eſt primariũ exemplar, eſt communis illis; cæterum ſi intelligatur de exemplari quaſi ſecundario non per acommodationem, ſed per proprietatem conuenit ſecundæ perſonæ, quia non conuenit alijs perſonis, ſed dumtaxat Verbo, quia ex viſuæ productionis producitur per modum ſimilitudinis, & exemplaris omnium creaturarum, quod alijs perſonis non conuenit. *Doctrina Mag. Bañez.*

Huius tamen viri exiſtimationi non acquieſcimus, eo quod de ratione idææ, vel exemplaris non eſt ab alio procedere: ergo vt eſſe idæam, vel exemplar creaturarũ conuenit formaliter perſonis diuinis, nõ eſt neceſſarium quod illis ex vi proceſsionis conueniat. Antecedens eſt certũ, aliàs idæa, vel exemplar creaturarum eſſet aliquid perſonale, ſicut eſſe Verbum perſonale eſt in Deo, quia de ratione Verbi eſt ab intelligente procedere; ſed idæa, vel exemplar non eſt perſonale in Deo: ergo de ratione illius non eſt procedere ab alio. Conſequentia autem probatur primo, quia ideò de ratione Filij eſt ſimilitudo in natura ex vi proceſsionis, & de ratione Verbi ſimilitudo repræſentatiua ex vi proceſsionis; quia de ratione filij eſt procedere vt ſimilem ſimilitudine naturali, & de ratione Verbi eſt procedere ſimile ſimilitudine repræſentatiua, vt conſtat ex illorum definitionibus, quæ à Diuo Thoma explicantur in ſenſu formali: ergo ſi de ratione idææ, & exemplaris non eſt procedere ab alio, vt conueniat formaliter alijs perſonis, non eſt neceſſarium, quod illis ex vi proceſsionis conueniat. Secundo, quia nãque de ratione Deitatis, & de ratione omnipotentiæ non eſt procedere ab alio, Pater eſt Deus, & omnipotens formaliter, quãuis a nullo procedat, & Spiritus Sãctus eſt Deus formaliter, & formaliter omnipotẽs, quãuis eſſe Deum, & eſſe omnipotentẽ non conueniat illi formaliter ex vi proceſsionis; ſed de ratione idææ, vel exemplaris non eſt proceſſus realis ab alio: ergo conuenit Patri, & Spiritui Sancto formaliter, quamuis non conueniat illis formaliter ex vi proceſsionis. 88 *Non placet prædicta doctrina.*

Reſpondebis fortè ex doctrina ſupra tradita, quod licet exemplar primarium 89 *Reſpond.*

non

non petat procedere ab alio, exemplar autem ſecundarium petit ab alio procedere, & conſequenter vt de termino procedente formaliter prædicetur, petit conuenire formaliter ex vi proceſſionis. Sed contra; nã id dicitur, & eſt exemplar ſecũdarium, cui non per ſe primo, ſed per ſe ſecundo conuenit ratio exemplaris; ſed vt per ſe ſecundo ratio exemplaris conueniat, non petitur proceſſus ab alio: ergo de ratione exẽplaris ſecundarij non eſt ab alio procedere. Maior cum conſequentia tenet. Minor autem probatur; quia namque de ratione omnipotentiæ, in eo cui primo convenit nõ eſt proceſſus ab alio, nec in eo cui ſecũdo cõvenit petit ab alio procedere, nec formaliter per proceſſionẽ haberi, vt prędicetur formaliter: vndè non ſolũ hic Deꝰ, cui per ſe primo cõvenit omnipotẽtia, eſt omnipotens formaliter, ſed etiã tres perſonæ divinæ, quibus convenit omnipotentia ſecundo, ſunt omnipotentes formaliter, quãvis Pater à nullo procedat & Spiritus Sanctus, licet ab alio procedat non habeat omnipotentiam ex vi proceſſionis formaliter, ſed ſolum per proceſſionem identicè, & materialiter; ſed ratio idææ, vel exemplaris in eo, cui convenit per ſe primo, nõ petit ab alio procedere: ergo nec in illo, cui per ſe ſecundo convenit petit procedere ab alio; & conſequenter quamvis Spiritui Sancto non conueniat ex vi proceſſionis, erit ſecundum exemplar formaliter, quamvis non cum tanta formalitate, ac prædicatur de Verbo, de quo prædicatur formaliter, tàm in eſſe rei, quàm in eſſe termini proceſſionis, eo quod eſſe repræſentativum practicè communicatur Verbo formaliter ex vi proceſſionis.

& al cõtr.

90 *Reſolutio.*

Ex qua doctrina ad vltimam inſtantiam reſpondeo, negando ſequelam: ad illius probationem, diſtinguo maiorem: ly *ideò* cauſam adæquatam dicente, nego maiorẽ: ob id, & quia de ratione Verbi eſt procedere ab intelligente vt repræſentativum obiecti, concedo maiorem: & conceſſa maiori, nego conſequentiam; nam de ratione idææ, non eſt procedere ab alio, & ideò vt formaliter de aliquo prædicetur, non petit, quod formaliter ex vi proceſſionis habeatur; de ratione autem Verbi eſt procedere ab intelligente vt repræſentativum obiecti, & quia verba in diffinitione formaliter accipiuntur; hinc ſit, quod vt de aliquo ratio Verbi prædicetur, ſit neceſſarium vt eſſe repræſentativum conueniat ex vi proceſſionis formaliter, quin ex hoc rectè inferatur ad eſſe exemplar formaliter requiri, quod ex vi proceſſionis ratio exemplaris conueniat, ſicut iſta conſequentia non tenet; *Ideò ſola ſecunda perſona eſt Verbum, quia eſſe repreſentativum illi ſoli convenit ex vi proceſſionis; ſed etiam eſſe Deum ſoli ſecundæ perſonæ convenit ex vi proceſſionis: ergo ſola ſecunda perſona eſt Deus*: cuius præmiſſæ ſunt veræ, conſequens autem falſum; nam Pater eſt Deus formaliter, & etiam Spiritus Sanctus, & tamen Pater non eſt Deus per proceſſionem, & Spiritus Sanctus licet ſit Deus per proceſſionem, non tamen ex vi proceſſionis, cuius conſequentiæ defectus nullus alius eſſe poteſt, niſi quia de ratione Verbi eſt procedere ab alio, non autem de ratione Dei.

Ad ſecundam replicam *num.* 81. propoſitam, reſpondeo, diſtinguendo maiorem: non minus, & eodem modo, nego maiorẽ: non minus, & diuerſo modo, concedo maiorem: & conceſſa minori: nego conſequẽtiam: differentia autem conſiſtit in hoc: nam de ratione verbi non eſt produci ex neceſſitate ad intelligendum; cum enim in hoc imperfectio involvatur, ſi eſſet de ratione verbi, repugnaret Verbum in Deo, ſi autem eſſet de ratione verbi, eſſe id, in quo primo intelligeretur obiectum, omne Verbum produceretur ex neceſſitate ad intelligendum: ac proinde, neceſſario debemus aſſerere de ratione verbi vt abſtrahit à creato, & increato non eſſe, quod ſit primum, in quo cognoſcatur obiectum, ſed ſufficere, quod obiectum in illo cognoſcatur, ſiue primo, ſiuè ſecundo; in hoc autẽ, quod idæa neceſſaria ſit in omni artifice ad concipiendum, & intelligendum practicè obiectum, nulla imperfectio importatur, ac proinde, nec in eo, quod ſit prima ratio obiectiua concipiẽdi artificiatum aliqua imperfectio relucet: vnde licet ad vtrumque neceſſarium ſit eſſe rationem obiectivam intelligendi, non tamen in vtroque, eſt eodem modo neceſſarium.

91 *2. inſtantia diluitur.*

Si autem rationem petas iſtius differentiæ, eà eſt; nam de ratione verbi eſt procedere realiter ab intellectu in hoc autem, quod Paternus intellectus aliquo realiter diſtincto indigeret, vt obiectum intelligeret, imperfectio maxima eſt: nempè Deum ſecundum prædicata abſoluta non eſſe in linea intellectiua perfectum, & ſummè actualem de ratione autem idææ non eſt procedere ab alio: vndè in Deo poteſt ratio idææ in linea abſoluta ſalvari: ex quo vlterius ſit, vt ex illius neceſſitate ad intellectionem practicam nulla imperfectio inferatur, cum poſſit Deus pro priori ad relationes ſummè perfectus intelligi ſecundum prædicata abſoluta intra lineam intellectiuam, quamvis idæa ſit omninò neceſſaria ad intelligendum practicè obiectum. Hæc videntur neceſſario docenda in

92 *Ratio doctrinæ aſſignatur.*

ſententia aſſerente, Verbum in diuinis ſolum perſonaliter dici.

91 *Aliter principale argumẽtũ diluitur.*

Quia tamen *ſupra diſp. 24. num. 201.* aſſeruimus, Verbum poſſe ſumi dupliciter, ſcilicèt propriè, id eſt adæquatè, & communiter id eſt in adæquatè, & in priori acceptione eſſe de ratione illius realiter ab intelligente procedere; & conſequenter in Deo ſolum perſonaliter dici, & ſoli ſecũdæ perſonæ rationem verbi competere: in ſecunda verò acceptione ſolum eſſe de ratione Verbi, quod ſit repræſentatio actualiſſima, & vltima actualitas in linea intelligibilitatis paſſivæ, & ſic Verbum dici eſſentialiter, Deoque pro priori ad relationes ſecundum prædicata abſoluta rationem verbi conuenire: ideò iuxta iſtam doctrinam argumento vltimo formato in fauorem Henrici alitèr eſt ocurrendum, diſtinguendo maiorem: prout eſt Verbum propriè, & adæquatè acceptum, nego maiorem: accepto verbo communiter, & inadæquatè, concedo maiorem: & ſub eadẽ diſtinctione minoris, nego conſequẽtiam; nam licet Verbum propriè, & adæquatè acceptum, qua ratione dicit repræſentationem, & proceſsionem realem ab alio, perſonaliter ſolum dicatur in Deo, acceptum tamen in adæquatè, & communiter prout ſolum dicit actualitatem repræſentatiuam obiecti, eſſentialiter dicitur: Deus autem non eſt prima idæa creaturarum vt Verbum in prima, ſed in ſecunda acceptione; ac proinde eſſe primam creaturarũ idæam non conuenit verbo diuino vt perſonaliter ab aliis diſtinctio: prout autem argumentum probare contendit, Verbum proprie, id eſt adequatè acceptum eſſe idæam, qua Deus operatur creaturas, ſolutum manet ex dictis in priori ſolutione.

94 *Replicabis.*

Sed contra ſecundam oppones, Verbum proprie, & adæquatè ſumptum dicitur perſonaliter, & eſt proprium ſecundæ perſonæ: ergo idæa ſumpta propriæ, & adæquatè perſonaliter dicitur, & eſt ſecundæ perſonæ propria, quamvis ſumpta communiter, & inadæquatè eſſentialiter dicatur, & ſit tribus perſonis communis; & conſequenter ſententia Henrici erit vera de idæa propriè, & adæquatè ſumpta. *Reſpond.* Reſpondeo, negando conſequentiam: ratio autem diſcriminis conſtat ex dictis; quia nempè Verbum adæquatè ſumptum dicit repræſentationem actualiſſimam obiecti, & ordinem producti ad intelligentem, & ideò propriè, id eſt adæquatè ſumptum perſonaliter dicitur: de ratione autem idęę ordo producti ad intelligentem, non eſt, ſed ſolũ quod ſit ratio obiectiua practicæ cognitionis artificiati, & ideò propriè, id eſt adæquatè ſumpta, non dicitur perſonaliter, ſed eſſentialiter; & ſecundum prædicata eſſentialia adæquatè ſumpta, ſalvatur in Deo.

Inſtabis; idæa idem eſt quod Verbum practicè repræſentans obiectum, ſeu artificiatum ab artifice formandum; ſed Verbum practicè repræſentans, propriè acceptum perſonaliter dicitur in Deo, non minus quam Verbum ſpeculatiue repræſentans: ergo idæa proprie ſumpta dicitur perſonaliter. 95 *Inſtabis.*

Reſpondeo, negando maiorem; nam licet Verbum practicum includat rationem idææ, non tamen eſt de ratione idææ, quod Verbum practicum ſit; nam Verbũ practicum dicit ordinem producti ad dicẽtem, & rationem repræſentantis practicè obiectum: idæa autem ordinem producti ad dicentem non importat, ſed ſolum ordinem repræſentantis, & ideò quamvis omne Verbum practicum idæa ſit, non tamen omnis idæa Verbum practicum eſt, nec eſſe verbum practicum eſt de ratione idææ. *Reſpond.*

§. VII.

Examinantur alij modi dicendi.

96 *Prima pars ſententiæ Durandi.*

DVrandus *in 1. diſt. 36. quæſt. 3.* conuictus argumento facto, diſtinguit tria genera perfectionum: quædam enim ſunt communes Deo, & creaturis, vt eſſe, viuere, cognoſcere: quædam ſunt ſolum in Deo, vt eſſe omnipotentem, infinitum, & huiuſmodi: aliæ creaturarum propriæ, vt eſſe finitum, creatum, & huiuſmodi, & præter hæc, quidditates rerum creatarum, vt eſſe hominem, bouem, &c. Qua diſtinctione poſita, docet, quoad illas perfectiones, quæ ſunt Deo, vel creaturis propriæ, non poſſe diuinam eſſentiam habere rationem idęę: quia non poteſt comparari ad illas, vt imitabile ad imitatiuum, quod requiritur ad rationem idęę, & hoc ideo, quia id in quo vnum imitatur alterum, debet in vtroque inueniri: perfectiones autem, quę ſunt Deo propriæ, non cõueniunt creaturis, quę ſunt propriæ creaturis, non inueniuntur in Deo; & conſequenter quoad iſtas perfectiones, non poteſt creatura Deum imitari. Ex quo vlterius fit, vt diuina eſſentia quantum ad has perfectiones non ſit creaturarum idęa. Quoad illas vero, quę ſunt Deo, & creaturis communes, poteſt diuina eſſentia rationẽ idęę ſortiri, nõ perfectè, ſed imperfectè: quia vbi non eſt perfecta ratio imitationis, non eſt perfecta ratio idęę: ſed hic non eſt perfecta ratio imitationis: ergo nec ratio perfecta idææ Maior patet, inquit Durandus: quia idęa, & idęatum dicunt imitabile, & imitatiuum, ergo vbi non eſt perfecta imi- *Secunda pars.*

Digitized by Google

imitatio, non est perfecta ratio idææ. Minorem autem probat; nam imitatio Dei à creatura quantumcumque ad quascumque perfectiones non est secundum identitatem speciei, & dicitur esse quædam imitatio Dei à creaturis quoad prædicata communia, per oppositum ad illa, quæ sic conueniunt Deo quod non creaturis, vel sic creaturis, quod non Deo in quibus nulla est imitatio, quin potius oppositio: ergo quoad prædicata communia Deo, & creaturis, est imitatio Dei à creatura, imperfecta, & consequentèr imperfecta ratio idææ, quoad propria verò Deo, vel creaturis, nullatenus diuina essentia sortitur rationem idææ quia in illis nullatenus creatura Deum imitatur.

98 3. *pars.* Ex quo infert Durandus, quoad illa prædicata, quæ conueniunt creaturis, & non Deo, ipsas creaturas quatenus à Deo cognitas habere rationem idææ, nec est inconueniens, quod creatura vt cognita sit exemplar sui ipsius vt realitèr existentis. Cum autem sibi obiecisset, nam creatura cognita non est æterna: idææ secundum Augustinum sunt æternæ: ergo creatura cognita non est idæa. Respondet, quod licet creaturæ secundum esse proprij generis non sint æternæ, sunt tamen æternæ secundum esse cognitum à Deo, & secundum hoc esse cognitum habent rationem idææ. Inquirens autem Durandus, quid sit hoc esse cognitum? Respondet, *quæst. citata, numero* 17. per hoc esse cognitum se intelligere, non Dei cognitionem, nec esse creaturæ secundum proprium genus, quia prout sic non est æternum, sed habitudinem cognitionis diuinæ ad creaturam cognitam, secundum quam habitudinem ipsa dicitur esse in mente diuina obiectiuè à Deo cognita, & hæc habitudo non est res, sed ratio, nec necesse est idæam esse semper rem, sed sufficit quod sit ratio rei apud intellectum artificis, sicut sanitas in anima est idæa sanitatis in re ad extra, & domus in mente artificis est idæa domus materialis, quæ fit extra per artificem. Hæc durandus, præter morem solitum satis obscura.

99 *Sententia ista reijcitur primo ex dictis.* Cuius sententia reijcitur primo ex his, quibus supra ostendimus, inter idæam, & idæatum realem distinctionem debere intercedere eo quod nihil potest realitèr imitari se ipsum, idæatum autem realitèr imitatur idæam. Secundo ex alio principio: quia idæa est finis, & regula actionis, per quam artificiatum ab artifice formatur, nihil autem creatum potest esse finis, aut regula actionis diuinæ, & consequentèr nihil creatum potest esse idæa respectu intellectus diuini. Præterea nam idæa eatenus est ratio formandi artificiatum, quatenus est ratio obiectiua illud practicè cognoscendi; sed creatura nequit esse Deo ratio obiectiua practicæ cognitionis, vt *Disput.* 26. §. 8. fusè monstrauimus: ergo nequit esse idæa, per quam Deus operetur ad extra.

100 *Dei non esse improprie idæa sed proprie, probatur 1.* Deinde impugnatur, discurrendo per illa, quæ docet Durandus. Primo displicet in eo, quod ait, Deo conuenire imperfectam rationem ideæ, cuius falsitas ostenditur primo: omne enim quod dicitur proprie de Deo, & de creaturis, propriùs de Deo dicitur; & consequentèr perfectius, quam de creaturis; sed ratio ideæ non metaphoricè, sed proprie dicitur de Deo: ergo proprius, & perfectius quam de creaturis dicitur ratio idææ, & consequenter non imperfectè, sed perfectè conuenit Deo, esse creaturarum idæam. Consequentia cum minori tenet.

Maior autem est Diui Thomæ expressa *supra quæstion.* 13. *artic.* 6. & constat: id enim quod causæ conuenit, & effectui, proprius de causa dicitur, quam de effectu; Deus autem est causa omnis perfectionis repertæ in creaturis: ergo id quod dicitur de Deo, & de creaturis, proprius de Deo dicitur, quam de creaturis: ex quo vlterius fit, vt perfectius Deo conuenire debeat, quam creaturis: licet enim causa vniuoca non petat effectum excedere in perfectione: causa autem, quæ æquiuoca est, petit effectum excedere in perfectione vtrique communi, & maximè causa prima: Deus autem non est causa vniuoca, sed æquiuoca, & prima omnis effectus creati: ergo perfectio, quæ Deo, & creaturis conuenit, perfectius reperitur in Deo.

101 *Secundo probatur.* Secundo probatur: ex eo quod de ratione idæ sit esse imitabilem ab idæato, non sequitur vbi est imperfecta imitatio, esse imperfectam rationem ideæ; sed hæc est ratio Durandi: ergo ratio, qua dictum illud suadet, est nulla; & consequentèr illius assertio est falsa. Probatur maior, de ratione agentis est intendere sibi assimilare effectum; & tamen ex hoc non sequitur vbi perfecta assimilatio effectus ad agens non est, esse agens imperfectum, Deus namque est perfectissimum agens, & perfectissima causa; & tamen similitudo creaturarum ad Deum, similitudo perfecta non est: ergo ex eo quod de ratione ideæ sit esse imitabilem, non sequitur idæam, quam idæatum non imitatur perfectè, esse imperfectam idæam.

102 Confirmatur: de ratione effectus causæ efficientis est suæ causæ assimilari, & tamè ex eo, quod effectus nõ assimiletur suæ causæ perfectè, nõ sequitur esse imperfectè effectum

ctũ illius; nam effectus causati à Deo non assimilantur illi perfectè, & tamen non sunt imperfecti in ratione effectus Dei, quin potius in ratione effectus excedunt effectus omnium aliarum causarum: ergo ex eo quod de ratione effectus causæ exemplaris sit esse imitativum illius, non sequitur, quod si imperfectè imitatur, deficiat à perfectione idæati, vel à perfectione effectus in illo genere causæ, & consequenter non sequitur ex eo, quod idea non sit perfectè ab idæato imitata, non esse perfecte ideam.

103 *Esse cognitũ creaturarum nõ esse respectũ cognitionis diuinæ ad creaturas Prob. 1.*

Displicet secundo Durandus in eo quod ait, esse cognitum creaturarum in quo rationem idæ consistere docet, esse respectum cognitionis diuinæ ad creaturas, cuius falsitas ostenditur primo; nam relatio cogniti non refert cognoscentem ad cognitum, sed cognitum ad cognoscentem, sicut relatio visi non refert videntem ad obiectum visum, sed obiectum visum ad videntem: at relatio cognitionis refert cognoscentem ad cognitum: ergo relatio cogniti non est relatio cognitionis: & consequenter si esse cognitum creaturarum consistit in relatione, non consistit in relatione cognitionis diuinæ ad creaturas, sed in relatione creaturarum ad Deum vt cognoscentem.

104 *Secundo.*

Deinde: nam hæc relatio nec est rationis, nec realis: ergo talis relatio non datur. Antecedens pro prima parte patet; nam in relatione rationis, non potest consistere ratio idæ; sed in prædicta relatione est posita ratio idæ in sententia Durandi: ergo nequit esse relatio rationis. Pro secunda parte probatur primo: nam Dei ad creaturas non datur relatio realis, vt docet Diuus Thomas *supr. quæst.* 13. *artic.* 7. ergo relatio cognitionis diuinæ ad creaturas non potest esse realis. Secundo; nam relatio realis cognitionis diuinæ ad creaturas, non potest non identificari cum cognitione diuina, aliàs esset accidens diuinæ cognitionis, quod implicat; sed in relatione identificata cum diuina cognitione non potest consistere ratio idæ, alias in ipsa cognitione consisteret, cuius contrarium docet Durandus: ergo relatio realis cognitionis diuinæ ad creaturas non est.

105 *Denique.*

Denique: nam ly *in quantum* cadens supra aliquod concretum, necessario debet designare, vel formam talis concreti, vel subiectum denominatum ab illa, vt constat discurrendo per omnia concreta; sed cognitum esse creaturarum à Deo, est concretum constans ex cognitione diuina, vt forma denominãte, & ex creaturis vt subiecto denominato: ergo si creaturæ in quantum cognitæ obtinent rationem idæ, vt docet Durandus, ly *in quantum* designare debet, vel cognitionem diuinam, quæ est forma, & consequenter diuina cognitio erit creaturarum idæa, quod negat Durandus, vel designare debet creaturas, quæ sunt subiectum denominatum, provt à cognitione diuina distinctas; & cõsequenter creaturæ vt in proprio genere sortiuntur rationem idæ, quod Durandus reculat. Quod si recurrat ad relationem cognitionis diuinæ ad creaturas vt cognitas, hoc effugium ex dictis proximè manet exclusum.

106 *Ideã esse realem prob. 1.*

Denique displicet Durandus in eo, quod asserit, idæam non semper esse rem; sed aliquando esse rationem. Cuius falsitas probatur primò; nam idæa semper est aliquid reale, alàs causa realis non esset; sed ratio, quæ non est aliquid reale, sed rationis: ergo idæ semper est res, & nunquam est sola ratio.

107 *Secundo.*

Secũdo: nam vel est ratio formalis, hoc est existens subiectivè in intellectu, vel est ratio obiectiva, hoc est, intellectui obiecta: si primum, semper est res, nam cognitio, aut Verbum in quibus potest ratio formalis consistere; semper sunt aliquid reale: si secundum dicatur; cum non sit ratio obiectiva conficta, aliàs esset ens rationis, necessario est dicendum esse rationem obiectivam realem, & veram; & consequenter asserendum est, esse rem.

108 *Tertius modus dicendi.*

Tertius modus dicendi asserit, idæam divinam consistere, non in divina essentia vt cognita, sed vt est actualis cognitio, & ad sextum argumentum respondet, quod licet essentia divina vt essentia, & vt obiectum cognitum, non sit similis creaturis, provt tamen cognitio, est illis similis, nõ similitudine entitativa, sed intentionali, & representativa: representat enim intellectui divino omnia prædicata creaturarũ, & modum, quo sunt formandæ, quam similitudinem sufficere ad rationem idæ constat in artifice creato, in quo idæa interior, est cognitio, seu Verbum mentis, cum tamẽ, nec cognitio, nec Verbũ assimilentur artificiato formando similitudine entitativa, sed tantum representativa, & intentionali.

109

Pro hac sententia refertur Bonaventura *in primo distinct.* 35. *quæst.* 1. *artic.* 1. illam tenet Vazquez, *disp.* 72. *cap.* 2. Suarez *lib.* 3. *de attributis, cap.* 5. *& tom.* 1. *metaphysicæ, disp.* 35. quibus ex parte adhæsit Granados *tract.* 7. *disp.* 2. *sect.* 3. Dupliceꝫ distinguẽs idæam, vnam formalem, & aliam obiectivam, & asserens, idæam formalem consistere in cognitione diuina, obiectiuam autem in diuina essentia, vt diuinæ mentis obiectæ rei

as prohac sen… sentia Molinam, &in
nsumentem L… divi Th. accipiens, cui
tiq aliqui R… centiores adhærent.

ois tamen p… acere non potest, est
contra D. T… homam *In hac quæst.*
1. ad tertiu… m, illis verbis: *Vnde*
in Deo, nē… mil est aliud, *quam Dei*
ia, & exp… tesius *arr.* 2. *ad* 2. Vbi
t dari in D… o plures idęas: secus au-
plures sapientias, & artes: *Quia sa-*
git, sed i… *significantur* vt quo *Deus in-*
s autem … *intellectu intelligit mul-*
sed cognitio divina non significatur vt
d à Deo intelligitur, sed vt quo Deus
lligit, & cognoscit: ergo idęa divina
consistit in actu cognitionis.

Hæc explicatio adhibita à Patre Grana
quod nempè *Divus Thomas* loquatur
idęa obiectiva, *non autem de* idęa for-
li, difficultatem euacuat. Tùm: quia
vus Thomas idæam contraponit arti,
sapientię, & consequentèr sentit artem,
sapientiam divinam, non sortiri ratio-
m idęę, sed cognitio divina est ars, & sa
entia: ergo nullatenus est idęa iuxta mē
m Angelici Præceptoris. Tùm etiam:
arg. sequitur ex tradita explicatione,
Od loquendo de idęa formali D. Thom.
gum eorum insolutum reliquerit: hoc
rtem admittendum non est, maximè à
arre Gramios doctrinę Divi Thomę ad
dicti simo: ergo explicatio tradita est in-
ufficiens. Probatur sequela: argumentū
contendebat probare, non esse plures idęas
in Deo: quia in illo non sunt plures artes,
ac plures sapientiæ. Cui argumento
det Divus Thomas, concesso an-
tecedente, negando consequentiam, & ra-
tionem reddit: quia ars, & sa-
pientia significantur vt quo Deus intelli-
git, non significatur vt quod à Deo
intelligitur, sed hæc doctrina non potest
applicari, cognitio namque
non significatur vt quod à Deo
intelligitur, sed vt quo Deus intelligit: ergo
si cognitio divina est formalis idęa,
argumentum à Divo Thom. relinquitur
insolutum.

Deinde reijcitur, ideò namque aliqui ex
præfatis Authoribus idæam divinam in
tellectione Dei consistere docent, quia Ver-
bum mentis in artificè creato est idęa,
per quam format artificiatum, Verbum
autem idem est quod intellectio; sed Ver-
bum in artificè creato ab intellectione di
stinguitur, vt expræsè docet Divus Tho-
mas Quæst. 8. de Potentia, artic. 1. quæst.
3. de veritat. artic. 2. quæst. 4. artic. 1. &
2. Primo Contra Gentes, cap. 11. & in hac

prima P… re infra quæst. 34. artic. 1. ad 2.
Ergo p… fata sententia in principijs con-
tra ijs … D. Thomæ doctrinæ fundatur: &
cohæq… ntèr illius mentì contradicit.

Confi… natur, & vrgetur: inde namque
moven… r præfati Authores, vt diuinæ in- 113
tellecti… i attribuant rationem idææ: quia Confirma
est simi… creaturæ in esse repræsentativo, tur. 1.
quod su… cit ad rationē idęę: & hoc ideò,
quia in… lectio creata est suo obiecto si-
milis in… ntionaliter, sed intellectio crea-
ta non est … similitudo intentionalis obiecti:
ergo nec … divina intellectio. Probatur mi-
nor, … od enim intellectio creata sit
similitu… intentionalis obiecti, colligūt
præfati A… thores, ex eo quod Verbum in
intellect… one consistit, Verbum autem est
intentio… aliter simile obiecto: at Verbum
ab intell… tione creata distingui, est doctri
na expr… a D. Thomę: ergo saltim in
doctrina … D. Thomę, intellectio non est
intentio… alis similitudo obiecti: & con-
sequent… iuxta Angelici Doctoris doctri-
nam n… est in illa constituenda ratio
idęę, ne… n Deo, nec in nobis.

Con… natur, & vrgetur secundo, inde 114
Vazqu… , & Suarez excludunt essentiam Vrgetur
divina… a ratione idęę, quia non est crea- secundo.
turis si… lis, de ratione autem idęę est si-
militu… cum idęato: at hęc ratio etiam
probat… gnitionem divinam idęam non
esse: er… inconsequentèr negant essentię
ration… idęę, & illam Dei cognitioni
conced… nt. Probatur minor, similitudo,
quam n… gant essentię divinæ respectu crea
turarum… , est similitudo vnivoca, analogā
enim si… militudinem inter essentiam divi-
nam, & … creaturas non possunt negare; sed
cognitio … divina non potest esse creaturis
similis … similitudine vnivoca: nam inter
Deum, … creaturas in nullo prædicato
potest … dari convenientia, aut similitudo
vnivoca, … vt docent communitèr Theolo-
gi, & … modo supponimus ex Divo Thoma
supra … quæst. 13. art. 5. ergo ratio illa pro-
bat de … essentia, convincit etiam de divina
cognitione, quod idæa creaturarum esse
non … possit.

Respondebis ex parte Vazquez vbi su- 115
pra … cap. 2. similitudinem requisitam ad Respondet
rationem idææ inter ipsam, & rem cuius Vazq.
est idæa, non esse secundum vnitatem eiusdem naturæ; qualis est inter duo alba, sed secundū repræsentationem, sicut species, seu verbum alicuius rei dicitur similitudo illius; cum tamen interdum longè diversæ naturę sint, & qualitatis, & hāc similitudinē convenire cognitioni Dei: secus autem essentiæ, seu naturæ divinæ. Ita Vazquez vbi proxime n. 6. & explicans num. 8. illum modum similitudinis, ait, secundum illum

illum perfectiſsimè creaturas Deum imitari, ſic enim omninò producuntur re ipſa, ſicut eſſentia divina eas repræſentat.

116 *Sed cõtra 1.* Sed contra primo: nam ratio repræſentationis non convenit cognitioni, ſed verbo per cognitionem producto, in quo intellectus contemplatur obiectum, vt ex D. Thom. vidimus, & fusè oſtendimus *tom. 1. tract. 2. diſp. 12.* Sed cognitio divina ſub ratione cognitionis non eſt verbũ creaturarum, nec ipecies expreſſa illarum ſed aliquid à verbo diſtinctum in ſententia D. Thomæ diſtinguentis cognitionem a Verbo: ergo divina cognitio, ſub ratione cognitionis non eſt ſimilis creaturis ſimilitudine intentionali, & repræſentativa, & conſequenter ſi hæc ſimilitudo exigitur ad rationem idææ divina cognitio ſuo ratione cognitionis idea creaturarum nõ eſt.

117 *Cõtra. 2.* Secundo: non enim omnis repræſentatio eſt ſimilitudo, nec omnis repræſentatio ſupra ſimilitudinem petit fundari, vt vidimus *Diſp. 11.* cauſa namque repræſentat effectum, & effectus repræſentat cauſã, non ſolum ſecundum id, in quo cauſa, & effectus conveniunt, ſed etiam ſecundum illa, in quibus, & per quæ diſtinguuntur, & tamen ſecundum illa prædicata non ſunt inter ſe ſimilia, fumus etiam repræſentat ignem, & creaturæ repræſentant creatorem, prout creator à creatura diſtinguitur; cum ex illis veniamus in cognitionẽ Dei, & tamen fumus non eſt ſimilis igni, nec creaturæ ſunt ſimilis Deo ſecundum id, in quo diſtinguuntur: ergo ex eo quod Dei cognitio repræsẽtet creaturas, nõ ſequitur illis eſſe ſimilẽ, etiã in eſſe repreſẽtativo.

118 *Confirm.* Quod amplius vrgetur: nam ſi repræſentatio eſſet ſimilitudo, perfecta repræſentatio eſſet perfecta ſimilitudo; ſed nullum prædicatum divinum poteſt eſſe ſimile creaturis perfecta ſimilitudine, cum quodlibet prædicatum divinum infinitè diſtet à creatura: ergo nullum prædicatum Dei repræſentare poterit perfectè creaturam, & conſequenter ſi ad rationem idææ requiritur perfecta repræſentatio Idæati, nõ poterit Dei cognitio eſſe idea creaturarũ. Si dicas: argumentum convincere de ſimilitudine entitativa, non autem de ſimilitudine in eſſe repræſentativo: in contrarium obſtat: nam eſſe repræſentativum non eſt aliqui fictum, ſed aliquid eſſe verum, & reale, ſed in nullo eſſe reali poteſt dari perfecta ſimilitudo inter Deum, & creaturam, cum in omni eſſe reali ſit infinita diſtantia: ergo nullum prædicatum divinum poteſt eſſe ſimile creaturis perfecta ſimilitudine, nec in eſſe entitativo, nec in eſſe repræſentativo. Recolantur dicta. *Diſp. 11. & 12.* vbi ex hoc principio inter alia monſtravimus implicationem formæ creatæ repræſentantis Deũ quidditativè, eo quod nulla forma creata poteſt eſſe ſimilis Deo, nec eiuſdẽ quidditatiscũ illo, nedũ in eſſe entis, ſed necetiã in eſſe repreſẽtativo

Tertio, vt enim multis oſtendimus *diſp. 26.* Deus cognoſcit creaturas in ſe ipſo, vt in cauſa, & obiecto prius cognito, & cõſequentèr divina eſſentia vt obiectũ repreſentat perfectè creaturas, non enim poteſt vnum in alio, vt in obiecto cognoſci, niſi in ipſo repreſentativè contineatur, & ab illo repreſentetur: ergo ſi repreſentatio ſuffecit ad rationem idęę, divina eſſentia vt obiectum, & vt cognita à divino intellectu eſt idea creaturarum. Quod autem docet Vazquez *num. 8.* relato, quod nempè creaturę imitantur perfectè Dei eſſentiam vt habet rationem idęę, eſt expreſsè contra D. Thomam. *In hac quæſt. articul. 2. & quæſt. 3. de veritate, art. 2.* Et reijcitur: ſi namque ob aliquam rationem creatura perfectè imitaretur divinam eſſentiam, prout obtinet rationem idęæ, maximè propter illam, quam Vazquez aſſignat, quia nempè creaturę producuntur re ipſa, eo modo, quo à divina eſſentia repreſentantur; ſed hac ratione non concluditur perfecta imitatio: ergo talis imitatio non datur. Probo minorem, creaturas produci in eſſe eo modo, quo in divina eſſentia eminenter continẽtur, nõ ſufficit vt creaturę perfectè Dei eſſentiã imitẽtur, vt eminẽter continentẽ: ergo creaturas produci in eſſe, eo modo, quo à divina eſſentia repreſentantur, non ſufficit vt creaturę perfectè imitentur divinam eſſentiam vt repreſentativam.

119 *Cõtra 3.*

120 *Creaturæ nõ imitãtur perfectè diuinã eſſentiam.*

Denique modus iſte dicendi reijcitur: nam idea eſt forma, ad quam reſpiciens artifex ad illius inſtar aliquid operatur; ſed cognitio non eſt forma, ad quam aſpiciens artifex operatur, ſed forma, qua aſpicit idęam, & in illa artificiatum, cognitio namque non ex parte obiecti ſe tenet, ſed ex parte cognoſcentis, nec ſpectat ad genus intelligibile paſsivum, ſed ad genus intelligile activum tanquam vltima actualitas, per quam intellectus transfertur de actu primo ad actum ſecundum, & actu intelligens conſtituitur, actuque obiectum percipiens: ergo cognitio actualis nulla ratione obtinet rationem idęę, nec in Deo nec in nobis.

121 *Denique reijcitur.*

Reſponder Granados *vbi ſupra num 14.* maiorem argumenti eſſe veram, de idæa, vel exemplari obiective, hoc enim vt obiectum cõcurrit, & obiectivè dirigit artificẽ ad formandũ artificiatum, ac proinde illud aſpiciens ad ſui inſtar artificiatum efformat, non autem de idæa formali, hæc

122 *Reſpond. Granad.*

que, & si p… sit reflexe ab artifice tē vt
& aliqua… do id contingat, maxi est, p…
artifex à… nullo exemplari extrin… verbo
gatur ob… iectivè; hoc tamen ne… na sit
a non est… vt experientia ipsa con… bum,
utem ex… ereat munus idæ, suf… cēter
repræ… entationē exemplaris ob… sentia
quia e… ipso artificem dirigit, & tem (
similit… udinem, & imitationem ef… creatu
opus. cuerat

contra primo: nam prædicta diffini… essent i
minus… niter acceptatur à Theologis ratio
a in… sua vniversalitate: ergo vel dicatur
rma… lis non datur, vel debet illi as… lius q…
a di… finitio convenire. Secundo: nam . Sed
io i… dæa est distincta à directione ar… tus in
lias… idea non distingueretur ab arte, debet
est… contra D. Thomam, & contra idæam
munem Theologorum sententiam; quisita
irectio… subiectiua, & formalis est di… dasc
io propria artis: ergo ad rationē idæa non te
essaria est directio obiectiua; at nisi ad nition
vt quo, vel vt quod obiectiuè aspiciens ration
ifex operetur artificiatū, non datur di… ficit v
io obiectiua: ergo sine tali inspectio… idæ
non salvatur ratio idæ. Tertio ex D. idæ
om. q. 3. de veritate, art. 1. in corpore, Con
lis verbis: Si ergo aliquid fiat ad imitatio… verb
em alterius per agens, quod non determinat acci
bi finem, non ex hoc forma imitata habet ra… quod
ionem exemplaris, vel idæ: non enim dici… oper
mus qui forma hominis generantis sit idea, form
vel exemplar hominis generati, sed solum hoc tur,
dicimus quod agens propter finem determi… næ
nat sibi finem, sive illa forma sit in agente, sive ce
extra agentem: dicimus enim formam artis in… ere
artifice esse exemplar artificiati, & similiter tel
formam, quæ est extra artificem, ad cu… lec
imitationem artifex aliquid facit: hæc er… bet,
ratio idæ, quod idea sit forma, obiectum
aliquid determinat sibi finem. Hæc D. Thom. non
quinquies argumentum confici: vt cognitio,
uiuscumque forma sit idea, sive interior, sive ex… alicuius
terior, non sufficit esse imitationis extrinsecæ, potentiæ,
mum, nisi illius imitatio intendatur ab agente, vireus
gente; sed idæa formalis idem est, quod lectum
idea interior, & forma intra intellectum fortia
artificis existens: ergo vt hæc forma obtineat rationem idæ, debet illius imitatio esse ab artificè intenta: at nisi talis forma obiectiuè ad intellectionem se habeat, nequit artifex illius imitationem intendere: ergo nisi obiectiuè ad artificiatum formādum concurrat, nō obtinet rationē idæ.

Vazquez disp. allegata, num. 10. respondet, quod licet artifex creatus, vt dicatur operari per ideā interiorem, non debeat

125 des. Aliter respondet Vazquez. Epis. GODOY in 1. p. Tom. 2. illus. suā cognitionē, in qua verbū consistit aspicere, sed solū rē ipsā, quā apprehendit intuendo, & cognoscendo creaturas; sed

gnoscat creaturas, quas facturus
s intuetur suā essentiā, qua velut
*presæ sunt, eo quod essentia divi-
l est obiectum primarium, & Ver-
u species obiecti secundarij scilicet
turarum; cumque ex eo, quod es-
ivina constituit Deum intelligen-
ipsius, reddat etiam intelligentem
rum, vt art. 6. ipse Vazquez do-
fit vt aspectus ille quo Deus suam
n intuetur, conducere videatur ad
m idææ vt ad eam primū aspiciēs,
deinde facere creaturas instar il-
ad expressionē, & representātionē.
ontra primo: nam aspectus requisi- 126
tificè ad formandum artificiatum
erminari ad ideam formaliter vt Sed contra 1.
sed cognitio divinę essentiæ præ-
n Deo ad cognoscendas creaturas in sententia Patris Vazquez,
aturas in sententia Patris Vazquez,
minatur formaliter ad divinā cog
m, quæ in illius sententia tortur
m idæę: ergo cognitio illa non sal-
salvetur Deum aspicientem ad
formare creaturas, quod iuxta
ffinitionem necessarium censetur;
quentia tenet: maior est certa: nam
in diffinitionibus formaliter sunt
enda; sed idæa diffinitur per hoc,
st forma, ad quam aspiciens artifex
ur: ergo aspectus ille debet ad idæā
litèr terminari. Minor autem proba
uod namque cognitio essentiæ divi-
beat cognitionem creaturarum præ-
e, probat Vazquez ex eo quod divi-
entia est obiectum primarium, &
uræ secundarium obiectum divini in-
tellectus: obiectum autem primarium de-
Priusquam secundarium cognoscat; sed
primarium intellectus divini
est essentia Dei prout est creaturarum
cognitio, sed sub alia ratione; actus enim
alicuius potentiæ, & virtus nequit esse: ob-
iectum primarium illius: ergo cognitio
essentiæ præcedens cognitionem creatura
rum, non terminatur in Deo ad idæam
formaliter vt idæam.

Secundo: nam quod idæa terminet aspe- 127
ctum artificis vt per illam formetur artificiatum, petitur ab illa formaliter vt idea, Contra 2.
& exvi exercitij exēplariter causandi, vt
fatentur omnes vtentes prædicta diffinitio
ne, sed quod creaturarum cognitio suppo
nat in Deo cognitionem sui non petitur
ab illa vt idæalitèr causante creaturas: er-
go quod essentię cognitio in Deo præce-
dat cognitionem creaturarum, non suffi-
cit vt creaturarum cognitio fortiatur ra-
tionem idææ. Probatur minor, divina
cognitio exercet rationem idææ apprehē-
dendo, & cognoscendo creaturas; sed

munus apprehensionis non exercet quatenus cognita : ergo quod à Deo cognoscatur non petitur à cognitione divina vt idæaliter causante creaturas.

128 *Arguunt Auctoritate PP.*

Nec motiva huius sententiæ alicuius ponderis sunt, arguunt primo auctoritate Patrum; nam Dionysius, cap. 5. de divinis nominibus, *idæas vocat prædestinationes*, Damascenus, *rationes, & consilia divina*, Clemens Alexandrinus, lib. 5. Stromatum, ait: *Idæam esse divinam intelligentiam*, Augustinus tract. 1. in Ioannem explicãs illa verba: *Quod factum est in ipso, vita erat*, sic ait: *Facta est terra; sed ipsa terra, quæ facta est, vita non est: est autem in ipsa sapientia spiritualiter ratio quædam, qua terra facta est, hæc vita est, qua vivit anima artificis, vbi sunt hæc omnia antequam proferantur*; locutio ista, de qua Augustinus ait, quod illa facta est terra, est idæa per quam Deus terrã formavit, & de illa ait, quod est vita: ergo idæa divina vita est; & cõsequẽter actus vitalis, scilicèt intellectio divina.

129 *Explicatur PP.*

Respondeo, Dionysium appellare idæas prædestinationes, ideſt prædiffinitiones divinas, quia idæ rerũ futurarũ decretis efficacibus prædiffinitivis cõplentur, & ratione illorũ cũ futuris connectuntur, nec aliter in idæis posse futura cognosci, nisi per decretũ liberum determinatis, docuimus *tract. 4. disp. 36.* Clemens Alexandrinus vocat idæam divinam intelligentiam, vel quia intellectio divina mediante divina essentia, vt idæa ad creaturas terminatur, vel quia vt 5. sequentiex D. Th. videbimus, divina essentia non obtinet rationẽ idęæ, nisi vt cognita à Deo, vt diversimodè imitabilis à creaturis : vnde divina essentia vt idæa intellectionem divinam importat, et si in illa non consistat. Augustinus autem cum ait, quod ratio illa, qua terra facta est, vita est, explicari potest primo in sensu non omnino formali sed identico, qua ratione omnia, quæ in Deo sunt, vita sunt, vel quod ratio illa est vita nõ formaliter, sed obiectivè, quia est obiectiva ratio artis, & sapientiæ diuinæ, quæ formaliter est vita. Vel denique illam vitam appellat; quia divina essentia obtinet rationẽ idææ, quatenus cognita à Deo, & quia cognitio Dei est formalissimè vita divina, essentia, & idæa, quantum ad id per quod in ratione idææ completur, est etiam vita formaliter : & quidem testimonium Dionysij si aliquid probat, conuincit in actu voluntatis diuinæ consistere rationem idææ, quod non contendũt contrarij : quod autem sequatur pater nam divinę prædiffinitiones, de quibus Dionysius loquitur, cum idæas prædestinationes vocat, in actu voluntatis consistunt.

Secundo sic arguunt; nam cognitio divina, esto non sit similis entitatiuè rebus cognitis, est tamen illis similis repræsentativè, & virtualiter; sed hæc similitudo sufficit ad rationem idææ: ergo est creaturarum idæa. Confirmatur; in artificè creato cognitio, qua artificiatũ cognoscit, est idęa artificiati : ergo divina cognitio est idæa creaturarũ. Consequentia patet à paritate rationis : antecedens autem probatur, vt enim docet D. Th. *q. 3. de verit. art. 1. in corp.* conceptus in mẽte artificis creati est idęa per quã format artificiatũ, sed cõceptus in artificè creato est ipsa cognitio: ergo hęc obtinet in artificè creato rationẽ idęę.

130 *Secundi argumentum.*

Respondeo, negãdo maiorem, vt enim ostendimus, divina essentia in nullo esse reali potest esse creaturis similis similitudine vnivoca, esse autẽ intentionale, est esse reale. Nec obstat, D. Th. docere in Deo esse similitudinẽ omniũ rerũ; hoc enim intelligendũ est eminentèr, quatenus diuina essentia ratione continentiæ eminentialis omnis perfectionis creatę, illas perfectissimè repræsentat.

131 *Respond.*

Ad confirmationẽ, nego antecedens non enim cognitio artificiati, sed cõceptus, sed Verbũ per cognitionẽ prout est dictio productum, in quo vt in obiecto intrinseco artificiatũ cognoscit, obtinet rationẽ idææ in artificè creato: Verbũ autem ab intellectione distingui, vidimus ex D. Th. vnde ad antecedentis probationẽ, concessa maiori, negãda est minor, quod nẽpè Verbũ in intellectione consistat; hoc enim falsũ est in doctrina D. Th. Sed dices, Verbum in doctrina D. Th. est idæa interior in artificè creato; sed in sententia contrariorum Verbum in intellectione consistit : ergo eadem ratione, qua Verbũ ab intellectione distinctum obtinet rationem idęę, in doctrina D. Th. & consequentèr ad illã, dicendũ est, Verbũ ab intellectione in distinctum, sed ipsam intellectionem esse idæam interiorem in artificè creato.

132 *Ad confirmationẽ.*

Replicabit.

Respondeo, negando consequentiam, ratio autem discriminis est nam Verbum ab intellectione distinctum, qualitèr abstruitur in doctrina Diui Thomæ, se tenet ex parte obiecti, & est obiectum interius, in quo artifex creatus cognoscit artificiatum, & ideò iuxta hanc doctrinam salvatur, quod sit forma adquam aspiciens artifex operatur artificiatum, quæ est diffinitio idææ. In sententia autem non distinguente Verbum ab intellectione, & essentiam Verbi in ipsa intellectione constituente, Verbũ nõ se tenet ex parte obiecti, nec est id, in quo intellectus cõtemplatur obiectũ, sed id quo illud contemplatur, ac proinde non possunt diffinitionem idææ Ver-

133 *Respond.*

Digitized by Google

intellect… one indistincto adapta-
consequ… ens, nec essentiam idæ
ab intel… lectione in distincto pos-
re.

… VIII.

lutio … traditur, & solvitur argumentum.

go m… odis dicendi relictis, asseren
m ex…istimo, essentiam divinam
b ra…tione essentiæ esse idæam obie
sub ratione Verbi esse idæam for-
, non absolutè, sed cognitam vt
rar… am cum creaturis, vt imitabi-
…ce… simodè ab illis. Conclusionem
…enc… e quod vtramque partem esse
…ist… is communem, etsi non hister-
explica… tam, ante cuius probatio-
…dver… to primo: in artificè creato du-
m idæam distingui, vnam interio-
quæ dicitur formalis, aliam exterio-
, quæ dicitur obiectiua, quæ doctrina
. Thomæ quæst. 3. de veritate, artic. 1.
rpore, illis verbis: Si ergo aliquid fiat
uitationem alterius per agens, quod non
rminat sibi finem, non ex hoc forma imi-
habet rationem exemplaris, vel idææ:
enim dicimus, quod format hominis ge-
antis fit idæa hominis generati, sed solum
dicimus quando agens propter finem de-
minat sibi finem, siue illa forma sit in
ente, siue extra agentem: dicimus enim
mam artis in artifice esse exemplar artifi-
ati, & similiter etiam formam, quæ est ex-
a artificem, ad cuius imitationem artifex
ligo id fecit: vbi est aduertendum verba
formatis in artificè, non accipi pro
ne, sed pro forma concepta, idest
…ncep… tu, quem interius artifex for-
…ficia… artificiatum, qui dicitur for
…ma… artem dirigit obiectiuè.
…Ad… uenio secundo, quod licet in Deo
…erbu… m propriè, idest adæquate sump-
…per… sonaliter solum dicatur, eo quod
…ra… tione illius sic sumpti, est ordo ad in
de… rationem, & vt realiter pro-
…tell… ectum vt dicentem, & vt realiter Dei
…ducen… tem, quod repugnat prædicatis
…essen… tialibus: communiter autem, & im-
…adæq… uate sumptis, dicitur in Deo essentia-
…liter… , & in hac acceptione consistit in re-
…præs… entatione actualissima per modum
obiecti intellecti, sicut ratio specifica im-
…prell… a in repræsentatione obiecti se
…nente… ex parte actus primi, esse autem re-
…præs… entationem actualissimam vt obie-
…ctum… intellectum, convenit divinæ essen-
…tiæ… pro priori ad relationes: sic enim sup-
…ta… actualissime repræsentat ipsum, & in se
repræsentat creaturas, & consequenter
Verbum in hac acceptione, non persona-

… essentia litèr dicitur de quo supra
…tione 24. num. 201.
…ositis, Prima pars nostræ assertio-
…nditur primo; nam exemplar ex- 136
in artificè creato, ideò obtinet ra- Prima
idææ, quia vt obiectum cognitum pars offe-
& dirigit ipsum, vt formet concep- ditur 1.
…ticum artificiati formandi; si nã-
…pendenter ab exemplari exterio-
artifex formare perfectum rei fa-
…e conceptum; illamque perfectè
…ere, nec indigeret illo, nec illud
t vt artificiatum formaret, vt con-
…toribus; & inscriptoribus in arte
, & scribendi peritis, qui sine as-
exemplar exterius imagines pin-
…aracteres formant; sed divina es-
t obiectiuè cognita à Deo dirigit
, & mouet intellectum divinum
…tionem practicam creaturarum,
productionis illarum; vt enim
docuimus, divina essentia est ob-
adæquate motivum divini intel-
…z consequenter obiectivè movet,
ad cognitionem speculativam,
cam creaturarum: ergo est idæa
a, per quam Deus vt supremus ar
…ratur creaturas.

…do probatur; nam id, quod aliud 137
perfectè, potest accipi vt propria Secundo.
ius, illudque repræsentare; sed di-
…ntia continet actu perfectè om-
…ections creaturas non solum secun
…tiones communes, esse, vivere, &
…ere, sed etiam secundum rationes
…quibus inter se distinguuntur:
…potest accipi à divino intellectu vt
…propria ratio omnium perfectionum, quæ
…in creaturis reperiuntur, non solum se-
…cundum rationes communes, sed etiam
…secundum rationes particulares, per quas
…distinguuntur inter se, & consequenter est
…idæa creaturarũ secundũ omnẽ perfectio-
…nẽ tàm cõmunẽ, quã particularẽ cõueniẽ-
…tẽ creaturis. Secunda consequentia ex pri-
…ma colligitur; nã idæa obiectiua idem est
…quod ratio obiectiva dirigens intellectum
…artificis: ergo si divina essentia potest acci
…pi à divino intellectu, vt propria ratio ob-
…iectiua cuiuslibet perfectionis, est idæa ob
…iectiva omnis perfectionis creatæ. Prima
…ex præmissis infertur: præmissæ autem in-
…digent probatione.

Maior probatur; quia namque homo 138
actu continet animal, potest accipi vt ra- Maior
tio illius, & animal in homine, & per spe- prob.
ciem hominis potest cognosci; imò, &
omne animal sub ratione animalis per
speciẽ hominis cognosci potest, nõ tamẽ
secundum vltimas differentias, quibus in-
ter se, & ab homine distinguuntur; quia

iſtę differentiæ non continentur in homine, numerus etiam ſenarius poteſt accipi vt propria ratio numeri ternarij, & hic in illo cognoſci; quia actu continentur in illo. Quibus exemplis vſus eſt Divus Thomas 1. *parte, quæſt.* 14. *artic.* 6. vt probaret Deum per ſuam eſſentiam propriam omnium rerum cognitionem habere: *Quia divina eſſentia comparatur ad eſſentias omnium rerum, non ſicut commune ad propria, ſed ſicut actus perfectus ad imperfectos*: ergo in vniverſum eſt verum, quod omne continens aliud perfectè poteſt accipi vt ratio illius.

Minor etiam probatur à D. Thom. 1. *parte, quæſt.* 4. *art.* 2. *Quidquid enim perfectionis eſt in effectu, oportet inveniri in cauſa effectiua, vel ſecundum eandem rationem ſi ſit agens vnivocum, vt homo generat hominem, vel eminentiori modo ſi ſit agens æquivocum, ſicut in Sole eſt ſimilitudo eorum, quæ virtute illius generantur; ſed Deus eſt prima cauſa effectiua rerum omnium: ergo rerum omnium perfectiones præexiſtunt in Deo ſecundum eminentiorum modum.*

139 *Minor etiã prob. ex D. Th.*

Hinc infert Angelicus Doctor *in hac* 1. *parte infra quæſt.* 55. *artic.* 1. *ad* 3. differentiam inter Angelos, & Deum, quod illi per ſuam eſſentiam non poſſunt de rebus à ſe diſtinctis habere cognitionem propriam, ſed tantum communem, Deus autem per ſuam eſſentiam, perfectam omnium rerum, & propriam habet cognitionem: *Quia in Angelo non continentur alia ſecundum proprias rationes, in eſſentia autem Dei ſunt omnia perfectè, & ſecundum propriam rationem, ſicut in prima, & vniverſali virtute operatiua, à qua procedit quidquid eſt in quacumque re proprium, vel commune, & ideò Deus per ſuam eſſentiam habet propriam cognitionem de rebus omnibus, non autem Angelus, ſed ſolam communem.* Hæc Divus Thomas: ex quibus ſic argumentor; quia Angelus in ſe continet omnia à ſe diſtincta ſub ratione communi, omnia illa ſub hac ratione cognoſcit per propriam eſſentiam; ſed Deus perfectiſsimè continet omnes perfectiones creatas ſecundum particulares, & proprias illarum rationes: ergo per ſuam eſſentiam omnes illas cognoſcit; & conſequentèr diuina eſſentia eſt ratio obiectiua reſpectu intellectus diuini reſpectu omnium creaturarum, non ſolum ſecundum prædicata communia, ſed etiam ſecundum illa, quibus inter ſe diſtinguuntur.

140 *Confirm. ex alia doctrina D. Tho.*

Reſpondebis primo D. Thom. loco proximè aliegato, loqui de eſſentia Angeli, & de divina eſſentia prout ſortiuntur rationem ſpecici impreſſæ, & prout ſic proprijs intellectibus vniuntur, eſſentia autem divina ſub conceptu ſpecici non eſt creaturarum idæa, vt nos cum Angelico Præceptore fatemur; & conſequentèr ex prædicto teſtimonio minus benè argumentamur inferentes Dei eſſentiam eſſe idæam obiectiuam, per quam Deus vt ſupremus artifex operatur creaturas.

141 *Reſp.* 1.

Sed contra primo; nam ideò eſſentia Angelica vnitur proprio intellectui vt ſpecies in ordine ad cognitionem aliorum, quæ tra ab Angelo diſtinguuntur ſecundum rationem communẽ; quia primario repręſentat Angelo ſe ipſam, in qua continentur ſecundũ prędictam rationem, & idem de divina eſſentia eſt dicendum, quod nempè, ideò vt ſpecies repræſentat creaturas; quia primo repræſentat ſe ipſam, in qua continentur creaturæ: ergo doctrina Angelici Præceptoris non ſolum eſt accipienda de divina eſſentia vt ſpecie, ſed etiam de divina eſſentia vt obiecto.

142 *Sed contra* 1.

Secundo; nam ideò divina eſſentia vt ſpecies repræſentat creaturas, quia illas continet eminentèr, cum enim non repręſentet illas ratione formalis ſimilitudinis, nec ratione dependentię, ſolum poteſt illas repręſentare vt ſpecies ratione continentię eminentialis; ſed nulla eſt ratio aſsignabilis cur eminentialis continentia ſufficiat vt repræſenter creaturas, vt ſpecies, & non ſufficiat ad illas repræſentandas vt obiectum: ergo admiſſo diuinã eſſentiã vt ſpeciẽ repreſentare creaturas, neceſſario eſt admittendũ illas obiectiuè, & vt obiectum repræſentare.

143 *Cõtra* 2.

Tertio: nam diuina eſſentia vt ſpecies non repræſentat primario, & immediatè creaturas, ſed mediatè, & ſecundario primario autem ſolum repręſentat ſe ipſam: ergo repræſentat vt ſpecies creaturas in ſe ipſa vt obiecto prius cognito, & conſequentèr diuina eſſentia vt obiectum repræſentat creaturas, & omnes illarum perfectiones ex quo vlterius fit, vt ſit Deo ratio obiectiva cognoſcendi creaturas, & modum productionis illarum, in quo eſt poſita ratio idęæ obiectivæ creaturarum.

144 *Tertiu.*

Reſpondebis ſecundo exempla adducta à Divo Thoma in probationem maioris, non eſſe ad rem: nam homo continet actu formalitèr animal, & numerus ſenarius actu formalitèr continet ternarium, Deus autem non continet formalitèr actu perfectiones creatas; & conſequentèr ex eo quod in homine cognoſcatur animal, & numerus ſenarius poſsit accipi vt ratio ternarij; & hic in illo cognoſci, non benè infert D. Th. poſſe perfectiones creatas in divina eſſentia cognoſci, & ei eſſentiam poſſe accipi vt rationem propriam illarum.

145 *Reſp.* 2.

Sed contra; nam cõtinentia eminentialis

146 *Sed cõ*

lis

fectior c… ntinentia formali reſ-
fectioni… non ſimplicitèr ſimpli-
t dicent… s aliquam imperfectio-
o ſi con… inens actu perfectè, for-
ntinent… a, poteſt accipi, vt ratio ob
reſpect… contenti, & hoc in illo
ci, à fo… riori idem eſt dicendum de
nte ali… ud actu perfectè continentia
rtialis; … & conſequenter exempla à D.
a addu… cta faciunt ad rem, & efficaci
dent i… tentum argumento à fortio-
onſequentia eſt bona. Antecedens
i probatur, vt enim in confeſſo eſt
omnes Phyloſophos, perfectio om-
quæ in effectu invenitur, contineri
in causa efficiente principali, vel
perfectè, vel perfectiori modo, aliàs
us excederet cauſam efficientem
ſipalem, quod bonæ Phyloſophiæ ad-
atur; ſed Deus eſt cauſa principalis,
tima omnis perfectionis creatæ: ergo
tinet actu perfectè omnem perfectio
a creatam; ſed non per æqualitatem, ſi-
cauſa vnivoca continet proprium ef-
tũ; cũ Deꝰ nõ ſit cauſa vnivoca, ſed æqui
ca vniverſalis, & prima: ergo cõtinet eſſ
ceſſu; & cõſequẽter cõtinentia eminẽtia
s perfectior eſt continẽria formali reſpe-
u perfectionis dicentis imperfectionem.

Explicatur, & vrgetur, perfectio-
i modo continentur in Deo omnes per-
fectiones creatæ, quam in cauſis ſecun-
dis vnivocis; ſed in cauſis ſecundis vni-
vocis continetur perfectio effectus con-
tinentia formali; in Deo autem conti-
netur continentia eminentiali: ergo con-
tinentia eminentialis perfectior eſt conti-
nentia formali. Conſequentia cum mi-
ri patet. Maior autem patet; nam
inentia cauſæ longe excedit om-
eandam ſecundam; ſed cauſa effi-
s conſtituitur per continentiam effe
in actu; ergo perfectiori modo contí-
netur omnes perfectiones creatæ, quam
in cauſis ſecundis vnivocis.

Reſpondebis tertio, ex eo quod Deus
contineat eminentèr creaturas tanquam
prima cauſa illarum, ſolum ſequi quod
in illo cognoſcantur creaturæ tanquam
in cauſa efficiente, non autem quod in illo
cognoſcantur tanquam in cauſa exempla-
ri, & hoc erat neceſſarium vt divina effen-
tia eſſet creaturarum idæa; nam idæa idem
eſt quod exemplar; & conſequenter ſi divi-
na eſſentia non eſt cauſa exemplaris, aut
exemplar creaturarum, nõ eſt illarũ idæa.

Sed contra: nam eo ipſo quod Deus
149 ratione eſſentiæ continet eminentèr creatu-
Sed dices ras tanquam prima cauſa illarum, poſ-
ſunt creaturæ in divina eſſentia cognoſci
vt obiecto prius cognito, vt fusè contra

Vaz… nez monſtravimus tom. 1. diſp. 26. &
nol… cum tenet Suarez in hac parte nobis
con… arius: ergo ratione continentiæ emi-
nen… alis repræſentat divina eſſentia vt ob-
iect… n omnes perfectiones creatas, & mo-
dum… producibilitatis illarum. Patet hæc
conſ… quentia, non enim poteſt vnum in
alio… in obiecto prius cognito cognoſcit,
niſi… illo, & ab illo vt obiecto repræſente
tur:… go ſi omnes perfectiones creatæ cog
noſc… ur à Deo in ſe ipſo vt in obiecto Deꝰ
vt ob… ctũ omnes illas repræſẽtat. Tũc vl-
tra;… repræſentãs aliud obiectiuè, & mo-
dum… uo formandum, & fabricandum eſt,
fort… r reſpectu illius rationem idææ ob-
iecti… : ergo divina eſſentia repræſentans
vt ob… ctum creaturas; & modum forma-
tioni… illarum, repræſentatione in eminen
tiali… ntinentia fundata, eſt creaturarum
idæa.

Minor in qua eſt difficultas oſtenditur 150
prim… ; nam obiectum ſic repræſentans Minor
poteſt… obiectiuè dirigere intellectum arti- oſtenditur
ficis… former artificiatum; ſed in hoc cõ- primo.
ſiſtit… le idæam obiectiuam: ergo talitèr
repr… ſentans obiectum ſortitur reſpectu
illius… rationem idææ obiectiuæ. Secundo Secundo
prob… tur ad hominem contra Patrem Sua-
rez;… uia nãque in illius ſententia cognitio
divi… eſt formalitèr repræſentans creatu-
ras,… t idæa formalis creaturarum; ſed nul
la… atio aſſignabilis, cur repræſentatio
formæ… alis ſufficiat ad rationem formalis
idææ… & repræſentatio obiectiua non ſuffi-
ciat… d rationem obiectiuæ idææ: ergo re-
præſe… ntans aliud obiectiuè, eſt idæa obiecti
ua illius.

Reſpondebis fortè, non ideò præciſè 151
cognitionem divinam eſſe creaturarum Reſpond.
idæam; quia illas formalitèr repræſentat,
ſed quia in eſſe intentionali aſſimilatur
creaturis, & illam creaturæ imitantur,
quod petitur ad rationem idææ, & divinæ
eſſentiæ non convenit; non enim creatu-
ris aſſimilatur, nec creaturæ illã imitãtur
perfectè, ideoque nõ eſt creaturarum idæa.

Sed contra primo, Deus namque in nul- 152
lo eſſe reali poteſt creaturis aſſimilari per- Sed contra 1.
fecta aſſimilatione, cum in omni eſſe reali
infinitè diſtet ab illis; ſed eſſe intentionale
non eſt eſſe fictum, ſed eſſe verum, & reale:
ergo divina cognitio non aſſimilatur
creaturis perfecta ſimilitudine, etiam in
eſſe intentionali; & conſequenter ſi obti-
net rationem idææ, non eſt ratione ſimi-
litudinis, ſed ratione repræſentationis,
quia nempè repræſentat perfectè omnes
perfectiones creatas, & modum producibi-
litatis illarum, quæ ratio, vt vidimus, mili-
ter in eſſentia divina vt obiecto; & conſe-
quenter eſt idæa obiectiua creaturarum.

153 *Contra 2.* Contra secundo; nam similitudo cognitionis diuinę cum creaturis in esse intentionali, & imitatio creaturarum respectu cognitionis diuinę, consistit in hoc, quod eo modo producuntur, quo cognoscuntur à Deo; sed etiam eo modo extra causas producuntur creaturę, quo à diuina essentia obiectiuè repręsentantur: ergo si creaturę imitantur perfectè cognitionem diuinam, etiam perfectè imitantur essentiam, vel si absque imitatione perfecta cognitionis diuinę salvatur in illa ratio idęę creaturarum, salvabitur in essentia diuina, quod sit idæa obiectiua creaturarum, etiam si illi creaturę non assimilentur perfecta similitudine, nec illam perfectè imitentur, & ita asserendum est, cum enim creaturę in omni esse reali infinite distent, in nullo esse reali possunt illi assimilari perfectè, nec Deum perfectè imitari, vt docet D. Thom. *quæst. 2. de veritate, art. 11. & in hac 1. part. quæst. 13. artic. 5.* quod non obstat vt in Deo ratio idęę creaturarum perfectissimè saluetur, vt supra contra Durandum monstrauimus.

154 *Obiter ex dictis infertur.* Ex quibus obiter colligo, creaturas nō solum assimilari cum Deo vt repręsentante, quę assimilatio dicitur intentionalis; sed etiam assimilari cum Deo intra lineā essendi. Quod probo, non enim ideò assimilantur cum Deo vt repræsentante, quia conueniant cum ipso in prædicato repræsentandi, sed quia quod creaturis conuenit in esse reali, repręsentatur, & cognoscitur à Deo. Vnde Vazquez, quem alij sequuntur, ideò ait, creaturas perfectè imitari cognitionem diuinam; quia producuntur, & in esse constituuntur cum eisdem prædicatis, quæ diuina cognitio repræsentat; sed etiam, quod creaturis conuenit in esse reali formali, continetur eminentèr in Deo, & eo modo constituuntur in esse, quo in diuina essentia eminentèr continentur: ergo quamuis non conueniant cum diuina essentia in prædicato continendi, eminentialitèr, assimilantur illi, vt eminentialitèr continenti.

155 *Confirm.* Explicatur, & vrgetur: homo secundum vltimam differentiam, per quam specificè constituitur & ab omni, quod non est homo distinguitur, assimilatur cum Deo vt cognoscente, & repræsentante; quia hæc vltima differentia homini conueniens realiter, est in Deo cognoscente, & repræsentante, hoc est cognoscitur, & repręsentatur à Deo; sed etiam ipsa vltima differentia, quæ homini conuenit in esse formali, est in Deo vt eminentialitèr continente; hoc est in Deo eminentialitèr continentur: ergo homo secundum vltimam suam differentiam diuinæ essentiæ vt eminentialitèr continenti, & in illa, essentiam diuinam imitatur, vt continentem eminentèr creaturas, etsi non conueniat cum illa in prædicato continendi eminentialitèr.

156 *Assignatur ratio ex D. Th.* Et ratio est; nam ista similitudo non est proportionis, quę petit conuenientiam extremorum in prędicato, in quo assimilantur; sed proportionalitatis, quæ absque prædicta conuenientia saluatur, & istam similitudinem sufficere ad rationem idææ est doctrina D. Thomæ *quæst. 3. de veritate, art. 1. ad septimum.* Quod ita procedebat: *Omne exemplatum est proportionatum suo exemplari; sed nulla est proportio creaturæ ad Deum, sicut nec finiti ad infinitum: ergo in Deo non potest esse exemplar creaturarum: ergo cum idææ sint formæ exemplares, videtur quod idææ rerum non sint in Deo.* Cui argumento respondet Divus Thomas: *Ad septimum dicendum, quod quamuis non possit esse aliqua proportio creaturæ ad Deum, tamen potest esse proportionalitas*: sentit ergo D. Thomas similitudinem proportionalitatis sufficere ad rationem idęę, & vt Deus sit idęa creaturarum: maneat ergo Dei essentiam vt à cognitione distinctam esse idæam obiectiuam creaturarum, quod in prima parte nostræ assertionis adstruimus.

157 *Secunda Pars assertionis probatur.* Quod autem diuina essentia vt Verbum, sit idæa formalis illarum, vt in secunda parte conclusionis asserimus, supposito quod esse Verbum diuinæ essentiæ conueniat, facili ratione probatur; Verbum nāque in artificè creato ideò est formalis idęa, quia intellectui artificis repræsentat artificiatum formandum, & modum formationis illius, ex quo nascitur vt dirigat intellectum artificis in artificiati formatione, & quod artifex intendat illud Verbo assimilare; sed diuina essentia vt Verbum perfectissimè repræsentat creaturas, & modum, quo fieri petunt: ergo dirigit intellectum diuinum in formatione creaturarum, estque idæa illarū formalis.

158 *Discrimē inter Verbū creatū & diuinā essentiā vt Verbū* Est tamen notandum discrimen, quod inter Verbum creatum, & diuinam essentiam, vt Verbum versatur; nempè, quod Verbum in artificè creato potest immediate repræsentare artificiatum, & ab illo immediate moueri; hoc enim nullam repugnantiam habet, vt experientia constat in artificè perito, qui multoties absque exemplari extrinseco mouente ad formandum conceptum artificiati efficiendi ipsum immediate concipit, & mediante hoc conceptu efficit artificiatum: cæterum diuina essentia prout rationem Verbi obtinet nō re-

rat, nec
creatura
in se v
tato, s
quod p
n cod
tat v
as c
ta es
rep
uin
ao nascitur aliud discrimen, nem-
cursum exemplaris extrinseci in
creato non esse per se, sed per acci
oncursus autem diuinæ essentiæ vt
, & vt est idæa obiectiua, non per
as exigitur, sed per se, & omninò
rio: primum patet; nam exemplar
ecum in artificè creato, solum de-
ur vt formet conceptum artificiati,
conceptum artificiati formandum,
se requiritur exemplar extrinse-
d per accidens, & ob imperitiam ar
artificiatum enim potest in se ab ar
cognosci, & ratione sui illius intel-
n mouere ad sui conceptum for-
um, & multoties ita contingit: ergo
rsus exemplaris extrinseci in artifi-
ato vt formet artificiatum, non est
, sed per accidens.
odaute en concursus diuinæ essentiæ
ricti, & vt est idæa obiectiua, non per
lens, sed per se desideretur, patet et
imèdiatis; Deus enim vt supremus ar
non potest creaturas causare nisi cō-
ndo & intelligendo creaturas, & mo-
productibilitatis illarum, sed non po-
immediatè creaturas concipere, aut in
gere, sed media diuina essentia vt ob-
o prius cognito, & immediatè repre-
ato, concipiendo, & intelligendo in il-
mediante, & secundario creaturas, &
dum formationis illarum: ergo con-
sus diuinæ essentiæ vt obiectum, &
idæa obiectiua, est per se actus ab in-
ctu diuino ad formandas, & causan-
creaturas.

Tertia pars nostræ assertionis; quod nē
diuina essentia non nisi vt cognita for-
tur rationem idææ, est D. Tho. expres-
in præsenti, art. 1. & 2. & q. 3. de verit.
t. 1. & 2. & probatur; nam idea non est
rma, aut similitudo quomodolibet imi-
bilis, sed imitabilis exemplariter: vndè
rma generantis, quamuis à forma ge-
ti
im
ida
tab
pla
ab
in
illo
sent
ne
Q
sim
ui
nem,
cogn
creat
tione
esse
vt co
equo
vt in
ne; &
idæa
cogn
fisc
D
The
plu
tur
lur
vna
tabi
est
imi
simo
diver
nat Diuus Thomas in hac quæst. art. 2. & quæst. 3. de veritate, art. 2. Nam idea debet esse propria idearati per ipsam formandi, & vt talis accipi ab artifice debet, vt per ipsam obiectiuè dirigatur ad formandum artificiatum.

imitabilis; quia tamen exemplariter
abilis non est, non obtinet rationem
; sed non potest esse exemplariter imi
sisi vt cognita; eatenus enim exem
zer imitabilis est, quatenus inspecta
tificè ab illius instar aliquid operatur
ci autem ab artificè, idem est, quod ab
t imitabilis cognosci: ergo diuina es
non nisi vt cognita sortitur ratio-
idæç.

Od autem cognosci debeat vt diver- 162
e imitabilis à creaturis, etiam est Di- *Vltima*
omæ *in hac quæst. art. 2. in corpore ad fi-* *pars asser-*
Illis verbis: Sic igitur in quantum Deus *tionis.*
cit suam essentiam vt imitabile à tali
a, cognoscit eam, vt propriam ra-
, & ideam huius creaturæ, & simi-
de aliis: ergo iuxta Divum Thomam
a divina non est idæa hominis, nisi
nita vt imitabilis ab homine vt ab
distincto, nec idæa equi nisi cognita
itabilis ab equo, vt distincto ab homi
consequenter non sortitur rationem
cognita vt imitabilis absolutè, sed
ta vt diversimodè imitabilis à diver-
aturis.

inde probatur; non iuxta communē 163
logorum sententiam, in Deo sunt *Probatur*
s idææ; sed si divina essentia esset crea *ratione.*
um idæa cognita vt imitabilis absō-
non essent plures idææ in Deo, sed
nā in divina essentia vt absolutè imi-
nulla distinctio importatur: ergo nō
eaturarum idæa cognita vt absolutè
abilis, sed cognita vt imitabilis diver-
dè, & secundum diversam rationem à
sis creaturis. Et ratio est, quam assig-

Vndè Augustinus *lib. 83. quæstionum que* 164
stione 46. de Deo vt supremo artifice lo- *Proba ut*
quens, ait: *Restat vt omnia ratione sint con-* *ex Aug.*
dita, *nec eadem ratione homo, qua equus;*
hoc enim est absurdum existimari, singula
igitur propriis sunt creata rationibus. Et
epistola 115. ad Nebridium docet idem
Augustinus: *Quod sicut inconueniens est di-*
cere, quod eadem sit ratio anguli, & qua-
drati: ita inconueniens est dicere, quod ea-
dem sit ratio in Deo hominis, & huius ho-
minis. Ergo vt Deus media divina essen-
tia vt idæa causet creaturas, oportet vt il-
lam intelligat vt propriam rationem crea
turarum, verbi causa, vt propriam ratio-
nem hominis ad causandum hominem,
& vt propriam rationem equi, ad causan-
dum equum; sed divina essentia absolutè
non

non eſt propria ratio hominis, aut ſequi, aut cuiuſvis alterius creaturæ, ſed ratio communis, aut communis: ergo vt reſpectu diuini intellectus exerceat munus idææ, debet accipi, & cognoſci, vt diuerſimodè imitabilis à creaturis in particulari, verbi cauſa, ab homine vt ab equo diſtincto, & ab equo quatenus diſtincto ab homine, qualiter non eſt communis, ſed propria ratio creaturarum in particulari.

165 *Id ipſum de idæa formaliter.* Et eodem argumento probatur, diuinam eſſentiam vt Verbum, ſub qua ratione eſt idea formalis creaturarũ, nec accipi vt verbum abſolutè, nec vt abſolutè imitabilem, ſed vt imitabilem diuerſimodè à creaturis in particulari. Tùm, quia vt Verbum abſolutè, & vt abſolutè imitabilis, non eſt multiplex, ſed vna, dantur autem in Deo plures idææ formales. Tùm etiam, quia vt idæa formalis debet accipi vt propria ratio creaturæ, cuius eſt idæa; ſolum autem ſumpta vt diuerſimodè imitabilis à creaturis in particulari, poteſt accipi vt illarum propria ratio; ac proinde ſolum ſic ſumpta obtinere poteſt rationem idææ formalis.

166 *Obiicies.* Sed obiicies, diuina eſſentia non eſt idæa obiectiua creaturarum ſumpta abſolutè vt eſſentia, ſed cognita vt imitabilis, vt in ſecunda parte noſtræ aſſertionis docuimus, & ex Diuo Thoma conſtat; ſed diuina eſſentia vt cognita eſt verbum, Verbo ſumpto eſſentialiter; eſſe enim verbi conſiſtit in cognoſci paſsiuo, hoc eſt, in ratione termini terminantis actualem intellectionem: ergo non datur in Deo idæa obiectiua diſtincta ab idæa formali, cuius contrarium docuimus.

167 *Reſpond.* Reſpondeo dupliciter: primo, diſtinguendo maiorem: cognita habitu, vel actu, concedo maiorem: vt cognita actu præciſè, nego maiorem: & ſub eadem diſtinctione minoris, nego conſequentiam; nam diuina eſſentia ſub conceptu idææ obiectiuæ non explicat actu cognoſci, ſed habitu, hoc eſt, poſſe terminare cognitionem, ſub ratione tamen verbi eſſentialiter ſumpti explicat actu terminare cognitionem; nam conſiſtit in repræſentatione actualiſsima, & in vltima actualitate lineæ intelligibilitatis paſsiuæ; ſicut autem vltima actualitas lineæ actiuę intelligendi, conſiſtit in actu intelligere: ita vltima actualitas lineæ paſsiuæ conſiſtit in actu terminare intellectionem; & conſequenter eſſentia diuina, vt Verbum, explicat actu cognoſci: ſecus autem vt idæa obiectiua; nam licet illi ſit eſſentiale terminare cognitionem actu, hoc tamen ſub prædicta ratione non explicat, ſicut quamvis intellectui diuino eſſentiale ſit actu intelligere: hoc tamen ſub ratione intellectus non explicat, & ſicut hoc ſufficit, vt intellectus in Deo diſtinguatur ab intellectione actuali, vt docuimus *Tractatu primo, diſputatione quinta*: ita ſufficit ad diſtinguendum inter diuinam eſſentiam, & obiectũ, vt verbum, & diſtinguendum, in Deo idæam obiectiuam ab idæa formali.

Secundo reſpondeo, diſtinguendo maiorem; ita vt eſſe cognitam eſſentiam ſit ratio formalis conſtituens illam in ratione idææ obiectiuæ, nego maiorem: ita vt ſit conditio, vel complementum illius ſub prædicta ratione, concedo maiorem: & ſub eadem diſtinctione minoris, nego conſequentiam; nam eſſe actu cognitum, hoc eſt, actu terminare cognitionem ſe habet vt ratio formalis conſtitutiua eſſentiæ, vt eſt Verbum, reſpectu autem eſſentię prout eſt entitatiuè imitabilis à creaturis, ſub qua conſideratione eſt idæa obiectiua illarum, non eſt ratio formalis, ſed vt conditio, aut complementum comparatur: ratio enim formalis eſſentię diuinæ, prout ſic, ſpectat ad lineam entitatiuam; cumque in præſenti ſupponamus diſtinctionem lineę entitatiuæ à linea intelligibili paſsiua, ſit vt ea, quę ad illam lineam ſpectant, quale eſt actu cognoſci, non poſsint ad illam prout ſic comparari vt ratio formalis; ac per conſequens, quamvis diuina eſſentia non niſi vt cognita exercere poſsit rationem idææ obiectiuę, nihilominus diſtinguitur à ſe ipſa prout eſt formalis idæa.

168 *Reſp. 2.*

Reſtat modò ſexto argumento, *numero 44. propoſito*, cuius occaſione dicta ſunt hæc, reſpondere. Quidam ex noſtris reſpondent inter idæam, & idęatum non requiri ſimilitudinem ſecundum conuenientiam in natura, ſed ſolum ſecundum repræſentationem: licet autem inter diuinã eſſentiam, & eſſentias creaturarum non detur ſimilitudo ſecundum conuenientiam in natura: datur tamen ſimilitudo ſecundum repræſentationem, vt expreſsè docet Diuus Thomas *quæſt. 2. de verit. artic. 13. ad primum*, quod ita procedebat: *Scientia eſt aſsimilatio ſcientis ad ſcitum; ſed ſcientia Dei eſt perfecta: ergo perfectè aſsimilatur rebus ſcitis; ſed ſcita à Deo ſunt variabilia: ergo, & ſcientia Dei variabilis.*

169 *Prima ſolutio ad 6. argumẽtũ principale.*

Cui argumento ita reſpondet: *Ad primum dicendum, quod aſsimilatio ſcientis ad ſcitum non eſt ſecundum conformitatem naturæ, ſed ſecundum repræſentationem: vnde non oportet, quod rerum variabilium ſit ſcientia variabilis.*

In qua ſolutione cum argumento comparata, admittit Diuus Thomas ſimilitudinem in Deo cum creaturis ab ipſo cogni-

dum re… præsentationem, aliàs su… : distinc… …o maioris inter vnam, & …nilitud… …nem.

…bserto, non docere Divum …m sci… …etiam esse similitudinem, …iente …dari assimilationem ad sci… …od l… …ngè diversum est: nam sciens …sistit …m actu, vel habitu, quorum …assir… …milatio est, licet similitudinem …ate …supponat per speciem, & ad il… …mi… …uctur in Verbo.

Solutio veram continet doctrinã, …lutionẽ argumenti est sufficiens, si …solum constituatur idæa formalis …arum consistens in divina essentia …bo: *quia tamen* Nos in Deo consti… …s *idæam formalem*, & obiectivam, …est divina *essentia* prout in linea en… …ra *formaliter* constituta, ingrediente …passivæ *intelligibilitatis*, & repræ… …ione obiecti, *non vt* ratione forma… …tantum *vt conditione*, aut comple… …o, illius *constitutionem*, vt argumen… …ndique *maneat solutum* aliter est il… …currendum.

…illud *respondeo*, *distinguendo* maio… …similitudo formalis, aut eminentia… …similitudo formalis: aut eminentia… …oncedo maiorem: similitudo forma… …rminatè semper, nego maiorem: & …eadem distinctione minoris, nego con… …ientiam; nam licet in exemplari vni… …o, & eiusdem ordinis cum exemplato, …ilitur formalis similitudo cum illo: …exemplari autem æquivoco, & altionis …onus, qualis Deus est, non requiritur …malis similitudo; imò hæc similitudo …nognat, sed sufficit similitudo eminen… …lis; sicut similitudo cum effectu exacta …causa efficiente, non est determinatè …rmalis, sed disiunctim, formalis, aut …minentialis, prima pro causa vnivoca, & …a eiusdem rationis, secunda pro causa æqui… …oca, & superiori: licet autem in Deo non …et similitudo formalis cum creaturis …ecundum prædicata propria creaturarum …ecundum tantum secundum prædicata communia, nempè essendi, vivendi, & intelligendi, …ia, quidem non vnivoca, sed analoga, da… …et tamen similitudo eminentialis in Deo …cum creaturis secundum prædicata à Deo …propria; cum enim hęc prædicata ipsis …vt à prima causa efficiantur, debent conti… …neri in illo, vt superius arguebamus, cum… …que non contineatur formaliter, continẽ… …tur eminentialiter, Deusque eminenter est …homo, equus, &c, & consequentèr datur in …Deo similitudo eminentialis cum creatu… …ris, secundum prædicata illis propria.

Neque huic distinctioni, & doctrinæ ob… …stant probationes maioris: non prima, vt …enim Deus se ipsum aspiciens ad sui imitationem creaturas, sufficit eminentialis si… …tudo, quam cum illis habet: per hoc …formantur creaturæ ad instar Dei, nõ …aliter, sed eminentèr, id est, produ… …ur in suo esse formali eodem modo, …in Deo eminenter continentur: si nã… …vt supra contra Patrem Vazquez ar… …gamus, creatura assimilatur scientiæ …vt repræsentanti, & ad instar illius vt …sentãtis, fit, quia eodem modo extra …s constituitur, quo repræsentatur in …tia diuina: cur vt fiant ad instar Dei …minentialiter continentis creaturas, …sufficiet eodem modo extra causas in …esse formali constitui, quo in divina es… …eminentialiter continentur?

Nec magis obstat secunda probatio mi… 173
…: ideatum namque imitari ideam, est *Dilluun-*
…ad instar illius, ad quod sufficere emi… *tur. 2.*
…alem similitudinem constat ex pro…
…dictis.

…d tertiam, concessa maiori, nego mi… *Ad tertiã.*
…m, nec ex eo quod in exemplari crea…
…quiratur formalis similitudo, sequi…
…omni exemplari requiri, sicut nec
…itur in omni causa efficiente requiri
…alem similitudinem cum effectu, ex
…od in causis creatis talis similitudo
…niatur.

Nec sequitur, Deum imperfectè esse 174
…m creaturarum, vt arguitur *num.* 40. *Non se-*
licet similitudo eminentialis deficiat *quitur,*
…ione perfectę similitudinis; quia ta- *Deũ esse*
…fundat perfectissimam repræsentatio *imperfe-*
…idæati secundum suam essentiam, & *ctã ideã.*
…dum formationis ipsius, & aliàs in ra…
…ne continendi prędicata effectus exce…
…exemplaria, quibus assimilantur sua
…exemplata formali similitudine: confe…
…fit, quod ex defectu perfectionis in ra…
…ione similitudinis, non colligatur defe…
…ectus perfectionis in ratione exemplaris,
…aut in ratione ideæ; nam similitudo inter
…idæam, & idæatum solum petitur pro cõ…
…tinentia idæati, & repræsentatione illius,
…ac proinde si vtrumque perfectius salva…
…tur in exemplari æquivoco, & superioris
…ordinis per similitudinem eminentialem,
…quam in exemplari vnivoco per similitu…
…dinem formalem perfectius in illo, quam
…in isto ratio exemplaris salvatur, & si in
…ratione similitudinis excedatur ab illo.

Et quidem vt supra *numero* 91. argueba… 175
…mus contra Durandum, à quo alij argu… *Instatur*
…mentum factum sumpserunt, ex eo quod *1. argu-*
…de ratione causę efficientis sit assimilare *mentum.*
…sibi effectum, non sequitur causam assimi…
…lantem sibi effectum similitudine solum
…eminentiali, quia deficit à ratione perfectę
…similitudinis, deficere etiam à perfectione
…causæ, nec quod in ratione causæ efficien…

tis

tis excedatur à cauſa efficiente vnivoca ſibi aſsimilante effectum ſimilitudine formali, & perfecta; aliàs Deus, cui ſolum analogicè, & imperfectè aſsimilantur effectus non eſſet perfectus in ratione cauſæ effectiuæ, & in hac ratione excederetur à cauſa ſecunda vnivoca, cui aſsimilatur effectus in ſpecie, & à quavis cauſa creata, vterquam, & ſuum effectum eſt maior ſimilitudo quam inter creaturam, & Deum quod Durandus non audebit concedere.

176 *Inſtatur ſecundo.* Et ſimiliter iſta conſequentia non tenet: cognitio fit per aſsimilationem cognoſcentis ad rem cognitam: ergo vbi aſsimilatio, perfecta non eſt in ratione ſimilitudinis, non eſt perfecta cognitio in ratione cognitionis: inſtatur enim in Deo, cuius cognitio in ratione cognitionis perfectiſſima eſt, & tamen Dei ad creaturas perfecta ſimilitudo, & aſsimilatio in nullo prædicato reali eſſe poteſt, imò docet Divus Thomas in hac prima parte ſupra, quæſtione quarta, articulo tertio, ad quartum: *Licet aliquomodo concedatur, quod creatura ſit ſimilis Deo: nullo tamen modo concedendum eſt, quod Deus ſit ſimilis creaturæ.* Cuius alia ratio eſſe nequit, niſi quia ſimilitudo cognoſcentes ad cognitu, ſolũ exigitur vt cognitũ intra cognoſcentẽ ſit per ſpeciem ipſum repræſentantem, & quia divina eſſentia, quæ eſt ſpecies, abſque ſimilitudine formali cum creaturis, perfectius illas intellectui divino repræſentat, quam ſpecies creata ſua repræſentat obiecta, & ſi ſimilis ſit illis formali ſimilitudine: fit vt Deus perfectiſſimè cognoſcat creaturas, & illius cognitio in ratione cognitionis, infinite excedat omnem cognitionem creatam, quamvis perfecta ſimilitudo Dei cum creatura non ſit.

177 *Ad 2. replicã reſpondetur.* Ad ſecundam replicam *num.* 47. factam contra ſolutionem ibi datam, dicatur, quod licet convenientia analoga creaturæ tum cum Deo in prædicato Deo, & creaturis communi neceſſaria ſit, vt Deus exẽplariter, cauſet creaturas, non tamen inde colligitur Deum eſſe creaturarum idæam ſolum ſecundum illa prædicata, in quibus dicta cõvenientia ſalvatur, ſicut ex eo quod convenientia analoga in illis prædicatis neceſſaria ſit vt Deus efficienter cauſet creaturas, non ſequitur creaturas ſolum effici à Deo ſecundum prædicata ipſi, & creaturis analogicè communia, nempè ſecundum prædicatum eſſendi, in quo convenit cum omni creatura, ſecundum prædicatum vivendi, in quo convenit cum viventibus, & ſecundum prædicatum intelligendi, in quo convenit cum creaturis intellectualibus: non enim hæc tantum prædicata efficiuntur à Deo, ſed etiam illa, in quibus creaturæ à Deo diſtinguntur, & in quibus non communicant cum ipſo: & hoc ideò; quia huiuſcemodi prædicata, & ſi non contineantur in Deo formaliter, eminenter continentur in ipſo, quæ ratio ſicut ſufficit vt à Deo effectiuè proveniant, ſufficit etiam vt ab ipſo exemplariter, & idæaliter cauſentur.

Ex his ad confirmationẽ *num.* 48. factam dicatur; prædicatum in quo vnum imitatur, alterum debere eſſe vtrique commune ſecundum eundem, aut diverſum modum conveniendi, non autem requiri, quod ſit vtrique commune ſecundum eundem modum. Iuxta quam doctrinam, diſtinguo maiorem, & ſub eadem diſtinctione minoris, neganda eſt conſequentia; nam prædicata creaturis propria, & ſi non conveniãt Deo formaliter, conveniunt illi eminenter, & hoc ſufficit vt ſalvetur communitas, quæ requiritur vt creaturæ in illis prædicatis Dei eſſentiam imitentur.

178 *Ad confirmationem.*

Sed contra hucuſque dicta inſtat Pater Vazquez primo; nam imitatio, & cauſalitas idæalis conſiſtit in eo quod artifex aſpiciens idæam ad illius inſtar aliquid operetur, ſed quod Deus eminenter contineat prædicata creaturarum propria, non ſufficit vt Deus ſuam eſſentiam aſpiciens, ad illius inſtar illas perfectiones efficiat: ergo eminentialis continentia prædictarum perfectionum, non ſufficit vt creaturæ ſecundum prædicata ſibi propria, idæaliter Dei eſſentiam imitentur, nec vt Dei eſſentia ſortiatur rationem idææ.

179 *Cõtra hæc cuſq; dicta inſtat Vazq. 1.*

Probat minorem; nam vel Deus aſpiceret id, quod formale eſt in ipſo, vel id quod eminenter continetur in illo: non primũ; nam creaturæ non imitantur id quod formale eſt in Deo: nec ſecũdũ nã cõtẽtũ eminẽter in Deo eſt ipſa eſſentia creaturæ, ſe autem ipſam creatura imitari non poteſt, aliàs eſſet ſui idæa: ergo quod Deus eminenter creaturas contineat, non ſufficit vt ſit creaturarum idæa.

180 *Secundo.*

Inſtat ſecundum; nam lux Solis eminenter continet calorem: & tamen lux Solis non poteſt eſſe idæa adcuius inſtar calor efficiatur: ergo quod Deus eminenter contineat perfectiones creaturarum, non ſufficit vt ad illius inſtar efficiantur creaturæ, & conſequenter non ſufficit vt divina eſſentia ſit creaturarum idæa.

181 *Tertio aliqui obiiciunt.*

Tertio alij obijciunt; imitatio namque exacta ad rationem idææ debet eſſe artificialis non naturalis; ſed imitatio qua creaturæ imitantur Dei eſſentiam vt eminenter continentem prædicata illarum propria, non artificialis, ſed naturalis eſt, ſicut imitatio, qua forma geniti imitatur formam generantis: ergo non ſufficit vt di-

Digitized by Google

182 Nec tamen nil
est. ad pondeo, conce
tiesten- rem ad illius pr
tium. formando cre
turas aspicere suam essen-
tiam secùndum
nenter contin
rum, & ad in
ter continen
las formare
tia sit creat
creatura D
nentem eminentèr perfectiones proprias
illius, quod conveniat cum divina essentia
in prædicato continentiæ eminentialis,
sed quod creatura habeat formalitèr per-
fectiones, quæ in Deo eminentèr conti-
nentur, quod patet ex dictis supra numero
143. ad hominem contra Patrem Vaz-
quez.

83 Ipse enim docet, creaturas secundum
proprias perfectiones imitari Dei essen-
tiam vt cognitio est creaturarum, quia eo
modo producuntur in esse, quo à Deo cog
noscuntur: ergo ideò cognitionem Dei
imitantur, quia quod creaturis convenit re-
alitèr, cognitioni divinæ convenit re-
praesentativè, vel alijs terminis: quia quod
creaturis realitèr convenit, Dei cognitio
repræsentat: non autem quia creaturæ in
prædicato repræsentandi, aut cognoscen-
di cum divina cognitione conveniant: er-
go vt creaturæ imitentur Dei essentiam
prout eminentèr illorum perfectiones cõ-
tinentem, sufficit, quod Dei essentia emi-
nentèr contineat, quod creaturis conve-
niat formalitèr, etiam si creaturæ in prædi-
cato eminentialitèr non con-
tineant cum divina essentia.

Ad hanc doctrina retorqueo argumen
tum: nam Dei essentia vt cogni-
ta est idæa creaturarum in sententia
Authoris: ergo Deus aspiciendo
essentiam vt cognitio, & ad illius in-
star causat creaturas. Inquiro ab ipso, quid
operatur Deus in hac cognitione ad
instar cognitionis divinæ, vel obiectum cog-
nitum per ipsam? Hoc secundum respon-
dere non potest, aliàs obiectum cognitum
esset idæa, non autem divina cognitio: er-
go primum debet respondere, quod nem-
pè formalia cognitionis aspiciat, non en-
titativè sumpta, sed repræsentativè; sed vt
Deus suam cognitionem vt repræ-
sentem aspiciat, & vt ad illius instar vt repræ-
sentantis formet creaturas, non est necessa-
rium quod cum divina cognitione con-
veniat in prædicato cognitionis, & repræ-
sentationis, sed quod illi conveniat realiter, quod cognitio divina repræsentat: er-
go Deus suam essentiam aspiciens vt
enter continentem creaturas, illas
tad instar suæ essentiæ vt eminenter
entis, necessarium non est quod
ræ cum divina essentia conveniant
dicato continentiæ eminentialis,
alijs prædicatis Dei essentiæ con-
tribus formalitèr, sed sufficit quod
ra habeat formalitèr, quod Deus
et eminentèr.

Ad secundam dicatur, quod si lux Solis, 185
lipse eminentèr continet calorem, *Ad secun-*
calor in Sole, aut in luce ipsius vt *dam.*
cto cognito, & ad instar illius vt
ntèr calorem continentis causari,
m Soli dicta continentia eminen-
aloris conveniat, non est præsentis
aminare.

Ad tertiam, concessa maiori, nego mi- 168
nam licet illa imitatio sit creatu- *Ad 3.*
insecæ, & entitativè naturalis, vt ta-
fectus Dei, & in ratione effectus à
ausabilis, non naturalis, sed artificia-
non enim causatur naturaliter à
sed libere ab illo efficitur, & vt ab
intellectuali vt determinante sibi
, quod sufficit vt divina essentia vt
ans dictam imitationem sortiatur
em idææ; imitatio autem, qua for-
niti imitatur forma generantis, est
ie modo naturalis, & nullatenus ar-
lis, nec intellectualis; causatur enim
alitèr à generante, nec ab illo vt de-
nante sibi finem procedit, vt autem
Divus Thomas *quæst. 3. de veritate,*
in corpore: Si aliquid fiat ad imi-
em alterius per agens, quod non de-
minat sibi finem, *non ex hoc forma*
idæa habet rationem exemplaris, vel
non enim dicimus, inquit Divus
quod forma hominis generantis
dicimus quando agens propter finem deter-
minat sibi finem: cum ergo creaturæ,
entitativè Dei essentiam imitentur, &
hæc imitatio à Deo vt determinante si-
bi finem causetur, habet quidquid requiri
tur vt Dei essentia sortiatur rationem
idææ sumpta prout in linea entis, etsi
vt munus idææ exerceat debeat ratio-
nem obiecti subinduere, vt enim supra
docuimus, non nisi vt cog-
nita potest rationem idææ
exercere.
(*)

§. IX. Occasio

§. IX.

Occaſione vltimi argumenti explicatur Pluralitas idearum.

187 *Diuinæ idæ. non ſunt plures ſecundum rem.*

DEnique principaliter arguitur, nam iuxta communem Theologorum ſententiam cum D. Thoma in hac quæſt. *artic.* 2. in Deo dantur plures idææ: ſed ſi eſſentia idææ diuinæ in aliquo increato conſiſtit, non poteſt in Deo pluralitas idearum ſalvari; cum nihil increatum quod relativum non ſit multiplicari poſſit in Deo: ergo eſſentia idææ non conſiſtit in perfectione increata, ſed in creaturis obiectiuè cognitis à Deo, quæ cum plures ſint conſtituunt plures idæas.

188 *Confirm. 1.*

Quod amplius vrgetur primo; nam D. Thomas in hac *quæſt. artic.* 2. ſolutione ad ſecundum argumentum, in Deo aſſerit plurificari idæas: Deus autem ſapientiam, & artem: *quia ſapientia, & ars ſignificantur vt quo Deus intelligit, idea autem vt quod intelligitur, ex quia Deus vno intelligit multa, ſunt ſapientia, & ars non multiplicantur in Deo: debent tamen idea*: Sed doctrina iſta ſubſiſtere nequit niſi idææ ſint obiectum ſecundario vt *quod* intellectum à Deo, & conſequentèr in aliquo creato conſiſtant, nempè in creaturis ſecundario à Deo intellectis: ergo iuxta D. Thomam idæa, per quam Deus cauſat creaturas, nõ conſiſtit in divina eſſentia primario vt *quod* intellecta, nec in aliqua perfectione increata, ſed increaturis ſecundario vt *quod* intellectis.

Minor probatur 1.

Minor oſtenditur primo; nam multiplicato obiecto primario intellecto à Deo, non poteſt non multiplicari divina intellectio ab illo ſpecificata; ſed D. Thomas non multiplicat divinam intellectionem, hæc enim eſt ars, & ſapientia, & eſt id, quo Deus intelligit, non autem quod intelligitur, & conſequentèr eſt vna: ergo differentia à D. Thom. aſſignata inter *quo*, & *quod* intellectum, vt hoc ſecundum multiplicetur, illud autem vnum ſit, non poteſt ſubſiſtere intellecta de *quod* primario intellecto.

189 *Secundo.*

Secundo: nam ſicut Deus vno *quo* intelligit multa, ita in vno obiecto omninò immultiplicato plura obiecta ſecundario cognoſcit: ergo æqua repugnantia eſt in multiplicatione obiecti vt quod primario intellecti, atque in multiplicatione principii *quo* intelligendi, & actus *quo* Deus intelligit. *Tertio.* Tertiò nam Verbum in Deo non ſignificatur vt principium, vel actus, quo Deus intelligit, ſed vt *quod* intellectum ab ipſo, & tamen quia non ſignificatur vt quod ſecundario, ſed vt quod primario intellectum, non multiplicatur in Deo; ſed vno verbo omnia intelligit, non minus quam vna ſpecie, vt expreſsè docet Divus Thom. infra *q.* 34. *artic.* 3. *ad* 4. ergo ſi idææ multiplicantur in Deo, quia ſignificantur vt *quod* intellectum ab ipſo, vt aſſerit D. Thom. accipienda eſt eius doctrina de *quod* ſecundario intellecto.

Confirmatur ſecundo ex alia doctrina D. Thom. in eodem articulo in corpore, quod ita concludit: *Sic igitur in quantum Deus cognoſcit ſuam eſſentiam, vt ſic imitabilem à tali creatura, cognoſcit eam vt propriam rationem, & ideam huius creaturæ, & ſimiliter de alijs, & ſic patet, quod Deus intelligit plures rationes proprias plurium rerum, quæ ſunt plures idææ*: ergo iuxta Divus Thomam plures rationes propriæ plurium rerum ſunt plures idææ, ſed non plures rationes propriæ increatæ: ergo plures rationes propriæ creatę ſunt plures idææ; & cõſequentèr creaturæ obiectivè cognitæ à Deo ſunt idææ, quibus Deus illas producit. Conſequentia prima ex doctrina Diui Thomæ manifeſtè colligitur. Minor ſubſumpta probatur: nam ratio obiectiva increata cognoſcendi creaturas in Deo, eſt divina eſſentia; ſed hęc eſt vna in ratione entis, & in ratione obiecti, nec in eſſe obiecti multiplicatur, ex hoc quod ſit ratio cognoſcendi plures creaturas: ergo ex hoc quod Deus intelligat ſuam eſſentiam vt propriam rationem plurium creaturarum, non conſtituuntur plures rationes in creatæ.

190 *Confirmatur 2.*

Confirmatur tertio ex alia doctrina Divi Thomæ in corpore eiuſdem articuli, vbi docet, pluralitatem idearum non repugnare divinæ ſimplicitati: *quia idea operati eſt in mente operantis, ſicut quod intelligitur, non autem ſicut ſpecies, quo intelligitur, quæ eſt forma faciens intellectum in actu, non eſt autem contra ſimplicitatem divini intellectus, quod plura intelligat: vnde plures idææ ſunt in mente divina vt intellecta ab ipſo*: ſed loquendo de primo *quod* intellecto falſum eſt quod non ſit contra divinam ſimplicitatem quod multa intelligat; hæc enim eſt divina eſſentia, vel entitas in creata, cuius multiplicitas repugnat divinæ ſimplicitati: ergo loquitur Divus Thomas de obiecto *quod* ſecundario intellecto, cum docet multa *quod* intellecta non repugnare divinæ ſimplicitati; & conſequentèr plures idææ, quas Divus Thomas ſtatuit in divino intellectu, ſunt plures res ſecundario intellectæ: ex quo vlterius ſequitur creaturam ſecundario à Deo cognitam eſſe idæam in divino intellectu.

191 *Confir. 3*

Hoc argumentum petit vt explicetur an in Deo ſint plures idææ, &c.

posſit componi cum
ntiæ, in qua rationem
nte exiſtentis conſiſtere
octore defendimus. Qui
idæas in creaturis à Deo
re docent, cum creaturæ
eſſentia liter ſint plures,
ficultate multiplicãt idæas
ate exiſtentes, cum non ſubſ-
biectivè in divina mente exiſ-
ex hoc præiudicium aliquod
ſimplicitati inferatur: vndè con-
docent, eſſe plures idæas realiter;
creaturæ cognitæ à Deo realiter
plurificantur.

193 Et in ſen tentia Du randi.

Durandus etiam, qui vt vidimus imperfectam rationem idææ eſſentiæ divinæ attribuit ſecundum gradus eſſendi, vivendi, & intelligendi, in quibus Deum creaturæ imitantur imperfectè, rationem autem idææ perfectæ ſolum creaturis à Deo cognitis attribuit, conſequenter ad iſtam ſententiam docet, idæam priori modo acceptam ratione plurificari, eſſeque in Deo plures ideas, aut plures rationes idæales, non realiter, ſed ſecundum rationem; ſecundo autem modo acceptam realiter plurificari, cum creaturæ à Deo intellectæ realiter plurificentur.

194 Veget noſtr ten

Subinendo autem Dei eſſentiam eſſe idæam omnium creaturarum perfectam, non ſolum ſecundum illos gradus, Deo, & creaturis communes, in quibus Deum imperfectè imitantur creaturæ, omnes quidem in gradu eſſendi, aliquæ in gradu vivendi, & aliæ in gradu intelligendi: ſed perfectam ſecundum omnes perfectiones, quæ ſunt in creaturarum proprijs: quia illas conſtituto eminenter: hanc inquam ſuſtinendo eminenter, reſtat vt examinemus, an ſit etiam, vel ſint plures idææ.

Sententiam negativam defendit Aureolus apud Capreolum in primo diſtinct. 36. quæſt. 1. cum enim divina eſſentia vna, & omnino indiviſibilis ſit, non poteſt eſſe omnium creaturæ idæa ſecundum vnam rationem, & alterius ſecundum aliam, indiviſibile namque, aut totum, aut nihil accipitur; hoc autem neceſſarium erat vt in divina eſſentia eſſent plures creaturarum idææ: ergo ſemel conſtituto eſſentiam divinam eſſe idæam creaturarum, non dantur plures idææ.

Sententia tamen affirmativa eſt communis Theologorum cum Magiſtro in hac diſtinct. 36. & cum Divo Thoma 1. part. quæſt. art. 2. cuius præcipuum fundamentum prob. quæſt. conſiſtit in modo loquendi Patrum, ex pp. qui de idæis divinis in numero plurali loquuntur, illaſque vt plures ſignificant. Dionyſius cap. 5. de divinis nominibus:

Idæas prædeterminationes, diuinaſque, ac bonas voluntates imaginibus: Sunt, inquit, in Deo imagines, & exempla rerum, quæ ab ipſo futuræ ſunt. Idem Auguſtinus *lib. 38. quæſtionum, quæſt. 46.* ſic ait: *Reſtat vt omnia ratione ſint condita, nec eadem ratione homo, qua equus; hoc enim eſt abſurdum exiſtimari, ſingula igitur propriis ſunt creata rationibus:* vbi de idæis divinis loqui Auguſtinum, conſtat ex eodem in epiſtola relata, vbi ait: *Ideas, formas, ſpecies, ſeu rationes appellari*, qui modus loquendi in ſcriptura invenitur, ad Hebræos decimo, ait Paulus: *Fide credimus aptata eſſe ſæcula Verbo Dei, vt ex inviſibilibus viſibilia fierent*, id eſt, *ex diuinis ideis*, vt explicat Divus Thomas *quæſt. de veritate, art. 2. in argumento 3. ſed contra*; ſed ſi idæa divina eſſet vna, & non plures, non deberent Patres loqui in numero plurali, ſed in ſingulari de illa, ſicut de omnipotentia, de intellectu, & voluntate divina in numero ſingulari loquuntur, quia in Deo non plurificantur, ſed quodlibet illorum eſt vnum: ergo iuxta mentem Patrum idææ divinæ ſunt plures.

197 Probatur ex cõmuni modo loquendi.

Confirmatur quoniam conſonat etiam communis modus loquendi, quo aſſerimus eſſe in Deo idæam hominis, idæam equi, & ſic de alijs, quæ terminant efficientiam divinam; ſi autem idæa hominis non eſſet ab idea equi diſtincta, ſed vna, & eadem idea, Deus homine, & alterius ſecundum vnam rationem, & æquum efficeret, non involuit-vis Deus per omnipotentiam hominem, & æquum producat; quia omnipotentia vna eſt, non dicimus eſſe in Deo omnipotentiam hominis, & omnipotentiam equi, & quamvis hominem, & æquum intelligat; quia tamen vno intellectu hominem, equum, & *omnes* alias creaturas intelligit, non dicimus tamen eſſe intellectum hominis, & intellectum equi, ſed eſſe intellectum in Deo: *ergo* vt ſalvetur modus communis loquendi, aſſerendum eſt, non eſſe vnam omnium rerum idæam, ſed plures, iuxta pluritatem rerum, quę à divina omnipotentia cauſantur.*

198 Aliquor ratio à priori.

Licet autem communis iſta ſententia vera ſit, illius rationem à priori aſſignare eſt difficile. Quidam ſic arguunt; eterenim divina eſſentia eſt idea creaturarum vt imitabilis ab illis in particulari; ſed creaturę in particulari imitãtur Dei eſſentiam ſecundũ diverſas rationes: Angelus enim, & homo imitantur illam ſecundum gradum vitę, lapis, & alia eiuſdem generis, ſecundum gradum eſſendi, inter quos gradus in Deo eſt virtualis, & rationis diſtinctio: ergo divina eſſentia ſub diverſis ratio-

munus apprehenſionis non exercet quatenus cognita : ergo quod à Deo cognoſcatur non petitur à cognitione divina vt idæalitèr cauſante creaturas.

128 *Arguunt Auctoritate PP.*

Nec motiva huius ſententiæ alicuius ponderis ſunt, arguunt primo auctoritate Patrum; nam Dionyſius, cap. 5. de divinis nominibus, *idæas vocat prædeſtinationes*, Damaſcenus, *rationes, & conſilia divina*, Clemens Alexandrinus, lib. 5. Stromatum, ait: *Idæam eſſe divinam intelligentiam*, Auguſtinus tract. 1. in Ioannem explicãs illa verba: *Quod factum eſt in ipſo, vita erat*, ſic ait: *Facta eſt terra; ſed ipſa terra, quæ facta eſt, vita non eſt: eſt autem in ipſa ſapientia ſpiritualitèr ratio quædam, qua terra facta eſt, hæc vita eſt, qua vivit anima artificis, vbi ſunt huc omnia antequam proferantur*; ſed ratio illa, de qua Auguſtinus ait, quod illa facta eſt terra, eſt idæa per quam Deus terrã formavit, & de illa ait, quod eſt vita: ergo idæa divina vita eſt; & cõſequẽtèr actus vitalis, ſcilicèt intellectio divina.

129 *Explicatur PP.*

Reſpondeo, Dionyſium appellare idæas prædeſtinationes, ideſt prædiffinitiones divinas, quia idæ rerũ futurarũ decretis efficacibus prædiffinitivis cõplentur, & ratione illorũ eſt futuris connectuntur, nec aliter in idæis poſſe futura cognoſci, niſi per decretũ liberum determinatis, docuimus *tract. 4. diſp. 36.* Clemens Alexandrinus vocat idæam divinam intelligentiam, vel quia intellectio divina mediante divina eſſentia, vt idæa ad creaturas terminatur, vel quia vt §. ſequenti ex D. Th. videbimus, divina eſſentia non obtinet rationẽ idææ, niſi vt cognita à Deo, vt diverſimodè imitabilis à creaturis : vnde divina eſſentia vt idæa intellectionem divinam importat, et ſi in illa non conſiſtat. Auguſtinus autem cum ait, quod ratio illa, qua terra facta eſt, vita eſt, explicari poteſt primo in ſenſu non omnino formali ſed identico, qua ratione omnia, quæ in Deo ſunt, vita ſunt, vel quod ratio illa eſt vita nõ formalitèr, ſed obiectivè, quia eſt obiectiva ratio artis, & ſapientiæ diuinæ, quæ formalitèr eſt vita. Vel denique illam vitam appellat, quia divina eſſentia obtinet rationẽ idææ, quatenus cognita à Deo, & quia cognitio Dei eſt formaliſsimè vita divina, eſſentia, & idæa, quantum ad id per quod in ratione idææ completur, eſt etiam vita formalitèr : & quidem teſtimonium Dionyſij ſi aliquid probat, conuincit in actu voluntatis diuinæ conſiſtere rationem idææ, quod non contendũt contrarij : quod autem ſequatur pater; nam divinę prædiffinitiones, de quibus Dionyſius loquitur, cum idæas prædeſtinationes vocat, in actu voluntatis conſiſtunt.

Secundo ſic arguunt; nam cognitio divina, eſto non ſit ſimilis entitatiuè rebus cognitis, eſt tamen illis ſimilis repræſentativè, & virtualitèr; ſed hæc ſimilitudo ſufficit ad rationem idææ: ergo eſt creaturarum idæa. Confirmatur; in artificè creato cognitio, qua artificiatũ cognoſcit, eſt idæa artificiati : ergo divina cognitio eſt idæa creaturarũ. Conſequentia patet à paritate rationis : antecedens autem probatur, vt enim docet D. Th. *q. 3. de verit. art. 1. in corp.* conceptus in mẽte artificis creati eſt Idæa per quã format artificiatũ, ſed cõceptus in artificè creato eſt ipſa cognitio: ergo hęc obtinet in artificè creato rationẽ idęç.

130 *Secundi argumentum.*

131 *Reſpond.*

Reſpondeo, negãdo maiorem, vt enim oſtendimus, divina eſſentia in nullo eſſe reali poteſt eſſe creaturis ſimilis ſimilitudine vnivoca, eſſe autẽ intentionale, eſt eſſe reale. Nec obſtat, D. Th. docere in Deo eſſe ſimilitudinẽ omniũ rerũ; hoc enim intelligendũ eſt eminentèr, quatenus divina eſſentia ratione continentiæ eminentialis omnis perfectionis creatę, illas perfectiſſimè repræſentat.

132 *Ad confirmationẽ.*

Ad confirmationẽ, nego antecedens non enim cognitio artificiati, ſed cõceptus, ſed Verbũ per cognitionẽ prout eſt dictio productum, in quo vt in obiecto intrinſeco artificiatũ cognoſcit, obtinet rationẽ idææ in artificè creato: Verbũ autem ab intellectione diſtingui, vidimus ex D. Th. vnde ad antecedentis probationẽ, conceſſa maiori, neganda eſt minor, quod nẽpè Verbũ in intellectione conſiſtat; hoc enim falsũ eſt in doctrina D. Th. Sed dices, Verbum in doctrina D. Th. eſt idæa interior in artificè creato; ſed in ſententia contrariorum Verbum in intellectione conſiſtit : ergo eadem ratione, qua Verbũ ab intellectione diſtinctum obtinet rationem idęç, in doctrina D. Th. & conſequentèr ad illã, dicendũ eſt, Verbũ ab intellectione in diſtinctum, ſed ipſam intellectionem eſſe idæam interiorem in artificè creato.

Replicabis.

133 *Reſpond.*

Reſpondeo, negando conſequentiam, ratio autem diſcriminis eſt nam Verbum ab intellectione diſtinctum, qualitèr abſtruitur in doctrina Diui Thomæ, ſe tenet ex parte obiecti, & eſt obiectum interius, in quo artifex creatus cognoſcit artificiatum, & ideò iuxta hanc doctrinam ſalvatur, quod ſit forma ad quam aſpiciens artifex operatur artificiatum, quæ eſt diffinitio idææ. In ſententia autem non diſtinguente Verbum ab intellectione, & eſſentiam Verbi in ipſa intellectione conſtituente, Verbũ nõ ſe tenet ex parte obiecti, nec eſt id, in quo intellectus cõtemplatur obiectũ, ſed id quo illud contemplatur, ac proinde non poſſunt diffinitionem idææ Ver-

Digitized by Google

Verbo ab intellectu, ac per consequens in Verbo ab intellectione indistincto adaptari, nec essentiam idæ- lectione in distincto posse salvare.

§. VIII.

Vera resolutio traditur, & solvitur argumentum.

134 His ergo modis dicendi relictis, asserendum existimo, essentiam divinam sub ratione essentiæ esse idæam objectivam, sub ratione Verbi esse idæam formalem, non absolutè, sed cognitam vt comparatam cum creaturis, vt imitabilem divinissimodè ab illis. Conclusionem istam censeo quoad vtramque partem esse Thomistis communem, etsi non his terminis explicatam, ante cuius probationem adverto primo: in artificè creato duplicem idæam distingui, vnam interiorem, quæ dicitur formalis, aliam exteriorem, quæ dicitur objectiua, quæ doctrina Sti D. Thomæ quæst. 3. de veritate, artic. 1. in Corpore, illis verbis: si ergo aliquid fiat ad imitationem alterius per agens, quod non determinat sibi finem, non ex hoc forma imitationem habet rationem exemplaris, vel idæ: non enim dicimus, quod formam hominis genitus generati, sed solum hoc dicimus quando agens propter finem determinat sibi finem, siue illa forma sit in agente, siue extra agentem: dicimus enim formam artis in artifice esse exemplar artificiati, & similiter etiam formam, quæ est exemplar artificis, ad cuius imitationem artifex operatur: vbi est advertendum verba ergo quid sit: formam artis in artifice, non accipi pro forma concepta, idest pro conceptu, quem interius artifex formauit, quia artificiatum, qui dicitur objectiuè. Advertendo secundo, quod licet in Deo sit essentia propriè, idest adæquate sumpta, dicatur, eo quod de ratione illius, sic sumpti, est ordo ad intellectum vt dicentem, & vt realiter procedentem, quod repugnat prædicatis Dei essentialibus communiter autem, & adæquate sumptis, dicitur in Deo essentialiter, & in hac acceptione consistit in repræsentatione actualissima per modum objecti intellecti, sicut ratio specifica impressa in repræsentatione objecti se tenente ex parte actus primi, esse autem repræsentationem actualissimam vt objectum intellectum, convenit divinæ essentiæ pro priori ad relationes: sic enim se actualissime repræsentat ipsum, & in se repræsentat creaturas, & consequenter Verbum in hac acceptione, non personaliter sumptum, dicitur in relatione ad creaturas, & in ordine ad illas. Illust. Episc. GODOY in 1. p. Tom. 2.

Præmitti tur 1.

Prima pars oſtenditur 1.

136 ditur primo; nam exemplar existens in artificè creato, ideò obtinet rationem idææ, quia vt objectum cognitum & dirigit ipsum, vt formet conceptum artificiati formandi; si nàmque artifex formare perfectum rei faciendæ conceptum; illamque perfectè cognoscere, nec indigeret illo, nec illud aspiceret vt artificiatum formaret, vt constat in pictoribus, & inscriptoribus in arte pingendi, & scribendi peritis, qui sine assumpto exemplar exterius imagines pingunt, & characteres formant; sed divina essentia vt objectiuè cognita à Deo dirigit intellectum divinum ad cognitionem practicam creaturarum, & modum productionis illarum; vt enim diſp. 2. docuimus, divina essentia est objectum adæquate motivum divini intellectus, & consequenter objectivè movet, & dirigit ad cognitionem speculativam, & practicam creaturarum: ergo est idæa objectiua, per quam Deus vt supremus artifex operatur creaturas.

Secundo.

137 Secundo probatur; nam id, quod aliud continet perfectè, potest accipi vt propria ratio illius, illudque repræsentare; sed divina essentia continet actu perfectè omnes perfectiones creatas non solum secundum rationes communes, esse, vivere, & intelligere, sed etiam secundum rationes particulares, quibus inter se distinguuntur: ergo potest accipi à divino intellectu vt propria ratio omnium perfectionum, quæ in creaturis reperiuntur, non solum secundum rationes communes, sed etiam secundum rationes particulares, perquas distinguuntur inter se, & consequenter est idæa creaturarũ secundũ omnẽ perfectionẽ tàm cõmunẽ, quàm particularẽ cõveniẽtẽ creaturis. Secunda consequentia ex prima colligitur; nã idæa objectiua idem est quod ratio objectiva dirigens intellectum artificis: ergo si divina essentia potest accipi à divino intellectu, vt propria ratio objectiua cuiuslibet perfectionis, est idæa objectiva omnis perfectionis creatæ. Prima ex præmissis infertur: præmissæ autem indigent probatione.

Maior probatur.

138 Maior probatur; quia namque homo actu continet animal, potest accipi vt ratio illius, & animal in homine, & per speciem hominis potest cognosci; imò, & omne animal sub ratione animalis per speciẽ hominis cognosci potest, nõ tamẽ secundum vltimas differentias, quibus inter se, & ab homine distinguuntur; quia

iſtę differentiæ non continentur in homine, numerus etiam ſenarius poteſt accipi vt propria ratio numeri ternarij, & hic in illo cognoſci, quia actu continentur in illo. Quibus exemplis vſus eſt Divus Thomas 1. *parte, quæſt.* 14. *artic.* 6. vt probaret Deum per ſuam eſſentiam propriam omnium rerum cognitionem habere: *Quia divina eſſentia comparatur ad eſſentias omnium rerum, non ſicut commune ad propria, ſed ſicut actus perfectus ad imperfectos*: ergo in vniverſum eſt verum, quod omne continens aliud perfectè poteſt accipi vt ratio illius.

139 *Minor etiã prob. ex D. Th.*

Minor etiam probatur à D. Thom. 1. *parte, quæſt.* 4. *art.* 2. *Quidquid enim perfectionis eſt in effectu, oportet inveniri in cauſa effectiua, vel ſecundum eandem rationem ſi ſit agens vnivocum, vt homo generat hominem, vel eminentiori modo ſi ſit agens æquivocum, ſicut in Sole eſt ſimilitudo eorum, quæ virtute illius generantur; ſed Deus eſt prima cauſa effectiua rerum omnium: ergo rerum omnium perfectiones præexiſtunt in Deo ſecundum eminentiorum modum.*

140 *Confirm. ex alia doctrina D. Tho.*

Hinc infert Angelicus Doctor *in hac* 1. *parte infra quæſt.* 55. *artic.* 1. *ad* 3. differentiam inter Angelos, & Deum, quod illi per ſuam eſſentiam non poſſint de rebus à ſe diſtinctis habere cognitionem propriam, ſed tantum communem, Deus autem per ſuam eſſentiam, perfectam omnium rerum, & propriam habet cognitionem: *Quia in Angelo non continentur alia ſecundum propias rationes, in eſſentia autem Dei ſunt omnia perfectè, & ſecundum propriam rationem, ſicut in prima, & vniverſali virtute operatiua, à qua procedit quidquid eſt in quacumque re proprium, vel commune, & ideò Deus per ſuam eſſentiam habet propriam cognitionem de rebus omnibus, non autem Angelus, ſed ſolam communem.* Hæc Divus Thomas: ex quibus ſic argumentor; quia Angelus in ſe continet omnia à ſe diſtincta ſub ratione communi, omnia illa ſub hac ratione cognoſcit per propriam eſſentiam; ſed Deus perfectiſsimè continet omnes perfectiones creatas ſecundum particulares, & proprias illarum rationes: ergo per ſuam eſſentiam omnes illas cognoſcit; & conſequentèr diuina eſſentia eſt ratio obiectiua reſpectu intellectus diuini reſpectu omnium creaturarum, non ſolum ſecundum prædicata communia, ſed etiam ſecundum illa, quibus inter ſe diſtinguuntur.

Reſpondebis primo D. Thom. loco proximè aliegato, loqui de eſſentia Angeli, & de divina eſſentia prout ſortiuntur rationem ſpeciei impreſſæ, & prout ſic propriis intellectibus vniuntur, eſſentia autem divina ſub conceptu ſpeciei non eſt creaturarum idæa, vt nos cum Angelico Pr[illegible] tore fatemur; & conſequentèr ex pr[illegible] cto teſtimonio minus benè argume[illegible] mur inferentes Dei eſſentiam eſſe id[illegible] obiectiuam, per quam Deus vt ſupre[illegible] artifex operatur creaturas.

141 *Reſp.* 1.

Sed contra primo; nam ideò eſſenti[illegible] gelivnitur proprio intellectui vt ſp[illegible] in ordine ad cognitionem aliorum, ab Angelo diſtinguuntur ſecundum [illegible] nem communè; quia primario repr[illegible] tat Angelo ſe ipſam, in qua contine ſecundũ prędictam rationem, & ide[illegible] divina eſſentia eſt dicendum, quod n[illegible] pè, ideò vt ſpecies repræſentat creat[illegible] quia primo repræſentat ſe ipſam, in [illegible] continentur creaturæ: ergo doctrina gelici Præceptoris non ſolum eſt a[illegible] pienda de divina eſſentia vt ſpecie, etiam de divina eſſentia vt obiecto.

Secundo; nam ideò divina eſſent[illegible] ſpecies repræſentat creaturas, quia [illegible] continet eminentèr, cum enim non re[illegible] ſentet illas ratione formalis ſimilitudi[illegible] nec ratione dependentię, ſolum potes[illegible] las repręſentare vt ſpecies ratione c[illegible] tinentię eminentialis; ſed nulla eſt r[illegible] aſsignabilis cur eminentialis contine[illegible] ſufficiat vt repræſentet creaturas, vt [illegible] cies, & non ſufficiat ad illas repræſen[illegible] das vt obiectum: ergo admiſſo diuina [illegible] ſentiã vt ſpeciẽ repreſentare creaturas [illegible] ceſſario eſt admittendũ illas obiectiu[illegible] vt obiectum repræſentare.

144 *Tertiu.*

Tertio: nam diuina eſſentia vt ſp[illegible] non repræſentat primario, & imm[illegible] creaturas, ſed mediatè, & ſecundari[illegible] mario autem ſolum repręſentat ſe ipſ[illegible] ergo repræſentat vt ſpecies creatura [illegible] ſe ipſa vt obiecto prius cognito, & co[illegible] quentèr diuina eſſentia vt obiectum r[illegible] ſentat creaturas, & omnes illarum p[illegible] ctiones ex quo vlterius fit, vt ſit Deo [illegible] obiectiva cognoſcendi creaturas, & [illegible] dum productionis illarum, in quo eſt [illegible] ta ratio idęæ obiectivæ creaturarum.

145 *Reſp.* 2.

Reſpondebis ſecundo exempla [illegible] ducta à Divo Thoma in probatio[illegible] matoris, non eſſe ad rem: nam homo [illegible] net actu formalitèr animal, & nun[illegible] ſenarius actu formalitèr continet [illegible] rium, Deus autem non continet [illegible] malitèr actu perfectiones creatas; & [illegible] ſequentèr ex eo quod in homine co[illegible] catur animal, & numerus ſenarius [illegible] accipi vt ratio ternarij; & hic in illo [illegible] noſci, non benè infert D. Th. poſſe p[illegible] ctiones creatas in divina eſſentia co[illegible] ci, & ei eſſentiam poſſe accipi vt rati[illegible] propriam illarum.

Sed contra; nam cõtinentia emin[illegible] 14[illegible] Sed c[illegible]

lis est perfectior continentia formali respectu perfectionis non simpliciter simpliciter perfectionis aliquam imperfectionem: ergo si continens actu perfectè, potest accipi, vt ratio obiectiva respectu contenti, & hoc in illo cognosci à fortiori idem est dicendum de continentia aliud actu perfectè continentia eminentiali; & consequenter exempla à D. Thoma adducta faciunt ad rem, & efficaciter suadent intentum argumento à fortiori. Consequentia est bona. Antecedens probatur, vt enim Omnes Philosophos, perfectio omnis in effectu invenitur, contineri in causa efficiente principali, vel æquè perfectè, vel perfectiori modo, aliàs effectus excederet causam efficientem principalem, quod bonæ Philosophiæ adversatur; sed Deus est causa principalis, & prima omnis perfectionis creatæ: ergo continet actu perfectè omnem perfectionem creatam; sed non per æqualitatem, sicut causa vnivoca continet proprium effectum; cùm Deus nō sit causa vnivoca, sed æquivoca vniversalis, & prima: ergo cōtinet eū excellu; & cōsequēter cōtinentia eminētia lis perfectior est continētia formali respectu perfectionis dicentis imperfectionem.

Explicatur, & vrgetur, perfectiori modo continentur in Deo omnes perfectiones creatæ, quam in causis secundis vnivocis; sed in causis secundis vnivocis continetur perfectio effectus continentia formali; in Deo autem continentia eminenriali: ergo continentia eminentialis perfectior est continentia formali. Consequentia cum minori tenet. Maior autem patet; nam effectus in ratione causæ longe excedit omnem causam secundam; sed causa efficiens constituitur per continentiam effectus in actu: ergo perfectiori modo continetur omnes perfectiones creatæ, quam causis secundis vnivocis.

Respondebis tertio, ex eo quod Deus contineat eminentèr creaturas tanquam prima causa illarum, solum sequi quod in illo cognoscantur creaturæ tanquam in causa efficiente, non autem quod in illo cognoscantur tanquam in causa exemplari, & hoc erat necessarium vt divina essentia esset idea creaturarum idæa; nam idæa idem est quod exemplar; & consequenter si divina essentia non est causa exemplaris, aut exemplar creaturarum, nō est illarū idæa. Sed contra: nam eo ipso quod Deus essentiæ contineat eminentèr creaturas tanquam prima causa illarum, possunt creaturæ in divina essentia cognosci vt obiecto prius cognito, vt fusè contra Vazquez monstravimus tom. 1. disp. 26. & nobiscum tenet Suarez in hac parte nobis contrarius: ergo ratione continentiæ eminentialis repræsentat divina essentia vt obiectum omnes perfectiones creatas, & modum producibilitatis illarum. Patet hæc consequentia, non enim potest vnum in alio vt in obiecto prius cognito cognosci, nisi in illo, & ab illo vt obiecto repræsentetur: ergo si omnes perfectiones creatæ cognoscūtur à Deo in se ipso vt in obiecto Deo vt obiectū omnes illas repræsērat Tic vltra; sed repræsentās aliud obiectiuè, & modum, quo formandum, & fabricandum est, sortitur respectu illius rationem idææ obiectiuæ: ergo divina essentia repræsentans vt obiectum creaturas, & modum formationis illarum, repræsentatione ineminentiali continentia fundata, est creaturarum idæa.

Minor in qua est difficultas ostenditur primo; nam obiectum sic repræsentans potest obiectiuè dirigere intellectum artificis vt forma artificiata; sed in hoc cōsistit esse idæam obiectiuam: ergo talitèr repræsentans obiectum sortitur respectu illius rationem idææ obiectiuæ. Secundo probatur ad hominem contra Patrem Suarez; quia nāque in illius sententia cognitio divina est formaliter repræsentans creaturas, est idæa formalis creaturarum; sed nulla est ratio assignabilis, cur repræsentatio formalis sufficiat ad rationem formalis idææ, & repræsentatio obiectiua non sufficiat ad rationem obiectiuæ idææ: ergo repræsentans aliud obiectiuè, est idæa obiecti ua illius.

Respondebis fortè, non ideò præcisè cognitionem divinam esse creaturarum idæam, quia illas formaliter repræsentat, sed quia in esse intentionali assimilatur creaturis, & illam creaturæ imitantur, quod petitur ad rationem idææ, & divinæ essentiæ non convenit; non enim creatura assimilatur, nec creaturæ illā imitātur formaliter, ideoque nō est creaturarum idæa. Sed contra primo, Deus namque in nullo reali potest creaturis assimilari per assimilationem, cum in omni esse reali tra 1. tè differat ab illis; sed esse intentionale est esse fictum, sed esse verum, & reale: divina cognitio non assimilatur creaturis perfecta similitudine, etiam in esse intentionali; & consequentèr si obtinuit rationem idææ, non est ratione repræsentationis, nempè repræsentat perfectè omnes perfectiones creatas, & modum producibilitatis illarum, quæ ratio, vt vidimus, milita in essentia divina vt obiecto; & consequenter est idæa obiectiua creaturarum.

Con-

153 Contra 2. Contra secundo; nam similitudo cognitionis diuinę cum creaturis in esse intentionali, & imitatio creaturarum respectu cognitionis diuinę, consistit in hoc, quod eo modo producuntur, quo cognoscuntur à Deo; sed etiam eo modo extra causas producuntur creaturę, quo à diuina essentia obiectiuè repręsentantur: ergo si creaturę imitantur perfectè cognitionem diuinam, etiam perfectè imitantur essentiam, vel si absque imitatione perfecta cognitionis diuinę salvatur in illa ratio idæę creaturarum, salvabitur in essentia diuina, quod sit idæa obiectiua creaturarum, etiam si illi creaturę non assimilentur perfecta similitudine, nec illam perfectè imitentur, & ita asserendum est, cum enim creaturę in omni esse reali infinite distent, in nullo esse reali possunt illi assimilari perfectè, nec Deum perfectè imitari, vt docet D. Thom. *quæst. 2. de veritate, art. 11. & in hac 1. part. quæst. 13. artic. 5.* quod non obstat vt in Deo ratio idæę creaturarum perfectissime saluetur, vt supra contra Durandum ostendimus.

154 *Obiter ex dictis infertur.* Ex quibus obiter colligo, creaturas nō solum assimilari cum Deo vt repręsentante, quę assimilatio dicitur intentionalis; sed etiam assimilari cum Deo intra lineā essendi. Quod probo, non enim idcò assimilantur cum Deo vt repræsentante, quia conueniant cum ipso in prædicato repræsentandi, sed quia quod creaturis conuenit in esse reali, repręsentatur, & cognoscitur à Deo. Vnde Vazquez, quem alij sequuntur, ideò ait, creaturas perfectè imitari cognitionem diuinam; quia producuntur, & in esse constituuntur cum eisdem prædicatis, quæ diuina cognitio repræsentat; sed etiam, quod creaturis conuenit in esse reali formali, continetur eminentèr in Deo, & eo modo constituuntur in esse, quo in diuina essentia eminentèr continentur: ergo quamuis non conueniant cum diuina essentia in prædicato continendi, eminentialitèr, assimilantur illi, vt eminentialitèr continenti.

155 *Confirm.* Explicatur, & vrgetur: homo secundum vltimam differentiam, per quam specificè constituitur, & ab omni, quod non est homo distinguitur, assimilatur cum Deo vt cognoscente, & repræsentante; quia hæc vltima differentia homini conueniens realitèr, est in Deo cognoscente, & repræsentante, hoc est cognoscitur, & repręsentatur à Deo; sed etiam ipsa vltima differentia, quæ homini conuenit in esse formali, est in Deo vt eminentialitèr continente; hoc est in Deo eminentialitèr continentur: ergo homo secundum vltimam suam differentiam assimilatur diuinę essentiæ vt eminentialitèr continenti, & in illa, essentiam diuinam imitatur, vt continentem eminentèr creaturas, etsi non conueniat cum illa in prædicato continendi eminentiter.

156 *Assignatur ratio ex D. Th.* Et ratio est; nam ista similitudo est proportionis, quę petit conuenientiam extremorum in prędicato, in quo assimilantur; sed proportionalitatis, quæ absque prædicta conuenientia saluatur, & ita similitudinem sufficere ad rationem idæ est doctrina D. Thomæ *quæst. 3. de veritate, art. 1. ad septimum.* Quod ita probat: *Omne exemplatum est proportionatum suo exemplari; sed nulla est proportio creaturæ ad Deum, sicut nec finiti ad infinitum: ergo in Deo non potest esse exemplar creaturarum: ergo cum idææ sint rationes exemplares, videtur quod idææ rerum non sint in Deo.* Cui argumento respondet Divus Thomas: *Ad septimum dicendum, quod quamuis non possit esse alia proportio creaturæ ad Deum, tamen potest esse proportionalitas*: sentit ergo D. Th. mas similitudinem proportionalitatis sufficere ad rationem idęæ, & vt Deus sentiam vt à cognitione distinctam idæam obiectiuam creaturarum, q[uæ] in prima parte nostræ assertionis adstr[uimus].

157 *Secunda Pars assertionis probatur.* Quod autem diuina essentia vt Verbu[m] sit idea formalis illarum, vt in sec[unda] parte conclusionis asserimus, suppo[nitur] quod esse Verbum diuinæ essentiæ con[uenit], facili ratione probatur; Verbum que in artificè creato ideò est forma idea, quia intellectui artificis repræsen artificiatum formandum, & modum f mationis illius, ex quo nascitur vt diri intellectum artificis in artificiati for tione, & quod artifex intendat il Verbo assimilare; sed diuina essenti Verbum perfectissimè repræsentat cr turas, & modum, quo fieri petunt: ergo rigit intellectum diuinum in formatio creaturarum, estque idæa illarū forma

Est tamen notandum discrimen, qu[od] inter Verbum creatum, & diuinam est tiam; vt Verbum versatur; nempè, q[uod] Verbum in artificè creato potest imme te repræsentare artificiatum, & ab illo mediate mouere; hoc enim nullam rep nantiam habet, vt experientia consta artificè perito, qui multoties absque ex plari extrinseco mouente ad formand conceptum artificiati efficiendi, ipsum mediate concipit, & mediante hoc ce ceptu efficit artificiatum: cæterum diu essentia prout rationem Verbi obtinet

158 *Discrimē inter Verbū creatū & diuinæ essentiā vt Verbū*

repræsentat: nec potest immediate repræsentare creaturas, sed prius repræsentat se ipsam, & in se vt obiecto prius cognito, & secundario repræsentato, secundario repræsentat creaturas. Quod patet; nam diuina essentia vt obiectum eodem ordine repræsentat, quo repræsentat vt species, & quo se ipsum, & creaturas cognoscit intellectus diuinus; sed diuina essentia vt species non potest immediate repræsentare creaturas, nec intellectus diuinus illas potest immediatè cognoscere, sed mediante diuina essentia vt prius cognita, & repræsentata, vt fusè diximus put. 25. & 26. docuimus: ergo vt Verbum medio se ipso, vt obiecto prius repræsentato.

159 *Aliud discrimen Prob.*

Ex quo nascitur aliud discrimen, nempè, concursum exemplaris extrinseci in artifice creato non esse per se, sed per accidens; concursus autem diuinæ essentiæ vt obiecti, & vt est idea obiectiua, non per accidens exigitur, sed per se, & omninò necessario: primum patet; nam exemplar extrinsecum in artificè creato, solum desiderabatur vt formet conceptum artificiati formandum, sed ad conceptum non per se requiritur exemplar extrinsecum, sed per accidens, & ob imperitiam artificis: artificiatum enim potest in se ab artifice cognosci, & ratione sui illius intellectum mouere ad sui conceptum formandum, & multoties ita contingit: ergo concursus exemplaris extrinseci in artificè creato vt formet artificiatum, non est per se, sed per accidens.

160 *Concursus vt obiecti, & vt est idea obiectiua, non per accidens exigitur.*

Quod autem concursus diuinæ essentiæ vt obiecti, & vt est idea obiectiua, non per accidens, sed per se desideretur, patet ex diuina essentia vt proximè dictis; Deus enim vt supremus artifex non potest creaturas causare, nisi cognoscendo, & intelligendo creaturas, & motiuo, & obiectiue; sed non potest creaturas concipere, aut intelligere, sed media diuina essentia vt obiecto prius cognito, & immediatè repræsentata, concipiendo, & intelligendo in illa, mediante, & secundario creaturas, & se exigit immediatè creaturas concipere, aut intelligere, sed media diuina essentia vt obiecto prius cognito, & immediatè repræsentata, concipiendo, & intelligendo in illa, mediante, & secundario creaturas, & modum formationis illarum: ergo concursus diuinus essentiæ vt obiectum, & vt est idea obiectiua, est per se ex actus ab intellectu diuino ad formandas, & causandas creaturas.

161 *Tertia pars nostræ assertionis.*

Tertia pars nostræ assertionis; quod nempè diuina essentia non nisi vt cognita sortiatur rationem ideæ, est D. Thomæ expressa in præsenti art. 1. & 2. & q. 3. de verit. art. 1. & 2. & probatur; nam idea non est forma, aut similitudo quomodolibet imitabilis exemplaritè à vnde genitabilis, sed imitabilis exemplaritè à forma genitabilis, quamuis à forma genitabilis

ti sit imitabilis; quia tamen exemplaritèr imitabilis non est, non obtinet rationem idææ; sed non potest esse exemplaritèr imitabilis, nisi vt cognita; eatenus enim exemplariter imitabilis est, quatenus inspecta ab artificè ab illius instar aliquid operatur inspici autem ab artificè, idem est, quod ab illo vt imitabilis cognosci: ergo diuina essentia non nisi vt cognita sortitur rationem idææ.

162 *Vltima pars assertionis.*

Quod autem cognosci debeat vt diversimodè imitabilis à creaturis, etiam est Diui Thomæ *in hac quæst. art. 2. in corpore ad finem*, illis verbis: *sic igitur in quantum Deus cognoscit suam essentiam vt imitabile à tali creatura, cognoscit eam, vt propriam rationem, & ideam huius creaturæ, & similiter de aliis*: ergo iuxta Divum Thomam essentia divina non est idæa hominis, nisi vt cognita vt imitabilis ab homine vt ab equo distincto, nec idæa equi nisi cognita vt imitabilis ab equo, vt distincto ab homine; & consequenter non sortitur rationem idææ cognita vt imitabilis absolutè, sed cognita vt diversimodè imitabilis à diversis creaturis.

163 *Probatur ratione.*

Deinde probatur; non iuxta communè Theologorum sententiam, in Deo tot plures idææ; sed si divina essentia esset creaturarum idæa cognita vt imitabilis absolutè, non essent plures idææ in Deo, sed vna; nã in divina essentia vt absolutè imitabili nulla distinctio importatur: ergo nõ est creaturarum idæa cognita vt absolutè imitabilis, sed cognita vt imitabilis diversimodè, & secundum diversam rationem à diversis creaturis. Et ratio est, quam assignat Divus Thomas *in hac quæst. art. 2. & quæst. 3. de veritate, art. 2.* Nam idæa debet esse propria idæati per ipsam formandi, & vt talis accipi ab artifice debet, vt per ipsam obiectiuè dirigatur ad formandum artificiatum.

164 *Probatur ex Aug.*

Vnde Augustinus *lib. 83. quæstionum quæstione 46.* de Deo vt supremo artifice loquens, ait: *Restat vt omnia ratione sint condita, nec eadem ratione homo, qua equus; hoc enim est absurdum existimari, singula igitur propriis sunt creata rationibus.* Et epistola 115. ad Nebridium docet idem Augustinus: Quod *sicut inconueniens est dicere, quod eadem sit ratio angeli, & quadrati: ita inconueniens est dicere, quod eadem sit ratio in Deo hominis, & huius hominis.* Ergo vt Deus media divina essentia vt idæa causet creaturas, oportet vt illam intelligat vt propriam rationem creaturarum, verbi causa, vt propriam rationem hominis ad causandum hominem, & vt propriam rationem equi ad causandum equum; sed divina essentia absolutè

non eſt propria ratió hominis, aut ſequi, aut cuiuſvis alterius creaturæ, ſed ratio eminens, aut communis: ergo vt reſpectu diuini intellectus exerceat munus idææ, debet accipi, & cognoſci, vt diverſimodè imitabilis à creaturis in particulari, verbi cauſa, ab homine vt ab equo diſtincto, & ab equo quatenus diſtincto ab homine, qualiter non eſt communis, ſed propria ratio creaturarum in particulari.

165 *Id ipſum de idæa formaliter.* Et eodem argumento probatur, diuinam eſſentiam vt Verbum, ſub qua ratione eſt idæa formalis creaturarũ, nec accipi vt verbum abſolutè, nec vt abſolutè imitabilem, ſed vt imitabilem diverſimodè à creaturis in particulari. Tùm, quia vt Verbum abſolutè, & vt abſolutè imitabilis, non eſt multiplex, ſed vna, dantur autem in Deo plures idææ formales. Tùm etiam, quia vt idæa formalis debet accipi vt propria ratio creaturæ, cuius eſt idæa, ſolum autem ſumpta vt diverſimodè imitabilis à creaturis in particulari, poteſt accipi vt illarum propria ratio; ac proinde ſolum ſic ſumpta obtinere poteſt rationem idææ formalis.

166 *Obijcies.* Sed obijcies, diuina eſſentia non eſt idæa obiectiua creaturarum ſumpta abſolutè vt eſſentia, ſed cognita vt imitabilis, vt in ſecunda parte noſtræ aſſertionis docuimus, & ex Diuo Thoma conſtat; ſed diuina eſſentia vt cognita eſt verbum, Verbo ſumpto eſſentialitèr; eſſe enim verbi conſiſtit in cognoſci paſsivo, hoc eſt, in ratione termini terminantis actualem intellectionem: ergo non datur in Deo idæa obiectiua diſtincta ab idæa formali, cuius contrarium docuimus.

167 *Reſpond.* Reſpondeo dupliciter: primò, diſtinguendo maiorem: cognita habito, vel actu, concedo maiorem: vt cognita actu præcisè, nego maiorem: & ſub eadem diſtinctione minoris, nego conſequentiam; nam diuina eſſentia ſub conceptu idææ obiectiuæ non explicat actu cognoſci, ſed habitu, hoc eſt, poſſe terminare cognitionem, ſub ratione tamen verbi eſſentialiter ſumpti explicat actu terminate cognitionem; nam conſiſtit in repræſentatione actualiſsima, & in vltima actualitate lineæ intelligibilitatis paſsiuæ; ſicut autem vltima actualitas lineæ actiuę intelligendi, conſiſtit in actu intelligere: ita vltima actualitas lineæ paſsiuæ conſiſtit in actu terminare intellectionem; & conſequentèr eſſentia diuina, vt Verbum, explicat actu cognoſci: ſecus autem vt idæa obiectiua; nam licet illi ſit eſſentiale terminare cognitionem actu, hoc tamen ſub prædicta ratione non explicat, ſicut quamvis intellectui diuino eſſentiale ſit actu intelligere: hoc tamen ſub ratione intellectus non explicat, & ſicut hoc ſufficit, vt intellectus in Deo diſtinguatur ab intellectione actuali, vt docuimus *Tractatu primo, diſputatione quinta*: ita ſufficit ad diſtinguendum inter diuinam eſſentiam, & obiectũ, vt verbum, & diſtinguendum, in Deo idæam obiectiuam ab idæa formali.

Secundo reſpondeo, diſtinguendo maiorem; ita vt eſſe cognitam eſſentiam ſit ratio formalis conſtituens illam in ratione idææ obiectiuæ, nego maiorem: ita vt ſit conditio, vel complementum illius ſub prædicta ratione, concedo maiorem: & ſub eadem diſtinctione minoris, nego conſequentiam; nam eſſe actu cognitum, hoc eſt, actu terminare cognitionem ſe habet vt ratio formalis conſtitutiua eſſentiæ, vt eſt Verbum, reſpectu autem eſſentię prout eſt entitatiuè imitabilis à creaturis, ſub qua conſideratione eſt idæa obiectiua illarum, non eſt ratio formalis, ſed vt conditio, aut complementum comparatur: ratio enim formalis eſſentię diuinæ, prout ſic, ſpectat ad lineam entitatiuam; cumque in præſenti ſupponamus diſtinctionem lineę entitatiuæ à linea intelligibili paſsiva, ſit vt ea, quę ad illam lineam ſpectant, quale eſt actu cognoſci, non poſsint ad illam prout ſic comparari vt ratio formalis; ac per conſequens, quamvis divina eſſentia non niſi vt cognita exercere poſsit rationem idææ obiectiuę, nihilominus diſtinguitur à ſe ipſa prout eſt formalis idæa.

168 *Reſt. 2.*

Reſtat modò ſexto argumento, *numero 44. propoſito*, cuius occaſione dicta ſunt hæc, reſpondere. Quidam ex noſtris reſpondent inter idæam, & idęatum non requiri ſimilitudinem ſecundum conuenientiam in natura, ſed ſolum ſecundum repręſentationem: licet autem inter diuinã eſſentiam, & eſſentias creaturarum non detur ſimilitudo ſecundum conuenientiam in natura: datur tamen ſimilitudo ſecundum repræſentationem, vt expreſsè docet Divus Thomas *quæſt. 2. de verit. artic. 13. ad primum*, quod ita procedebat: *Scientia eſt aſsimilatio ſcientis ad ſcitum; ſed ſcientia Dei eſt perfecta: ergo perfectè aſsimilatur rebus ſcitis; ſed ſcita à Deo ſunt variabilia: ergo, & ſcientia Dei variabilis.*

169 *Prima ſolutio ad 6. argumẽtũ ſuprincipale.*

Cui argumento ita reſpondet: *Ad primum dicendum, quod aſsimilatio ſcientis ad ſcitum non eſt ſecundum conformitatem naturæ, ſed ſecundum repræſentationem: vndè non oportet, quod verum variabilium ſit ſcientia variabilis.*

In qua ſolutione cum argumento comparata, admittit Divus Thomas ſimilitudinem in Deo cum creaturis ab ipſo cogni-

tis

tis secundum repræsentationem; aliàs sufficere distinctio maioris inter vnam, & aliam similitudinem.

Vbi obiter adverto, non docere Divum Thomam scientiam esse similitudinem, sed in sciente dari assimilationem ad scientiam, quod longè diversum est: nam scientia consistit in actu, vel habitu, quorum neuter assimilatio est, licet similitudinem in sciente supponat per speciem, & ad illam terminetur in Verbo.

170 Fertur de Solutione in iudicio.

Hæc solutio veram continet doctrinã, & ab solutionẽ argumenti est sufficiens, si creaturarum constitutiua idæa formalis constituatur in Deo solum vt Verbo: quia tamen Nos in Deo constituimus idæam formalem, & obiectiuam, & hæc est divina essentia prout in linea entitativa formaliter constituta, ingrediente lineã passiuæ intelligibilitatis, & repræsentatione obiecti, non vt ratione formali, sed tantum vt conditione, aut complemento, illius constitutionem; vt argumentum vndique maneat solutum aliter est illi occurrendum.

171 Respondetur aliter 6. arg.

Ad illud respondeo, distinguendo maiorem: similitudo formalis, aut eminentialis, concedo maiorem: similitudo formalis dererminatè semper, nego maiorem: & sub eadem distinctione minoris, nego consequentiam; nam licet in exemplari vnius ordinis cum exemplato, & altionis requiratur formalis similitudo cum illo: in exemplari autem æquivoco, & altionis rationis, qualis Deus est, non requiritur formalis similitudo; imò hæc similitudo repugnat, sed sufficit similitudo eminentialis; sicut similitudo cum effectu exacta in causa efficiente, non est determinatè formalis, sed disiunctim, formalis, aut eminentialis, prima pro causa vniuoca; & secunda pro causa æquiuoca, & eiusdem rationis, secunda pro causa æquiuoca; & superiori: licet autem in Deo non detur similitudo formalis cum creaturis secundum prædicata propria creaturarum sed tantum secundum prædicata communia, nempè essendi, vivendi, & intelligendi, & quidem non vniuoca, sed analoga, dantur tamen similitudo eminentialis in Deo cum creaturis secundum prædicata ipsis propria; cum enim hæc prædicata à Deo vt à prima causa efficiantur, debent contineri in illo vt superius arguebamus, cum que non contineatur formaliter, Deusque eminenter est homo, equus, &c., & consequenter est datur in Deo similitudo eminentialis cum creaturis, secundum prædicata illis propria.

172 Diluitur 1. Prob. maioris.

Neque huic distinctioni, & doctrinæ ob stant probationes maioris: nam enim Deus se ipsum aspiciens ad sui istar formet creaturas, sufficit eminentialis similitudo, quam cum illis habet: per hoc enim formantur creaturæ ad instar Dei, nõ formaliter, sed eminentèr, ideſt, producuntur in suo esse formali eodem modo, quo in Deo eminenter continentur: si nãque, vt supra contra Patrem Vazquez arguebamus, creatura assimilatur scientiæ Dei, vt repræsentanti, & ad instar illius vt repræsentãtis, fit, quia eodem modo extra causas constituitur, quo repræsentatur in scientia diuina: cur vt fiant ad instar Dei vt eminentialitèr continentis creaturas, non sufficiet eodem modo extra causas in suo esse formali constitui, quo in divina essentia eminentialitèr continentur?

173 Diluuntur. 2.

Nec magis obstat secunda probatio minoris: ideatum namque imitari idæam, est fieri ad instar illius, ad quod sufficere eminentialem similitudinem constat ex proximè dictis.

Ad tertiam, concessa maiori, nego minorem, nec ex eo quod in exemplari creato requiratur formalis similitudo, sequitur in omni exemplari requiri, sicut nec sequitur in omni causa efficiente requiri formalem similitudinem cum effectu, ex eo quod in causis creatis talis similitudo inveniatur. Ex tertiã.

174 Non sequitur, Deũ esse imperfectã idæã.

Nec sequitur, Deum imperfectè esse idæam creaturarum, vt arguitur num. 40. nam licet similitudo eminentialis deficiat à ratione perfectæ similitudinis; quia tamen fundat perfectissimam repræsentationem idæati secundum suam essentiam, & modum formationis ipsius, & aliàs in ratione continendi prædicata effectus excedit exemplaria, quibus assimilantur sua exemplata formali similitudine: consequens fit, quod ex defectu perfectionis in ratione similitudinis, non colligatur defectus perfectionis in ratione exemplaris, aut in ratione idæ; nam similitudo inter idæam, & idæatum solum petitur pro cõtinentia idæati, & repræsentatione illius, ac proinde si vtrumque perfectius salvatur in exemplari æquivoco, & superioris ordinis per similitudinem eminentialem, quam in exemplari vniuoco per similitudinem formalem, perfectius in illo, quam in isto ratio exemplaris salvatur, & si in ratione similitudinis excedatur ab illo.

175 Infertur

Et quidem vt supra numero 91. arguebamus contra Durandum, à quo alij arguimentum factum sumpserunt, ex eo quod de ratione causæ efficientis sit assimilare sibi effectum, non sequitur causam assimilatam sibi effectum similitudine solum eminentiali, quia deficit à ratione perfectæ similitudinis, deficere etiam à perfectione causæ, nec quod in ratione causæ efficientis

tis excedatur à cauſa efficiente vnivoca ſibi aſsimilante effectum ſimilitudine formali, & perfecta; aliàs Deus, cui ſolum analogicè, & imperfectè aſsimilantur effectus non eſſet perfectus in ratione cauſæ effectivæ, & in hac ratione excederetur à cauſa ſecunda vnivoca, cui aſsimilatur effectus in ſpecie, & à quavis cauſa creata, interquam, & ſuum effectum eſt maior ſimilitudo quam inter creaturam, & Deum quod Durandus non audebit concedere.

176 *Inſtatur ſecundo.* Et ſimiliter iſta conſequentia non tenet: cognitio fit per aſsimilationem cognoſcentis ad rem cognitam: ergo vbi aſsimilatio, perfecta non eſt in ratione ſimilitudinis, non eſt perfecta cognitio in ratione cognitionis: inſtatur enim in Deo, cuius cognitio in ratione cognitionis perfectiſſima eſt, & tamē Dei ad creaturas perfecta ſimilitudo, & aſsimilatio in nullo prædicato reali eſſe poteſt, imò docet Divus Thomas in hac prima parte ſuprà, quæſtione quarta, articulo tertio, ad quartum: *Licet aliquomodo concedatur, quod creatura ſit ſimilis Deo; nullo tamē modo concedendum eſt, quod Deus ſit ſimilis creaturæ.* Cuius alia ratio eſſe nequit, niſi quia ſimilitudo cognoſcētes ad cognitū, ſolū exigitur vt cognitū intra cognoſcentē ſit per ſpeciem ipſum repræſentantem, & quia divina eſſentia, quæ eſt ſpecies, abſque ſimilitudine formali cum creaturis, perfectius illas intellectui divino repræſentat, quam ſpecies creata ſua repræſentat obiecta, & ſi ſimilis ſit illis formali ſimilitudine: ſit vt Deus perfectiſſimè cognoſcat creaturas, & illius cognitio in ratione cognitionis, infinite excedat omnem cognitionem creatam, quamvis perfecta ſimilitudo Dei cum creatura non ſit.

177 *Ad 2. replicā reſpondetur.* Ad ſecundam replicam *num.* 47. factam contra ſolutionem ibi datam, dicatur, quod licet convenientia analoga creaturarum cum Deo in prædicato Deo, & creaturis communi neceſſaria ſit, vt Deus exēplariter, cauſet creaturas, non tamen inde colligitur Deum eſſe creaturarum idæam ſolum ſecundum illa prædicata, in quibus dicta cōvenētia ſalvatur, ſicut ex eo quod convenientia analoga in illis prædicatis neceſſaria ſit vt Deus efficienter cauſet creaturas, non ſequitur creaturas ſolum effici à Deo ſecundum prædicata ipſi, & creaturis analogicè communia, nempè ſecundum prædicatum eſſendi, in quo convenit cum omni creatura, ſecundum prædicatum vivendi, in quo convenit cum viventibus, & ſecundum prædicatum intelligendi, in quo convenit cum creaturis intellectualibus: non enim hæc tantum prædicata efficiuntur à Deo, ſed etiam illa, in quibus creaturæ à Deo diſtinguntur, & in quibus non communicant cum ipſo: & hoc ideò; quia huiuſcemodi prædicata, & ſi non contineantur in Deo formaliter, eminenter continentur in ipſo, quæ ratio ſicut ſufficit vt à Deo effectiuè proveniant, ſufficit etiam vt ab ipſo exemplariter, & idæaliter cauſentur.

Ex his ad confirmationē *num.* 48. factam dicatur; prædicatum in quo vnum imitatur, alterum debere eſſe vtrique commune ſecundum eundem, aut diverſum modum conveniendi, non autem requiri, quod ſit vtrique commune ſecundum eundem modum. Iuxta quam doctrinam, diſtingno maiorem, & ſub eadem diſtinctione minoris, neganda eſt conſequentia; nam prædicata creaturis propria, & ſi non conveniāt Deo formaliter, conveniunt illi eminenter, & hoc ſufficit vt ſalvetur communitas, quæ requiritur vt creaturæ in illis prædicatis Dei eſſentiam imitentur.

178 *Ad confirmationem.*

Sed contra hucuſque dicta inſtat Pater Vazquez primo; nam imitatio, & cauſalitas idæalis conſiſtit in eo quod artifex aſpiciens idæam ad illius inſtar aliquid operetur, ſed quod Deus eminenter contineat prædicata creaturarum propria, non ſufficit vt Deus ſuam eſſentiam aſpiciens, ad illius inſtar illas perfectiones efficiat: ergo eminentialis continentia prædicatarum perfectionum, non ſufficit vt creaturæ ſecundum prædicata ſibi propria, idæaliter Dei eſſentiam imitentur, nec vt Dei eſſentia ſortiatur rationem idææ.

179 *Contra hoc cuſus dicta inſtat Vazq. 1.*

Probat minorem; nam vel Deus aſpiceret id, quod formale eſt in ipſo, vel id quod eminenter continetur in illo: non primū; nam creaturæ non imitantur id quod formale eſt in Deo; nec ſecūdū nā cōtētū eminēter in Deo eſt ipſa eſſentia creaturæ, ſe autem ipſam creatura imitari non poteſt, aliàs eſſet ſui idæa: ergo quod Deus eminenter creaturas contineat, non ſufficit vt ſit creaturarum idæa.

180 *Secundo.*

Inſtat ſecundum; nam lux Solis eminenter continet calorem: & tamen lux Solis non poteſt eſſe idæa adcuius inſtar calor efficiatur: ergo quod Deus eminenter contineat perfectiones creaturarum, non ſufficit vt ad illius inſtar efficiantur creaturæ, & conſequenter non ſufficit vt divina eſſentia ſit creaturarum idæa.

181 *3. alij obiciunt.*

Tertio alij obijciunt; imitatio namque exacta ad rationem idææ debet eſſe artificialis non naturalis; ſed imitatio, qua creaturæ imitantur Dei eſſentiam vt eminentur continentem prædicata illarum propria, non artificialis, ſed naturalis eſt, ſicut imitatio, qua forma geniti imitatur formam generantis: ergo non ſufficit vt di-

Nectamen nihil urgent: ad primam respondeo, concessa maiori: negando minorem ad illius probationem dicatur, Deum formando creaturas aspicere suam essentiam secundum prædicata formalia, vt eminenter continentia perfectiones creaturarum, & ad instar suæ essentiæ, vt eminenter continentia prædictas perfectiones, illas formare, & hoc sufficit vt divina essentia sit creaturarum idæa, nec requiritur vt creatura Dei essentiam imitetur vt continentem eminenter perfectiones proprias illius, quod conveniat cum divina essentia in prædicato continentiæ eminentialis, sed quod creatura habeat formaliter perfectiones, quæ in Deo eminenter continentur, quod patet ex dictis *supra numero* 143. *ad hominem* contra Patrem Vazquez.

Ref. ad 1. ipsa.

183 *Probatur solutionis doctrina.*

Ipse enim docet, creaturas secundum proprias perfectiones imitari Dei essentiam vt cognitio est creaturarum, quia eo modo producuntur in esse, quo à Deo cognoscuntur: ergo ideò cognitionem Dei imitantur, quia quod creaturis convenit realiter, cognitioni divinæ convenit præsentativè, vel alijs terminis: quia quod creatura repræsentat: non autem quia creaturæ in prædicato repræsentandi, aut cognoscendi cum divina cognitione conveniant: sed vt creaturæ imitentur Dei essentiam prout eminenter illorum perfectiones continentem, sufficit, quod Dei essentia eminenter contineat, quod creaturis conveniat formaliter, etiam si creaturæ in prædicato continendi eminentialiter non conveniant cum divina essentia.

184 *Retorquetur argumentum.*

Et ex hac doctrina retorqueo argumentum in ipsum: nam Dei essentia vt cognitio, & ad illius imitationem creaturarum in sententia aspicit Deus in hac cognitione ad cuius instar operatur creaturas. Inquiro ab ipso, quid aspicit formaliter cognitionis divinæ, vel obiectum cognitum? Hoc secundum respondere non potest, aliàs obiectum cognitum primum debet respondere, quod nemo dixerit; non autem divina cognitio: ergo primum debet respondere, quod non est formalia cognitionis aspiciat, non enim cognitionem vt representativa sit, sed vt representata tantum, vt repræsentativè sumpta, & vt ad illius instar Deus suam cognitionem vt representativa sit necessaria, & ex consequenti aspiciat, & vt ad illius instar formet creaturas, non est necessarium quod cum divina cognitione conveniat in prædicato cognitionis, & representationis, sed quod illis conveniat realiter, quod cognitio divina repræsentat: ergo vt Deus suam essentiam aspiciens vt eminenter continentem creaturas, illas formet ad instar suæ essentiæ vt eminenter continentis, necessarium non est quod creaturæ cum divina essentia conveniant in prædicato continentiæ eminentialis, nec in alijs prædicatis Dei essentiæ convenientibus formaliter, sed sufficit quod creatura habeat formaliter, quod Deus continet eminenter.

Ad secundam dicatur, quod si lux Solis, aut Sol ipse eminenter continet calorem, poterit calor in Sole, aut in luce ipsius vt in obiecto cognito, & ad instar illius vt eminenter calorem continentis causari, an autem Soli dicta continentia eminentialis caloris conveniat, non est præsentis loci examinare. 185 *Ad secundam.*

Ad tertiam, concessa maiori, nego minorem; nam licet illa imitatio sit creaturis intrinseca, & entitativè naturalis, vt tamen effectus Dei, & in ratione effectus à Deo causabilis, non naturali, sed artificialis est, non enim causatur naturaliter à Deo, sed libere ab illo efficitur, & vt ab agente intellectuali vt determinante sibi finem, quod sufficit vt divina essentia vt terminans dictam imitationem sortiatur rationem idæa; imitatio autem, qua forma geniti imitatur formam generantis, est vtroque modo naturalis, & nullatenus artificialis, nec intellectualis; causatur enim naturaliter à generante, nec ab illo vt determinante sibi finem procedit, vt autem docet Divus Thomas *q. 3. de veritate, art. 1. in corpore*: *Si aliquid fiat ad imitationem alterius per agens, quod non determinat sibi finem, non ex hoc forma imitata habet rationem exemplaris, vel idæa: non enim dicimus*, inquit Divus Thomas, *quod forma hominis generantis fit idæa hominis generati, sed sum hoc dicimus quando agens propter finem determinat sibi finem*: cum ergo creaturæ, entitativè Dei essentiam imitentur, & hæc imitatio à Deo vt determinante sibi finem causetur, habet quidquid requiritur vt Dei essentia sortiatur rationem idææ sumpta prout in linea entis, est vt munus idææ exerceat debeat rationem obiecti subinduere, vt enim supra documus, non nisi vt cognita potest rationem idæa exercere. 168 *Ad 3.*

(*)

§. IX.

Occaſione vltimi argumenti explicatur Pluralitas idearum.

187 *Vltimũ argumentũ principale.*

DEnique principaliter arguitur, nam iuxta communem Theologorum ſententiam cum D. Thoma in hac *quæſt. artic.* 2. in Deo dantur plures idæ: ſed ſi eſſentia idæ diuinæ in aliquo increato conſiſtit, non poteſt in Deo pluralitas idearum ſalvari; cum nihil increatum quod relativum non ſit multiplicari poſſit in Deo: ergo eſſentia idæ non conſiſtit in perfectione increata, ſed in creaturis obiectiuè cognitis à Deo, quæ cum plures ſint conſtituunt plures idæas.

188 *Confirm. 1.*

Quod amplius vrgetur primo; nam D. Thomas in hac *quæſt. artic.* 2. ſolutione ad ſecundum argumentum, in Deo aſſerit pluralitatem idearum; ſecus autem ſapientiam, & artem: *quia ſapientia, & ars ſignificantur vt quo Deus intelligit, idea autem vt quod intelligitur, & quia Deus vno intelligit multa, hinc eſt, quod ſapientia, & ars non multiplicantur in Deo, bene tamen idea:* Sed doctrina iſta ſubſiſtere nequit niſi idæ ſint obiectum ſecundario vt *quod* intellectum à Deo, & conſequentèr in aliquo creato conſiſtant, nempè in creaturis ſecundario à Deo intellectis: ergo iuxta D. Thomam idea, per quam Deus cauſat creaturas, nõ conſiſtit in divina eſſentia primario vt *quod* intellecta, nec in aliqua perfectione increata, ſed increaturis ſecundario vt *quod* intellectis.

Minor probatur 1.

Minor oſtenditur primo; nam multiplicato obiecto primario intellecto à Deo, non poteſt non multiplicari divina intellectio ab illo ſpecificata; ſed D. Thomas non multiplicat divinam intellectionem, hæc enim eſt ars, & ſapientia, & eſt id, quo Deus intelligit, non autem quod intelligitur, & conſequentèr eſt vna: ergo differentia a D. Thom. aſſignata inter *quo*, & *quod* intellectum, vt hoc ſecundum multiplicetur, illud autem vnum ſit, non poteſt ſubſiſtere intellecta de *quod* primario intellecto:

189 *Secundo.*

Secundo: nam ſicut Deus vno *quo* intelligit multa, ita in vno obiecto omninò immultiplicato plura obiecta ſecundario cognoſcit: ergo æqua repugnantia eſt in multiplicatione obiecti vt quod primario intellecti, atque in multiplicatione principij *quo* intelligendi, & actus *quo* Deus intelligit. *Tertio.* Tertio; nam Verbum in Deo non ſignificatur vt principium, vel actus, quo Deus intelligit, ſed vt *quod* intellectum ab ipſo, & tamen quia non ſignificatur vt quod ſecundario, ſed vt quod primario intellectum, non multiplicatur in Deo; ſed vno verbo omnia intelligit, non minus quam vna ſpecie, vt expreſsè docet Divus Thom. infra *q.* 34. *artic.* 3. *ad* 4. ergo ſi idæ multiplicantur in Deo, quia ſignificantur vt *quod* intellectum ab ipſo, vt aſſerit D. Thom. accipienda eſt eius doctrina de *quod* ſecundario intellecto.

190 *Confirmatur 2.*

Confirmatur ſecundo ex alia doctrina D. Thom. in eodem articulo in corpore, quod ita concludit: *Sic igitur in quantum Deus cognoſcit ſuam eſſentiam, vt ſic imitabilem à tali creatura, cognoſcit eam vt propriam rationem, & ideam huius creaturæ, & ſimiliter de alijs, & ſic patet, quod Deus intelligit plures rationes proprias plurium rerum, quæ ſunt plures idæ:* ergo iuxta Divus Thomam plures rationes propriæ plurium rerum ſunt plures idæ, ſed non plures rationes propriæ increatæ: ergo plures rationes propriæ creatę ſunt plures idæ; & cõſequentèr creaturæ obiectivè cognitæ à Deo ſunt ideæ, quibus Deus illas producit. Conſequentia prima ex doctrina Diui Thomæ manifeſtè colligitur. Minor ſubſumpta probatur: nam ratio obiectiva increata cognoſcendi creaturas in Deo, eſt divina eſſentia; ſed hęc eſt vna in ratione entis, & in ratione obiecti, nec in eſſe obiecti multiplicatur, ex hoc quod ſit ratio cognoſcendi plures creaturas: ergo ex hoc quod Deus intelligat ſuam eſſentiam vt propriam rationem plurium creaturarum, non conſtituuntur plures rationes in creatæ.

191 *Confir. 3*

Confirmatur tertio ex alia doctrina Divi Thomæ in corpore eiuſdem articuli, vbi docet, pluralitatem idearum non repugnare divinæ ſimplicitati: *quia idea operati eſt in mente operantis, ſicut quod intelligitur, non autem ſicut ſpecies, quo intelligitur, quæ eſt forma faciens intellectum in actu, non eſt autem contra ſimplicitatem divini intellectus, quod plura intelligat: vnde plures ideæ ſunt in mente divina vt intellectæ ab ipſo:* ſed loquendo de primo *quod* intellecto falſum eſt quod non ſit contra divinam ſimplicitatem quod multa intelligat; hæc enim eſt divina eſſentia, vel entitas in creata, cuius multiplicitas repugnat divinæ ſimplicitati: ergo loquitur Divus Thomas de obiecto *quod* ſecundario intellecto, cum docet multa *quod* intellecta non repugnare divinæ ſimplicitati; & conſequentèr plures ideæ, quas Divus Thomas ſtatuit in divino intellectu, ſunt plures res ſecundario intellectæ: ex quo vlterius ſequitur creaturam ſecundario à Deo cognitam eſſe idæam in divino intellectu.

Hoc argumentum petit vt explicemus, an in Deo ſint plures idæ, & qualiter hæc

192

idæa.

idæarum pluralitas posit componi cum Scoti vnitate divinæ essentiæ, in qua rationem idæ in divina mente existentis consistere cum Angelico Doctore defendimus. Qui namque essentiam idææ in creaturis à Deo cognitis consistere docent, cum creaturæ à Deo intellectæ essentia liter sint plures, absque vlla difficultate multiplicãt idæas in divina mente existentes, cum non subtilitate divinæ simplicitati inferatur: vndè consequenter docent, esse plures idæas realiter; nam creaturæ cognitæ à Deo realiter plurificantur.

193 Durandus etiam, qui vt vidimus imperfectam rationem idææ essentiæ divinæ attribuit secundum gradus essendi, vivendi, & intelligendi, in quibus Deum creaturæ imitantur imperfectè, rationem autem idææ perfectæ solum creaturis à Deo cognitis attribuit, consequenter ad istam sententiam docet, idæam priori modo acceptam plurificari, aut plures rationes idæales, plures idæas, realiter non realiter, sed secundum rationem; secundo autem modo acceptam realiter plurificentur.

194 Sustinendo autem Dei essentiam esse idæam omnium creaturarum perfectam, non solum secundum illos gradus, Deo, & creaturis communes, in quibus Deum quidem in gradu essendi, aliquæ in gradu vivendi, & aliæ in gradu intelligendi: sed etiam secundum omnes perfectiones, quæ sunt creaturarum propriæ: quia illas continet eminenter: hanc inquam sententiam, restat vt examinemus, an in Deo sint plures idææ.

195 Sententiam negativam defendit Aureolus in primo dist. 36. Aureol. lus apud Capreolum in primo dist. 36. illi fnc. quæst. 1. cumenim divina essentia vna, & omnino indivisibilis sit, non potest esse cumbit. vnius creaturæ idæa secundum vnam rationem, & alterius secundum aliam, indivisibile namque, aut totum, aut nihil accipitur; hoc autem necessarium erat vt in divina essentia essent plures creaturarum idææ: ergo semel constituto essentiam distinctarum esse idæam creaturarum, non dandum esse idæam.

196 Sententia tamen affirmativa est communis Theologorum cum Magistro in 1. Sententia munis. Theologorum cum Divo Thoma in hac effigiari distinct. 36. & cum Divo Thoma in hac ex Pl. quæst. art. 2. cuius præcipuum fundamentum Patrum, qui de idæis divinis innumero plurali loquuntur, & quæstur, illasque vt plures significant. Dionysius cap. 5. de divinis nominibus: Idæas, ait, secundum Diuinas Scripturas esse prædestinationes, diuinasque, ac bonas voluntates. Damascenus oratione prima de imaginibus: Sunt, inquit, in Deo imagines, & exempla rerum, quæ ab illo futura sunt. Ac tandem Augustinus lib. 38. quæstionum, quæst. 46. sic ait: Nollat vt omnia ratione sint condita, nec eadem ratione homo, qua equus; hoc enim est absurdum existimari, singula igitur propria sunt creata rationibus: vbi de idæis divinis loqui Augustinum, constat ex eodem in epistola relata, vbi ait: Idææ, formæ, species, seu rationes appellari, qui modus loquendi in scriptura inventur, ad Hebræos vndecimo, ait Paulus: Fide credimus aptata esse sæcula Verbo Dei, vt ex invisibilibus visibilia fierent, id est, ex diuinis idæis; vt explicat Divus Thomas quæst. de veritate, art. 2. in argumento 3. sed contra, sed si idæa divina esset vna, & non plures, non deberent Patres loqui in numero plurali, sed in singulari de illa, sicut de omnipotentia, de intellectu, & volentate divina in numero singulari loquuntur, quia in Deo non plurificantur, sed quodlibet illorum est vnum: ergo iuxta mentem Patrum idææ divinæ sunt plures.

197 Consonat etiam communis modus loquendi, quo asserimus esse in Deo idæam hominis, idæam equi, & sic de aliis, quæ terminant efficientiam divinam; si autem idæa hominis non esset ab idæa equi distincta, sed vna, & eadem idæa, Deus hominem, & equum efficeret, non involuisset modus iste loquendi communis: vndè quamvis Deus per omnipotentiam hominem, & equum producat; quia omnipotencia vna est, non dicimus esse in Deo omnipotentiam hominis, & omnipotentiam equi, & quamvis hominem & equum intelligat; quia tamen vno intellectu hominem, equum, & omnes alias creaturas intelligit, non dicimus tamen esse intellectum hominis, & intellectum equi, sed esse intellectum in Deo: ergo vt salvetur modus communis loquendi, asserendum est, non esse vnam omnium rerum idæam, sed plures, iuxta pluritatem rerum, quæ à divina omnipotentia causantur.

Perfectiã ex communi modo loquendi.

198 Licet autem communis ista sententia vera sit, illius rationem à priori assignare est difficile. Quidam sic argumentum; æternum divina essentia est idæa creaturarum vt imirabilis ab illis in particulari; sed creaturę in particulari imitatur Dei essentiam secundũ diversas rationes: Angelus enim, & homo imitantur illam secundum gradum generis, secundum gradum essendi, inferior quoad gradus in Deo est virtualis, & rationis distinctio: ergo divina essentia sub diversis ratio-

Aliquot ratio à priori.

tionibus eſt idea creaturarum; & conſequenter, etſi in ratione eſſentiæ ſit vna, pluraficatur in ratione ideę.

199 *Predicta ratio impugnatur.*

Hæc tamen ratio etſi veram contineat doctrinam, eſt tamen dimanata: quod probo; nam in Deo ſunt plures ideę, non ſolum reſpectu rerum diuerſum gradū participantium, ſed etiam reſpectu rerum diuerſarum ſpecificè, & numericè, communicantium in eodem gradu; omnes enim Angeli, & homines etſi in gradu intellectualitatis conueniant, diuerſas habent idęas, animalibus etiam, & plantis, etſi in gradu viuendi conueniant, diſtinctę correſpondent ideę; ſed ratione ſic formata ſolum conuincitur diuerſitas idęarum reſpectu rerum pertinentium ad diuerſos gradus, non autem reſpectu rerum pertinentium ad eundem gradum, quę intra illum diſtinguuntur ſpecificè, aut numericè: ergo ratio ſic formata, etſi veram contineat doctrinam, eſt tamen diminuta ad communem ſententiam probandum prout à Theologis defenditur. Maior cum conſequentia tenet.

200 *Minor prob.*

Minor autem probatur; etſi inter gradum eſſendi, gradum viuendi, & gradem intelligendi in Deo detur diſtinctio rationis; nullus tamen extra gradibus, adhuc ratione in Deo multiplicatur, nullus enim Theogorum aſſeruit dari in Deo plures gradus intellegendi, etiam ratione diſtinctos ſicut nec plures intellectus, aut plures voluntates, etiam ratione diſtinctas aliquis Theologorum hucuſque aſſeruit in Deo: ergo ex diſtinctione rationis inter illos gradus reperta, etſi probetur idęarum diſtinctio reſpectu rerum ad diuerſos gradus pertinentium, non tamen probatur pluralitas idęarum reſpectu rerum, quę intra eundem gradum eſſendi, viuendi, aut intelligendi, ſpecie, aut numero diſtinguuntur.

201 *Aliorum ratio à priori.*

Secundo ab aliis probatur: nam diuina eſſentia vt idæa non concipitur vt forma intrinſeca Deo, ſed vt forma extrinſeca rerum, quas idæaliter, & exemplariter cauſat; ſed idæata à diuina eſſentia ſunt plura, nempè diuerſę, & diſtinctę creaturę: ergo diuina eſſentia, quamvis vt identificatur cum Deo ſit vna, prout tamen ad creaturas vt idæa comparatur, non vna, ſed plures eſt. Probatur conſequentia; cum nā que effectus formalis non ſit aliud, quam forma communicata, non ſtat effectus formales eſſe plures, & non multiplicari formam tales effectus præſtantem; ſed creaturę à diuina eſſentia idæatę, & extrinſecus formatę, ſunt plures: ergo diuina eſſentia in ratione formę extrinſecè illas idæātis, & formātis, eſt multiplex.

Quodſi illis opponatur, ſolum forma intrinſeca poſſit multiplicari iuxta multiplicationem effectus formalis; ſed idæa non eſt forma intrinſeca, ſed extrinſeca: ergo ex eo quod idæata ſint plura, non ſequitur eſſe plures idæas. Probatur maior, ideò poſſit forma multiplicari ad multiplicationem effectus formalis: quia effectus formalis formę eſt ipſa forma ſubiecto communicata; ſed hoc ſolum eſt verum loquendo de forma intrinſeca, quę cauſat per ſui communicationem, & vnionem cum ſubiecto, non autem de forma extrinſeca, hæc namque non vnitur ſubiecto; nec illi cōmunicatur; alias non forma extrinſeca, ſed intrinſeca eſſet; & conſequenter effectus illius formalis non poſſet eſſe ipſa forma communicata: ergo ex multiplicatione effectuum, non ſequitur multiplicatio formę extrinſecæ, ſed tantum formę, quę intrinſeca eſt, cauſatque effectum formalem per ſui vnionem cum ſubiecto; & conſequētèr ex eo quod creaturę à diuina eſſentia idæatę, & extrinſecè formatę ſint plures, non ſequitur diuinam eſſentiam in ratione idæę eſſe plures.

202 *Si contra rationem ſtam opponas.*

203 *Reſpondet*

Reſpondent ex hoc, quod forma extrinſeca non cauſet per ſui communicationem ſicut forma intrinſeca, ſolum inferri, quod hæc entitativè ſit multiplex, quādo effectus formales ſunt plures; forma autem extrinſeca nō petit entitativè multiplicari quamvis cauſet plures effectus formales; non vero infertur, quod forma, etſi extrinſeca ſit non debeat multiplicari in officio, & munere formę, cum plures effectus cauſet. Quod probant; nam forma, quamvis extrinſeca ſit præbere debet ſpeciem, & diſtinctionem ſpecificam rei, quam extrinſecè format; ſed ſpecies adæquatur ipſi ſpecificato, nec extra illud inueniri poteſt: ergo id, quod exercet munus formę ſpeciem, etſi extrinſecè dantis, debet etiam cum re ſpecificata adæquari, et ſi plures ſpecificationes præſtet, gerit munera plurium formarum; & conſ. quētèr multiplicatur iuxta multiplicationem effectuum formalium, etſi non entitativè, benè tamen ſecundum officium, & ſecundum munus formæ: ex quo ſolum ſequitur, quod diuina eſſentia entitativè vna ſit, non autem, quod in ratione idææ non multiplicetur; nam idæa ſignificat diuinam eſſentiam, non quoad ſuam entitatem, ſed prout exercet munus formæ extrinſecè formantis creaturas, illiſque præſtantis ſpeciem.

204 *Sed contra 1.*

Sed contra primo; nam ratio, in qua fundatur, iuxta ſolutionis doctrinam, quod forma debeat multiplicari, cum effectus formales ſunt plures, eſt, quia effectus

tus formalis non distinguitur à forma communicata; sed effectus formales extrinseci non sunt idem cum forma extrinseca, nec entitativè sumpta, nec etiam accepta secundum munus & officiū formæ; ergo ex multiplicatione effectuum formalium proventientium ab aliqua forma extrinseca, non sequitur illius multiplicatio, etiam sub officio, & munere formæ. Patet consequentia: nam medium probans multiplicationem effectuum formalium, est identitas effectus formalis cum forma communicata: ergo si effectus formalis sumpta, nec sumpta in ratione formæ, illius multiplicatio non arguit multiplicationem formę extrinsecę sumptę aliquo ex prædictis modis.

205 Secundo. Secundo nam ex eo quod forma extrinseca præbeat speciem rei specificatę, & species adęquetur rei specificatæ, non sequitur formam extrinsecā debere multiplicari secundū munus, & exercitium formæ cum respecificata debere adęquari: ergo nec sequitur debere multiplicari secundū munus, si præstat plures species prædictum munus, & significationes. Probatur antecedens, vt eam docet D.Thom. q.3. de veritate, art.1. in principio corporis articuli: *Forma alicuius dupliciter: uno modo à qua formata res, sicut à formante dicitur forma alicuius, secundū quam aliquid formari dicitur forma alicuius; tertio modo dicitur forma exemplaris, ad cuius similitudinem aliquid constituitur, & in hac significatione consueuit accipi nomen idæa*; sed forma à qua, licet det speciem non multiplicatur, etiam secundum munus formæ ad multiplicationem speciei sequitur, quia causat, quia forma extrinseca æquivocè non solum entitativè, sed etiam secundum munus formæ; est principium plurium effectuum formalium specificè, & consequenter diuersorum specificè, nec cum tali diuersitate specificè, quia extrinsecè illam præstat adæquari; & adæquatur: ergo licet forma ad quam sequitur præstare plures specificationes, quas præstat, non petit eas re specificata adæquari, & consequenter nec petit multiplicari secundum munus formæ. Confirmatur tertio: nam munus formæ extrinsecè non est specificatio extrinseca, sed præsentia divinæ essentiæ, sed nihil Deo inest extrinsecè, ut ipsi intrinsecū, aut ipsi intrinsecè, ut nihil Deo extrinsecum divinæ essentiæ, sed præsentia divinæ essentiæ non petit multiplicari admultiplicationem specificationū, quas divina essentia præstat vt idæa, & forma extrinseca non multiplicatur, etiam sub munere formæ. Si dicas, non multiplicari realitèr, benè tamen virtualiter secundum prædictum munus, & hac multiplicationem sufficere vt in Deo dentur plures idęę, nec aliam intendi ab Auctoribus prædicta ratione vtentibus. In contrarium obstat; nam sequitur ex hac solutione, quemlibet beatum in Verbo cognoscere omnes creaturas possibiles sumptas in particulari; consequens est falsum contra Divum Thomam, & contra communem Theologorum sententiam: ergo falsum etiam est Dei essentiam multiplicari virtualitèr secundùm munus, & officium formæ idæantis, & specificantis extrinsecè. *Si dicas.*

In contrarium obstat.

Probatur sequela; quilibet beatus necessario videt omnes formalitates intrinsecas, & necessarias Dei, vt suppono ex communi sententia supra q 12.art 6.&7. sed si divina essentia vt idæa, & forma extrinseca hominis distingueretur virtualitèr à seipsa vt idęa, & forma extrinseca equi, non posset videri secundū formalitates illas, nō visis homine, & equo, & idem erit de omni alia creatura dicendū propter eandem rationem: ergo quilibet beatus videns divinam essentiam, necessario cognosceret omnes creaturas possibilis. Maior cum cōsequentia tenet. Minor autem probatur; vt divina essentia quatenus idæa hominis distinguatur virtualitèr à seipsa vt idęa, & forma equi, necessarium est vt homo sit formale extremū connexionis essentiæ divinæ cum ipso sub ratione idææ illius, & quod equus sit similitèr formale extremum connexionis; qua divina essentia cum illo, vt idęa connectitur; sed non potest connexio aliqua cognosci, non cognito extremo connexionis formalis: ergo non potest divina essentia secundum illas formalitates videri, non cognito homine, & equo; cumque idem argumentum militet de omni creatura, non poterit divina essentia videri, quin illa vita cognoscantur omnes creaturæ. Maior est certa; nam extrema materialia habitudinis, vel connexionis non distinguunt virtualitèr formam cum illis connexam; vnde quamvis Dei omnipotentia connectatur cum creaturis in particulari vt illas continens eminenter; quia tamen non formalitèr, sed materialitèr cōparatur ad illam, non distinguitur virtualitèr continentia vnius creaturæ, à continentia alterius creaturæ, sed solū terminativè, & extrinsecè; quid circo potest omnipotentia cognosci, aut videri, quin in illa cognoscantur omnes creaturæ possibiles, vt fusè docet

207 *Prob. sequela.*

206 Circa 1. dicendis. Contra tertio; nam munus specificationē, quas præstat forma extrinseca, non petit multiplicari secundum divinæ essentiæ multiplicationem, quia divina essentia non est forma specificata, nec forma extrinseca, sed forma specificans, & extrinseca, & ideo licet divina essentia multiplicetur, non sequitur multiplicari formam extrinsecā, & consequenter nec munus formæ. Confirmatur; nam ex multiplicatione effectuum formalium, non sequitur illius multiplicatio, etiam sub officio, & munere formæ; ergo ex multiplicatione effectuum formalium proventientium ab aliqua forma extrinseca, non sequitur illius multiplicatio, etiam sub officio, & munere formæ. Patet consequentia: nam medium probans multiplicationem effectuum formalium, est identitas effectus formalis cum forma communicata: ergo si effectus formalis sumpta, nec sumpta in ratione formæ, illius multiplicatio non arguit multiplicationem formę extrinsecę sumptę aliquo ex prædictis modis.

205 Secundo. Secundo nam ex eo quod forma extrinseca præbeat speciem rei specificatę, & species adęquetur rei specificatæ, non sequitur formam extrinsecā debere multiplicari secundū munus, & exercitium formæ cum respecificata debere adęquari: ergo nec sequitur debere multiplicari secundū munus, si præstat plures species prædictum munus, & significationes. Probatur antecedens, vt eam docet D.Thom. q.3. de veritate, art.1. in principio corporis articuli: *Forma alicuius dupliciter: uno modo à qua formata res, sicut à formante dicitur forma alicuius, secundū quam aliquid formari dicitur forma alicuius, sicut à forma exemplaris, ad cuius similitudinem aliquid constituitur, & in hac significatione consueuit accipi nomen idæa*; sed forma à qua, licet det speciem non multiplicatur, etiam secundum munus formæ ad multiplicationem speciei sequitur, quia causat, quia forma extrinseca æquivocè non solum entitativè, sed etiam secundum munus formæ; est principium plurium effectuum formalium specificè, & consequenter diuersorum specificè, nec cum tali diuersitate specificè, quia extrinsecè illam præstat adæquari; & adæquatur: ergo licet forma ad quam sequitur præstare plures specificationes, quas præstat, non petit eas re specificata adæquari, & consequenter nec petit multiplicari secundum munus formæ. Confirmatur tertio; nam munus specificationē, quas præstat forma extrinseca non est specificatio extrinseca, sed præsentia divinæ essentiæ, sed nihil Deo inest extrinsecè, ut ipsi intrinsecū, aut ipsi intrinsecè, ut nihil Deo extrinsecum divinæ essentiæ, sed præsentia divinæ essentiæ non petit multiplicari admultiplicationem specificationū, quas divina essentia præstat vt idæa, & forma extrinseca non multiplicatur, etiam sub munere formæ. Si dicas, non multiplicari realitèr, benè tamen virtualiter secundum prædictum munus, & hac multiplicationem sufficere vt in Deo dentur plures idęę, nec aliam intendi ab Auctoribus prædicta ratione vtentibus. In contrarium obstat; nam sequitur ex hac solutione, quemlibet beatum in Verbo cognoscere omnes creaturas possibiles sumptas in particulari; consequens est falsum contra Divum Thomam, & contra communem Theologorum sententiam: ergo falsum etiam est Dei essentiam multiplicari virtualitèr secundùm munus, & officium formæ idæantis, & specificantis extrinsecè.

Probatur sequela; quilibet beatus necessario videt omnes formalitates intrinsecas, & necessarias Dei, vt suppono ex communi sententia supra q 12.art 6.&7. sed si divina essentia vt idæa, & forma extrinseca hominis distingueretur virtualitèr à seipsa vt idęa, & forma extrinseca equi, non posset videri secundū formalitates illas, nō visis homine, & equo, & idem erit de omni alia creatura dicendū propter eandem rationem: ergo quilibet beatus videns divinam essentiam, necessario cognosceret omnes creaturas possibilis. Maior cum cōsequentia tenet. Minor autem probatur; vt divina essentia quatenus idæa hominis distinguatur virtualitèr à seipsa vt idęa, & forma equi, necessarium est vt homo sit formale extremū connexionis essentiæ divinæ cum ipso sub ratione idææ illius, & quod equus sit similitèr formale extremum connexionis; qua divina essentia cum illo, vt idęa connectitur; sed non potest connexio aliqua cognosci, non cognito extremo connexionis formalis: ergo non potest divina essentia secundum illas formalitates videri, non cognito homine, & equo; cumque idem argumentum militet de omni creatura, non poterit divina essentia videri, quin illa vita cognoscantur omnes creaturæ. Maior est certa; nam extrema materialia habitudinis, vel connexionis non distinguunt virtualitèr formam cum illis connexam; vnde quamvis Dei omnipotentia connectatur cum creaturis in particulari vt illas continens eminenter; quia tamen non formalitèr, sed materialitèr cōparatur ad illam, non distinguitur virtualitèr continentia vnius creaturæ, à continentia alterius creaturæ, sed solū terminativè, & extrinsecè; quid circo potest omnipotentia cognosci, aut videri, quin in illa cognoscantur omnes creaturæ possibiles, vt fusè docet

207 *Prob. sequela.*

206 Circa 1. dicendis. Contra

Si dicas.

In contrarium obstat.

tractatu de viſione Dei, & tractatu de ſcientia beata Chriſti: ergo non poteſt divina eſſentia prout idæa, & forma hominis diſtingui virtualitèr ab ipſa, prout eſt forma extrinſeca equi, niſi homo, & equus ſint extrema formalia connexionis, qua divina eſſentia cum illis vt idæa illorum in particulari connectitur. Minor autem ab eodem exemplo probatur, vt enim locis citatis cum communi Thomiſtarum ſententia docuimus, licet poſſit divina eſſentia videri, & quid ditativè cognoſci nulla creatura in particulari viſa; quia creaturæ in particulari ſunt extrema materialia cõnexionis omnipotentiç cũ illis, non tamen poteſt quidditativè omnipotentia cognoſci, & intuitivè videri, non cognita ratione communi creaturæ ſub ratione poſsibilis, & hoc ideo; quia ratio creaturç poſsibilis eſt extremum formale omnipotentiæ vt continentis creaturas, & vt connexç cum illis: ergo ſi homo, & equus ſunt formalia extrema connexionis, qua divina eſſentia cum illis vt idæa, & forma extrinſeca illarum connectitur, non poterit Dei eſſentia videri, & quidditativè ſecundum illas formalitates cognoſci, non cognitis homine, & quo, & idem erit de omnibus creaturis in particulari dicendum

208 *Si fortè dicatur.* Si fortè dicatur, creaturas poſsibiles in particulari eſſe de his, quç latent in omnipotentia divina, ideoque non debere à quolibet beato cognoſci, ſed plures, vel paucioris cognoſcunt beati, iuxta maiorem, aut minorem penetrationem eſſentiæ, & omnipotentiæ divinæ, ortam ex maiori, aut minori intenſione luminis gloriæ, vt communitèr docent diſcipuli Divi Thomæ *ſupra quæſt. 12. art. 6. & 7. & 3. p. quæſt. 10. art. 4.* In contrariũ obſtat; nam ideò creaturæ ſub ratione communi non latent in divina omnipotentia; quia ſub hac ratione ſunt formale extremum connexionis alicuius prædicati divini, aut formalitatis Deo intrinſecæ: ergo ſi creaturç in particulari ſunt formale extremum alicuius formalitatis intrinſecç Deo, non erunt de latentibus in divina eſſentia, ſed cuilibet beato neceſſario patebunt nec poterit divina eſſentia videri, & quidditativè cognoſci, illis in particulari non cognitis. Probatur conſequentia: non enim poteſt divina eſſentia videri, & quidditativè cognoſci, non cognita omni entitate, & formalitate intrinſeca, & neceſſaria; ſed formalitas connexa cum homine tanquam cum extremo formali eſt formalitas neceſſaria: ergo non poteſt non videri à beato Deum videnſe; ſed eo ipſo quod formalitas iſta videabitur, neceſſario cognoſcitur homo, cum quo connectitur tanquam cum extremo formali, ſicut viſa omnipotentia, neceſſario creatura ſub ratione communi cognoſcitur; quia omnipotentia connectitur cum illa formalitèr: ergo ſicut ratio communis creaturç non eſt ex his, quç latent in omnipotentia; ita homo, & aliæ creaturæ in particulari non erunt in divina eſſentia latentes, ſed neceſſario patentes cuilibet videnti eſſentiam, & illam quidditativè cognoſcenti.

Quod amplius vrgetur, ſi continentia effectiva eminentialis equi eſſet virtualitèr diſtincta à continentia effectiva eminentiali hominis, non poſſet omnipotentia videri, non cognitis homine, & equo: ergo ſi continentia idæalis hominis virtualitèr diſtinguitur à continentia idęali equi, non poterit divina eſſentia videri, & quidditativè cognoſci, niſi cognitis homine, & equo prout inter ſe diſtinguuntur; & conſequentèr non poterit videri divina eſſentia, aliqua creatura in particulari nõ cognita. Secunda conſequentia ex prima evidenter colligitur, & prima ex antecedenti à paritate rationis. Antecedens autem conſtat; nam ideò continentia effectiva eminentialis creaturæ ſub ratione communi non poteſt videri, creatura in communi non cognita; quia formalitèr cum illa connectitur; ſed continentia effectiva equi formalitèr connectitur cum equo, & continentia eminentialis formalitèr cum illo connectitur, eo ipſo quod ſtatuantur virtualitèr diſtinctę: ergo hac diſtinctione admiſſa non poterunt iſtæ continentiç videri, non cognitis homine, & equo ſecundum particulares rationes, per quas inter ſe diſtinguuntur. 209 *Confirm.*

Tertio ab alijs ſic probatur; nam divina eſſentia ſortitur rationem idææ, cognita vt imitabilis à creaturis in particulari, ſed quamvis divina eſſentia ſub conceptu eſſentiç ſit vna, imitabilitatis ſunt plures: ergo quamvis ſub ratione eſſentiç ſit vna, idææ divinæ ſunt plures. Maior cũ conſequentia tenet. Minorem autem probant, imitabilitas divinæ eſſentia à creaturis, etſi non conſiſtat in reſpectu rationis, vt in ratione formali conſtituente Dei eſſentiam imitabilem, in illo tamen vt modo cõplente conſiſtit; ſed reſpectus rationis, quibus divina eſſentia reſpicit creaturas vt ab ipſis in particulari imitabilis, ſint plures: ergo imitabilitates divinæ eſſentiç à creaturis in particulari, ſunt plures. 210 *Aliorum ratio ponitur.*

Vel alitèr poteſt prædicta ratio formari: etſi divina eſſentia non conſtituatur in ratione idæç per reſpectũ rationis ad creaturas in particulari, per illud tamen completur; ſed reſpectus rationis, quibus divi- 211 *Aliter eadem ratio formari*

divina essentia ad creaturas in particulari retentur vt ab illis imitabilis. sunt plures: ergo licet divina essentia entitativè, & in ratione essentiæ sit vna, pluralicatur in ratione idææ; & consequenter sunt plures idææ in Deo. Minor est certa; nam multiplicatis terminis, multiplicãtur respectus specificati ab illis: sed creaturæ in particulari sunt plures: ergo sunt plures respectus, quibus divina essentia ad illas in particulari refertur. Consequentia principalis est certa, vt enim aliquid plurificetur, sufficit multiplicatio, aut pluralitas vnius ex ingredientibus ad eius constitutionem: ergo si respectus rationis pertinent ad constitutionem idææ, idæa multiplicatur.

212 *Maior ostenditur primo.*

Maior autem ostenditur primo ex D. Thoma quæst. 3. de veritate, art. 2. ad 2 illis verbis: *Ad secundum dicendum, quod non est simile de idæis, & essentialibus attributis, attributa enim essentialia non habent aliquid de principali intellectu suo, præter essentiam Creatoris: vndè non pluriscantur, quamvis ad creaturas comparatur; secundum ea Deus ad creaturas comparatur; sed idæa de suo principali intellectu habet aliquid aliud, in quo etiam completur formaliter ratio idææ, vario ne eius dicuntur plures idææ; sed hoc quod est de principali intellectu ideę, præter essentiam Creaturis nõ est assignabile quid sit, nisi respectus rationis ad creaturas in particulari: ergo* iuxta D. Thomam respectus illi complent rationem idææ, & ideò multiplicatur idæa; quia respectus illi sunt plures.

213 *Secundo probatur maior.*

Secundo ex eodem D. Thoma in hac q. art. infra q. 34. art. 3. ad 4. ibi: *Nomen idææ principaliter est impositum ad significandum respectum ad creaturas, & ideò pluraliter dicitur; sed nomen Verbi principaliter importat respectum ad creaturas, & ideò pluraliter dicitur: sumitur ad significandum respectum ad dicentem, & ex consequenti ad creaturas, & propter hoc in diuinis est vnicum tantum Verbum; sed quod nomen principaliter significat, constituit significatum illius, vel vt complementum formæ, vel saltim vt complementum respectus ad creaturam, saltim completiuè pertinet ad rationem idææ, & quia respectus multiplicatur in Deo, pluralicatur* idæa iuxta mentem Angelici Præceptoris.

214 *Denique probatur prob.*

Denique probant maiorem; nam si respectus rationis ad creaturas in particulari, nõ pertinent ad constitutionem idææ in Deo, sed saltem pertinent ad communi Theologorum sententia: ergo respectus rationis, quibus creaturæ in particulari referuntur, vt ab illis imitabilis, pertinent ad constitutionem idææ, & ideo idæa multiplicatur, quia respectus rationis sunt plures. Probant maiorem; nam præter respectum rationis, quo divina essentia refertur, nihil aliud datur in Deo nisi entitas essentiæ divinæ, & cognitio illius vt imitabilis à creaturis, supra quam cognitionem respectus idæales fundantur; sed entitas essentiæ divinæ est vna, & similitèr eius cognitio: ergo si respectus rationis non pertinent ad cõstitutionem idææ, non potest salvari pluralitas idæarum in Deo.

215 *Explicatur, & vrgetur.*

Explicatur, & vrgetur, nam idea significat divinam essentiam vt imitabilem exemplaritèr; sed non vt imitabilem fundamentalitèr, qua ratione est quid absolutum: ergo vt imitabilem formalitèr, qua ratione respectum importat; & consequẽtèr respectus pertinet ad constitutionem divinæ essentiæ vt idææ. Maior cum consequentia tenet. Minorem autem probat Caietanus; nam fundamentum imitabilitatis est vnum omnino, est enim ipsa simplicissima essentia divina, in qua non potest distingui absolutum imitabile à lapide ab absoluto imitabili à Leone: ergo si nomen idæa significat divinam essentiam vt imitabilem fundamentalitèr, non potest sustineri pluralitas idæarum in Deo. Patet consequentia, non enim possunt intelligi plures idææ, nisi significatum idææ pluriscatum intelligatur.

216 *Predicta sententia fundatur in D. Th.*

Ratione ista vtuntur plures discipuli Divi Thomæ vt probent pluralitatem idæarum in Deo cum Caietan. *in hac quæstione, art. 2. versu, in responsione ad 2. & 3.* & quidem magno cum fundamento in doctrina Angelici Præceptoris, locis relatis in probatione maioris, & *in hac quæst. art. 2. solutione ad 3.* illis verbis: *Dicendum, quod huiusmodi respectus, quibus multiplicantur idææ, non causantur à rebus, sed ab intellectu diuino comparante essentiam suam ad res.* Et *solutione ad 4.* illis verbis: *Dicendum, quod respectus multiplicantes idæas non sunt in rebus creatis, sed in Deo, non tamen sunt reales respectus, sicut illi, quibus distinguuntur personæ, sed respectus intellecti à Deo; at respectus, qui sunt in Deo non realiter, sed vt intellecti, sunt respectus rationis:* ergo iuxta Divum Thomam respectibus rationis multiplicantur, & distinguuntur idææ.

217 *Contra quam obiciunt aliqui primo; nam causa realis non potest per respectum rationis constitui, nec per illum completi; sed idea est causa realis: ergo non constituitur per respectum rationis, nec per illum in ratione idææ completur.*

Contra quam doctrinam obiciunt alii primo; nam causa realis non potest constitui per respectum rationis, nec per illum completi; sed idea est causa realis: ergo non constituitur per respectum rationis, nec per illum in ratione idææ completur.

Secundo; nam idæa est forma, quæ idæatum imitatur; sed creaturę non imitantur ratione

Secundo

reſpectum rationis, quo divina eſſentia ad illas refertur: ergo reſpectus iſte non cõſtituit divinam eſſentiam in ratione idææ.

Tertio. Tertio; nam idea eſt aliquid in re verè exiſtens: ergo adæquatum eius conſtitutivum eſt verè exiſtens in re. Patet conſequentia; nam conſtitutum non poteſt exiſtere, non exiſtente adæquato conſtitutivo illius: ergo nec poteſt in re verè exiſtere, quin verè in re exiſtat eius conſtitutivum adæquatum; ſed reſpectus rationis non exiſtit verè in re, cum ſit aliquid ab intellectu confictum: ergo nequit pertinere ad conſtitutionem idææ.

218 *Hæc argumenta nõ vrgẽt: non primum.*

Ab his tamen facili negotio ſe expediunt itaus ſententiæ Auctores. Ad primũ, negando maiorem pro ſecunda parte; nam licet reſpectus rationis non poſsit vt forma cauſam realem conſtituere, non enim poteſt eſſe ratio formalis continendi effectum realem, quod neceſſarium erat vt tanquam forma cauſam realem conſtitueret; in eo autem, quod non vt forma, ſed vt complementum formæ concurrat ad conſtitutionem cauſæ realis, nulla repugnantia invenitur; nam demonſtratio formalis eſt realis cauſa concluſionis demonſtratæ, & tamen per reſpectum rationis compleri, eſt cõmunis ſententia Thomiſtarum in Proœmialibus Logicæ.

219 *Nec ſecũdum.*

Ad ſecundam, conceſſa maiori, & minori, diſtinguendo conſequens: tanquam ratio formalis, concedo conſequentiam: vt complementum, nego conſequentiam; cum enim de ratione idææ ſit, quod illam idæatum imitetur, & quod ſit propria ratio illius, poteſt reſpectus rationis pertinere ad eius conſtitutionem, quamvis non præſtet imitabilitatem illã idæato appropriãdo, & hoc eſt, quod Auctores illius ſentẽtiæ defendunt, cum enim divina eſſentia ſit de ſe commune omnium creaturarum exemplar, non poteſt aliter vni creaturæ appropriari, quam per hoc quod cum illa competatur, cognoſcaturque vt imitabilis ab homine, v.c. ſub diverſa ratione ab illa, ſub qua eſt imitabilis ab equo, ex qua comparatione reſultat reſpectus rationis, & licet reſpectus rationis effectus ſit cognitionis comparantis Dei eſſentiam ad creaturas in particulari, non tamen poteſt cognitio iſta ſine reſpectu rationis exiſtere, quia ſimul eſt obiectum illius, & complementum obiecti, ſicut cognitio comparativa naturæ ad ſua inferiora, per quã fieri vniverſale Logicum cum communi Thomiſtarum ſententia in Logica defenſavimus, etſi cauſet reſpectũ vniverſalitatis, non poteſt ſine illo exiſtere, eo quod habet pro obiecto naturam, non abſolutè, ſed vt exercitè ad ſua inferiora relatam, & ſicut impoſitio vocis ad ſignificandum, et ſi cauſet reſpectum rationis, per quam vox conſtituitur in ratione ſigni ad placitum, non poteſt exiſtere ſine prædicto reſpectu, quia illum involuit ex parte obiecti; terminatur enim ad vocem, illam ordinando ad ſignatum, non formaliter per ſe ipſam, ſed effectivè per terminum ab impoſitione productum, quem ſimul habet pro obiecto, cum entitas quæcumque rationis, non aliter fieri poſsit, quam per cognitionem, illam habentem pro obiecto.

Ad tertium, diſtinguendo antecedens: inadæquatè ſumpta quoad id, quod eſt illi ratio formalis continendi idæatum, in re verè exiſtit, concedo antecedens: ſumpta adæquatè, & completè, ſubdiſtinguo antecedens: in re, ideſt, realiter, nego antecedens: in re vt obiecta intellectui, concedo antecedens: & ſub eadem diſtinctione primi conſequentis, diſtinguo minorem ſubſumptam: reſpectus rationis non exiſtit verè in re, id eſt, realiter, concedo minorem: non exiſtit verè in re vt obiectus intellectui, nego minorem, & conſequentiam: nam licet reſpectus rationis nõ exiſtat verè realiter; aliàs non eſſet ens rationis, ſed reale verè tamen exiſtit in re vt obiectus intellectui, ſuppoſita cognitione ei communicante exiſtentiam; & quia in ſententia horum Auctorum, cognitio, qua Deus ſuam eſſentiam cognoſcit comparativè ad creaturas, & quę efficienter cauſat reſpectus rationis, quibus conſtituuntur, & diſtinguuntur idæę, & huiuſmodi cognitio eſt æterna, vere exiſtunt reſpectus in re, vt obiecti intellectui divino, quamvis non exiſtant realiter. 2 *Ad*

Si opponas primo, vera exiſtentia idem eſt, quod exiſtentia realis: ergo ſi reſpectus rationis realiter non exiſtunt, non exiſtunt vera exiſtentia; & conſequenter non exiſtunt verè. Prima conſequentia ex antecedenti infertur, ſecunda ex prima colligitur; nam verè exiſtere, non poteſt, niſi a vera exiſtentia præſtari: ergo ſi reſpectus rationis non exiſtunt vera exiſtentia, non exiſtunt verè. 2: *Si c* *nas*

Antecens autem probatur: vera exiſtẽtia idem eſt quod exiſtentia non conficta ab intellectu; ſed exiſtentia non cõficta ab intellectu eſt exiſtentia realis: ergo vera exiſtentia idem eſt quod realis exiſtentia. Secundo: nam idea, adæquatè ſumpta, verè, & realiter exiſtit: ergo adæquatum eius conſtitutivum debet exiſtere realiter; & conſequenter reſpectus rationis non ingreditur eius conſtitutionem, quandoquidẽ, etſi exiſtat in re vt obiecta intellectui, non tamen exiſtit realiter vt proximè dicebam. Antecedens, in quo ſolo eſt poſita diſſi- 2: *Secu*

Digitized by Google

difficultas, probatur; idæa namque adæquatè sumpta, est ens reale: ergo adæquatè existit realiter. Probatur antecedens; adæquatè sumpta est causa realis: ergo adæquatè sumpta est ens reale. Probatur antecedens: est enim causa realis; sed non sic sumpta nihil causat: ergo est causa realis sumpta inadæquatè; nam aliis sumpta adæquatè; & consequenter adæquatè sumpta est ens reale.

223 Responderi potest ex doctrina Auctorum huius sententiæ, negãdo antecedens: ipsi enim docent respectus idæales verè existere obiectivè in intellectu divino, ab illoque fabricari; & tamen non possunt Deo fictionem attribuere: ergo existentia respectuum idæalium non est ficta; & tamen realis non est, sed solum habet esse obiectivè in intellectu divino: non ergo omnis existentia non ficta est existentia realis, sed solum illa, quæ alicui rei convenit extra intellectum.

224 Ad secundam, negando antecedens; nam licet idæa secundum id, quod est illi realiter, non tamen existit realiter, secundum id per quod in ratione idææ complet ratio formalis constituendi idæa tum existat. Ad probationem, distinguo antecedens: idæa adæquatè sumpta est ens reale adæquatè, esto antecedens, & nego consequentiam; quia vt adæquatè existeret realiter, necesse fuit adæquatè ens reale, licet autem de idæa sumpta, adæquatè sumpta, quod sit ens reale adæquatè, sicut de homine sumpto adæquatè prædicatur esse materialem, non tamen prædicatur adæquatè, quia vt adæquatè homines sumpto adæquatè, necessarium erat, quod nulla parte immaterialis constaret, idem de idæa dicendum est. Nec amplius probatione adæquatè sumpta adæquatè, sufficit quod sit ens reale, nempè quantum ad id, quod est illi ratio formalis constituendi idæatum, licet quantum ad id per quod in ratione idææ completur, ens reale non sit, sed rationis.

Illus. Rpis. GODOY. in 1. p. Tom. 2.

§. X.

Fertur de proposita sententia iudicium.

225 LICET hæc sententia probabilis sit, & argumentis contra illam factis sufficienter illius Auctores occurrant, ab illa tamen recedo hoc argumento; nam idæa existunt ab æterno in Deo, vt omnibus est in confesso, & consequenter ab æterno existere debent omnia, quæ pertinent ad illarum constitutionem, sive vt ratio formalis, sive vt complementum ingrediantur ad constituendum; sed respectus rationis, quibus divina essentia ad creaturas in particulari refertur, non existunt ab æterno; nam intellectus creatus ab æterno non est, & consequenter non potest illis dare existentiam æternam: intellectus autem divinus non potest illis dare existentiam, vel illas efficere, vt disputatione sequenti monstravimus: ergo non pertinent ad constitutionem idæę, nec vt ratio formalis, nec vt complementum illius; & consequenter multiplicitas, aut pluralitas idæarum non potest à respectibus rationis præstari. cum enim constitutivum, & distinctivum sint vniversaliter idem, id quod ad idæę constitutionem non pertinet, non potest idæam distinguere, aut plurificare. *Prædictæ sententia impugnatur.*

225 Sed dices, hoc argumentum opposuit contra se D.Thomas, & ad illud respondet: ergo non potest nobis favere, nec illo vti possumus ad impugnandam constitutionem idæ, illusque multiplicationem per respectus idæales. Consequentia est bona, argumentũ enim à D.Thoma inefficax reputatum, & solutum, non potest à nobis efficax reputari. Antecedens autem probatur; nam *in hac quæstione, art. 2. solutionem secundi argumenti*, in qua docuit: *Quod idææ multiplicantur secundum respectus ad diuersas creaturas*, impugnavit his verbis: *Sed contra pluralitas idæarum est ab æterno: si ergo idææ sunt plures, creaturæ autem sunt temporales: ergo temporali erit causa æterni.* Quod argumẽtum idem est cum eo quod nos formavimus. Illudque D.Thomas diluit his verbis: *Ad tertium dicendũ, quod huiusmodi respectus, quibus multiplicatur idæa, non causantur à rebus, sed ab intellectu diuino comparãte essentiam suam ad res*; ergo argumentum à nobis factum solvit; & consequenter non potest à D.Thoma; & consequenter non potest nobis favere, nec efficax à nobis reputari. *Objectio.*

227 Respondeo, negando antecedens: cum D.Thomæ docet *in solutione ad 2.* idæas multiplicari secundũ respectus ad diuersas creaturas, non loqui de respectib' secundum esse *Respondetur.*

formale, ſed ſecundum eſſe fundamentale, ideſt de fundamento reſpectuum, vt diſputatione ſequenti videbimus; vt enim reſpectus ſumpti fundamentaliter conſtituãt, & diſtinguant idæas ab æterno, eſt neceſſarium, quod fundamentum proximum talium reſpectuum ab æterno exiſtat, & huius fundamenti exiſtentiam æternam ſtatuit Divus Thomas in allegata ſolutione ad ſecundum, illamque argumento tertio impugnabat, vnde verba allegata in ſolutione argumenti ſic ſunt accipienda: *Huiſmodi reſpectus, quibus multiplicantur idææ*; ideſt, per quorum fundamentũ proximum idææ multiplicantur, *non cauſantur à rebus*, intellige, fundamentaliter, *ſed ab intellectu divino comparante eſſentiam ſuam ad res*, quod idem eſt atque aſſerere, non fundatur proximè in ipſis rebus creatis vt exiſtentibus, ſeu in divino intellectu cognoſcente ſuam eſſentiam comparativè ad creaturas.

228 *Explicatio fundatur in D. Thom.*

Et quidem ſi Divus Thomas loqueretur de cauſatione efficienter dante exiſtentiam formalem reſpectibus idæalibus, non debebat contraponere res creatas ad intellectum divinum, ſed ad intellectũ creatum, aſſerendo, *non cauſantur ab intellectu creato, ſed ab intellectu divino*, cum nulla alia res creata poſsit ens rationis efficere, niſi ſolus intellectus; at Divus Thomas non contraponit intellectum creatum ad intellectum divinum, ſed res creatas: ergo cum iſtis negat cauſationem prædictorum reſpectuum, illamque attribuit intellectui divino, non loquitur de cauſatione efficiente, per quam ens rationis accipit exiſtentiam formalem, ſed de cauſatione fundamentali, ratione cuius non formaliter, ſed fundamentaliter ens rationis exiſtit, & quæ alijs rebus diſtinctis ab intellectu poteſt convenire reſpectu entis rationis; nam licet nihil præter intellectum poſsit ens rationis efficere; poſſunt tamen res ab intellectu diſtinctę entia rationis fundare. Noſtrum autem argumentũ non procedit contra cauſalitatem fundamentalem reſpectuum idæalium, ſed contra cauſalitatem efficientem, per quam exiſtunt ab æterno formaliter, ex eo quod intellectus creatus non exiſtit ab æterno, divinus non poteſt ens rationis efficienter cauſare. Hæc interpretatio verborum Angelici Præceptoris eſt apud Thomiſtas communis, aliam fortè nos dabimus diſputatione ſequenti.

229 *Cõtra explicationem obijcies.*

Modò contra communem interpretationem obijcies; nam fundamentum reſpectuum idæalium, eſt aliquid ab illis diſtinctum: ergo ſi conſtitutio, & diſtinctio idæarum non præſtatur à reſpectibus rationis, ſed ab illorum fundamento, quod eſt aliquid abſolutum, male aſſerit Divus Thomas idæas divinas diſtingui per reſpectus idæales.

Confirm.

Et vrgebis: nam verba Angelici Præceptoris ab illius diſcipulis ſunt in rigore accipienda, niſi aliquod inconveniens ex rigoroſa acceptione ſequatur; ſed nomine reſpectus accipere fundamentum, non eſt propriè, & rigoroſè prædictum nomen accipere, & aliàs ex eo quod pro reſpectu propriè, & ſecundum eſſe formale accipiatur, nullum ſequitur inconvenieus: ergo ſic eſt à diſcipulis Divi Thomę accipiendum; & conſequenter aſſerendum eſt iuxta mentem Divi Thomę idæas divinas conſtitui, & multiplicari per reſpectus idæales ſecundum eſſe formale.

230 *Reſpond.*

Reſpondeo, negando conſequentiam; nam licet mens D. Thomę fuerit illa, quã explicuimus, nempè, diſtinctionem idæarum prout ab æterno exiſtentium præſtari à reſpectibus idæalibus, non formaliter, ſed fundamentaliter ſumptis: ideſt, a fundamento illorum, vſus fuit prædicto modo loquendi; tùm, quia diſtinctio reſpectuum notior eſt, quam diſtinctio fundamenti. Tùm etiam; nam fundamentum proximum reſpectuum idæalium eſt divina eſſentia cognita vt connexa cum creaturis in particulari, & illas in particulari connotans vt ab illis imitabilis, & quia connexio divinæ eſſentiæ cum creaturis in particulari, quamvis relatio non ſit, nec à Deo vt relatio cognoſcatur, à nobis tamen ad inſtar relationis concipitur, ideò D. Thomas nomine reſpectuum fuit vſus explicando conſtitutionem idæę, & illius multiplicationem.

231 *Diluitur confirmatio.*

Ad confirmationem, conceſſa maiori, nego ſecundam partem minoris: vt enim diſputatione ſequenti videbimus, non poſſe intellectum divinum entia rationis formare, eſt doctrina D. Thomæ, non autem poteſt conſtitutio, & multiplicatio idæarum præſtari à reſpectibus rationis, ſecundum eſſe formale, niſi ab intellectu divino efficiantur; & conſequentèr vt iſta contradictio in illius doctrina vitetur, eſt neceſſario accipiendus de reſpectibus pro fundamento, cum docet per illos conſtitui, & multiplicari idæas, eſto loquutio proprio non ſit.

232 *Explicatur primũ teſtimonium.*

Nec vrgent ea, quibus præfati Auctores vtuntur ad probandum idæam per reſpectum rationis compleri in ratione idęę ad primum teſtimonium, *num.* 212. deſumptum ex D. Thom. *quæſt. 3. de veritate, art. 2. ad 2.* admiſſa D. Thomæ doctrina in maiori contenta, nego minorem; nam quod addit idæa præter eſſentiam Creatoris non

eſt

est respectus rationis, sed creatura in particulari vt cognita à divino intellectu, per quam vt sic cognitam divina essentia in ratione idææ completur, vt dabimus *disputatione sequenti*, vel licet non per illam, per connexionem cum illa, vel illius connotationem. Vnde quando Divus Thomas docet, ideam habere de suo principali intellectu aliquid aliud præter essentiam creaturas in particulari cognitas, etsi neamus non complere divinam essentiam in ratione idææ per creaturas, vt cognitas ab intellectu divino, verba illa: *In quo creatur completur formaliter ratio idææ, ratione cuius dicuntur plures ideæ*, sic sunt accipienda: *In quo*, ideſt, *in cuius connotatione, vel in connexione, cum quo completur formaliter ratio idææ*: non enim intelligitur divina essentia completa in ratione idææ hominis, nisi intelligatur vt connexa cum homine, & illum in particulari cōnotans, nec in ratione idææ equi, nisi intelligatur vt connexa cum equo in particulari, & vt diverso modo imitabilis, ab homine, ab equo in particulari connotans vt ab illo imitabilis ab homine.

233 *Objicies.* Si dicas, iuxta hanc intelligentiam Creatoris non est de principali intellectu idææ in recto, sed in obliquo; at hoc non est peculiare idææ, sed etiam attributis essentialibus convenit: ergo ista intelligentia menti Angelici Doctoris non congruit. Consequentia est evidens; nam D. Thomas distinguit inter quod de principalia attributa; quo ad hoc, præter essentiam creatoris: secus autem de principali intellectu attributorū essentialium: ergo si aliud præter essentiā Creatoris est in obliquo de principali intellectu idææ, tunc aliquis attributi essentialis, & eo modo est de principali intellectu idææ, non salvatur discrimen à D. Thom. statutum. Maior constat ex doctrina à nobis tradita, nempè creaturam esse illud aliud præter essentiā creatoris, quod est de principali intellectu idææ, creatura autē in recto, sed in obliquo potest esse de principali idææ, & cōsequenter iuxta D. Thomæ explicationem. Minor autem probatur: quia ad intelligentiā, qua verba D. Thomæ explicuimus, aliud præter essentiā Creatoris nō in recto, sed in obliquo principaliter ingreditur. Minor item idææ omnipotētia, pro eo quod ad intellectum creabilis; sed per connotationem entis creabilis constituitur de intellectu illius connotationis sunt in obliquo præter essentiā creatoris: ergo aliquid præter essentiam creatoris est in obliquo de principali intellectu alicuius attributi essentialis.

Respondeo prætermissa maiori, negando minorem: ad illius probationem, concessa maiori, distinguo minorem: creaturę sub ratione communi, concedo minorem: creaturæ in particulari, nego minorem, & distinguo consequens per eandem distinctionem: solū enim sequitur, aliquid creatum, sub ratione communi creari, esse in obliquo de principali intellectu alicuius attributi essētialis, non autē sumptū in particulari, & hoc est quod D. Tho. tribuit idęę: nam idæa non constituitur per connotationem creaturæ in cōmuni, sed per cōnotationem creaturę in particulari: Deus enim non est idæa hominis cognitus vt imitabilis à creatura sub conceptu cōmuni creaturæ, sed cognitus vt imitabilis in particulari, & sic de alijs creaturis. Et hoc sufficit ad intentū D. Tho. quod erat, multiplicari idæas: secus autem essentialia attributa, nō enim datur in Deo multiplex omnipotentia, etsi creaturæ in illa contentę sint plures; quia connotatū primarium, & formale ab omnipotentia importatū, non sunt creaturæ particulari, sed sub conceptu communi creaturæ. 234 *Respond.*

Instabis; nam ideò creaturæ in particulari non connotantur ab omnipotentia formaliter; quia omnipotētia non connectitur cū illis sumptis in particulari vt cū extremo primario, & formali, sed solum cum ratione communi creaturę; sed divina essentia vt imitabilis à creaturis, non connectitur cum illis sumptis in particulari, vt cum extremo suæ cōnexionis formali: ergo non cōnotantur ab illa vt idæa formaliter; & consequenter creaturæ in particulari non sunt de principali intellectu divinæ essentiæ vt idæę Illatio, & subillatio probationē nō indigent. Maior est certa, non enim potest alia ratio assignari; Minor autem probatur: si divina essentia vt imitabilis connecteretur cum creaturis sumptis in particulari vt cum extremo suę connexionis formali, connexio divinæ essentiæ cum homine vt ab illo imitabilis distingueretur virtualiter à connexione cum equo; sed hoc asserendū non est, vt constat ex dictis *supra numero* 196. & sequentibus, alias quilibet beatus videret necessario omnes creaturas positivè imitabiles sumptas in particulari, vt ibidem arguebamus: ergo essentia divina vt imitabilis à creaturis non connectitur cum illis sumptis in particulari, vt cum extremo suæ connexionis formali. 235 *Instabis.*

Respondeo, distinguendo maiorem: nec in esse rei, nec in esse obiecti significati, concedo maiorem: in esse rei tantum, nego maiorem: & sub eadem distinctione minoris, nego consequentiam: nam licet crea- 236 *Respondeo*

creaturę in particulari non ſint extre
primarium, & formale connexionis di
nę eſſentię cum illis, vt ab eis imitabi
connexione iſta in eſſe rei accepta; ſum
ta vero hac connexione in eſſe obiecti
nificabilis nomine idæę, creaturæ ſum
in particulari ſunt formale extremu
illius, ſaltim negativè, eo quod nomẽ id
non ſignificat divinam eſſentiam vt in
tabilem à creaturis in communi, ſed
imitabilem ab illis in particulari: v
idęa hominis ſignificat divinam eſſentia
vt imitabilem ſolũ ab eo quo, & ſic de al
creaturis in particulari ſumptis. Et id
quãvis reſpectu divinæ eſſentię vt cõne
cum creaturis vt ab illis imitabilis, co
nexione ſumpta in eſſe rei, materialit
cõparentur creaturę in particulari; ſum
ta vero hac connexione in ratione obie
ti ſignificati, formalitèr comparantu
reſpectu autem connexionis omnipote
tiæ vtroque modo de materiali ſe haben
ideoquè creaturę in particulari non ſu
de principali intellectu omnipotentiæ d
vinę, ſunt autem de principali intelle
divinæ eſſentiæ vt idææ.

237 *Secundũ teſtimonii dupliciter explicatur.*

Ad ſecundam probationem ex num. 21 re
reſpondetur explicando D. Thomam
reſpectu ad creaturas fundamentalit
ſumpto; quia nẽpè idæa principalitèr ſig
nificat divinam eſſentiam vt connexam
creaturis vt ab illis imitabilem, quæ cor
nexio vt cognita à Deo fundat reſpectu
rationis, per quod ſalvatur diſcrimẽ àn
mine Verbi, quod non ſignificat princip
litèr connexionem cum creaturis, & com
notationem illarũ, ſed ordinem addice
tem. Vel dicatur, nomine reſpectus inte
ligi, non relationem rationis, ſed conne
xionem divinę eſſentiæ cum creaturis i
particulari, quæ connexio, etſi in re rela
tio nõ ſit; à nobis tamen ad inſtar relatio
nis concipitur, ſicut 1. *Contra Gentes, ca.* 82. *ad fin.* explicuit D. Thomas conſtitur
vũ decreti liberi volũtatis divinę, nomin
habitudinis volũtatiæ ab bonitatem crea
tam, non intelligens ſub prædicto nomin
habitudinem veram tranſcedentalem, at
prædicamentalẽ, realem, vel rationis, ſe
realem terminationem liberam ad creat
illas, & à nobis ad inſtar habitudinis cõci
pitur, & ſignificatur; ſicut nomine habitu
dinis volitionis Dei ad ſuã bonitatem, no
intelligit veram habitudinem realem, vel
rationis, ſed terminationẽ volitionis Dei
ad illam; ſupra quam habitudo rationis
fundatur, & à nobis ad inſtar habitudinis
concipitur, aliàs volitio neceſſaria Dei
conſtitueretur per reſpectũ rationis; quod
nullus dixit: patitèr ergo in præſenti. Ad

nũ rationem, qua idem aſſumptum probatur ex dicendis §. *ſequenti* conſtabit, & ad argumentum Aureoli.

§. Vltimus.

Probatur idæarum diſtinctio, & vltimum argumentum diluitur.

His igitur probationibus diſtinctionis idæarũ in ſua probabilitate relictis, probãda eſt diſtinctio idæarũ ratione ex doctrina D. Thomę deſumpta, & ad hãc formam redacta; etenim divina eſſentia non fortitur rationem idæę, niſi cognita vt imitabilis à creaturis in particula, & cum illis in particulari proportionata; ſed creaturę ſumptę in particulari, & ſecundum vltimas ſuas differentias, diverſimode imitantur eſſentiam divinam, & diverſimode proportionatur cum illa: ergo divina eſſentia non eſt vna, ſed multiplex creaturarum idæa. Conſequentia videtur bona. Minor certa: homo namque ſecundũ vltimam differentiã, per quam ab equo diſtinguitur, non poteſt eodem modo imitari Dei eſſentiam, aut eodem modo proportionari cum illa; quo equus imitatur illam, & cũ illa proportionatur ſecũdum ſuã vltimam differentiã, aliàs nõ differrẽt ſpecificè: ergo creaturæ ſumptę in particulari diverſimode imitãtur Dei eſſentiã, & diverſimode proportionatur cum illa.

Minor autem eſt D. Thomę *in hac quæſt. art. 2. ad finem corporis, & quæſt. 3. de veritat. art. 2. in corpore ad finem*; & probatur primo; idæa namque eſt propria ratio ideati, cum ad illius inſtar, & ſimilitudinem ab artifice efficiatur; & conſequentèr debet vt propria ratio idæati ab artifice cognoſci; ſed divina eſſentia cognita vt imitabilis à creaturis in cõmuni non eſt propria creaturarum, benè tamen cognita vt ab illis in particulari imitabilis: ergo ſortitur rationem idææ cognita vt imitabilis, non à creaturis in communi, ſed cognita vt ab illis in particulari imitabilis.

Secundo: nam eatenus divina eſſentia eſt creaturarum idæa, quatenus obiectivè regulat actiones, quibus Deus operatur creaturas; ſed Deus ad producendum hominem non regulatur obiectivè per diviſ 240 *Secundo.*
nam eſſentiam cognitam vt imitabilem à creatura in communi, ſed cognitam vt imitabilem ab homine in particulari; & idem eſt de aliis creaturis dicendum: ergo divina eſſentia non eſt creaturarum idæa cognita vt imitabilis à creaturis in cõmuni, ſed cognita vt ab illis imitabilis in particulari. Qua ratione vſus eſt D. Thomas *quæſt. 2. de veritate, art. 2. & in hac quæſt. art. 2. in corpore*, quod ita concludit: *Vnaquæque autem creatura habet propriã ſpeciem ſecun-*

Secundum quod aliquomodo participat divina essentia similitudinem: sic igitur in quantum Deus cognoscit suam essentiam vt sic imitabilem à tali creatura, cognoscit eam vt propriam rationem, & ideam huius creaturæ, & similiter de alijs, & sic patet quod Deus intelligit plures rationes proprias plurium rerum, quæ sunt plures ideæ.

241 Ad 4. In Resp.

Respondebis ex discursu Divi Thomæ vt à nobis explicato, non probari distinctionem ex parte divinæ essentiæ vt imitabilis est à creaturis, sed solum distinctionē ex parte creaturarum, prout in particulari, & secundum suas differentias specificas imitantur, & divina essentia sit in ratione idęę multiplex, primum necessariū est, creaturę namque Dei essentiam imitantes sunt extra ideę constitutionem, ac proinde illarum multiplicatio non multiplicat, nec distinguit ideas, si divina essentia vt ab illis imitabilis vna, & non multiplex sit.

242

Sed contra primo: Nam essentia non accipitur aliter ab intellecto divino vt idea sed cōtra primo ex rerum, sed cum proportione creaturæ fienda, D. Th. ad ipsam divinam essentiam, secundum quod deficit ab eadem imitatur eam: ergo divinæ essentia non absolutè, sed cointellectis diversis proportionibus rerum ad eam est idea vniuscuiusque rei sed sunt diversæ proportiones rerum ad essentiam divinam: ergo sunt plures idea quamvis divina essentia sit vna, quia est pluralitas ex parte diversarum proportionem rerum ad ipsam. Verba sunt D. Thomæ, quæst. 3. de veritate, art. 2. in corpore, cui consonat solutio ad 8 & 9 argumentum eiusdem articuli. Ex qua doctrina colligi

231 Mira assertio prima.

243 Fabri. Thom. ad hanc formam reducit: divina essentia non dicitur multiplex, quamvis ex parte divinæ essentiæ imitabilis, multiplicitas, aut distinctio creaturarum ipsam diversimode imitantium, sufficit multiplicitas, & distinctio ideæ ex parte divinæ essentiæ, & distinctio proportionum creaturarum ad ipsas, & cointellectos ab eo, & consequenter vt divina essentia, & distinctio creaturarum, quamvis ex parte divinæ essentiæ imitabilis, multiplicitas, aut distinctio non detur. Potestque doctrina, & argumentum huius formam reduci: divina essentia non est creaturarum idea prout ab eadem imitantur: ergo creatura cognita sub proportione creaturæ, & consequenter ut imitabilis à tali creatura non est idea divinæ essentiæ, quamvis ab eadem imitantium, multiplicetur in ratione ideæ, & consequenter divina essentia in ratione ideæ, etiam imitantium, multiplicetur, & immultiplicata sit. Secunda consequentia probatur, quia ratio prima colligitur; id enim per Dei essentia completur in ratione ideæ, pertinet ad constitutionem ideæ, & consequenter illo multiplicato, multiplicatur, & plurificatur idea; sicut multiplicatis respectibus idealibus, plurificantur ideæ id sententia essentium, per respectus illos compleri essentiam divinam in ratione ideæ. Prima consequentia ex antecedenti infertur; id enim, sine quo nequit aliquid constitutum intelligi aliquomodo pertinet ad illius constitutionem: ergo si divina essentia intelligi nequit cōstituta in ratione ideę, non cointellecta proportione creaturę illam imitantis, creatura sub hac proportione intellecta, pertinet ad constitutionem essentię divinæ, vt est creaturarum idæa.

244 Antecedens probatur 1.

Antecedens autem, prętquam quod est à Divo Thoma expressum, probatur primo, non intelligitur divina essentia constituta in ratione idæ hominis v. c. nisi intelligatur vt propria ratio hominis, & idem de alijs creaturis dicendum, sed non cointellecta proportione hominis illam imitantis diverso modo, quo aliæ creaturæ imitantur essentiam divinam, non intelligitur vt propria ratio hominis, respectum enim rationis appropriantem iam exclusimus, illo autem excluso quidquid remanet est homini, & alijs creaturis commune: ergo divina essentia non est creaturarum idea se sola, sed cointellecta proportione creaturę illam imitantis prout ab ea deficit, & illam imitatur.

245 Secundo Probatur.

Secundo probatur; nam divina essentia est creaturarum idæa prout obiectivè regulat actionem, qua Deus operatur creaturas, sed hanc nō regulat essentia divina se sola, sed cognita vt imitabilis ab homine secundum suam vltimā differentiam: Deus enim non producit hominem cognoscendo essentiam suam absolutè, nec cognoscendo illam vt imitabilem à creaturis in communi, sed vt imitabilem ab homine secundum sibi propria, quibus distinguitur ab alijs creaturis: ergo non est se sola idæa hominis, sed cointellecto homine vt illam peculiariter imitante, & cointellecta proportione qua homo cum illa proportionatur secundum sibi propria quibus ab alijs distinguitur.

240 Secunda

Quod amplius vrgetur primo ad hominem contra aliquos exnostris Thomistis, asserentes, divinam essentiam in ratione idæ per respectum rationis compleri, quamvis causa realis sit: ergo pariter quāvis divina essentia secundum sibi intrinseca exemplaritèr causet creaturas, poterit per aliquid sibi extrinsecum in ratione idæ compleri. Probatur consequentia primo, nam plus distat ens rationis à cau- 245 Contra 1.

Digitized by Google

sa recalì, quam ens reale extrinsecum di-
ffet à causa influente secundum intrin eca
sibi : ergo si potest divina essentia vt i ęa,
quamvis causa realis sit, compleri per es-
pectum rationis poterit etiam quam vis
secundum sibi intrinseca exemplar èr
causet creaturas, per illas, etsi extrin ca
sint, in ratione idęæ compleri. Secu do;
nam ideò potest per respectum ration s in
esse idęæ compleri, quia non accipit a il-
lis continentiam idæati, nec vim cau ti-
vam illius, sed solum appropriationet er
go ob eandem rationem poterit in ra o-
ne idęæ compleri per ipsas creatura vt
cognitas, quamvis extrinsecæ sint.

147 Confirmatur secundo; nam ratio qu re
Confir. 2. non potest divina essentia per respe tus
idæales compleri in ratione idææ; cess t in
sententia asserente compleri in rati one
idææ per ipsas creaturas vt cognitas: e go
asserendum est non per respectus idę a les,
sed per creaturas vt cognitas com p le-
ri in ratione idææ. Probatur ant ce-
dens; ratio primi est; quia existi t ab
æterno divina essentia vt idęa, re spec-
tus autem rationis non existunt ab
æterno; sed creaturę, etsi in se non
existant ab æterno, sunt tamen ab
æterno cognitæ à Deo : ergo ratio qua-
re non potest divina essentia per re spec-
tus idæales compleri in ratione idææ, ęa,
cessat in sententia asserente compleri in
ratione idææ per creaturas vt a Deo cog-
nitas, & cointellectas.

248 Confirmatur, & vrgetur tertio ad ho-
Confir. 3. minem contra plures extra Scholam n.
Thom. asserentes, decretum Dei l ibe-
rum non esse adæquatè Deo intri n se-
cum, sed constitui ex actualitate v o li-
tionis necessariæ Dei, & effectibus e rea-
tis, vel actione, qua causantur; & tamen
Deus per decretum liberum causat cr ea tu
ras: ergo licet divina essentia vt idææ e xem
plariter causet creaturas, poterit per i llas
quatenus à Deo cognitas compleri in ra-
tione idęę. Scio doctrinam istam de con-
stitutione decreti posse contra nos re tor-
queri, cui obiectioni respondebimus *disp. sequenti.*

249 Secundo, aliter prædicta solutio im pug-
Secundo aliter solutio impugnatur natur; divina essentia non est exemplar ho
minis vt distincti ab equo, & equi vt di stin
cti ab hominis sub eadem omninò ra tio-
ne : ergo non solum datur distinctio ex
parte creaturarum imitantium divi nam
essentiam, sed etiam ex parte essentię pro-
vt est illarum idæa, & consequenter ex di-
stinctis proportionibus, quibus creatu ræ
comparantur ad Deum, benè à D. Thom.
colligitur idæarum distinctio. Probatur
antecedens, sub ea ratione divina essen-
tia est exemplar hominis, & equi, sub qua
homo, & equus assimilantur cum illa; sed
non assimilantur homo, & equus cum es-
sentia divina sub eadem omninò ratione:
ergo non est exemplar hominis; & equi
prout inter se distinguuntur, sub ratione
omninò eadem. Maior cum consequentia
tenet, Minor autem probatur; quę nam-
que vni, & eidem sub eadem ratione assi-
milantur, assimilantur etiam inter se; sed
homo, & equus secundum suam vltimam
differentiam non assimilantur inter se;
aliàs per illas non distinguerentur specifi-
cè; ergo secundum illas non assimilantur
essentiæ divinæ sub eadem omninò ratio-
ne, & consequenter sub diversa ratione est
exemplar hominis, & equi, idenque de
alijs creaturis dicendum prout inter se di-
stinguntur.

Explicatur, & vrgetur, si duratio Anti-
Christi futura contineretur in divina æter-
nitate, secundum eandem virtualitatem, se
cundum quam duratio hodierna contine-
tur in illa, duratio Anti Christi futuri, &
duratio hodierna coexisterent necessario
inter se, vt constat ex dictis *suprà disp.* 41.
§. 4. & *vltimo* : ergo si homo secundum
suâ vltimâ differentiâ assimilaretur divi-
næ essentiæ, & imitaretur illam secundum
eandem omninò virtualitatem, sub qua
illi assimilatur, eamque imitatur equus se
cundù suâ vltimam differentiâ, homo, &
equus secundù vltimas differentias, quibus
essentialiter distinguuntur, assimilâtur in-
terse; cúque hoc sit implicatorium, necessa-
rio est asserendù, ex parte divinę essentiæ
dari aliquâ distinctionē provt terminat di
versas creaturarum proportiones, & sic
salvabitur doctrina Augustini *lib.* 83. *quæ-
stionū quæst.* 36. asserentis : *Singula propriùs
esse creata rationibus, nec eadem ratione condi
tos hominem, & equum*, cuius contrarium
asserere, absurdum censetur ab Augusti-
num.

Confirmatur, & vrgetur secundo; nam 2
divina essentia est idæa hominis prout est Con
ratio obiectiva cognoscendi hominem,
& idęa equi, prout est ratio obiectiva
cognoscendi equum; sed non est ra-
tio cognoscendi equum sub eadem om-
ninò ratione sub qua est ratio cognos-
cendi hominem : ergo non est idęa vtriuſ
que sub eadem omninò ratione, & con-
sequenter vt idæa equi distinguitur à se ip-
sa vt idæa hominis. Maior cum conse-
quentia tenet, & minor probatur : potest
nâque videri divina essentia prout est ratio
cognoscendi equum, & non videri prout
est ratio cognoscēdi hominē; ergo non est
ratio cognoscendi hominē sub eadē om-
ninò ratione, sub qua est ratio cognoscēdi
equum.

equum. Probatur antecedens; etenim nō cognito equo, non cognoscitur, nec videtur divina essentia prout est ratio cognoscendi ipsum, & similiter non cognito homine, non cognoscitur, nec videtur divina essentia prout est ratio hominem cognoscendi, sed potest equus in divina essentia cognosci, non cognito homine, & è conuerso potest cognosci homo, non cognito equo: ergo potest divina essentia videri vt est ratio cognoscendi equum, & non videri vt est ratio cognoscendi hominem, & è conuerso, potest videri vt est ratio cognoscendi equum. Et ratio omnium à priori est nam licet divina essentia vt imitabilis est à creaturis, sit vna, & indivisibilis formaliter, est tamen multiplex eminenter: vnde quamvis homo imitetur totalitèr illam imitatur totaliter, nec totam eminentialis significatur nomine idææ, hinc fit vt idea multiplicetur; denturque plures idææ.

252 *Prima solutio.*

Ex dictis inter probandum distinctionē colligitur ad argumentum Aurcoli num. 185. propositum; prima allerendo, quod licet ex parte divinæ essentiæ imitabilis multiplex non sit; quia tamen proportiones creaturarum sunt plures, & per illas vt ab æterno cognitas ab intellectu divino, essentia divina in ratione idææ completur, fit consequens, vt essentia multiplex, & quod denturplures idææ. Secundo allerendo, quod licet divina essentia non sit idea vnius creaturæ secundum aliam rationem, & alterius secundum aliam formalitatem; bene tamen sit probatio Aurcoli; nam licet in deo vnius, & eiusdem formalitèr, aut realitèr, aut quidditatiuè, non obstante illius tangatur, potest tamen non tangi totum eminenter, quando, & si fit formaliter multi plex. Et ita in præsenti contingit; nō enim essentia vna formalitas alia formalitas omnes imitātur eandem, nam essentia creatura imitata ab alia creatura, & alia forma imitabilitas non tamen divinæ essentiæ formalitas equus imitatur illam pro eminentia, & homo pro eminentia, & quia natura humana continentem hominem eminenter, & totam totalitate formali nostram eminentiali. Ex his ergo solutione occurritur ad ea, quæ pro tentia Caietani adducuntur num. 204. & de inceps.

Secunda solutio.

Restat modo vltimo argumento principali num. 177. proposito occurrere, & quidem iuxta primam solutionem absque vlla difficultate illi occurritur; nam licet creaturæ vt obiectivè cognitæ à Deo non sint idæa, per quam Deus operetur creaturas, cum tamen divinam essentiam compleant in ratione idææ, sufficit, vt illis multiplicatis plurificentur idææ. Et in forma aplicando hanc doctrinam respondeo, concessa maiori, distinguendo minorem: si essentia idææ adæquatè in aliquo increato consistit, concedo minorem: si solum in adæquatè, nego minorem, & consequentiam, vel distinguo consequens: ergo consistit idæa in creaturis cognitis a Deo formalitèr, aut tanquam in ratione formali constitutiva, nego consequentiam: completivè, & vt id in quo divina essentia in ratione idææ completur, concedo consequentiam.

253 *Prima solutio ad principale argumentum.*

Et ex his ad confirmationem primi argumenti dicatur, loqui D. Tho. de quod secundario intellecto, cum docet multiplicari, & ex hoc infert multiplicari idæas non quia in creaturis secundario intellectis consistat idæa divina formalitèr, sed quia per illas Dei essentia in ratione idææ completur. Quam doctrinam etiam amplectuntur, qui idæas divinas multiplicāt per respectus idéales: isti namque cum sint aliquid rationes non possunt pertinere ad obiectum primarium intellectionis divinæ, & tamen idéas divinas multiplicant in sententia Caietani, non quia obiectum primarium divinę intellectionis multiplicent; sed quia primarium divinæ intellectionis obiectum in ratione idęę per illos respectus cōpletur, ideoquè multiplicant divinas idéas, & non multiplicant obiectum divinæ cognitionis primarium.

254 *Ad cōfirmationē.*

Quia tamen sententia, hæc de constitutione idéarum per creaturas vt complē respondentes Dei essentiam in ratione ideę, non est satis grata nostris Thomistis, respondetur secundo, argumento principali, concessa tota maiori, negando minorem: nam licet materia ex qua diuinum non possit realitèr multiplicari, potest tamen esse multiplex eminenter; & sub hac distinctione eminentiali concepta nostro intellectu, & vt sic significata, hæc distinctio concepta, & significata habilitat ad plurificandas idéas: vnde idea diuinis distinguitur ab ideaequali; nam licet diuina essentia sit vna, noster tamen intellectus concipit divinam essentiam prout illa eminenter continentem hominem, non conceptę

255

cepta vt continente, & connotante c… …uſi, comparari cum creaturis ; eo quod idæa & cum hac præcisione ſignificat id … …am non ſignificat obiectum primo intelle- hominis, & idęam equi, indeque idęa … …o- ctum vt comparatum cum cognitione di- minis ad idęa equi diſtinguitur diſtinc… …io- uina, ſed ſub connotatione ad creaturas vt ne rationis formali per noſtri intelle… …ctus ab illis imitabilem. operationem, & eminentialiter in re … …ad Et ex his ad tertiam probationem, di- quod neceſſarium eſt, quod divina eſſ… …ntia ſtinguo maiorem: ſecundum ordinem ad ſortiatur rationem idęæ, non, vt co… …nita principium, concedo maiorem: ſecundũ abſolutè, ſed vt imitabilis à creatur… …s in ordinem ad creaturas, nego maiorem: & particulari. concella minori, nego conſequentiam, vt

256 Et ex his ad primam confirmatio… …m enim docet D. Thomas *Infra quæſt. 34.* ad miſſa doctrina D. Thomę, nego m… …no- *art. 3. ad 4. Nomen idæ principaliter eſt* rem: ſubſtitit enim doctrina Angelici … …ræ *impoſitum ad ſignificandum reſpectum ad* ceptores quamvis creaturæ non ſort… …an- *creaturas, & ideo pluraliter dicitur, ſed* tur rationem idææ, per hoc quod divin… …eſt *nomen verbi principaliter impoſitum eſt ad* ſentia ſit idæa creaturarum, non vt ab… …lu *ſignificandum reſpectum ad dicentem*: quæ rè cognita, ſed vt connotans creatura … …in doctrina vt ſupra explicuimus non eſt ac- particulari. Ad primam probationem … …ci- cipienda de reſpectu ad creaturas, qui ve- horis, conceſsis maiori, & minori, di… …ſi n- rè reſpectus ſit, ſed de connexione cum guo conſequens: intellecta de *quod* pri… …ma a- creaturis, & connotatione illarum a nobis rio intellecto accepto ſecundo ſe, co… …n- ad inſtar reſpectus conceptam, & hoc ſuf- do conſequentiam: accepto de *quod* pri… …ma ficit vt idæ ſint plures in Deo, Verbum rio intellecto vt connotante obiectum … …ſe autem vnum ſit: quia licet vtrumque ſigni cundario intellectum ſumptum in par… …ticu ficetur vt quod intellectum, diverſo modo lari, nego conſequentiam; itaque ma… …ior ſignificatur: nomine enim verbi ſignifica- D. Thomæ non eſt quod obiectum pri… …ma tur per ſe primo ordo ad dicentem, qui rium intellectionis divinæ multiplic… …atur vnus eſt, tam formaliter, quàm eminen- in Deo: hoc enim multiplicari non po… …teſt ter: nomine autem idææ ſignificatur per ſe non multiplicata intellectione nec m… …ulti primo connexio cum creaturis, quæ emi- plicatio iſta exigitur ad multiplicatio… …nem nenter eſt multiplex, & à nobis ad inſtar idææ; nam idæa non ſignificat obiect… …um reſpectus formaliter multiplicati conci- primario intellectum abſolutè, & pr… …out pitur. cum intellectione divina comparatu… …m, Ad ſecundam confirmationem, diſtin- ſed ſignificat divinam eſſentiam per co… …mi- guo conſequens: plures rationes propriæ pluralitate reali formali, nego conſequen- paratione ad creaturas, & vt illas in … …par tiam: plures rationes propriæ pluralitate ticulari connotatem; ac proinde vt i… …dęę in re eminentiali, & per rationem noſtrã multiplicentur, ſufficit multiplicari ob… …iec- formali, concedo conſequentiam, & ſub ta ſecundario intellecta, quas in pa… …rti- eadem diſtinctione minoris, nego conſe- culari connotat divina eſſentia vt idæas … …na quentiam; nam licet in Deo non dentur per hoc divina eſſentia, & ſi entitativè … …ia- plures rationes increatę pluralitate reali varia ſubſiſtat, & etiam in ratione ob… …iec- formali, dantur tamen plures rationes in- ti prout comparata cum cognitione di… …vi- creatę pluralitate in re eminentiali, & per na; prout tamen connotatis creaturis … …eſt rationem noſtram formali, ſignificatę no- ratio illas cognoſcendi, & producendi … …do mine *idææ*, & ſic dantur plures idææ, & ſi cipitur vt multiplex, eminenter prou… …tur in non in creaturis cognitis; ſed in eſſentia re, & per noſtros conceptus formaliter … divina ſit poſita ratio idęæ, vt enim argu-

257 Ad ſecundam minoris probationem … …di mentabamur ſupra, divina eſſentia vt eſt ra- *Ad 2. probationem minoris.* ſtinguo antecedens: in vno obiecto om… …ni- tio cognoſcendi hominem aliquomodo nò immultiplicato per comparation… …em diſtinguitur à ſe ipſa, vt eſt ratio cogno- ad intrinſeca, nempè ad divinam cogni… …tio ſcendi equum, quandoquidem poteſt ſub nem, concedo antecedens: omninò im… …mi- vna ratione cognoſci, ſub alia manente multiplicato per comparationem ad … …exi- non cognita, & cum non poſsit inter vnã, tra, nempè ad creaturas exemplatas, & … …ſe- & aliam rationem intercedere diſtinctio cundario intellectas, ſubdiſtinguo ante… …ce- formalis in re, eſt adſtruenda diſtinctio dens: omninò immultiplicato realiter, … …cõ eminentialis in re, & per noſtram ratio- cedo antecedens: immultiplicato emine… …n- nem formalis. ter, nego antecedens, & nego conſequen- tiam, nec vt ſint plures idææ requiri … …tur Ad tertiam confirmationem conſtat ex multiplicatio obiecti primo intellecti … …vt dictis, nempè, Divum Thomam loquĩ de comparato cum divina cognitione, ſed … …ſuf- *Ad 3.* primo *quod* intellecto, non accepto ſecun- ficit multiplicitas eminentialis illius … …vc dum ſe, & abſolutè, ſed vt connotante ob- iectum

iectum secundo intellectum, sub qua connotatione significatur nomine idææ; & multiplicatur in Deo, non multiplicatione reali formali, vel virtualis, sed multiplicatione in re eminentiali, & per rationem nostram formali.

261 Inst. 1. Sed instabis primo, distinctio eminentialis inter divinam essentiam vt imitabilem ab homine, & vt imitabilem ab equo non sit vt essentia divina in ratione idææ sit multiplex, & consequenter nec sufficit vt in Deo sint plures idææ; sed pluralitas idæarum sit sufficiens ad hoc enim illam Angelicus Doctor statuit, vt in Deo sint plures idææ: secus autem plures sapientiæ vel artes: ergo pluralitas de qua D. Thomas loquitur, maior est quam eminentialis. Maior in qua sola est posita difficultas probatur, nam in divina essentia vt effective participabili ab homine, & equo, est distinctio eminentialis in ratione effectiue participabilis, & tamen hoc nō sufficit, vt divina essentia sit multiplex in hac ratione ad multiplicandas omnipotentias divinæ essentiæ conuenit in ratione imitabilis ad hominem, & equum, non sufficit vt divina essentia sit multiplex in ratione imitabilis, nec ad multiplicandas idæas.

262 Instabis secundo. Secundo, & explicatur magis, quod homo, & equus secundum suas vltimas differentias diuersimodè participent diuinā essentiam vt principium efficiens, non sufficit ad multiplicandam participabilitatem diuinam: ergo quod homo, & equus secundum suas vltimas differentias diuersimodè imitentur diuinam essentiam, non sufficit ad multiplicandā imitabilitatem diuinā, nec ad hoc quod diuina essentia in ratione exemplaris sit multiplex. Consequentia videtur bona à paritate rationis. Antecedens autem probatur, si sufficeret ad multiplicandam omnipotentiam diuinam, sufficeret ad multiplicandam omnipotentiam in Deo, alias de bereticis, si-mus concedere plures omnipotentias, quod est absurdum: ergo diuersitas, quahomo, & equus participant Dei essentiam vt primum efficiens, non sufficit ad multiplicandam essentiam diuinam ex doctrina tradita in distinctione, quæ pugnat cum doctrina tradita in hac sectione. 1.

263 Instabis tertio. Tertio instabis magis, sequitur, idæas diuinas distingui realiter virtuali, consequens est contra nando modum 206. & sequentibus litatem idæarum: ergo doctrina falsa. Probatur sequela; vt etiam disp. 5. docuimus, distinctio ir opposita de causa proxime explicata tributorum in Deo in nullo alio consistit, quam in fundamento distinctionis rationis factibilis a nostro intellectu; sed, vt tol ventes argumentum principale docuimus idæa distinguuntur distinctione in re eminentiali, & per rationem nostram formali, quæ distinctio a nobis facta supra distinctionem eminentialem fundatur: ergo distinguuntur distinctione virtuali.

Explicatur, & vrgetur, ideò intellectus divinus distinguitur virtualiter à divina voluntate, quia fundat prout est in re distinctionem rationis, qua prout à nobis conceptus, formaliter ab illa distinguitur; sed distinctio, qua idea hominis vt à nobis concepta, distinguitur formaliter ab idæa equi, fundatur in divina essentia, vt in re exerceat munus idææ: ergo est virtualis distinctio. Confirmatur.

Respondeo ad primam instantiam, negando maiorem: ad illius probationem, concessa maiori, & minori, negando consequentiam; ratio autem discriminis est; nam distinctio eminentialis effectiva non significatur nomine *omnipotentiæ*, non enim significatur hoc nomine vis productiva creaturarum in particulari, sed tollit in communi, & ideò, quamvis detur prædicta distinctio in Deo, non dicitur omnipotentia pluraliter, nec omnipotentia multiplicatur, distinctio autem eminentialis exemplaris competens diuinæ essentiæ, significatur nomine idææ: quia hoc nomē non significat divinam essentiam secundū se nec vt absolutè imitabilem à creaturis, sub conceptu communi creaturæ, sed vt imitabilem à creaturis in particulari, & ideò nomen *idee* pluraliter dicitur, & idæ multiplicantur in Deo; vt enim nomen aliquod dicatur pluraliter, non sufficit quęcumque distinctio, sed requiritur distinctio per nomen significata. 264 Respond. Ad 1. instantiam.

Et ex his ad secundam instantiam respondeo, negando antecedens; nam re vera participabilis effectiva divina est multiplex eminenter, & continentia activa, qua Deus continet creaturas, quamvis sit vna formaliter, & vnicum attributum in Deo; est tamen eminenter multiplex, ex quo nō sequitur esse in Deo plures omnipotentias nam omnipotentia non constituit in continentia activa hominis, vt ab equo distincti, aut è contra, nec aliarum creaturarum in particulari, sed in continentia activa omnium creaturarum, vt stant sub ratione communi entis creabilis; & ideò quam dicitur vis continentię activæ creaturarum sint pluraliter dicitur, cuius oppositum in idæa dicitur. 265 Ad 2.

tingit. Per quod ad antecedentis probationem conſtat ſolutio: & ratio eſt, nam divina eſſentia ſignificatur nomine idææ eo modo, quo à Deo cognita exercet rationẽ idææ, & quia exercet hanc rationem cognita à Deo vt imitabilis à creatura in particulari, idcò prout ſit imitabilis, ſignificatur nomine *idææ*, quæ ratio in omnipotẽtia non militat.

266 *Secunda.* Secunda ratio eſſe poteſt; nam omnipotentia divina concipitur à nobis per ſpeciem potentiæ creatæ, quę vna manens ſe extendi ad omnia, quę continentur ſub ratione ſpecificante illam, & quia omnes creaturæ continentur ſub ratione formali ſpecificante, vel quaſi ſpecificante omnipotentiam, concipit illam vt vnam ex comparatione cum ratione communi creaturæ, non autem vt multiplicem ex comparatione cum creatoris in particulari, & vt ſic illam ſpecificat; at verò eſſentiam divinam vt idęam concipit per ſpeciem ideę creatę, quæ multiplicatur, iuxta numerum idæatorum, vel ſi vnum exẽplar cauſat exemplariter plura, non cauſat illa, niſi vt comparatiuè ſingulis in particulari, & reſpectivè ad illa in particulari cognitum, & idcò divinam eſſentiam concipimes vt idęam, non ſub reſpectu, aut connexione imitabilitatis à creaturis ſub conceptu communi creaturę, ſed à ſingulis in particulari, & quia nomina imponuntur ab hominibus ad ſignificandum res, eo modo, quo illas concipiunt, id circo nomen *idæa* ſignificat eſſentiam divinã vt imitabilem à creaturis in particulari, & vt illas vt ſic connotantem. Ex quo naſcitur, quod licet creaturæ in particulari materialiter comparentur ad imitabilitatem divinam in eſſe rei, ad illam tamen ſumptam in eſſe obiecti à nobis ſignificabilis formaliter comparantur.

267 *Ad 3.* Ad tertiam inſtantiam reſpondeo, diſtinguendo conſequens: diſtinctione virtuali plurium formalitatum, nego ſequelam: diſtinctione virtuali vnius formalitatis continentis plura eminentèr, concedo ſequelam: & ſub eadem diſtinctione minoris, nego conſequentiam. Contra quam diſtinctionẽ non vrget probatio minoris: Nos enim *num.* 206. impugnavimus diſtinctionem virtualem idęarum penes formalitates plures virtualiter, qualis eſt, quę reperitur inter intellectum, & voluntatem, inter quę, & alia attributa, licet non ſit formalis realis diſtinctio; eſt tamen diſtinctio virtualis formalitatum; quia fundant diſtinctionem rationis factam à noſtro intellectu concipiente formalitatem intellectus vt diſtinctam formaliter à formalitate voluntatis, ita vt ex parte obiecti diſtinctæ formalitates noſtro intellectui reſpondeant, eo quod vt *ibi* arguebamus, ſi idææ ſic diſtinguerentur quilibet beatus videndo divinam eſſentiam, neceſſario cognoſceret omnes creaturas poſsibiles ſumptas in particulari. Diſtinctio autem idearũ non eſt huiuſmodi, non enim imitatur homo vnam Dei formalitatem, aut vnum Dei prędicatum, & aliam formalitatem, aut prædicatum imitatur equus, ſed equus homo, & omnes aliæ creaturę imitantur vnam, & eandem formalitatem divinam, non tamen omnis creatura imitatur illam adæquatè eminenter, ſed eminenter inadæquatè, & quia *idea hominis* ſignificat divinam eſſentiam, vt inadæquatè eminenter imitatam, & ſimiliter *equi, & aliarum creaturarum*: ſit conſequens, quod eſſentia divina vt à nobis concepta, vt idęa hominis, diſtinguatur ratione à ſe ipſa vt concepta, & ſignificata vt idæa equi, non vt alia, & alia formalitas, ſed vt vna formalitas eminenter inadęquatè concepta, & quia beati Dei eſſentiam videntes, licet neceſſario videant omnes Dei formalitates, non tamen neceſſario illas vident adæquatè eminenter: fit conſequens, vt ex diſtinctione idæarum prout à nobis conſtitura, non inferatur, quod beatus videns Deum, neceſſario debeat omnes creaturas videre. Pro cuius doctrinæ claritate videantur, quæ in ſimili diximus *ſupra diſput.* 41. §. 4. & 5.

Ex dictis in diſputationis diſcurſu colligo primo; ſi divina eſſentia non contineret eminenter creaturas, non fore idęam illarum obiectivam, nec formalem. Quod probo: nullo enim ex prædictis modis eſſet creaturarum idęa, niſi illas repræſentaret; cum idæa formalis ſit quatenus Verbum eſt, & eſſe Verbi in repræſentatione actualiſsima conſiſtat, & idæa obiectiva ſit quatenus vt obiectum primarium, eſt ratio obiectiva cognoſcendi creaturas, & modum producibilitatis illarum: quod munus exercere non poſſet, niſi illas repręſentaret; ſed ſi non contineret eminenter creaturas, non repræſentaret illas: ergo non eſſet idęa creaturarum formalis, nec obiectiva. Probo minorem; nam omnis repræſentatio fundatur; vel in ſimilitudine cum obiecto repręſentato, ſicut imago repræſentat ſuum Prothotypum, vel independentia, ſicut effectus repręſentat ſuam cauſam; quia dependet ab illa, vel ſupra continentiam obiecti repręſentati, ſicut cauſa repręſentat ſuum effectuum, quia illum continet in ſe continentia formali, aut eminentiali; ſed divina eſſentia non poteſt repręſentare creaturas ratione ſimilitudinis formalis cũ illis, vt conſtat ex di-

2 *Pr. Co rium Prel*

bis, nec quia dependeat à creaturis, vt omnibus est conspicuum: ergo solum potest illas repræsentare ratione continentiæ creaturarum; cumque illas non contineat continentia formali, loquendo de creaturarum proprijs prædicatis, solum potest illas repræsentare ratione continentiæ eminentialis, & consequenter si non contineret creaturas eminenter, nullatenus illas repræsentare posset.

269 2. Corollarium.

Colligo secundo, Dei essentiam esse idæam creaturarum, non ratione attributorum, sed ratione sui prout virtualiter differt ab attributis. Quod docuit Capreolus *in 1. distinctione 36. quæst. 36. quæst. 1. in solutione ad 1. ex argumentis Aureoli secundo loco positis contra primam conclusionem.* Et quidem loquendo de idæa formali, facili ratione probatur: vt enim docuimus, *supra disp. 25. num. 80. & sequentibus*, sola divina essentia prout ab attributis distincta, est species qua intellectus divinus fœcundatur ad intelligendum, & cum illo ex parte principij ad intellectionem concurrit: ergo sola divina essentia, vt virtualiter ab attributis distincta, est verbum, sumpto verbo essentialiter, non notionaliter ex parte obiecti terminans intellectionem, & consequenter sic sumpta est idæa formalis creaturarum. Secunda consequentia ex prima colligitur; nam est idæa formalis, prout Verbum: ergo si se sola vt ab attributis distincta obtinet rationem verbi, se sola vt ab attributis distincta, est formalis idæa. Prima autem consequentia probatur primo a paritate rationis Secundo; nam ideò se sola est species, quia est in ratione specici infinita, & consequenter sufficiens ad omne obiectum, quod à divino intellectu intelligitur; sed etiam est infinita in ratione verbi essentialis: ergo se sola, vt distincta ab attributis, obtinet rationem verbi essentialis, non solum respectu sui, sed etiam respectu attributorum, & creaturarum.

Pro 1. p. Probatur

270 Pro 2. pars Probatur 1.

Quod autem divina essentia, vt distincta ab attributis, sit etiam idea obiectiva, probatur; vt enim docuimus *disp. 25. citata*, divina essentia vt distincta ab attributis, est obiectum formale primarium, motivum, & terminativum divini intellectus: & consequenter est prima ratio obiectiva cognoscendi attributa, relationes, & creaturas, sed id ipsum quod est prima ratio obiectiva cognoscendi creaturas, est quod obiectivè regulat operationem, qua Deus illas operatur, & consequenter obtinet rationem idææ obiectivè: ergo divina essentia, vt attributis distincta, se sola est idæa obiectiva. Præterea, nam esse idæa obiectivam creaturarum convenit Deo ratione continentiæ eminentialis illarum, vt conflat ex fæpè dictis, sed divina essentia se sola, vt distincta ab attributis, continet radicaliter omnia attributa, & eminenter creaturas: ergo se ipsa, vt ab attributis distincta, est idæa obiectiva creaturarum.

Secundo.

271 Oppones.

Si opponas: gratia habitualis est formalis participatio naturæ divinæ sub conceptu naturæ, lumen gloriæ est formalis participatio divini intellectus, & charitas est participatio formalis divinæ voluntatis: ergo gratia imitatur essentiam, vt ab attributis distinctam; lumen gloriæ non essentiam, sed intellectum, & charitas non essentiam, sed voluntatem divinam; sed Deus est creaturarum idæa prout illum imitantur creaturæ: ergo licet divina essentia, vt distincta ab attributis, sit idæa gratiæ habitualis, non tamen est idæa luminis, & charitatis, & consequenter se sola non est omnium creaturarum idæa.

Respond.

Respondeo, essentiam divinam, vt ab attributis distinctam, continere eminentialiter, non solum gratiam, sed etiam charitatem, & lumen; ac proinde lumen, & charitas sufficienter Dei essentiam imitantur vt sit illarum idæa: intellectus autem divinus, & divinas voluntas, & si participentur formalitèr à lumine, & charitate; quia tamen a Deo non ratione sui, sed ratione essentiæ cognoscuntur *motivè*, & *terminativè*, non sunt Deo ratio cognoscendi creaturas, ac proinde ratione sui non regulant *obiectivè* actionem, qua Deus causat charitatem, & lumen quod tamen necessarium erat vt essent idææ obiectivæ, per quas Deus illa causaret.

272 Tertium corollarium. Probatur

Tertio infertur, & si verbum divinum procedat ex cognitione, Dei essentiam nõ esse idæam respectu illius. Quod patet; nã idea est vera, & realis causa, & consequenter petit realiter à suo effectu distinguj; sed divina essentia non distinguitur realiter à verbo: ergo idea illius non est, quam-visex illius cognitione procedat. Quod Confirma tur. amplius vrgetur, vt enim docet Divus Thomas *quæst. 3. de veritate, art. 2. in corpore*, idea præter causalitatem exemplarem exercet etiam causalitatem finalem respectu idæati, & actionis qua formatur; sed divina essentia non est finis verbi, nec actionis per quam verbum producitur: ergo idæa illius non est.

273 Vna idea Pra. Quarum

Denique infertur: pro illis, quæ actione tantum fiunt, vnam tantum practicam dari. Quod patet; nam idea practica est regula actionis, per quam tum formatur; sed pro vna actione danda sufficit vna regula: ergo respectu illorum, quæ fiunt vnica actione, vna

practica ſufficit. Quæ autem ſint illa quæ pereunt per vnam actionem produci, & quibus repugnet duas terminare actiones; non eſt noſtrum in præſenti examinare eſt enim phyloſophica, aut metaphyſica quæſtio. Et hæc de iſta Diſputatione.

DISPVTATIO QVADRAGESIMA QVARTA.

An intellectus diuinus poſsit aliqua entia rationis formare?

§. I.

Relatis ſententijs, ſtatuitur prima concluſio.

Nu. 1. *Prima ſententia. Scotus, Durand. Molina.*

POSSE Deum omne ens rationis efficere, docuerunt ex antiquis Scotus *in 1. diſtinction. 36. q. 1.* Durandus *in primo diſtinction. 2. q. 37.* ſequitur Molina *1. part. q. 12. art. 8. diſp. 3.* quibus conſentiunt aliqui moderni, aſſerentes, diuinum intellectum poſſe ens rationis efficere illud intelligendo, etiam ſine ordine ad intellectum creatum, nec vt confictum, nec vt confingibili ab ipſo.

Secunda. Alij licet concedant, Deum efficere poſſe omnia entia rationis, non autem abſolutè ea intelligendo, id poſsè contingere docent, ſed quatenus illa intelligit vt factibilia, vel fabricabilia ab intellectu noſtro. Ita Arrubal *1. parte, diſp. 34. cap. 7.* Salablanca *in ſua Logica, tractatu de ente rationis.* *Arrubal. Salabl.*

Tertia. Suarez. Vazq. Alij per oppoſitum docent, Deum nullum ens rationis efficere poſſe, ſic ſentit Suarez, conſentit Vazquez, & Moderni Thomiſtæ communiter eandem ſequuntur ſententiam.

Quarta. Alij media incedentes via aſſerunt, aliqua entia rationis Deum efficere non poſſe, qualia ſunt figmenta, relationes generis, ſpeciei, & huiuſmodi: alia verò, qualia ſunt relationes quibus complentur idæ, & libera decreta voluntatis diuinę, abſque vlla imperfectione efficere poſſe defendunt. Sed pro veritatis explicatione ſit

Prima concluſio: *Aliqua entia rationis ſunt, quæ Deus efficere non poteſt.* Hæc concluſio eſt expreſſa Diui Thomæ *in 1. ſententiarum, diſtinct. 2. quæſt. 1. artic. 3. in fine corporis.* vbi attributorum diſtinctione, & multiplicitatem, in intellectum creatū tanquam in cauſam efficientem refundit, Deo ſolum concedens fundamentum talis diſtinctionis. Illam inſinua Capreolus *in 1. diſt. 8. q. 4. art. 3.* Tradidit eam Caietanus *1. part. q. 13 art. 6.* quibus Thomiſtæ communiter ſubſcribunt, & multis omiſsis probatur. In enterationis chimerico, v. g. *Mons aureus*, hoc ens rationis reſultat ex eo quod extrema iſta, quæ realiter ſunt ſeparata, ab intellectu; vt coniuncta concipiantur; ſed huiuſmodi conceptio repugnat intellectui diuino: ergo, & iſtius entis rationis fabricatio. Diſcurſus tenet: Maior eſt certa & minor probatur: rem aliter ac eſt concipere, fictionem dicit, & imperfectionem intellectui diuino repugnantem; ſed concipere, vt coniuncta, quæ realiter ſunt ſeparata, eſt concipere rem aliter ac eſt: ergo talis conceptio omni no repugnat intellectui diuino.

Confirmatur, & vrgetur, omnis[illegible] repugnat diuino intellectui; ſed [illegible] peret illa extrema vt coniun[illegible]

Pr cla

Prul

cipere: ergo sic concipere illa non potest. Probatur minor: in divino intellectu non datur simplex apprehensio sicuti in nobis, vtpotè imperfectionem involvens, sed tantum iudicium: ergo si illa extrema vt cõiuncta cognosceret, esse iudicando illorum iunctionē, quę cū re cognita nontiant, sine falsitate nõ potest contingere.

4 *Respõdet Arrubal.* Dices cum Arrubale, loco allegato, hoc argumentum, tolum concludere cõtra Scotum, Durandum, & alios, asserentes, Deum illa entia rationis fabricare posse, illa primo, & per se concipiendo, nullo habito respectu ad intellectum creatum; non autem convincit, quod Deus illa conficere non valeat, ea concipiendo vt iam ab humano intellectu fabricata, in quo nulla iudicij falsitas intervenit, cum non iudicet illa esse absolutè coniuncta, sed solum coniuncta intelligi a nostro intellectu, in quo vt clare constat, nulla intervenit falsitas. Sed *Contra.* contra istam solutionem sic argumentor: actio supponens suum obiectum factum, non facit illud; at cognitio, qua Deus cognoscit ens rationis à me fabricatum, illud factum, & existens supponit, ex vi meæ intellectionis: ergo talis cognitio ens rationis non facit, nec illi existentiam communicat.

5 *Respond.* Respondebis, ex vi intellectionis divinę non communicari prædicto entis rationis existentiam, quam antea habeat, sed novam, & distinctam; cum namque esse entis rationis sit ab intellectu cognosci, tot existenti)s potest existere, quot cognitionis valet terminare. *Contra.* Sed contra primo, nulla entitas existere potest duplici existẽtia sibi adæquata, nec ab adæquatis causis, saltim connaturaliter, potest depẽdere; at ens rationis à me fabricatũ existit adæquatè per existentiam ex vi meæ cognitionis illi cõmunicatam, & adęquatè a mea intellectione depẽdet: ergo nequibit ab intellectu divino pendere, & ab illo novam existentiam recipere.

Secundo. Secundo, vt Deus dicatur ens rationis efficere, non sufficit, quod ei præexistenti novam existentiam cõmunicet, nisi eius entitatem etiam efficiat; at omninò repugnat, quod Deus eandem entitatem à me confictam, iterum eficiat: cum fieri, sit transitus de non esse ad esse: ergo repugnat etiã Deum illud ens rationis formare. Consequentia est bona. Minor certa videtur: & maior probatur; nã humanitas Christi Domini redditur existens ex vi actionis vnitivæ, & tamen quia ex vi talis actionis non fit secundum suam entitatem, non dicitur ex vi talis actionis produci: ergo vt Deus dicatur ens rationis efficere, *Illus.*ᵐ *Epis.*ᵖ GODOY. *in* 1.ᵖ. Tom. 2. non sufficit, quod ei novam existentiam communicet, nisi etiam eius entitatem efficiat.

6 Si dicas, non esse idem ens rationis, quod fit a Deo & quod fabricatum supponatur ab intellectu creato, sed distinctum numero: in contrarium obstat; in illa so- *Respond.* lutione incidere prædictos Authores in idem inconveniens quod vitare contendunt & fatentur sequi ex sententia Molinæ, nempe, quod Deus ens rationis confingat, quod omninò repugnat intellectui divino. Antemptam probo; illud namque ens rationis numero à præexistenti distinctum non habet esse verum, sed confictum cum non vere existat, sed existere appareat: ergo à cõfingente provenens, sicut mendacium habet esse à mentiente, at non ab intellectu creato: ergo ab intellectu divino; & consequentèr intellectus divinus illud confingit, quod inconveniens in propria sententia contendebant vitare. *Contra.*

7 Si propter hæc aliter ad argumentum factum respondeas, saltim Deum ens rationis efficere posse, quando illud cognoscit vt fabricabile ab intellectu creato: in *Respond.* contrarium argumentor dupliciter. Primo à priori: eius rationis nequit existere ex vi cognitionis, qua vt possibile tantum cognoscitur, sed cognitio terminata ad illud vt fabricabile ab intellectu creato, terminatur ad illud tantum vt possibile: ergo non potest ens rationis efficere, nec illi existentiam communicare. Consequentia tenet: minor est certa: & maior probatur. Existentia entis rationis non potest ei vniri, & communicari, nisi cognoscatur; at ex vi cognitionis terminatæ ad illud tantum vt possibile, non cognoscitur eius existẽtia: ergo ex vi illius non redditur existens. *Contra 1.* Maior est certa: & minor probatur. Existentia entis rationis ab illius essentia distinguitur, *positivè* quidem in Thomistica, & vera sententia, & mentium doctrina, saltim *negativè*: ergo potest illius essentia cognosci, nondum cognita eius existentia, maximè cum non habeat necessariam connexionem cum illa? nec fit de eius intrinseca ratione, at ex vi cognitionis, qua vt possibile tantum cognoscitur, præcisè cognoscitur quoad suam essentiam: ergo ex vi illius non cognoscitur eius existentia; & consequentèr nequit existere ex vitalis intellectionis.

Secundo. Secundo impugnatur prædicta solutio 8 ab inconvenienti; sequitur namque ex illa Deum non libere, sed necessariò entia rationis efficere; consequens absurdum. Tenet tur: ergo tradita solutio sublata est. Probo sequelam; cognitio qua ens rationis cognoscit vt fabricabile

poſsibile fieri ab intellectu creato, non eſt in libera poteſtate illius: tùm, quia ad ſcientiam ſimplicis intelligentiæ ſpectat, quę antevertit omne decretum liberum divinæ voluntatis: cum etiam, quia eſt eadem cum illa, qua vt poſsibilem vim fabricativam intellectus noſtri cognoſcit, quæ libera nõ eſt, ſed omninò neceſſaria: ergo ſi ens rationis exiſtit ex vi illius, non libere, ſed neceſſario exiſtit, nec eſt in poteſtate Dei illi exiſtentiam non communicare.

9 *Effugiũ quodam præcluditur.*

Quod ſi contrarij admittant ſequelam, nec inconveniens iudicent totum, quod infertur: ſequitur ex inde intellectum creatum, nullũ ens rationis efficere; cõſequẽs eſt abſurdum, & vt tale ab eiſdem Authoribus reputatur: ergo, & antecedens. Probo ſequelam, quodcumque ens rationis, quod ab intellectu creato poteſt confingi, ſupponitur exiſtens ex vi cognitionis diuinæ: ſiquidem omnia entia rationis ab æterno, & neceſſario, ſaltim vt poſsibilia cognoſcit; ſed illud, quod exiſtens ſupponitur, nequit ab intellectu creato confingi: ergo ſequitur ex tradita ſolutione intellectum creatum nullum ens rationis efficere. Minorem, in qua eſt difficultas, probo: fieri entis rationis eſt tranſire de nõ eſſe ad eſſe, non minus quam fieri entis realis in ſimili tranſitu conſiſtit; ſed ens rationis, quod exiſtens ſupponitur, nequit tranſire de non eſſe ad eſſe, cum iam ſupponatur ſub exiſtentia: ergo ſi exiſtens ſupponitur nequit ab intellectu creato confingi.

10 *Si dicas. In cõtrariũ obſtat*

Si dicas: non confingere illud quod exiſtens ſupponitur, ſed aliud nugiero ab illo diſtinctum: obſtat in contrarium: quia hoc ens rationis numero, quod ab intellectu creato modo confingitur, ſupponitur exiſtens, cum ſupponatur cognitum à Deo, vt fabricabile ab intellectu creato, ex vi cuius actionis ens rationis exiſtit: ergo ſolutio iſta inſufficiens eſt, & vim argumenti facti non penetrat.

§. II.

Nullum ens rationis poſſe effici ad intellectu divino, probatur.

11 *Secunda concluſio.*

SEcunda concluſio: *Deus nequit efficere relationem rationis, & conſequenter nullum ens rationis fabricare valet.* Contrarium huius concluſionis videntur docuiſſe antiqui Thomiſtę, ſi ſuperficialiter inſpiciantur; ſecus ſi vt debent, intelligantur, & nos ipſos poſtea interpretabimur, & in verum noſtrę concluſionis ſenſum rediſſemus. Illam defendunt moderni Thomiſtę, paucis exceptis, quibus conſentiunt Suarez, Vazquez, & alij ſupra allegati. Et

Prob. 1. probatur primo, meo videri ſatis efficaciter: Deus non poteſt efficere ens rationis chimericum in omnium Thomiſtarum ſententia, quia nequit vt coniuncta concipere extrema realitèr inter ſe ſeparata; cum talis intelligendi modus fictionem involvat, & imperfectionem divino intellectui repugnantem: ergo eadem ratione nequibit, vt relata cognoſcere illa, quæ revera relata non ſunt; hoc enim eſt fingere, non minus quam primum, & rem alitèr ac eſt cognoſcere, nec cum illa in cognoſcendo adęquari, quæ omnia repugnant perfectioni ſummæ divini intellectus, omnia ſicuti ſunt cognoſcentis: tùm ſic, ſed relatio rationis, quæcumque illa ſit, refulat ex eo quod ea, quę revera relata non ſunt, vt ad invicem relata cognoſcantur: ergo nullam relationem rationis Deus valet efficere.

Secuudo: ſi aliquam relationem rationis Deus poſſet efficere, maximè reſpectus idæales, quibus diſtinguuntur idææ, ſed iſtas non: ergo nullam relationem rationis Deus poteſt efficere. Maior eſt certa, & minor probatur: tùm ratione facta, Deus namque ſuam eſſentiam cognoſcit, vt eſt in ſe; at eſſentia divina nullum reſpectum dicit ad creaturas: ergo Deus nequit illam vt ad creaturas relatam cognoſcere: & cõſequentèr idęales reſpectus non poteſt efficere: tùm etiam: quia in communi Thomiſtarum ſententia, Deus nequit efficere diſtinctionem rationis, diſtinguendo illa, quæ revera diſtincta non ſunt: quo circa Divus Thomas vt *ſupra* notavimus attributorum diſtinctionem, quia rationis eſt, & non realis, à divino intellectu relegavit, & ſoli intellectui creato illius efficientiam conceſsit; at ſi reſpectus idęalis efficeret, ſuam eſſentiam diſtingueret in diverſas idæas, ſola diſtinctione rationis; cum ex vi talium reſpectuum diſtinguantur idææ: ergo Deus nõ facit relationẽ rationis, ſeu reſpectus idęales, quibus diſtinguũtur idęę

Tùm denique, quia ex iſta ſententia ſequitur, Deum prædictos reſpectus neceſſario conficere; conſequens à mente Thomiſtarum videtur alienum: ergo, & antecedens. Sequela probatur, ſi namque Deus efficit prædictos reſpectus, illos effingit ex vi cognitionis qua ſuam eſſentiam, vt imitabilem à creaturis cognoſcit; at prædicta cognitio eſt omninò neceſſaria in Deo: non minus quam illa qua creaturas cognoſcit vt potentes imitari divinam eſſentiam: ergo nõ libere, ſed neceſſario efficit prædictos reſpectus.

Reſp. Reſpondebis, quod licet divina eſſentia abſolutè, & in ſe conſiderata reſpectum ad creaturas nõ dicat, cæterũ vt imitabilis ab hac

hac, & illa creatura in particulari respectus ad illas importat, & cum Deus id cognoscat, non solum absolutè, sed etiam vt imitabilem à qualibet creatura in particulari; consequens sit, quod illã concipiat vt dicentem respectum rationis & illud efficiat, nec ex tali modo cognoscendi sequitur fictio: quia licet ante cognitionem non dicat respectum, ex vi tamen cognitionis respectu dicit: vnde talis cognitio adæquatur cũ illa, non vt antecedit cognitionẽ, sed vt relata ex vi cognitionis.

14 *Reijcitur solutio.*

Sed contra: imitabilitas diuinæ essentiæ etiam ab hac, & illa creatura non conuenit ei ex vi cognitionis, sed veluti antecedenter ad illam: ergo etiam in ratione imitabilis, nullum respectum rationis ad creaturas importat. Patet consequentia, quia respectus rationis si daretur, deberet poni ex vi cognitionis, tùm sic: ergo nec etiam cognita vt imitabilis, cum respectu, vel vt relata cognoscitur. Patet consequẽtia: quia talis cognitio adæquatur cum illa vt est imitabilis: ergo si vt imitabilis respectum non dicit, quando cognoscitur vt imitabilis, non cognoscitur vt relata. Nec sufficit, quod ibi dicebatur ad tollendam fictionem: quia aliàs quodlibet ens rationis posset absque fictione conficere, quod ipsi non admittent. Patet sequela: quia eo ipso quod efficiatur ens rationis, quamvis ante cognitionem non competat, conuenit tamen ex vi cognitionis: ergo per hoc omnis fictio tolletur in efficientia cuiuslibet entis rationis. Maneat ergo firmum, Deum nullum ens rationis efficere posse. Quod si Antiquiores Thomistæ oppositũ videantur docuisse, interpretandi sunt de ente rationis pro fundamento, non verò pro formali, quem ad modum postea Diuum Thomam interpretabimur.

§. III.

Argumentis contra primam conclusionem occurritur.

15 *Contra. conclusionem arg. 1.*

SEd contra primam conclusionẽ arguitur primo: esse entis rationis est cognosci ab intellectu; sed omne ens rationis habet esse cognitum ab intellectu diuino: ergo omne ens rationis habet ab illo propriam existentiam. Dices, esse entis rationis non consistere formaliter in esse cognito, quantum ad extrinsecam cogniti denominationem; cum namque hęc sit aliquid reale nequit esse formalis existentia alicuius entis rationis: solum ergo in hoc esse cognito consistit consequutiuè, formaliter verò in aliquo intrinseco consequuto ex illo, supra quod cadit denominatio cogniti: vnde licet Deus omne

Respond.

ens rationis cognoscat, inde non sequitur omnibus illis existentiam tribuere. Sed contra, Deus cognoscit omnia entia rationis: ergo non solum illis communicat extrinsecam cogniti denominationem, sed etiam quod consequitur ex vi cognitionis: cum ergo ens rationis in aliquo consequuto ex vi cognitionis consistat, existentiam illis communicabit.

Replicabis,

Respondebis, concedendo antecedens, & negando suppositum consequentis, quod videlicet ex vi cognitionis diuinę aliquid intrinsecum consequatur in ente rationis, quod in se non habeat hoc namque solum præstat intellectus creatus, qui ob sui imperfectionem potest illa quę nõ sunt coniuncta, nec relata, vt coniuncta, & relata cognoscere, & consequentèr illis tribuere aliquid, quod non habeant in se: secus intellectus diuinus, qui omnia cognoscit sicuti sunt.

16 *Respond.*

Sed contra; in ente rationis cognito à Deo, non solum datur extrinseca denominatio cogniti, sed etiam esse obiectiuum intrinsecum: at hoc esse obiectiuum non habet ex te, nec ex vi cognitionis creatæ, quę ab æterno non existit: ergo ex vi intellectus diuini, & consequentèr aliquid intrinsecum in ente rationis resultabit ex vi cognitionis diuinę, per quod existat ens rationis cognitum à Deo.

17 *Instabis.*

Respondetur, quod non omnis cognitio dat enti rationis illud esse intrinsecum quo existit, sed solum illa, quæ practica est non verò illa, quæ solum speculativè ens rationi sese offert. Tunc ens rationis speculativè cognoscitur, quando per modum quidditatis attingitur, vel vt tantum possibile, vel vt existens cognoscitur ex vi alterius præcedentis cognitionis: quando verò cognoscitur vt existens exercitè non ex vi prioris cognitionis, tunc dicitur practicè cognosci, & ex vi huius cognitionis communicatur aliquid intrinsecum, quo existat: quod autem detur cognitio non dans existentiam enti rationis, præter supra dicta constat, ex eo quod quando quis audit hanc diffinitionem: *oratio verum, vel falsum significans*, essentiam propositionis clarè cognoscit, cum tamen propositionem in nulla-tenus faciat.

18 *Respond.*

Respondemus ergo ad argum[illegible] ctum iuxta traditam solutionem vltimam replicam, ad quam re[illegible] quod si Deus ens rationis vt exis[illegible] cognoscit, habet esse intrinsecu[illegible] citè existens, & illud habet ex vi intellectus creati illud [illegible] verò vt possibile tantum cogn[illegible] habet esse obiectiuum intrinsecum

actuale, ſed potentiale, & hoc habet ex ſe, per ordinem tamen ad intellectum creatum potentem confingere, ad modum, quo creaturis poſsibilibus convenit ipſa rei eſſentia per ordinē ad omnipotentiam divinam vt potentem eaſdem producere.

19 *Vrgebis.* Si dicas: actu cognoſcitur: ergo actu habet eſſe obiectuum, non ſolum extrinſeca denominatione, ſed etiam intrinſecum. *Reſpond.* Reſpondetur; diſtinguendo conſequens: habet eſſe obiectivum exercitè exiſtens, nego conſequentiam: eſſe obiectivum intrinſecum potens exiſtere, ex vi actionis confingentis intellectus creati, concedo conſequentiam, nec vt actu poſsit terminare cognitionem amplius requiritur.

20 *Secundo arguitur.* Secundo arguitur, ideò intellectus humanus ens rationis efformat, quia illud, quod non eſt ens concipit ad modum entis; ſed etiam intellectus divinus ens rationis, quod in ſe nihil eſt ad modum entis intelligit: ergo intellectus divinus ens rationis efficit. Probatur minor, quidquid attingit aliqua potentia, debet attingere ad modum ſui obiecti primarij & ſpecificativi, & id circo intellectus creatus ens rationis ad modum realis entis cognoſcit quia ab illo ſpecificatur; ſed obiectum intellectus divini ens divinum eſt: ergo quidquid cognoſcit, debet ad modum entis divini cognoſcere.

21 *Reſpondebis 1.* Dices primo, verum eſſe hoc vltimum conſequens ſi intelligatur ex parte cognoſcentis, & obiecti motivi: ſecus ex parte obiecti terminativi: nam hoc ſecundo modo potius ad perfectionem ſummam divini intellectus pertinet illa, quę non ſunt entia, vt non entia cognoſcere, & vt ens rationis formetur, debet cognoſci vt ens, etiam ex parte obiecti.

22 *Contra 1.* Sed contra dupliciter: primo eſſentia divina non ſolum eſt obiectum adęquatum motivum intellectus divini, ſed etiam terminativum: ergo ſicuti quia adæquat in ratione motivi, debet omnia cognoſcere ad modum illius vt obiecti motivi: ita quia adæquat in rationi obiecti terminativi debet omnia cognoſcere ad modum eiuſdē ex parte obiecti terminativi.

Contra 2. Secundo, cognoſcere omnia ad modū entis ex parte intelligentis, non ſufficit vt ens ſit obiectum adæquatum intellectus divini: ergo ſi eſt adęquatum obiectum, omnia debent cognoſci ad modum entis divini obiectivè. Probo antecedens: intellectus noſter, adhuc pro hoc ſtatu, omnia cognoſcit modo ſpirituali ex parte cognoſcentis; & tamen eius adæquatum obiectum pro hoc ſtatu non eſt ens ſpirituale, ſed materiale potius: ergo quod Deus cognoſcat omnia ad modum entis ex parte intelligentis, non ſufficit vt ens ſit obiectum adęquatum intellectus divini.

Dices ſecundo, in divino intellectu duplicem actum eſſe diſtinguendum ratione ratiocinante noſtra, vnum proſequutivū, & affirmativum, alterum negativum, & per modum fugę & adæquatum obiectum primi, eſſe ens; ſecus verò ſecundi: Deus autem, ens rationis, non affirmativè, & proſequutivè, ſed per modum fugę, & negativè cognoſcit. 23 *Reſpond. ſecundo.*

Sed contra arguitur; de ente rationis poſſunt formari, & de facto formantur multę propoſitiones affirmativę veræ, vt quod ſit ens ab intellectu humano fabricatum, aut fabricabile: ergo Deus illas iudicio verò attinget, & proſequutivo. *Contrà.*

Ad hoc argumentum reſpondetur iuxta vtramque ſolutionem, nec illas diverſas iudico, pro quarum concordia advertō, quod ens rationis dupliciter ab intellectu divino cognoſci poteſt, vel abſolutè, vel habito ad intellectum noſtrum reſpectu, primo modo negativè, & per modum fugæ: ſecundo modo proſequutivè & affirmativè cognoſcitur, quod convincit obiectio contra ſecundam ſolutionem facta; nec ad hoc quod ab intellectu divino attingatur neceſſarium eſt quod cognoſcatur ad inſtar entis divini. 24 *Proſolutione argumenti notandū.*

Vnde in forma ad argumentum principale reſpondeo, negando minorem: ad probationem, diſtinguo maiorem: debet cognoſci ad modum obiecti primarij, id eſt, per ſpeciem illius, concedo maiorem: id eſt, ad eius ſimilitudinem, ſeu illi attribuendo entitatem divinam, vel ſimpliciter, vel compoſitivè, nego maiorem: & conceſſa minori nego conſequentiam, vel diſtinguatur conſequens eodem modo; ad hoc autem, quod ens rationis formaretur à Deo, hoc ſecundo modo debebat circa ipſum verſari, quod neutiquam facit: benè tamen intellectus noſter, qui ob ſui imperfectionem poteſt ei, quod entitatem non habet, illam tribuere, nec contra ſolutionem ſic explicatam, convincunt aliquid obiectiones factæ. *Ad argumentum reſp. in forma.*

25 *Tertiò arguitur.* Tertio arguitur: Deum ens rationis efficere nullam imperfectionem importat: ergo non eſt deneganda Deo entis rationis fabricatio. Cōſequentia eſt cuidēs: & antecedens probatur multiplicitèr: primo, entia quantumcumque imperfecta producit Deus ſine vlla imperfectione ex parte ſui: ergo, & ſi ens rationis confictū, & imperfectum ſit, abſque imperfectione poterit Deus ipſum efficere. *Antecedēs pro eur 1.*

Sed

Secundo.

Secundo, Deus simul cum intellectu creato efficit ens rationis sine vlla imperfectione: ergo, & se solo absque vlla imperfectione illud efficere poterit. Consequentia, licet non sit formalis, cum instantiam manifestam patiatur in actu vitali, tenet tamen ratione materiæ: si namque Deus simul cum intellectu nostro ad ens rationis formandum concurrit, non solum prævio concursu, sed etiam simultaneo, immediatè in effectum concurrere debet; non concursu verò, & reali; cum illum terminare, repugnet effectui: ergo id facit per cognitionem qua simul cum creatura, illud, quod non est, ac si esset cognoscit, cumque non alia imperfectio à nobis ponatur in eius immediata efficientia; consequens sit, quod ab intellectu divino effici possit. Et antecedens probatur, Deus causat simul cum intellectu nostro actionem intelligendi, etiam vt confingentem, cum non sit malum culpæ, nec illi repugnet ad Deum ordinari, vt patet in Christo, qui omnes suas actiones ad finem vltimum direxit, & tamen entia rationis confinxit: ergo, & terminum talis confictionis simul cum intellectu causabit absque vlla imperfectione.

26 *Tertio probatur antecedēs*

Tertio: si aliqua imperfectio daretur, maximè confictio; sed hæc non requiritur ad ens rationis fabricandum: ergo nulla imperfectio in eius efficientia reperitur. Maior est manifesta, & minor probatur dupliciter. Primo, supposito Christi etiam in natura assumpta repugnat fingere, & tamen in illa multa entia rationis formavit ergo ad illarum formationē confictio non requiritur. Minor est certa, & maior probatur: repugnat illi in natura assumpta rem aliter ac est in secunda operatione cognoscere, in quo consistit error speculativus, quem communis Theologorum sentētia, etiam de potentia absoluta, denegat Christo: ergo etiam repugnabit illi rem alitèr ac est in prima operatione cognoscere, in quo consistit fictio à nobis exacta ad formationem entis rationis.

Minor prob. 1.

27 *Secundo Probatur.*

Secundo minor principalis probatur: vt aliquod ens rationis, relatio, v. g. efficiatur, non est necessarium cognoscere extrema vt relata relatione reali, sed sufficit illa cognoscere vt relata relatione rationis, sed in hoc nulla intervenit fictio, sed omnimoda cum obiecto adæquatio: ergo idem quod prius. Maior videtur certa: quando namque intellectus noster relationem vniversalis, naturæ communicat per comparationem, non cognoscit naturam vt relatam relatione reali: ergo id necessarium non est. Et minor probatur: *Illmſ.° Epiſc.° GODOY. in 1.p. Tom. 2.* quando id quod per intellectum cognoscitur in aliquo obiecto, ponitur in illo ex vi eiusdem actionis: etiam si ante illam nō conveniat obiecto, nulla intervenit fictio, sed est cum obiecto adæquata talis cognitio: at si ponamus divinum intellectum ens rationis efficere, quod in obiecto cognoscit, ponitur in illo ex vi ejusdem actionis: ergo talis cognitio adæquabitur cum obiecto; & consequentèr non erit fictio. Minor est certa: & maior constat in cognitione practica Dei, qua creaturis existentiam communicat, quæ quidem cum obiecto adæquatur, quia licet existentia quam attingit, ante illam creaturis non competat, ponitur tamen ex vi eiusdem actionis.

Ad hoc argumentum respondetur, negando antecedens: ad cuius primam protionem, concesso antecedenti, negatur consequentia, quia entis rationis fabricatio non dicit negatur, quia imperfectum sit ens rationis, sed quia petit imperfectionē ex modo producendi, Deo repugnantem: alia verò licet sint imperfecta non petunt imperfectionem in modo agendi, & producendi cauſę, sicuti vitalis actio imperfectionem in principio proximè effectivo sui, homo verò, & si imperfectus, in sui tamen productione, nullam imperfectionem exigit repugnantem Deo.

28 *Respondā Ad 1. pro bationem antecedētis.*

Ad secundam antecedentis probationem respondeo, negando antecedens: ad cuius probationem, nego antecedens; cum namque Deus non possit ens rationis causare; nec etiam valet actionem intelligendi vt confictio est, sua causalitate attingere. Et ratio est, quia adæquata Dei causalitas, est vera causalitas, & cum nequeat ens rationis veram causalitatem terminare, non continetur intra limites causalitatis divinę, & licet non avertat à Deo, nec illi repugnat ab extrinseco in Deum ordinari, qualiter in Christo Domino contingit; cęterum ab intrinseco, Deum sicuti vt principium primum non inspicit, ita nec ad illum vt finem ordinatur.

29 *Ad 2.*

Ad tertiam respondeo, concedendo maiorem, & negando minorem: ad cuius primam probationem, nego maiorem: ad eius probationem, concesso antecedenti, nego consequentiam: & ratio disparitatis est: quia error speculativus secundæ operationis, tendit mediatè in destructionem veritatis divinæ, cum immediatè destruat illius obiectum, scilicet Deum, & id circo, supposito Verbi incarnati assumpta, illū non poterat elicere: actio autem primæ operationis non ita, quæ adeò sicuti non repugnat

30 *Advertit Ad 2. pro bationem minoris.*

Ad 2. natura aſſumpta aliq imperfectiones naturę, ita nec fictio iſta primę operationis. Ad ſecundam minoris probationem, reſpondeo, negando maiorem: licet namque ſignate non cognoſcatur vt relata relatione reali, cęterum in exercitio cognoſcitur ac ſi realitèr refferretur, & licet illud, quod exercetur ſit relatio rationis, cęterū realis in exercitio apparet, in hoc namque illius efficientia conſiſtit, quod id, quod nō eſt, ac ſi eſſet attingatur: ſicuti quando voluntas appetit bonum apparens, quod terminat actum eius, re vera bonum non eſt, cæterum attingitur ac ſi bonū eſſet, & vt apparens re vera bonum: vnde ad exemplū ibidem oppoſitum, nego antecedens.

§. Vltimus.

Soluuntur argumenta contra ſecundam concluſionem, & mens Diui Thomæ explicatur.

31 *Contra 2. concluſionem arguitur 1.*

COntra ſecundam cōcluſionem arguitur primo: ſignum ad placitum in noſtra ſententia per relationem rationis conſtituitur; ſed Deus poteſt efficere ſignum ad placitum, & de facto quam plurima effecit, vt patet ex illo: *Ponam arcum meum innubibus Cœli, vt ſit ſignum fœderis*, &c. ergo Deus poteſt reſpectum rationis efficere. Minor, præter authoritatem adductam, ratione probatur Deus poteſt imponere nomina ad ſignificandum: at ex vi divinæ impoſitionis conſtituuntur ſigna: ergo Deus poteſt efficere ſigna ad placitum. Probatur minor ex vi impoſitionis humanę conſtituuntur voces in ratione ſigni: ergo à fortiori id habere poterunt ex vi impoſitionis divinæ.

32 *Reſpond.*

Reſpondetur, concedendo maiorem, & negando minorem, & licet Deus arcum vt ſignum fœderis poſuerit, non autem vt ſignum per ipſum conſtitutum formaliter, ſed per actionem hominis acceptātium ipſum vt ſignum; eo ipſo quod imponeret arcum ad ſignificandum, talis namque acceptatio reſpectum cauſavit, per quem formalitèr in ratione ſigni conſtituitur. Ad eius probationem ex ratione deſumpta, concello antecedenti, nego cōſequentiam: quia impoſitio humana reſpectū cauſat, ſecus verò impoſitio divina.

33 *Replicabit.*

Sed oppones: ex eo impoſitio humana in noſtra ſententia reſpectum cauſat, quia eſt imperium practicum ordinans vocem ad ſignificandum, & cum ipſa non ordinet ſe ipſa formalitèr, debet vocem in ordine ad ſignatum concipere, & conſequentèr ordinem rationis cauſare, ſed etiam impoſitio divina eſt imperium practicum ordinans vocem ad ſignificandum: ergo debet illam cum ordine, quem re vera non habet concipere, & conſequentèr reſpectum cauſabit.

34 *Reſpond.*

Reſpondeo, conceſſa maiori, negando minorem: cum enim divina impoſitio, ne queat vocem aliter ac eſt in ſe cognoſcere, non poteſt ipſam vt relatam concipere, & conſequentèr nec reſpectum cauſare, ſed ſolum habet, ſe ipſa vocem cum ſignato connectere: atque adeò illa impoſitione cognita, & nulla mentione facta reſpectus rationis, venire quis poterit in cognitionem rei, ex quo tamen non ſequitur, quod vox ſit ſignum ratione illius, quia ad rationem ſigni, præter hoc quod eſt ducere in cognitionem ſignati, requiritur, quod hoc fiat ex vi ſubordinationis ſigni ad ſignatum, quam tamen non habet vox ex vi impoſitionis divinæ.

35 *Secundo arguitur auctoritatibus D. Thom.*

Secundo arguitur argumento in hac parte præcipuo ex authoritatibus D. Th. deſumpto; primo; nam in hac qnæſtione articulo 2. in ſolutione ad 3. expreſsè docet, *quod reſpectus, quibus diſtinguuntur ideæ ſunt ab intellectu divino, comparante ſuam eſſentiam rebus*: cum ergo reſpectus iſti, quid rationis ſint manifeſtè ſentit D. Thomas intellectum divinum, relationem rationis efficere. Id ipſum docuit *q. 3. de veritate, artic. 2. in ſolutionibus argumentorum. Et in 1. ad Annibaldum, diſtinct. 30. quæſt. 2, articul. 2. ad. 3.* & alijs in locis.

36 *Cōmunis ſolutio.*

Communis huius argumenti ſolutio eſt Divum Thomam debere intelligi de cauſalitate pro fundamento, non verò de cauſalitate efficienti. Sed contra primo, Deus non cauſat fundamentum illorum reſpectuum: ergo nequit intelligi D. Thomas de cauſalitate pro fundamento, ſed de cauſalitate reſpectuum. *Oppones 1.*

Secundo, fundamentum illorum reſpectuum prævenit cognitionem divinam comparantem, ſcilicèt immutabilitas divina, vt virtute multiplex, quę non minus fundare valet plures reſpectus, quam eminentia divina diſtinctionē attributorum; at Divus Thomas ad cauſandos reſpectus recurrit ad intellectum divinum vt comparantem: ergo quia ſentit per illum efficienter cauſari. *Secundo.*

Tertio: quia Divus Thomas aſſeruit reſpectus iſtos cauſari à Deo, vt ſalvet plures idæas in Deo ab æterno; at niſi ab æterno exiſtāt actu, & actu cauſentur ab intellectu divino non ſalvat, quod intendit defendere: ergo interpretari non poteſt de cauſalitate pro fundamento, ſed de cauſalitate ipſos reſpectus efficiente. *Tertio.*

37 *Quarto.*

Quarto: quia Divus Thomas duo aſſervit de iſtis reſpectibus, & cauſari à Deo, & non cauſari ab intellectu creato: at ſi cauſaren-

fatetur ab intellectu creato efficienter, esset falsa ista negativa: ergo non ab intellectu creato, sed ab intellectu divino, causantur efficienter, iuxta mentem D.Thomæ.

Quinto. Quinto; nam D.Thomas vt defendat, quod causantur à Deo, asserit ab intellectu divino cognosci respectus rationis: at vt pro fundamẽto causentur, necessariũ non erat, quod cognoscerẽtur: ergo idem quod prius.

Sexto. Sexto, ex vi cõparationis, qua vnum extremum comparatur ad aliud, quod non respicit ex natura sua, non solum ponitur respectus rationis pro fundamento, sed etiam efficienter; aut D.Thomas asserit, causari ex vi comparationis essentiæ divinę ad creaturas, quas non respicit ex natura suâ: ponuntur ergo tales respectus ex vi illius, non solum pro fundamento, verum etiam efficienter.

38 Loqui D. Thom. de causalitate solum pro fundamento Prob.1.

Vrget absque dubio hoc argumentum, si verba Divi Thomæ superficialiter inspiciantur, sed intelligenda non esse de causalitate efficienti illorum respectuum, probo clare: primo, quia Divus Thomas opusculo 52. art.1. docet expresè: *Tunc fieri censrationis* (intellige efficienter) *quando noster intellectus nititur apprehendere quod non est, & confingit illud aſs esse*: quę propositio doctrinalis cum sit, est vniversalitèr intelligenda, quod videlicèt ad cuiuscumque entis rationis efficientiam, necessaria sit fictio, quæ cum Deo repugnet, non est asserendum D.Thomam intellectui divino aliquando concesisse efficientem causalitatem respectus rationis.

39 Secundo. Secundo, & vrgentius ad rem præsentem faciunt verba D.Thomę *in 1. ad Annibaldum, distinct. 2. quæst. 1. art. 2. in corpore*, vbi vt probet attributorum distinctionem non posse fieri à Deo, hanc propositionem assumit: *Propter perfectionem naturæ divinæ, & imperfectionem intellectus creati, quod in Deo est per modum simplicitatis, & vnitatis, concipitur ab intellectu per modum diversitatis, & multiplicitatis.* Ex quibus, sic argumento; sed imitabilitas divina est in Deo per modum simplicitatis, & vnitatis: ergo quod per modum diversitatis concipiatur provenit ex imperfectione intellectus creati; & consequenter ab intellectu divino sic concipi non poterit; at si respectus illos efficeret intellectus divinus, suam imitabilitatem in plures distingueret, & per modum diversitatis conciperet: ergo asserendum non est ex mente Divi Thomæ, divinum intellectum illos respectus efficienter causare.

40 Tertio. Tertio, quia Divus Thomas *in hac prima parte, quæst. 85. artic. 2.* in solutione ad secundum, asserit, quod intentio vniversalitatis, sequitur ad abstrationem, qua natura sine conditionibus individuantibus apprehenditur, quod non obstante communitèr affirmant Thomistę, non fieri vniversalitatem Logicam efficienter per abstractionem, sed per actionem cõparativam, & D.Thomã interpretantur, quod sequatur ad abstractionem fundamentalitèr: pari ergo ratione prælens authoritas de causalitate fundamentali intelligi poterit, cum maximè verbum *sequitur* expressius causalitatem explicet, vtpotè cum per ipsam causa diffiniatur.

41 Ad argumentum respondetur 1. Ad 1. obiectionem. Ad secundam.

Ad argumentũ ergo respondeo primo, iuxta solutionem ibi assignatã: ad cuius primam impugnationem dicatur, aliud esse fundamẽtum respectuũ causari à Deo; aliud vero respectus ipsos causari fundamentalitèr: hoc secundum asserit solutio nostra: secus vero primum. Ad secũdam, distinguatur maior: fundamentũ remotũ, concedo maiorem: fundamentum proximum, nego maiorem: & concessâ minori, nego consequentiam: & disparitas inter attributa, & idæas consistit in eo quod ratio idæę non salvatur ante cognitionem, sed consistit in essentia divina vt cognita à Deo vt imitabili: & cum respectus isti sint respectus idææ petunt pro fundamento essentiam vt cognitam: cætera vero attributa ante cognitionem supponũtur constituta, & idcò ante illam proximum fundamentũ distinctionis attributorũ invenit intellect⁹ creatus. Quod si intellectus creatus acce deret & imitabilitatẽ illam vt diversam cognoceret, confingeret plures imitabilitatis respectus, non vero plures respectus idææ: quia ad hoc exigebatur, quod essent plures respectus imitabilitatis cognitæ à Deo.

42 Ad tertiam. Ad 4. Ad 5.

Ad tertiam dicatur, D.Thomam solum intendisse fundamentalem distinctionem idæarum ab æterno, non vero formalem. Ad quartam, respondeo, negasse D.Thomam intellectui creato causalitatem fundamentalem, quam intellectui divino cõcesit. Ad quintam, quod nomine respectuum, fundamentũ illorum intellexit, & istius cognitionem D.Thomam exigere. Nec novum est, D.Thom. nomen effectus causæ accommodare, & fundamẽtum per respectum fundatum explicare: sicuti cõstitutivum actus liberi voluntatis divinæ per respectum rationis fundatũ explicuit 1.p. quæst. 19. art. 2. in solutione ad primum. Ad 6. Ad sextam impugnationem, distinguo maiorem duplicitèr: primo, quando extremum, quod non refertur, comparatur vt terminus respectus realis ad ipsum, nego maiorem: quando vt rectum comparatur, concedo maiorem: & minori sub eadem distinctione

concessâ, nego consequentiam. Secundo: si comparatio respectiva sit, concedo maiorem: si solum connexiva, nego maiorem: & ad minorem eadem distinctione applicata, nego consequentiam. Itaque quando Divus Thomas asservit intellectum divinum suam efficientiam comparare ad creaturas, non ideò hoc dixit, quia illam vt relatam concipiat, quę est respectiva comparatio, sed quia illam vt connexam cognoscat, quæ appellatur comparatio connexiva, & quia re vera connexa est nullius respectus per illam efficitur.

43 *2. respond. ad principale argumentum.*

Secundo ad argumentum factum respõderi potest, respectus, quibus distinguuntur idęæ, non esse respectus rationis, sed respectus reales creaturarum ad essentiam divinam, quibus extrinsecè complentur idęæ, non quidem per illos vt realiter existentes, sed vt obiectivè cognitos ab intellectu divino, & quia ab æterno illas intellectus divinus cognouit, ab æterno distinguuntur idęæ: non realitèr intrinsecè, nec per distinctionem rationis, sed per distinctionem realem extrinsecam, non vt realiter existentem, sed vt obiectivè cognitã per diuinum intellectum. Quę solutio, & doctrina videtur D. Thomæ expressa *q. 3. de ver. art. 2. in corpore*, vbi asserit quod essentia divina non habet rationem idęæ vt cognita absolutè; sed vt cognita à Deo cum proportione creaturarum ad ipsam. Et solutione ad 8. id expressius tradidit dicens, respectus, quibus distinguuntur idęę, non esse realitèr in Deo, sed in creaturis; esse tamen obiectivè in intellectu divino, quatenus cognoscit diversos respectus creaturarum ad essentiam divinam.

44 *Respect' idæales non sunt aliquid rationis, sed quid reale, & Deo non competit ab æterno*

Iuxta quam solutionem, respondetur in forma ad argumentum, distinguendo maiorem: fiunt respectus illi quoad esse ab intellectu divino ab æterno, nego maiorẽ: fiunt in esse cognito, concedo maiorem, & negando minorem, quę ibi implicatur, videlicet respectus illos esse quid rationis, sunt enim aliquid reale. Nec mirum si dicamus, respectus illos fieri quoad esse cognitum, cum creaturę bis a Deo factæ dicantur, & in tempore quoad suum esse reale, & ab æterno quoad esse cognitum à divino intellectu. Sed contra solutionem istam videtur obstare, quod D. Thomas locis citatis docuit, idæas distingui per respectus, quibus essentia divina ad creaturas

Oppones.

Respond.

refertur. Sed facilimo negotio diluitur, asserendo, quod cum fundamentum respectuum rationis, quibus essentia divina ad creaturas refertur, sint respectus creaturarum ad ipsam vt cogniti à Deo, Divus Thomas est intelligendus, quod idææ distinguantur per respectus, quibus essentia ad creaturas refertur, non formalitèr, sed fundamentalitèr, hoc est, per fundamenta prædictorum respectuum.

Alia D. Thomæ testimonia adducit solent contra nostram sententiam, cęterum omnia ex dictis lucem, & explicationem accipiunt, vnum tantum referam, vt nostra sententia amplius confirmetur. Quod habetur *in 1. ad Annibaldum, distinct. 30. quæst. vnica, art. 4.* in quo Divus Thomas inquirit, *vtrum nomina importantia relationem, de Deo ab æterno dicantur*, respondet affirmativè, & probat, ex eo quod hoc nomen *idæa* ab æterno dicitur de divina natura, quod tamen relationem importat: ergo sentit Angelicus Doctor relationem importatam in hoc nomine *idæa*, Deo ab æterno convenire.

45 *Instabit ex D. Th.*

Respondeo, articulum citatum D. Thomę potius pro nobis esse: nam eodem modo, quo ibi concedit idæam relationem importare, id etiam asseruit de scientia divina. Quam doctrinam repetit etiam *1. p. quæst. 13. art. 7. ad 2.* & de actu libero Dei id etiam docuit *1. p. quæst. 19. art. 2. in solutione ad 2.* & tamen certum est, ista nomina, *scientia*, & *actus liber*, non formalitèr, sed fundamentalitèr solum relationes importare: ergo etiam *idæa* solum fundamentalitèr respectum rationis importabit: solum ergo voluit differentiam apponere inter ista nomina, & alia, quæ important respectum in aliquo esse reali existentiæ creaturarum fundatur, quod illa, quia non fundantur in esse existentiæ creaturarum, sed in illis vt cognitis, ab æterno dicuntur de Deo pro fundamento, non verò pro formali respectus: ista verò, vt *Creator Dominus*, & alia huiusmodi, nec secundum esse formale respectuum, nec pro fundamento dicuntur ab æterno de Deo.

46 *Respond.*

Sed contra secundum modum dicendi, duplex obstat difficultas. Prima est, vt enim tractatu de voluntate cum frequentiori Theologorum, & communi Thomistarum sententiã docebimus, quia actus liber Dei est causa creaturarum, & actionis per quam producuntur creaturæ, non potest, nec per creaturas, nec per actionẽ, qua producuntur constitui; sed idæa divina est causa creaturarum: ergo per illas nullo modo potest constitui.

47 *Contra secundum medium arg. 1.*

Respondeo, negando consequentiam, ob manifestam rationem discriminis. Creaturę namque, si ingrediuntur decreti constitutionem, est prout in suo esse reali: & quia sub hoc esse cadunt, rectè ibi argumentabimur non posse decretum constituere; nam idem sub eodem esse, non potest pertinere ad causæ constitutionem, & ab eadem causa causari. In ordine autem

Respond.

ad

ad constitutionem idææ considerantur creaturæ, & respectus creaturarum ad Deum causantur autem: prout ab æterno cognita ab ipso, causantur autem: prout subsunt reali existentiæ, non autem aliqua repugnantia invenitur in eo quod subyno statu compleant, & sub alio causentur.

48 Secunda difficultas est: nam sequitur ex isto modo dicendi, distinctionem idæarum esse realem. consequens est falsum; ergo, & secundus modus dicendi Sequela est manifesta, nam distinguentia sunt realiter distincta. Minor autem probatur: nam idæa est attributum divinum, sed attributa divina non multiplicantur realiter: ergo nec idææ possunt realiter multiplicari.

Secundo arg.

Respond. Respondeo concedendo sequelam, & negando minorem. Ad probationem, distinguo maiorem: est attributum solum, nego maiorem: est atributú cum aliquo superaddito, quod est extra essentiam divinam concedo maiorem: & concessa minori, nego consequentiam. Quæ solutio est expressa D. Th. *quæst. 3. de verit. art. 2. ad 2. arg.* Et quidem hac obiectione vti nequeunt, qui idæas divinas per respectus idæales rationis distinguunt; nam licet respectus distinguentes sint aliquid rationis, inter se tamen, non ratione, sed realiter negativè distinguuntur: ergo Idæis non possunt præstare distinctionem rationis, sed realem negativam, quæ non minor est quam illa, quę à creaturis ipsis præstatur: tantam enim distinguuntur inter se duo respectus rationis terminati ad duas creaturas, quantum distinguuntur ipsi creaturæ. Et hæc de ista Disputatione, & Tractatu.

(*)

TRACTATVS SEXTVS.

DE VOLVNTATE DEI.

DE QVO D. Thomas in primo sententiarum, dist. 45. ad Annibaldum eadem distinctione, quæst. 23. de veritate per octo articulos. Primo contra Gentes à capite 72. vsque ad 96. Et in hac prima part. q. 19. Quam in duodecim articulos diuidit: docens in primo, esse in Deo voluntatem identificatam cum esse, & substantia Dei in se. Secundo, Deum non solum se ipsum, sed etiam alia à se velle, se, vt finem; alia vero, vt ad se ipsum tanquam finem ordinata. In tertio docet, Deum bonitatem suam velle necessario absolutè, alia vero à se, non velle necessario absolutè, sed solum ex suppositione, quod velit, ratione suæ immutabilitatis. In quarto, per voluntatem causare creaturas. In quinto, volitionis diuinæ non posse assignari causam, quia licet velit vnum ordinari ad aliud, vt medium ad finem, volitio finis non est causa volitionis medij, quia vno, & eodem actu vult finem, & media, sicut vno, & eodem actu intelligit causam, & effectum. In sexto, volutatem Dei consequentem, quæ est voluntas simplicitèr, semper impleri; secus autem volũtatem antecedentem, quæ est voluntas secundum quid. In septimo, Dei voluntatem esse omnino immutabilem, sicut eius scientia, & substantia; vnde quod semel voluit, non potest nõ velle, & quidquid vult, ab æterno vult, nec potest in tempore aliquid de nouo velle. In octauo, voluntatem diuinam, quibusdam volitis necessitatem imponere, nempè illis, quæ vult fieri necessario, non tamen omnibus: vult enim aliqua fieri contingẽter, quæ licet necessario fiant, necessitate suppositionis, non tamen fiunt necessario absolutè. In articulo nono docet, Deum non velle malum culpæ, malum autem pœnæ vult, & malum naturalis defectus, non per se, sed per accidens: hoc est, ratione alicuius boni. In decimo docet, in Deo dari liberum arbitrium, non per ordinem ad se, sed per comparationem ad creaturas, quas libere vult. In vndecimo distinguens voluntatem signi, quæ est methaphoricè voluntas, à voluntate beneplaciti, quæ propriè volũtas est: vtramque docet constituendam esse in Deo. Ac tandem in vltimo articulo, quinque signa diuinæ voluntatis distinguit, scilicèt prohibitio, & permissio, respectu mali, præceptum, consilium, & operatio respectu boni. Hæc Diuus Thomas. Pro quorum explicatione sequentes disputationes subijcimus.

DIS-

DISPVTATIO QVADRAGESIMA QVINTA.

An ratio qua D. Thom. probant voluntatem in Deo, sit efficax demonstratio?

§. I.

Existentia voluntatis in Deo Auctoritate, & ratione probatur.

Nu. 1. *Prob. 1. ab auctoritate.*

ESSE in Deo voluntatem, fide certum, & adeò cōsonū lumini naturalis rationis, vt nullus ex Philosophis, qui Deū cognovere, illius voluntatem negaverit; constatque ex Paulo Rom. 12. illis verbis: *Vt probetis quæ sit voluntas Dei.* Psalm. 113. *Omnia quæcumque voluit, fecit.* Matthæi 6. *Fiat voluntas tua.* Quibus in locis, & passim alibi Deo voluntas attribuitur. Esse autem non in methaphorico, sed proprio, & rigoroso sensu accipienda, constat ex doctrina Augustini ab omnibus accepta, quod nempè verba Scripturæ non sunt ad methaphoricum sensum trahēda, quando ex illorum rigorosa acceptione, nullum inconveniens sequitur; quod in præsenti contingit; ex eo namque, quod Deo voluntas cum omni rigore attribuatur, nullum sequitur absurdum.

2 *Secundo.* Constat secundo, ex illis testimoniis Conciliorum, in quibus duplex in Christo diffinitur voluntas, humana scilicèt, & divina. *Tertio.* Tertio, nam voluntas est principium libertatis, vt docet D. Thomas *quæst. 24. de veritate, art. 6. 1. p. quæst. 83. art. 4.* & alibi passim; sed Deus liber est, tùm in volendo, tùm etiam in agēdo, vt docet idem Divus Thomas *quæst. vltima de veritate, art. 3. & in hac quæst. art. 10.* vbi probat, esse in Deo liberum arbitrium, & *art. 4.* vbi probat, Deum agere, non ex necessitate, sed libere; constatque, aliàs mundum non in tempore, sed ab æterno causassetque quod est contra fidem: ergo in Deo est voluntas.

3 *Prima prob. ratione.* Deinde veritatem istam demonstrat D. Thomas 1. *Libro Contra Gentes, cap. 72.* pluribus argumentis. Primo suaderur ratione, nam omne intelligens, non solum ens, sed etiam bonum, est volens, id est, potens velle; sed Deus est intelligens, non solum ens, sed etiam bonum; cum sit perfectissimum intelligens, & consequentèr non sistat illius cognitio in ente, sed etiam entis bonitatem attingat: ergo Deus est volens, id est, potens velle; & consequentèr voluntate præditus. *Maior*, in qua sola est posita difficultas, probatur: nam qualitèr inter se comparātur potentiarum obiecta, comparantur etiam potentiæ; sed omne bonum intellectum, est necessario volibile, cum bonum intellectum sit obiectum voluntaris: ergo omne intelligens bonum est volens, id est, potens velle.

4 *Si dicas.* Si dicas, voluntas potest esse ab intellectu separata, aut illo permanēte destrui de potentia absoluta; sed volibile proximè, nequit de potentia absoluta non esse, supposito bono intellecto: ergo non sic comparantur volūtas, & intellectus, qualitèr bonum intellectum, & volibile. *Respond.* Respondeo, concessa maiori, & minori, distinguendo consequens: quoad exigentiā saltim connaturalem, nego consequentiam: quoad essentialem coexistentiam, con-

concedo conſequentiam; ratio autem, quare non aſsimilentur in coexiſtentia eſſentiali, ea eſt, quia inter voluntatem, & intellectum intercedit realis diſtinctio. ſecus autem inter volibilitatem, & bonitatem intellectam; vbi autem realis diſtinctio entitativa intercedit, non eſt coexiſtentia eſſentialis; quæ vero realiter identificantur ſeparabilia non ſunt; & ideo voluntas, & intellectus non aſsimilantur in coexiſtendo cum bonitate intellecta, & illius amabilitate.

5 *Secundo probatur ratione.*

Secundo probatur, nam agens propter ſe finem, eſt volens ſe finem; ſed Deus eſt agens propter ſe finem: ergo eſt volens ſe finem, & conſequenter in illo exiſtit voluntas. Maior conſtat, nam finis eſt proprium voluntatis obiectum: ergo directio in finem provenit à voluntate, & conſequenter agens propter ſe finem, ens volens ſe finem. Minor probatur, nam Deus non agitur, ſed agit, alias primum agens non eſſet: ergo agit propter finem; ſed non propter finem extrinſecum a ſe, alias vltimus finis non eſſet: ergo agit propter ſe finem.

6 *Vltimo prot.*

Denique omiſsis aliis, quæ poſſunt apud Divum Thomam videri, probatur prædicta veritas, nam in Deo eſt conſtituenda omnis perfectio, quæ in ſui conceptu formali non dicit imperfectionem; ſed voluntas eſt perfectio, non claudens imperfectionem in ſuo conceptu formali: ergo eſt concedenda in Deo. Confirmatur, omnis perfectio, quæ in creaturis reperitur, eſt formaliter in Deo ſi poſsit ab omni imperfectione denudari; ſed voluntas convenit naturæ intellectuali creatæ, & alias poteſt ab omni imperfectione ſeceni, non minus, quam intellectus: ergo invenitur in Deo. Confirmatur, & vrgetur ſecundo: natura intellectiva ſimul, & volitiva, perfectior eſt natura intellectiva, & non volitiva, dato quod poſsibilis ſit, de quo infra; ſed natura divina eſt perfectiſsimè intellectiva: ergo eſt volitiva ſimul; & conſequenter volitas eſt in Deo conſtituenda, quę conſiſtit in facultate proximè volitiva; cui namque radix alicuius operationis convenit, debetur facultas proxima, & ſine illa connaturaliter nequit exiſtere.

Confir. 1.

Secundo

§. II.

Obiectionibus occurritur.

7 *Opponas 1.*

SI opponas primo, obiectum voluntatis eſt finis, ſed perfectio formalis exiſtens in Deo non poteſt finem habere, cum finis ſit realis cauſa, nihil autem competens formaliter Deo poſsit dependere à cauſa: ergo in Deo voluntas non eſt. Reſpondeo primo, diſtinguendo maiorem: obiectum voluntatis eſt finis, volitorum à voluntate, vel ipſius voluntatis, concedo maiorem: voluntatis ſemper, nego maiorem: & conceſſa minori, nego conſequentiam: nam licèt voluntatis divinæ non ſit aliquis finis, volitorum tamen ab ipſa finis eſt, nam divina bonitas, quę eſt obiectum divinæ voluntatis eſt finis vltimus creaturarum, quas ſecundario voluntas divina attingit, & hoc ſufficit, vt in Deo ſit voluntas.

Reſp. 1.

8 *Secundo.*

Secundo reſpondeo, diſtinguendo maiorem: obiectum voluntatis eſt finis, aut ratio finalis cauſans formali, aut virtuali cauſalitate finali, concedo maiorem: finis cauſans formaliter ſemper, nego maiorem: & ſub eadem diſtinctione minoris, nego conſequentiam: nam licet volitio divina, non finalicetur à bonitate divina formaliter, quia eſt ab illa realiter indiſtincta; cauſatur tamen cauſalitate finali virtualiter, eo quod inter volitionem Dei, & divinam bonitatem eſt virtualis diſtinctio; ſolum autem requiritur finis cauſans per influxum formalem, cum voluntas à primario volito diſtinguitur realiter.

9 *Si dicas: Conſequentia prob. 1.*

Si dicas: ergo in Deo non eſt voluntas formaliter, ſed tantum virtualiter. Patet conſequentia primo: nam voluntas habet pro obiecto finem: ergo ſi finis ſolum virtualiter reperitur in Deo reſpectu proprię voluntatis, ſolum virtualiter reperietur voluntas in Deo. Secundo, nam cui non convenit formaliter obiectum potentiæ, non convenit potentia formaliter, ſed obiectum voluntatis non convenit formaliter Deo: ergo voluntas non eſt in illo formaliter, ſed tantum virtualiter. Patet minor, obiectum voluntatis eſt finis; ſed ratio finis reſpectu propriæ voluntatis non convenit formaliter Deo, ſed tantum virtualiter: ergo obiectum voluntatis, non formaliter, ſed tantum virtualiter reperitur in Deo.

Secundo,

10 *Reſpond.*

Reſpondeo, negando conſequentiam. Ad primam probationem dicatur, quod ſicut intellectio formaliter reperitur in Deo, quamvis non ſpecificetur ab obiecto, formali ſpecificatione, ſed tantum virtuali, & quamvis non egrediatur à principio, formali egreſu, ſed virtuali tantum; ita ſimiliter voluntas formaliter reperitur in Deo, licèt non formali, ſed tantum virtuali cauſalitate à fine cauſetur. Et ſicut iſta conſequentia non valet: *Intellectio ſpecificatur ab obiecto; ſed intellectio divina non ſpecificatur formaliter: ergo non eſt intellectio formaliter*; eo quod, de ratione in-

Ad 1. probationem conſequentiæ.

intellectionis vt sit, non est specificatio formalis, sed disiunctum, formalis, aut virtualis; ita similiter consequentia illa non tenet: *Voluntas ergà finem versatur; sed divina non habet finem sui formaliter talem: ergo non est voluntas formaliter*; & ex eadem radice, quia nempe de conceptu voluntatis, vt hic, non est finis foris aliter finalizans determinate; sed disiunctivè finalizans, formali, aut virtuali causalitatè. Ratio autem cur finis sub hac disiunctione constituatur pro obiecto voluntatis vt sic, est, quia de conceptu voluntatis vt sic, non est aliqua imperfectio; esset autem, si pro obiecto illius assignaretur finis vt causans determinatè per influxum formalem.

11 Et ex his ad secundam consequentiæ probationem, concessa maiori, nego minorem. Ad probationem distinguo maiorem: obiectum voluntatis, est finis causans determinatè per influxũ formalem, nego maiorem; disiunctivè per influxum formalem, aut virtualem, concedo maiorem: & concessa minori, nego consequentiam ob rationem proximè assignatam: quia nempe obiectum voluntatis, vt abstrahit à creata & increata, est bonum finalizans per influxum formalem, aut virtualem; licet autem ratio finis non competat divinæ bonitati formaliter respectu propriæ voluntatis, convenit tamen illi formaliter ratio bonitatis influentis influxu virtuali; ac proinde obiectum voluntatis vt sic formaliter reperitur in Deo.

Ad 2.

12 Si opponas secundo, voluntas movetur à volito, vt constat ex Aristotele *lib.3. de Anima, texto 54.* sed Deus à nullo movetur; cum sit primum movens; aliàs esset in potentia, cum vnumquodque moveatur, in quantũ est impotentia, quod summæ actualitati repugnat: ergo in Deo non est voluntas. Respondeo, ex D. Thom. *in hoc articulo ad 3.* distinguendo maiorem; voluntas distincta realiter à volito, movetur ab illo, concedo maiorem: voluntas realiter indistincta à volito, nego maiorem: & concessa minori, nego consequentiam: quia voluntas Dei non distinguitur realiter à divina essentia, quæ est illius obiectum; & ideò Deus vult, & amat propriam bonitatem, quin moveatur ab illa. Quæ doctrina intelligenda est per exclusionem motionis realis formalis, non autem realis virtualis, nam istum modum motionis non negat D. Thomas, sed potius illum insinuat; cum doceat, Deum volendo se, à se ipso moveri eo modo loquendi, quo intelligere, & velle dicitur motus; quibus verbis clarè docet intelligere, & velle in abstractione à creato, & increato, aliquo modo dici motũ; cumque non dicatur motus formalis, infertur in abstractione, dici motum disiunctim; motione formali, vel virtuali, formali quidem, intelligere, & velle creatum, virtuali, intelligere, & velle increatum.

Oppones secundo.

Respond.

13 Sed dices, si abstrahitur voluntas in Deo, non solum est respectu bonitatis divinæ, sed etiam respectu bonitatis creatæ; sed ab ista realiter distinguitur: ergo ab illa realiter movetur. Patet consequentia, nam voluntas movetur realiter à volito, à quo reali distinctione distinguitur; sed divina voluntas realiter distinguitur à bonitate creata: ergo ab illa realiter movetur; cumque hoc admitti non possit, nec potest voluntas constitui in Deo. Respondeo concessis maiori, & minori, negando consequentiam. Ad probationem, distinguo maiorem: à volitio vt obiecto primario, concedo maiorem: vt obiecto pure secundario, nego maiorem: & concessa minori, nego cõsequentiam: tolum enim movet, obiectum primario volitum, à quo realiter distinctũ; bonitas autem creata non comparatur ad divinam voluntatem vt obiectum primarium, & formaliter, & ideò, quamvis realiter distinguatur ab illa, non movet illam. Ita D. Thomas artic. sequenti ad secundum.

Dices.

Respond.

14 Si opponas tertio, voluntas idem est quod appetitus; sed in Deo non est appetitus: ergo in Deo non est voluntas: probatur minor, appetitus est boni non habiti, ac proinde supponit carentiam boni, appetitum terminantis; sed in Deo carentia boni non est; cum carentia bonitatis sit carentia perfectionis, quæ Deo convenire non potest; aliàs summè perfectus non esset: ergo in Deo non est appetitus. Respondeo ex D. Thoma in hoc articulo ad secundum. Et *in 1. distinct. 45. quæst. 1. art. 1. ad 1.* non omnem actum voluntatis esse appetitum, sed solum volitio rei non habitæ propriè dicitur appetitus, vt docet Augustinus, *Psalmo* 118. cum ergo bonum divinum perfectissimè habeatur à Deo, fit consequens, vt in eo appetitus non sit, benè tamen voluntas; eo perfectior, quo magis cum obiecto suo coniuncta.

Oppones tertio.

Respond.

§. III.

Eligitur vera sententia, & probatur.

15 SVpposito ergo, esse in Deo voluntatem, quod indubium vertimus, est, an rario, qua illam probat D. Thomas, sit efficax demonstratio? Negat Vazquez in Commentario huius articuli docens Divum

Sententia Vazq.

Divum Thomam ratione huius articuli, non tàm voluiſſe concluſionem demonſtrare, quàm debita quadam proportione explicare appetitum rationalem in natura intelligente, ex naturali appetitu. Ce-

Vera ſententia. terum, rationem D. Thomæ eſſe efficacem demonſtrationem exiſtentiæ voluntatis in

Capreol. Deo, tuentur Capreolus *in* 1. *diſtinct.* 45.

Ferrara. Ferrara *lib.* 1. *Contra Gentes, cap.* 72. Caie-

Caietan. tanus *in præſenti, art.* 1. Nazarius *controverſia unica.* Illuſtriſsimus Araujo *dub.* 1.

Nazar. *Araujo.* Patres Salmanticenſes *tract.* 4. *diſp.* 1. *dub.*

Salmāt. 2. Sancto Thoma *diſp* 4. *art.* 2. Serra,

S. Thom. *Serra.* Zanardus, alijque Recentiores Thomiſtæ

Zanard. circa eundem articulum. Tenent etiam ex Patribus Societatis, Molina in Commentario huius articuli, Suarez *in metaphyſica, diſp.* 30. *ſectione* 16. Granados *tom.*

Molina. *Suarez.* 2. *in primam partem, tractatu primo, diſputatione prima.* Faſolis *in primo articulo,*

Granad. *Faſolis.* *concluſione prima*, Herice *tract.* 2. *diſp.* 11.

Herice. *ca.* 2. & ſequentibus, frequentiſque alij Recentiores ex eadem familia. Quorum ſententia non alitèr poteſt probari, quam proponendo rationem D. Thomæ, & obiectionibus occurrendo; ratio D. Thomę in præſenti articulo, hæc eſt.

16 Nam voluntas ſequitur intellectum; ſed in Deo eſt intellectus, vt demonſtratum eſt *ſupra quæſt.* 14. *art.* 1. ergo eſt in ipſo voluntas. Maiorem probat, nam ſicut res naturalis habet eſſe in actu per ſuam formam naturalem: ita intellectus intelligens conſtituitur in actu per formam intelligibilem; ſed res naturalis, ad ſuam formam naturalem, & ad bonum naturale talitèr comparatur, quod in illis habitis quieſcit, & non habita inquirit appetitu naturali: ergo natura intellectualis, ad bonum intelligibile talitèr comparatur, quod in illo habito quieſcat, & ipſum non habitum quærat appetitu rationali; ſed quies in bono apprehenſo habito, & deſiderium illius, dum non habetur, pertinet ad voluntatem: ergo voluntas conſequitur intellectum.

Ratio D. Th. proponitur 1.

17 Rationem iſtam alitèr propoſuit *infra quæſt.* 80. *art.* 1. *in corpore*, vbi ita oſtendit maiorem, quod nempè voluntas intellectum conſequatur; nam omnem formam ſequitur aliqua inclinatio ad bonum conveniens ratione illius, vt conſtat in forma ignis, ad quam ſequitur inclinatio ad locum ſurſum, & in gravi ad locum deorſum: ergo ad formam intelligibilem ſequitur inclinatio in bonum conveniens ratione illius; ſed huiuſmodi inclinatio eſt voluntas: ergo in natura intellectuali, quę per intellectum poteſt fieri intelligibiliter alia, atque bonum apprehendere, eſt conſtituenda voluntas. Minor proba-

Secundo.

tur, nam inclinatio ſequuta ad formam, debet cum illa proportionari: ergo vbi forma altiori modo invenitur, altiori etiam modo reperietur inclinatio, ſed in habentibus cognitionem, forma altiori modo invenitur, quam in rebus naturalibus carentibus cognitione; hæc namque talitèr per formam ad ſuum eſſe determinantur, quod non poſſunt alia fieri, cognoſcentia verò non ſic, ſed poſſunt alia à ſe fieri per receptionem ſpecierum: ergo in illis reperitur inclinatio ſupra modum inclinationis rerum naturalium; ſed exceſſus iſte quoad modum inclinationis, non poteſt in alio cõſiſtere, quam in hoc, quod inclinatio in cognitione carentibus, eſt per appetitum innatum, in habentibus autem cognitionem per appetitum elicitum: ergo in habentibus cognitionem datur appetitus elicitus; & conſequenter voluntas.

Aliter eandem rationem propoſuit D. Thomas *in* 1. *diſtinct.* 45. *quæſt.* 1. *art.* 1. *in corpore*, vbi in hunc modum oſtendit quod voluntas conſequitur intellectum; omne namque, quod habet virtutem cognoſcitivam, poteſt bonum proponere vt conveniens; ſed bonum vt conveniens apprehenſum, eſt neceſſario volibile ab eo, cui vt conveniens proponitur; cum bonum vt intellectum, ſit obiectum voluntaris: ergo omne quod habet virtutem cognoſcitivam, habet etiam facultatem volitivam, ac proinde voluntas ad intellectum conſequitur.

18 *Tertio.*

§. IV.

Tribus argumentis occurritur.

COntra rationem iſtam, prout ſic ab Angelico Doctore proponitur, arguitur primo; nititur namque in eo, quod res naturalis quærit formam naturalem non habitam, & in illa habita quieſcit; ſed hoc eſt falſum: ergo ex principio falſo procedit; & conſequenter demonſtratio non eſt. Probatur minor, inclinatio per inquiſitionem, ſine per dilectionem, ſupponit rem conſtitutam; ſed forma naturalis rem naturalem conſtituit, ac proinde nequit illam conſtitutam ſupponere: ergo falſum eſt, rem naturalem in ſuam formam naturalem per inquiſitionem tendere, vel illiam non habitam quærere.

19 *Arg.* 1.

Huic argumento reſponderi poteſt primo, nomine formę naturalis accepiſſe Divum Thomam, non formam rei conſtitutivam, ſed formam accidentalem, hæc autem rem conſtitutam ſupponit. Sed contra iſtam ſolutionem obſtat duo enume-

20 *Reſpõderi poteſt* 1. *Cõtra in ſurges.*

Digitized by Google

meraſſe, in quæ res naturalis inclinat, nēpe, formam naturalem, & quodvis bonum naturę: ſed ſi nomine formę naturalis intellexiſſet Divus Thomas formam accidentalem, ſuperfluiſſet illud additum de quodlibet bono naturę: ergo explicatio iſta menti D. Thomæ non congruit. Patet minor, nomine boni naturæ non poteſt aliud intelligi, niſi forma accidentalis: ergo ſi nomine formæ intellexiſſet formam accidentalem, ſuperfluiſſet illud additum, de quolibet bono naturæ.

21 *Reſponderi poteſt 2.*

Secundo reſponderi poteſt, loqui Divum Thomam de forma naturali, non in ſe, ſed in ſui complemento; licet autem forma naturalis in ſe rem naturalem non ſupponat conſtitutam; in ſui tamen complemento illam conſtitutam ſupponit, verbi cauſa, forma ignis, prout in loco naturali, ignem ſupponit cōſtitutum ſubſtantialitèr, & in igne ſic conſtituto eſt inclinatio naturalis ad locum connaturalem, in quo propria forma habet eſſe terminatum, & completum. Sed contra hanc explicationem obſtat eadem difficultas; nam complementum formæ conſtituentis rem naturalem, eſt illius naturalis perfectio; ſed Divus Thomas docet, rem naturalem inclinari in ſuam formam naturalem, & in quamlibet perfectionum naturę: ergo nomine formæ naturalis non intellexit complementum illius, ſed ipſam ſubſtantialitèr ſumptam.

18 *Contra in Tertia ſurges.*

22 *Vtraque ſolutio ſuſtineri poteſt, & duplici obiectioni ſic ſatisfit.*

Hæc tamen obiectio non vrget, & ad illam reſpondetur, perfectiones naturales accidentalitèr convenientes naturæ, eſſe in duplici differentia; aliæ namque rem ſuppomunt conſtitutam, & completam; vndè adveniunt accidentalitèr tàm conſtitutivè, quàm completivè. Alia verò, licet rem conſtitutam ſupponant, non ſuppon unt illam completam: vndè advemiunt accidentalitèr conſtitutivè, non cōpletivè: quando ergo addidit Divus Thomas, *& idem eſt de qualibet perfectione naturali*, intellexit perfectionem naturalem accidentalem vtroque modo, contrapoſitivè ad formam accidentalem ſolum conſtitutivè, quam nomine formæ naturalis intellexit, quia ſumpſit formam naturalem conſtitutam, & completam: & eadem ſolutione poteſt prima explicatio ſuſtineri.

23 *Tertio reſpondetur.*

Vel tertio reſponderi poteſt, loqui Divum Thomam de re naturali compoſita ex materia, & forma, & de forma realitèr conſtituente, quę realis conſtitutio in rigore, ſolum in rebus compoſitis invenitur: nam in ſimplicibus realis conſtitutio formalis rigoroſa non eſt; in compoſitis autem hæc habitudo invenitur in ordine ad propriam formam; eo quod ratione materiæ, in illa habita quieſcunt, & illam non habitam quærunt per appetitū innatum; & inſuper ad bonum conveniens ratione formæ totum ipſum naturaliter inclinat, per quietem in illo habito, & quærendo illud non habitum per appetitum innatum. Ex quo rectè ab Angelico Doctore colligitur, naturam intellectualem conſtitutam in actu per formam intelligibilem, ratione vnius partis, ſcilicèt ratione naturę, inclinari in formam intelligibilem inquirēdo illam non habitam, & quieſcendo in illa habita; & inſuper in toto cōſtituto ex natura, & forma intelligibilitèr informāte, eſſe aliam inclinationem in bonum conveniens ratione formæ, ſcilicèt in bonum apprehētum, quod per ſpeciem intelligibilem, & actualem cognitionem, vt ſubiecto cōveniens proponitur, quærendo illud nondum habitum, & in habito quieſcendo, quæ quies, & inquiſitio pertinent ad voluntatem.

24 *Si dicas,*

Si dicas; Divi Thomæ doctrina vniverſalis eſt, vt conſtat ex illis verbis: *Qualibet autem res ad ſuam formam naturalem, hanc habet habitudinem, &c.* ergo contra illius mentem limitatur a nobis ad rem naturalem compoſitam.

Reſpond.

Reſpondeo, diſtinguendo antecedens: vniverſalitate complecta, nego antecedens: vniverſalite reſtricta ad rem naturalem conſtituibilem reali conſtitutione conſtituentem, & per formam realitèr non haberi ratione alicuius partis, concedo antecedens, & nego conſequentiam. Ratio autem, cura nobis ſic limitetur, eſt; nam alitèr non poteſt veritas propoſitionis ſubſiſtere, cum loquatur de forma naturali, quæ haberi, & non haberi poteſt; forma autem conſtituens rem ſimplicem per omnimodam identitatem, & ſimplicitatem, non poteſt à re quam conſtituit, nō haberi, nec ratione ſui, nec ratione alicuius partis, cum partibus careat, & cōſequentèr limitanda eſt propoſitio D. Thomæ ad rem naturalem compoſitam, quę licet ratione ſui nequeat ſine forma exiſtere, poteſt tamen ratione alicuius partis.

25 *Arg.* 23

Secundo arguitur à Patre Vazquez: ex apperitu rei naturalis ad ſuam formam naturalem, & conſtitutione naturæ intellectualis in actu per formam intelligibilem, quę ſunt præmiſſę rationis D. Thom. non ſequitur inclinatio ad bonum apprehenſum, ſed tantum ad formam intelligibilem, quæ eſt ſpecies, cognitio, aut verbū conſtituentia intellectum in actum lineæ intelligibili; ſed D. Thom nō infert inclinationem in formam intelligibilem in natura intellectuali, ſed in bonum appre-

apprehenſum: ergo illatio bona non eſt; ac per conſequens demonſtratio eſſe non poteſt. Minor conſtat ex diſcurſu Divi Thomæ. Maior autem ſic probatur: vt enim rectè inferatur concluſio, debet in præmiſsis contineri; ſed in præmiſsis adductis non continetur bonum apprehenſum, ſed forma intelligibilis, & proportio illius cum forma naturali: ergo vt rectè inferatur concluſio, non debet colligi inclinatio naturę intellectualis in bonum apprehenſum, ſed tantum in formam intelligibilem.

26 *Reſpõdet Caietan.* Hanc difficultatem excitavit Caietanus in commentario articuli, & reſpondet, formam intelligibilem conſiderari dupliciter, in eſſe rei, & in eſſe intelligibilis: priori modo, à bono apprehenſo diſtinguitur: ſecundo autem modo, idem eſt cum bono apprehenſo, & eatenus intellectum informat, quatenus illum facit eſſe obiectum intellectum; ac proinde Divus Thomas inferens appetitum boni apprehenſi ex conſtitutione intellectus in actu per formam intelligibilem, & appetitu rei naturalis ad formam naturalem, rectè, & artificioſè argumentatur. Iuxta quam doctrinam ad argumentum factum reſpondeo, negando maiorem: ad probationem conceſſa maiori, nego minorem; nam cum forma intelligibilis in hac linea idem ſit cum bono apprehenſo, & illa contineatur in præmiſsis, & etiam bonum apprehenſum, cuius, vel ad quod inclinatio pro concluſione colligitur, in præmiſsis continetur.

27 *Obiicies.* Sed contra doctrinam iſtam obiicies, bonum apprehenſum non eſt idem cum forma intelligibili in eſſe rei, & ſecundum ſuum eſſe naturale, ſed tantum in eſſe intelligibili, & intentionali: ergo ex præmiſsis aſſumptis à D. Thoma, nequit inferri inclinatio ad bonum apprehenſum, vt in eſſe rei habendum, vel habitum, ſed tantum ad habendum, vel habitum in eſſe intelligibili, id eſt, ad illud intelligendum; ſed Divus Thomas non infert inclinationem in natura intellectuali ad habendum bonum in eſſe intelligibili, & intentionali, ſed ad illud habendum in eſſe rei: ergo non benè concludit. Minor eſt certa: tùm, quia in eſſe intelligibili iam præſupponitur habitũ per ſpeciem, verbum, & intellectionem, quæ omnia præſupponuntur ad inclinationem affectivam elicitam. Tùm etiam, nam inclinatio ad intellectionem boni, eſt innata, quæ verò à D. Thoma probatur, non innata, ſed elicita eſt. Prima autem conſequentia probatur, vt enim rectè inferatur concluſio, debet contineri in præmiſsis; ſed in præmiſsis aſſumptis ſolum continetur bonum apprehenſum prout in eſſe intelligibili, nõ autem prout in eſſe rei habendum: ergo ex illis ſolum infertur inclinatio ad bonum apprehenſum prout in eſſe intelligibili. Probatur minor, in præmiſsis ſolum continetur bonum apprehenſum, prout eſt idem cum ſpecie intelligibili; ſed ſolũ eſt idem cum illa in eſſe intelligibili: ergo ſolum prout ſic continetur in præmiſsis.

Reſpondeo, diſtinguendo antecedens: non eſt idem cum forma intelligibili ſecundum eſſe naturale ſubiectivè, concedo antecedens: obiectivè, nego antecedens, & conſequẽtiam. Ad cuius probationem, conceſſa maiori, nego minorem: ad probationem, diſtinguo maiorem: prout eſt idem ſubiectivè, nego maiorem: obiectivè, cõcedo maiorem: & ſub eadem diſtinctione minoris, nego cõſequentiam; nam licet bonum apprehenſum ſubiectivè ſolum ſit idem cum ſpecie intelligibili in eſſe intentionali: obiectivè tamen, etiam in eſſe rei, & naturali eſt idem cum ſpecie intelligibili, nam ſpecies obiectivè terminatur ad bonum apprehenſum ſumptũ in eſſe rei, & ſic illud repræſentat, & voluntati vt bonum proponit; ſufficit autem obiectivè identificari cum ſpecie, vt in præmiſsis ſufficienter contineatur, rectèque ex illis inferatur inclinatio in bonum apprehenſum, prout in eſſe rei habendum. 28 *Reſpõd.*

Secundo reſponderi poteſt ad ſecundum argumentum, præmiſſas aſſumptas à Divo Thoma, non eſſe inclinationem ſ rei naturalis ad formã naturalem ſolum, ſed ad formam naturalem, & ad bonum conſonum rationi illius, & inſuper conſtitutionẽ intellectus in actu per formam intelligibilem ſimilem conſtitutioni rei naturalis per formam naturalem; exquibus rectè colligitur inclinatio ad bonum apprehenſum, hoc modo, ſicut res naturalis habet eſſe in actu per formam naturalem, ita intellectus actu intelligens habet eſſe in actu per formam intelligibilem; ſed res naturalis naturaliter inclinatur in ſuam formam naturalem; & in bonum naturale conſonum ratione illius ergo natura intellectualis inclinatur e in formam intelligibilem, & in bon conveniens ratione illius; ſed bonum prehenſum eſt naturę intellectuali co niens ratione formę intelligibilis, qu conveniens repræſentatur, & vt cõvei proponitur: ergo in illud inclinatu tura intellectualis. Licet autem iſte dus proponendi argumentum D. T non exprimatur ab ipſo, continer men in modo, quo fuit ab Angelic ctore propoſitum; ideò autem p

consequens à nobis illarum prætermissit D. Thomas, inferens immediatè inclinationem in bonum apprehensum; quia inclinatio ad formam intelligibilem, non est elicita, sed innata: inclinatio autem ad bonum apprehensum, est elicita, & hæc secunda inclinatio est, quę ad intentum faciebat.

30 Arg. 3. Tertio arguitur: ex inclinatione rei naturalis in suam formam naturalem, ad summum colligi potest appetitus innatus naturę intellectualis in formam intelligibilem, vel in bonum apprehensum: sed D. Thomas non infert appetitum innatū, sed elicitum in natura intellectuali ad bonum vt apprehensum: ergo illatio non est bona, ac proinde esse nequit demonstratio. Minor constat, nam appetitus innatus naturę intellectualis, non est voluntas, quam D. Thom. demonstrare intendit in Deo. Maior autem probatur, nam ex appetitu innato non colligitur elicitus, sed appetitus rei naturalis in suam formam naturalem, ex quo infert D. Thom. appetitum naturę intellectualis in bonum vt apprehensum, est appetitus innatus: *ergo ex inclinatione rei naturalis in suam formam naturalē non infertur appetitus elicitus, sed innatus in natura intellectuali.*

31 Respond. Respondeo, negando maiorem. Ad probationem *distinguo* maiorem: *ex solo appetitu innato non potest probari elicitus, concedo maiorem: ex appetitu innato, & proportione servanda inter appetitum, & formam, ad quam consequitur, nego maiorem*: & concessa minori, distinguo consequens distinctione maioris: non enim probatur appetitus elicitus naturę intellectualis ad bonum apprehensum adæquatè ex appetitu innato rei naturalis ad formam naturalem sed ex illo, alio comprincipio assumpto; quod nempè appetitus proportionari debet cum forma. Vnde sicut formam constituentem naturaliter, sequitur appetitus naturalis innatus: ita formam apprehensam, & intelligibiliter convenientem, sequi debet appetitus rationalis elicitus. Tūm, quia forma ad quam consequitur, actus elicitus est. Tum etiam, quia non naturaliter, sed intelligibiliter convenit. Tūm etiam tertio, quia appetitus indifferens est, non naturalis, aut ad vnum determinatus. Tūm denique, nam vt arguit Divus Thomas *supra quæstione 80 articulo primo*, cum in natura intellectuali forma altiori modo inveniatur quam in rebus naturalibus, appetitus consequutus debet etiam altiori modo inveniri supra modum appetendi convenientem rei naturali, ac proinde quamvis res naturalis appetitu innato in suam formam inclinetur, natura intellectualis bonum apprehensum appetit appetitu rationali elicito.

32 Dices. Seddices cum forma intelligibili proportionatur appetitus innatus: ergo ex proportione necessario servanda inter appetitum, & formam, ad quam consequitur, non probatur in natura intellectuali appetitus rationalis elicitus. Probatur antecedens: intellectus naturali appetitu, & innato, fertur in speciem intelligibilem, in verbum, & in intellectionem: ergo appetitus innatus proportionatur cum illis, quę sunt formę intelligibiles.

Respondeo. Respondeo, appetitum innatum per modum delinqueri in formam intelligibilem consequi ad intellectum ratione proprię entitatis, non autem ad formam intelligibilem: appetitum autem innatum, vel innatam inclinationem per modum gaudij consequi ad intelligibilem formā, prout actuat intellectum, naturaliter, & in illa secundū quod actuat, & perficit intellectum naturaliter: vtra hos appetitus est *rei naturalis in natura intellectuali ad bonum realis in natura intellectuali conveniens propositū, præsentatum* & vt consequatur ad formam inquit cum non consequatur ad formam intelligibilem, proquę entitative, & naturaliter actuantem, sed vt proponentem bonum vt consonū naturę intellectuali debet cum illa non vt in esse rei, & naturaliter actuante. Sed prout repræsentativè bonū proponente proportionari; ac proinde debet esse no innatus, & naturalis sed elicitus & rationalis. Et iste appetitus est, quę ratio Angelici Doctoris concludit, & ex qua probat ex intentis voluntatis in Deo.

33 Instabis. Sed instabis non solum in formam intelligibilem, vt in esse rei actuantem, sed etiam vt repræsentantem, & proponentem obiectum fertur *intellectualis* natura per innatum appetitum: *ergo appetitus innatus*, & naturalis proportionatur cum forma intelligibili non solum vt in esse rei actuante, sed vt repræsentativè obiectum proponēte: ac per consequens ex proportione necessario servanda inter appetitū, & formam, non sequitur appetitus elicitus rationalis in natura intellectuali. Probatur antecedens in bonum repræsentatum datur appetitus innatus: ergo etiam in speciem repræsentantem, & proponentem ipsum. Antecedens ostēditur primo, Antecedens voluntas namque naturali appetitu innato fertur in proprium actum, à quo specificatur & perficitur: ergo etiam in bonum apprehensum, à quo actus specificatur. Secundo, nam bonum apprehensum, est vere conveniens intellectuali naturę & quan-

Secundò

quandoque proportionatum, ſed in omne conveniens proportionatum datur inclinatio, vel appetitus innatus: ergo natura intellectualis fertur in bonum apprehenſum per innatum appetitum.

34 *Reſpond.* Reſpondeo, negando antecedens: ad probationem, nego antecedens: ad cuius primam probationem, concetio antecedenti diſtinguo conſequens: in bonum apprehenſum, quatenùs immediatè ſpecificat actum voluntatis & mediatè voluntatem, concedo conſequentiam: prout apperibile appetitu indifferenti ſecuto ad apprehenſionem, ſivè ad formam intelligibilem, nego cõſequentiam. Ex quo ſolum ſequitur, appetitum innatum proportionari cum bono apprehenſo, prout voluntatem ſpecificat, cæterum hic appetitus non conſequitur ad apprehenſionem, ſed ad ipſam voluntatis naturam.

Ad 1. probationē.

Ad 2. Ad ſecundum, diſtinguo maiorem: convenientia apprehenſa, concedo maiorem: convenientia naturali præveniente apprehenſionem, nego maiorem: & ſub eadem diſtinctione minorem, nego conſequentiam: nam appetitus innatus non eſt reſpectu omnis convenientis conveniens proportionata, ſed tantum inid quod conveniens eſt convenientia proportionata non ſequuta ad apprehenſionem.

§. V.

Vltimum argumentum proponitur, & explicatur, an omne intellectivum debeat eſſe volitivum.

35 *Vltimo argum.* DEnique arguitur: vt ex intellectu demonſtretur exiſtentia voluntatis in Deo, deberet omne intellectivum neceſſario eſſe volitivum: ita vt natura intellectiva non volitiva implicaret; ſed hæc connexio non datur nec implicat natura intellectiva non volitiva: ergo ex intellectu nequit demonſtrari exiſtentia voluntatis in Deo. Illatio eſt legitima. Maior videtur certa; nam demonſtratio vnius prædicati per aliud, petit inter vtramque neceſſariam connexionem, in radice indiſpenſabilem etiam de potẽtia abſoluta: quo circa intellectivum nequit ex gradu vitæ demonſtrari, nec viuens per gradum ſubſtantiæ, quia poteſt dari viuens, quod intellectivum non ſit, & poteſt dari ſubſtantia non viuens: ergo ſi eſt dabilis de potentia abſoluta natura intellectiva non volitiva, non poterit volitivum demonſtrari per intellectivum.

36 *Minor oſtenditur.* Minor autem oſtenditur primo, nam intellectivum eſt prius volitivo ſed omne prius poteſt, ſaltim de potentia abſoluta, ſinè poſteriori inveniri; ergo non datur connexio & conſequentia ne implicat natura intellectiva non volitiva. Secundo, quia ex eo quod detur natura intellectiva, non volitiva, non ſequitur verificari duas propoſitiones contradictorias; ergo non implicat prædicta natura. Tertio, natura eadem eſt proportio intellectiva cum volitione, ſaltim poſſibili & non repugnante, quæ eſt intellectiva cum volitivo; ſed non implicat cognitio, ad quam repugnet conſequi volitionem: ergo non implicat intellectivum non volitivum. Diſcurſus patet. Maior colligitur ex Diuo Thoma probat voluntatem conſequi ad intellectum, quia ad intellectionem ſequitur, vel nata eſt ſequi volitio: ergo eadem eſt proportio.

Minor autem oſtenditur primo: ſicut enim intellectionem ſequitur rationalis appetitus, ita ſenſationem ſequitur animalis; ſed debilis eſt ſenſatio imperfecta excitare appetitum animalem quam proinde nequit ſequi: ergo erit debilis cognitio imperfecta excitare appetitum rationalem ad quam conſequi nequeat. Secundo probatur minor, nam poteſt Deus apud ipſum decernere negare Petro concurſum ad omnem actum voluntatis, & decernere Petro reuelare & huic reuelationi poſſe Petrus aſſentiri; ſed huiuſmodi aſſenſus non exhibitus prædictæ reuelationi, eſſet debilis potens excitare rationalem affectũ: ergo debilis eſt cognitio, cui repugnet conſequi cum affectu rationali. Minor probatur aſſenſus prædictæ reuelationi exhibitus ab intrinſeco cum reuelatione connexus, reuelatio cum decreto, decretum cum negatione concurſus & hæc cum negatione affectum: ergo de primo ad vltimum aſſenſus exhibitus prædictæ reuelationi eſſet ab intrinſeco connexus cum negatione affectus rationalis in Petro; & conſequenter repugnaret illi aſſenſui, ex affectum in voluntate.

Huic argumento variè occurrunt Authoribus noſtræ ſententiæ. Primo eſt quorundam Recentiorum, non repugnare naturam intellectivam, quæ volitiva non ſit & nihil diſcurſum D. Thomæ efficacem monſtrativum eſſe; non enim in conceptu intellectivi vt ſic, ſed ex tu intellectivi perfectiſſimi; & ſic intellectivum vt ſic, non ſit necessario connexum, intellectiva perfectiſſimũ neceſſario inferre volitivum, proinde quamvis poſſit intellectivum inveniri nihil tamen recte volitivũ in Deo ex intellectu monſtrat: iuxta quam doctrina.

Digitized by Google

negetur respondetur in forma, negando maiorem, seu sufficit intellectivum perfectum necessario volitivum inferre, vt ratio D. Thomę sit efficax ad inferendā volitatem in Deo ex illius intellectu.

39 Secunda. Alij per extremum docent, omne intellectivum esse necessario volitivum: & hoc necessarium esse vt voluntas per intellectum demonstretur in Deo, ita videntur supponere nostri Thomistę, & ex Patribus Societatis, Suarez, Valentia, Herice, Fasolis Granados: & cæteri, quos pro nostra sententia citavimus.

40 Pro vera solutione asseritur primo. Inter has duas sententias, media via incedendum existimo, & asserendum primo: si defectus volitivi in natura intellectuali, necessario petat ex defectu aliquo in ratione intellectivi provenire, potest absolutè demonstrari voluntas per intellectum in Deo esto admittatur possibilis natura intellectiva, non volitiva: secus autem iuxta mentem D. Thom. Prima pars huius asserti probatur, nam in hac suppositione, quod intellectivū non inferat volitivum, provenit ex imperfectione intellectivi: ergo intellectivum perfectum necessario cum volitivo connectitur: & consequenter potest esse principium demonstrationis illius; sed in Deo est perfectissima ratio intellectivi, & Intellectus Dei perfectissimus est: ergo ex illo potest demonstrari voluntas, quamvis admittatur possibilis natura intellectiva non volitiva ex defectu rationis intellectivi.

Prob prima pars asserti.

41 Secunda. Secunda pars eiusdem asserti probatur, nam ratio D. Thomę non procedit ex Intellectivo Dei, sed ex intellectivo vt sic: ergo sentit, non posse intellectivum non inferre volitivum; & consequenter, si admittatur possibilis natura intellectiva, nō volitiva nō subsistit demonstratio D. Thom. iuxta veram intelligentiam illius. Antecedens probatur: nam ratio Divi Thomę hęc est: *voluntas sequitur intellectum; sed in Deo est perfectissimus intellectus: ergo est in illo perfectissima voluntas.* Sed maior huius discursus non est de intellectu divino, sed de Intellectu in communi: ergo ratio D. Thomę non procedit ex intellectivo Dei, sed ex ratione intellectivi in communi.

42 Asser tur secundo. Asserendum est secundo, si defectus volitivi in natura intellectiva non provenit ex defectu in ratione intellectivę, neque etiam absolutè potest demonstrari ex intellectu voluntas, aut ex intellectivo volitivum in Deo. Quod patet, nam vt volitivum demonstretur per intellectivū, debet hoc esse causa, vel ratio illius; sed in hypotesi admissa, intellectivum nec est causa, nec ratio volitivi: ergo illa, nequit volitivum Dei per intellectivum demonstrari, neque ex Intellectu voluntas. Discursus est evidens, maior certa, nam demonstratio à priori, de qua in præsenti fit sermo, petit per causam, vel saltim rationem à priori procedere.

Minor autem ostenditur primo, quando namque affirmatio causa est, vel ratio affirmationis, negatio etiam est causa vel ratio negationis, sicut quia affirmatio rationalitatis est causa affirmationis risibilitatis negatio rationalitatis causa negationis risibilitatis est: ergo dato defectum, aut negationem perfectionis in ratione intellectivi, non esse causam, vel rationem negationis volitivi, nequit affirmatio intellectivi esse causa, vel ratio volitivi. Secundo, nam eo ipso quod perfectissimum intellectivum esset causa, vel ratio volitivi, quod perfectum intellectivum est, necessario est volitivum: ergo negatio volitivi necessario debet in negationem intellectivi reduci; & consequenter, si negatio, aut defectus volitivi, non nascitur ex defectu intellectivi, hoc illius causa esse nequit, nec ratio à priori. *Minor ostenditur 1.* *Secundo;*

43 Asseritur tertio. Asserendum est tertio: implicare naturam intellectivam non volitivam. Ita frequenter Discipuli Divi Thomę, tùm in præsenti. tùm etiam in libris de anima, & ex Patribus Societatis Suarez 1. part. lib. 3. de attributis Dei potentiis, cap. 6. Valentia in præsenti tom. 1. puncto primo, Herice, Granados, & Fasolis ubi supra allegati, quos frequentius alij Recentiores sequuntur. Asserionem probant aliqui apud Recentiores: primo nam intellectus ordinatur ad voluntatem: ergo intellectivum sine volitivo nequit subsistere. *Probant 1. Recentiores.*

Secundo: nam creatura rationalis ab irrationali distinguitur, ex eo quod, illa habet appetitum elicitum, illa verò solum innatum: ergo implicat rationalis creatura incapax appetitus elicitu, & consequenter implicat natura intellectualis non volitiva. Denique illam probant, nam finis principij cognoscitivi, & illorum actuum, est, proponere cognoscenti obiecta appetenda, & fugienda ad sui conservationem: frustra enim videret animal cibum quem non posset appetere frustraque ovis lupum videret, audiretque leonis rugitū, sino posset fugere, neque timeret sed reddito impossibili fine, ordinata ad finem non remanent possibilia: ergo est repugnat appetitus elicitus, repugnat cognitio, & consequenter implicat naturā potens cognoscere, & impotens velle. *Secundo.* *Tertio.*

Hæc tamen argumenta non vrgent; non primum; nam falsum est intellectum esse propter voluntatem, & naturā namque id quod perfectius est, non ordinat ad illius perfectionem. *Primum non fundamentum.*

perfectius vt finem: intellectus autem eſt perfectior voluntate, vt cum Divo Thom. 1. 2. quæſt. 82. art. 3. docent omnes eius diſcipuli, & frequentius alij Metaphyſici, & Theologi: ergo propter voluntatem nō eſt. Nec ſecundum, vt enim docet Divus Thomas 1. part. quæſt. 78 artic. 1. ex Phyſ. phic, lib. 2. de anima, Textu 2. appetitivum non conſtituit ſpecialem gradum vitę, ſed conſequitur ad intellectivum: ergo appetitus elicitus non poteſt creaturam rationalem ab irrationali diſtingue e. Quod amplius vrgetur, quia namque appetitus innatus conſequitur formam non poteſt primo diſtinguere, ſed primam rei conſtitutionem, & diſtinctionem ſuppo nit; ſed etiam appetitus elicitus, ſeu vis appetitiva formam conſequitur: ergo nequit primam conſtitutionem, nec diſtinctionem præſtare.

Secundū. *Confirmatur.*

45 *Ad vltimam reſpondetur*

Et ex his ad vltimum argumentum reſpondeo negando maiorem: finis namque principij cognoſcitivi non eſt proponere voluntati obiecta fugienda, vel proſequenda, ſed veritatis cognitio: vnde ſuprema fœlicitas in cognitione conſiſtit vt cum Divo Thoma 1. 2. quæſt. 3. art. 4. docent omnes eius diſcipuli, & frequentius alij Theologi: ſuprema autem fœlicitas propter ſe quæritur, nec ad aliud ordinatur vt finem: ergo finis intellectus, vel principij intellectivi non eſt proponere obiecta fugienda, vel proſequenda, ſed veritatis contemplatio.

46 *Probatur noſtrum aſſertum.*

Vnde his rationibus omiſsis, probatur noſtra, & communis aſſertio hoc argumento: implicat natura intellectiva entis, & non intellectiva boni conuenientis ipſius ſed implicat natura intellectiva boni vt conuenientis ipſi naturę, & non volitiva: ergo implicat natura intellectiva non volitiva. Diſcurſus legitimus eſt: præmiſſæ autem indigent probatione. Maior probatur: implicat natura intellectiva entis, & non intellectiva omnis contenti ſubſtratione entis; ſed bonum vt conveniens naturę intellectivę, continetur ſubſtratione entis: ergo implicat natura intellectiva entis, & non intellectiva boni, vt conuenientis naturę intelligenti. Quod amplius vrgetur: bonum enim vt conveniens naturę intelligenti, non eſt maioris abſtractionis, vel immaterialitatis, quam ens; ſed implicat natura intellectiva entis, & non intellectiva illius, quod non excedit entis immaterialitatem: ergo implicat natura intellectiva entis & nō intellectiva boni, vt cōvenientis naturę intelligēti.

Vrgetur.

47 *Minor oſtenditur primo.*

Deinde minor diſcurſus facti oſtenditur primo: ſic enim inter ſe comparantur principia, ſicut principiorum obiecta; ſed implicat bonum intellectum, quod non ſit volibile: ergo implicat principium intellectivum boni, quod non ſit volitivum: Secundo, nam implicat cognitio boni vt convenientis quę non ſit excitativa amoris erga tale obiectum: ergo implicat principium cognoſcitivum boni vt ſibi conuenientis, quod non ſit excitativum ad amorem talis boni, ſed non poteſt eſſe excitativum alterius niſi ſui ipſius: ergo implicat principium cognoſcitivum boni, vt ſibi conuenientis, quod non ſit excitativum ſui ad amorem talis boni; ſed excitativum implicat, ſi implicet excitabile: ergo implicat principium cognoſcitivum boni vt ſibi conuenientis non excitabile ad amorem illius: & conſequenter implicat principium cognoſcitivum boni vt ſibi conuenientis non volitivum illius. *Secundi*

Quod amplius vrgetur: implicat cognitio boni vt conuenientis, ad quam nequeat conſequi appetitus elicitus erga bonum cognitum vt conueniens: ergo implicat principium cognoſcitivum boni vt conuenientis quod non poſsit tale bonum appetere appetitu elicito: conſequentia patet, nam ſic comparatur vis appetitiva cum vi cognoſcitiva, ſicut appetitio actualis poſsibilis cum actuali cognitione. Antecedens autem probatur primo: nam cognitio boni vt conuenientis, quę de facto datur, eſſentialiter habet annexam poſsibilitatem appetitus eliciti erga bonū cogitatum; ſed connexio iſta non aliunde illi conuenit niſi quia erga bonum vt conueniens verſatur: ergo omnis cognitio boni vt conuenientis, habet eſſentialem connexionem cum poſsibilitate amoris boni cogniti vt conuenientis; & conſequenter implicat cognitio boni vt conuenientis, ad quam conſequi non poſsit amor boni cogniti.

Secundo probatur: implicat forma naturalis, ad quam non ſequatur appetitus innatus boni naturalis conuenientis ratione formę: ergo implicat forma intelligibi terminata ad bonū vt conueniens, ad quę conſequi non poſsit appetitus aliquis naturalis boni; ſed ad boni apprehenſionem nec conſequi appetitus innatus, iſte namque neceſſarius eſt, & formā naturalem conſequitur: ergo elicitus: & conſequenter implicat cognitio boni vt conuenientis quam nequeat conſequi appetitus elicitus boni vt conuenientis cogniti.

§. VI.

Vltimo argumento occurritur.

QVa doctrina præſuppoſita vltimum argumentum reſponſa maiori negat-

Digitized by Google

Respond. ad argumentum Principale: & ad primam Probationem.

primam illius probationem, concessa maiori, nego minorem; nam quod prius est, si sit cum posteriori connexum, non potest sine posteriori subsistere, quod autem prioritas, connexioni nō obstet: constat primo in actione, quę prior est termino, vtpotè illius causa, & tamen connexionem essentialem habet cum termino. Secundo, in essentia, quę prior est proprietatibus, & tamen cum his connexionem habet connaturalem in omnium sententia, & in aliquorum sententia essentialem. Tertio, in omnipotentia, quæ prior est possibilitate creaturarum, & tamen in veriori sentētia habet essentialem connexionem cum illa. Quarto, in decreto libero Dei, quod sub denominatione libertatis actualis, essentialiter connectitur cum obiecto libere volito, & tamen est prius illo. Ac denique in appetitu innato, qui posterior est forma naturaliter conveniente, & tamen forma naturalis sine appetitu innato ad bonum naturale repugnat. Sicuti ergo illa consequentia non valet: *forma naturalis est prior appetitu innato boni consoni ratione formæ: ergo potest dari forma naturalis sine appetitu innato*: ita pariter hæc consequentia non tenet: *cognoscitivum est prius volitivo: ergo potest dari natura intellectiva non volitiva.*

50 *Ad 2. probationem minoris.*

Ad secundum, nego antecedens: contradictoriæ autem, quarum veritas consequitur ex natura intellectiva non volitiva, sunt istæ, nempè: *hæc natura est intellectiva: hæc natura non est intellectiva*: veritas primę supponitur: veritas autem secundę probatur, quia non stat esse intellectivam entis, & non intellectivam boni; sed non est intellectiva boni: ergo nec est intellectiva entis, & consequenter intellectiva non est. Probatur minor: non enim stat esse intellectivam boni, & non esse excitativam sui ad amorem talis boni; sed non est excitativa sui ad amorem boni apprehensi; cum non est excitabilis, vtpotè non volitiva: ergo non est cognoscitiva boni.

51 *Ad 3. respond. 1.*

Ad tertiam probationem minoris, non vno modo respondetur ab Authoribus nostræ sententiæ. Prima solutio concedit maiorem, & negat minorem: non enim est dabilis cognitio, quam consequi non possit affectio, vel appetitus elicitus. Et ad primam probationem minoris respondent, sentationem sensuum exteriorum consequi appetitum internum. Ad secundam multiplex adhibetur responsio. Quidam apud Herice *supra can. 5. num. 17.* respondent, posse Deum decretum illud formare de non concurrendo cum Petro v. g. ad aliquem actū amoris; non tamen posse decretū hoc ipsi Petro revelare: eo quod assensus illi revelationi repugnat, repugnante autem assensu ad revelationem, & revelatio repugnat; repugnantiam autem assensus probant, quia ex illo sequentur duo contradictoria, nempè, excitare posse ad affectum, & non posse ad illum excitare.

52 *Contra insurgit Herice.*

Quam doctrinam impugnat Herice; quia ex tali essentu non sequenter duæ contradictoriæ: ergo non repugnat assensus; & consequenter nec revelatio prædicti decreti. Antecedens probat; nam esse excitativum amoris remotè, & quantum est de se, & non esse excitativum proximè ex defectu concursus parati ad affectum non sunt contradictorię. Tùm, quia non est affirmatio, & negatio eiusdem prædicati, sed diversi; affirmatur namque vis remota, & negatur proxima vis ad excitandum effectum, quę diversa sunt prædicata. Tùm etiam, quia non sunt de eodem secundum eandem rationem; nam vis excitativa affirmatur de prædicto assensu ratione proprię entitatis, negatur autem vis proxima ratione defectus concursus parati à Deo; sed ex illo assensu dato, solum sequitur, esse excitativum, quantum est de se, & remotè, & non esse proximè excitativum ob negatum Dei concursum: ergo ex illo non sequentur contradictoriæ, ac proinde non repugnat.

53 *Solutio ipsius Authoris.*

Iuxta quam doctrinam, illa solutione reiecta, respondet Herice, concessa maiori distinguendo minorem: esset impotens proximè ad excitandum affectum, cōcedit minorem: esset impotens impotentia remota, negat minorem, & distinguit consequens; consequentiamque concedit de repugnantia negante vim proximè excitativam: negatur autem de repugnantia excludente vim excitativam remotè. Vndè iudicium illud *præstitū* revelationi divinę proponenti decretum non concurrendi ad aliquem voluntaris affectū, esset remotè amabile, *vt quod*, & *vt quo* ratione proprię entitatis, & ratione obiecti cogniti per ipsum; esset autem impotens proximè amari; quia proxima amabilitas præter bonitatem obiecti addit paratum concursum omnipotentiæ divinę: suppositum autem decreto non concurrendi ad aliquem voluntatis affectum, non adest paratus, sed potius negatus concursus: ac per consequens iudicium illud non esset proximè amabile, nec vt *quod* per modum obiecti, nec vt *quo* per modum approximationis obiecti, vel boni apprehensi.

54 *Reiicitur primo.*

Displicet autem istius Authoris solutio, ex cuius impugnatione constabit debilitas fundamēti, quo primam solutionem reiecit: fateor quidem, posse stare vim remotam alicuius actionis absque proxi-

ma virtute, vt conſtat in caſu, in quo Deus ſtatueret non concurrere cum intellectu creato ad actum aliquem intelligendi. Tunc enim, omnis entitas creata maneret remote intelligibilis, non vero eſſet intelligibilis proximè, dato quod proxima intelligibilitas conſurgat ex entitate, & ex cõcurſu diuinę omnipotẽtiæ parato; quod autem habenti virtutem remotam virtus proxima ab intrinſeco eſſentialiter repugnet, eſt omnino implicatorium, poteſt quidem natura intellectiua remote, virtute proxima ad intelligendũ carere; implicat autem, quod naturæ remote intellectiuę, ab intrinſeco repugnet vis priximè intellectiua: hoc enim perceptibile nõ eſt, & ſic in pluribus alijs exemplis quod non attendit, vel noluit prædictus Auctor attẽdere: ſed aſsẽſui præbito diuinę reuelationi, de decreto non cõcurrendi cum Petro ad aliquem volũtatis affectũ, ab intrinſeco repugnat vis proxima excitatiua amoris in volũtate, vt fatetur Herice, & ex dicendis conſtabit: ergo in illo aſſenſu nequit eſſe vis remota ad excitandum affectum.

55 *Confirm.* Quod argumentum mihi, euidens poteſt amplius declarari, & vrgeri: non ſtat vis remota ad effectum, vel actum cum repugnantia eſſentiali ab intrinſeco virtutis proximę in ordine ad talem actum; ſed prædicto aſſenſui, vel iudicio eſſentialiter repugnat vis proxima ad excitandum affectum, vt fatetur Herice, & ex dicendis fiet manifeſtum: ergo in tali aſſenſu, aut iudicio eſſe nequit vis remota ad affectum excitandum. Illatio cum minori tenet.

Maior oſtenditur primo. Maior autem oſtenditur primo, non ſtat vis remota intellectiua cum repugnantia eſſentiali ab intrinſeco virtutis intellectiuę proximę, nec vis radicaliter, aut remote viſiua cum repugnantia eſſentiali ab intrinſeco, virtutis proximę ad videndũ, & ſic de alijs: ergo in vniuerſum eſt verum, non ſtare virtutem radicalem, aut remotam in ordine ad effectum, vel actum cum repugnantia eſſentiali ab intrinſeco virtutis proximæ ad illos. *Secundo.* Secundo probatur, nam id quod ab aliquo exigitur, nequit illi ab intrinſeco repugnare; ſed vis remota petit connaturaliter priximam: ergo non ſtat vis remota cum repugnantia eſſentiali ab intrinſeco, proximæ.

56 *Secundo impugnatur Herice.* Secundo impugnatur ſolutio; nam dato in prædicto aſſenſu eſſe virtutem remotam ad excitandum affectum cum repugnantia eſſentiali vis proximæ excitatiuæ, adhuc argumẽtum non ſolvitur: ergo eſt inſufficiens ſolutio. Probo antecedens, vt enim prædictus Author fatetur, ſic comparatur poſsibilitas amoris ad iudicium actuale, ſicut vis volitiua ad intellectiuam: ergo ſi eſt poſsibile iudicium actuale cum repugnantia eſſentiali poſsibilitatis proximæ amoris, erit poſsibilis intellectualis natura cum repugnantia eſſentiali virtutis proximæ volitiuæ; & conſequenter licet remota vis volitiua demonſtrari poſsit ex intellectiuo remote, non tamen demonſtrari poterit per intellectum voluntas, cuius contrarium defendere conatur Herice.

Sed arguitur prædictus Author; ſtat aliquid remote intellegibile ab intellectu creato, cum repugnantia eſſentiali proximę intelligibilitatis ab ipſo: ergo ſtare poterit in prædicto iudicio vis remota ad excitandum affectum cum repugnantia eſſentiali virtutis proximę excitatiuę. Cõſequentia tenet à paritate rationis. Antecedens autem probat: poteſt Deus apud ſe ipſum decernere, numquam concurrere cum intellectu creato ad aliquem actum; ſed hoc decretum eſt remote intelligibile ab intellectu creato cum repugnãtia eſſentiali proximę intelligibilitatis ab ipſo: ergo verum eſt antecedens. Maior cõſtat, Deus namque eſt liber in concurrendo cum cauſa ſecunda creata, & conſequenter poteſt apud ſe ipſum decernere, numquam cum illa concurrere.

57 *Inſtat pro ſolut.*

Minor pro ſecunda parte nota videtur; nam decretũ illud habet eſſentialiter annexam negationem concurſus diuini: at ſine concurſu parato ad concurrendum cum intellectu creato, non ſtat proxima intelligibilitas: ergo decretũ illud habet eſſentialiter annexam negationem proximę intelligibilitatis. Pro prima vero parte probatur; nam decretum illud eſt ens, & verum; ſed omne contentum ſub ente, eſt intelligibile ab intellectu creato, ſaltim remote: ergo tale decretum eſt intelligibile remote ab intellectu creato.

Reſpondeo, diſtinguendo primum antecedens: remote intelligibile per negationem pugnantiam, vt intelligatur ex conceptu communi, & repugnantia ex conceptu differentiali, concedo antecedens: per poſitiuam exigentiam intellectionis ſui intellectu creato, nego antecedens, & conſequentiã. Cui diſtinctioni non obſtat antecedentis probatio; nam decretũ illud verum ex ratione communi entis, & nõ habet remotam intelligibilitatem poſitiuam; ſed negatiuam, id eſt, non repugnantiam, vt intelligatur, ex conceptu communi, ſtat autem cum non repugnantia alicuius prædicati ex conceptu communi repugnantia eiuſdem prædicati ex conceptu differentiali, vt conſtat de mine, cui ex conceptu entis nec diuinitas, nec ex conceptu

tionalitas: quę tamen prædicata repugnant homini ex alijs conceptibus; divinitas quidem ex conceptu entis creati, & irrationalitas ex vltima differentia, nempè, rationalitate; & consequenter potest prædicto decreto ex differentiali conceptu essentialiter repugnare intelligi ab intellectu creato, quod eidem non repugnat ex conceptu entis, & veri.

59 *Explicatur amplius solutio.*

Secus contingit in positivis prædicatis: non enim potest repugnare ex vno conceptu, quod ex alio convenit positivè, vt quia homini ex conceptu animalis cõperit positivè vis ad sentiendum, nequit eidem homini vis sensitiva repugnare ex quovis alio conceptu differentiali; vis autem excitativa affectus, quam contendit Herice invenire in omni iudicio intellectus, vt ex illa inferat vim volitiuam in omni natura intellectuali, non est per non repugnantiam ex conceptu communi, sed per positivam exigentiam remotam; aliàs non concluderet vim volitivam in omni natura intellectuali; sed tantum non repugnantiam ad volendum ex communi conceptu naturæ intellectualis, quam nullus ex Auctoribus contrarijs negat, nec potest negare; etenim naturę intellectivæ non volitivæ, quam oppositi Auctores cẽsent posibilem, non repugnat velle ex conceptu naturę intellectualis sibi, & cæteris communi: aliàs omnibus repugnaret, sed ex aliquo differentiali conceptu, quo distingueretur à naturis intellectualibus datis de facto. Vndè argumentum illius inefficax est.

60 *Vlterius confirm.*

Ex dictis manifestè apparet inefficacia argumenti, quo prædictus Auctor primam solutionem reiecit; si namque de essentia omnis iudicij intellectualis, est habere vim ad excitãdum affectum in voluntate, implicat iudicium illud, cuius non implicatio perperam ab Herice probatur, per virtutem remotam cum repugnantia virturis proximæ, vt demonstravimus. Vndè impugnatio illius solutionis ex dicendis est petenda.

61 *Secunda solutio.*

Aliorum solutio est, prædictum assensum fidei, ab intrinseco, solum supponente revelationem divinam, & decretum revelatum, non autem negationem concursus cum voluntate creata: hæc namque habetur ex vi decreti non autem ex natura assensus fidei; quia si per impossibile cum revelatione Dei, & cum decreto efficaci de non concurrendo, poset coniungi concursus prædictus, assensus subsisteret; ac proinde talis assensus vim habet ad excitandum affectum in voluntate. Ita Ouiedo in Metaphysica, *tom. 2. controuersia 3. punct. 6.*

Tuus. Epij. GODOY *in 1. p. Tom. 2.*

Sed nec placet ista solutio, & reijcitur primo; nam assensus ille fidei essentialiter petit revelationem veram (*supponimus* namque cum cõmuni sententia, actũ fidei esse essentialiter verum; & consequenter essentialiter exigere diuinam revelationẽ, non apparentem, sed veram: de quo infra materia de fide) revelatio essentialiter supponit decretum de non concurrendo, decretum essentialiter petit negationem concursus divini: & consequenter negationem actus voluntatis futuri: ergo de primo ad vltimũ, assensus prædictus fidei essentialiter petit saltim mediatè, non futuritionem divini concursus, & affectus volũtatis; sed habens sufficientiam proximam, vel remotam ad effectũ, vel actum, nec immediatè, nec mediatè potest ab intrinseco exigere non existentiam illius: ergo in tali assentu esse nequit vis proxima, vel remota ad excitandum affectum in voluntate. 62 *Cõtra 1.*

Secundo reijcitur; *demus* namque, Deum Petro revelare, numquam illi præfuturum concursum ad aliquem voluntatis affectum, & Petrum huic revelationi assensum præstare, quod, esse posibile, non negabunt Recentiores primum casum admittentes, *tum sic* argumentor: iste assensus *essentialiter exposcit* negationem cõcursus *divini*: cum sit essentialiter verus, & *consequenter* essentialiter petat veritatem *obiectiuam*, quę in negatione cõcursus consistit, *& per* affirmationem concursus *destruitur*: ergo petit ab intrinseco negationem affectus in voluntate, taliter, quod si per *impossibile* affirmaretur affectus, ille assensus destrueretur. 63 *Secundo reijcitur.*

Et augetur difficultas, *demus*, Deum Petro v.g *revelare*, nullum in illo extiturum esse affectũ, *nec per modum fugę, nec* per modũ *prosecutionis*: & Petrum huic revelationi *assentiri*, iste assensus est ratione sui essentialiter verus: ergo ratione sui essentialiter *exigeret sui obiecti* veritatẽ; at hæc veritas cõsisteret in negatione omnis affectus in voluntate: ergo ratione sui essentialiter exigeret huiusmodi negationem; & consequenter cum oppositi affirmatione nequit talis assensus componi. 64 *Confirm.*

Denique alij Recentiores respondent, in prædicto assensu esse vim excitativam affectus in actu primo, quia quod affectus futurus non sit, non est ob repugnantiam, aut implicationem affectus; sed quia Deus non vult concurrere ad illum; licet autem non sit posibilis vis excitativa affectus non futuri, quia implicantis, nõ repugnat in cognitione vis excitativa affectus non futuri ratione nolitionis divinę: ita Poset Præpositus Valentinus *disp. 1. de voluntate* Dei, 65 *Tertia solutio.*

Contra. *Dei, cap. 2. part. 2. num. 47.* Verum hi Recentiores non videntur efficaciam argumenti calluiſſe, vndecumque namque non futuritio affectus proveniat, repugnat vis remota, vel proxima ad excitandum affectum in forma ab intrinſeco eſſentialiter exigente non futuritionem affectus; ſed aſſenſus, de quo diſputamus, ab intrinſeco eſſentialiter expoſcit non futuritionem affectus in voluntate: ergo in tali aſſenſu repugnat vis proxima, vel remota ad affectum excitandum.

66 Vndè omiſsis his ſolutionibus, ad tertiam illam probationem minoris reſpondeo, diſtinguendo maiorem: eadem eſt proportio intellectionis boni vt convenientis cum volitione vt poſsibili, quę intellectivi cum volitivo, concedo maiorem: omnis intellectionis, nego maiorem, & diſtinguo minorem: cognitio boni vt convenientis, nego minorem: alia cognitio, concedo minorem, & nego cõſequentiam. Contra quam diſtinctionem non obſtant probationes minoris: nõ prima; nam ſenſationes exteriores, quia in gradu immaterialitatis infimo exiſtunt, taliter terminantur ad ſua obiecta ſenſibilia, quod bonitatem vt ſubiecto convenientem non attingunt; ac proinde ad illas non eſt natus conſequi ſenſitivus affectus, ſaltim immediatè, quidquid ſit de illa mediata conſecutione affectus ſenſitivi interioris.

Vera ſolutio ad 3. probationẽ minoris.

Ad 1. probationem minoris.

67 Et ex his corruit ſecunda probatio: nam eſtò, poſsit Deus revelarę decretum de non concurrendo cum Petro ad affectum voluntatis, & Petrus poſsit huic revelationi aſſentiri, non tamẽ poterit decretũ illud, vt conveniens hic, & nunc, nec vt hic, & nunc diſconveniens propriæ volũtati proponere; ac proinde non mirum, quod ad aſſenſum illum nequeat conſequi affectus in voluntate; non enim omne iudicium intellectus poteſt excitare affectum, ſed iudicium practicum terminatum ad obiectum vt bonum, & vt hic, & nunc conveniens, aut diſconveniens, vt docet Divus Thomas 1 2. *quæſt. 9. artic. 1. ad 2.* illis verbis: *Dicendum, quod ſicut imaginatio formæ ſine æſtimatione conuenientis, vel nociui non mouet appetitum ſenſitiuum: ita nec apprehenſio veri ſine ratione boni, & appetibilis, vnde intellectus ſpeculatiuus non mouet; ſed intellectus practicus, vt dicitur in tertio de anima.*

Ad 2.

68 Quo circa Divus Thomas 1. *Contra Gentes, cap. 72.* vt probaret voluntatem in Deo, non ſumpſit pro medio intellectionem vtcumque, ſed intellectionem boni, ſic arguens: *Omne intelligens non ſolum ens, ſed etiam bonum, eſt volens; ſed Deus intelligit non ſolum ens, ſed etiam bonum, cum ſit perfectiſsimum intelligens: ergo eſt volens*, id eſt, potens velle. Non ergo omnis intellectio nata eſt voluntatem mouere, ſed intellectio practica boni; quod eſt voluntatis obiectum vt hic, & nunc conuenientis, ac proinde ex eo quod ſit aliqua cognitio poſsibilis impotens ad excitandum affectum, non ſequitur eſſe poſsibilem naturam intellectivam non volitivam, quia Divus Thomas, non omnem cognitionem, ſed tantum illam, quæ terminatur ad bonum vt conveniens ſubiecto, æquiparat cum principio intellectiuo quo ad connexionem cum volitione ſibili.

Explicatur hoc amplius.

Sed contra iſtam ſolutionem oppones 6
primo; nam Divus Thomas *infra quæſt. 80. artic. 1.* loquitur vniverſaliter, docens, ad quamlibet formam ſequi aliquam inclinationem, vtinde inferat ad formam intelligibilem conſequi appetitum elicitum; ſed quodlibet iudicium intellectus, eſt forma intellectualis: ergo ad omne iudicium intellectus aptus eſt conſequi appetitus elicitus, vel deficit doctrina D. Thomæ.

Cõtra tionem ſoluti

Secundo, nam in præſenti articulo, ex 8
indè probat, ad formam intelligibilem conſequi appetitum rationalem, quia per illam conſtituitur intellectus in actu intelligibiliter, ſicut res naturalis conſtituitur per formam naturalem in actu in eſſe naturali; ſed omnis forma intelligibilis conſtituit intellectum in actu intelligibiliter: ergo ad omnem natus eſt conſequi appetitus rationalis.

Tertio, nam docet Divus Thomas ad formam intelligibilem conſequi appetitum elicitum, ſicut innatus ad formam naturalem conſequitur; ſed ad omnem formam naturalem conſequitur appetitus innatus: ergo ad omnem formam intelligibilem, & conſequenter ad omne intellectionem conſequitur appetitus elicitus. Quarto, nam ſi eſſet poſsibilis cognitio, ad quã cõſequi nõ poſſet appetitus rationalis elicitus, ſequeretur, eſſe poſsibilẽ naturã intellectivã nullatenus volitivã cõſequens noſtræ doctrinæ adverſatur & traditæ ſolutio. Probatur ſequela, quia nõ implicat natura intellectiua adæquata cum illa cognitione, cui reſpondet appetitus elicitus, non enim pugnat huius implicationis ratio aſsignari naturæ adæquatæ cum cognitione, quæ pugnaret excitare affectum in voluntate eſſentialiter repugnaret volitio, vt eſt manifeſtum: ergo conceſſa cognitione, cui repugnet excitare appetitum concedenda eſt poſsibilis natura intellectiua nullatenus volitiua.

Digitized by Google

71 Secundo. Secundo probatur sequela, vt enim in nostra solutione docuimus, ad nullam cognitionem purè speculatiuam, quamvis terminatam ad bonum, potest consequi appetitus elicitus; sed non potest assignari implicatio naturæ intellectiuæ tantum speculatiuè cum repugnantia ad intelligêdum practicè: ergo admissa cognitione impotente ad excitandum affectũ in voluntate, admitti debet possibilis natura intellectiua non volitiva. Tertio probatur quia namque de facto dantur sensationes exteriores non valentes regulare appetitum sensitivum, debet necessario admitti possibilis natura sensitiva nõ appetitiva: ergo pariter, concessis actibus intellectus non valentibus excitare appetitum rationalem, concedi debet possibilis natura intellectualis non appetitiva appetitu rationali. Antecedens probatur: non enim potest assignari implicatio naturæ sensitivæ, tantum sensatione exteriori; sed eo ipso quod sensationi exteriori, repugnet excitare appetitum sensitivum, naturæ sensitiuæ, solum sensationi exteriori repugnavit appetere: ergo quia de facto dantur sensationes exteriores, non valentes excitare appetitum debet necessario admitti possibilis natura sensitiva non appetitiva.

Tertio.

72 Respond. ad 1. Hæc tamen argumenta non vrgent, nec veritatem traditæ solutionis infringunt. Et quidem de mente Divi Thomæ dubitari non potest, vt enim ex ipso vidimus, non omnis actus intellectus est potens excitare, aut regulare volitionem, sed solum iudicium practicum de bono vt hic, & nunc conveniente. Vndè ad primum respondeo, explicando maiorem: vniversaliter per distributionem completam pro singulis generum, nego maiorem: per distributionem incompletam, pro generibus singulorum, concedo maiorem: & concessa minori, nego consequentiam: nam licet ad formam naturalem sequatur inclinatio innata, ad formam intelligibilẽ inclinatio elicita rationalis, & ad formam sensibilem inclinatio, seu appetitus elicitus sensitivus, per quod verificatur, ad omnem formam consequi proportionatam inclinationem, ly *omne* distribuente incomplete pro generibus singulorum, non tamen ad omnem formam intelligibilem sequitur appetitus rationalis, nec ad omnem formam sensibilem sequitur appetitus sensitivus, quod necessarium erat, vt vera esset propositio per distributionem completam: esse autem sic explicandam mentem Angelici Præceptoris constat, nam si intelligeretur distributivè completè, sequeretur in illius doctrina manifesta contradictio.

Ad secundam, explico maiorem: quia per illam constituitur in actum ordine ad bonum, quod est voluntatis obiectum, concedo maiorem: sine tali ordine, nego maiorem: & sub eadem distinctione minoris, nego consequentiam: quia licet Omnis forma intelligibilis constituat intellectum in actu intelligibiliter, non tamen omnis proponit bonum, quod est voluntatis obiectum; & quod solum potest terminare appetitum; & D. Thomas non loquitur de quavis constitutione in esse intelligibili; sed de forma constituente in actu, & bonum obiectivè proponente; quod sic esse intelligendum, constat ex cõsequentia doctrinæ, quã in D Thoma semper salvare debemus. Ad tertiam explico maiorem, ly *sicut* dicente omnimodam similitudinem, nego maiorem: aliquam, concedo maiorem: & concessa minori, nego consequentiam. Et quidem Divum Thomam nõ intendere omnimodam paritatem, constat; nam ad formam naturalem necessario sequitur appetitus innatus. Item est ab illa indistinctus; elicitus autem non necessario consequitur, sed contingenter, vel libere ad formam intelligibilem, & realiter ab illa distinguitur: sicuti ergo similitudo non tenet in necessitate, & identitate: ita nec tenet in omnimoda vniversalitate.

Ad 2. *Ad 3.*

73 *Si dicas.* Si dicas, nullam posse assignari rationem, cur appetitus innatus ad omnẽ formam naturalem sequatur, & non consequatur ad omnem formam intelligibilẽ, saltim possibiliter, appetitus elicitus; sed innatus sequatur ad omnem formam naturalem distributivè complete: ergo appetitus elicitus potest consequi ad omnẽ formam intelligibilem.

Respond. Respondeo, *negando maiorem*: ratio autem est, nam appetitus consequutus ad formam, est circa *bonum* consonum rationi formæ: est autem hæc differentia inter formam naturalem, & formam intelligibilem, quod ratione omnis formæ naturalis est consonum, & conveniens aliquod naturale bonum, non verò ratione omnis formæ intelligibilis, est conveniẽs bonum intelligibiliter, sed solum ratione illius, per quam bonum apprehenditur, & vt conveniens proponitur; & ideò ad omnem formam naturalem distributione completa, consequitur appetitus innatus, elicitus autem non est natus consequi ad omnem formam intelligibilem.

74 *Instabis.* Instabis, omni formæ intelligibili est conveniens suum obiectum, cum abillo habeat speciem: ergo ratione omnis formæ intelligibilis est aliquod bonum consonum, & conveniens naturæ intelligenti.

ti. & conſequẽter eſt nulla ratio aſsignata diſcriminis. Reſpondeo, diſtinguendo antecedens: eſt conueniens naturaliter, concedo antecedens: intelligibiliter, nego antecedens, & conſequentiam: nam ex conuenientia naturali obiecti cogniti ad formam intelligibilem ſolum colligitur appetitus innatus circà bonum ſic conueniens; non autem appetitus elicitus, qui ſolum eſt aptus conſequi ad formam intelligibilem ratione boni conuenientis intelligibiliter: licet autem omni formæ intelligibili ſit conueniens ſuum obiectũ, vtpote dans illi eſſe; & conſequenter hoc genere cõuenientiæ, etiam ſit conueniens ipſi naturæ intelligenti, quæ eſt naturalis conuenientia, non autem ratione omnis formæ intelligibilis, eſt conueniens bonum aliquod intelligibiliter, ſed ſolum ratione illius, qua bonum, vt conueniens apprehenditur, & vt ſic voluntati proponitur, & ideò non eſt aptus conſequi appetitus rationalis ad omnem formam intelligibilem.

Reſpond.

Ad vltimam obiectionem nego ſequelam: ad primam illius probationem nego maiorem: ratio autem implicationis eſt, nam eo ipſo, quod cognitio ſpiritualis, & immaterialis ſit, petit principium ſpirituale, & immateriale, id eſt, non includens eſſentialiter materiam; eo autem ipſo, quod natura ſit immaterialis, eſt nata fieri omnia intelligibiliter; & conſequenter omnia intelligere. Tùm, quia vt docet D. Thomas *in hac prima parte, quæſt. 14. art. 1.* materia eſt principium limitationis; ac proinde excluſa materia, limitatio extenſiua in eſſe intelligibili tollitur. Tùm etiam, quia non alia ratione natura intellectiua, quæ de facto datur, non eſt vni cognitioni adæquata, ſed nata fieri intelligibiliter omnia: quia materiam excludit vt ſui conſtitutiuam: cum ergo quæcumque natura elicitiua vnius cognitionis, neceſſario debeat materiam excludere à ſui conſtitutione, non poteſt dari natura intellectualis, vni cognitioni finitæ adæquata. Et ex his ad ſecundam probationem conſtat ſolutio; cum enim natura intellectiua ſpeculatiuè, neceſſario petat eſſe immaterialis, petit etiam eſſentialiter poſſe bonum practicè cognoſcere; cum bonum, vt practicè cognoſcibile, non ſit ſupra immaterialitatem, & abſtractionem ſui vt cognoſcibile ſpeculatiuè; ac proinde natura, aut potentia potens ipſum attingere ſpeculatiuè, poteſt etiam illud attingere practicè.

75 *Ad vltim. obiectiuem.*

Ad 2. pro bationem

Sed dices, quamvis bonum vt practicè cognoſcibile non ſit ſupra immaterialitatem ſui vt cognoſcibilis pure ſpeculatiuè: & habitus immaterialis ſit per excluſionem materiæ vt ſui conſtitutiuæ, poteſt dari habitus adæquatus cognitioni ſpeculatiuæ, impotenſque practicam cognitionem elicere: ergo pariter, his rationibus non obſtantibus, poterit dari natura intellectualis, cũ cognitione ſpeculatiua adæquata, & impotens elicere practicam. Reſpondeo, conceſſo antecedenti, negando conſequentiam: ratio autem diſcriminis eſt; nam habitus cũ ſint determinationes potentiæ, & naturę, reſpiciunt rationes formales obiectiuas magis limitatas, & modo limitatiori; ac proinde quamvis ſint immateriales, poſſunt vni cognitioni adæquari cum impotentia ad aliam eliciendam; potentia autem eſt habitu extenſior, & natura extenſior potentia. Vndè vna potentia plures habitus amplectitur, & natura, vna manens, pluribus potentijs perficitur: ac proinde, ex eo quod habitus vni generi cognitionis adæquetur, non ſequitur ſimilis adæquatio poſsibilis in potentia, vel natura. Et quidem, ſicut non quævis immaterialitas, eſt ratio intellectualitatis, ſed immaterialitas ſubſtantialis, & primæ potẽtię illius, necnon etiam habituum perficientium ipſam: ita non quævis immaterialitas eſt ratio extenſionis ad omnia intellegibilia, ſed ſola immaterialitas ſubſtãtialis naturæ, & potentię, quæ ad illam immediatè conſequitur.

76 *Dices.*

77 *Ad 3. pro bationem reſpõd. 1.*

Ad vltimam probationem ſequelæ reſponderi poteſt primo, negando antecedens: ad probationem, negãdo maiorem. Ratio autem implicationis eſt, quia ſenſus exteriores ab intrinſeco ordinantur ad ſenſus interiores; & conſequenter implicat natura ſenſitiva adæquata ſenſatione exteriori; eo autem ipſo quod natura ſenſitiva ſit, ſenſatione interiori, poteſt bonum ſenſibile æſtimare vt ſibi cõueniens; & conſequenter illud appetere. Sed contra hanc rationem obſtat, nam eſto, ſenſus exteriores, qui de facto dantur, ab intrinſeco ordinentur ad ſenſus interiores, non tamen poteſt implicationis ratio aſsignari ſenſuum exteriorum, qui propter interiores non ſint, nec ad illos ordinentur; & quidem ſenſus interiores in homine intellectui ſubordinatur, & ad inſerviendum illi ordinantur, & tamen in brutis talem ordinem non habent; ſed data poſsibilitate ſenſuum exteriorum, abſque ſubordinatione ad ſenſus interiores, dabilis eſt natura ſenſitiva adæquata ſenſatione exteriori: ergo huiuſmodi natura non implicat.

Contrà.

78 *Reſpõd. 2*

Quidquid tamen de hoc ſit, reſponderi poteſt ſecundo, prætermiſſo antecedendi, negando conſequentiam: ratio autem diſ-

Digitized by Google

diſcrimínis eſt, nam ſenſatio exterior non petit eſſentialiter principium potens ſenſationem interiorem elicere, quæ poſsit apprehendere bonum ſenſibile vt conueniens; & ideò poteſt dari natura ſenſitiva adæquata ſenſatione exteriori; quælibet tamen ſpiritualis cognitio petit eſſentialiter principium immateriale per excluſionem materiæ, vt ſui conſtitutiuæ; & conſequenter aptum fieri omnia intelligibiliter; ac proinde quod repugnet cum tali cognitione adæquari.

§. Vltimus.
Corollaria præcedentis doctrinæ.

79 *Infertur primo.* EX dictis in diſcurſu huius diſputationis colligo primo, non dari in Deo appetitum per modum actus eliciti, Ita D. Tho. *in præſenti articulo ad ſecundū, & in 1. diſtinct. 45. quæſt. 1. art. 1. ad 1.* Et ratio eſt, *Probatur* nam iuxta Auguſtinum ſuper Pſalmum 118. appetitus propriè eſt circa bonum non habitum; vnde nec nos propriè dicimur appetere bona, quæ nobis coniuncta ſunt, ſed de illis gaudium, vel delectationem habemus; ſed Deus totum bonum in ſe habet, nec poteſt bonitate carere, ſicut neque perfectione; aliàs nec ſummè bonus, nec ſummè perfectus eſſet: ergo in *Confirm.* Deo appetitus non eſt. Quod amplius explicari poteſt, nam appetitus idem eſt, quod ſpes, aut deſiderium: ſed in Deo neque ſpes inuenitur, nec deſiderium: ergo in Deo appetitus non eſt. Minor pro prima parte eſt omnium Theologorum ſententia; nam ſpes habet pro obiecto arduū; Deo autem nihil eſt arduum, quod idem eſt ac difficile: ergo in Deo ſpes non eſt. Pro ſecunda parte traditur à Divo Thom. *quæſt. 23. de veritate, art. 1. ad 7. 1. Contra Gentes, cap. 89. ratione 6. & in hac 1. Parte, quæſt. 20. artic. 1. ad 2.* & conſtat; nam deſiderium eſt boni non habiti, nec poſſeſsi; Deus autem perfectiſsimè poſsidet bonū: ergo in Deo deſiderium non eſt.

80 *Obiicies primo.* Si opponas primo, Spiritus Sanctus procedit ex amore ſui; ſed talis amor deſiderium eſt: ergo datur deſiderium in Deo in ordine ab bona intrinſeca. Minor probatur, talis amor non eſt gaudium de Spiritu Sancto: ergo eſt deſiderium illius. Probatur antecedens: gaudium eſt de bono poſſeſſo, & habito; ſed amor, ex quo Spiritus Sanctus procedit, non eſt de Spiritu Sancto vt poſſeſſo, vel habito, ſed vt habendo; cum ex illo Spiritus Sanctus procedat; & conſequenter illum non ſupponat habitum, vel poſſeſſum: ergo amor ille gaudium de Spiritu Sancto non eſt. *Reſpond.* Reſpondeo, negando minorem: ad probationem diſtinguo maiorem: de bono poſſeſſo, & habito prævie ad amorem, nego maiorem: aut prævie ad amorem, aut in vi illius pro eodem inſtanti *in quo*, concedo maiorem: & ſub eadem diſtinctione minoris, nego conſequentiam. Nam ſicut de ratione notitiæ intuitivę non eſt præſentia obiecti pro priori ad cognitionem, ſed ſufficit præſentia in eodem inſtanti reali, & ſi habita ex vi cognitionis: quo circa Verbum ex intuitiva ſui cognitione procedit, vt diximus *quæſt. 34.* quia pro eadem menſura durationis exiſtit, quamvis eius exiſtentia, ex tali cognitione procedat. Ita de ratione gaudij non eſt poſſeſſio ad amorem præhabita, ſed poſſeſsio pro eodem inſtanti reali, etſi ex vi amoris habeatur; quod in amore, ex quo Spiritus Sanctus procedit, contingit, & id circo gaudium eſt.

Sed dices, ad rationem gaudij non ſufficit terminari ad bonum poſſeſſum, ſed petit terminari ad illud, quia poſſeſſum eſt; ſed amor, ex quo Spiritus Sanctus procedit, licet ſit de illo poſſeſſo in eodem incedit, licet ſit de illo poſſeſſo in eodem inſtanti, non tamen eſt de illo, quia poſſeſſus, & habitus: ergo non eſt gaudium de Spiritu Sancto. Maior conſtat, nam in Deo datur amor ſpecialiter ſumptus circa propria bona, vt ſtatim videbimus; quia licet ſint à Deo perfectiſsimè poſſeſſa, non tamen terminatus ad illa, quia poſſeſſa ſunt, ſed quia bona; ergo ad rationem gaudij, prout ab amore diſtinguitur, non ſufficit eſſe de bono poſſeſſo, ſed debet eſſe de illo, quia poſſeſſo, & habito. Minor autem probatur, amor de bono poſſeſſo, quia poſſeſſo, præſupponit illud poſſeſſum, & habitū; cum ab illo vt poſſeſſo moueatur; ſed amor, ex quo Spiritus Sanctus procedit, non præſupponit illum poſſeſſum; cum ex tali amore procedat Spiritus Sanctus; & conſequenter ex vi illius exiſtat, & poſſideatur: ergo amor ille, licet de Spiritu Sancto poſſeſſo, non tamen eſt de illo, quia poſſeſſo, & habito.

81 *Dices.*

Reſpondeo, conceſſa maiori, negando minorem: ad illius probationem, nego maiorem: vt enim bonum poſſeſſum moueat ad ſui amorem, quia poſſeſſum, ſufficit, quod in inſtanti *in quo* amoris habeatur, & poſsideatur, poteſt autem in inſtanti *in quo* exiſtit amor, exiſtere, & ex ipſo amore procedere; vt conſtat in notitia intuitiva ſuum obiectum cauſante, quę quidem exiſtit in eodem inſtanti, in quo exiſtit obiectum, & tamen ab illo cauſatur. Ac proinde, vt bonum poſſeſſum moueat ad ſui amorem, quia poſſeſſum, non petitur, quod amorem præcedat, ſed poteſt ad ipſum ſubſequi.

82 *Reſpond.*

Si

83 *Opponeſ ſecundo.* Si opponas ſecundo, ſaltim reſpectu boni creati datur in divina voluntate appetitus: ergo falsò à Divo Thoma negatur appetitus in Deo. Conſequentia bona videtur: antecedens autem probatur: ex eo negat Divus Thomas appetitum in Deo, quia appetitus propriè, eſt boni non habiti: Deus autem perfectiſsimè poſsidet bonum, & oppoſitum imperfectio eſſet; ſed quamvis Deus perfectiſsimè poſsideat bona ſibi intrinſeca, illiſque aliquando carere maxima imperfectio foret, non tamen ſemper poſsidet bona creata; nec illis aliquando carere, aliqua imperfectio eſſet: ergo quamvis in ordine ab bona intrinſeca non ſit appetitus in Deo, in ordine ad bona creata, Deoque extrinſeca, appetitur invenitur in ipſo.

84 *Sententia Suarez, & Vazquez;* Hoc argumento convicti, Vazq. *diſp. 84. cap. 1.* Suar. *lib. 3. de attributis poſitivis, cap. 7.* & Alarcon *tract. 3. diſp. 7. cap. 2.* docent, quod licet in Deo non ſit appetitus, vel actus deſiderij in ordine ad bona intrinſeca, vtpotè eſſentialiter poſſeſſa, & quorum non poſſeſsio eſſet imperfectio in ipſo; per ordinem tamen ad bona extrinſeca Deo, actus deſiderij datur; & per conſequens appetitus quaſi elicitus. *Sententia P. Herice* Alij adhuc inter bona extrinſeca diſtinguentes, docent, bona noſtra Deo extrinſeca, eſſe in duplici differentia, quædam dependentia à ſolo Deo, & quę ab illo ſolo tribuuntur independenter à noſtro conſenſu libero, alia quę Deus nobis confert dependēter à noſtro concurſu libero, vt ſalus æterna, actus vitalis, & alia: in ordine ad bona primi generis excludunt appetitum, & deſiderium à Deo: in ordine verò ad bona ſecundi generis, & appetitum, & deſiderium admittunt. Ita Herice *tractatu ſecundo, diſputatione 13. cap. primo.*

85 *Vera ſententia.* Vera tamen ſententia oppoſitum docet, affirmans, nec etiam in ordine ad bona extrinſeca cuius vis generis, ſivè conditionis ſint, eſſe admittēdum appetitum, vel deſiderium in divina voluntate. Ita Capreolus *in 1. diſtinct. 45. quæſt. 1.* Ferrar. *1. Contra Gentes, cap. 89.* Nazar. *infra quæſt. 20. contrau. vnica, 2. concluſ.* Albelda *diſp. 62. concluſ. 3.* alijque Recentiores cui adhærent ex Patribus Societatis, Granados *tractatu ſexto, diſput. 4. num. 3.* & Arrubal *quæſt. 20. numer. 5.*

Ex mente Divi Thom. de prompta. Illamque eſſe menti Angelici Doctoris conſonam, conſtat ex eo quod licet expreſsè non fuerit loquutus de appetitu in ordine ad bona extrinſeca: quia tamen abſolutè appetitum excluſsit, & deſiderium à divina voluntate videtur in ordine ad quodcumque bonum, ſivè intrinſecum, ſivè extrinſecum excluſsiſſe. Tùm, quia aliàs proceſsiſſet diminutè. Tùm etiā, quia eo modo deſiderium excluſit, quo ſpem, triſtitiam, & iram: hæc autem à divina voluntate excluduntur per reſpectū ad intrinſeca, & ad extrinſeca: ergo pariter deſiderium, & appetitus.

86 *Reſpond. in forma.* Vndè ad argumentum reſpondeo, negando antecedens: ad illius probationem, conceſſa maiori, diſtinguo minorem: non ſemper poſsidet bona creata eminenter, illiſque ſic carere, imperfectio non eſt, nego minorem: non poſsidet ſemper formaliter, & ſic illis aliquando carere imperfectio non eſt, concedo minorem, & nego conſequentiam: nam ad appetitum, vel deſiderium non ſufficit, bonum non haberi formaliter, ſed requiritur, nec haberi formaliter, nec haberi eminenter: licet autem bonis creatis carere per formalem poſſeſsionem, non arguat imperfectionem in Deo: illis tamen carere per poſſeſsionem virtualem, & eminētialem, imperfectio maxima foret; & ideò deſiderium in ordine ad bona extrinſeca, in Deo admittendum non eſt.

87 *Ratio ſolutionis.* Ratio autem, cur appetitus, vel deſiderium petat carentiam boni per negationem continentię eminentialis, eſt, nam affectus iſte in ordine appetibili, eſt ſicut motus in linea phyſica: motus autem in hac linea; cum ſit actus imperfecti, petit ſubiectum eſſe in potentia per negationem, nedum continentię formalis termini, verum etiam continentię eminētialis. De quo *libro octavo Phyſicorum*, vbi ex hoc principio probatur, non poſſe idem eſſe movens, & motum: quia idem non poteſt eſſe in actu, & in potentia; ac per conſequens appetitus, vel deſiderium petit, non haberi obiectum deſideratum, nec formaliter, nec eminenter.

88 *Dices.* Sed dices: ſicut gaudium eſt de bono poſſeſſo, & habito, ita deſiderium eſt de bono non habito, vel poſſeſſo; ſed ad gaudium petitur poſſeſsio formalis boni, nec eminentialis ſufficit: ergo deſiderium non petit carentiam poſſeſsionis eminentialis boni, ſed ſufficit, non haberi per negationem poſſeſsionis formalis. Et confirmatur; nam actus divinę voluntatis, prout terminatus ad bonum creatum non habitum, vel poſſeſſum formaliter, ſed ſolum eminentialiter, non eſt gaudium de tali bono, neque eſt amor ſpecialiter ſumptus ergo eſt deſiderium illius. Reſpondeo, conceſſa maiori, negando minorem: de bono enim eminenter, & in virtute poſſeſſo, non deſiderium, ſed gaudium habetur, ac ſi eſſet poſſeſſum formaliter; nec niſi impropriè poteſt quis dici deſiderare ea bona, quæ perfectè continet in ſua virtute, &

& ideò non habet formaliter; quia non vult illa habere. Et ex his ad confirmationem conſtat ſolutio, negando antecedens: vt enim gaudium ſit, ſufficit illa bona perfectiſsimè à Deo haberi, licet non formaliter, in virtute, & eminenter.

Confirmatio.

89 *Inſtabis.* Inſtabis. Deus non ſolum ſibi, ſed etiam creaturis vult bonum; ſed bonum creaturis volitum, quandoque non habetur, vel poſſidetur ab illis, nec formaliter, nec virtualiter, aut eminenter: ergo ſaltim creaturis deſiderat, & appetit bonum; & conſequenter datur appetitus in Deo, & deſiderium, licet non reſpectu ſui benè tamen reſpectu creaturarum. Reſpondeo, conceſſa maiori, & minori, omittendo pro nunc conſequens, loquendo de actu inefficaci: nam actus abſolutus, & efficax infert bonum volitum efficaciter. Vnde eo ipſo, quod Deus velit efficaciter bonum creaturis, bonum illud poſſidetur ab illis pro tempore ab eo determinato: ac proinde non eſt deſiderium, ſed gaudium iuxta dicta ſolutione ad primum; actus verò inefficax non infert obiectum volitum, ac proinde poteſt terminari ad bonum, à creaturis non poſſeſſum, nec numquam poſſidendum. Vnde ſi ſufficit, à creaturis non poſſideri, nec formaliter, nec eminenter, vt ſub terminatione ad illas ratio-nem deſideri ſortiatur, nulla erit imperfectio in Deo deſiderium de bonis illis volito; cum in ipſo nullam arguat imperfectionem carentia poſſeſsionis boni à creaturis, formalis, aut virtualis.

Reſp. 1.

90 *Secundo.* Vel ſecundo, & melius reſpondetur, conceſſa maiori, & minori, negando conſequentiam: quia vt docet D. Thom. 2. 2. q. 28. 17. *articulo* 3. ſpes, & deſiderium, cum in motu conſiſtant, & nihil niſi ad proprium terminum moveatur, fit, vt nemo poſſit aliis ſperare, aut deſiderare bonum niſi in quantum alij vnum ſunt cum deſiderante, & in quantum ex aliorum bonis ipſi aliquid bonitatis accreſcit; vndè propriè non deſiderat aliquis aliis, ſed tantum ſibi; cumque reſpectu Dei non verificetur conditio non habiti, non poteſt propriè creaturis deſiderare.

91 *Infertur primo.* Ex quibus obiter infero, diſtinctionem illam de bonis datis à Deo dependenter, aut independenter à noſtro conſenſu, ſolido fundamento carere; ideo namque bona independentia à noſtro conſenſu Deus propriè non deſiderat, quia illa continet in ſua poteſtate, & virtute: ſed etiam bona dependentia à nobis perfectiſsimè continet in ſua virtute: ergo propriè illa non poteſt deſiderare. Quod amplius confirmatur, nam ſequitur, poſſe illa bona non ſolum deſiderare, ſed etiam propriè ſperare: conſequens non admittunt tacitè diſtinctionis Authores: ergo nec antecedens admittere poſſunt. Patet ſequela, nam Deo poteſt talia bona deſiderare, quia ſic ſe gerit Deus in ordine ad illa, ac ſi totaliter eſſent à noſtra potentia dependentia; ſed aridius, quam ab obiectum ſperet prædicti Authores exponunt, conſiſtit in eo quod obiectum expectatum in alterius ſit potentia: ergo ſi poteſt Deus illa bona propriè deſiderare, propriè etiam poterit illa ſperare.

92 *Secundo.* Secundo colligo ex dictis, eſſe in Deo gaudium, & amorem ſpecialiter ſumptum in ordine ad bona intrinſeca. Ita D. Tho. *quæſt. ſequenti, artic.* 1. Et quoad primam partem à nullo Theologorum negatur: gaudium namque eſt amor boni poſſeſsi, quia poſſeſsi; ſed Deus bona ſibi intrinſeca perfectiſsimè poſſidet, & quia ità poſſeſſa, illa amat; cum in illo modo amandi nulla imperfectio importetur: ergo habet gaudium de illis.

Probatur ad 1.

Secundam partem, quam non nulli negant, probo ratione D. Thomæ, vel proximè: non enim ſtare poteſt gaudium ſine amore ſpecialis; ſed in Deo datur gaudium de bonis intrinſecis, vt proximè oſtendimus, & à nullo Theologorum negatur: ergo etiam datur amor ſpecialiter ſumptus in ordine ad bona intrinſeca. Maior, in qua ſola eſt poſita difficultas, probatur; nam omnes alij affectus voluntatis præſupponunt amorem ſpecialiter ſumptum; ideò namque deſideratur bonum non habitum, quia amatur vt bonum; & ideo gaudet quis in bono habito, & poſſeſſo, quia illud bonum amat vt bonum; ſed ablato primo, non poteſt ſecundum manere: ergo gaudium ſine amore non poteſt ſtare; & conſequenter ſi Deus gaudet de bonis intrinſecis, amat illa bona ſibi, amore ſpecialiter ſumpto.

Secunda pars probatur.

93 *Secundo.* Secundo probatur: nam bonitas Deo intrinſeca, eſt amabilis ab ipſo, non ſolum quia poſſeſſa, ſed etiam quia bona abſolutè; ſed actus arringens bonitatem poſſeſſam, quia abſolutè bonam, abſoluteque conuenientem, eſt amor ſpecialiter ſumptus: ergo Deus amat bonitatem ſibi intrinſecam, amore ſpecialiter ſumpto. Minor conſtat: tùm, quia amor ſpecialiter ſumptus in hoc deficit à deſiderio, & gaudio, quod deſiderium eſt boni non habiti, gaudium verò boni habiti, & poſſeſsi: amor autem ſpecialiter ſumptus eſt de bono, quia abſolutè bonum eſt.

Tùm etiam: nam gaudium eſt de bono poſſeſſo quia poſſeſſo; atqui amor ille etſi ſit de bonitate poſſeſſa non tamen inibi manet, quia poſſeſſam; ſed quia bonam abſ-

abſolutè: ergo amor bonitatis poſſeſſæ, quia bona abſolutè non eſt gaudium aliàs deſiderium non eſt; cum hoc petat tamen poſſeſſionem boni: ergo eſt amor ſpecialiter diuinus. Maior etiam probatur; nam in amore bonitatis diuinæ poſſeſſæ, quia abſolutè bona, nulla imperfectio importatur: ergo bonitas diuina poſſeſſa poteſt ab ipſo amari, quia abſolutè bona.

94 *Si opponas.* Si opponas, in Deo circa bona intrinſeca repugnat deſiderium, vt proximè dicebamus cum communi Theologorum ſententia: ergo etiam repugnat circa talia bona amor ſpecialiter ſumptus. Probatur conſequentia, ideò deſiderium repugnat, quia conditio abſentiæ, & non poſſeſſionis à deſiderio ex parte obiecti petita, repugnat bonis Deo intrinſecis, vtpotè eſſentialiter poſſeſſis; ſed etiam repugnat illis conditio, quam ex parte obiecti petit amor ſpecialiter ſumptus: ergo repugnat Deo amor ſpecialiter ſumptus in ordine ad iſta bona. Probatur minor: obiectum amoris ſpecialiter, eſt bonum abſtrahens, à præſentia, & abſentia, à poſſeſſione, & non poſſeſſione; ſed bonis Deo intrinſecis hæc abſtractio repugnat, non minus, quam realis abſentia, vel realis poſſeſſionis negatio: ergo conditio petita ab amore ſpeciali in obiecto, prædictis bonis repugnat. Probatur minor: bonum abſtrahens à poſſeſſione, & nõ poſſeſſione, eſt indifferens, vt poſſideatur, & non poſſideatur; ſed hæc indifferentia repugnat bonis intrinſecis Deo; cum ſit illis eſſentiale actu poſſideri à Deo; cum quo ſtare nequit indifferentia ad non poſſeſſionem: ergo abſtrahere à poſſeſſione, & non poſſeſſione, repugnat bonis intrinſecis Deo.

95 *Reſpond.* Reſpondeo, negando conſequentiam: ad probationem nego minorem. Ad illius probationem, diſtinguo maiorem; vt bonum abſtrahens à poſſeſſione, & non poſſeſſione, abſtractione poſitiva, & in eſſendo, & terminando obiectivè, nego maiorem: abſtractione purè præciſiva in movendo, concedo maiorem: & ſub eadem diſtinctione minoris, nego cõſequentiam: nam obiectum amoris ſpecialiter ſumpti, non eſt bonum abſtrahens à poſſeſſione in eſſendo, vel terminando obiectivè; ſed ſolum in movendo: & licet bonum, quod terminat talem actum, poſſeſſum de facto ſit, & illius poſſeſſio ametur, non tamen movet ad illum, quia poſſeſſum, ſed quia bonum; quod optimè convenire poteſt bono, cui eſſentiale eſt poſſideri; cum enim in tali bono, & ratio bonitatis, & ratio poſſeſſionis reperiantur, & vtraque illam terminet, poteſt movere ad amo- poſſeſſum, & hoc eſt abſtrahere à poſſeſſione præciſivè motive: ac proinde, quamvis bonis Deo intrinſecis eſſentiale ſit, poſſideri ab ipſo Deo, poteſt Deus ibi illa amare amore ſpeciali, & pro.

Et quidem verum divinum eſſentialiter eſt bonum, & tamen movet intellectum divinum præciſivè à bonitate in movendo; movet namque, non quia bonum, ſed quia verum; & ſimiliter bonum divinum eſſentialiter eſt verum, & tamen in movendo voluntatem divinam, à veritate præſcindit: pariter ergo in præſenti, quamvis ſit eſſentialiter poſſeſſum, poteſt in movendo à poſſeſſione præſcindere. 96 Infan

Sed dices, ideò bonum divinum eſſentialiter poſſeſſum, non poteſt a poſſeſſione in terminando præſcindere, quia terminat vt in ſe, & in ſe poſſeſſum eſt eſſentialiter; ſed etiam movet prout in ſe ipſo; ergo non poteſt à poſſeſſione motive, nec in movendo præſcindere. Reſpondeo diſtinguendo maiorem: quia terminat vt in ſe, & in terminando bonitas, & poſſeſſio conveniunt, concedo maiorem: præciſe quia terminat prout in ſe nego maiorem & conceſſa minori, nego conſequentiam quia in movendo non conveniunt bonitas & illius poſſeſſio, ſed potius ſub hac ratione opponuntur; non enim poteſt poſſe movere ad amorem ſpecialem; poteſt tamen illum terminare; nec bonitas, bona abſolutè, poteſt ad gaudium mouere, licet *vt quod* poſſit gaudium terminare; & ideò nec gaudium poteſt terminatè à bonitate præſcindere, benè motivè, nec amor ſpecialiter ſumpotest terminativè præſcindere à poſſeſſione, motivè tamen poteſt præſcindere ab illa.

Sed inſtabis, ideò poſſeſſio, & bonitas in terminando conveniunt, quia conveniunt in ratione amabilis, & obiectũ terminativum amoris; obiectum motivum ad amorem rationem amabilis: ergo conveniunt poſſeſſio, & bonitas abſoluta in ratione amabilis, & obiectũ terminativum amoris; obiectum motivum ad amorem rationem amabilis: ergo conveniunt poſſeſſio, & bonitas abſoluta in ratione amabilis, & obiectũ terminativum amoris; obiectum motivum ad amorem rationem amabilis: ergo conveniunt poſſeſſio, & bonitas abſoluta in n conſequentèr non poteſt vna tivè, ſeu in movendo præſci nec terminativè, vel in term pondeo, poſſeſſionem, & bo nam convenire in movendo nando, cum hæc tamen diffe in terminando, cõveniunt vndè poſſunt eundem ad terminare caterum in m conveniunt genericè, aut ac proinde non poſſunt a divinæ voluntatis mover

Et ratio illius diſcrim motiva eſt ratio form

terminativa est ratio *quæ*; omnis autem ratio *quæ* induta eadem ratione *sub qua*, potest per vnum actum attingi: diversæ autem rationes *sub eisdem* non possunt amplius formaliter distingui: & consequenter nec adnari in ordine ad vnum, & eundem actum voluntatis; & ideò bonitas & possessio conveniunt athomè in terminando; secus autem in movendo, sed tantum quali genetice.

100 *Tertio infertur.* Denique infero, non dari in Deo proprie appetitum innatum sive ad bonà intrinseca, sive ad extrinseca, quidquid sit de inclinatione innata, de quà in sequentibus disputationibus. Ita Granados *ubi supra num.* 6. Et quoad primum probatur: nam iuxta Divum Thomam *in 1. dist. 45. quæst. 1. art. 1. in tertio in tredenti articulo ad secundum*: licèt detur in Deo actus voluntatis, qui est elicita inclinatio in bonum non datur in ipso appetitus elicitus propriè, in ordine ad bona intrinseca; eo quod appetitus elicitus in rigore sumptus, est boni non habiti, nec possessi quod ex Augustino probat Divus Thomas; ergo pariter & eadem ratione, esto concedatur in Deo inclinatio innata in perfectiones intrinsecas; non tamen est concedendus per ordinem ad illas appetitus innatus in rigore.

Prima pars probatur.

Patet consequentia; nomen namque *appetitus* fuit translatum ad innatum ex analogia ad elicitum: ergo si appetitus elicitus in rigore acceptus, est circa bonum non habitum, etiam appetitus innatus, si propriè accipiatur, petit pro conditione in suo termino, vel obiecto conditionem non habiti, vel possibilis; & consequenter in ordine ad bona Deo intrinseca quibus hæc conditio repugnat, appetitus innatus non datur.

101 *Secunda pars probatur.* Secunda pars eodem argumento probatur: nam appetitus innatus petit in termino cui adiacet non habiti, modo, quo illam petit appetitus elicitus, si recte petit pro conditione obiecti rationem non habiti, nec formaliter nec eminenter: & ideo illum excludimus à voluntate divina per ordinem ad bona creata; quia eminenter possidentur à Deo, & si non semper formaliter: ergo etiam appetitus innatus propriè acceptus, petit terminum non habitum nec formaliter nec eminenter; ac proinde non est constituendus in Deo in ordine ad bona creata eminenter in ipso contenta.

Confirm. ampliùs. Quod ampliùs urgetur; nam in communi Theologorum sententia non datur in humanitate Christi terminata subsistentia Verbi, appetitus innatus propriè personalitatis: alias esset in statu violento, illa carens: & hoc ideo, quia licet non habeatur, nec possideatur formaliter possideatur tamen, & haberur eminenter in subsistentia Verbi: ergo appetitus innatus peti. propriè terminum, nec eminenter, nec formaliter habitum; & consequenter non datur in Deo in ordine ad bona creata, quæ licèt quandoque à Deo non habeantur formaliter, semper tamen eminenter habentur.

102 *Si opponas 1.* Si opponas primo Divum Thomam *in hoc articulo in corpore*, vbi postquam locuerat, in qualibet re naturali in ordine ad propriam formam naturalemque perfectionem, hanc esse habitudinem, vt in illam non habiam tendat, & in illa habita quiescat, ita subiunxit: *Et hæc habitudo ad bonum in rebus carentibus cognitione, vocatur appetitus naturalis*: ergo sentit Divus Thomas, habitudinem ad bonum naturale, sive habitum, sivè non habitum, esse naturalem appetitum; & consequenter appetitus innatus non petit in termino conditionem non habiti. Ex quo vlteriùs fit non esse excludendum à Deo in ordine ad bona intrinseca, nec in ordine ad extrinseca vt ex ratione nostra colligitur.

103 *Respond.* Respondo illam habitudinem, terminum respicere in duplici statu, nempè vt habitum & vt non habitum: complexaque habere exercitium, vel quietis in illo habito, vel tendentiæ in illum non habitum: cum ergo asserit Divus Thomas hanc habitudinem dici appetitum innatum, & naturalem; intelligendus est non adæquatè respectu omnis status termini, & omnis exercitij habitualis; sed in adæquatè, scilicèt per comparationem ad terminum, vt non habitum & ad exercitium tendentiæ in illum: sicut solutione ad secundum docuit D. Thom. voluntatem creatam dici, & denominari appetitum, non adæquatè, & in ordine ad omnem actum, sed inadæquatè, & per ordinem ad actum desiderij boni non habiti. Iuxta quam doctrinam explicata Authoritate Angelici Doctoris, nego consequentiam.

104 *Si opponas 2.* Si opponas secundo, appetitus naturalis nihil aliud est quam naturalis exigentia boni & perfectionis naturalis; sed exigentia illa datur in Deo; etenim natura quæ naturaliter exigit attributa: intellectus etiam exigit intellectionem, & voluntas volitionem: ergo datur in Deo appetitus naturalis in ordine ad bona intrinseca & intrinsecas perfectiones. Respondeo ex doctrina tradita, distinguendo maiorem: exigentia perfectionis naturalis non habitæ, nec possessæ, concedo maiorem; sine conditione non habitæ, nego maiorem: & sub eadem distinctione minoris, nego consequentiam: nam Deus essen-

et eminenter possidet omnes suas perfectiones, & consequenter quamvis illas exigat respectu illas appetitu propriè innatu; sicut quamvis illas amet, non tamen desiderat, nec appetit appetitu elicito proprie, ob defectum conditionis non habiti, nec possessi, quam vterque appetitus ex parte obiecti requirit, vt propriè appetitus sit. Quod si comparatio fiat cum bonis Deo extrinsecis, de est proprietas appetitus, sivè innati, sivè elicitis quia licet non possideantur formaliter, possidentur eminenter.

105 *Instabis.* Instabis, in natura divina concepta pro priori ad attributa, datur exigentia illorum & non possessio pro illo priori: ergo datur appetitus proprie innatus. Antecedens pro prima parte supponitur, & pro secunda parte probatur; nam pro illo priori solum competunt naturę divinę, quę sunt de metaphysica illius constitutione in ratione naturę ab attributis distinctę sed attributa non pertinent ad eius metaphysicam constitutionem: ergo non competunt naturę pro illo priori; ac per consequens non possidentur.

Resp. 1. Respondeo primo, concesso antecedenti, negando consequentiam: sicut nāque ad appetitum elicitum, & ad rationem desiderij non sufficit, bonum volitum, non haberi pro aliquo priori naturę, vel originis, sed requiritur negatio possessionis boni pro instanti mensurante appetitum; quo circa amor, ex quo Spiritus Sanctus procedit proprie desiderium non est, nec appetitus; quia inter se coexistunt pro instanti, quamvis non existant pro omni priori originis; ita ad rationem appetitus innati, non sufficit, bonum non possideri pro aliquo priori originis, vel naturę, sed petitur, non haberi pro instanti mensurante appetitum.

106 *Secundo.* Secundo respondeo, distinguendo secundam partem antecedentis: non possessio formalis, concedo antecedens: eminens, seu virtualis, nego antecedens, & consequentiam: quia ad appetitum innatum non sufficit negatio possessionis in esse formali, sed etiam in esse virtuali, vel eminentiali; licèt autem attributa pro priori naturę, sub conceptu naturę non possideantur formaliter, possidentur tamen virtualiter; & ideò pro illo priori non salvatur in natura divina propriè appetitus innatus in ordine ad attributa.

107 *Dices.* Dices in causa creatā virtualiter continentur effectus; & tamen illum non habitum in esse formali appetit appetitu innato propriè: ergo haberi virtualiter non obstat proprietati appetitus innati. *Respond.* Respondeo, distinguendo maiorem; continentia virtuali perfecta, & actuali, nego maiorem: imperfecta, & potentiali, concedo maiorem. & concedo maiori, nego consequentiam: nam virtualis continentia attributorum in divina essentia, actualissima, & perfectissima est, per implicitam inclusionem illorum & hæc virtualis continentia licet tollat statum potentialitatis respectu formalitatis contentę, ita ob est proprietati desiderij, & appetitus innati.

Vltimo infero, in divinis perfectionibus non esse propriè inclinationem innatam per ordinem ad se ipsas, v.g. naturam divinam in se ipsam, i. voluntate, & in intellectu per ordinem ad se ipsa non salvatur propriè ratio inclinationis innatę. Ita Theologi frequenter. Quod probant aliqui Recentiores; eo quod habens inclinationem, debet terminum habere; nam inclinatio non est sine termino; sed subiectum, & terminus necessario debent distingui; alias in inclinatione non esset, nisi subiectum ipsius, & consequentèr inclinatio sine termino esset: ergo in divinis perfectionibus non datur in se ipsas naturalis inclinatio. Patet consequentia; nam à se ipsis nullo modo distinguuntur.

108 *Illustratio.* *Prob. Recentiorib.*

Verum Recentiores isti non probant minorem: etenim defendentes contrarium, non negant subiectum, & terminum in inclinatione; sed dicunt non esse necessarium, quod subiectum, & terminus distinguantur; bene enim potest idem absque vlla distinctione esse subiectum, & terminus; arguentes autem, ex eo quod subiectum habens inclinationem non distinguatur à termino, inferunt carentiam termini in inclinatione; cum tamen tolum inferre deberent carentiam termini distincti à subiecto, quod Auctor sopposit in ipsa sua assertione fatentur; nam enim est idem, inclinationem carere termino, & carere termino distincto à subiecto inclinationem habente.

Con

Melius alij doctrinam corollarij suadent; nam in communi modo cocipien. di, & loquendi; idem in se ipsum non dicitur inclinari, v.c. non dicitur materia inclinari in se ipsam, volitio, aut intellectio in se ipsas, & sic de aliis perfectionibus creatis, sed perfectiones increatę, & divinę nullo modo à se ipsis distinguuntur: ergo requirit dici propriè inclinari in se ipsas per inclinationem innatam.

Contrarium sentit Herice *Tract. disput. 12. cap. 4. num 4.* ductus primo auctoritate D. Thom. in præsenti articulo, vbi docet, in re naturali dari inclinationem in suam formam naturalem habitam, vel non habitam: ergo

ipſam habere poteſt inclinationem naturalem; & conſequenter perfectiones divinas ſe ipſas inclinantes. Secundo, quia in appetitu elicito eſt affectus complacentiæ, non ſolum comparatione perfectionum diſtinctarum, ſed etiam comparatione ſui; hæc enim intellectio divina eſt ſui intellectio, ita Dei volitio, eſt ſui amor: ergo pariter appetitus innatus eſt in Deo concedendus, non ſolum per comparationem ad perfectiones diſtinctas, ſed etiam comparatione ſui. hoc eſt, non ſolum in vna perfectione divina reſpectu alterius perfectionis, ſed etiam reſpectu ſui ipſius. Probat conſequentiam; nam appetitus innatus dicitur per analogiam ad appetitum elicitum: ergo ſi nulla repugnantia, in eo quod intelligimus ipſam volitionem vt volitam abſque vlla diſtinctione, pariter, in eo quod vna divina perfectio ſe ipſam abſque vlla diſtinctione appetat innato appetitu, vel in ſe ipſam inclinet per inclinationem innatam, nulla repugnantia invenietur.

Secundo.

112 D. Thom. non recte adduci à P. Herice prob. 1.

Primum tamen argumentum in efficax prorſus eſt, & D. Thom. omnino extra rem adducitur ab Herice in confirmationem ſuæ doctrinæ. Tùm, quia res naturalis compoſita, de qua loqui D. Thom. reſpondebamus ſupra, a ſua forma realiter diſtinguitur, diſtinctione includentis ab incluſo, quæ diſtinctio, ſicut exiſtit, vt cauſetur à forma, & illam realiter cauſet, in genere cauſæ finalis: ita ſuſpicit, vt res naturalis innate inclinetur in illam. Tùm etiam: nam ſi D. Thom. loquatur de re naturali abſtrahenti a ſimplici, vel compoſita non loquitur de forma ſubſtantiali, ſed de forma accidentali, quæ realiter ab illa diſtinguitur vel ſi nomine formæ formâ ſubſtantialem includit, tamen illam, prout in ſuo eſſe terminato, & completo; complementũ autem formæ naturalis realiter diſtinguitur à conſtituto per illam, vt ſuperius explicuimus: ergo in quocũque ſenſu doctrina D. Thom. accipiatur, male adducitur ad probandũ inclinationem eiſdem rebus ipſam abſque vlla diſtinctione.

Tertio.

113 Tùm denique; nam inclinatio, quam D. Thomas conſtituit in re naturali in ordine ad propriam formam, non ſolum eſt per quietem in illa vt habitu, ſed etiam per tendentiam, vel deſiderium in illam non habitam: ergo ſi inclinatione rei naturalis in propriam formam, colligitur inclinatio eiuſdem ad ſe, colligetur inclinatio eiuſdem ad ſe ipſam non ſolum per modum habitus aut gaudii ſed etiam per modum tendentiæ, vel deſiderij, quod non intendit Herice, nec poteſt intendere cum idem eſſe non poſſit ſine ſe ipſo, &

conſequenter, nec in ſe ipſum inclinare inclinatione, per modum actionis.

Ad ſecundum argumentum Recentiores quidam reſpondent, concedendo antecedens, negando conſequentiam: & rationem diſcriminis reddunt: nam appetitus elicitus conſiſtit in ponere, quod dicit Iſaacus, non quod ſit exigentia illius, & ideo poteſt, non ſolum ad alia a ſe, ſed etiam ad ſe ipſum terminari. Appetitus vero innatus, vel innata inclinatio conſiſtit in exigentia: & quia idem ſe ipſum non poteſt exigere, nam exigentia petit ſubiectum exigens, & terminum exactum, aliqua ratione diſtinctum; hi conſequens, quod dicit in ſe ipſum nequeat inclinari per innatam inclinationem, vel innatum appetitum. Ita Father Præpoſitus Valentinus *diſp. 1. de Deo Trino, & Vnius Deo, cap. 1. art. 4. num 28.*

114 *Ad 2. argumentũ Herice reſpondent alii qui.*

Hæc tamen ratio diſcriminis falſo fundamento nititur: falſum etiam eſt, appetitum elicitum eſſe tendentiam, aut affectum, non vero exigere obiectum. Quod probo; nam appetitus innatus, ideo exigit terminum, quia in illum inclinat ſicut appetitus elicitus eſt illicita inclinatio in obiectum: ergo exigit illud, non minus quam appetitus innatus, vel innata inclinatio.

115 *Contrà.*

Quod amplius vrgetur: non enim aliſi de probari poteſt, inclinationem innatam ſuum terminum exigere: niſi quia increatis ita contingit, quod inclinatio innata illum exigit, ſed etiam inclinatio elicita, vel appetitus creatus elicitus exigit obiectum ſuum, ea ratione, quia terminatur ad ipſum: ergo inclinatio elicita vtique exigit obiectũ ſuum; & conſequenter etiam illud exigit inclinatio elicita, vel amicitia elicita divinus, omni imperfectione excluſa.

Confirmã.

Vndè relicta hac ratione eſſe inanis, ad ſecundum argumentum reſpondeo diſtinguendo antecedens; primario nego antecedens: ſecundario realiter, aut virtualiter concedo antecedens: & ob eadem diſtinctione conſequentis, concedo & nego conſequentiam. Itaque volitio divina nõ eſt volitio tui tanquam obiecti primarij, ſed obiecti, veluti ſecundarij, vel ſaltem per modum materialis obiecti, nam obiectum primarium voluntatis ſeu volitionis divinæ non eſt ipſa volitio ſed vel natura divina, vel bonum divinũ tranſcendens; a quocũque autem iſtorum virtualiter, aut ratione diſtinguitur divina volitio: quod vero ſecundario aut materialiter ad ſe ipſam terminetur, non obſtat; nam diſtinctio volitionis ſolum debet eſſe ab obiecto formali, & primario nõ autem ab obiecto ſecundario, aut materiali.

116 *Reſpondã ad argumentum ſecundũ P. Herice*

Quod patet: nam in creatis volitio poteſt realiter diſtingui ab obiecto, & tamen

117 *Probatur*

hoc solum est verum, loquendo de obiecto primario, & formali, non autem de obiecto secundario, aut materiali; nam isto modo, creata volitio, est volitio sui ipsius; volens namque bonum in communi, eadem volitione, ipsam volitionem vult: ergo pariter, distinctio virtualis aut rationis ratiocinatæ, quæ exigitur inter increatam intellectionem, & obiectum illius solum est respectu obiecti primarij, aut formalis; non autem respectu obiecti materialis, vel secundarij; ac proinde materialiter, vel secùdario nihil obstabit: quominus increata volitio, sit volitio sui ipsius. Ex quo tantum sequitur, quod aliqua perfectio divina possit inclinare in se ipsam secundario, aut materialiter; quod non inficiabor concedere; nam voluntas divina, quæ fertur per inclinationem innatam in naturam divinam, vel in bonum divinum primario, & formaliter, secundario, aut materialiter in se ipsam innate inclinatur; & idem de divino intellectu. Et hæc de ista disputatione, applicando literæ Magistri *in 1. dist. 45. §. 1.* ad illa verba: *Iam de Voluntate Dei, &c.*

DISPVTATIO QVADRAGESIMA SEXTA.

An velle Dei, sit de constitutione metaphysica divinæ naturæ?

§. I.

Relatis sententijs, statuitur prima conclusio.

Nu. 1. *Explicatur titulus disputationis.*

NON loquimur de physica Dei constitutione; nam hic certũ est *velle Dei*, sive per modum actus primi, sive per modum actus secũdi pertinere ad Dei cõstitutionem; nam metaphysica Deitatis constitutio coalescit ex omnibus prædicatis divinis; utpote, cum omnia prædicata Dei sint re ipsa cum Deo idẽtificata. Quod verum est ex tolis inde perfectionibus absolutis, sed etiam de relationibus; cum etiam relationes cum Deo identificentur, non solu realiter entitativè, quod est de fide, sed etiam realiter formaliter, absque vlla distinctione formali actuali præveniente confectionem nostri intellectus vt cõtra Scotum, & Durandum *infra q. vlt. 22.* docet cõmunis sententia. Procedit ergo disputatio nostra in præsenti de constitutione metaphysica divinæ naturæ, quo genere constitutionis iddicitur, constituere alicuius rei naturam, quod primo in illa intelligitur cum fundamento in re ipsa.

In quo sensu dupliciter è regione opposita versatur sententia. Prima affirmans est, quam expresse docet Aduersus *Tractatus scientia Dei, disp. 2 sectione 6.* FAVET Suarez *disp 30. metaphysicæ, sect. 16. num. 13.* vbi docet, volitionem à natura divina solum ex modo significandi differre; ita vt inter obiectum obiectivum ulterius nullum sit discrimen inter volitionem Dei, & illius admittit, tales colequenter tenentur, ipsi proinde pertinere ad illius metaphysicam constitutionem. Cui sententiæ ex Recentioribus adhæret Martinus Perez *Tract. Trinitate, disp. 11. sect. 6. num. 4.* pro illa ferens Zuñig. *de Trinitate, disp. 2. dub. 2. memb. 8. & dub. 4. memb. 2. num. 3.* & Bec nus *1. p. cap. 1. q. 4.* quia docet, attributa divina essentia includi. Falso tamen à canus, & levi fundamẽto pro hac sententia refertur: nam *in citato cap. sect. 3.* admittit virtualem distinctionem inter essentiam attributa divina, & q. 2. agnoscit distinctionem rationis ratiocinatæ inter illa

proinde; ex eo quod docet, includi in essentia Dei non sequitur ipsum sentire, quod pertineat ad metaphysicam Deitatis constitutionem, nisi velit, fere omnes Thomistas eidem sententiæ adiungere, cum quibus *Tractatu de Trinitate*, non tolum de attributis, sed etiam de relationibus docuimus, in divina essentia includi.

3 *Secunda sententia.* *Capreol. Caietan. Salmāt.* Secunda negans est, quam tuentur Capreolus *in 1. dist. 8. quæst. 4. art. 2.* Caietan. *infra quæst. 41. art. 5. §. circa positionem*: Vbi docet, divinam naturam esse principium quo radicale divinarum processionum; intellectum autem, & voluntatem obtinere rationem principij quo proximi. Patres Salmanticenses *Tract. 4. disp. 2. dub. 3* & frequenter cæteri discipuli D. Thomæ *in præsenti, & supra quæst. 14. art. 1.* Tenent etiam ex Patribus Societatis Herice *disp. 12. cap. 2.* Alarcon *tract. 3. disp. 3. cap. 6* & frequenter Recentiores ex eadem familia; non tamen vno modo defenditur; quibusdam asserentibus, volitionem actualem esse extra constitutionem metaphysicam Deitatis; voluntatem autem per modum actus primi, esse de metaphysica constitutione illius; alijs autem de voluntate, & volitione id negantibus. Pro quo sit

Herice. Alarcon.

4 *Prima cō clusio.* PRIMA CONCLVSIO. *Volitio actualis Dei, non est de metaphysica constitutione divinæ naturæ.* Conclusionem istam probant aliqui primo: nam D. Thomas in hoc articulo demonstrat voluntatem per intellectum in Deo; sed demōstratio à priori, petit per principium, vel causam virtualem saltem procedere: ergo iuxta D. Thomam, intellectus divinus eius voluntatem præcedit, ad minus virtualiter; & consequenter voluntas, non erit de prædicatis primo Deo conuenientibus quod necessarium erat vt ad illius metaphysicam constitutionem spectaret. Sed hoc argumentū non vrget nam D. Thom. *supra quæst. 14. art. 1.* demonstrauit intellectualitatem divinam per illius immaterialitatem; & quidem demonstratione à priori, vt frequentis à Thomistis docetur; & tamen in frequentiori Thomistarum sententia, divina intellectualitas, est de metaphysica Deitatis constitutione: ergo ex eo quod voluntas à priori demōstretur per intellectum in Deo, non sequitur, voluntatem non esse de metaphysica Dei constitutione. Et ratio est; nam demonstrationi à priori sufficit præcedentia prædicati quod est medium ad prædicatū demonstratum; stat autem inter duo prædicata inadæquate ingredientia alicuius rei constitutionem, quod vnum aliud præcedat; & consequenter cum hoc quod vtrūque ad rei constitutionem pertinet, stare

Probant aliqui 1.

Contrā.

potest, vnum demonstrari per alterum & ita de facto contingere in intellectualitate & in materialitate divina, docent frequentius Thomistæ.

5 *Secundo probant alij.* Secundo ab alijs arguitur ex eodem D. Thoma *infra quæst. 78. art. 1. ad primum corporis*, illis verbis: *Appetitus autem non constituit aliquem gradum viuentium*: cuius propositionis veritas nequit subsistere, si volitio Dei naturam constitueret; cum iam aliquod appetitivum constitueret supremum gradum viuentium: ergo volitio diuina non est de constitutione metaphysica naturæ diuinæ.

Contrā. Sed nec præmittit hoc argumentum, nisi aliunde iubetur; nam ex verbis D. Thom. solum colligitur appetitivum non constituere specialem gradum vitæ; non autem quod simul cum intellectivo non constituat gradum vitæ intellectivæ. Quod patet ex causali D. Thom. qua id probat: *quia nem̄ è in quibus vis est sensus, est appetitus, vt dicitur in 2. de anima.* Quæ causalis nō probat, non cōstituere simul cum intellectivo, sed tantū quod non constituat specialem gradum viuentium, distinctum a viuente intellectivo; nam in quo cumque est appetitus reperiri sensum, vel intellectum, non obstat ad constituendū simul cum intellectivo; sicut nec obstat necessaria coexistentia libertatis, & naturæ; quominus ex vtroque conceptu nostra constituatur voluntas. Et similiter quod discursivum necessario reperiatur simul cum intellectivo non obstat; quominus ex intellectivo, & discursivo constituatur intellectus humanus.

§. II.

Conclusio nostra alijs argumentis suadetur.

6 *Probatur 1. nostra conclusio ex D. Th.* VNdè omissis his argumentis suadenda est nostra conclusio: primo ex D. Tho. *q. 4. de veritate, art. 3. ad 3.* illis verbis: *Dicendum, quod notitia est de ratione Verbi, quasi importans essentiam Verbi; sed amor est de ratione Verbi, non quasi pertinens ad essentiam Verbi, sed quasi ex eo emanans ipsum*; sed si amor, aut velle actuale, esset constitutivū metaphysicū diuinæ naturæ esset de essentia Verbi diuini cui primo & per se communicatur natura diuina: ergo iuxta Diuū Thomam amor, aut volitio actualis non constituit metaphysice diuinam naturam.

7 *Secundo ex eodem D. Thom.* Secundo ex eodem D. Thom. *in 4. quæst. 27. art. 2. ad 4.* vbi docet, ideo Verbum in diuinis procedere vt genitum; sed cum autem Spiritus Sanctus quia Verbum ex vi suæ processionis evadit similis suo principio in natura, Spiritus Sanctus nō ita.

aſſi velle Dei illius naturam metaphyſicè conſtitueret Spiritui Sancto ex vi hujus proceſſionis communicaretur natura divina; cum illi communicetur ex vi proceſſionis, in multorum ſententia volitio, quæ vt ſupponitur, conſtituit naturam divinam, & in ſententia aliorum paſsivum appeti, vel amari, quod etiam Dei naturam metaphyſicè conſtituit, ſi temel volitio activa eſt de cõſtitutione metaphyſica illius: ergo iuxta D. Thom. volitio actualis non conſtituit metaphycè divinam naturam.

8 *Tertio probatur ratione,*

Tertio probatur ratione, volitio ex proprio conceptu cognitionem ſupponit, iuxta illud commune axioma, *nihil volitum, quin præcognitum*: fundatum in eo, quod voluntas cum potentia cæca ſit, indiget ducatu intellectus, vt exeat in volitionem; ſed cognitio Dei, vel naturam divinam conſtituit, vt plures volunt, vel vt melius alij docent, naturam divinam metaphyſicè conſtituitam per radicalem intellectualitatem ſupponit: ergo volitio actualis ſupponit conſtitutam metaphyſicè divinam naturam; & conſequentèr, ad hanc conſtitutionem non pertinet.

9 *Reſp. 1.*

Reſpondebis primo, negando maiorem: nam quod volitio cognitionem ſupponat, non habet ex conceptu volitionis, communi creatæ, & increatæ ſed ex conceptu creatæ, quo, ab increata cognitione diſtinguitur. Sed cõtra: volitio creata realiter ſupponit creatam cognitionem, volitio etiam notionalis diuina & illius terminus ſupponunt notionalem intellectionem, & terminum eius: ergo volitio increata eſſentialis, virtualiter ſupponit increatam eſſentialem cognitionem. Patet conſequentia, primo à paritate rationis. Secundo, quia ex creatis manuducti contemplamur, & rimamur divina, omni imperfectione ſeclusa; ſed quod volitio eſſentialis divina ſupponat virtualiter eſſentialem cognitionem, non dicit imperfectionem: ergo ſupponit virtualiter illam.

Contra.

10 *Dices.*

Dices, eſſe manifeſtum diſcrimen inter volitionem creatam, & increatam notionalis, diſtinguuntur realiter à cognitione, ac proinde neceſſario illam ſupponunt; volitio autem eſſentialis increata, omnino identificatur cum cognitione eſſentiali; ac proinde non poteſt illam ſupponere. Sed

Contra 1.

contra primo: etſi volitio notionalis paſſiva realiter differat à cognitione notionali paſſiva, ſpiratio activa nõ diſtinguitur realiter à cognitione activa notionali: & tamen ſpiratio activa cognitionẽ notionalem activam ſupponit: ergo pariter volitio eſſentialis cognitionem eſſentialem ſupponet; quamvis ab illa realiter non diſtinguatur. Minor cum conſequentia patet. Maior autem conſtat; nam eo, quod notionalis activa, vel conuenit in ipſa relatione eſſentiali vt modificata paternitate, vel in ipſa paternitate & ſpiratione activa volitione eſſentiali connatura relatione ſpiratoris, quæ eſt Patri, & Filio communis, vel in ipſa relatione; at hæc relatio non diſtinguitur realiter à paternitate: ergo volitio notionalis activa non differt realiter à cognitione activa notionali.

Contra ſecundo, inter cognitionem creatam, & creatam volitionem intervenit realis ſuppoſitio; quia realiter diſtinguuntur; ſed inter volitionem eſſentialem, & eſſentialem cognitionem intercedit virtualis diſtinctio, vt ex dicendis conſtabit: ergo etiam intercedit virtualis ſuppoſitio. Tertio, ſi namque volitio eſſentialis non ſupponit virtualiter eſſentialem cognitionem, non eſt aſſignabilis ratio ordinis proceſſionum in divinis; cur, ſcilicet, Spiritus Sancti proceſsio, Verbi proceſsionem ſupponat? hoc autem abſurdum eſt: ergo debet neceſſario admitti virtualis ſuppoſitio inter volitionẽ eſſentialem, eſſentialemque cognitionem.

11 *Secũ*

Ti

Reſpondebis ſecundo, volitionem, vel non ſupponere cognitionem eſſentialem vel eam ſupponi ad illam; ac proinde ex ſuppoſitione cognitionis, ad volitio[nem] non poſſe colligi, quod non ſit de prim[a] Deitatis conceptu. Aſſumptum aut[em] probat Zuñiga vbi ſupra; nam volitio, id cognitionem ſupponit, quia co ni[ſi] liti nem regulat ex parte obiecti t quam propoſitio & applicatio illius; volitio eſt etiam obiectum cogniti eſſentialis, cum comprehenſiva ſit & ſequentèr omnem Dei perfectione[m] tingat: ergo cognitionem præcedit cognitio non præcedit volitionem. conſequentia; nam ſi conditio obi[ecti] tit præcedere à fortiori etiam obi vel è contra: ergo ſi cognitio p volitionem; quia proponit obiect applicat illud, à fortiori volitio p cognitionem, vtpotè obiectum il ſi volitio quamvis ſit cognitionis non præcedit cognitionem, nec volitionem præibit, quamvis illius per modum proponentis, cantis obiectum.

Sed contra primo; nam pr obiecti ad actum ſolum petit. motivo; volitio autem nc ctum motivum cognitionis tantum terminativum: erg cognitio divina habeat Dei pro obiecto, non ſequitur, cognitionem eſſentialem pr

cundo: nam Verbum divinum existit cognitione procedit, *vt tenet communis sententia contra vetum i supra q.14.* & tamen non præcedit ad illam: ergo ex eo quod volitio objectatur cognitione essentiali, non sequitur illam præcedere. Tertio, nam si ex ratione obiecti æque infertur præcedentia atque ex ratione regulæ mensurantis volitionem, non poterit vlla ratio assignari ordinis processionum in Deo: cur scilicet processio Spiritus Sancti supponat processionem Verbi, & non è converso? hoc non potest prædictus Auctor admittere: ergo fateri tenetur, diversam esse rationem.

Tertio.

14 **Resp. 3.**

Respond. bis tertio: tùm solum cognitionem debere ad volitionem præcedere, quando volitio a cognitione distinguitur; cum autem volitio est ipsa cognitio, non petit hanc præsuppositionem: imò impossibilem esse: volitio autem divina est ipsissima cognitio; & ideò non potest præsupponere cognitionem. Sed contra primo; quia nullus quem viderim, ex oppositis Authoribus est, qui ponat inter volitionem, & cognitionem divinam distinctionem aliquam intercedere.

Contra 1.

Secundo.

Secundo quia vt docet D. Thom. cognitio divina assimilativa est: secus autem divina volitio; quo circa terminus per intellectionē productus, similis est suo principio in natura; & ideo Filius & Genitus: secus autem imò Deus productus per voluntatem, vt docet D. Tho. *1. p. q. 27. art. 2. & 4.* & ex eadem ratione terminus productus per intellectum, est imago; secus verò terminus productus per volitionem, vt docet idem D. Thomas *1. p. q. 34. art. 1. & 2.* ergo hæc absque aliqua distinctione inter cognitionem, & volitionem divinam subsistere nequeunt: ergo volitio divina non est cognitio essentialis absque aliqua distinctione.

15 **Tertio.**

Tertio; nam volitio notionalis activa, à cognitione activa notionali virtualiter distinguitur, & ratione ratiocinata; cum illa in relatione spiratoris, & ista in Paternitate, vel in recto, vel in obliquo alijs consistant, inter quas relationes nullus Theologorum negat virtualem distinctionem, & rationis ratiocinatæ: ergo pariter, volitio essentialis, & essentialis cognitio virtualiter distinguuntur, & ratione ratiocinata formaliter.

Quarto.

Denique, nam virtualis distinctio, vel consistit in æquivalentia ad prædicata realiter distincta in creaturis, vel in eo quod sic aliqua realiter identificata se gerant, ac si realiter distinguerentur vel in fundamento verificationis duarum propositionum, quæ contradictorie opponuntur. Vel denique in fundamento præcisio intellectui nostro ad aliqua entia realiter indivisibili, vt propter eminentiam illius, & intellectus imbecillitatem, duas formalitates ratione nostra distinguat & in partes partiatur sed omnia hæc in divina volitione, & intellectione essentiali inveniuntur: ergo distinguuntur virtualiter & ratione ratiocinata. Verùm hæc distinctio removeri debet à Deo contra communem Theologorum sententiam imò & veriorem, exc. pto tantum Aureolo. In maiori recolantur omnes modi, quibus a Theologis virtualis distinctio explicatur.

Minor autem ostenditur per singulos discurrendo; etenim cognitio & volitio divina æquivalent cognitioni & volitioni creatæ quæ realiter distinguuntur, & in ordine ad constituendum Deum volentem & intelligentem, sic te gerunt, ac si realiter distinguerentur, ac illi quæ verificantur pro ponit ones contradictorię, aut contradictoria prædicata; nempè, quod Filius per cognitionem & non per volitionem procedat, & Spiritus Sanctus è contra per volitionem, non autem per cognitionem. Ac denique intellectualitas ratione fundamento sumpto ex eminentia perfectionis divinæ diversis conceptionibus volitionem, & intellectionem concipit: ergo volitio divina, non ita est divina cognitio vt ab illa non distinguatur distinctione virtuali, & ratione ratiocinatę.

16 *Minor. prob.*

Denique respondeo, concessis maiori & minori, negando consequentiam: vt enim in limine disputationis attigimus, vnius prædicatum per alterum demonstratio, & consequenter illud supponere quod ad demonstrationem vnius per alind exigitur, & tamen vtrumque inadæquatè ingredi ad naturæ vel entitatis constitutionem: vt constat in divina intellectualitate quæ, *vt suprà ostensum est*, ex communi Theologorum sententia, demonstrata fuit à D. Thom. *1. p. q. 14. art. 1.* per immaterialitatem divinam: & consequenter, illam aliqua ratione supponit; & nec sola immaterialitas nec sola intellectualitas Dei atem constituit metaphysicè, sed ex vtraque vt inadæquate ingredichte, metaphysicè conflatur, ac proinde ex eo quod volitio cognitionem præcedat & hæc Deitatem metaphysicè constituat, non sequitur volitionem esse à constitutione metaphysica divinæ naturæ excludendam. Nam ad hanc argumenti similitudinem; intellectualitas Dei illius immaterialitatem supponit sed immaterialitas Dei atem constituit: ergo intellectualitas non est de metaphysica Deitatis constitutione, cuius syllogismi vtraque

Quarto respondetur bis principali fundamento pro nostra sententia.

præmiſſa eſt vera; cõcluſio tamen eſt falſa.

18 Sed contra primo; nam ex duabus formalitatibus adæquatè diſtinctis, non poteſt vna natura metaphyſicè conſtitui conſtitutione virtuali; ſed cognitio ſupponitur ad volitionem, vt formalitas virtualitèr adæquatè ab illa diſtincta: ergo non poteſt ingredi conſtitutionem metaphyſicam diuinæ naturæ. Maior cum conſequentia tenet. Minor autem oſtenditur primo: nam ſpiratio activa ſupponit intellectionem notionalem activam, vt formalitatem virtualitèr adæquatè diſtinctam; relationãque ſpiratoris adæquatè virtualiter à Paternitate diſtinguitur: ergo volitio eſſentialis ſupponit intellectionem eſſentialem, vt virtualitèr adæquatè diſtinctam.

Contra 1.

Minor ſuadetur 1.

Secundo, Secundo, nam cognitio ex ſe eſt forma completa, & ſimiliter volitio; vt conſtat in cognitione, & volitione creatis, quæ ſunt completa accidentia: ergo ſicut in creatis adæquatè realiter diſtinguũtur, ita in Deo diſtinguũtur virtualiter adæquatè.

19 Tertio, ex eo quod cognitio, & volitio in Deo adæquatè virtualitèr diſtinguantur, nulla ſequitur imperfectio, ſed naſcitur ex ſumma eminentia: ergo adæquatè virtualitèr diſtinguuntur. Quarto, nam ſi ſemel iſta, quæ de cognitione, & volitione diuina affirmantur, ſcilicèt per cognitionem procedere Verbum, & non per volitionem, & è contra, Spiritum Sanctũ per volitionem, & non per intellectionem procedere, ſalvantur abſque diſtinctione virtuali adæquata, poterit etiam defendi, relationes diuinas ſolum inadæquatè virtualitèr diſtingui ab eſſentia; ſed hoc non concedunt contrariæ ſententiæ Auctores: ergo nec primum poſſunt concedere.

Tertio, Tertio.

Quarto. Quarto.

20 Contra ſecundo; nam volitio ſupponit cognitionem, vel vt conſtituentem naturam; vel vt ſupponentem conſtitutam naturam; ſed eo ipſo, quod iſto modo cognitionem ſupponat, ſupponit adæquatè conſtitutam naturam: ergo ipſa, nec inadæquatè naturam conſtituit. Minor pro ſecunda parte probatur, nam ſi cognitio ſupponitur volitioni, vt ſupponens conſtitutã naturam, ſupponitur vt vitalis operatio egrediens virtualiter à natura; ſed vitalis operatio virtualitèr egrediens à natura, ſupponit virtualitèr illam adæquatè cõſtitutam in ratione naturæ; ſicut operatio vitalis realitèr à natura egrediens, ſupponit realiter naturam conſtitutã adæquatè: ergo volitio præſupponens ſic cognitionem, ſupponit virtualiter diuinam naturam, adæquatè conſtitutam in ratione naturæ. Et eadem ratione ſuadetur minor pro ſecunda parte; nam eo ipſo, quod cognitio ſupponatur volitioni, vt conſtituens naturam diuinam, comparatur ad volitionem, vt ad actum ſecundum vitalem, virtualiter ab ipſa egredientem; ſed ad actum vitalem virtualiter egredientem ſupponitur virtualiter natura conſtituta adæquatè, *vt proximè oſtendebamus*: ergo eo ipſo quod ſupponatur ad volitionem cognitio vt conſtituens Dei naturam, præſupponitur volitioni natura adæquatè conſtituta.

Contra 2. & impugnatur 4. ſolutio.

Dices, operationem creatam præſupponere naturam, vt cõplete conſtitutam; quia cum natura finita, & limitata ſit non petit vltima actualitate conſtitui; natura autem diuina vtpotè illimitata, infinita, & actus purus, petit conſtitui per vltimam actualitatem & omnem perfectionem in ſui conſtitutione importare; ac proinde, quamvis ad operationem, ſivè intellectus, ſivè volũtatis vt radix præſupponatur, non præſupponitur adæquatè conſtituta, ſed tantum inadæquatè, & id circo ſufficit actus inſurgitur adæquatam illius conſtitutionem.

21 Dices

Sed contra primo, nam radix operationum conſtituit naturam vt ſic: ergo radix increata & perfectiſſima in linea radicis cõſtituit naturam increatam, & perfectiſſimam; ſed eo ipſo, quod ſupponatur natura divina radicans vel vtramque operationem, intelligendi, & volendi, vel aliquam illarũ, ſupponitur vt radix perfectiſſima in ratione radicis: ergo ſupponitur adæquatè conſtituta in ratione naturæ increatæ perfectiſſimæ. Secundo; quia natura divina, vt natura, non eſt formalitèr infinita in omni linea, ſed tantũ in linea naturæ, in alijs autem idẽticè, & virtualitèr ſed eo ipſo, quod volitio ſit operatio vitualitèr egrediens à natura divina, non ſpectat formalitèr ad lineam naturæ, ſic nec ad lineam radicis: ergo ſalvabitur natura divina infinita in ratione naturæ, quæ eo quod ſit infinita in linea volitiformaliter, ſed tantum identicè, & virlitèr; & conſequenter proillo priori quo intelligitur radix volitionis, incel tur adæquatè conſtituta in ratione naturæ divinæ. Patet conſequentia; nam prius concipitur vt infinita in linea volitionis formalitèr, & identice virtualitèr in linea volitionis actuali concipitur infinita in linea naturæ.

Tertio: nam ſequitur ex hac ſolutione relationes pertinere ad metaphyſicam conſtitutionem naturæ divinæ; quod non admittunt contrariæ ſententiæ Auctores: ergo ſolutio tradita eſt falſa. Probatur ſequela: ideò inquiunt hanc relationem, ad volitionem non ſpectare, quia natura divina conſtituta adæquatè ſupponatur natura vt

Digitized by Google

non intelligitur vltimo actuata, sed actuabilis per volitionem, nec summe perfecta formaliter, quia non intelligitur volens; sed etiam pro priori ad relationes intelligitur natura divina, vt per illas actuabilis, & non vt perfecta formaliter perfectione relativa, quia divinæ relationes in sententia contrariorum important: ergo quamvis præintelligatur radix relationum, nō præsupponetur constituta adæquatè in ratione naturæ; ac proinde pertinebunt relationes ad illius constitutionem.

24 *Vltimo principaliter fuadetur conclusio.*

Denique principaliter suadetur conclusio, & vrgetur argumētum præcedens: natura divina adæquatè communicatur formaliter, non communicata volitione formaliter: ergo adæquate constituitur, non ingrediēte volitione constitutionem illius. Consequentia est evidens; non enim potest communicari adæquate natura, nō communicato adæquato illius constitutivo. Antecedens autem probatur; nam processio Spiritus Sancti supponit naturam divinam communicatam Filio adæquate formaliter sub ratione naturæ; sed non supponit volitionem cōmunicatam Filio ex vi processionis formaliter: ergo adæquatè formaliter communicatur natura non communicata formaliter volitione.

Confirm. Et augetur difficultas; inde namque potissimè probant Theologi, Paternitatem, v.c. non esse de constitutione metaphysica naturæ divinæ sub cōceptu naturæ expressō, quia ex vi generationis communicatur Filio natura, non communicata Filio Paternitate: ergo si divina natura communicatur Filio adæquatè formaliter ex vi processionis nō communicata Filio formaliter volitione, non est volitio de constitutione metaphysica illius sub conceptu naturæ.

25 *Resp. 1.* Huic argumento duplex adhibetur solutio. Prima negat antecedens & maiorē probationis; non enim est necessarium ad rationem generationis, quod ex vi illius communicetur formaliter natura sub cōceptu adæquato naturæ, sed sufficit, formaliter cōmunicari primum naturæ conceptum radicantem cæteros; & quia intellectō volitionem radicat, & secum affert, ex consequenti fit, vt quamvis Filio ex vi processionis non communicetur volitio, sed tantū intellectio formaliter salvetur ratio generationis, quamvis etiam volitio sit de metaphysico conceptu naturæ divinæ. Ita quidam quos sinè nomine referunt Herice, & Salmanticenses supra.

26 *Resp. 2.* Sed contra primo: nam de ratione Filij, est assimilari suo principio in natura sub cōcepta naturæ adæquatè; sed assimilatio illa, est in eo quod per generationem communicatur formaliter ad principium quo Patris, ergo est de ratione Filij, quod per generationem accipiat naturam sub conceptu naturæ adæquatè formaliter. Minor cum consequentia tenet. Maior autem probatur primo: nam filii, si creatis assimilatur Patri in natura sub conceptu naturæ adæquatè: ergo etiam Filius divinus debet Patri assimilari adæquatè in natura sub conceptu naturæ; & consequenter est de ratione Filij vt sic.

Maior probatur primo.

27 *Secundo.* Secundo, quia Spiritui Sancto communicatur formaliter, ex vi suæ processionis conceptus inadæquatus naturæ divinæ in sententia, quam impugnamus: & tamen illius processio generatio non est: ergo ad generationem non sufficit illam terminare sub inadæquato conceptu naturæ. Minor cum consequentia tenet. Maior autem constat; nam Spiritui Sancto communicatur ex vi processionis formaliter volitio divina, aut divinum amari passivum, sed velle divinum, est conceptus inadæquatus naturæ divinæ in præfata sententia, & consequentèr divinum apperi, vel amari: ergo communicatur Spiritui Sancto formaliter ex vi processionis natura divina secundum inadæquatum conceptum naturæ.

28 *Dices.* Dices, conceptum inadæquatum naturæ communicatum Spiritui Sancto formaliter ex vi processionis, esse quasi secundariū supponentem vt priorem actionem intellectionis, illamque non radicantem, & ideō esse insufficientem, vt ratione illius Spiritus Sanctus sit Filius & illius processio sit generatio; cuius oppositum in processione Verbi oppositā de causa contingit, vt iam explicatum est. Sed contra: nam volitio affert secum alias formalitates ratione iucunditatis cum illis, licet non ratione prioritatis: ergo si adstruitur pertinens ad constitutionem naturæ, vt conceptus inadæquatus illius, & alias quod de ratione geniti non est accipere ex vi processionis naturam adæquate formaliter, Spiritus Sanctus erit genitus, & filius, & illius processio generatio.

Contra.

29 *Si dicas.* Si dicas, volitionem supponere divinam intellectionem iam communicatam Filio, per se ex vi suæ processionis; & ideo non afferre secum divinam intellectionem, per se perfectate termini, sed tantū perfectate materiali, & in esse rei. In contrarium obstat, nam si volitio vt communicata Spiritui Sancto, non petit formaliter in ratione termini, illi communicari intellectionem; quia supponit illam per se communicatam ex vi alterius processionis, pariter intellecti communicata filio, non petit formaliter formalitate termini,

Contra.

quod illi communicetur volitio; quia per se est communicanda ex vi alterius processionis; & hoc non obstante, processio Filij est generatio: ergo processio Spiritus Sancti non debet ex hoc principio à ratione generationis excludi.

30 *Secundo respondent alij argumẽto principali pro nostra sentẽtia.*

Secundo respondetur ab alijs, negando antecedens; & ad probationem, negata minori; Verbo namque ex vi suę processionis non solum communicatur intelligere divinum, sed etiam velle divinum. Sed contra hanc solutionem in hunc modum argumentor: in generatione Filij volitio non se tenet formaliter ex parte principij: ergo nec per se ingreditur terminum formalem illius; iste namque, & principium proportionari debent, & adæquari. Probo antecedens, in termino producto nulla ratio reperitur impulsus; aliàs daretur duo impulsus in divinis, quod est hæreticum: ergo volitio non se tenet formaliter ex parte principij. Patet consequentia; nam impulsus nihil est aliud, quam terminus productus per voluntatem, sicut Verbum est terminus productus per intellectum; sed si volitio se tenet formaliter ex parte principij productivi Verbi, procedet non solum per intellectum, sed etiam per voluntatem: ergo erit non solum Verbum, sed impulsus simul, & è contra si adæquatè est Verbum, & nullatenùs impulsus, volitio non se tenet formaliter in principio productivo Verbi.

Contra.

31 *Si dicas.*

Si dicas, impulsum esse terminum productum per volitionem vt amatum; Verbum autem, etsi per volitionem procedat, non procedere vt amatum; & ideò impulsum non esse. In contrarium obstat, nam amor nequit vt principium concurrere, nisi ad terminũ per modum amati; cum amor, & amatum correlativè se habeant, sicut actus cum adæquato obiecto: ergo eo ipso quod principium sit amor, debet terminus amatus produci. Quod amplius vrgetur quando principium solus est amor, terminus est solum amatus: ergo si principium est amor, & intellectio simul, terminus erit non solum intellectus, sed etiam amatus. Confirmatur & vrgetur secundo, ex eo Verbum in hac solutione procedit vt amor, & non solum vt intellectio; quia ratio amoris est Patri essentialis & omnino ab illius natu a indistincta; sed etiam ratio amati est Patri essentialis, & omnino à Patris natura indistincta; cum nulla sit ratio indistinctionis à natura divina in amore, aut volitione activa, quę in ratione amati, pari efficacia non militet: ergo Verbum procedit non solum vt amor, sed etiam per modum amati, & consequentèr tamquam impulsus.

Contra.

Confir. 1

Secundo.

Si respondeatur ex parte principij in- 32
greci rationem amati, non notionaliter, *Si resp.*
sed essentialiter, ex quo tantum sequatur, Verbo communicari rationem amati essentialiter; vt autem impulsus esset, deberet procedere vt amatus notionaliter. In contrarium obijcio, esse amatum notionaliter consistit in procedere per modum amati; sicut ratio notionaliter intellecti consistit in procedere per modum intellecti: ergo si Verbum ex vi processionis procedit per modum amati, amatum notionaliter erit, & consequentèr impulsus. *Contra.*

§. III.

Tribus argumentis occurritur.

COntra istam conclusionem arguitur primo ex verbis Divi Thomę, quibus concludit corpus præsentis articuli: *Et sicut suum intelligere, est suum esse, ita suum velle*; sed intelligere est esse Dei formaliter, & constitutive, constitutione metaphysica: ergo velle Dei, non solum identicè, sed etiam formaliter, & constitutivè, est natura divina. Hoc argumentum in mea sententia, distinguente intelligere actuale divinum virtualiter obiectivè, divina natura constituta per radicem intellectionis, nullius roboris est, nam concessa, vt iacet, doctrina D. Thom. min argumenti est neganda: Dei namq e r tura non in actuali intelligere, sed in dicè intellectionis, & volitionis metaph sicè consistit. Imò *supra dist.* 4 hoc ar mento inter alia ex D. Thom. prob identitatem à D. Thoma alle r tam q 14. *art.* 4. inter intelligere divinum esse non esse virtualem, sed tantum lem formalem; eo quod D. Thom hoc articulo & vbicumque de ſuper & velle instituit termonem, eiusde bis identitatem intellectionis & nis cum divino esse adstruit, & ill identitatem istam æquiparat; cur sit virtualis, sed tantum formali idem dicendum erit de identitat lectionis, cum divina essentia, & r

Docti tamen Recentiores T affirmantes, intelligere actuale Dei naturam metaphysicè consti ab illa virtualiter non distingui, r ne rati cinata obiectivè sed t modo significandi. Ad argume pondent, comparationem fact Thom. non intelligi quoad om lum, quoad identitatem re

lem, & distinctionem ex modo significandi, non vero quoad identitatem virtualem, & distinctionem rationis ratiocinatę. Itaque intelligere, & velle identificantur realitèr formalitèr cum divina natura, & distinguuntur ex modo significandi ab illa, & quoad hoc in quo cõveniunt, fuit æquiparatio facta ab Angelico Doctore; in hoc tamen discriminantur quod actuale intelligere, non distinguitur virtualitèr, nec ratione ex parte obiecti à divina natura volitio autem virtualitèr, & obiectivè ab illa distinguitur, quod discrimen non excluditur verbis adductis ex Divo Thoma: nam particula *sicut* non semper importat omnimodam similitudinẽ, sed aliquam tantum stat autem cum convenientia in aliquo, in alio discriminari.

35 *Si opponas.*

Quod si contra istam solutionem opponas, Divum Thomam eisdem verbis astruere identitatem volitionis, & intellectionis cum divina natura aliis locis & in præsenti articulo illa quoad identitatem istam æquiparat: ergo absque fundamento adstruitur inter illa discrimen, & similitudo cum limitatione explicatur.

Respondent recentiores.

Respondebunt negando antecedens: nam D. Thom. *supra qu. 14. art. 4. in corpore*, docet, intellectum divinum, id quod intelligitur speciem intelligibilem, & ipsum intelligere, esse omnino vnum; de velle autem, seu divina volitione nusquam idẽtitatem explicuit cum particula *omninò*.

36 *Cõtra 1.*

Sed contra primo, ibi asservit esse omnino idem intelligere, & Deum intellectum in præsenti autem docet velle Dei esse ipsum Deum, licuti intelligere, est Deus: ergo sentit esse omnino idem, sensu, in quo divinum intelligere identificatur omnino cum Deo.

Secundo.

Secundo: nam intelligere divinum, esse omnino vnum, & idem cum Deo, non excludit distinctionem rationis ex modo significandi, vt præfati Recentiores fatentur: ergo nec excludit distinctionem rationis obiectivam, & virtualem ex parte obiecti significati.

Tertio.

Tertio: nam omnimoda illa identitas adstruitur à D. Thoma, vt à divino intellectu excludatur potentialitas; sed ad illam excludendam non petitur omnimoda identitas per exclusionem distinctionis virtualis, & rationis ratiocinatę, sed tantum per exclusionem distinctionis realis formalis: ergo ly *omnino* assertum à D. Thom. hanc solam distinctionem excludit. Maior constat ex discursus articuli.

37 *Minor constat ex D. Thom.*

Minor autem ostenditur ex D. Thom. in cuius doctrina est manifesta; nam *primo Contra Gent. c. 73. versus finem quæsta*, inde probat, voluntatem Dei esse idem cum divina essentia; quia aliàs essentia Dei compararetur ad ipsam, quasi potentia ad actum, & esset compositio in Deo: ergo sentit D. Thom. identitatem voluntatis cum divina substantia esse talem, vt excludat potẽtialitatem, & compositionem in Deo; & tamen non est identitas omnimoda per exclusionem distinctionis virtualis, & rationis ratiocinatę obiectivę, sed tantum realis formalis: ergo ad excludendam potentialitatem, & compositionem à Deo, sufficit omnimoda identitas per exclusionem distinctionis formalis, non autem virtualis, & rationis ratiocinatę obiectivę.

38 *Secundo respondere possunt Recentiores.*

Secundo respondere possunt, distinctionem virtualem, & rationis obiectivam inter voluntatem, & intellectum, tradi à D. Thom. *infra quæst. 27. art. 2. ad 4.* vbi docet, intellectum assimilativũ esse, secus verò volũtatem divinam, Verbumque per intellectum procedere, non per voluntatem; & è contra, tertiam Trinitatis Personam per voluntatem, & non per intellectum; quę doctrina absque distinctione virtuali obiectiva nequit salvari: de intelligere autem cum divina essentia, aut natura cõparato, nihil horum traditum ab Angelico Doctore invenitur.

39 *Contra 1.*

Sed contra primo: nam *infra quæst. 26. art. 2. ad 1.* comparando intellectum cum essentia, docent Angelicus Doctor; quod licèt beatitudo conveniat Deo secundum suam essentiam, id est, sit illi essentialis: non autem ei convenit secundum rationem essentię, sed magis secundum rationem intellectus. Ex qua doctrina tale argumentum conficio: vt verificetur, intellectum esse assimilativum, non autem voluntatem, Verbumque per intellectum, & non per voluntatem procedere, exigitur inter illa virtualis distinctio, & rationis ratiocinatę, vt in solutione asseritur: ergo pariter, vt verum sit, Deo cõvenire beatitudinem secundum rationem intellectus, & non secundum rationem essentię, necessaria erit distinctio virtualis, & rationis ratiocinatę obiectivè inter intellectum, & essentiam divinam, vel si ad hoc verificandum sufficit distinctio ex modo significandi, pariter ad primam sufficiet.

40 *Si obijcias.*

Nec obstat D. Thomam vti particula *magis* quo inuerer videtur beatitudinem Deo convenire, secundum essentiam, & secundum intellectum: nam comparatio absolutam cõvenientiam prædicati comparationi supponit. Non inquam obstat.

Respond.

Tùm, quia in doctrina D. Thomę particula *magis* non semper est comparativa, sed multotics negativè sumitur. Tùm etiam: nam licèt comparativè sumatur, solum colli-

colligitur, convenire Deo beatitudinem secundum essentiam identicè, non autem formaliter. Vel ad summum, quod conveniat secundum essentiam radicaliter, & proximè secundum intellectum.

41 *Respond. pro Recentioribus probabiliter.*

Propter hæc, & alia fateor, non facile colligi ex D. Thoma discrimen, quoad identitatem cum divina essentia inter intelligere, & velle; quia tamen intellectio est primus actus naturæ intellectualis, volitio verò secundus; fit vt ad excludendam potentialitatem in natura divina exigatur probabiliter identitas re, & ratione ratiocinata intellectionis cum divina natura, secus autem volitionis, intellecta namque natura præcisa à prima actualitate; potentialis intelligitur, si tamen primum actum, vt sui constitutivum importet, quamvis à secundo constitutivè prætcindat nulla inducitur potentialitas, etiam secundum rationem, sed comparantur vt actus purissimus ad purissimum. Et ob istam differentiam, licèt eisdem verbis vtriusque actus identitas cum divina essentia explicetur, nõ in eodem sensu accipiuntur, sed ita, vt de intellectione loquendo, accipiatur de identitate virtuali, & rationis ratiocinatę, cum sola distinctione ex modo significandi; cum autem de divina volitione loquitur, accipiatur de identitate reali formali, cum distinctione virtuali, & rationis ratiocinatę obiectivę, quod discrimen, etsi nobis non placeat, pluribus gratissimum est.

42 *Secundo arguitur, ex eodem D. Thom.*

Secundo arguitur ex D. Thom. *in hac quæst. art. 4. ad 2.* illis verbis: *Ad secundum dicendum, quod quia essentia Dei est eius intelligere, & velle, ex hoc ipso, quod per essentiam suam agit, sequitur, quod agat per modum intellectus, & voluntatis.* Ex quibus verbis tale argumẽtum conficetur. Apud Divum Thomam hæc est bona cõsequentia: *Deus agit per essentiam suam; sed essentia Dei est velle, aut voluntas divina: ergo agit per voluntatem;* sed nisi velle Dei, sit illius essentia constitutivè virtualiter, & ratione ratiocinata, consequentia ista non tenet: ergo iuxta Divum Thomam, velle Dei, est ipsius essentia, & natura, non solum idẽticè, aut formaliter realiter, sed etiam virtualiter constitutivè, & ratione ratiocinatę. Maior constat ex verbis D. Thomę allegatis. Minor autem probatur: nam ista consequentia non valet: *Deus agit per essentiam suam; sed sua essentia est Paternitas divina: ergo agit per Paternitatem;* at non alia ratione, nisi quia relatio nõ est essentia divina virtualiter, & constitutivè: ergo nisi velle Dei sit divina essentia virtualiter, & constitutivè, non sequitur, agere per voluntatem.

Respondeo, concessa maiori, negando minorem. Ad illius probationem, nego minorem: sed ideo secunda consequentia non tenet, quia Paternitas, aliæque relationes non sunt essentia divina identicè identitate potentiæ naturæ intellectualis, sed identitate modificantis essentiam; intelligere autem, & velle identificantur cum divina essentia tanquam potentiæ naturæ intellectualis; ex eo autem quod isto modo identificentur cum essentia divina, rectè colligitur, quod si per essentiam agit, quod agat per intellectum, & voluntatem; nam quævis essentia influens radicaliter in effectum, vel actum, influit proximè in illa per potentias, quę sunt proxima principia operandi. 43 *Respond.*

Ex qua doctrina, licet obiter colligo, male à quibusdam discipulis D. Thomę ex hac auctoritate probari, quod intelligere Dei, sit de illius metaphysica cõstitutione; nam consequentia facta à D. Thoma procedit de intelligere, & velle, inferens ex illorum identitate cum essentia divina & ex eo, quod Deus per essentiam suam agit, agere per intellectum, & voluntatem; sed ipsi fatẽtur, ex hac auctoritate non colligi virtualem identitatem voluntatis cum divina natura: ergo male ex illa colligunt virtualem identitatem intellectus cum natura divina. 44 *Infe ex h ctri*

Sed dices, iuxta hanc explicationem, vt Deus operetur per voluntatem, nihil conducit identitas illius cum essentia divina; sed D. Thomas infert ex hac identitate, quod per voluntatem operetur; & consequenter sentit, identitatem istam, ad hoc quod Deus per voluntatem operetur, conducere: ergo explicatio tradita mẽti Divi Thomę non congruit. Minor cum consequentia tenet.

Maior autem probatur: quamvis voluntas non identificaretur cum essent divina, dummodo esset potentia illius illam operaretur, vt constat in creato intellectuali, quod per volun agit: tùm, operationes imman tum, etiam aliquos effectus ad extra, quod voluntas est potentia naturę inte ctualis, quamvis realiter ab illa distin ergo iuxta explicationem nostram, ic titas voluntatis cum divina essenti intentum D. Thom. non conducit.

Respondeo, negando maiorem. illius probationem, dist nguo antece nentes, & effectus actus in antecedens: effectus artificiales, co cedens & consequentiam; nam i quo voluntas distingueretur re natura, esset limitata, & finita; ac

de, quamvis per illam posset Deus elicere volitionem, & mediante illa vt movente & applicante, effectus artificiales causaret, vt contingit in agente creato, effectus autem naturales, quos Deus vt artifex supremus per intellectum, & voluntatem producit, non produceret per voluntatem realitèr à natura distinctā; sicut nec agens creatum tales effectus per voluntatem operatur, sed medijs naturalibus potētijs. Vndè Angelus, etsi voluntatem habeat, non producit per illam effectus aliquos naturales, & ad hoc quod Deus omnes effectus quos causat, per intellectum, & voluntatem causet, conducit identitas intellectus & voluntatis cum natura divina, nam ex hoc nascitur infinitas in his attributis, & vniuersalis extensio in causando.

47 *Tertio arg.* Tertio arguitur: non minus est de ratione actionis principiū supponere, quam de ratione volitionis supponere cognitionem; sed intellectio quamvis actio sit, & in creatis non constituat principium, sed realitèr illud supponat, intellectio tamen divina non supponit principium, neque etiam virtuali suppositione, sed est de primario conceptu naturę divinę, illamque metaphysicè constituit: ergo licet volitio in creatis cognitionem supponat, & naturam constitutam, divina tamen volitio, nec cogniti nem supponet, nec naturam constituram, sed illam metaphysicè constituit.

confir. 1. Et confirmabis primo: licet intellectio, quę est accidens, realitèr principium supponat & naturam non constituat; intellectio tamen quę substantia est, & subsistit substantialiter, nec etiam virtualitèr supponit principium sed metaphysicè naturam constituit, & pertinet ad illius primum conceptum: ergo paritèr licet volitio, quę est accidens, præsupponat realitèr cognitionem, & naturam constituram, volitio tamen, quę substantialis est & subsistens, nec virtualitèr præsupponit cognitionem, aut naturam constitutam, sed pertinet ad metaphysicam illius constitutionem.

48 *Confirmatur secundo.* Confirmatur, & vrgetur secundo: non minus est de ratione actionis, ab obiecto distingui, illudque præsupponere, quam de ratione volitionis distingui à cognitione, & præsupponere illam; sed cognitio divina, quia substantialis est & subsistens, non distinguitur ab obiecto suo primario, nec illud etiam virtualitèr supponit: ergo divina volitio, quia substantialis est, & subsistens, nec erit à divina cognitione distincta nec virtualitèr illam supponet. Consequentia tenet. Minor constat; nam obiectum primarium divinę cognitionis est divina natura; sed natura divina, in sententia frequentiori apud Thomistas, non distinguitur virtualiter à cognitione divina, nec ac illam præsupponitur; cum per illam constituatur metaphysica constitutione: ergo divina cognitio non distinguitur à suo obiecto primario, nec supponit virtualitèr illud. Maior autem probatur: nam cognitio non est ratio formalis specificandi volitionem, sed tantum conditio obiecti specificantis illam; obiectum autem in se continet rationem formalem specificādi actionem; sed maior distinctio exigitur, maiorque præsuppositio in ratione formali specificadi, quam in conditione tantum: ergo magis petitur distinctio obiecti ab actione, & præsuppositio ad illam, quam distinctio, & antecessio cognitionis respectu volitionis.

49 *Facile respond. in sentētia Auctoris.* Ad hoc argumentum facile etiam respondetur in sententia, quam supra disputatione 4. defendi, & paritate volitionis, efficaciter confirmavi, nempè, divinam essentiam, & naturam non in intellectione actuali, sed in illius radice metaphysicè consistere. Iuxta quam doctrinam, minor argumenti est neganda. Quia tamen Docti Recentiores Thomistę sententię oppositę adhærent, docētes, divinam naturam metaphysicè constitui per actualem intellectionem. Iuxta illorum doctrinam, ad argumentum dicatur, veram esse maiorem de actione, quę obiectivè est actio; hæc namque principium præsupponere debet, realitèr quidē si realitèr ab illo distinguitur, vel virtualitèr, si virtualitèr solum ab illo distinguatur; secus autem si solum sit grammaticaliter aut dialectice actio, hoc est, solū ex parte modi significandi; intellectio autem divina in sententia, quā supponimus, non est actio obiectivè, & metaphysicè, sed solum grammaticalitèr, dialectičè, & ex parte modi significandi; quia nempè à nobis concipitur per speciem intellectionis creatę, quę est actio, & ad instar illius significatur. Ex quo tolū sequitur, non constituere divinam naturam ex modo significādi, & concipiendi, sed vt sic illam constitutam supponere; non verò quod obiectivè supponat principiū, & naturam non constituat. Volitio autem divina non tantum ex modo significandi, sed obiectivè & ex parte rei significatę, obtinet rationem inclinationis affectivè in obiectum; ac proinde non solum ex parte modi significandi, & concipiēdi, sed etiam ex parte obiecti, & rei significatę præsupponit cognitionem obiectum, & naturam constitutam. Vndè non potest obiectivè illam metaphysicè constituere.

Respond. in sentētia Recētiorum Thomistarum.

Et ex his ad primam confirmationem, 50 con-

Digitized by Google

cõ. concesso antecedenti, nego consequentiam: nam intellectio subsistens, solum grammaticaliter, & ex modo significandi, est actio, & operatio, non autem obiectivè; & ideò potest obiectivè constituere naturam, & pertinere ad primum illius conceptum; volitio verò quamvis sit increata, & subsistens, non solum ex parte modi significandi, sed etiam ex parte obiecti, est inclinatio in obiectum; & ideò etiam obiectivè supponit directionem intellectionis; ac proinde est incapax cõstituendi metaphysicè naturam.

Ad secundam, distinguo maiorem: de ratione actionis, quę obiectivivè est operatio, cõcedo maiorem: quę solum grammaticaliter, & ex modo significandi obtinet rationem actionis, nego maiorem: & concessa minori, nego consequentiam: nam sicut, quia obiectivè no est operatio, caret obiectivè principio distincto, ita caret obiecto distincto, & specificante.

Si dicas, intellectio divina non solum ex parte modi significandi, sed etiam ex
cas. parte obiecti, est actus vitalis; sed de ratione actionis vitalis, est, egredi à principio; & consequentèr illud præsupponere: ergo divina intellectio, non tolũ ex parte modi significandi, sed etiam ex parte obiecti significati principium supponit; at, hoc non obstante, constituit divinam naturam: ergo quamvis divina volitio obiectivè cognitionem supponat, constituet
inor metaphysicè divinam naturam. Minor
.1. probatur primo; nam viuere est, se movere: ergo viuens, actu vitali se mòvet; sed non potest se movere per actum, nisi actus ab intrinseco egrediatur: ergo de ratione actus vitalis est ab intrinseco egredi.

ndo. Secundo; nam actus vitalis à non vitali distinguitur, quia vivens habet illum, non solum in se, sed etiam à se; sed non potest viuenti, à se convenire, nisi ab illo aliqua ratione egrediatur: ergo de ratione illius est egressio.

2 Respondent, negando minorem; nam de ratione actus vitalis vt sic, solum est,
on- quod viuens illud habeat à se, vel per idẽtitatem, vel per egressionem, vt autem viventi à se conveniat, per identitatem, nõ
res. est necessaria egressio; nam identitas opposita distinctioni virtuali nullam rationem egressionis admittit. Ad primam minoris probationem dicunt, definitionem illam esse de vita creata, non de abstrahente à creata & increata. Ad secundam distinguunt maiorem: à se per identitatem vel per egressionem concedo maiorem: per egressionem semper negant maiorem: & in eadem distinctione minoris, negant consequentiam. Ita discurrunt Authores sententię oppositę constituentis naturam divinam in intellectione actuali; cuius veritatem alibi examinavimus; sed re vera semper vrget argumentum à paritate volitionis petitum.

§. IV.

Cætera argumenta diluuntur.

53 Quarto arguitur: vt natura divina intelligatur metaphysicè constituta, debet intelligi vt summè perfecta; sed nisi intelligatur volens volitione actuali, non intelligitur summè perfecta: ergo nisi intelligatur volens volitione actuali, non intelligitur metaphysicè constituta; & consequentèr actualis volitio est de metaphysica illius constitutione. Maior constat; nam Deus est ens adeò perfectũ, vt illo ens perfectius, nec esse, nec intelligi possit: ergo illius natura est ita summè perfecta, vt nihil possit illa perfectius intelligi, & cõsequenter nõ poterit intelligi metaphysicè constituta, nisi intelligatur summè perfecta. Minor autem ostenditur primo: id est realitèr summè perfectum, quod realitèr claudit omnem perfectionem simpliciter simplicem: ergo id intelligitur summè perfectum, quod intelligitur habens omnem talem perfectionem; sed actualis volitio, est perfectio simpliciter simplex: ergo, nisi natura divina intelligatur volens volitione actuali, non potest intelligi summè perfecta.

Minor suadetur primo.

54 Secundo, id, quo potest esse aliquid perfectius, non est realitèr summè perfectum: ergo id, quo potest aliquid perfectius intelligi, non intelligitur vt summè perfectum; sed nisi intelligatur natura divina volens volitione actuali, potest intelligi aliquid perfectius illa: ergo nisi intelligatur volens, non intelligitur summè perfecta. Minor probatur: perfectius enim est, quod est intelligens simul, & volens, intelligente præcise; cum dicat perfectionem intelligentis, & addat perfectionem volentis; sed si natura divina non intelligatur volens, concipitur solum intelligẽs: ergo nisi intelligatur volens volitione actuali, potest intelligi aliquid illa perfectius.

Respondeo, distinguendo maiorem: debet intelligi summè perfecta, formaliter in linea naturę, & in omni linea identicè, & radicaliter concedo maiorem: in omni linea formaliter, nego maiorem: & sub eadem distinctione minoris, nego cõsequentiam: quia, vt natura divina intelligatur metaphysicè constituta non intelligi vt summè perfecta; in
formaliter perfec

55 Respond

lineę; sed sufficit, Intelligi summè perfectam, formalitèr in linea naturę: ita vt intelligatur omnem naturam excedens, habensque omnem perfectionem pertinentem ad lineam naturę, & perfectam, & summè perfectam identicè, & virtualitèr, perfectione omnis alterius lineę: sicut divina misericordia, & idem est de quocumque alio attributo iudicium, vt concipiatur metaphysicè constituta, non petit intelligi formalitèr infinita, & formalitèr perfecta perfectione alterius lineę, v.g. perfectione formali iustitię, liberalitatis, &c. Sed solum petit intelligi summè perfecta in linea misericordię, hoc est omnem aliam misericordiam excedens in infinitum, & exprimens omnem perfectionem ad lineam misericordiæ spectantem. Volitio autem divina tametsi perfectio sit, & perfectio simplicitèr simplex: non tamen est perfectio pertinens ad lineam naturę, sed ad lineam attributi; ac proinde vt natura divina cõcipiatur cõstituta metaphysicè in ratione naturę, non est necessarium, quod intelligatur volens volitione actuali formalitèr, sed identicè tantum inclusivè, & radicalitèr.

Instantia.

Contra quam doctrinam non obstant 56
duę probationes minoris, non primo, nam *Ad 1. probationem minoris.*
in ente summè perfecto, non possunt dari lineę, aut perfectiones realitèr distinctæ inter se; ac proinde ad summè perfectum realitèr, necessarium est essentialitèr omnem perfectionem, non dicentem imperfectionem; compatiuntur tamen in ente summè perfecto, lineæ, & perfectiones virtualitèr, & ratione distinctę: ac proinde quarum alię, alias virtualitèr & ratione præsupponant; eo autem ipso, quod lineę sic distinguantur, vt vna sit infinita in suo genere, non petit formalitèr per rationem alias lineas importare, sed solum identicè, aut in radicè.

Ad secundam, concesso antecedenti, 57
& prima consequentia, distinguo minorem: nisi intelligatur natura divina volens *Ad 2.*
volitione actuali, potest intelligi aliquid perfectius illa per modum naturę, nego minorem: per modum collectionis ex natura, & attributo naturę, concedo minorem & distinguo consequens: non intelligitur summè perfecta in linea, & cõceptu naturæ, nego cõsequẽtiam: in omni linea, concedo consequentiam: vt enim natura Dei intelligatur formalitèr summè perfecta in ratione naturę, sufficit, quod non possit intelligi natura perfectior illa; licet autem conflatum ex natura & volitione sit quid perfectius, quã natura divina nõ tamen est perfectior natura & hoc sufficit, vt natura pro priori ad volitionẽ, concipiatur metaphysicè constituta.

Sed oppones primo: Deus est ita per- 58
fectum ens, vt illo, nihil esse, nec intelligi *Opponens 1.*
possit perfectius: ergo metaphysicum eius constitutivum, debet esse ita perfectum; vt nihil possit intelligi neque esse perfectius; sed natura intelligens tantum, huius conditionis non est, etenim natura volens volitione actuali, intelligitur perfectior, natura tantum intelligente: ergo intellectio, vel radix intellectionis prior priori ad volitionem, non est metaphysicum adæquatum Dei constitutivum; sed volens actualitèr. Secundo; nam ad minus, est ne- *Secundo.*
cessariũ, quod formalitas constituens metaphysicè divinam naturam, excedat omnes alias formalitates, seorsim consideratas; sed si cõstituatur divina natura per radicem volitionis, hoc non salvatur in illa: ergo non cõstitutur per radicem volitionis, sed volitione actuali. Maior cum consequentia tenet. Minor autem probatur ex Divo Thoma 1. *Contra Gentes, cap. 45. ratione 3.* vbi probat, intellegere divinum esse divinam essentiam: quia cum actus secundus sit perfectior actu primo, si essentia Dei non esset sua intellectio, hæc compararetur ad illam, vt actus secundus ad primum; & consequentèr esset perfectior, quam essentia divina. Ex quo sic arguitur: si volitio realitèr à divina essentia differret, esset realitèr illa perfectior, vt de intellectione docet D. Thomas: ergo si virtualitèr ab illa distinguitur, virtualitèr illam excedit; sed si divina essentia consistat in radicè volitionis, virtualitèr ab illa distinguitur: ergo virtualitèr exceditur à volitione actuali; & consequentèr non excedit omnes alias formalitates, seorsim consideratas

Tertio: nam formalitas cõstituens me- 59
taphysicè divinam naturã, nec formalitèr, *Tertio.*
nec virtualitèr, esse potest propter aliud; sed si cõstituatur aliquo præcedẽte actualem volitionem, saltim virtualitèr esset propter aliud: ergo non potest radicè volitionis metaphysicè cõstitui, sed necessario ingreditur illius cõstitutionem actualis volitio. Maior constat, quia natura vt proximè dicebamus, debet cõsistere in aliquo excedente omnes alias divinas formalitates, seorsim cõsideratas per excessum virtualem; quod autẽ perfectius est, nequit ad minus perfectũ, vt ad finem ordinari, ergo natura divina, nec formalitèr, nec virtualitèr, esse potest propter aliud. Minor autẽ probatur; etenim natura distincta realitèr à sua operatione, realitèr est propter illã, vt docet D. Thom. 1. *Cõtra Gentes, cap. 45. ratione 5.* vbi ex hoc principio probat divinam essentiam, esse suam operationem; quia

Digitized by Google

set propter illam, & aliquid
ciet finis; cum omnis
t propter suam operationem:
distincta virtualiter à sua ope-
rit virtualiter propter illam vt
consequenter si natura divina
r metaphysicè, aliquo præce-
tionem actualem, erit virtuali-
r suam volitionem.

etur difficultas; quia namque
realiter à natura distincta, reali-
egreditur, vt à principio effi-
eratio, quę virtualiter distingui-
ura, virtualiter oritur ab illa, vt à
effectivo: ergo si natura, vel sub-
aliter distincta à sua operatione,
, est realiter ab illa, vt à fine, &
illam vt finem, natura distincta
ter à sua operatione, erit ab illa vt
t propter illam vt finem virtuali-
onsequenter, si natura divina non
itur actuali volitione, sed forma-
llam virtualiter præcedente, ab
virtualiter distincta, erit propter
m volitionem, vt finem.

tamen non vrgent, nec veritatem
solutionis infringunt; ad primam
io maiorem: Deus est ita perfectũ
nihil possit intelligi illo perfectius,
b illo realiter distinctum, concedo
em: nihil ratione distinctum, sub-
quo maiorem: perfectius perfectione
, concedo maiorem: excessu relu-
, ex collectione naturę, & attributi,
maiorem: & sub eadem distinctione
oris, nego consequẽtiam. Itaque petit
na Deitatis, & Dei perfectio, quod
realiter ab ipso distinctum, possit
vel intelligi perfectius, & hoc salva-
quamvis attributa non ingrediantur
rę constitutionem; nam conflatum ex
ra, & volitione, vel alio quocumque
ibuto, non est realiter distinctũ à Deo,
ab eius natura; ac proinde quamvis
edat naturam seorsim considerata,
lominus subsistit, nihil realiter distin-
n à Deo, esse vel intelligi perfectius;
it etiam Deus, quod est concretum na-
ę, eo quod est naturę perfectissimæ,
od nihil etiam ratione distinctum esse,
intelligi possit perfectioris naturæ:
od etiam subsistit. quamvis cõflatum ex
eitate, & volitione, sit perfectius Deita-
per rationem; quia non est perfectius
cessu præstantioris naturę, sed excessu
sultante ex inclusione naturę & super-
ldita perfectione attributi, & excessus
te non excluditur à summa perfectione
e; nam eo ipso, quod in illo distinguan-
r virtualiter perfectiones, & vna aliam
præsupponat, & omnes vnam cõmunem
radicem, debet vna aliam virtuali
per rationem excedere, & conflat
duabus, singulas virtualiter, & per
nem superare.

Ad secundam, concessa maiori
minorem. Ad probationem, con
antecedenti, nego consequentiam.
autem discriminis est; nam casu, i
natura divina realiter ab intellect
aut volitione differret, esset realit
tentialis: & consequenter excede
actualitate ab illis; ac proinde eti
perfectione; distinctio autem vir
naturę divinę ab intellectione, & vo
ne, non redait potentialem natura
cũ tali distinctione remanet summè
lis; ac per cõsequens illo genere distin
nis non redditur inferior perfection
actualitate, intellectione, & volition

Sed dices, natura divina realit
intellectione, & volitione distincta
deretur realiter ab illis in perfecti
quia esset realiter in potentia; sed eo i
quod virtualiter distinguatur ab inte
ctione, aut volitione, est virtualiter in
tentia: ergo eo ipso exceditur virtual
ab illis. Illatio tenet à paritate ratio
Maior est certa, & minor probatur: na
realiter distincta ab actu, idò est real
in potentia ad illum; quia illum real
non importat, & potest illi subesse, & ab
illo denominari; sed natura divina vir
liter distincta à volitione non impo
illam virtualiter; & aliàs potest cum
co iungi, & ab illa volens denomina
ergo est in potentia virtualiter ad illam

Respondeo, distinguendo maior
quia esset realiter in potẽtia ad illos actu
in esse formali, & non includens illos ac
virtuali perfectè, concedo maiorem: præ-
cisè ex ratione potentię ad illos in esse
formali nego maiorem: & sub eadem di-
stinctione minoris nego consequentiam:
nam eo ipso, quod natura divina virtuali-
distingueretur ab intellectione, & vo-
tione, non solum esset in potentia ad illos
actus habẽdos in esse formali; sed nec illos
contineret in actu perfecto virtuali. Sicut
natura creata non continet propinquos actus
continentia in actu virtuali perfecta, sed
indiget motione superioris agentis vt
transeat de potentia ad actum: & eo hoc
provenit quod in actualitate & perfectio-
ne excedatur ab illis. Cæterum virtualis
distinctio naturę divinę ab actibus intel-
ligendi, & volendi, & si arguat quod si
in potentia ad illos, vt habendos in esse
formali, non tamen tollit: quominus
natura divina vt virtualiter ab illis distin
cta contineantur in actu eminentiali per-
fectissimo absque indigẽtia alicuius, quo

de potentia reducatur ad actum, & ideò non arguit excellum in actualitate, aut perfectione prædictorum actuum supra naturam divinam.

65 Secundo respond. ad 2. obiectionē.

Vel secundo responderi potest ad secundam obiectionem, distinguendo maiorem: quod excedat omnes alias formalitates seorsim consideratas, excellu simpliciter, concedo maiorem: excellu simpliciter, & secundum quid, nego maiorem; & sub eadem distinctione minoris, nego consequentiam. Ad probationem maioris, quatenus distinctioni tradit. obiare potest, distinguo antecedens: voliciorea- liter distincta à natura divina, est realiter illa perfectior, excellu simpliciter, nego antecedens: excellum secundum quid, cō- cedo antecedens: & distinguo consequens per eandem distinctionem. Itaque certum est, cātu in quo; dditio, aut intellectio realiter à natura divina distingue rentur, non excederet in- aliter illam excellura, quam ex cellu secundū tellectio creata naturā creata m; hæcau- tem solum illam excedit, ex cellu simpliciter; nullus enim Philosophorum concedit, substan- tiam creatam intellectivam simplicitèr excedi ab intellectione, sed ntum secū- dum quid; quia, nempè, est ia actualior: licèt autem maior actua ii ex- ceilum simpliciter, si ext paria sint; quādo autem non servatur pa itas in om- ni alio, non arguit excellum simplicitèr; & quia subtantia creata per et adgens subtantię, intellectio aut m est in genere accidentis, quamvis illam actualitate excedat, non sequitur, esse perfectiorem illa simpliciter, sed tantum secundū Ex quo ad summum sequitur quid. virtualiter à natura divina voli tionem illam ex- cedere virtualiter excellu secundum quid; nempè in maiori expresion- illatis; quia tamen ex alio capite in natura divina est, ac per excellum causalitatis; hæc autem divina & pri- ei- pij virtualis; quia est radix actualissima omni- nes perfectiones divinas, quod volitioni non cōcerit, sit vt absolutè, & simpliciter perfectior. Ad tertiam, concessa ma iori, nego minorem: ad cuius probationem dicatur, naturam divinam realiter à sua opera- tione posse dupliciter sumi: p. imo secun- dum se, prout est radix potentiarum; & operationū, & sic esse propter suas opera- tiones, non vt finem; perfectius namque ad in- finem effectus, perfectius non ordinatur naturaliter, vt ad finem creata ndicaliter sumpta, simpliciter est perfe-

61 Dic

61 Resp.

66 ad 3.

ctior suis operationibu sic sumpta, non est pre finem cuius gratia; sed ctus. Secundo summi potētijs proximis dan operari, & sic est p tanquam finem cuius confugit Divus Thom divina realiter distin tura, nec vt poten quod habet ab inte quid creatum, & vt finem, quod e niens, nam iam num quale est d ficatus realiter finem creatum tur, & merito a

Et sic explic tinguo conseque virtualiter à vo vt finem, sumpt ximè, concedo c radix potentiarū consequentiam; vt finem effectus vt finem cuius g nam sicut natura ter, non est propt nem cuius gratia ita natura virtua rationibus, si sum propter illas vir gratia, sed solum ta autem, vt il operativis virtua erit virtualiter p vt finem cuius g in sequenti disput

Denique ar- tu Dei constituitur i lectuali perfecta, & telectualis sumpta est intellectio, sed natura divina constitu solum intellectione Maior constat prime intellectuale compl ergo illius natura co lectuali perfecta, & nam constitutivum specie completa, deb natura autem divina, species completa; & constitutivum debet e completum. Tertio, n sivum, compositivum quodlibet sumptum se incompletum in linea na, nullum illorum adæquate constituit; f

ſumpta: quia vt ſic aliquid completum important: ergo pariter, & à fortiori, conſtitutivum metaphyſicũ Deitatis, debet eſſe vita intellectualis perfecta, & cõpleta. Minor autem probatur: volitio actualis Dei eſt vita intellectualis: ergo vita intellectualis, ſumpta completè, non eſt ſola intellectio, ſed etiam actualis volitio.

Antecedens oſtenditur primo, nam volitio actualis, eſt vita; ſed non vegetatiua, vel ſenſitiua, vt omnibus eſt manifeſtum: ergo eſt vita intellectualis. Secundo, nam volitio actualis divina eſt formaliter, & eſſentialiter vita, puriſſima, & perfectiſsima: ergo pertinent ad ſupremum gradum vitæ; ſed ſupremus gradus vitæ, eſt vita intellectualis: ergo volitio divina eſt vita intellectualis. Confirmant, & vrgent primo, omnipotentia divina, conſtituitur adæquate continenti; omnium creaturarum; non autem hac, vel illa continentia: ergo natura divina, quę in vita intellectuali conſiſtit, petit cõſtitui omni eo quod rationem vitæ intellectualis ſortitur: volitio autem vita intellectualis eſt: ergo petit volitione conſtitui. Confirmant ſecundo, natura creata intellectualis, quę non in actu, ſed in radice operationũ conſiſtit, conſtituitur adæquate non per radicem intellectionis, ſed per radicem intellectionis, & volitionis: ergo ſi natura divina non conſiſtit in radice viuendi, ſed in vltimo actu vitæ, petit non ſolum actuali intellectione, ſed etiam actuali volitione conſtitui.

Reſpondeo, conceſſa maiori, negando minorem: ad illius probationem, diſtinguo antecedens: volitio actualis, eſt vita intellectualis, ſumpta vita pro operatione viuentis, concedo antecedens: ſumpta pro eſſentia viuentis, nego antecedens, & diſtinguo conſequens: ſumpta vita primo modo, concedo conſequentiam: ſumpta ſecundo modo, ſcilicet pro eſſentia viuentis intellectualis, nego cõſequentiam: vt enim docet D. Thom. *quæſt. præcedenti, artic. 2. in corpore*: nomen vita fuit impoſitum à motu exteriori vitali, non tamen ipſum motum ſignificat, ſi rigoroſè ſumatur, ſed eſſentiam ipſam, & naturam viuentis conſiſtentem in radice talis motus, quandoque tamen accipitur pro ipſa operatione vitali. Dicimus ergo, volitionem actualem eſſe vitam intellectualem, ſumpta vita pro operatione viuentis, non autem pro eſſentia, vel natura viuentis. Ex quo non ſequitur, naturam divinam, quę eſt vita intellectualis perfecta, & cõpleta, in volitione actuali conſiſtere, ſed potius oppoſitum; nam operatio ſi realiter diſtinguitur à natura, realiter illam ſupponit; ſi autem virtualiter diſtinguitur a natura, virtualiter naturam ſupponit: ac proinde actualis Dei volitio, quę vt oſtendimus, virtualiter diſtinguitur à diuina natura, debet illam virtualiter præſupponere.

Et ex his ad primam confirmationem, concedo antecedenti, diſtinguo conſequens: omni eo quod ſortitur rationem vitæ intellectualis per modum naturę, concedo conſequentiam: per modũ operationis naturę, nego conſequentiam: & ſub eadem diſtinctione minoris, nego conſequentiam: nam volitio Dei actualis, non eſt vita per modũ naturę viuentis, ſed per modum operationis ſupponentis naturam. Ad ſecundam confirmationem, nego ſuppoſitum conſequentis, quod nempè natura Dei, nõ in radice vivendi, ſed in actu vitæ conſiſtat; etenim ſicut natura creata conſiſtit in radice operationum realiter diſtincta ab illis: ita natura divina in radice virtuali operationum diuinarum conſiſtit diſtincta ab illis, non realiter, ſed virtualiter. Vndè, nec intellectio actualis, nec actualis volitio, ſed radix vtriuſque virtualis conſtituit naturam Dei.

Sed dices, quod intellectio actualis diuinam naturam conſtituat, eſt ſententia valdè probabilis inter Diſcipulos D. Tho. ergo debet eadem probabilitate defendi, quòd conſiſtat in volitione actuali. Patet conſequentia primo: nam iuxta hanc ſententiam, natura divina non conſiſtit in radicè operationum intellectualium vitalium, ſed in vita intellectuali actuali; ſed non ſolum intellectio, ſed etiam actualis volitio, eſt vita intellectualis actualis: ergo non ſolũ in intellectione actuali, ſed etiam in actuali volitione conſiſtit. Secundo, natura intellectualis conſiſtens in radicè operationum, non conſiſtit adæquatè in radicè intellectionis, ſed etiam in radicè volitionis: ergo natura divina conſiſtens, non in radicè vivendi intellectualiter, ſed in actuali vita, petit, non ſolum intellectione actuali, ſed etiam actuali volitione metaphyſicè conſtitui.

Reſpondeo, admiſſo antecedenti negando conſequentiam. Ad primam probationem diſtinguo maiorem: in radicè omnium operationum intellectualium, cõcedo maiorem: in radicè alicuius, nego maiorem: & conceſſa minori, nego conſequentiam: nam conſtituentes Dei naturam in intellectione actuali, negant in Deo radicem intellectionis, non autem radicem volitionis, & aſſerunt conſiſtere in actu intelligendi, & radicè actus vo-

71 *Ad 1. confirmationem.*

Ad 2.

72 *Dices.*

Conſequentia prob. primo.

Secundo.

73 *Reſpond. ad 1. conſequentiæ probationem.*

Volenti. Ratio eadem differentiæ ab ipsis in hoc consistit; nam actus intelligendi, est primus actus naturæ intellectualis, & in hac linea perfectus, & adæquatus: volitio autem est actus secundus intellectionem vt primarium actum supponens. Vnde natura intellectualis non concepta vt actu intelligens, potentialis intelligitur, vtpotè sine vltima actualitate, & prima via illius lineæ; concepta vero vt intelligens, absque vlla potentialitate intelligitur tamquam volitionis radix comparata ad illam, vt actus purissimus ad purissimum; quia actus, à quo præcindit, est vita intellectualis actualis, hoc habet tamquam secundario pertinens ad lineam intellectivam.

74 Si opponas.

Si opponas; ante actualem intellectionem intelligitur divina essentia, quæ etiam est actus vltimus: ergo si potest concipi vt radix volitionis ablique vltima actualitate, quia concipitur vt intelligens, potest etiam concipi absque vlla potentialitate intellectione, quod est actus prior volitione, per hoc quod in ea existit radix intellectionis, per hoc autem, quod existit in linea essentiæ; ac vltimam actualitatem in linea naturæ. Vnde per hoc, quod Deitas concipiatur sub actualitate essentiæ, & naturæ, non tollitur potentialitas naturæ, sed tantum in linea naturæ, proinde vt Deitas concipiatur purus in linea essentiæ, & naturæ, potest concipiatur, non solum vt actu existens, sed etiam vt actu intelligens.

Respond.

Respondebunt, existentiam in linea essentiæ non solum non concipi abique vlla actualitate, sed etiam concipi abique vlla actualitate intelligendi, non tollitur potentialis in linea naturæ: quia non est vltima actualis intellectio, non est vltima actualitas naturæ sub hoc conceptu volitivæ, est, qua reddit naturam intellectualem actu volentem; sicut vltima actualitas naturæ intellectivæ, est, qua intelligens constituitur; sed per intellectionem non fit actu volens; ergo actualis volitionis est vltima actualitas naturæ intellectualis sub conceptu volitivæ.

75 Instabis.

Sed adhuc potest contra hanc responsionem inferri; ideò per existentiam illius sub hoc conceptu volitivæ non tollitur potentialitas naturæ sub hoc conceptu intelligendi non vltimata, quia non est vltima actualitas naturæ sub hoc conceptu volitivæ, est, qua reddit naturam intellectualem actu volentem; sicut vltima actualitas naturæ intellectivæ, est, qua intelligens constituitur; sed per intellectionem non fit actu volens; ergo actualis volitionis est vltima actualitas naturæ intellectualis sub conceptu volitivæ.

76 Confirm.

Quod amplius vrgeri potest; nam ideò natura existens, concipitur potens intelligens, si intelligatur, non vt actu primus actualem intellectionis, sed vt radix actualis intellectionem, quia concipitur non existens, & ab illa denominatur potens illi subesse, & intelligens, sed etiam natura actu intelligens, Ifrg. Epis. GODOY in 1. p. Tom. 2 =

concipitur, vt non exprimit actualem volitionem, & [illegible] se, & denominari ab illa: vt potentialis in ordine ad [illegible] si hoc adque vlla imperfectione tialitate concipitur, potest vlla potentialitate, & ab fectione Deitas existens, intellectionis.

Huic obiectioni respondent Authores, [illegible] sententia Authores, [illegible] materiis, vt adæquatam [illegible] natura vt radicans intellectionem ad lineam intellectionis [illegible] sine intellectione actuali [illegible] vltima propriæ [illegible] autem sine actuali [illegible] ad propriam lineam [illegible] Contrà est radix autem [illegible] inter ad lineam illam [illegible] illius explicitione, [illegible] imperfectionem non [illegible] si efferimus ens [illegible] tis: & volitionis, [illegible] io ad vtramque ita [illegible] no ad intellectionem [illegible] tionem; radix autem [illegible] radicam primo inspectionis est in linea [illegible] autem in linea voli [illegible] consummationem con

Ad secunda conse

Recentiores quia [illegible] antecedens; nam [illegible] lis, sit calmet radix [illegible] tionis, formaliter [illegible] non constitut in radi [illegible] dice intellectionis [illegible] volitionis. & prop [illegible] ctualis, supponens [illegible] taphysice per rationem [illegible] nis Sed non placet [illegible] tur primo; nam iuxta [illegible] corum sent. ntiam, [illegible] turæ intellectualis, [illegible] vsque si esse radicem [illegible] prietas naturæ intelle [illegible] intellectu; & consequ [illegible] esset prima proprietas [illegible] volitionis, nō est propri [illegible] lectualis, sed pertinet [illegible] illius. Secūdo; quia cōcep [illegible] distinctus à cōceptu essē [illegible] dice vniversali omniū a [illegible] pertinētiuū ad talē natur [illegible] naturæ intellectualis, c [illegible] intellectionis. & volition [illegible] voluntatis. Tertiò nam [illegible] nis esset proprietas natura [illegible] radicaretur in illa; cū omn [illegible] dicetur in esseria & natura

T

cem radicis volitionis, pertinet ad constitutionem metaphysicam naturæ intellectualis formaliter; sed eadem ratio est de radice volitionis, ac de radice radicis volitionis, vt pertineat; vel non pertineat ad constitutionem metaphysicam naturæ intellectualis; ergo esse radicem volitionis est de constitutione metaphysica illius.

arto. Denique; nam sequeretur, tot esse multiplicandas proprietates alicuius naturæ radicales, quot essent in illa potentiæ, & operationes; hoc autem à nemine assertum est: ergo falsa est doctrina traditæ solutionis. Patet sequela, quia namque volitio est operatio ab intellectione distincta, & voluntas potentia distincta ab intellectu, esse radicem volitionis, distinguitur à præfatis Recentioribus, ab esse radicem intellectionis, & adiritur proprietas naturæ intellectualis: ergo si detur alia operatio distincta à volitione, esse radicem illius, erit etiam naturæ proprietas & consequenter, tot erunt multiplicandæ proprietates in radice, quot fuerint operationes & potentiæ alicuius naturæ.

80 Quare prætermissa hac solutione, ad
sp. 2. secundæ consequentiæ probationem concesso antecedenti, nego consequentiam. Ratio autem discriminis est; nam radix volitionis, non distinguitur obiectivè à radice volitionis; sed eadem formalitas absque distinctione obiectiva est vtriusque operationis radix: eo quod non comparatur ad vtramque æquè primo, sed primo ad intellectionem, & secundo ad volitionem; & ideò esse vtriusque operationis radicem, pertinet ad metaphysicam constitutionem naturæ intellectualis, volitio autem ab intellectione distinguitur virtualiter, & ratione ratiocinata obiectiva, & volitio intellectionem, vt priorem supponit, tamquam operatio naturæ intellectualis; ac proinde prætupponit illam metaphysicè constitutam.

81 Sed instant contrarij Authores; ideò in-
abis. tellectio, & volitio virtualitèr distinguuntur, & ratione ratiocinata obiectivè; quia de illis verificantur contradictoria, nempè, verbum per intellectionem procedere, & non per volitionem, & Spiritum Sanctũ è contra; sed etiam de radice intellectionis, & de radice volitionis verificãtur cõtradictoria: ergo distinguuntur virtualitèr & ratione ratiocinata obiectiva. Probant minorem: principium radicale intelligẽdi, in quantum tale, est principium verbi mentalis, non autem amoris, & principiũ radicale volendi, in quantum tale, formalitèr est principium amoris creati, non autem verbi: ergo de radice intelligendi, & volendi radice, verificantur contradictoria; & consequentèr distinguũtur virtualitèr & ratione ratiocinata.

Respondeo, admissa maioti, negando 82
minorem. Ad probationem distinguo Respond.
antecedens: ly *in quantum* reduplicante id, quod radix intellectionis, & volitionis dicit *in recto*, nego antecedens: reduplicãte id, quod dicit *in obliquo*, & *de connotato*, concedo antecedens: & sub eadem distinctione consequentis, concedo, & nego consequentiam: nam sicut in omnipotentia divina continentia hominis nõ distinguitur virtualitèr à continentia æqui *pro recto*, sed tantum pro connotato *in obliquo*. Vndè, in quantum continet hominem, continet equum, ly *in quantum* determinante rectum, non verò determinante obliquum: ita radix volitionis, & radix intellectionis non distinguuntur virtualitèr, pro eo, quod radix importat *pro recto*, sed tantum pro importato *in obliquo*. Ac proinde ly *in quantum* determinante id, quod radix dicit *in recto*, principium radicale intelligendi, in quantum tale, est principium, non solius verbi, sed etiam amoris, & principium radicale volendi, in quantum tale, non solum est principium amoris, sed etiam verbi; secus autem, ly *in quantum tale*, cadẽte supra rectum, & obliquum; & sicut ex eo, quod omnipotẽtia, vt continens hominem, non contineat equum, ly vt cadente supra id, quod continentia dicit *in obliquo*, non sequitur virtualis distinctio in omnipotentia prout continente hominem, & equum; nec sequitur virtualis distinctio in natura intellectuali vt radice intellectionis, & volitionis.

Secundo responderi potest ad secun- 83
dam probationem consequentiæ, aliam Tertio.
rationem discriminis constituendo; nam Resp.
radix intellectionis, & radix volitionis, dato, quod inter se distinguãtur obiectivè, nõ est cur adæquatè distinguantur, sed tantum inadæquatè. Quæ distinctio non obstat, quominus vterque conceptus ingrediatur metaphysicam naturæ constitutionem, vt cõstat in ratione essentiæ, & ratione naturæ; quæ distinguuntur ratione ratiocinata; quia tamen non distinguuntur adæquatè, sed inadæquatè tantum, ex vtraque constat metaphysicè Deitas: distinctio autem volitionis ab intellectione est virtualis adæquata. Tùm, quia inter actus maior distinctio intercedit, quam inter radices actuum. Tùm etiam, quia obiecta formalia illarum, sunt formalitèr distincta. Tùm etiam, quia intellectio, & volitio creata, quibus æquibalent, & per quarum species à nobis concipiuntur, sunt formaliter adæquatè distinctæ. Tùm denique

nam

nam si intellectio divinam naturam constituit, volitio comparatur ad illam, tamquam operatio virtualiter egrediens ab illa; inter principium autem virtuale, & operationem egredientem à principio virtuali adæquata distinctio intercedit: sicut inter principium reale, & realem operationem, realis adæquata distinctio invenitur; & ideò per vtrumque actum, intellectionem, scilicèt, & volitionem nequit metaphysicè divina natura constitui.

§. V.

Voluntatem per modum actus primi non esse de metaphysica Deitatis constitutione, probatur.

84 Secunda conclusio. Sit secunda conclusio: *Voluntas per modum potentiæ, seu ut principium proximum volitionum, non est de constitutione metaphysica divinæ naturæ.* Hæc conclusio est de mente Caietani *infra quæst.* 41. *artic.* 5. vbi docet, naturam divinam esse principium; radicale quo divinarum processionum intellectum autem, & voluntatem obtinere rationem principij quo proximi. Quæ doctrina nequit sublisteré, nisi natura divina ab intellectu, & voluntate distinguatur ratione & in radice illorum constituat; ac proinde ad intellectum, & voluntatem ratione nostra constituta supponatur.

85 Nota. Ante cuius probationem adverto, quod si voluntas, vt est proxima facultas, a tota ce volitionis distinguatur virtualiter, aut ratione ratiocinata, non erit constitutivum metaphysicum divinæ naturæ, seu illa cõstituram supponit, quod ipse negabit Arriubal, contra quem specialiter nostra conclusio procedit, & colligitur ex dictis, nã eo ipso, quod hæc distinctio inter volutatẽ & radicẽ volitionis intercedat, constituit natura divina in radice, i.ẽ solius volitionis, sed etiã facultatis proximæ volitivæ; sed quia in radice volitionis cõsistit, præsupponitur ad illã virtualitèr distinguitur à facultate proximè volitiva, ad illã præsupponetur metaphysicè cõstituta. Quod autẽ in Deo natura, & facultas proximè volitiva distinguatur virtualitèr, aut ratione ratiocinata.

Probo primo ex D. Thoma *in* 1. *dist.* 7. *quæst.* 1. *art.* 1. *ad secundum*, illis verbis: *Dicendum, quod natura, vel essentia comparatur ad duo, ad habentem, & ad id cuius natura est principium; inter essentiam igitur, & habentem essentiam, non cadit aliqua potentia media, quantum ad actũ ipsius essentiæ, in habentem, qui est esse, sed ipsa essentia dat esse habẽti, & iste actus est, quasi actus primus; egreditur etiam ab essentia, alius actus, qui est etiam actus habentis essentiam; sicut agentis, & essentiæ sicut principij agendi, & iste actus secundus dicitur operatio, & inter essentiam, & talem operationẽ, cadit virtus media differens ab vtroque, in creaturis etiam realitèr, in Deo ratione tantum, & talis actus est generare.* Hæc D. Tho. ex quibus sic argumẽtor; inter actum secundum, qui est operatio, essentiam, mediat virtus, seu potentia ratione distincta ab essentia, & actu secundo, vt expressè docet D. Thomas; sed volitio est actus secundus qui est operatio: ergo inter illam, & essentiam mediat virtus, seu potentia ab vtroque extremo ratione nostra distincta; sed hæc virtus est voluntas per modum actus primi: ergo sic sũpta voluntas distinguitur ratione ab essentia, vel natura divina.

Prob. con clusio 1. ex D. Th.

86

Secundo, ex eodem Divo Thoma *in* 1. *distinc.* 22. *quæst.* 1. *artic.* 3. *ad* 4. illis verbis: *Dicendum, quod differunt nomina attributorum secundum rationem, non tamen, quæ fit suum in ratiocinante, sed quæ saluatur in ipsa re secundum veritatem, & proprietatem rei: omnia enim huiusmodi dicuntur de Deo, & creaturis, non æquivocè, sed secundum quem vtrierem analogicè: vndè cum in creatura ratio sapientiæ non sit ratio bonitatis, oportet, quod etiam hoc in Deo sit verum, sed in hoc differt, quod in Deo idem sunt re, in creaturis autem differunt re.* Quod etiam docuerat *dist.* 2. *quæst.* 1. *art.* 2. *in corpore*, & *quæst.* 7. *de potentia, art* 6. Ex quibus verbis tale argumẽtum confictio; quia sapiẽtia, & bonitas, dicuntur de Deo, & creaturis, non æquivocè, sed analogicè; & in creaturis ratio sapientiæ non est ratio bonitatis, bonitas, & sapientia distinguuntur in Deo ratione ratiocinata; ergo natura intellectiva, & facultas proxima volitiva, dicuntur de Deo, & creaturis, non æquivocè, sed secundum rationem analogam, & ratio naturæ intellectualis, non est in creaturis ratio voluntatis, seu facultas proxima volitiva: ergo natura intellectualis, & voluntas, seu facultas proxima volitiva, ratione ratiocinata distinguuntur in Deo.

Si opponas: personalitas, & relatio dicuntur de Deo, & creaturis, secundum vnam rationem analogam: & in creaturis ratio personalitatis, non est ratio relationis, & tamen personalitas, & relatio, non distinguuntur in Deo ratione ratiocinata ergo ex eo quod natura, & voluntas dicãtur de Deo, & creaturis, secundum vnam rationem analogam, & in illis ratio naturæ, non sit ratio voluntatis, non sequitur: quod in Deo distinguantur ratione ratiocinata. Respondeo, concessis maiori, & minori, negando consequentia

Digitized by Google

ratio autem discriminis est; namque in creaturis, ex illarum limitatione provenunt, translata ad Deum, in quo non habet locum limitatio, non manent. Est autem hæc differentia inter personali tamē, & relationem ex vna parte, & sapientiam, & bonitatem, naturam, & bonitatem ex alia; quod in relatione, & personalitate, non totum realis distinctio, sed etiam distingui ratione ratiocinata, & diffinitione adæquata, provenit ex limitatione; in sapientia autē, & bonitate, in natura, & voluntate, tametsi realis distinctio ex limitatione proveniat, distinctio rationis, & diffinitionis adæquata, non procedit ex limitatione, sed ex propriis illorum conceptibus; & ideò personalitas, & relatio in Deo, nec retinent realem distinctionem, nec rationis obiectivæ adæquatæ; at verò sapientia, & bonitas, natura, & voluntas in Deo excluta reali distinctione, retinent distinctionem rationis ratiotinatæ obiectivæ, & adæquatæ.

90 *Ratio doctrinæ tradita.*

Si autem huius rationem inquiras? Respondeo eam esse; nam quod ratio personalitatis in creaturis, nō sit ratio relationis, provenit ex eo, quod personalitas creata sub conceptu absoluto, præstat incommunicabilitatē; quod verò cōceptus absolutus præbeat realē distinctionem, ex limitatione provenit; in ente nāque infinito, sola relatio multiplicat, & distinguit realiter; & ideò quod in creatis ratio personalitatis, non sit ratio relationis, sed differant diffinitione adæquata, provenit ex limitatione. Quod autē facultas proxima, & natura intellectiva, differant diffinitione, & ratio vnius non sit ratio alterius, provenit ex conceptu principij radicalis, & principij proximi volitivi; in eo autem quod principium proximum differat virtualiter à principio radicali, limitatio nō importatur; ac proinde quod ratio naturæ, non sit ratio voluntatis, non oritur ex limitatione, licet ex illa proveniat; quod realiter distinguantur. Ex quo vlterius fit, semota reali distinctione, manere in Deo distinctionem rationis ratiocinatæ adæquatam inter naturam, radicaliter volitivam, & facultatem proximam volitivam.

91 *Tertio probatur conclusio.*

Tertio probatur, voluntas divina consistit in facultate proxima volitiva, natura autem divina in radice volitionis; sed facultas proxima volitiva, distinguitur virtualiter à principio radicali volitionis: ergo inter voluntatem, & naturam divinā, est virtualis distinctio. Minor, in qua est posita difficultas, ostenditur primo: principium radicale volitionis non respicit immediatè volitionem, sed intellectionē immediatè, & secundario, & mediate volitionem; facultas autem proxime volitiva immediatè, & primario respicit volitionem: inter quos actus, est virtualis adæquata distinctio; sed distinctio, & vnitas principiorum, sumitur ex actibus, in ordine ad quos immediatè comparantur: ergo radix volitionis, & facultas proxime volitiva virtualiter distinguuntur.

Minor suadetur primo.

Secundo probatur minor; nam facultas proxima volitiva, & facultas proxima intellectiva distinguuntur virtualiter adæquate, sicut intellectio, & volitio, à quibus specificātur, virtualiter distinguuntur; sed radix intellectionis non distinguitur virtualiter, saltim adæquate à radice volitionis, vt constat ex dictis: ergo facultas proxima volitiva à radice volitionis virtualiter distinguitur. Tertio; nam formalitas virtualiter dimanās, virtualiter distinguitur à principio, à quo dimanat; sicut dimanans realiter, distinguitur realiter à principio dimanationis, & actus virtualiter elicitus, virtualiter distinguitur à principio virtuali elicientiæ; sed facultas proxime volitiva, virtualiter dimanat à radice volitionis; est enim vitalis *vt quod*; de ratione autem potentiæ *vt quod* vitalis, est convenire ab intrinseco dimanativæ; sicut de ratione vitæ actualis, est convenire ab intrinseco elicitive: ergo differt virtualiter à radice volitionis.

Quarto probatur, actualis volitio distinguitur virtualiter à radice volitionis: ergo potentia proxime volitiva virtualiter à radice volitionis distinguitur. Tùm, quia nulla est ratio assignabilis, cur distinctio actus volendi à radice volitionis sit ex conceptibus illorum formalibus, & non distinctio facultatis proximæ volitivæ à radice volitionis. Tùm etiam, nam identitas principij proximi, potius est cum actu secundo, quam cum principio radicali actus; vt in creaturis videmus, in quibus potentia proxima est in eodem genere cum actu, nempè, in genere accidentis; non autem cum principio radicali, quod est in genere substantiæ: ergo si actualis volitio distinguitur virtualiter à principio radicali volendi, facultas proxima volitiva distinguitur virtualiter à radice volitionis. Denique probatur minor, omnipotentia; quæ est facultas proximè producendi *ad extra*, est attributum virtualiter distinctum à natura divina, vt radice operationis virtualiter transeuntis: ergo pariter facultas proximè volitiva, distinguitur virtualiter à radice volitionis.

Respondet Arrubal, negando consequentiam: & rationem discriminis reddit; natura namque divina non sumitur im-

immediate per comparationem ad actio-
nes ad extra, sed per comparationem ad
actionem ad intra; atque adeò se ipsa, est
potens proximè ad actiones intelligendi,
& volendi, ad operationes autem ad ex-
tra, non de ipsa, sed mediante attributo
virtualiter ab illa distincto potens proxi-
mè constituitur. Sed contra primo, non
minus est infinita divina natura in ratione
productivæ ad extra, quam in ratione vo-
litivæ, sed infinitas in ratione productiva, virtualiter distingua-
tur à illa: ergo pariter, non obstabit
infinitas in ratione volitivæ, quominus
facultas proximè volitiva, à natura divi-
na distinguatur virtualiter. Patet conse-
quentia; nam ratione infinitatis naturæ,
quatenus volitivæ, moverur Arrubal, vt
indistinctâ virtualiter à radice volitionis.

Secundo; non enim est minus essentia-
le naturæ divinæ, esse radicaliter produ-
ctivam ad extra, quam esse radicaliter volitivam: ergo si non identificat sibi re, &
ratione vim proximè productivam ad ex-
tra, pariter nec sibi virtualiter identificat
vim proximè volitivam. Tertio, natura
divina non comparatur cum volitione
primario, sed solum cum intellectione,
quæ est primus actus naturæ intellectua-
lis: ergo quamvis, stando in doctrina tra-
ditæ solutionis, potentia intellectiva non
differat virtualiter à natura divina, nó se-
quitur, idem de divina voluntate dicen-
dum, sed potius oppositum.

Denique principaliter suadetur con-
clusio ad hominem contra istum Auth-
rem; ipse namque fatetur, voluntatem
divinam per comparationem ad creatu-
ras secundario dilectas, esse attributum
naturæ, virtualiter distinctum ab illa;
in eodem formalissime cõsistit divina vo-
luntas per comparationem ad creaturas secundarias
mo dilectum, & ad creaturas vt compara-
dilectas: ergo etiam vt comparata cu
Deo primo dilecto, est attributum natu
virtualiter ab illa distinctum. Minor ost
ta, in eodem formalissime consistunt, pe
ditur primo: intellectus, & voluntas cre
comparationem ad obiectum primarium
& secundarium: ergo divina voluntas pe
natura divina intelligatur potens, vel
eadem. Secundo, nam eo ipso, quo
obiectum primarium, etiam potens
potens ad obiectum secundarium: ergo i
eodem formalissime consistit divina vo
luntas ad vtrumque obiectum comparata

Dices, ad obiectum secundarium compara
le potentem proxime, nisi media, nor
illud. Epis. GODOY in 1. p.

terminato ad p
lis actu consistit
obiecti secundi
Deus obiectum
guatur virtualit
sequens, quod vo
dario obiecto co
liter à natura. Se
iectum primariu
rium medi et actu
obiectum diligit,
te illum sit potem
immediatione po
marium amandu
non tollit, quomi
tingitur obiectum
divina voluntas, e
ad obiectum secun
paretur amo voluntat
tentia proxime, & i
mediatione potent

Antecedens au
nam in voluntate
iecti secundarij
primarij, sed ha
quominus ante
iectum primar
xime & imm
ne potentiæ
ad obiectur
quod ante
ni deturi
cti prima
lum sit p
mediat
voluntu
rum in
tamen
tem proxi
quod
De
sed & fac
dit o
per n
sed a
tione
tu o
tio ne
tem i
Mino
obiect
amor
tionc
milite
ctione
va ref
amor
cund
non

Digitized by Google

§. Vltimus.

Argumentis in contrarium occurritur.

100 CONtrariam nostræ conclusioni sententiam tenet Arrubal *disput. 49. cap. 1. 2. & 3.* vbi distinguit inter voluntatem divinam, prout in actu secundo, & prout in actu primo, & hoc secundum membrum duplici cōsideratione partitur, scilicèt, per comparationem ad Deū primario dilectum, & per comparationē ad creaturas secundario dilectas: asserit ergo voluntatem Dei, prout in actu secundo, hoc est, volitionem divinam, non esse de constitutione metaphysica divinæ naturę; consideratam vero, prout in actu primo, per comparationem ad Deum primario dilectum, esse ipsam naturam divinam absque virtuali distinctione; ac proinde esse de metaphysica constitutione illius; prout verò ad creaturas secundario dilectas comparatur, esse attributum naturæ divinæ, consistens in volitione Dei, vt terminata ad obiectum primarium, quatenus in illa, prout sic terminata, est indifferens, vt terminetur, vel non terminetur ad creaturas.

Arrub. explicat.

101 Pro cuius sententia, contra nostram conclusionem arguitur primo; natura divina est proximè potens ad volendum se ipsa: ergo voluntas non distinguitur virtualiter à natura divina; & consequenter est de metaphysica cōstitutione illius. Antecedens ostenditur primo; indè namque in creaturis constituimus potentias à natura distinctas, quia operatio est accidens, natura verò substantia, & hæc nequit esse principium proximum operationis, quæ est accidens, eo quod potentia proxima, & actus debent esse in eodem genere; sed divina volitio nō est accidens, sed substātiat ergo natura divina, est proximè potens velle se ipsa. Secundo, essentia divina, est potens proximè existere per se ipsam absque potentia proxima ad existendum virtualiter ab illa distincta; quia existentia, est actus substantialis; sed etiam divina volitio actus substantialis est: ergo natura divina sub conceptu naturæ est potentia proxima ad illam absque aliquo virtualiter ab illa distincto.

Arguitur contra hanc cōclusionē.

Antecedens probatur 1.

Secundo.

102 Denique probat antecedens Arrubal; etenim natura divina est infinita in ratione volitivæ: ergo absque aliquo ab illa distincto est potens proximè velle. Probat consequentiam primo; nam in creaturis, ideò ponimus potentias distinctas ab essentia, & natura, quia hæc limitata est, & finita: ergo cum essentia divina, sit in ratione volitivæ infinita, non indiget ad volendum facultate proxima distincta.

Tertio. Consequē tia prob. primo.

Secundo, nam perfectio in aliqua linea infinita, se ipsa absque aliquo ab illa distincto, continet omnem perfectionem talis lineæ; sed facultas proxima ad volendum, est in linea volitiva: ergo si natura divina est in ratione volitivæ infinitæ; se ipsa absque aliquo ab illa distincto est potens proximè velle.

Secundo.

103 Respondeo, negando antecedens: ad cuius primam probationem dicatur, rationem distinguendi realiter potentias à natura in creaturis, esse illam, quæ in *maiori* assignatur; non autem distinguendi potentias à natura ratione, aut diffinitione, sed propria virtus cuiusque essentia, & natura. Vnde concessa minori, nego cōsequentiā, vel distinguo consequens: est proximè potens velle se ipsa, per exclusionē potentiæ realiter ab illa distinctæ, concedo consequentiam: per exclusionem potētię, virtualiter, & ratione distinctæ, nego consequentiam.

Respond. ad 1. prob. antecedē tis.

Ad secundam, nego causalem maioris, vt adæquatam, sed idcò est potens proximè exittere absque aliquo ab illa virtualiter distincto; quia essentia ex proprio conceptu, est potentia proxima ad existendum, vt constat in essentijs creatis, quę se ipsis sunt in potentia proxima ad existendum; natura autem non consistit in potentia proxima ad operandum, sed in ratione operationis, vt constat in naturis creaturis, quibus competit ratio naturæ, & tamen non sunt potentiæ proximæ ad operandum. Vnde natura indiget, vt possit proximè, formalitate distincta distinctione reali in creaturis, & distinctione virtuali, & rationis in Deo.

Ad 2.

104 Et sicut ex eo quod in creaturis potentia proxima ad existendum, non distinguatur realiter ab essentia, non licet colligere, potentiam proximè operativam esse realiter à natura indistinctam: ita ex eo quod in Deo potentia proxima ad existēdū, sit virtualiter indistincta ab essentia, non licet inferre, potentiam proximè volitivam similiter indistinctione à natura gaudere. Potest etiam aliud discrimen constitui; potentia namque proxima ad existendum, non est vitalis: vndè nec indiget dimanare ab essentia; potentia autem proximè volitiva, est vitalis *vt quod*; ac per consequens petit saltim virtualiter dimanare à natura; cumque virtualis dimanatio virtualem petat distinctionē à principio, à quo dimanat; sicut realis dimanatio realem distinctionem exposcit: fit consequens, quod potentia proximè volitiva petat virtualiter distingui à natura; potentia

Instatur.

105 ...tia autem proxima ad existendum, non ...peratur ...distingui ab essentia.

...iam probationem antecedentis, nego cōsequentiam. Ad tertiam probationem, distinguo ...cessa ...tecedenti, nego cōsequentiam. Ad cuius primam probationem, distinguo ...antece... ...ns: potentias realiter à natura distinctas, concedo antecedens: potentias realiter à natura diffinitionem, & ratione distinctas, nego antecedentis, & cōsequentiam. Ratio distinguendi realiter potentias à natura in creatis, sit limitatio naturæ: & cōsequenter realis distinctio potentiarum à natura divinæ: nam licet ratio diffinitionis, & infinita est; ratio tamen distinguendi realiter ab illa distinguitur. Ad secundam consequentiæ Probationē, concessa maiori, distinguo minorem: essentia divina infinita sit, potentia proxima volitiva virtualiter ab illa distinguitur, & per modū naturæ, nego consequentiam; natura divina, licet realiter, & identice infinita in omni linea infinita; cæterum sub conceptu naturæ, prout ab attributis distincta, nō est ratione formaliter infinita in omni linea, sed tātū in linea naturæ, & radicis operandi; facultas autem proxima ad volendū, etsi sit in linea naturæ, & radicis specifica naturæ, & potentiæ, ac proindequā vis sumpta veluti generice, nō tamen est in linea proxima potentiæ, ac radicis, sed in linea proxima naturæ divinæ petat idēntificari realiter, & formaliter cū potentia proxima, & radicis operandi; facultas autem proxima ad volendū, etsi sit in linea naturæ, & radicis specifica naturæ, & potentiæ, ac proindequā vis sumpta veluti generice, nō tamen est

DISPVTATIO QVADRAGESIMA SEPTIMA.

An detur in Deo voluntas per modum potentiæ?

§. I.

Referuntur ſententiæ, & ſtatuitur prima concluſio.

Nu. 1. *Titulus explicatur.*

VIdimus diſputatione præcedenti, volitionem, & voluntatẽ divinam diſtingui metaphyſice à natura Dei, nec eſſe de illius metaphyſica conſtitutione; modò in examen vocamus an ſit conſtituenda in Deo, non ſolum actualis volitio, ſed etiam volitiva potentia aliqua ratione ab actuali volitione diſtincta? Qua in re, vt extra controverſiam ſupponimus, non eſſe in Deo potentiam volitivam ſeparabilem ab actu volẽdi. Quod probãtur: tùm ſuprema actualitas; tùm etiam omnimoda immutabilitas, quæ neceſſario Deo conveniunt; potentia namque realiter ſeparabilis ab actu, ſummę actualis non eſt, nec etiam eſt immutabilis; cum eo ipſo, quod ab actu ad non eſſe actus tranſiret, neceſſario mutaretur; Deus autem eſt omninò immutabilis, & omnis illius perfectio eſt ſummæ actualis: ergo nequit eſſe in ipſo potentia volitiva realitèr ſeparabilis ab actu volendi.

Supponitur 1.

2 *Secundò ſupponitur.*

Secundo, exploratum eſt apud omnes, non dari in Deo potentiam volitivam, realitèr ab actuali volitione diſtinctam. Quod patet primo; nam potẽtia realitèr ab actu diſtincta limitata eſt, & finita, vtpotè non ſibi identificans realitèr omnem perfectionem ſimplicitèr: voluntas autem divina infinita eſt per eſſentiam: ergo nequit ab actuali volitione realitèr eſſe diſtincta. Secundo: nam potentia realitèr diſtincta a actu, eſt in potentia reali ad ipſum, & c illo realiter componit; ſed primum re pugnat ſummæ actualitati omnis perfe ctionis divinæ, ſecundum ſummę Dei ſim plicitati: ergo, voluntas divina nequid rea liter diſtingui ab actuali volitione.

Prob. 1.

Tercio: nam actualis volitio à potenti volitiva diſtincta, neceſſario eſſet creata vtpote realiter producta ſecundum perfe ctionem abſolutam; ſed volitioni divin repugnat eſſe creatam: ergo, & quod ſit potentia volitiva realitèr diſtincta. Den que; nã potentia realitèr diſtincta ab act realitèr, eſt propter illum, & ab illo real tèr ſpecificatur; ſed repugna perfection bus divinis, eſſe propter aliud à ſe, & aliquo diſtincto à ſe ipſis ſpecificatione ſumere; cum illis omnis realis dependen tia repugnet; alias nec eſſent à ſe, nec e ſſent vltimus finis: ergo potentia voliti Dei nequit realiter diſtingui ab actuali v litione.

Ex quibus manifeſtum fit tertio, non ri potentiam in Deo, quæ ſit principiu reali formali influxu volitionem princ pians; nam inter principium realiter fo malitèr influẽs, & id, quod eſt à principi neceſſario intervenit diſtinctio realis, n aliunde inter divinas perſonas realis d ſtinctio probatur, niſi quia filius realiter Patre procedit, & tertia perſona à Patre, Filio realitèr; ſed divina volitio non diſt guitur realitèr à divina voluntate: ergo voluntas non eſt reale illius principiun

Ex eiſdem etiam manifeſtè colligitu

nc

dari voluntatem in Deo, quæ sit realis formale principium volitionis divinæ; distinct. 2. quæst. unica. Maironium in 2. distinct. 3. quæst. 3. art. 3. & Villegam controversia 9. cap. 1. præsenti dub. 2. eo quod inter voluntatem realem formalem: qua posita, & volitionem realem formalem egredietur à voluntate volitio, & voluntas erit reale formale principium. Nostra tamen sententia negat in Deo voluntatem realem formalem; & consequenter negat inter principium reale formale, & id quod est à principio, necessario intervenire distinctionem realis formalis; at inter volitionem, & voluntatem, non datur distinctio realis formalis, vt de omni attributo Dei comparato cum essentia; & cum alijs attributis & de relationibus collatis cum divina essentia, sentiunt Theologi extra Scholam Scoti communiter: ergo voluntas divina nequit esse reale formale principium volitionis divinæ.

His igitur præsuppositis, circa id, quod in examen in præsenti vocamus, prima sententia negat in Deo voluntatem per modum potentiæ virtualiter, & secundum rationem Hanc tenent omnes Auctores distinctam potentiam virtualem; aut proximè volitivam ab actu volitionem, qui ex consequenti ne- cessariò sequitur ad illum. Ita Suarez disp. 30. metaphysica sect. 4. 5. 2 & tract. 2. disp. 12. cap. 3. §. 2. & tract. 1. disp. 16. cap. 1. de Deo uno disp. 16. cap. 4. Lugo lib. 1. de Deo uno disp. 16. cap. 1. & 2. citans Ferrariam, Fasolum, & alios. Et ex nostris Patres Salmanticenses tract. 4. disp. 2. dub. 1. §. 2.

Secunda sententia, negat in Deo voluntatem per modum potentiæ realis respectu volitionis essentialis, & secundum rationem actualis, & secundum rationem primi rationati in re. Hanc tenent Arrubal disp. 49. cap. 2. & plures quos in præsenti referunt Recentiores. Tertia concedit, in Deo voluntatem potentialis, non solum virtualis, sed etiam potentialis secundum rationem realis. Ita Alarcon tract. 3. de voluntate Dei, disp. 1. cap. 1. pro se referens Henricum quæst. 1. part. 36. Durandum in 1. distinct. 35. quæst. 1. & 2. Dura-

Alentem 1. p. quæst. 13. art. zium, Albeldac nare videtur Illu SIT PRIM In Deo datur p te. Hanc statuo tiã, & quia videtur nomine potentiæ Theologis intellig xima volitiva; ha proprietate: ergo tio est bona. Maior huius nominis vsur Minor autẽ probatu lis volitio cum pro datur cum proprie proxima volitiva. Ar & consequentiam pr lis volitio, & facul sibi invicem corresp tèr cui cõceditur cu lis volitio, debet cu concedi; fecultas p do, nam qui de fa facto: ergo qui de tiam proximam Respondebis contrariæ tent non importa seu non repu sola ex act in super dic realitèr, & litionem poteſt, & xima vo actualis realem nem su te, ali in rigo accepi realem Patere bus co tionem ducere realitè volitiv recepti tur, egr tionem nis vt si nec sim & recep tentiæ v tã, & in Con

proprietate, natura intellectiva, & volitiva; & tamen non est radicativa realitèr intellectionis, & volitionis: ergo etiam datur cum proprietate in Deo potentia proxime volitiva, seu facultas proxima ad volendum, quamvis non sit realiter elicitiva, nec receptiva realitèr volitionis actualis. Patet consequentia; non enim est minus de ratione naturæ, conceptus radicis, quam de ratione potētiæ conceptus principij proximi: ergo si salvatur cum proprietate, natura intellectiva, & volitiva, absque reali formali radicatione potentiæ, & operationis, salvabitur etiā proprie ratio potentiæ proximè volitivæ absque reali formali efficientia, & receptione operationis actualis.

Tertio: ad rationem potentiæ proximè volitivæ cum proprietate, sufficit virtualis elicientia volitionis; hæc non repugnat in Deo: ergo nec potentia proximè volitiva cum proprietate, divinæ perfectioni repugnat. Minor ex dicendis sequenti conclusione constabit. Maior autem probatur; ad proprietatem actualis volitionis, sufficit virtualis egressio, & ad proprietatem naturæ volitivæ, sufficit virtualis radicatio proprietatū, & operationum, vt constat ex dictis: ergo ad proprietatem potentiæ proximæ volitiuæ, sufficit virtualis eliciētia volitionis, nec requiritur realis formalis. Patet consequentia, nam de potentia, vel facultate proxima loquendum est, sicut de natura, & actu, inter quæ mediat potentia & facultas proxima: ergo si ad proprietatem naturæ, & actus secundi, sufficit virtualis radicatio in natura & virtualis egressio in actu, ad proprietatem potentiæ volitivæ sufficiet virtualis elicientia.

§. II.

Argumentis in contrarium occurritur.

CONtra istam conclusionem arguitur primo ex D. Thoma *infra quæst. 14. art. 4. ad 3*, illis verbis: *Actio ab agente non distinguitur in Deo, nisi secundum rationem tantum; alioquin actio esset accidens in Deo; & ideò respectu illarum actionum, secundum quas aliquæ res procedunt distinctæ à Deo, vel essentialiter, vel personaliter, potest Deo attribui potentia secundum propriam rationem principij: vnde sicut ponimus in Deo potentiam creandi, ita ponimus potentiam generandi, sed intelligere, & velle non sunt tales actiones, quæ designant processionem alicuius rei à Deo distinctæ: vndè respectu istorum, actuum non potest salvari ratio potentiæ, nisi secundum modum intelligendi, & significandi tantùm*: ergo ex mente D. Thomæ non datur in Deo vere, & proprie potentia volitiva. Patet consequentia primo, quia potentia, quæ solum est talis secundum modum significandi, non est verè, & proprie potentia, sed respectu actus volendi solum admittitur à D. Thoma potentia secundum modum significandi: ergo non est in Deo vere, & proprie potentia volitiva. *Consequentia parte 1.*

Secundo: nam esse potentiam secundū modum significandi, contraponitur a D. Thoma huic, quod est, esse potentiam, secundum propriam rationem principij, vt ex contextu constat, ergo sentit, potentiā secundum modum significandi tantum, quæ sola à D. Thoma conceditur respectu volitionis essentialis, non esse potentiam secundum veram, & propriam rationem principij, & consequenter, nec secundum veram, & propiam rationem potentiæ. 13 *Secundò.*

Tertio: in eo sensu negatur a Divo Thoma potentia respectu volitionis essentialis, in quo conceditur potentia respectu volitionis notionalis, & respectu generationis: at respectu istarum actionum non concedit D. Thomas potentiam realitèr productivam, sed solum secundum rationem: ergo comparatione volitionis essentialis negat potentiam, etiam virtualitèr, & secundum rationem elicitivam, & consequentèr negat veram, & propriam rationem potentiæ volitiuæ. *Tertiò.*

Respondeo: D. Thomam respectu actionum essentialium intelligendi, & volendi, negare potentiam realitèr productivam, per realem formalem influxum; non autem potentiam veram, verè intellectivam, & verè volitivam per influxum in re virtualem, qui formalis redditur nostra considèratione, quatenus in Deo cum fundamento in ipso, apprehendimus voluntatem, vt principium eliciens, volitionemque vt actum à voluntate egredientem. Iuxta quam doctrinam, explicata Angelici Præceptoris auctoritate, nego consequentiam. Ad cuius primam probationem, concessa maiori, distinguo minorem: potentia productiva per formalem influxum in actum, concedo minorem: potentia volitiva per influxum virtualem, nego minorem, & nego consequentiam: vel distinguo consequens: non est verè volitiva potentia, productiva per influxum formalem, concedo consequentiam: volitiva per influxum virtualem, nego consequentiam. 14 *Resp. & explicatur D. Thoma.* *Ad 1. cōsequētiæ probationem.*

Ad secundam, concesso antecedenti, distinguo consequens: secundum veram, & propriam rationem principij formali influxu influentis, concedo consequentiam: in- 15 *Ad 2.*

Ad 3: influxus virtuali, & per rationē creaturis, ti
formam, nego consequentiam. Ad ter- tealiter à prim
tiam consequentiam, & idem de spiratione di- Tùm denique
generationem, & ratione sui, pro quod dio, essentiae
tendum, duplic. iter posse considerari, nē- quę vere, & p
pè formaliter, & ratione sui per influxum realem virtualem, volitio bonitat
dicit in recto & terminativè, id est, ratione ab illa non f
sui termini, & quamvis Deus non influat li formali, sed
in illam ratione sui per influxum realem terdivina volit
formalem, sed tantum realem virtualem, volitio bonitat
& pertinet formaliter, & ratione ratiocinatae; eius ta- & tamen in creat
realiter non distinguatur, sed tantum malem finalem, ab obiecto specif
virtua iter, & ratione ratiocinatae; eius ta- finalizatur. Itain
men terminum per realem influxum pro- tia volitiva creata
ducit persona generans, & ab illo realiter diva, p tat realem
distinguitur; secus contingit respectu vo- volitionem, potent
li intellectione dicendum, non enim ha- influxum non perit
bet terminum realiter ab illa productum. ritate in Deo; qua
Vnde discrimen inter actiones essentiales, & notio- sed tantum virtual
nales, ratione sui pro eo quod important lendi.
non est inter actiones essentiales, & notio- Denique arguie
nales, ratione sui pro eo quod importent
In forma lato. Iuxta quam doctrinam, concessa ma- pric volitiva, est
notauit Caietanus loco in argumento re- litiva; sed in De
iori distinguo minorē: considerat is actio- realiter volitiv
nibus notionalibus ratione terminorum, nego mi- vere, & propri
norem, & consequentiam; sed tantum in- videtur certa;
minoren: ratione terminorum, concedo mi- est, est pot
norem, & consequentiam; sed tantum in- potentia au
fertur; quod respectu actionum essentia- non est verè
lium non detur in Deo potentia realiter pro- fatum per
ductiva, nec formaliter, nec terminativè s Propric e
qualiter a D. Thoma conceditur potentia volitiva,
realiter productiua respectu actuum notio- va. Mi
nalium; quia licet ipsos ratione sui reali- de ratio
ter non producat, terminativè tamen rea- go de
liter procreantur à Deo per influxum rea- realite
lem formalem. est re
Secundo arguit Suarez: potentia volitiva non: se
va, est facultas ad eliciendam & recipien- Posit
dam volitionem; sed in Deo nonda tur privo- visci
tur recepta aut elicita: ergo nec eda- non
datis distinguendo maiorem: ad elicxdi- reali
eliciendi formali, vel virtuali, concedo maiorem: tenti
& sub eadem distinctione minoris, negomaiorem: quem
consequentiam. Et inito argumento ratia fa
naturā divina, quæ verè, & propriè min Princ
rationem naturæ intellectualis; & ratio inet nis;
non radicat formali reali radicatione men reale
prietates, attributa, aut operationes; ro- poter
vis natura creata in operationes, & uā- firma
prietates suas realiter radicaliter in ro- mus;
& cum proprietate salvatur in Deo, uat. Deo
Tùm etiam in volitione actuali, quę re, ad vo
men non elicitur reali eliciente formali, ta- tenria
Tertio. Tùm tertio, in ali, en mino
sed tantum virtuali. Tùm & ta- cum actu
actualiquæ verè convenit Deo; in sin ditin
nonegressione reali formali, sed
virtuali, egreditur à principio

16
Secundo arg.
Respond.
Instatur
Primo ar
Secundo.
Tertio.

est in Deo actus primus, realis in ordine ad volitionem.

Respondeo, concessa maiori, negando minorem. Ad primam probationem, distinguo antecedens: de ratione potentiæ est distingui ab actu distinctione formali determinatè, nego antecedens: distinctione formali, aut virtuali, concedo antecedens, & distinguo consequens: de ratione potentiæ realis est distingui realiter ab actu, distinctione reali formali, nego consequentiam: distinctione reali formali, vel virtuali, concedo consequentiam: & sub eadem distinctione minoris subsumptæ, nego consequentiam: sicut illa consequentia non tenet: *De ratione naturæ, est distingui à suis proprietatibus: ergo de ratione naturæ realis, est distingui realiter ab illis; sed divina natura, non distinguitur realiter ab attributis, quæ sunt eius proprietates: ergo natura realis non est.* Sicut ergo, vt in Deo detur realis natura, realiter intellectiua, & intellectiva vitalitèr, sufficit distingui virtualitèr ab actuali intellectione, & ab aliis attributis: ita vt detur in Deo realis potentia, realiter volitiva, sufficit quod facultas proximè volitiva distinguatur virtualiter a volitione. Et similiter illa consequentia non tenet: *de ratione volitionis est, distingui ab obiecto volito primario; sed divina volitio à Deo primario volito non distinguitur realitèr: ergo non est realis volitio.* Et sicut maior istius syllogismis debet distingui, concedique de distinione formali, aut virtuali disiunctim, & negari de distinctione, determinate reali formali: ita antecedens assumptum in prima probatione minoris, distinguendum est, & concedendum de distinctione disiunctim formali, vel virtuali, negandum autem de distinctione reali determinatè formali.

Ad secundam, distinguo causalem antecedentis, quia de ratione compositionis est distinctio determinatè formalis, concedo antecedens formalis, aut virtualis, nego antecedens, & consequentiam: nam de ratione potentiæ abstrahentis, à creata, & in creata non est distingui ab actu distinctione formali, sed distinctione formali, vel virtuali, & ideò ex negatione distinctionis realis formalis, non colligitur negatio potentiç realis formaliter; sicut quia de ratione volitionis, non est distingui ab obiecto distinctione reali formali, sed formali, aut virtuali, ex negatione distinctionis realis formalis volitionis divinæ ab obiecto primo volito, non sequitur negatio volitionis realis formaliter. Et similiter, quia de ratione personalitatis, non est distingui à natura distinctione determinate formali sed disiunctim formali, vel virtuali, ex negatione distinctionis realis formalis personalitatis à natura divina, non licet argumentari negationem personalitatis realis formaliter; aliàs divina personalitas, realis non esset: & consequentèr, nec Pater, Filius, & Spiritus Sanctus essent realitèr personæ.

Si dicas, falsum esse, quod in instanti is assumitur, nempè, de ratione volitionis esse, distingui ab obiecto primo volito, aut specificari ab illo, & de ratione personalitatis, distingui à natura, quam terminat. In contrarium obstat, non enim potest aliunde probari, esse de ratione potentiæ distingui ab operatione, vel actu, nisi quia potẽtia creata, realitèr differt ab illo, & potentia divina virtualitèr: ex quo infertur, esse de conceptu potentiæ in communi, à propria actione distingui; sed volitio creata, realiter distinguitur ab obiecto primario, realiterque ab illo specificatur, volitio divina virtualitèr distinguitur ab obiecto primo volito, & ab illo virtualiter specificatur: ergo de ratione volitionis vt sic, est distingui ab obiecto primo volito, & ab illo specificari. Idemque argumentum de personalitate procedit; nam creata distinguitur à natura, quam terminat realiter, divina distinguitur virtualiter: ergo de ratione personalitatis, vt sic, est distingui à natura, cuius est personalitas. Sicut ergo, quamvis hoc ita sit, argumentum iaculatorium non tenet: *est de ratione volitionis, vt sic, distingui ab obiecto: ergo de ratione volitionis realis distingui realitèr. Est de ratione personalitatis, vt sic, distingui à natura: ergo de ratione personalitatis realis, est realis distinctio*: pariter in nostro casu, argumentum factum non vrget. Secus in compositione; compositio namque petit determinate distinctionem in esse formali; & ideò vbi distinctio in esse formali non datur, non est compositio formaliter, & vbi non invenitur formaliter realis distinctio, non datur compositio realis formaliter.

Ad tertiam probationem minoris distinguo maiorem: potentia idem est quod principium formale, vel virtuale, concedo maiorem: determinate formale, nego maiorem: & sub eadem distinctione minoris, nego consequentiam: nam licet de ratione potentiæ creatæ realiter distinctæ ab actu, sit esse principium reale influens per influxum realem formalem; de ratione autem potentiæ abstrahentis à creata, & in creata, non est ratio principij determinatè formalis, sed disiunctim formalis, aut virtualis. Vndè per hoc quod in Deo salvetur facultas proxima ad actum, illum virtualiter principians, salvatur realis potentia formaliter.

22 *Dices.* *Contrà.*

23 *Ad 3.*

Ad

confirmationem dicatur non esse potentia est, pri
idem, cum actum primum, ac esse in actu tentia, est reale
primo; ratio actus primi salvatur in esse ipsi salvant vo
formali in divina voluntate: sicuti ratio ter per ratione
potentiæ, & facultatis proximæ volitivæ; non realis form
esse autem in actu primo, non salvatur, ni ita, & Nos pote
si tantum in virtualiter realiter, & per ratio- per rationem pr
nem formaliter: nam esse in actu primo, Secundo fat
dicit entiam actus secundi, hæc autem Deo. Contra
carentia non datur realiter in voluntate conficitur: vita
divina, sed tantum virtualiter, & ideò non egressum à princ
esse actu primo realiter formaliter ad actualis formali
actualem volitionem. formalem à prin
Sed instabis primo: sequitur ex hac so- subsistit in Deo vi
lutione, salvari in divina voluntate ratio- liter, absque egress
nem principij realis actualis volitionis pio viuente, pere
formaliter, consequens admiti nequit: er- lem, ita subsistit pò
go nec solutio tradita. Probatur sequela: vitalis absque ration
sicut diffinitur principium per influxum maliter, per ratione
in effectum, vel actum, ita diffinitur potē- tualis. Et sicut diffi
tia per rationem principij, sed iuxta no- per egressum à princ
stram solutionem, salvatur in voluntate di sub se vitam actuale
vina ratio potentiæ realis formaliter per tam, est accipienda,
esse principium, non formale, sed virtuale: su formali, aut vir
ergo salvabitur etiam in illa ratio princi- autem de egressu d
pij realis formaliter per influxum rea- diffinitio potentiæ
lem, non formalem, sed virtualem. principij, explica
Secundo instabis: nam ex solutione tra- mali, aut virtual
dita sequitur, esse in Deo realem prædica- de principio de te
mentalem relationem formaliter, vnius dem sicut ista co
perfectionis ad aliam, virtualiter tantum natur vita real
distinctam; cõsequens admitti non potest; egressum virtua
ergo deficit nostra solutio. Probatur se- fus realis form
quela: sicut diffinitur relatio per hoc, quod lem; eo quod
respiciat terminum, ita potentia diffinitur tur elici nc
per rationem principij; sed salvatur po- in vita actu
tia realis formaliter per esse virtualem prin- fit potenti
cipium; ergo salvabitur relatio prædica- reali form
mentalis realis formaliter, per virtualem formaliter
respicientiam termini. ob ratio

Respondeo, negando sequelã, non enim
ita exprimitur ratio principij in potentia, Distinct
sicut in principio exprimitur ratio principij in flu-
in principio nihil remanet in illo: in xivi
tia autem, non expressa ratione principij, re-
manet aliquid, quod intelligatur, ne- pij,
ratio facultatis proximæ ad actum; & pè
non salvatur principium reale formaliter, dò
per influxum virtualem, benè tamen iter
fistit potentia realis formaliter per ra- sub-
nem principij virtualis. Et ex his a- io-
dem Auctores negantes Deo potentiam se-
realem volitivam formaliter, vrgẽtur mentum
dem difficultate, illamque esse in Deo rea- ctus inte
voluntatem. Contra quod potest idem stinctionem
gumentum formari: voluntas est po- diffincta
ad volendum: ergo realis voluntas, est ne suppo
potentia, Sicut ipsi de potentia sic ar- ter D. Thom
ad 2. illi
tia illius
is essentiam
tis cipij age

24 Instabis 1.

25 Instabis 2.

Ad 2.

operatio, & inter essentiam, & talem operationem cadit virtus media differens ab utroque, in creaturis etiam realiter, in Deo ratione tantum, & talis actus est generare. Ex quibus verbis tale argumentum conficitur.

28 *Formatur argumentum.*

Inter actum, qui est operatio, & essentiã, quæ est operationis principium radicale, media virtus, differens ab essentia, & ab actu, ratione, vt prælpicuis verbis docet Divus Thomas loco citato sed: volitio est actus, qui operatio est: ergo inter illam, & divinam essentiam mediat virtus distincta in Deo ratione ab essentia, & volitione; sed hæc virtus, est voluntas, aut volitiva potentia: ergo voluntas divina differt ab actu volendi ratione, ac per consequens virtualiter, iuxta id, quod proximè advertebamus.

Confirm.

Quod amplius vrgetur; nam iuxta Divum Thomam verbis proximè relatis, potentia generativa est virtus media inter essentiam divinam, & actualem generationem virtualiter ab illis distincta; sed hoc concesso, non est cur similis distinctio inter potentiam volitivam, & actualem volitionem non constituatur: ergo potentia volitiva Dei distinguitur virtualitèr ab actuali volitione.

29 *Secundo prob. ex D. Tho.*

Secundo probatur: nam iuxta Divum Thomam *in primo distinct. 22. quæst. 1. art. 3. ad 4.* quia sapientia, & bonitas dicuntur de Deo, & creaturis, non æquivoce, sed secundum vnam rationem analogam, & in creaturis ratio sapientiæ non est ratio bonitatis, sapientia, & bonitas differunt in Deo ratione, id est, diffinitione, & virtualiter: verba retulimus *disputatione præcedenti, §. quinto in secunda probatione secundæ conclusionis*; sed voluntas, & actualis volitio dicuntur de Deo, & creaturis, non æquivoce, sed secundum vnam rationem analogam, & in creaturis ratio voluntatis non est ratio volitionis actualis: ergo voluntas, & actualis volitio distinguuntur ratione, & diffinitione in Deo; ac proinde virtualitèr.

30 *Tertio ex eodem D. Thom.*

Tertio probatur ex eodem D. Thoma *tertia parte, quæstione 25. articulo primo, in solutione ad tertium*, illis verbis: *In Deo salvatur ratio potentiæ, quantum ad hoc, quod est principium effectus; non autem, quo ad hoc, quod est principium actionis, nisi secundum modum intelligendi, prout divina essentia potest intelligi sub ratione actionis, & sub ratione potentiæ, sicut etiam intelligitur sub ratione suppositi habentis naturam, & sub ratione, & sub ratione naturæ.* Ex quibus verbis tale argumentum conficio; secundum D. Thomam, divina essentia intelligitur sub ratione actionis, & sub ratione potentiæ, sicut intelligitur sub ratione naturæ, & sub ratione suppositi habentis naturam: sed divina essentia, vt habet rationem naturæ, differt à se ipsa, vt habet rationem suppositi habentis naturam ratione ratiocinata obiectivè, & virtuali distinctione; cum personalitas, & suppositalitas distinguatur à natura divina virtuali distinctione, & rationis ratiocinatæ obiectivæ, in communi Theologorum sententia: ergo divina essentia, vt habet rationem potentiæ, distinguitur virtualiter, & ratione ratiocinata, à se ipsa, vt habet rationem actualis volitionis.

31 *Quarto prob. ratione.*

Quarto probatur, vt enim disp. antecedenti ostendimus, essentia, & natura divina virtualitèr distinguitur à volitione actuali, in illamque virtualiter influit, & virtualitèr illam præcedit; sed in illa vt volitione actuali priori salvatur ratio voluntatis, & potentiæ volitivè: ergo voluntas divina prout in actu primo, & per modum potentiæ virtualiter distinguitur à volitione actuali. Minor, ad quam difficultas reducitur, in hunc modum probatur; voluntas per modum actus primi, & potentiæ, nihil aliud est, quam facultas proxima volitiva, sed in divina essentia proprio ad actum volendi salvatur facultas proxime volitiva: ergo in illa vt sic salvatur ratio voluntatis, & potentiæ volitiuæ. Probatur minor primo: id habet facultatem proximam ad aliquem actum, quod in illum influit immediate, virtualitèr, aut formaliter; sed divina essentia influit virtualiter in volitionem divinam immediate: ergo divina essentia vt sic influens, habet facultatem proximam ad actualem volitionem.

Minor prob.

32 *Secundo.*

Secundo probatur: id habet facultatem proximam ad actum, inter quod, & actum non mediat aliquid per modum proximæ facultatis, sed inter divinam essentiam, vt potentem proximè velle, & actualem volitionem Dei, nihil mediat præstans facultatem proximè volitivam: ergo divina essentia pro priori ad volitionem habet facultatem proximè volitivam. Tertio: nam divina essentia, non solum est potens radicaliter velle, sed etiam est potens proximè; sed hanc potentiam proximam ad volendum non habet ab actuali volitione: ergo pro priori ad actualem volitionem, convenit divinæ essentiæ facultas proximè volitiva.

Tertio.

33 *Quinto prob. conclusio.*

Quinto suadetur conclusio: voluntas divina influit virtualiter proximè in volitionem: ergo virtualiter ab illa distinguitur: consequentia tenet: sicut namque inter fluxus realis formalis petit realem extremorum distinctionem; ita influxus virtualis

dem distinctionem exposcit. Antecedens autem probatur primo: natura divina non sit virtualiter, non solum caliter, sed etiam proximè in volitionem; sed id ab actione cuius proximè virtualiter est voluntas, & potentia proximè influit in volitionem virtualiter proximè.

Secundo: nam voluntas divina habet potentiæ proximè volitivæ; sed potest constituere, nisi in hoc, quod est, elicitivam virtualiter proximè: ergo id habet divina voluntas. Minor prob. 1. ostenditur primo: esse proximè volitivum, in creatis, consistit in vi proxima elicitiva realiter volitionis: ergo in divinis, consistit in vi proxima elicitiva virtualiter.

34 Secundo. Secundo: esse realiter volitivum in Deo, consistit in radicatione virtuali, mediata volitionis: ergo esse proximè volitivum, consistit in vi proximè elicitiva illius non formali, sed virtuali eliciente. Tertio: nō repugnantiam ad tendendum: affectivè in obiectum, non sufficit ad salvandam cum proprietate voluntatem in Deo, seu potentiam proximè volitivam: ergo necessario debet constitui, vt cum proprietate existat in Deo, in vi proximè elicitiva virtualiter volitionis.

Tertio.

Probo antecedens: in actu voluntatis creatæ datur non repugnantia ad tendendum affectivè in obiectum; & tamen voliditio creata propriè voluntas non est; alias daretur in nobis duplex voluntas, duplex quæ potētia volitiva, quod inauditum est: ergo hæc non repugnantia, non sufficit, vt salvetur propriè voluntas, seu potentia volitiva in Deo.

35 Respond. Respondebis, præter non repugnantiam ad tendendum affectivè in obiectum, requiri, vt salvetur propriè voluntas, necessariam tendentiæ affectivæ explicaturam in voluntate creata; & quia hæc tendentia explicatur in volitione creata, secus autem in voluntate divina, provt hoc nomine significatur: ideo non sufficit, quod salvetur in Deo ratio voluntatis propriè, secus autem in volitione creata, sed necessarium est, vt salvetur propriè, in volitione creata, & in Deo.

Contra. Sed contra primo, in volitione creata præter tendentiam differentialem in obiectum, datur tendentia ipsi, & voluntati communis, cui tendentiæ ipsi, & illamnon repugnantia ad tendendum affectivè cum non expressione tendentia affectiva actualis, & illam explicat: ergo si non repugnantia ad tendendum affectivè cum non expressione voluntatis propriè, sufficit ad rationem voluntatis propriè; salvabitur in volitione creata propriè ratio voluntatis.

Arnold. Secundo; vel datur fundamentum Deo ad concipiendam voluntatem, vt

explicantem a
non: si hoc sec
que fundamento
in Deo: si primu
tum in ipso ad di
divinam à voliti
tum, & explicit
inter illas distinc
ratiocinatæ, quo
Dices: esse fun
cum, defu mptun
vina; sed ex rinsec
tione nostri intell
conceptu intelliger
luntatem divinam;
per species voluntat
tæ, & ad instar illaru
nam si semel hoc ad
te, & volitione divina
sum affirmari de omn
nibus attributalibus
ratione ratiocinante
intrinseco, cum solo
to sumpto ex limit
ctus non valentis ill
ligere; quia concip
per species creatur
perfectiones reali
tur; consequens
sentiæ Auctor
fuit. Secundo: na
cum fundamen
luntatem prov
falsum: ergo
quelam; eat
Auctores v
tenus datu
dendum
cans ad
exprimi
non vol
tionem
Deo hu
plicant
fundam
cum fu
luntate
Den
distinct
litiva,
Deo: e
lis distin
dens au
quod vo
liter ad
dive ad
fectio e
test cum
lis distin
nem. S
volitio

non est imperfectio in Deo, vt disputatione præcedenti monstrauimus, docentque plures ex contrarijs Auctoribus: ergo pariter, virtualis distinctio facultatis proximæ volitiuæ à volitione actuali, nullam infert imperfectionem.

Respondebis, negando consequētiam, disparitas autem est; nam volitio non est vltima actualitas in linea naturæ, & ideò posset absque vlla imperfectione virtualiter à natura, seu principio radicali distingui, est tamen actualitas vltima volitiuę potentiæ, & ideò, & re, & ratione formali ter, & virtualiter cum illa identificari, & oppositum maximè imperfectio erit. Sed contra primo; nam volitio, etsi sit vltima potentię actualitas, non tamen est vltima actualitas existens intra lineam potentiæ, sed extra illam; at esse vltimam potentię actualitatem, dummodo non sit intra lineam potentiæ, non obest, vt absque vlla imperfectione virtualiter, & ratione ratiocinata à potentia distinguatur: ergo virtualis ista distinctio nullam infert imperfectionem. Consequentia tenet. Minor cōstat. Tum, quia etiam est vltima actualitas naturę vt radicaliter volitiuę, & tamen, quia non est intra lineam naturæ, absque vlla imperfectione virtualiter à natura distinguitur. Tum etiam: nam eo ipso, quod sit extra lineam potentię, saluantur omnia pertinentia ad lineam potentiæ absque illius expressione; potentia autem, vt perfectissima sit, solum petit pertinentia ad propriam lineam.

Maior autem ostenditur primo; nam ideò, ad lineam naturæ non spectat, quia non est radicale principium volendi; sed nec est proximum volitionis principium: ergo non pertinet ad lineam potentiæ. Secundo; nam ideò non spectat ad lineam naturę quatenus volitivæ, quia est operatio radicaliter egrediens ab illa; sed etiam est operatio virtualiter proximè egrediens à potentia volitiva: ergo non pertinet ad lineam potentię. Patet consequentia, quia non minus repugnat, idem à se ipso procedere proximè, quam radicaliter.

Contra secundo, linea volitiva, est divisibilis in principium radicale volendi, principium proximum, & actualem volitionem: ergo quamvis sit vltima actualitas intra lineam volitivam quasi generice, non tamen est vltima actualitas intra speciem, aut quasi speciem potentiæ, & consequenter negatio identitatis virtualis volitionis à potentia proximè volitiua, nullam infert imperfectionem in Deo. Tertio, particulares rationes volitionum sunt vltimæ actualitates in linea volitiva; & tamen virtualiter distinguuntur à divina voluntate, vt fatentur plures, contra quos disputatio nostra procedit, distinguentes virtualiter in Deo misericordiam, iustitiam, charitatem, & alias affectivas virtutes: ergo quod volitio actualis sit vltima actualitas in hac linea, non tollit, quin absque vlla imperfectione virtualiter distinguatur à divina voluntate.

Quarto impugnatur solutio: nam existentia est vltima actualitas diuinæ essentiæ per modum essentiæ, & tamen virtualiter distinguitur ab illa, vt docent plures ex illis, cōtra quos disputamus: ergo quod volitio sit vltima actualitas potentiæ volitivæ, non impedit, quin ab illa virtualiter distinguatur absque vlla imperfectione. Et augetur difficultas, suppositalitas est vltima, vel penultima essentię actualitas; & tamen virtualiter à divina essentia distinguitur in communi Theologorum sententia: ergo idem quod prius.

41 Quarto.

Confirm.

Si dicas, suppositalitatem esse ex proprio conceptu terminum essentiæ, & naturæ, ideòque non posse re, & ratione cum illa identificari. In contrarium arguitur: non enim minus petit actio à suo principio proximo, aut remoto distingui, quam terminus à terminato per ipsum: ergo si personalitas, quia terminus est, nequit re, & ratione cum divina essentia identificari, quia volitio obtinet rationem actionis, non poterit re, & ratione identificari cum principio proximo volitivo, quod est proxima potentia.

42 Si dicas.

Contra.

Denique impugnatur solutio: actualis generatio, est vltima actualitas potentiæ generativæ, & tamen virtualiter ab illa distinguitur, quin ex hoc inferatur aliqua imperfectio in Deo, aut defectus perfectissimæ actualitatis in potentia generativa: ergo ex eo quod actualis volitio, sit vltima actualitas potentiæ volitivę, non sequitur, imperfectionem esse, virtualiter ab illa distingui. Illatio tenet. Maiorem autem admittunt plures ex contrarijs Auctoribus, illamque docet Divus Thomas verbis adductis in prima probatione nostrę conclusionis: est omninò certa, si cum pluribus asserat potentiam generativam consistere in absoluto pro recto, generationem autem in relatione: nam relatio, & absolutum virtualiter distinguuntur.

§. IV.

Quatuor argumentis occurritur.

CONtra istam conclusionem argumentari possumus primo ex D. Thoma *Primo Contra Gentes*, cap. 92. vbi dicit, non esse in Deo virtutes secundum habi-

44 Argu.

ni, sed solum secundum actum, quia tus est actus imperfectus medians inter potentiam, & actum; sed magis distat ab actu potentia, quam habitus: cum ille sit medium potentia autem extremum, extrema autem magis distant inter se, quam à medio: ergo potentia est actus imperfectus, & consequenter relegari debet à Deo.

45 Respondeo, explicando causalem Divi Thomæ; quia media inter potentiam, & actum, cũ distinctione reali ab extremis, scilicèt potentia, & actu; concedo maiorem: quia est actus ratione medians, nego maiorem, & distinguo minorem: potentia realitèr distincta ab actu, concedo minorẽ: ratione solum distincta, nego minorem, & consequentiam: quia potentia volitiva, quam in Deo constituimus, non est realitèr distincta à volitione actuali, sed tantum virtualitèr, & ratione. Ratio autem, cur habitus realiter à potẽtia, & actu distinguitur, est, quia habitus consistit in facilitate non qualibet, sed suponente difficultatem in potentia, & illam vincente: vnde in cõmuni Logicorum, & Phylosofo rum sententia, potentiæ naturales ad vnum determinatę, & omninò ad operandum completæ, sunt incapaces habituum, v g. potentia visiva, eo quod in his potentijs non supponitur difficultas per habitum superanda; eo autem ipso, quod habitus non distinguatur realitèr à potẽtia, non potest in illa difficultatem suppone re, & consequentèr habitus petit realitèr ab actu, & potentia distingui. Quod autem D. Thom. loquatur de actu mediante inter vtramque cum reali distinctione, constat ex illis verbis, quibus probat non esse in Deo virtutes secundum habitum: *Vnde, & habentes habitum dormientibus comparantur.* Quæ verba solum de habentibus habitum realitèr mediantem inter potentiam, & actum possunt verificari.

46 Secundo arguitur; distinctio inter duo non potest provenire ex prædicato vtrique communi, sed nullũ est prædicatum competens voluntati, & non volitioni divinæ: ergo inter voluntatem, & volitionem actualẽ in Deo nequit esse virtualis distinctio. Maior est certa. Minor autem probatur: nam volitio actualis divina, est substantialis, & per se subsistens, non minus quã divina voluntas: ergo nihil potest voluntati per modum actus primi convenire, quod volitioni actuali non cõpetat.

Respond. Respondeo, concessa maiori, negando minorem: ad probationem dicatur, quod licet volitio divina, sit substantialis, & per se subsistens, est tamen operatio vitalis à voluntate per modum actus primi virtualitèr procedens: vnde, esse principium virtuale proximum volitionis; convenit voluntati divinæ, & nõ volitioni, ac proin de hoc prædicatum voluntatem à volitione actuali virtualitèr distingui.

Sed dices, nullum est fundamentum in Deo, vt illi attribuamus rationem virtualis principij volitionis actualis: ergo solutio est nulla. Antecedens probat Heri ce: nam fundamentum hoc, vel est aliqua formalis efficientia, & receptio actualis volitionis, vel eminentia divina æquivalens volitioni creatæ effectæ, & receptæ, & voluntati efficienti, & recipienti intrinsecè volitionem, neutrum potest dici: ergo tale fundamentum non datur. Minor pro prima parte constat: nam formalis elicientia, & formalis receptio: sunt imperfectiones repugnantes Deo, vt in principio disputationis probavimus, & per se est manifestũ pro secunda probatur, nam Deus eminenter continet equum, & hominem, & tamen absque virtuali aliqua distinctione inter continentias vtriusque, & quin ex hoc Deo cum fundamento attribuamus denominationem hominis, aut equi: ergo eminentia divina, ratione cuius æquivalet voluntati creatæ elicienti, & recipienti in se volitionem, & volitioni creatæ receptę, & elicitæ, non est fundamentum sufficiens, vt Deo attribuamus rationem virtualis principij proximi volitionis.

Respondeo, negando antecedens. Ad probationem dicatur, nec realem formalem receptionem volitionis actualis, nec solam æquivalentiam illam; esse fundamentum ad concipiendam in Deo voluntatem vt elicientem, & volitionem vt elicitam; sed rationẽ potentis velle, & actualitèr volentis, rationem voluntatis, & volitionis actualis, quæ cum proprietate Deo conveniunt, quorũ propria convenientia subsistere, & salvari non potest absque virtuali elicientia. Et quidem, si concedat Herice radicationem virtualem attributorum in natura divina, obiectione facta præmitur, illamque tenetur solvere, si autem illam neget, saltim negare non potest, naturã esse volitione, & attributis virtualitèr priorem, quo admisso, vt tenetur admittere, inquiram ab ipso? Hæc virtualis prioritas, vel est aliqua præcedentia formalis naturæ respectu attributorum, vel æquivalentia ad naturam, & proprietates creatas, inter quæ datur præcedentia formalis: non primũ, quia præcedentia formalis ma xima imperfectio est: non secundũ, vt probat exẽplum adductum: ergo virtualis præcedentia, aut prioritas inter naturam divinam, & attributa non datur: quod ergo præ-

Digitized by Google

prædictus auctor obiectioni respondeat, erit obiectionis à se factæ contra nostram doctrinam, solutio.

Tertio arguitur: virtualis distinctio inter perfectiones divinas, consistit in hoc, quod sint principia distinctionis realis, & quod de illis verificentur contradictoria prædicata; sed nihil horum in voluntate, & actuali volitione invenitur: ergo inter voluntatē, actualemque volitionem, non intervenit virtualis distinctio. Minor constat: nam voluntas, & actualis volitio non sunt principia alicuius realis distinctionis in Deo, & nihil de voluntate affirmatur, quod de volitione negetur. Maior autem probatur, ideò namque voluntas, & intellectus distinguuntur virtualitèr, quia intellectus est principium *quo*, generationis Verbi, voluntas principium *quo* processionis Spiritus Sancti, & inter Verbum, & Spiritum Sanctum intervenit realis distinctio. Natura autem, & Paternitas, ideò virtualitèr distinguuntur, quia de natura verificatur, esse tribus personis communem, illisque communicari, quod prædicatum de Paternitate negatur: ergo solum inter illas perfectiones intercedit virtualis distinctio, quæ sunt principia distinctionis realis in Deo, aut de quibus verificantur prædicata contradictoria.

Respondeo, negando primam partem maioris, & concedendo secundam, hoc autem in voluntate, & volitione actuali divina invenitur; nam Deus ratione voluntatis, est potens proximè velle, & virtualitèr proximè volitionem eliciens, nō autē ratione actualis volitionis, quod sufficit, vt distinguātur inter se virtualiter, & ratione ratiocinata: sicut misericordiam esse id, quo Deus miseretur, secus autem iustitiam, & iustitiam esse id, quo Deus punit; secus autem misericordiam, sufficit, ad distinguendam virtualitèr iustitiam à misericordia. Quod autem non requiratur ad distinctionem virtualem in Deo, quod perfectiones virtualiter distinctę, sint principia distinctionis realis in Deo, patet in eodem exemplo, misericordia namque, & iustitia virtualitèr inter se distinguuntur, & tamen non sunt principia distinctionis, aut oppositionis realis: similitèr intellectus, sapientia, & prudentia, quæ sunt virtutes ad intellectum spectantes, distinguuntur virtualitèr, & tamen non sunt principia realis distinctionis, & oppositionis. Quod si hoc Auctor cō trarius negauerit sufficit nobis, esse æquè probabilem distinctionem virtualem volitionis à voluntate, ac misericordiæ à iustitia, & inter assignatas virtutes.

Quarto arguitur, voluntas divina, est actus purissimus omnem potentialitatem excludens; sed si distingueretur virtualitèr à volitione actuali, actus purus non esset, nec omnē potentialitatem excluderet, sed potentialis esset virtualitèr, & secundum rationem: ergo non distinguitur virtualiter ab illa. Minor, in qua sola est posita difficultas, ostenditur primo: si realitèr à volitione actuali differret, esset realiter potentialis: ergo si distinguitur virtualitèr, & secundū rationem à volitione actuali, erit potentialis virtualitèr, & secundum rationem. Secundo, divina voluntas cōcepta, vt principium proximè eliciens volitionē, concipitur vt determinabilis tanquam per actum: ergo vt potentialis. Patet consequentia: nam actui correspondet potentia: ergo si concipitur vt determinabilis per volitionem vt actum, vt potentialis concipitur.

Tertio probatur, nam voluntas divina distincta virtualiter à volitione actuali, non solum erit principiū virtualitèr illā eliciens, sed etiam recipiens, sed potentia respectiva actus, est potentia passiva, & consequentèr potētialis in ordine ad illū: ergo si voluntas virtualitèr à divina volitione distinguitur, erit potentialis virtualitèr. Denique probatur minor: nam volitio actualis, est vltima actualitas potentiæ volitivæ, sed quod concipitur sine vltima actualitate, intelligitur vt imperfectū, & potentiale: ergo divina voluntas concepta sine volitione actuali, qualiter cōcipi debet, vt virtualitèr, & ratione distinguatur à volitione actuali concipitur vt potentialis, & imperfecta.

Huic argumento, cui præcipuè fidunt Recentiores Thomistæ oppositæ sententia adhærentes, respondeo, instando illud primo in essentia divina virtualitèr, & ratione ratiocinata ab existentia distincta in sententia plurium Thomistarum; quin ex hoc colligatur esse virtualitèr, & ratione potentialem & tamen si realitèr ab existentia differret, absque dubio esset potentia realitèr. Secundo, in eadem essentia comparata cum personalitate, à qua virtualiter, & ratione differre, est communis Theologorum sententia; quin liceat ex eo inferre, concipi vt potentialē & imperfectam; & tamen si esset realitèr distincta à personalitate, realiter esset potētialis. Tertio, in natura divina cū attributis collatis, à quibus virtualitèr, & ratione distinguitur, in cōmuni, & fere omnium Theologorum sententia, quin ob hanc distinctionem imperfecta, & potentialis intelligatur, & tamen si inter attributa, & essentiam intercederet realis distinctio, non posset

Quarto arg.

Minorē tēditur.

Secundo.

Tertio.

Resp. instand primo.

Secundo.

Tertio.

Digitized by Google

setur negari, quod esset realiter potentialis: sicut ergo omnis potentialitas a divina essentia excluditur per hoc, quod realiter identificetur cū exiſtentia, perſonalitate, & attributis, illaque actu implicitè per rationem includat: ita pariter per hoc, quod divina voluntas realiter identificetur cum volitione actuali, & per rationem illam implicitè includat, omnis potentialitas in divina voluntate vitatur.

45 Vnde in forma ad argumentum reſpondeo, concesſa maiori, negando minorem. *Respond. in forma.* Ad cuius primam probationem conceſſo antecedenti, nego conſequentiam: nam eo ipſo, quod realitèr, ſibi identificet volitionem actualem, & illam implicitè per rationem includat, concipitur vt infinita, & ex conſequenti in actus purus omnē potentialitatem excludent. *Si dicas.* Si dicas, non ſtare hæc duo, nempè, quod ſit infinita, & quod virtualiter differat à volitione actuali. *Respond.* Reſpondeo negando aſſumptum; nam ſicut hæc cōpariuntur in eſſentia collata cum exiſtentia, cum perſonalitate, & attributis; ita etiam in voluntate comparata cum volitione actuali.

55 Ad ſecundam probationem minoris, diſtinguo antecedens, concipitur vt determinabilis per actum ſibi realiter identificatum, & in illa actu implicitè incluſum, concedo antecedens: per actum diſtinctum realiter, & non incluſum actu implicitè in illius conceptu obiectivo, nego antecedens, & conſequentiam quia vt potentialis eſſet, vel vt talis conciperetur, deberet concipi vt determinabilis per actū, non ſibi identificatum, nec actu implicitè incluſum, cuius oppoſitum in divina voluntate contingit, & ideò, quamvis potentia ſit, concipiaturque vt potentia, non tamen eſt potentialis, nec vt talis intelligitur in ordine ad votitionem: quæ doctrina manifeſta reſultat per inſtantias per adductas.

56 Si dicas, gradus genericus concipitur *Si dicas.* vt potentialis, in ordine ad differentias contractivas illius, & tamen intelligitur, vt determinabilis per actum, ſibi realiter identificatum: ergo quod divina voluntas identificetur realiter cum volitione actuali non impediat, quin concepta vt per illam determinabilis, vt potētialis intelligatur. *Respond.* Reſpondeo, negando conſequentiam: diſparitas autem eſt; nam gradus generic⁹ præſcindit adæquatè à differentijs contrahentibus ipſum, ita vt illas, nec explicet, nec actu implicitè includat; & ideò potentialis eſt, ſaltim ſecundum rationem, voluntas autē divina, non ſolum realitèr identificatur cum volitione actuali, ſed etiam actu implicitè includit in ſuo conceptu obiectivo, & ex hoc actuali inclusio ne cum identitate reali, infertur à nobis excluſio omnis potentialitatis ab illa.

Inſtabis, gradus entis conceptus vt determinabilis per modos contrahentes ipſum, intelligitur vt potentialis in ordine ad ilios, ſaltim ſecundum rationem, & tamen illos actu implicitè includit incommuni Thomiſtarum ſententia, cum illiſque identificatur realitèr: ergo nec realis identitas, nec actu implicita inclusio actualis volitionis in divina voluntate, obſtāt, quominus, concipiatur vt potentialis, ſaltim ſecundum rationem, ſi ſemel ab illa virtualitèr, & ratione diſtinguitur.

Reſpondeo, negando conſequentiam: diſcrimen autem conſiſtit in diverſo modo inclusionis implicitæ: nam modi claudūntur implicitè in ente, non ratione actualitatis entis, ſed potius ratione potentialitatis, ob quā eſt contrahibile per omnes modos, in quibus propter tranſcendentiam ineluditur; volitio autem actualis claditur actu implicitè in divina voluntate ratione ſummę, & infinitæ actualitatis, & tāquā in principio actualiſsimo, à quo egreditur virtualitèr, & in quò virtua litèr cōtinetur; & ideò inclusio modorum contrahentium ens in ente nō tollit, quin concipiatur, vt potentiale per rationem; inclusio autem actualis volitionis in divina voluntate, tollit ab illa, quod intelligatur vt potentialis.

Ad tertiam probationem minoris, diſtinguo maiorem eſt receptiva illius per omnimodam identitatem realem, & inclu ſionem actualem implicitam per rationē, concedo maiorem: abſque tali identitate, & actuali inclusione, nego maiorem, & ſub eadem diſtinctione minoris, nego cōſequentiam; nam licet potentia receptiva actus realitèr diſtincti, nec actu implicitè incluſit, ſit in potentia, & potentialis, vel vt talis concipiatur, potentia per rationem, aut virtualitèr receptiva actus cum omnimoda identitate reali, & actuali implicita inclusione actus, nec eſt potentialis, nec vt talis intelligitur, & quia ita in divina voluntate reſpectu volitionis cōtingit, ſit vt nec ſit potentialis, nec vt talis concipiatur. *Ad 3 probationem minoris.*

Ad vltimam minoris probationem, cōceſſa maiori, diſtinguo minorem: quod concipiatur ſine vltima actualitate, tàm implicitè, quàm explicitè, trāſeat minor, explicitè ſolum, nego minorem; & conſequentiam: nàm divina voluntas, licet non explicet actualem volitionem, illam tamen actu implicitè includit, & ideò abſque vlla imperfectione concipitur vt abilla diſtincta. Et inſto, vt ſuperius inſtabam. 59 *Ad vltimam.*

Digitized by Google

bam in divina essentia, quæ quamvis concipiatur, sine existentia explicata, & existentia sit vltima essentiæ actualitas, quia tamen illã actu implicite claudit, nec potentialis, nec imperfecta concipitur.

60 *Instabis 1.* Sed instabis primo, actualior, & perfectior conciperetur divina voluntas, si intelligeretur vt exprimens actualem intellectionem, quam concepta vt implicans tantum illã; sed Deo attribui debet, quod perfectissimum est: ergo petit concipi, vt exprimens rationem actualis tendentiæ, & intellectionis. *Secundo.* Secundo, voluntas concepta sine actualitate intellectionis expressæ, concipitur vt potentialis, secundum conceptum explicitum; sed hoc inconveniens videtur: nam est concipi vt imperfectam; cum omnis potentialitas sit imperfectio: ergo non solum implicite, sed etiam explicitè importare debet voluntas actualitatem intellectionis. Maior ostenditur primo, voluntas concepta sine intellectione implicata, conciperetur vt potentialis secundum conceptum implicitum: ergo concepta sine intellectione explicata, intelligitur vt potentialis secundum rationẽ explicitam. Secundo, aliquid intelligi potentiale, est intelligi sine actu, & cum capacitate ad illum; sed voluntas concepta sine intellectionem explicata intelligitur sine illa, vt explicite habita, & est potens illam explicite habere: ergo intelligitur, vt potentialis secundum conceptum explicitum.

61 *Instabis 3.* Tertio, nam sequitur ex hac solutione, esse aliquam entitatem creatam actualiorem voluntate divina; consequens videtur absurdum: ergo, & solutio. Probatur sequela, id quod exprimit vltimam actualitatem in aliqua linea, actualius est, implicante tantum illam; sed volitio creata exprimit vltimam actualitatem lineę volitivæ: ergo si voluntas divina illam non explicat, sed tantum implicite importat, aliqua entitas creata erit actualior voluntate divina. *Quarto.* Quarto: nam sequitur ex hac solutione, volitionem divinam; esse perfectiorem voluntate Dei; consequens est falsum: ergo idem quod prius. Sequela patet: nam vltima actualitas in aliqua linea est perfectior omni, eo quod ad talem lineam spectat, si distinguitur ab illo. Præterea; nam volitio actualis, actualior est voluntate divina, si tantum implicite importat illius actualitatem, sed actualitas est perfectio: ergo est perfectior. Minor autem probatur: nam volitio actualis, si est à voluntate distincta, est ab illa, vt à principio effectivo, perfectissimo, & actualissimo: ergo perfectissime continetur in illa; sed excedens aliud in perfectione, non potest in illo contineri perfecte: ergo volitio non potest voluntatem excedere.

62 *Quinto.* Denique obijcies, omnis divina perfectio, vtpotè actus purus, & summè actualis, petit exprimere vltimam proprię lineæ actualitatem; sed actualitas vltima lineæ volitivæ, est actualis volitio: ergo vt divina voluntas concipiatur sine imperfectione, petit concipi, nõ vt implicans, sed vt exprimens illam, ita vt si concipiatur sine illius expressione imperfecte concipiatur.

63 *Ad 1. in tantum resp. 1.* Ad primam ex his obiectionibus respondeo, concessa maiori, distinguendo minorem debet Deo attribui, quod perfectissimum est sub omni conceptu, & ratione, nego minorem: sub aliquo concedo minorem, & nego consequentiam: vt enim docet D. Tho. *quæst. 1. de potentia, ar. 1. ad 2. Licet omne perfectissimum sit Deo attribuendum, non tamen oportet, quod omne illud, quod Deo attribuitur, sit perfectissimum, sed oportet, quod sit conveniens ad designationem perfectissimi, ad quod competit aliquid ratione suæ perfectionis, quod habet aliquid se perfectus, cui tamen deest illa, quam aliud habet.* Verba sunt D. Thomæ: ex quibus habetur, quod licet exprimere actualẽ operationem, perfectius quid sit, quam illam implicare; & involvere, & consequẽter hæc expressio Deo concedenda sit, nõ tamen est necessarium, quod illam exprimat, sub conceptu potentiæ operatiuæ, volitivæ, aut intellectivæ, sed sub conceptu actualiter operantis.

64 *Respond. Secundo.* Vel secundo responderi potest, distinguendo maiorem: cõciperetur actualior, & perfectior, excessu fundato in re, nego maiorem: ex. essu impossibili, & chimerico concedo maiorem, & sub eadem distinctione minoris, nego consequentiam: quam insto in natura Dei attributis comparata, quæ absque dubio perfectior conciperetur, vt exprimens perfectiones attributales, quã concipiatur, vt illas implicite importans, & tamen ex hoc non infertur, quod debeat illas exprimere, & similiter instari potest in quolibet attributo, vt comparato cum alijs, & cum natura divina; misericordia namque v. c. perfectior conciperetur; vt exprimens naturam, & alia attributa, quam concipiatur, illa tantum involvens; & tamen ex hoc non infertur, quod sub conceptu misericordiæ illa debeat explicare. pariter ergo in præsentij.

65 *Ad 2.* Ad secundam distinguo maiorem, vt potentialis potentialitate negativa, concedo maiorem: privativa, nego maiorem, & sub eadem distinctione minoris: nego consequentiam: nam potentialitas privativa, quæ imperfectio privativa est,

Digitized by Google

peleganda ab omni divina formalitate, consistit in carentia actus cum debito; voluntas autem, divina sub conceptu voluntatis, & si non exprimat actualitatem volitionis, non debetur illi expressio, sed tantum implicatio illius: & ideò quamvis potentialis sit negativè, non tamen est potentialis privativè; potentialitas autem negativa, non dicit privativam, sed tantum negativam imperfectionem, quæ non repugnat divinis formalitatibus; nam quod libet attributum, provt ab alio virtualiter distinctum, est negativè imperfectum, per negationem expressionis perfectionis naturæ, aliorumque attributorum.

65 *Ad 3.* Ad tertiam nego sequelam: ad probationem dicatur, veram esse maiorem si cætera paria sint, falsam autem, si paritas nõ servetur in alijs; & concessa minori, nego consequentiam: quia *licet* volitio actualis creata exprimat actualem tendentiam, quam non exprimit divina voluntas; illa tamen est in potentia ad existendum, & non existendum, nec est essentialiter cum actu primo connexa, & realiter ab illo causatur, quorum nihil competit voluntati divinæ; & ideò quamvis hæc non exprimat actualem tendentiam, infinite excedit actualitatem volitionis creatæ.

67 *Ad 4.* Ad quartam transeat consequens, & nego minorem, quam non convincit probatio; nam actus non est à potentia, tanquam à causa adæquata, sed vt à virtute causæ, quæ resultat ex natura, vt radice operationis, & potẽtia proxima vt principio proximo illius; licet autem effectus vel actus nequeat esse supra causam, potest tamen virtutem, aut potentiam proximam superare in perfectione realiter, aut virtualiter: plures enim probabiliter docent, actum in creatis esse realiter perfectionem potentia, à qua tamen, vt à principio proximo provenit; ratio autem, cur potentia excedatur ab actu in perfectione, sumitur ex dictis supra, & ex D. Thoma adductis, quia nempè potentia est propter actum, vt finem, natura autem, non ordinat perfectiora ad imperfectiora, vt finem. Vnde sicut ob hanc causam potentia creata realiter ab actu exceditur, ita potentia increata exceditur virtualiter, quia ad proprium actum virtualiter ordinatur vt finem.

68 *Ad vltimam.* Ad vltimam distinguo maiorem, vltimam actualitatem pertinentẽ ad lineam specificam, concedo maiorem: tantum ad lineam genericam, aut quasi genericam, nego maiorem; & distinguo minorem: lineæ volitivæ sumptę veluti generice, cõcedo minorem: lineæ specificę potentiæ, nego minorem, & consequentiam; nam volitio, & si auctuet potentiam, non tamen pertinet ad lineam specificam potentiæ, sed extra illam constituitur, vtpotè actio, & operatio, de cuius conceptu est, præsupponere principium, tam proximũ, quàm remotum. Vnde sicut attributa quãuis sint actualitatis actuantes, perficientesque naturam; quia tamen non pertinent ad lineam naturæ, non sunt de expresso conceptu illius: ita quamvis actualis volitio, actuet, & determinet potentiam, & in hoc sensu sit vltima actualitas illius, quia tamen non pertinet ad lineam potentiæ, non est necesse, vt à potentia volitiva exprimatur: nec ex hoc, quod non exprimeretur, sequitur aliqua imperfectio privativa, sed tantum negativa in potentia.

69 *Dices.* Sed dices, prẽter actualem volitionem, nihil aliud potest ex parte potentię concipi, quod sit vltima actualitas: ergo nisi exprimatur à potentia, ratio actualis tendẽtiæ, non concipitur in vltima actualitate, & consequenter potentialis intelligitur. *Respond.* Respondeo, negando antecedens; nam potentiam esse actualissimum operationis principium, & ab illa inseparabile, est vltima potentiæ actualitas pertinens ad lineam potentiæ, per quam ab alijs potentijs distinguitur, quæ non sunt essentialiter principia actu interentia operationẽ, sed ab illa seperabilia, & indifferentia ad actu inferendum, & non inferendum illã: sicut esse radicem actualissimam proprietatum, essentialiter cum illis connexam, est vltima actualitas naturæ per modum naturæ, distinguens naturam divinam ab omni natura creata in ratione actualitatis.

§. Vltimus.

Ceteris argumentis fit satis, & simul aliqua ex dictis inferuntur.

70 *Quinto arguitur.* QVinto arguitur: potentia generativa, & actualis generatio, non differunt virtualiter: ergo nec voluntas, & actualis volitio. Consequentia tenet ex dictis: antecedens autem probatur ex Divo Thoma *infra quæstion 32. articulo 3.* vbi docet, esse tantum quinque notiones in Deo; sed si potentia generativa, & generatio actualis virtualiter differrent, essent plures, quam quinque notiones: ergo non distinguuntur virtualiter potentia generativa, & generatio actualis. Minor probatur, quia tam potentia generativa, quàm generatio actualis sunt Patris notiones: ergo si distinguuntur virtualiter, erunt duæ notiones, & consequenter erunt plures quam quinque.

71 Huic argumento facile responderi

Vide ex doctrina Illustrissimi Arauj.

posset ex doctrina Illustrissimi Araujo *ubi supra*, asserentis, potentiã volitivam, & actualem volitionem non distingui virtualiter, & ratione adæquata, sed inadæquate tantum, eo modo quo Paternitas, vt constituens Patris personam, a te ipsa, vt referente, solum in adæquate distinguitur, idem dicturus de potentia generativa, & generatione actuali; iuxta quam doctrinã pervia est argumenti solutio, negando sequelam; cum enim non differant actualis generatio & potentia generativa, distinctione virtuali adæquata, sed tantum in adæquata non multiplicant notiones,

72 *Contra.* Displicet tamen doctrina; & consequẽter solutio: etenim eo ipso, quod intercedat ratio virtualis principij, & ratio actionis egredientis à principio, intervenit virtualis distinctio adæquata; sed volitio actualis, à voluntate virtualiter procedit, & voluntas est principium proximum virtuale illius: ergo virtualiter adæquatè distinguuntur. Minor ab ipso conceditur, & à nobis probata relinquitur. Maior autem probatur: etenim realis processio est evidens argumentũ distinctionis realis adæquatæ: ergo virtualis vnius ab illo processio, argumẽtũ evidens est distinctionis virtualis adæquatæ. *Confirm.* Quod amplius confirmo: nam si non obstante virtuali elicientia volitionis actualis à potentia volitiva, non adstruitur inter illa, nisi tantum virtualis inadæquata distinctio, idem poterit de natura divina & volũtate affirmari: imò de Deo, omnibusque attributis. Quod nempè, solum inadæquatè distinguantur inter se. Consequens: non admitteret Magister, quem impugnamus: ergo nec solutionem traditam potest admittere.

73 *Respond. ad argumentum.* Quare ad argumentum factum, respondeo, negando sequelam; nam generatio & potentia generativa, eandẽ Patris indicãt dignitatem, nempè, esse principium Filij, & quia notio est indicans dignitatem personæ, fit consequens, vt quamvis inter se distinguantur virtualiter, non ponãt in numero in ratione notionis; ac proinde, quod notionũ numerũ non multiplicent.

74 *Sexto arguitur.* Sexto arguitur, divina volitio non est à voluntate Dei, vt à principio virtualiter influente: ergo non distinguitur virtualiter ab illa consequentia patet primo, nam ex virtuali elicientia, distinctionem virtualem ostendimus. Secundo: nam vt virtualiter inter se distinguantur, debent inter se comparari, vt actus primus virtualis, & actus secundus, quæ comparatio absque egressione virtuali à voluntate nequit subsistere. *Antecedẽs ostenditur 1.* Antecedens autem ostenditur primo; nam perfectius cõcipitur divina volitio, si concipiatur vt *à se* realiter, & virtualiter, quam concepta *à se* realiter, & ab alio virtualiter; sed dicitur illi perfectissimus conceptus: ergo est à se vtroque modo; & consequenter non elicitur virtualiter à divina voluntate. *Secundo;* Secundo; nam si volitio esset à voluntate divina egressivè virtualiter, vel esset eductio virtualis, vel virtualis creatio? Non primum, alias esset accidens virtualiter; cum intelligeretur advenire essentiæ subsistenti, & completæ. Nec secundum, aliàs esset virtualiter ex nihilo, quod falsum est; cum ex voluntate, vt actu primo & quasi subiecto virtualiter fiat: ergo nullo tenus est à voluntate divina, vt principio virtuali virtualiter eliciente.

75 *Tertio;* Tertio: nam si volitio essentialis virtualiter à voluntate per modum actionis procederet, sequeretur, terminum talis actionis, nempè divinam essentiam, quæ obtinet inadæquate rationem impulsus; etiam procedere virtualiter à divina voluntate, consequens est falsum; aliàs esset virtualis persona, sicut realiter procedens est persona realiter formaliter: ergo diuina volitio non egreditur à voluntate Dei per egressum virtualẽ Quarto; *Quarto;* nam virtualis egressio, est virtualis dependentia; sed virtualis dependentia repugnat perfectionibus diuinis, non minus quam virtualis compositio: ergo repugnat volitioni actuali diuinæ, virtualiter egredi, vel elici à divina voluntate.

76 *Quinto;* Denique principale antecedens probatur: nam si virtualiter à divina voluntate eliceretur, esset formaliter actio; sed non est formaliter actio: ergo nec virtualiter egreditur à voluntate diuina. Maior constat: nam voluntas est formaliter potentia ex tota ratione principij virtualiter influẽtis, vt constat ex dictis: ergo egressus virtualis sufficiens erit ad rationem formalis actionis. Minor autem probatur, sicut enim de ratione relationis est *ad*, vel respectus ad terminum, ita de ratione actionis est *ab*, vel egressio à principio; sed ratio relationis formaliter, non salvatur per *ad* virtuale: ergo ratio actionis formaliter non salvatur per *ab* virtuale, vel virtualem egressum.

77 *Solutio Recentiorum.* Hinc argumento Recentiores quidam convicti negant in Deo virtualem elicientiam, aut virtualem egressum volitionis, & intellectionis à natura divina, & voluntate, & intellectu nec non virtualem radicationem attributorum in essentia: aut ãtẽ in essentia salvent rationẽ naturæ, & rationẽ attributi in alijs perfectionibus, quę naturam præsupponunt, recurrunt ad hoc quod licet natura divina non sit radix virtualis attributorum, est tamen prior illis

illis per modum subiecti informationis per vnionem virtualem, & realem identitatem, & hæc prioritas subiecti per vnionem virtualem informabilis cum exigentia cæterarũ perfectionũ sufficit ad salvendã rationẽ naturæ, & attributorũ in Deo, & consequenter sufficit ad salvandã rationẽ volitionis, & voluntatis, & rationem actus primi, & secundi virtualis. Ita Antonius Perez *Selectarum disputationum, p. 1, disp. 2, cap. 1. §. 1. à numero 7.*

78 *Reijcitur hæc solutio 1.* Hæc tamen doctrina displicet, & reijcitur primo: sicut enim realis elicientia, & radicatio realis dicunt imperfectionem, quo circa relegantur à Deo: ita realis informatio, est imperfectio divinæ perfectioni repugnans, & tamen informatio per vnionem virtualem perfectionum cum essentia, & realem identitatem, imperfectionem non dicit, vt præfati Recentiores fatentur: ergo pariter virtualis radicatio attributorum in essentia divina, & virtualis egressio actuum vitalium ab illa cũ identitate reali, nullam dicet imperfectionem; & consequenter non est, cur excludatur à Deo. *Secundo.* Secundo, realis formalis prioritas vnius perfectionis ad aliam, importat imperfectionem, & id circo non admittitur inter perfectiones divinas; & tamen virtualis prioritas absq; imperfectione constituitur in Deo: ergo pariter, quãvis realis radicatio, dimanatio, & elicientia imperfectionẽ importent, & relegẽtur à Deo, virtualis radicatio, dimanatio, & elicientia absque vlla imperfectione possunt, & debent admitti.

79 *Tertio.* Tertio, non enim negari potest prioritas virtualis essentiæ in ordine ad attributa, & actus primi virtualis ad secundum virtualem in Deo; sed non est prioritas virtualis *in quo*, cum necessario coexistant pro eodem instanti reali; imò, & pro instanti rationis, nec prioritas subsistendi cõsequentia, vt omnibus est manifestũ: ergo est prioritas virtualis *à quo*; & consequẽter debet esse prioritas *à quo* dependẽtiæ, vt à subiecto; sed admissa hac dependẽtia virtuali, nõ est cur non admittatur dependẽtia virtualis, vt à principio efficiẽte, & eliciente, cum non maior in vna, quã in alia dependentia, importetur imperfectio: & aliàs melius salvatur ratio naturę in essentia, proprietatisque in attributis, & vitalitatis in actibus: ergo debet dependẽtia hęc virtualis inter perfectiones divinas admitti. *Confirm.* Et augetur difficultas, prioritas *à quo* subiectiva realis, imperfectio maxima est. Dei perfectioni repugnans; & tamen virtualis prioritas *à quo* subiectiva imperfectionem non dicit, & admittitur in Deo: ergo pariter, quãvis prioritas *à quo* effectiva, realis, formalis inter formalitates absolutas; sit imperfectio, Dei perfectioni repugnans, virtualis tamen, nullam dicet imperfectionem; & consequenter admitti debet in Deo.

Quarto reijcitur: exigentia subiectiva absque virtuali dimanatione, non sufficit ad salvandam in perfectione creata rationem proprietatis, aut passionis virtualis; sed attributa divina sunt virtuales proprietates, aut passiones essentiæ divinæ: ergo prętter exigentiam subiectivam, dicit rationem principij virtualis dimanationis. Minor cum consequentia tenet: maior autem probatur, exigentia realis subiectiva absque reali activa dimanatione, non sufficit ad salvandam in perfectione petita rationem proprietatis, & proprię passionis realis, vt cõstat in speciebus Angelicis, quę quia solũ subiectivè à natura Angelorum petuntur, & non dimanant ab illa, nõ sunt proprietates reales: constat etiam in motu circulari cæli, qui propria passio cæli non est, quia licet subiective petatur, non tamen dimanat à cęlorum natura: ergo pariter per solam subiectivam virtualem exigentiam & prioritatem, absque virtuali activa radicatione, & dimanatione, non subsistit ratio proprietatis virtualis. 80 *Quarto reijcitur.*

Denique reijcitur: volitio actualis divina, est actus secundus virtualis vitalis; sed ratio actus secundi virtualis vitalis, nequit absque virtuali egressione per solam vnionem virtualem subsistere: ergo divina volitio, non solum virtualiter vnitur cum volũtate divina, sed etiã elicitur, vel egreditur virtualiter ab illa. Maior cum consequentia nõ indigent probatione. Minor autem probatur: in hoc namque actus vitalis, à non vitali distinguitur, quod iste cõvenit subiecto, non *à se*, sed *in se*, ille autem viuenti convenit *in se*, & *à se*, vt constat ex diffinitione viventis, nempè, *habens perfectionem à se*: ergo ad rationem vitę actualis in volitione divina, non sufficit vniri, virtualiter cum voluntate, vt subiecto, sed in super, est necessarium esse à voluntate vt à virtuali principio. 81 *Quinto.*

Dices, inter hæc dari medium, nempè vniri virtualiter cum formali reali identitate: nam intimius convenit *à se* alicui, quod cum illo identificatur, quam quod ab illo elicitur, vel egreditur; actualis autem volitio virtualiter vnitur cum volũtate divina, illiq; identificatur, ac per consequens convenit illi *à se* modo sufficienti, vt distinguatur à perfectione, aut formalitate non vitali. Sed contra primo; nam divinæ relationes conveniunt naturæ Dei per vnionem virtualem, & realem iden- 82 *Dices.* *Contra 1.*

Digitized by Google

titatem; & tamen non sunt vita actualis: ergo convenientia per vnionem virtualem, & realem identitatem, non salvat conv nientiam à se à ratione vitæ petitam.

83 *Secundo.* Secundo; nam attributa entis divini tranicendentaliter sumpti, vt communis communitate rationis ad attributa, & naturam, nempè vnitas, realitas, &c. conveniunt ipsi per vnionem virtualem, & realem identitatem; & tamen non sunt actualis vita: ergo idem quod prius. *Tertio.* Tertio: nam eo modo debet actus secundus vitalis convenire viventi, non solum intrinsecè, sed etiam ab intrinseco, quo sortitur rationem actus secundi vitalis; sed actualis volitio, est actus secundus vitalis virtualis, vt præfati Recentiores fatentur: ergo debet Deo convenire à se, & non tolum *in se* virtualiter; sed non convenit Deo à se virtualiter per identitatem, cum potius virtualiter distinguatur ab illo: ergo convenit Deo à se per egressum, eliciantiamque virtualem, vel actus vitalis non est.

84 Vndè ad argumentum factum respondeo negando antecedens: ad cuius primam probationem, distinguo maiorem: perfectius concipitur excessu volitioni posibili, nego maiorem: perfectius concipitur excessu repugnante volitioni, concedo maiorem: & sub eadem distinctione minoris, nego consequentiam: illamque insto in sententia Recentiorum, aientium, concipi volitionem natura posteriorem vt subiecto informationis per vnionem virtualem; perfectius namque volitio conciperetur, si nullo modo præsupponeret naturam divinam, quam illam præsupponendo vt subiectum informatio..is; & tamen excessus iste, non conceditur volitioni: ergo pariter non debet illi concedi excessus resultãs ex negatione virtualis principij. Et ratio est: nam negatio virtualis principij, est proprius conceptus inadæquatus naturæ Dei, vt distinctæ ab attributis; ac proinde attributis inter quę comparatur volitio, concedenda non est.

85 *Ad 2 probationé.* Ad secundam probationem dicatur, volitionem divinam, esse virtualiter eductionem, quia à nobis cum fundamento concipitur, vt egrediens à voluntate divina, & ex illa; nec sequitur esse accidens; quia ad hoc erat necessarium, vt non exigeretur essentialiter à voluntate, nec in illa implicitè includeretur. Nec obstat advenire essentię subsistenti, & completę, quia intelligitur adveniens, vt inclusa in eius conceptu, & vt terminata per eandem existentiam: attributa namque existunt existentia naturæ in sententia D. Thomæ. Vnde sicut ob hanc causam humanitas Christi Domini non est illa vnita tanquam accidens subiecto, sed vnione subsiãtiali, quia nempè existit per existentiam verbi: ita à fortiori, in nostro casu contingit. Et quidem Recentiores argumento facto vtentes, illud solvere tenẽtur, imò fortius ipsos præmit; nam docent, volitionem vniri voluntati, & naturæ divinæ per vnionem virtualem, absque egressu ab illa vt principio, contra quos idem argumentum conficitur: volitio advenit essentiæ vnitive, vt completè subsistenti, & existenti: ergo advenit illi vt accidens. Patet consequentia: nam rationi accidentis, non convenit essentialiter, quod adveniat egressivè: ergo si advenit per vnionem, quamvis non per egressionem, adveniet naturæ vt accidens.

86 *Ad 3.* Ad tertiam, concessa maiori, nego minorem: nec sequitur, esse virtualiter personam, quia essentia divina, si forte obtinet rationem inadæquatam impũlsus, sub isto conceptu, claudicat actu implicitè in voluntate divina; pertinetque ad illius complementum; vna autem persona non includitur actu implicitè in alia, nec ad eius pertinet complentum intrinsecum.

Ad 4. Ad quartam, concessa maiori nego minorem: nam virtualis dependentia, consistit in fundamẽto præstito intellectui nostro, vt concipiat volitionem, vt dependentem à voluntate, vt à principio vitali, in quo nulla imperfectio divinæ volitioni resultat: sed ex parte intellectus se tenet non valentis volitionem, & voluntatem divinam vno conceptu intelligere, sed pluribus conceptionibus, secundum quarum vnam, intelligitur vt principium, & secundum aliam, vt actus vitalis egrediens à tali principio. Ad illud de compositione dicatur, compositionem duplicem esse, aliã rationis cum mutua exclusione conceptuum ex parte obiecti: aliam autem, cum inclusione mutua conceptuum, qui ad invicem comparantur, & distinguuntur, penes rationes explicitas: prima compositio divinæ simplicitati repugnat, secus secunda.

87 *Dices.* Sed dices, conceptui nostro, quo Dei volitionem, vt egredientem, & dependentem concipimus, vel respondet in re dependentia, vel non; si secundum: ergo ille conceptus est falsus: si primum: ergo volitioni divinæ convenit in re dependentia, & consequentèr convenit illi imperfectio. *Respond.* Respondeo, ex parte rei realiter consideratæ, non convenire divinæ volitioni dependentiam realem formalem, sed tantum virtualem: sumpta verò Dei volitione,

Digitized by Google

ne,vt obiectiva conceptui nostro, convenit de penaentia formalis,non realis, sed tantum rationis,non antecedens, sed cõsequẽs cõceptio nẽ cõfingẽtẽ:quæ doctrina sumatur ex D. Thoma, *quæstione prima de potentia articulo primo ad decimum argumentum*. Et quidem obiectio ista æquè contra distinctionem volitionis à voluntate militat, atque contra dependentiam, vt consideranti constabit.

88 *Ad vltimam.* Ad vltimam probationem, quæ magis contra primam conclusionem,quam cõtra secundam militat, concessa maiori, nego minorem. Ad illius probationem, nego maiorem: nam de ratione actionis, abstrahentis a creata, & increata, non est *ab* formale, aut formalis egressus,sed disiunctim formale, vel virtuale: de ratione autem relationis abstrahentis à creata, & increata, est *ad*,& respectus realis formalis:vndè non est eadem ratio.

Rationis criminis. Quod si rationem huius discrimis petas?Respondeo duplicem esse:prima,quia diffinitio relationis sic ab omnibus accipitur,secus autem diffinitio actionis vitalis Secunda est, quia cum actio sit intrinseca principio, talitèr debet illi conceptus egressionis concedi, quod non pugnet,cum identitate, cum suo principio in Deo:repugnaret autem reali cum principio identitati, si illi adscriberetur egressus realis determinate formalis; relatio autem non perficit suum correlativum, nec est eius actualitas: vndè,quod ab illo realitèr distinguatur,etiam in Deo, nullũ inconveniens est;& id circo absque incõvenienti,relationi vt abstrahenti,à creata, & increata,conceditur reale *vd*,vel realis respectus formalis.

89 *Dices.* Sed dices,ratio ista discriminis,supponit dari cõceptum realis actionis in Deo; sed argumentum conceptum istum impugnat: ergo solvitur petitione principij supponendo conclusionem. *Respond.* Respondeo, concessis maiori, & minori, negando consequentiam: nam id, quod supponimus,nempè,dari conceptum realis actionis in Deo,efficacitèr ostendimus, ex cõceptu realis naturæ,& realis actus vitalis: quando autem, quod supponitur solvendo,efficacitèr probatur, non committitur vitium petitionis principij.

90 *Infertur 1.ex dictis.* Ex dictis sequitur primo,ratienem habitus,non esse in voluntate divina admittendum. Quod patet, tùm ex Divo Thoma,*Primo Contra Gentes*, *cap.* 92. vbi negat in Deo virtutes secundum habitum. Tùm etiam, nam habitus non in quavis facilitate consistit,sed in facilitate supponente in potentia difficultatem, quam vincat:vndè potentia,verbi causa, visiva, quia difficultatem non patitur incapax habitus est; sed in voluntate divina nulla difficultas supponitur superanda: ergo quamvis de se facilis & prompta sit, non tamen est capax habitus.

91 *Secundo.* Secundo ex dictis colligitur, dari in voluntate divina inclinationem innatam respectu volitionis actualis. Quod patet: nam inclinatio supra rationem potentiæ solum addit in termino perfectionem, & proportionem, id est, quod actio,vel terminus sit perfectio proportionata potentiæ:defectu perfectionis negatur,inclinatio in voluntate creata ad peccatum pro formali;quia scilicèt peccatum sic sumptum,non perficit sed imperficit, læditque voluntatem:defectu proportionis, negatur inclinatio naturæ intellectualis creatæ ad supernaturalem beatitudinem, & humanitati,ad verbi personalitatem,quia nempè, licet beatitudo valde perficiat naturam intellectualem, & subsistentia verbi humanitatem: non tamen proportionantur cum illis,sed excedunt exigentiam illarum; sed volitio actualis divina est perfectio voluntatis, cum illa proportionata: ergo datur in voluntate divina respectu volitionis actualis, non solum ratio potentiæ,sed etiam ratio inclinationis;cumque non sit inclinatio elicita,erit inclinatio innata. Et hæc de ista Disputatione aplicanda litteræ Magistri *in primo distinctione* 45. *§. primo, & tertio*, ad illa verba: *Vbicumque Deus dicitur scire, vel sciens, vel velle, vel volens, hæc duo secundum essentiam dicuntur.* *M.Sent.*

*

Digitized by Google

DISPVTATIO QVADRAGESIMA OCTAVA.

Per quid decretum liberum Dei conſtituatur?

§. I.

Præmittuntur, quæ apud omnes ſunt certa.

1 *Aureoli ſententia proponitur.*

DVÆ extremæ ſententiæ, in huius arduæ difficultatis limine ſunt reijciendæ, vt mediam tenendo viã, Scyllamque, & Carybdem vitantes, ad veritatis portum veniamus. Prima illarum affirmat, nullum eſſe in Deo actum voluntatis efficacem, & liberum, niſi in metaphorico ſenſu, & eatenus Deum voluntarie creaturas producere, quatenus producit, cum poſſet non producere illas, ſicut ſi ignis combureret, potens à ſe non comburere, diceretur voluntarie comburens. Ita ſenſiſſe Aureolum, *in 1. diſtinct. 40. artic. 1. propoſitione 2. & 3.* referunt Theologi Recentiores in præſenti, illiuſque ſententiam, vt parum principijs fidei conſonam, merito reijciunt primo, Deum namque velle creaturas paſsim in ſacra pagina habetur, Pſalmo 113. *Omnia quæcumque voluit fecit.* Ad Epheſios primo: *Operatur omnia ſecundum conſilium voluntatis ſuæ.* Ioannis 3. *Sic Deus dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret*, & alibi pluries; ſed verba ſacræ Scripturæ debent accipi abſque metaphora & in ſenſu rigoroſo & proprio niſi Sanctorũ Patrũ, aut interpretũ obſtet authoritas vel abſurdum aliquod manifeſte ex rigoroſo ſenſu inferatur. Quorũ neutrum in præſenti invenitur: ergo firmiter tenemur eſſe verè, & propriè in Deo actum, quo creaturas vult, cumque neceſſarius non ſit, neceſſario eſt admittendus in Deo, actus liber efficax voluntatis. Secundo: nam ſi Deum libere creaturas diligere, nihil aliud eſt, quam producere creaturas cum potentia ad non producendum, propoſitio illa ex Pſalm. 113. relata, *Omnia quæcumque voluit Dominus fecit*, efficeret iſtum ſenſum, omnia quæ potuit producere, & nõ producere, de facto produxit, quod eſt hæreticum: cum ſit de fide, multa Deum potuiſſe producere, quæ de facto non produxit; vel iſtum, omnia, quæ fecit, cum poſſet non facere, fecit, quod eſt ridiculum.

2 *Secundo reijcitur.*

Tertio: nam Deus in ſenſu rigoroſo, & proprio intelligit creaturas exiſtentes: ergo etiam in ſenſu rigoroſo illas diligit; cumque poſsit illas non diligere, concedi debet cum omni proprietate voluntati divinæ amor liber creaturarum. Conſequentia eſt bona; idem namque, quod Aureolum potuit movere, vt negaret Deo actum voluntatis liberum, militat etiam in cognitione creaturarum exiſtentium; cum talis cognitio potuerit non eſſe in Deo, nempè ſi creaturæ non fuiſſent productæ. Antecedens autem conſtat ex teſtimonijs Scripturæ, in qua paſsim creaturarum cognitio divino intellectui attribuitur, & ratione naturali convincitur: vim namque infinitam cognoſcendi nulla veritas poteſt latere; Deus autem habet vim cognoſcendi infinitam, & creaturas exiſtere, eſt verum ex ſuppoſitione quod ſint: ergo neceſſario Deus exiſtentiam creaturarum cognoſcit. Se-

3 *Tertio.*

Reijcitur 1 ex ſcriptura.

4 Secunda ſententia.

Secunda ſententia, ſeu potius error in præſenti vitandus, fuit Vorſtij Calviniſtæ, qui vt refert Beccanus *prima parte, cap. 11. quæſt. 4. & 5.* decretum Dei liberum per quoddam accidens realitèr à divina voluntate diſtinctum, in tempore incipiens, & à voluntate Dei realitèr ſeparabile conſtituit, aſſerebat. Cuius ſententia meritò vt hæretica damnatur ab omnibus: ſequitur namque ex illa, dari in voluntate divina realem compoſitionem, quod illius ſummæ ſimplicitati repugnat. Patet ſequela; etenim compoſitio realis, eſt vnio realitèr diſtinctorum; ſed divina voluntas, & illud reale accidens realitèr diſtinguuntur, & ad Deum conſtituendum libere volentem vniuntur: ergo ex illis realis compoſitio reſultat.

Damnatur 1. ab inconuenienti.

5 Secundo.

Sequitur ſecundo, dari in voluntate divina potentiam realitèr receptivam, & realitèr paſsivam, contra illius ſummam actualitatem. Patet ſequela; nam illud accidens, cum realitèr diſtinctum à divina voluntate aſſeratur & non extrinsecè, ſed intrinsecè volentem libere conſtitueret realitèr intrinsecè illam informare debet: ergo voluntas divina eſſet in potentia reali paſsiva ad illud in ſe recipiendum.

Tertio,

Sequitur tertio, potuiſſe voluntatem divinam aliter realiter intrinsecè ſe habere, & intrinsecè realiter mutari, quod illius immutabilitati adverſatur. Patet ſequela; nam mutatio realis intrinſeca, eſt tranſitus de non eſſe reali intrinſeco, ad eſſe intrinſecum reale; ſed voluntas divina poſſet in tempore de non eſſe illius accidentis, ad illius eſſe tranſire & de illius eſſe, ad non eſſe: ergo eſt realiter tranſmutabilis mutatione reali acquiſitiva, & deperditiva.

6 Quarto.

Denique ſequitur, Deum actuari poſſe intrinsecè per aliquam formam creatam, & perfici intrinsecè ab illa, quod ſummæ illius perfectioni repugnat. Patet ſequela: nam illud accidens non eſſet à ſe, ſed ab alio cauſaretur namque à Deo à quo realiter eſſet diſtinctum: ergo eſſet forma creata, & aliàs Deum actuaret intrinsecè, & conſequenter perficeret: ergo ex poſitione illa manifeſtè colligitur, Deum poſſe intrinſecè actuari, & intrinſecè perfici per aliquam formam creatam. Et ex his aliter prædictus error convincitur: illud namque accidens, cum non ſit à ſe, ſed ab alio, debet eſſe Dei effectus; at non neceſſario, ſed libere ab ipſo cauſatus: ergo ſupponeret Deum libere cauſantem, & conſequenter volentem: ex quo vlterius fit, non poſſe, Deum libere volentem conſtituere.

Quinto prædictus error reijcitur.

7 His ita ſuppoſitis, antequam varia Recentiorum placita in medium adducam, placuit rationem dubitandi proponere, quæ ad hac formam poteſt reduci. Actus liber ex proprio conceptu petit, quod deficere poſsit; ſed nihil voluntati divinæ intrinsecum potuit deficere: ergo in nullo intrinſeco voluntati divinæ, decretum liberum Dei conſiſtere poteſt. Quod ſi ob hanc rationem, ad aliquod extrinſecum confugiatur, in contrarium militat non minus efficax argumentum. De ratione namque actus liberi voluntatem conſtituentis in actu ſecundo volentem eſt, quod immanens ſit: ergo nequit per formam extrinſecam, & non immanentem conſtitui, quæ dubitandi ratio, adeò Theologorum torſit ingenia, vt illos in tot ſententias, quot capita abire coegerit.

Ratio dubitandi proponitur.

§. II.

Ad extrinſecam denominationem, fugientes referuntur, & reijciuntur.

8 *Quædam ſententia propunitur.*

QVidam, quos refert Baſilius Legionenſis, *quæſt. 6. Scholaſtica, variarum diſputationum, cap. 3.* priori parte rationis dubitandi convincti, decretum Dei liberum in forma extrinſeca, & extrinſeca denominatione adæquate conſtituunt, per actionem, ſcilicet tranſeuntem ad extra, qua Deus creaturas producit, ita vt ſicut denominatur agens ab actione tranſeunte, quæ in paſſo conſtituitur, v. g. ignis à calefactione in paſſo recepta: ita Deus denominatur volens libere creaturas extrinſece, ab actione tranſeunte, qua creaturas producit. Quæ ſententia reijcitur primo: nam iuxta illam, non niſi in metaphorico ſenſu ſalvatur, Deum libere velle creaturas, actio namque extrinſeca, non niſi metaphorice dicitur voluntas; ſed decretum liberum conſiſtere debet in aliquo cum proprietate Deum conſtituente volentem: ergo nequit in actione tranſeunte adæquate conſiſtere.

Reijcitur primo.

9 Secundo.

Secundo, quia Deum eſſe volentem creaturas exiſtentes, eſt denominatio immanens: ergo ab actione non immanenti, qualis eſt actio tranſiens, nequit præſtari.

Tertio.

Tertio, quia aliàs abſque vllo inconvenienti poſſet Deus in tempore incipere velle; conſequens eſt abſurdum: ergo & ſententia. Patet ſequela: Deus namque de facto producit creaturas in tempore: ergo ſi ab hac actione denominatur volens, abſque vllo inconvenienti poterit in tempore denominationem volentis ſubire. Denique prædicta ſententia reijcitur; Deus namque ab æterno eſt, dicitur, volens creaturas: ergo ab æterno eſt forma

Quarto.

Digitized by Google

non est imperfectio in Deo, vt disputatione præcedenti monstrauimus, docentque plures ex contrarijs Auctoribus: ergo pariter, virtualis distinctio facultatis proximæ volitiuæ à volitione actuali, nullam infert imperfectionem.

38 *Respond.* Respondebis, negando consequẽtiam, disparitas autem est; nam volitio non est vltima actualitas in linea naturæ, & ideò potest absque vlla imperfectione virtualiter à natura, seu principio radicali distingui, est tamen actualitas vltima volitiuę potentiæ, & ideò, & re, & ratione formali ter, & virtualiter cum illa identificari, & *Contrà.* oppositum maximæ imperfectionis erit. Sed contra primo; nam volitio, etsi sit vltima potentię actualitas, non tamen est vltima actualitas existens intra lineam potentiæ, sed extra illam; at esse vltimam potentię actualitatem, dummodo non sit intra lineam potentiæ, non obest, vt absque vlla imperfectione virtualiter, & ratione ratiocinata à potentia distinguatur: ergo virtualis ista distinctio nullam infert imperfectionem. Consequentia tenet. Minor cõstat. Tum quia etiam est vltima actualitas naturę vt radicaliter volitiuę, & tamen, quia non est intra lineam naturæ, absque vlla imperfectione virtualiter à natura distinguitur. Tum etiam: nam eo ipso, quod sit extra lineam potentię, saluantur omnia pertinentia ad lineam potentiæ absque illius expressione; potentia autem, vt perfectissima sit, solum petit pertinentia ad propriam lineam.

Maior autem ostenditur primo; nam 39 ideò, ad lineam naturæ non spectat, quia *Maior ostenditur* non est radicale principium volendi; sed *primo.* nec est proximum volitionis principium: ergo non pertinet ad lineam potentiæ. Secundo; nam ideò non spectat ad lineam naturę quatenus volitiuæ, quia est operatio radicaliter egrediens ab illa; sed etiam est operatio virtualiter proximè egrediens à potentia volitiua: ergo non pertinet ad lineam potentię. Patet consequentia, quia non minus repugnat, idem à se ipso procedere proximè, quam radicaliter.

40 *Contrà.* Contra secundo, linea volitiua, est diuisibilis in principium radicale volendi, principium proximum, & actualem volitionem: ergo quamvis sit vltima actualitas intra lineam volitiuam quasi generice, non tamen est vltima actualitas intra speciem, aut quasi speciem potentiæ, & consequenter negatio identitatis virtualis volitionis à potentia proximè volitiua, nullam infert imperfectionem in Deo. Ter- *Tertio.* tio, particulares rationes volitionum sunt vltimæ actualitates in linea volitiua; & tamen virtualiter distinguuntur à diuina volũtate, vt fatentur plures, contra quos disputatio nostra procedit, distinguentes virtualiter in Deo misericordiam, iustitiam, charitatem, & alias affectiuas virtutes: ergo quod volitio actualis sit vltima actualitas in hac linea, non tollit, quin absque vlla imperfectione virtualiter distinguatur à diuina voluntate.

Quarto impugnatur solutio: nam exi- 41 stentia est vltima actualitas diuinæ essen- *Quarto.* tiæ per modum essentiæ, & tamen virtualiter distinguitur ab illa, vt docent plures ex illis, cõtra quos disputamus: ergo quod volitio sit vltima actualitas potentiæ volitiuæ, non impedit, quin ab illa virtualiter distinguatur absque vlla imperfectione. Et *Confirm.* augetur difficultas, suppositalitas est vltima, vel penultima essentię actualitas; & tamen virtualiter à diuina essentia distinguitur in communi Theologorum sententia: ergo idem quod prius.

Si dicas, suppositalitatem esse ex pro- 42 prio conceptu terminum essentiæ, & natu- *Si dicas.* ræ, ideòque non posse re, & ratione cum illa identificari. In contrarium arguitur: *Contra.* non enim minus petit actio à suo principio proximo, aut remoto distingui, quam terminus à terminato per ipsum: ergo si personalitas, quia terminus est, nequit re, & ratione cum diuina essentia identificari, quia volitio obtinet rationem actionis, non poterit re, & ratione identificari cum principio proximo volitiuo, quod est proxima potentia.

Denique impugnatur solutio: actualis 43 generatio, est vltima actualitas potentiæ *Quinto.* generativæ, & tamen virtualiter ab illa distinguitur, quin ex hoc inferatur aliqua imperfectio in Deo, aut defectus perfectissimæ actualitatis in potentia generativa: ergo ex eo quod actualis volitio, sit vltima actualitas potentiæ volitiuę, non sequitur, imperfectionem esse, virtualiter ab illa distingui. Illatio tenet. Maior est certa. Minorem autem admittunt plures ex contrarijs Auctoribus, illamque docuit Divus Thomas verbis adductis in prima probatione nostrę conclusionis: estque omninò certa, si cum pluribus asseratur, potentiam generativam consistere in absoluto pro *recto*, generationem autem in relatione: nam relatio, & absolutum virtualiter distinguuntur.

§. IV.

Quatuor argumentis occurritur.

COntra istam conclusionem argumen- 44 tari possumus primo ex D. Thoma *Arg.* *Primo Contra Gentes, cap. 92.* vbi dicit, non esse in Deo virtutes secundum habi-

bitum, sed solum secundum actum, quia habitus est actus imperfectus medians inter potentiam, & actum; sed magis distat ab actu potentia, quam habitus: cum ille sit medium potentia autem extremum, extrema autem magis distant inter se, quam à medio: ergo potentia est actus imperfectus, & consequenter relegari debet à Deo.

45 *Respond.* Respondeo, explicando eausalem Divi Thomæ; quia media inter potentiam, & actum, cũ distinctione reali ab extremis, scilicèt potentia, & actu, concedo maiorem: quia est actus ratione medians, nego maiorem, & distinguo minorem: potentia realitèr distincta ab actu, concedo minorẽ: ratione solum distincta, nego minorem, & consequentiam: quia potentia volitiva, quam in Deo constituimus, non est realitèr distincta à volitione actuali, sed tantum virtualitèr, & ratione. Ratio autem, cur habitus realiter à potẽtia, & actu distinguitur, est, quia habitus consistit in facilitate non qualibet, sed suponente difficultatem in potentia, & illam vincente: vnde in cõmuni Logicorum, & Philosofo rum sententia, potentię naturales ad vnum determinatę, & omninò ad operandum completæ, sunt incapaces habituum, v g. potentia visiva, eo quod in his potentijs non supponitur difficultas per habitum superanda; eo autem ipso, quod habitus non distinguatur realitèr à potẽtia, non potest in illa difficultatem supponere, & consequenter habitus petit realitèr ab actu, & potentia distingui. Quod autem D. Thom. loquatur de actu mediante inter vtramque cum reali distinctione, constat ex illis verbis, quibus probat non esse in Deo virtutes secundum habitum: *Vnde, & habentes habitum dormientibus comparantur.* Quæ verba solum de habentibus habitum realitèr mediantem inter potentiam, & actum possunt verificari.

46 *Secundo, arg.* Secundo arguitur; distinctio inter duo non potest provenire ex prædicato vtrique communi, sed nullũ est prædicatum competens voluntati, & non volitioni divinæ: ergo inter voluntatem, & volitionem actualẽ in Deo nequit esse virtualis distinctio. Maior est certa. Minor autem probatur: nam volitio actualis divina, est substantialis, & per se subsistens, non minus quã divina voluntas: ergo nihil potest voluntati per modum actus primi convenire, quod volitioni actuali non cõpetat.

Respond. Respondeo, concessa maiori, negando minorem: ad probationem dicatur, quod licet volitio divina, sit substantialis, & per se subsistens, est tamen operatio vitalis à voluntate per modum actus primi virtualitèr procedens: vnde, esse principium virtuale proximum volitionis; convenit voluntati divinæ, & nõ volitioni, ac proin de hoc prædicatum voluntatem à volitione actuali virtualitèr distingui.

47 *Dices.* Sed dices, nullum est fundamentum in Deo, vt illi attribuamus rationem virtualis principij volitionis actualis: ergo solutio est nulla. Antecedens probat Herice: nam fundamentum hoc, vel est aliqua formalis efficientia, & receptio actualis volitionis, vel eminentia divina æquivalens volitioni creatæ effectæ, & receptæ, & voluntati efficienti, & recipienti intrinsecè volitionem, neutrum potest dici: ergo tale fundamentum non datur. Minor pro prima parte constat: nam formalis elicientia, & formalis receptio: sunt imperfectiones repugnantes Deo, vt in principio disputationis probavimus, & per se est manifestũ pro secunda probatur, nam Deus eminenter continet equum, & hominem, & tamen absque virtuali aliqua distinctione inter continentias vtriusque, & quin ex hoc Deo cum fundamento attribuamus denominationem hominis, aut equi: ergo eminentia divina, ratione cuius æquivalet voluntati creatæ elicienti, & recipienti in se volitionem, & volitioni creatæ receptę, & elicitæ, non est fundamentum sufficiens, vt Deo attribuamus rationem virtualis principij proximi volitionis.

48 *Respond.* Respondeo, negando antecedens. Ad probationem dicatur, nec realem formalem receptionem volitionis actualis, nec solam æquivalentiam illam; esse fundamentum ad concipiendam in Deo voluntatem vt elicientem, & volitionem vt elicitam; sed rationẽ potentis velle, & actualitèr volentis, rationem voluntatis, & volitionis actualis, quæ cum proprietate Deo conveniunt, quorũ propria convenientia subsistere, & salvari non potest absque virtuali elicientia. Et quidem, si concedat Herice radicationem virtualem attributorum in natura divina, obiectione facta prę mitur, illamque tenetur solvere, si autem illam neget, saltim negare non potest, naturã esse volitione, & attributis virtualitèr priorem, quo admisso, vt tenetur admittere, inquiram ab ipso? Hæc virtualis prioritas, vel est aliqua præcedentia formalis naturæ respectu attributorum, vel æquivalentia ad naturam, & proprietates creatas, inter quæ datur prȩcedentia formalis: non primũ, quia præcedentia formalis maxima imperfectio est: non secundũ, vt probat exẽplum adductum: ergo virtualis prȩcedentia, aut prioritas inter naturam divinam, & attributa non datur: quod ergo

Digitized by Google

prædictus auctor obiectioni respondeat, erit obiectionis à se factæ contra nostram doctrinam, solutio.

49 *Tertio arguitur.* Tertio arguitur: virtualis distinctio inter perfectiones divinas, consistit in hoc, quod sint principia distinctionis realis, & quod de illis verificentur contradictoria prædicata; sed nihil horum in voluntate, & actuali volitione invenitur: ergo inter voluntatẽ, actualemque volitionem, non intervenit virtualis distinctio. Minor constat: nam voluntas, & actualis volitio non sunt principia alicuius realis distinctionis in Deo, & nihil de voluntate affirmatur, quod de volitione negetur. Maior autem probatur, ideò namque voluntas, & intellectus distinguuntur virtualitèr, quia intellectus est principium *quo*, generationis Verbi, voluntas principium *quo* processionis Spiritus Sancti, & inter Verbum, & Spiritum Sanctum intervenit realis distinctio. Natura autem, & Paternitas, ideò virtualitèr distinguuntur, quia de natura verificatur, esse tribus personis communem, illisque communicari, quod prædicatum de Paternitate negatur: ergo solum inter illas perfectiones intercedit virtualis distinctio, quæ sunt principia distinctionis realis in Deo, aut de quibus verificantur prædicata contradictoria.

50 *Respond.* Respondeo, negando primam partem maioris, & concedendo secundam, hoc autem in voluntate, & volitione actuali divina invenitur; nam Deus ratione voluntatis, est potens proximè velle, & virtualitèr proximè volitionem eliciens, nõ autẽ ratione actualis volitionis, quod sufficit, vt distinguãtur inter se virtualiter, & ratione ratiocinata: sicut misericordiam esse id, quo Deus miseretur, secus autem iustitiam, & iustitiam esse id, quo Deus punit; secus autem misericordiam, sufficit, ad distinguendam virtualitèr iustitiam à misericordia. Quod autem non requiratur ad distinctionem virtualem in Deo, quod perfectiones virtualiter distinctæ, sint principia distinctionis realis in Deo, patet in eodem exemplo, misericordia namque, & iustitia virtualitèr inter se distinguuntur, & tamen non sunt principia distinctionis, aut oppositionis realis: similitèr intellectus, sapientia, & prudentia, quæ sunt virtutes ad intellectum spectantes, distinguuntur virtualitèr, & tamen non sunt principia realis distinctionis, & oppositionis. Quod si hoc Auctor cõtrarius negauerit sufficit nobis, esse æquè probabilem distinctionem virtualem volitionis à voluntate, ac misericordiæ à iustitia, & inter assignatas virtutes.

51 Quarto arguitur, voluntas divina, est actus purissimus omnem potentialitatem excludens; sed si distingueretur virtualitèr à volitione actuali, actus purus non esset, nec omnẽ potentialitatem excluderet, sed potentialis esset virtualitèr, & secundum rationem: ergo non distinguitur virtualiter ab illa. *Quarto arg.* Minor, in qua sola est posita difficultas, ostenditur primo: si realitèr à volitione actuali differret, esset realiter potentialis: ergo si distinguitur virtualitèr, & secundũ rationem à volitione actuali, erit potentialis virtualitèr, & secundum rationem. *Minor probatur.* Secundo, divina voluntas cõcepta, vt principium proximè eliciens volitionẽ, concipitur vt determinabilis tanquam per actum: ergo vt potentialis. Patet consequentia: nam actui correspondet potentia: ergo si concipitur vt determinabilis per volitionem vt actum, vt potentialis concipitur. *Secundo.*

52 *Tertio.* Tertio probatur, nam voluntas divina distincta virtualiter à volitione actuali, non solum erit principiũ virtualitèr illã eliciens, sed etiam recipiens, sed potentia respectiva actus, est potentia passiva, & consequentèr potẽtialis in ordine ad illũ: ergo si voluntas virtualitèr à divina volitione distinguitur, erit potentialis virtualitèr. *Quarto.* Denique probatur minor: nam volitio actualis, est vltima actualitas potentiæ volitivæ, sed quod concipitur sine vltima actualitate, intelligitur vt imperfectũ, & potentiale: ergo divina voluntas concepta sine volitione actuali, qualiter cõcipi debet, vt virtualitèr, & ratione distinguatur à volitione actuali concipitur vt potentialis, & imperfecta.

53 *Respond. instando primo.* Huic argumento, cui præcipuè fidunt Recentiores Thomistæ oppositæ sententia adhærentes, respondeo, instando illud primo in essentia divina virtualitèr, & ratione ratiocinata ab existentia distincta in sententia plurium Thomistarum; quin ex hoc colligatur, esse virtualitèr, & ratione potentialem, & tamen si realitèr ab existentia differret, absque dubio esset potentialis realitèr. Secundo, in eadem essentia comparata cum personalitate, à qua virtualitèr, & ratione differre, est communis Theologorum sententia; quin liceat ex eo inferre, concipi vt potentialẽ & imperfectam; & tamen si esset realitèr distincta à personalitate, realiter esset potẽtialis. *Secundo.* Tertio, in natura divina cũ attributis collata, à quibus virtualitèr, & ratione distinguitur, in cõmuni, & fere omnium Theologorum sententia, quin ob hanc distinctionem imperfecta, & potentialis intelligatur, & tamen si inter attributa, & essentiam intercederet realis distinctio, non posset *Tertio.*

Digitized by Google

set negari, quod esset realiter potentialis: sicuti ergo omnis potentialitas a divina essentia excluditur per hoc, quod realiter identificetur cū existentia, personalitate, & attributis, illaque actu implicitè per rationem includat: ita pariter per hoc, quod divina voluntas realiter identificetur cum volitione actuali, & per rationem illam implicitè includat, omnis potentialitas in divina voluntate vitatur.

45 Vnde in forma ad argumentum respon
Respond. in forma. deo, concessa maiori, negando minorem. Ad cuius primam probationem concesso antecedenti, nego consequentiam: nam eo ipso, quod realitèr, sibi identificet volitionem actualem, & illam implicitè per rationem includat, concipitur vt infinita, & ex consequenti in actus purus omnē
Si dicas. potentialitatem excludent. Si dicas, non stare hæc duo, nempè, quod sit infinita, & quod virtualiter differat à volitione actua
Respond. li. Respondeo negando assumptum; nam sicut hæc cōpariuntur in essentia collata cum existentia, cum personalitate, & attributis; ita etiam in voluntate comparata cum volitione actuali.

55 Ad secundam probationem minoris, di stinguo antecedens, concipitur vt determinabilis per actum sibi realiter identificatum, & in illa actu implicitè inclusum, concedo antecedens: per actum distinctum realiter, & non inclusum actu implicitè in illius conceptu obiectivo, nego antecedens, & consequentiam quia vt potentialis esset, vel vt talis conciperetur, deberet concipi vt determinabilis per actū, non sibi identificatum, nec actu implicitè inclusum, cuius oppositum in divina voluntate contingit, & ideò, quamvis potentia sit, concipiaturque vt potentia, non tamen est potentialis, nec vt talis intelligitur in ordine ad votitionem: quæ doctrina manifesta reduitur per instantias per adductas.

56 Si dicas, gradus genericus concipitur
Si dicas. vt potentialis, in ordine ad differentias contractivas illius, & tamen intelligitur, vt determinabilis per actum, sibi realiter identificatum: ergo quod divina voluntas identificetur realiter cum volitione actua li non impedit, quin concepta vt per illam determinabilis, vt potētialis intelligatur.

Respond. Respondeo, negando consequentiam: disparitas autem est; nam gradus genericus præscindi adæquatè à differentijs contrahentibus ipsum, ita vt illas, nec explicet, nec actu implicitè includat; & ideò potentialis est, saltim secundum rationem, voluntas autē divina, non solum realitèr identificatur cum volitione actuali, sed etiam actu implicitè includit in suo conceptu obiectivo, & ex hac actuali inclusione cum identitate reali, infertur à nobis exclusio omnis potentialitatis ab illa.

57 Instabis, gradus entis conceptus vt de-
Instabis. terminabilis per modos contrahentes ipsum, intelligitur vt potentialis in ordine ad illos, saltim secundum rationem, & tāmen illos actu implicitè includit in communi Thomistarum sententia, cum illisque idētificatur realitèr: ergo nec realis idētitas, nec actu implicita inclusio actualis volitionis in divina voluntate, obstāt, quominus, concipiatur vt potentialis, saltim secundum rationem, si semel ab illa virtualitèr, & ratione distinguitur.

Respond. Respondeo, negando consequentiam: discrimen autem consistit in diverso modo inclusionis implicitæ: nam modi claudūntur implicitè in ente, non ratione actualitatis entis, sed potius ratione potentialitatis, ob quā est contrahibile per omnes modos, in quibus propter transcendentiam includitur; volitio autem actualis clauditur actu implicitè in divina voluntate ratione summę, & infinitæ actualitatis, & tāquā in principio actualissimo, à quo egreditur virtualitèr, & in quo virtualitèr cōtinetur; & ideò inclusio modorum contrahentium ens in ente nō tollit, quin concipiatur, vt potentiale per rationem; inclusio autem actualis volitionis in divina voluntate, tollit ab illa, quod intelligatur vt potentialis.

58 Ad tertiam probationem minoris, di-
Ad 3. probationem minoris. stinguo maiorem est receptiva illius per omnimodam identitatem realem, & inclusionem actualem implicitam per rationē, concedo maiorem: absque tali identitate, & actuali inclusione, nego maiorem, & sub eadem distinctione minoris, nego cōsequentiam; nam licet potentia receptiva actus realitèr distincti, nec actu, implicitè inclusit, sit in potentia, & potentialis, vel vt talis concipiatur, potentia per rationem, aut virtualitèr receptiva actus cum omnimoda identitate reali, & actuali implicita inclusione actus, nec est potentialis, nec vt talis intelligitur, & quia ita in divina voluntate respectu volitionis cōtingit, fit vt nec sit potentialis, nec vt talis concipiatur.

59 Ad vltimam minoris probationem, cō-
Ad vltimam. cessa maiori, distinguo minorem: quod concipiatur sine vltima actualitate, tàm implicitè, quàm explicitè, trāseat minor, explicitè solum, nego minorem, & consequentiam: nàm divina voluntas, licet non explicet actualem volitionem, illam tamen actu implicitè includit, & ideò absque vlla imperfectione concipitur vt ab illa distincta. Et instо, vt superius instabam.

bam, in divina essentia, quæ quamvis concipiatur, sine existentia explicata, & existentia sit vltima essentiæ actualitas, quia tamen illã actu implicite claudit, nec potentialis, nec imperfecta concipitur.

60 *Instabis 1.* Sed instabis primo, actualior, & perfectior conciperetur divina voluntas, si intelligeretur vt exprimens actualem intellectionem, quam concepta vt implicans tantum illã; sed Deo attribui debet, quod perfectissimum est: ergo petit concipi, vt exprimens rationem actualis tendentiæ, & intellectionis. *Secundo.* Secundo, voluntas concepta sine actualitate intellectionis expressæ, concipitur vt potentialis, secundum conceptum explicitum; sed hoc inconveniens videtur: nam est concipi vt imperfectam; cum omnis potentialitas sit imperfectio: ergo non solum implicite, sed etiam explicitè importare debet voluntas actualitatem intellectionis. Maior ostenditur primo, voluntas concepta sine intellectione implicata, conciperetur vt potentialis secundum conceptum implicitum: ergo concepta sine intellectione explicata, intelligitur vt potentialis secundum rationẽ explicitam. Secundo, aliquid intelligi potentiale, est intelligi sine actu, & cum capacitate ad illum; sed voluntas concepta sine intellectionem explicata intelligitur sine illa, vt explicite habita, & est potens illam explicite habere: ergo intelligitur, vt potentialis secundum conceptum explicitum.

61 *Instabis 3.* Tertio, nam sequitur ex hac solutione, esse aliquam entitatem creatam actualiorem voluntate divina; consequens videtur absurdum: ergo, & solutio. Probatur sequela, id quod exprimit vltimam actualitatem in aliqua linea, actualius est, implicante tantum illam; sed volitio creata exprimit vltimam actualitatem lineę volitivæ: ergo si voluntas divina illam non explicat, sed tantum implicite importat, aliqua entitas creata erit actualior voluntate divina. *Quarto.* Quarto: nam sequitur ex hac solutione, volitionem divinam; esse perfectiorem voluntate Dei; consequens est falsum: ergo idem quod prius. Sequela patet: nam vltima actualitas in aliqua linea est perfectior omni, eo quod ad talem lineam spectat, si distinguitur ab illo. Præterea; nam volitio actualis, actualior est voluntate divina, si tantum implicite importat illius actualitatem, sed actualitas est perfectio: ergo est perfectior. Minor autem probatur: nam volitio actualis, si est à voluntate distincta, est ab illa, vt à principio effectivo, perfectissimo, & actualissimo: ergo perfectissime continetur in illa; sed excedens aliud in perfectione, non potest in illo contineri perfecte: ergo volitio non potest voluntatem excedere.

Denique obijcies, omnis divina perfectio, vtpotè actus purus, & summè actualis, petit exprimere vltimam proprię lineæ actualitatem; sed actualitas vltima lineæ volitivæ, est actualis volitio: ergo vt divina voluntas concipiatur sine imperfectione, petit concipi, nõ vt implicans, sed vt exprimens illam, ita vt si concipiatur sine illius expressione imperfecte concipiatur. 62 *Quinto.*

Ad primam ex his obiectionibus respondeo, concessa maiori, distinguendo minorem debet Deo attribui, quod perfectissimum est sub omni conceptu, & ratione, nego minorem: sub aliquo concedo minorem, & nego consequentiam: vt enim docet D. Tho. *quæst. 1. de potentia, ar. 1. ad 2. Licet omne perfectissimum sit Deo attribuendum, non tamen oportet, quod omne illud, quod Deo attribuitur, sit perfectissimum, sed oportet, quod sit conveniens ad designationem perfectissimi, ad quod competit aliquid ratione suæ perfectionis, quod habet aliquid se perfectus, cui tamen deest illa, quam aliud habet.* Verba sunt D. Thomæ: ex quibus habetur, quod licet exprimere actualẽ operationem, perfectius quid sit, quam illam implicare; & involvere, & consequẽter hæc expressio Deo concedenda sit, nõ tamen est necessarium, quod illam exprimat, sub conceptu potentiæ operatiuæ, volitivæ, aut intellectivæ, sed sub conceptu actualiter operantis. 63 *Ad 1. in tantiam resp. 1.*

Vel secundo responderi potest, distinguendo maiorem: cõciperetur actualior, & perfectior, excessu fundato in re, nego maiorem: ex. essu impossibili, & chimerico concedo maiorem, & sub eadem distinctione minoris, nego consequentiam: quam insto in natura Dei attributis comparata, quæ absque dubio perfectior conciperetur, vt exprimens perfectiones attributales, quã concipiatur, vt illas implicite importans, & tamen ex hoc non infertur, quod debeat illas exprimere, & similiter instari potest in quolibet attributo, vt comparato cum alijs, & cum natura divina; misericordia namque v. c. perfectior conciperetur; vt exprimens naturam, & alia attributa, quam concipiatur, illa tantum involvens; & tamen ex hoc non infertur, quod sub conceptu misericordiæ illa debeat explicare. pariter ergo in præsenti. 64 *Respond. Secundo.*

Ad secundam distinguo maiorem, vt potentialis potentialitate negativa, concedo maiorem: privativa, nego maiorem, & sub eadem distinctione minoris: nego consequentiam: nam potentialitas privativa, quæ imperfectio privativa est, re- 65 *Ad 2.*

Digitized by Google

peleganda ab omni divina formalitate, consistit in carentia actus cum debito; voluntas autem, divina sub conceptu voluntatis, & si non exprimat actualitatem volitionis, non debetur illi expressio, sed tantum implicatio illius: & ideò quamvis potentialis sit negativè, non tamen est potentialis privativè; potentialitas autem negativa, non dicit privativam, sed tantum negativam imperfectionem, quæ non repugnat divinis formalitatibus; nam quod libet attributum, provt ab alio virtualiter distinctum, est negativè imperfectum, per negationem expressionis perfectionis naturæ, aliorumque attributorum.

65 *Ad 3.* Ad tertiam nego sequelam: ad probationem dicatur, veram esse maiorem, si cætera paria sint, falsam autem, si paritas nõ servetur in alijs; & concessa minori, nego consequentiam: quia *licet* volitio actualis creata exprimat actualem tendentiam, quam non exprimit divina voluntas; illa tamen est in potentia ad existendum, & non existendum, nec est essentialiter cum actu primo connexa, & realiter ab illo causatur, quorum nihil competit voluntati divinæ; & ideò quamvis hæc non exprimat actualem tendentiam, infinite excedit actualitatem volitionis creatæ.

67 *Ad 4.* Ad quartam transeat consequens, & nego minorem, quam non convincit probatio; nam actus non est à potentia, tanquam à causa adæquata, sed vt à virtute causæ, quæ resultat ex natura, vt radice operationis, & potẽtia proxima vt principio proximo illius; licet autem effectus, vel actus nequeat esse supra causam, potest tamen virtutem, aut potentiam proximam superare in perfectione realiter, aut virtualiter: plures enim probabiliter docent, actum in creatis esse realiter perfectionem potentia, à qua tamen, vt à principio proximo provenit; ratio autem, cur potentia excedatur ab actu in perfectione, sumitur ex dictis supra, & ex D. Thoma adductis, quia nempè potentia est propter actum, vt finem, natura autem, non ordinat perfectiora ad imperfectiora, vt finem. Vnde sicut ob hanc causam potentia creata realiter ab actu exceditur, ita potentia increata exceditur virtualiter, quia ad proprium actum virtualiter ordinatur vt finem.

68 *Ad vltimam.* Ad vltimam distinguo maiorem, vltimam actualitatem pertinentẽ ad lineam specificam, concedo maiorem: tantum ad lineam genericam, aut quasi genericam, nego maiorem; & distinguo minorem: lineæ volitivæ sumptę veluti generice, cõcedo minorem: lineæ specificę potentiæ, nego minorem, & consequentiam; nam volitio, & si auctuet potentiam, non tamen pertinet ad lineam specificam potentiæ, sed extra illam constituitur, vtpotè actio, & operatio, de cuius conceptu est, præsupponere principium, tàm proximũ, quàm remotum. Vnde sicut attributa quãuis sint actualitatis actuantes, perficientesque naturam; quia tamen non pertinent ad lineam naturæ, non sunt de expresso conceptu illius: ita quamvis actualis volitio, actuet, & determinet potentiam, & in hoc sensu sit vltima actualitas illius, quia tamen non pertinet ad lineam potentiæ, non est necesse, vt à potentia volitiva exprimatur: nec ex hoc, quod non exprimeretur, sequitur aliqua imperfectio privativa, sed tantum negativa in potentia.

69 *Dices.* Sed dices, præter actualem volitionem, nihil aliud potest ex parte potentiæ concipi, quod sit vltima actualitas: ergo nisi exprimatur à potentia, ratio actualis tendẽtiæ, non concipitur in vltima actualitate, & consequenter potentialis intelligitur. *Respond.* Respondeo, negando antecedens; nam potentiam esse actualissimum operationis principium, & ab illa inseparabile, est vltima potentiæ actualitas pertinens ad lineam potentiæ, per quam ab alijs potentijs distinguitur, quæ non sunt essentialiter principia actu inferentia operationẽ, sed ab illa separabilia, & indifferentia ad actu inferendum, & non inferendum illã: sicut esse radicem actualissimam proprietatum, essentialiter eum illis connexam, est vltima actualitas naturæ per modum naturæ, distinguens naturam divinam ab omni natura creata in ratione actualitatis.

§. Vltimus.

Cæteris argumentis fit satis, & simul aliqua ex dictis inferuntur.

70 *Quinto arguitur.* QVinto arguitur: potentia generativa, & actualis generatio, non differunt virtualiter: ergo nec voluntas, & actualis volitio. Consequentia tenet ex dictis: antecedens autem probatur ex Divo Thoma *infra quæstion 32, articulo 3.* vbi docet, esse tantum quinque notiones in Deo; sed si potentia generativa, & generatio actualis virtualiter differrent, essent plures, quam quinque notiones: ergo non distinguuntur virtualiter potentia generativa, & generatio actualis. Minor probatur, quia tam potentia generativa, quàm generatio actualis sunt Patris notiones: ergo si distinguuntur virtualiter, erunt duæ notiones, & consequenter erunt plures quam quinque.

71 Huic argumento facile responderi

Respic. ex doctrina Illustrissimi Araujo.

posset ex doctrina Illustrissimi Araujo *ubi supra*, asserentis, potentiã volitivam, & actualem volitionem non distingui virtualiter, & ratione adæquata, sed inadæquate tantùm, eo modo quo Paternitas, vt constituens Patris personam, a te ipsa, vt referente, solum in adæquate distinguitur, idem dicturus de potentia generativa, & generatione actuali; iuxta quam doctrinã pervia est argumenti solutio, negando sequelam; cum enim non differant actualis generatio & potentia generativa, distinctione virtuali adæquata, sed tantum in adæquata non multiplicant notiones,

72 *Contra.*

Displicet tamen doctrina; & consequẽter solutio: etenim eo ipso, quod intercedat ratio virtualis principij, & ratio actionis egredientis à principio, intervenit virtualis distinctio adæquata; sed volitio actualis, à voluntate virtualiter procedit, & voluntas est principium proximum virtuale illius: ergo virtualiter adæquatè distinguuntur. Minor ab ipso conceditur, & à nobis probata relinquitur. Maior autem probatur: etenim realis processio est evidens argumentũ distinctionis realis adæquatæ: ergo virtualis vnius ab illo processio, argumẽtũ evidens est distinctionis virtualis adæquatæ. Quod amplius confirmo: nam si non obstante virtuali elicientia volitionis actualis à potentia volitiva, non adstruitur inter illa, nisi tantum virtualis inadæquata distinctio, idem poterit de natura divina & volũtate affirmari: imò de Deo, omnibusque attributis. Quod nempè, solum inadæquatè distinguantur inter se. Consequens: non admitteret Magister, quem impugnamus: ergo nec solutionem traditam potest admittere.

Confirm.

73 *Respond. ad. argumentum.*

Quare ad argumentum factum, respondeo, negando sequelam; nam generatio & potentia generativa, eandẽ Patris indicãt dignitatem, nempè, esse principium Filij, & quia notio est indicans dignitatem personæ, fit consequens, vt quamvis inter se distinguantur virtualiter, non ponãt in numero in ratione notionis; ac proinde, quod notionũ numerũ non multiplicent.

74 *Sexto arguitur.*

Sexto arguitur, divina volitio non est à voluntate Dei, vt à principio virtualiter influente: ergo non distinguitur virtualiter ab illa consequentia patet primo; nam ex virtuali elicientia, distinctionem virtualem ostendimus. Secundo: nam vt virtualiter inter se distinguantur, debent inter se comparari, vt actus primus virtualis, & actus secundus, quæ comparatio absque egressione virtuali à voluntate nequit subsistere. Antecedens autem ostenditur primo; nam perfectius cõcipitur divina volitio, si concipiatur vt à se realiter, & virtualiter, quam concepta à se realiter, & ab alio virtualiter; sed dicetur illi perfectissimus conceptus: ergo est à se vtroque modo; & consequenter non elicitur virtualiter à divina voluntate. Secundo; nam si volitio esset à voluntate divina egressivè virtualiter, vel esset eductio virtualis, vel virtualis creatio? Non primum, alias esset accidens virtualiter; cum intelligeretur advenire essentiæ subsistenti, & completæ. Nec secundum, aliàs esset virtualiter ex nihilo, quod falsum est; cum ex voluntate, vt actu primo, & quasi subitè acto virtualiter fiat: ergo nullatenus est à voluntate divina, vt principio virtuali virtualitèr eliciente.

Antecedẽs ostenditur. 1.

Secundo.

Tertio: nam si volitio essentialis virtualiter à voluntate per modum actionis procederet, sequeretur, terminum talis actionis, nempè divinam essentiam, quæ obtinet inadæquate rationem impulsus; etiam procedere virtualiter à divina voluntate, consequens est falsum; aliàs esset virtualis persona, sicut realiter procedens est persona realiter formaliter: ergo diuina volitio non egreditur à voluntate Dei per egressum virtualẽ Quarto; nam virtualis egressio, est virtualis dependentia; sed virtualis dependentia repugnat perfectionibus diuinis, non minus quam virtualis compositio: ergo repugnat volitioni actuali diuinę, virtualiter egredi, vel elici à divina voluntate.

75 *Tertio.*

Quarto.

Denique principale antecedens probatur: nam si virtualiter a divina voluntate eliceretur, esset formaliter actio; sed non est formaliter actio: ergo nec virtualiter egreditur à voluntate diuina. Maior constat: nam voluntas est formaliter potentia ex tota ratione principij virtualiter influẽtis, vt constat ex dictis: ergo egressus virtualis sufficiens erit ad rationem formalis actionis. Minor autem probatur, sicut enim de ratione relationis est *ad*, vel respectus ad terminum, ita de ratione actionis est *ab*, vel egressio à principio; sed ratio relationis formaliter, non salvatur per *ad* virtuale: ergo ratio actionis formaliter non salvatur per *ab* virtuale, vel virtualem egressum.

76 *Quinto.*

77 *Solutio Recentiorum.*

Hoc argumento Recentiores quidam convicti negant in Deo virtualem elicientiam, aut virtualem egressum volitionis, & intellectionis à natura divina, & voluntate, & intellectu nec non virtualem radicationem attributorum in essentia: aut ãtẽ in essentia salvent rationẽ naturæ, & rationẽ attributi in alijs perfectionibus, quę naturam prę supponunt, recurrunt ad hoc quod licet natura divina non sit radix virtualis attributorum, est tamen prior illis

illis per modum subiecti informationis per vnionem virtualem, & realem identitatem, & hæc prioritas subiecti per vnionem virtualem informabilis cum exigentia cæterarũ perfectionũ sufficit ad salvendã rationẽ naturæ, & attributorũ in Deo, & consequenter sufficit ad salvandã rationẽ volitionis, & voluntatis, & rationem actus primi, & secundi virtualis. Ita Antonius Perez *Selectarum disputationum, p. 1, disp. 2, cap. 1. §. 1. à numero 7.*

78 *Reijcitur hæc solutio 1.*

Hæc tamen doctrina displicet, & reijcitur primo; sicut enim realis elicientia, & radicatio realis dicunt imperfectionem, quo circa relegantur à Deo: ita realis informatio, est imperfectio divinæ perfectioni repugnans, & tamen informatio per vnionem virtualem perfectionum cum essentia, & realem identitatem, imperfectionem non dicit, vt præfati Recentiores fatentur: ergo pariter virtualis radicatio attributorum in essentia divina, & virtualis egressio actuum vitalium ab illa cũ identitate reali, nullam dicet imperfectionem; & consequenter non est, cur excludatur à Deo. *Secundo.* Secundo, realis formalis prioritas vnius perfectionis ad aliam, importat imperfectionem, & id circo non admittitur inter perfectiones divinas; & tamen virtualis prioritas absq; imperfectione constituitur in Deo: ergo pariter, quãvis realis radicatio, dimanatio, & elicientia imperfectionẽ importent, & relegẽtur à Deo, virtualis radicatio, dimanatio, & elicientia absque vlla imperfectione possunt, & debent admitti.

79 *Tertio.*

Tertio, non enim negari potest prioritas virtualis essentiæ in ordine ad attributa, & actus primi virtualis ad secundum virtualem in Deo; sed non est prioritas virtualis *in quo*, cum necessario coexistant pro eodem instanti reali; imò, & pro instanti rationis, nec prioritas subsistendi cõsequentia, vt omnibus est manifestũ: ergo est prioritas virtualis *à quo*; & consequẽter debet esse prioritas *à quo* dependẽtiæ, vt à subiecto; sed admissa hac dependẽtia virtuali, nõ est cur non admittatur dependẽtia virtualis, vt à principio efficiẽte, & eliciente, cum non maior in vna, quã in alia dependentia, importetur imperfectio: & aliàs melius salvatur ratio naturę in essentia, proprietatisque in attributis, & vitalitatis in actibus: ergo debet dependẽtia hęc virtualis inter perfectiones divinas admitti. *Confirm.* Et augetur difficultas, prioritas *à quo* subiectiva realis, imperfectio maxima est. Dei perfectioni repugnans; & tamen virtualis prioritas *à quo* subiectiva imperfectionem non dicit, & admittitur in Deo: ergo pariter, quãvis prioritas *à quo* effectiva, realis, formalis inter formalitates absolutas; sit imperfectio, Dei perfectioni repugnans, virtualis tamen, nullam dicet imperfectionem; & consequenter admitti debet in Deo.

80 *Quarto reijcitur.*

Quarto reijcitur: exigentia subiectiva absque virtuali dimanatione, non sufficit ad salvandam in perfectione creata rationem proprietatis, aut passionis virtualis; sed attributa divina sunt virtuales proprietates, aut passiones essentiæ divinæ: ergo prętęr exigentiam subiectivam, dicit rationem principij virtualis dimanationis. Minor cum consequentia tenet: maior autem probatur, exigentia realis subiectiva absque reali activa dimanatione, non sufficit ad salvandam in perfectione petita rationem proprietatis, & proprię passionis realis, vt cõstat in speciebus Angelicis, quę quia solũ subiectivè à natura Angelorum petuntur, & non dimanant ab illa, nõ sunt proprietates reales: constat etiam in motu circulari cæli, qui propria passio cæli non est, quia licet subiective petatur, non tamen dimanat à cęlorum natura: ergo pariter per solam subiectivam virtualem exigentiam & prioritatem, absque virtuali activa radicatione, & dimanatione, non subsistit ratio proprietatis virtualis.

81 *Quinto.*

Denique reijcitur: volitio actualis divina, est actus secundus virtualis vitalis; sed ratio actus secundi virtualis vitalis, nequit absque virtuali egressione per solam vnionem virtualem subsistere: ergo divina volitio, non solum virtualiter vnitur cum volũtate divina, sed etiã elicitur, vel egreditur virtualiter ab illa. Maior cum consequentia nõ indigent probatione. Minor autem probatur: in hoc namque actus vitalis, à non vitali distinguitur, quod iste cõvenit subiecto, non *à se*, sed *in se*, ille autem viuenti convenit *in se*, & *à se*, vt constat ex diffinitione viventis, nempè, *habens perfectionem à se*: ergo ad rationem vitę actualis in volitione divina, non sufficit vniri, virtualiter cum voluntate, vt subiecto, sed in super, est necessarium esse à voluntate vt à virtuali principio.

82 *Dices.*

Dices, inter hæc dari medium, nempè vniri virtualiter cum formali reali identitate: nam intimius convenit *à se* alicui, quod cum illo identificatur, quam quod ab illo elicitur, vel egreditur; actualis autem volitio virtualiter vnitur cum volũtate divina, illiq; identificatur; ac per consequens convenit illi *à se* modo sufficienti, vt distinguatur à perfectione, aut formalitate non vitali. Sed contra primo; nam *Contra 1.* divinæ relationes conveniunt naturæ Dei per vnionem virtualem, & realem iden-

titatem; & tamen non sunt vita actualis: ergo convenientia per vnionem virtualem, & realem identitatem, non salvat convenientiam à se à ratione vitæ petitam.

83 *Secundo.* Secundo; nam attributa entis divini transcendentaliter sumpti, vt communis communitate rationis ad attributa, & naturam, nempè vnitas, realitas, &c. conveniunt ipsi per vnionem virtualem, & realem identitatem; & tamen non sunt actualis vita: ergo idem quod prius. *Tertio.* Tertio: nam eo modo debet actus secundus vitalis convenire viventi, non solum intrinsecè, sed etiam ab intrinseco, quo sortitur rationem actus secundi vitalis; sed actualis volitio, est actus secundus vitalis virtualis, vt præfati Recentiores fatentur: ergo debet Deo convenire à se, & non tolum *in se* virtualiter; sed non convenit Deo à se virtualiter per identitatem, cum potius virtualiter distinguatur ab illo: ergo convenit Deo à se per egressum, elicientiamque virtualem, vel actus vitalis non est.

84 Vndè ad argumentum factum respondeo negando antecedens: ad cuius primam probationem, distinguo maiorem: perfectius concipitur excessu volitioni possibili, nego maiorem: perfectius concipitur excessu repugnante volitioni, concedo maiorem: & sub eadem distinctione minoris, nego consequentiam: illamque insto in sententia Recentiorum, aientium, concipi volitionem natura posteriorem vt subiecto informationis per vnionem virtualem; perfectius namque volitio conciperetur, si nullo modo præsupponeret naturam divinam, quam illam præsupponendo vt subiectum informatio..is; & tamen excessus iste, non conceditur volitioni: ergo pariter non debet illi concedi excessus resultãs ex negatione virtualis principij. Et ratio est: nam negatio virtualis principij, est proprius conceptus inadæquatus naturæ Dei, vt distinctæ ab attributis; ac proinde attributis inter quę comparatur volitio, concedenda non est.

85 *Ad 2 pro batione.* Ad secundam probationem dicatur, volitionem divinam, esse virtualiter eductionem, quia à nobis cum fundamento concipitur, vt egrediens à voluntate divina, & ex illa; nec sequitur esse accidens; quia ad hoc erat necessarium, vt non exigeretur essentialiter à voluntate, nec in illa implicitè includeretur. Nec obstat advenire essentię subsistenti, & completę, quia intelligitur adveniens, vt inclusa in eius conceptu, & vt terminata per eandem existentiam: attributa namque existunt existentia naturæ in sententia D. Thomæ. Vnde sicut ob hanc causam humanitas Christi Domini non est illa vnita tanquam accidens subiecto, sed vnione substãtiali, quia nempè existit per existentiam verbi: ita à fortiori, in nostro casu contingit. Et quidem Recentiores argumento facto vtentes, illud solvere tenẽtur, imò fortius ipsos præmit; nam docent, volitionem vniri voluntati, & naturæ divinæ per vnionem virtualem, absque egressu ab illa vt principio, contra quos idem argumentum conficitur: volitio advenit essentiæ vnitive, vt completè subsistenti, & existenti: ergo advenit illi vt accidens. Patet consequentia: nam rationi accidentis, non convenit essentialiter, quod adveniat egressivè: ergo si advenit per vnionem, quamvis non per egressionem, adveniet naturæ vt accidens.

86 *Ad 3.* Ad tertiam, concessa maiori, nego minorem: nec sequitur, esse virtualiter personam, quia essentia divina, si forte obtinet rationem inadæquatam impũlsus, sub isto conceptu, claudit actu implicitè in voluntate divina; pertinetque ad illius complementum; vna autem persona non includitur actu implicitè in alia, nec ad eius pertinet complentum intrinsecum.

Ad 4. Ad quartam, concessa maiori nego minorem: nam virtualis dependentia, consistit in fundamẽto præstito intellectui nostro, vt concipiat volitionem, vt dependentem à voluntate, vt à principio vitali, in quo nulla imperfectio divinæ volitioni resultat: sed ex parte intellectus se tenet non valentis volitionem, & voluntatem divinam vno conceptu intelligere, sed pluribus conceptionibus, secundum quarum vnam, intelligitur vt principium, & secundum aliam, vt actus vitalis egrediens à tali principio. Ad illud de compositione dicatur, compositionem duplicem esse, aliã rationis cum mutua exclusione conceptuum ex parte obiecti: aliam autem, cum inclusione mutua conceptuum, qui ad invicem comparantur, & distinguuntur, penes rationes explicitas: prima compositio divinæ simplicitati repugnat, secus secunda.

87 *Dices.* Sed dices, conceptui nostro, quo Dei volitionem, vt egredientem, & dependentem concipimus, vel respondet in re dependentia, vel non; si secundum: ergo ille conceptus est falsus: si primum: ergo volitioni divinæ convenit in re dependentia, & consequentèr convenit illi imperfectio. *Respond.* Respondeo, ex parte rei realiter consideratæ, non convenire divinæ volitioni dependentiam realem formalem, sed tantum virtualem: sumpta verò Dei volitione,

ne,vt obiectiva conceptui nostro, convenit de penentia formalis,non realis, sed tantum rationis,non antecedens, sed cõsequẽs cõceptũ nẽ cõfingẽtẽ:quæ doctrina sumatur ex D. Thoma, *quæstione prima de potentia articulo primo ad decimum argumentum*. Et quidem obiectio ista æquè contra distinctionem volitionis à voluntate militat, atque contra dependentiam, vt consideranti constabit.

88 *Ad vltimam.* Ad vltimam probationem, quæ magis contra primam conclusionem,quam cõtra secundam militat, concessa maiori, nego minorem. Ad illius probationem, nego maiorem: nam de ratione actionis, abstrahentis a creata, & increata, non est *ab* formale, aut formalis egressus,sed disiunctim formale, vel virtuale: de ratione autem relationis abstrahentis à creata, & increata, est *ad*,& respectus realis formalis:vndè non est eadem ratio.

Rationis criminis. Quod si rationem huius discrimis petas? Respondeo duplicem esse:prima,quia diffinitio relationis sic ab omnibus accipitur,secus autem diffinitio actionis vitalis Secunda est, quia cum actio sit intrinseca principio, talitèr debet illi conceptus egressionis concedi, quod non pugnet,cum identitate, cum suo principio in Deo:repugnaret autem reali cum principio identitati, si illi adscriberetur egressus realis determinate formalis; relatio autem non perficit suum correlativum, nec est eius actualitas: vndè,quod ab illo realitèr distinguatur,etiam in Deo, nullũ inconveniens est;& id circo absque incõvenienti,relationi vt abstrahenti,à creata, & increata,conceditur reale *vd*,vel realis respectus formalis.

89 *Dices.* Sed dices,ratio ista discriminis,supponit dari cõceptum realis actionis in Deo; sed argumentum conceptum istum impugnat: ergo solvitur petitione principij supponendo conclusionem. *Respond.* Respondeo, concessis maiori, & minori, negando consequentiam: nam id, quod supponimus,nempè,dari conceptum realis actionis in Deo,efficacitèr ostendimus, ex cõceptu realis naturæ,& realis actus vitalis: quando autem, quod supponitur solvendo,efficacitèr probatur, non committitur vitium petitionis principij.

90 *Infertur 1. ex dictis.* Ex dictis sequitur primo,rationem habitus,non esse in voluntate divina admittendum. Quod patet, tùm ex Divo Thoma,*Primo Contra Gentes*, *cap.* 92. vbi negat in Deo virtutes secundum habitum. Tùm etiam, nam habitus non in quavis facilitate consistit,sed in facilitate supponente in potentia difficultatem, quam vincat:vndè potentia,verbi causa, visiva, quia difficultatem non patitur incapax habitus est; sed in voluntate divina nulla difficultas supponitur superanda: ergo quamvis de se facilis & prompta sit, non tamen est capax habitus.

91 *Secundo.* Secundo ex dictis colligitur, dari in voluntate divina inclinationem innatam respectu volitionis actualis. Quod patet: nam inclinatio supra rationem potentiæ solum addit in termino perfectionem, & proportionem, id est, quod actio,vel terminus sit perfectio proportionata potentiæ:defectu perfectionis negatur,inclinatio in voluntate creata ad peccatum pro formali;quia scilicèt peccatum sic sumptum,non perficit sed imperficit, lædítque voluntatem:defectu proportionis, negatur inclinatio naturæ intellectualis creatæ ad supernaturalem beatitudinem, & humanitati,ad verbi personalitatem,quia nempè, licet beatitudo valde perficiat naturam intellectualem, & subsistentia verbi humanitatem: non tamen proportionantur cum illis,sed excedunt exigentiam illarum; sed volitio actualis divina est perfectio voluntatis, cum illa proportionata: ergo datur in voluntate divina respectu volitionis actualis, non solum ratio potentiæ,sed etiam ratio inclinationis;cumque non sit inclinatio elicita,erit inclinatio innata. Et hæc de ista Disputatione aplicanda litteræ Magistri *in primo distinctione* 45. §. *primo*, *& tertio*, ad illa verba: *Vbicumque Deus dicitur scire, vel sciens, vel velle, vel volens, hæc duo secundum essentiam dicuntur.* *M.Sent.*

*

DISPVTATIO QVADRAGESIMA OCTAVA.

Per quid decretum liberum Dei constituatur?

§. I.

Præmittuntur, quæ apud omnes sunt certa.

1 *Aureoli sententia proponitur.*

DVÆ extremæ sententiæ, in huius arduæ difficultatis limine sunt reijciendæ, vt mediam tenendo viã, Scyllamque, & Carybdem vitantes, ad veritatis portum veniamus. Prima illarum affirmat, nullum esse in Deo actum voluntatis efficacem, & liberum, nisi in metaphorico sensu, & eatenus Deum voluntarie creaturas producere, quatenus producit, cum posset non producere illas, sicut si ignis combureret, potens à se non comburere, diceretur voluntarie comburens. Ita sensisse Aureolum, *in 1. distinct. 40. artic. 1. propositione 2.* & 3. referunt Theologi Recentiores in præsenti, illiusque sententiam, vt parum principijs fidei consonam, merito reijciunt primo, Deum namque velle creaturas passim in sacra pagina habetur, Psalmo 113. *Omnia quæcumque voluit fecit.* Ad Ephesios primo: *Operatur omnia secundum consilium voluntatis suæ.* Ioannis 3. *Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret,* & alibi pluries; sed verba sacræ Scripturæ debent accipi absque metaphora & in sẽsu rigoroso & proprio nisi Sãctorũ Patrũ, aut interpretũ obstet authoritas vel absurdum aliquod manifeste ex rigoroso sensu inferatur. Quorũ neutrum in præsenti inveniturergo fateri tenemur esse verè, & proprie in Deo actum, quo creaturas vult, cumque necessarius non sit, necessario est admittendus in Deo, actus liber efficax voluntatis. Secundo: nam si Deum libere creaturas diligere, nihil aliud est, quam producere creaturas cum potentia ad non producendum, propositio illa ex Psalm. 113. relata, *Omnia quæcumque voluit Dominus fecit,* efficeret istum sensum, omnia quæ potuit producere, & nõ producere, de facto produxit, quod est hæreticum: cum sit de fide, multa Deum potuisse producere, quæ de facto non produxit; vel istum, omnia, quæ fecit, cum posset non facere, fecit, quod est ridiculum.

2 *Secundo reijcitur.*

Reijcitur 1 ex scriptura.

Tertio nam Deus in sensu rigoroso, & proprio intelligit creaturas existentes: ergo etiam in sensu rigoroso illas diligit, cumque possit illas non diligere, concedi debet cum omni proprietate voluntati divinæ amor liber creaturarum. Consequentia est bona; idem namque, quod Aureolum potuit movere, vt negaret Deo actum voluntatis liberum, militat etiam in cognitione creaturarum existentium; cum talis cognitio potuerit non esse in Deo, nempè si creaturæ non fuissent productæ. Antecedens autem constat ex testimonijs Scripturæ, in qua passim creaturarum cognitio divino intellectui attribuitur, & ratione naturali convincitur: vim namque infinitam cognoscendi nulla veritas potest latere; Deus autem habet vim cognoscendi infinitam, & creaturas existere, est verum ex suppositione quod sint: ergo necessario Deus existentiam creaturarum cognoscit. Se-

3 *Tertio.*

Digitized by Google

4 Secunda sententia.

Secunda sententia, seu potius error in præsenti vitandus, fuit Vorilij Calvinistæ, qui vt refert Beccanus *prima parte, cap. 11. quæst. 4. & 5.* decretum Dei liberum per quoddam accidens realitèr à divina voluntate distinctum, in tempore incipiens, & à voluntate Dei realitèr separabile constituit, asserebat. Cuius sententia meritò vt hæretica damnatur ab omnibus: sequitur namque ex illa, dari in voluntate divina realem compositionem, quod illius summæ simplicitati repugnat. Patet sequela; etenim compositio realis, est vnio realitèr distinctorum; sed divina voluntas, & illud reale accidens realitèr distinguuntur, & ad Deum constituendum libere volentem vniuntur: ergo ex illis realis compositio resultat.

Damnatur 1. ab inconuenienti.

5 Secundo.

Sequitur secundo, dari in voluntate divina potentiam realitèr receptivam, & realitèr passivam, contra illius summam actualitatem. Patet sequela; nam illud accidens, cum realitèr distinctum à divina voluntate asseratur & non extrinsecè, sed intrinsecè volentem libere constitueret realitèr intrinsecè illam informare deberet: ergo voluntas divina esset in potentia reali passiva ad illud in se recipiendum.

Tertio.

Sequitur tertio, potuisse voluntatem divinam aliter realiter intrinsecè se habere, & intrinsecè realiter mutari, quod illius immutabilitati adversatur. Patet sequela: nam mutatio realis intrinseca, est trãsitus de non esse reali intrinseco, ad esse intrinsecum reale; sed voluntas divina posset in tempore de non esse illius accidentis, ad illius esse transire & de illius esse, ad non esse: ergo est realiter transmutabilis mutatione reali acquisitiva, & deperditiva.

6 Quarto.

Denique sequitur, Deum actuari posse intrinsecè per aliquam formam creatam, & perfici intrinsecè ab illa, quod summæ illius perfectioni repugnat. Patet sequela: nam illud accidens non esset à se, sed ab alio causaretur namque à Deo à quo realitèr esset distinctum: ergo esset forma creata, & alias Deum actuaret intrinsecè, & consequentèr perficeret: ergo ex positione illa manifestè colligitur, Deum posse intrinsecè actuari, & intrinsecè perfici per aliquam formam creatam. Et ex his aliter prædictus error convincitur: illud namque accidens, cum non sit à se, sed ab alio, debet esse Dei effectus; at non necessario, sed libere ab ipso causatur: ergo supponeret Deum libere causantem, & consequentèr volentem: ex quo vlterius fit, non posse, Deum libere volentem constituere.

Quinto prædictus error vrgetur.

7 His ita suppositis, antequam varia Recentiorum placita in medium adducam, placuit rationem dubitandi proponere, quæ ad hanc formam potest reduci. Actus liber ex proprio conceptu petit, quod deficere possit; sed nihil voluntati divinæ intrinsecum potuit deficere: ergo in nullo intrinseco voluntati divinæ, decretum liberum Dei consistere potest. Quod si ob hanc rationem, ad aliquod extrinsecum confugiatur, in contrarium militat non minus efficax argumentum. De ratione namque actus liberi voluntatem constituentis in actu secundo volentem est, quod immanens sit: ergo nequit per formam extrinsecam, & non immanentem constitui, quæ dubitandi ratio, adeò Theologorũ torsit ingenia, vt illos in tot sententias, quot capita abire coegerit.

Ratio dubitandi proponitur.

§. II.

Ad extrinsecam denominationem, fugientes referuntur, & reijciuntur.

8 *Quædam sententia proponitur.*

QVidam, quos refert Basilius Legionẽsis, *quæst. 20 Scholastica, variarum disputationum, cap. 3.* priori parte rationis dubitandi convincti, decretum Dei liberum in forma extrinseca, & extrinseca denominatione adæquate, constituunt, per actionem, scilicèt transeuntem ad extra, qua Deus creaturas produci, ita vt sicut denominatur agens ab actione transeunte, quæ in passo constituitur, v.g. ignis à calefactione in passo recepta: ita Deus denominatur volens libere creaturas extrinsecè, ab actione transeunte, qua creaturas producit. Quæ sententia reijcitur primo: nam iuxta illam, non nisi in metaphorico sensu salvatur, Deum libere velle creaturas, actio namque extrinseca, non nisi metaphoricè dicitur voluntas; sed decretum liberum consistere debet in aliquo cum proprietate Deum constituẽte volentem: ergo nequit in actione transeunte adæquatè consistere.

Reijcitur primo.

9 *Secundo.*

Secundo, quia Deum esse volentem creaturas existentes, est denominatio immanens: ergo ab actione non immanenti, qualis est actio transiens, nequit præstari.

Tertio.

Tertio, quia aliàs absque vllo inconvenienti posset Deus in tempore incipere velle; consequens est absurdum: ergo & sententia. Patet sequela: Deus namque de facto producit creaturas in tempore: ergo si ab hac actione denominatur volens, absque vllo inconvenienti poterit in tempore denominationem volentis subire. Denique prædicta sententia reijcitur; Deus namque ab æterno est, dicitur, volens creaturas: ergo ab æterno est forma

Quarto.

Digitized by Google

ma illum volentem constituës; sed actio, qua ad extra creaturas producit non est ab æterno in Deo in sententia, quæ asserit esse transeuntem formaliter: ergo decretum liberum Dei nequit per illam constitui. Quibus argumentis convincti fere omnes Theologi prædictam sententiam reijciunt, vel ad alium sensum trahunt mox explicandum.

10 *Secunda sententia.*

Secunda sententia huic proximè affinis, affirmat, decretum Dei liberum non consistere adæquatè in aliquo intrinseco, nec in aliquo extrinseco, sed in vtroque simul. Ita Pater Granadus, Tract. de Voluntate Dei, *disputatione* 5. *sectione* 3. Arrubal *disputatione* 53. *cap.* 3. & *sequentibus*, M. Basilius *vbi supra*, *cap.* 5. & 6. Herice *tract.* 2. *disputatione* 16. *cap.* 10. *numero* 31. & Alarcon *tract.* 3. *disputatione* 4. *cap.* 12. Ex quibus non omnes satis explicant, an illud extrinsecum ad constituendum decretum Dei liberum ingrediatur in recto, vt forma partialis, an verò in obliquo solum & terminativè: si enim hoc secundum affirment, vt fateri videntur Granadus *sectione* 5. *num.* 35. & expressius Alarcon loco allegato, *num.* 9. & 11. cum alijs erunt computandi. Si verò primum doceant vt cæteri Authores relati, in præsenti sunt impugnandi.

11 *Hæc sententia diuersimodè defenditur.*

Sententiam istam non omnes vno modo defendunt. Arrubal enim loco allegato *num.* 9. decretum Dei liberum affirmat consistere in perfectione necessaria actus voluntatis divinæ, & causalitate contingente, qua producit creaturas. Basilius verò in aggregato, ex actione vitali divina, quæ necessaria est, & termino, seu obiecto talis actionis decretum liberum consistere docet. Ac denique Herice, istius doctissimi viri sententia, innominato Authore reiecta in illam incidit, asserendo, consistere in ipsa volitione subsistente, non quatenus comparatur ad Deum, quia prout sic, inquit, est necessaria; sed vt comparata ad creaturas, vt est amor sufficiens omnium amabilium; & sufficiens odium omnium odibilium quam prout sic appellat libertatem sufficientem, seu in actu primo vt coniunctam cum aliquo effectu positivo, aut privativo, vel aliqua dependentia rei in ordine ad existentiam, quam prout sic vocat libertatem efficacem, seu in actu secundo.

12 *Basilij Legionensis mens explicatur.*

Hæc istius Authoris sententia, in qua, vt ab alijs recedere, & aliquid noui se addidisse videatur, Arrubalis, & Basilij sententias *in* 11. *cap.* reijcit, cum tamen doctissimi Basilij placitum, minus benè explicatum sequatur, *vt caput illud* 5. legenti constabit; nec enim Basilius in volitione Dei, vt est amor necessarius bonitatis divinæ, decretum liberum partialiter constituit, vt facto illi imponit Herice, sed in illa prout ad creaturas tanquam in actu secundo libere comparata, adiuncto termino, seu effectu, vt liberi in actu secundo denominationem recipiat. Quod & nihil aliud affirmat Herice. Vt quid ergo impugnat Magistrum, quem sequitur? Nisi forte vt se primum ducem, & antesignanum, præcitatæ sententiæ constituat. Quod de more habet, proprios, & extraneos, hinc inde semper cõtundes, ne aliorum inhærere vestigijs, sed proprios ingenij partus edere in lucem videatur.

13 *Hæc sententia impugnatur.*

Quorum sententia, quomodocumque explicetur, reijcitur primo; etenim volitio Dei libera, est causa cuiuscumque entitatis creatæ: ergo per nullam entitatem creatam potest adhuc inadæquatè in ratione liberæ constitui; & consequenter nec inadæquatè, & partialiter in extrinseca denominatione consistere. Consequentia tenet; causa namque suum effectum præcedit; & consequenter per illum in ratione causæ non potest constitui. Antecedens autem per spicuum videtur ex testimonijs Sacræ paginæ superius adductis, in quibus pro causa futuritionis rerum redditur, libera volitio divina, vt constat ex illo: *omnia quæcumque voluit, fecit.* Et ex illo ad Ephesios primo: *operatur omnia secundum consilium voluntatis suæ.* Ac denique *ex Psalmo* 17. illis verbis: *Saluum me fecit, quoniam voluit me.*

14 *Resp. Granadus, & Arrubal.*

Huic argumento triplici solutione occurrunt contrarij Authores. Granadus, & Arrubal respondent, concesso antecedenti, distinguendo consequens: illudque cõcedunt de effectu causato, negant autem de causalitate, seu productione effectus: itaque asserunt, volitionem Dei liberam non consurgere, nec constitui ex effectu ad extra causato, & perfectione intrinseca Dei, sed ex actione transeunte, qua producit effectum, & intrinseca perfectione, cumque causalitas, seu actio, qua Deus producit creaturas, sit prior creaturis productis: consequens fit, quod volitio Dei libera constituta per talem causalitatem, illas præcedat, sitque ab eis independens; ac proinde, quod verè affirmetur, creaturas, esse existentes, & futuras, quia Deus libere voluit.

15 *Basilius.*

Secundo aliter respondent Basilius, distinguendo antecedens nostri argumenti, illudque concedens de actu libero sumpto inadæquatè, negans verò si adæquatè sumatur. Ex quo, inquit, inferre non licet, effectum productum ad extra, non pertinere ad constitutionem actus liberi Dei se

Digitized by Goog

secundum sui adæquatam rationem, licet benè inferatur illud non constituere sub illa ratione, qua causatur ab ipso. Cuius doctrinæ aliquale exemplum se arbitratur invenire, in actione nostri intellectus, qua fit ens rationis; quod quidem ab intellectione causatur, est tamē illam complet, simulque cum illa nostrum intellectum intelligentem reddit.

16 *Herice.* Tertio denique P. Herice, post quam nihil amplius quam huius argumenti solutionem per tot capita se parasse fatetur, ad illud respondet, verum esse antecedēs, si de volitione subsistente Dei, quæ est volitio in actu primo omnium volibilium, & sufficiens libertas, intelligatur, de qua sic accepta, verum est dicere in sensu causali effectivo, Deum producere creaturas, quia vult, & creaturas esse productas, quia volitas: secus verò si de eadem volitione vt in actu secundo, & efficienter libera intelligatur; vt sic namque creaturarum causa non est, nec illas præcedit, sed per eas in ratione efficaciter liberæ constituitur.

17 *Refutatur solutio 1.* Nulla tamen ex his solutionibus argumento facto satisfacit, & contra primam in hunc modum obijcio; non solum creaturæ, sed etiam causalitas, seu actio exterior, qua creaturæ causantur, est effectus volitionis liberæ Dei, si semel Deus agit per actionem transeuntem formaliter, vt supponit solutio prædicta: ergo non minus per actionem illam, quam per effectū productum repugnat constitui in ratione liberæ in actu secundo. Consequentia est bona: antecedens autem probatur. Tùm, quia etiam de illa causalitate est verum dicere, existere, seu futuram esse, quia Deus vult illam esse futuram, sed nō quia vult necessario: ergo quia vult libere; & consequenter etiam illa causalitas est effectus volitionis liberæ Dei. Tùm etiam ex illis verbis Psal. *Saluum me fecit, quoniam voluit me*, quibus, etiam ipsius efficientiæ, in qua consistit prædicta causalitas, redditur pro causa, velle libere divinum.

18 *Resp. Arrubal.* Respondent Arrubal, veram esse illam causalem, si Verbum *vult* referatur ad perfectionem intrinsecam liberæ volitionis, quæ prout sic à causalitate effectus nullatenus pendet, illamque vt causam præcedit; si vero ad liberam terminationem volitionis liberæ ad creaturas referatur, solum esse veram in sensu causali negativo, per quod denotatur, nullum aliud principium causalitatem rerum præcedere, præter libertatem voluntatis divinæ; non autem in sensu causali positivo: quia inter liberam terminationem ad creaturas, & causalitatem prædictam, non intercedit ordo causalitas, sicut nec distinctio intervenit.

Sed contra primo; nam si causalis illa; quæ in sacra pagina passim habetur, nec ab aliquo potest negari comparatione actionis, qua causantur creaturæ, rectè in sensu negativo explicatur, etiam comparatione effectuum posset eodem modo, & eadem proprietate explicari, hoc non admittit Arrubal: ergo nec primum potest admittere. Secundo; nam prædicta causalitas est à voluntate divina vt à causa prima; non ab illa vt volente solum in actu primo, neque in actu secundo necessario: ergo est ab illa vt volente libere in actu secundo; & consequenter volitio libera in actu secundo, ante talem causalitatem constituta supponitur. Discursus tenet. Maiorem nemo negare potest, sicut nec secundam partem minoris: aliàs non libere, sed necessario à divina voluntate emanaret, ab actu namque necessario vt tali, nihil potest procedere libere. Pro prima verò parte, in qua potest difficultas constitui, in hunc modum ostenditur: à voluntate vt in actu primo volente, non nisi volitio, vel actio volitionem producens potest immediatè procedere, cum voluntas, vt in actu primo immediatè volitiva sit; & consequenter petens à volitione, vel actione productiva volitionis immediatè determinari; sed causalitas illa non est volitio; cum immanens actio non sit, nec est volitionis productiva, eadem de causa: ergo nequit à voluntate divina, vt in actu primo volente immediatè procedere.

19 *Contra 1.*

Secundo.

Tertio, causalitas illa non est à voluntate divina vt à principio eliciente; hoc enim modo solum à potentia executiva procedit; à voluntate autem procedere debet tamquam amovēte, & applicante potentiam executivam: ergo causatur à potentia executiva vt mota, & applicata per voluntatem; & consequenter illam vt applicatam, & voluntatem vt applicantem debet supponere; sed divina voluntas non applicat potentiam exequentem, vt est amor necessarius; aliàs necessario applicaret; nec vt in actu primo libere volens; quia vt sic non est applicans, sed potens applicare: ergo applicat illam vt volens libere in actu secundo; & consequenter vt volens in actu secundo liberè, ad causalitatem supponitur; ac proinde per illam neutiquam constituitur.

20 *Tertio.*

Si respondeatur, causalitatem illam nō procedere à potentia executiva vt applicata, sed vt differenti, vtpotè, quia libera est. In contrarium obstat: sequi ex ista solu-

21 *Si resp.*

lutione, voluntatem divinam vt a potentia executiva, sivè adæquate, sivè inadæquate distinctam, nullum influxum exercere in prædictam causalitatem; & consequentèr nec in effectus ex ea illa causalitate productos; consequens absurdum est: ergo & solutio. Probatur sequela, voluntas divina prout sic distincta non concurrit ad illam causalitatem executivè, seu elicitivè; cum hoc sit munus potentiæ exequentis; aliàs iuxta solutionem datam non concurrit applicativè, cum nihil ab ipsa applicetur: ergo nullatenus prout sic in specie concurrit.

22 *Respond.* Respondebis, potentiam exequentem applicari à voluntate divina, non quidem ad causalitatem effectuum, sed ad effectus ipsos, & ad illos per causalitatem applicari: vnde & potentia exequens in ratione applicatæ, & voluntas divina applicans, in ratione applicantis constituuntur per causalitatem illam.

Contra. Sed contra, voluntas divina est vera causa actionis transeuntis, qua causantur creaturæ; sed non causa exequens, seu eliciens; hoc namque est munus potentiæ executivæ: ergo applicativè ad actionem illam concurrit; sed non est quod applicet nisi executivam potentiam: ergo etiã ad actionem prædictam concurrit potentia exequens; & consequenter etiam illa causalitas à potentia exequente, vt per voluntatem ad ipsam applicata procedere *Confirm.* debet. Et vrgetur amplius, quia namque intellectus divinus directivè ad actum divinæ voluntatis concurrit, nequit in ratione dirigentis, & proponentis actu obiectum voluntati per actum ipsius voluntatis constitui: ergo pariter, quia divina voluntas applicativè concurrit ad actionem potentiæ exequentis, nequit in ratione applicantis actu constitui per talem actionem.

23 *Solutio M. Basilij impugnatur.* Et ex his impugnata manet solutio secunda, qua vtebatur Magister Basilius, si namque per actionem, seu causalitatem, qua causantur creaturæ, nequit constitui actus liber in ratione liberi, à fortiori cõstitui non poterit per effectus, qui posteriores sunt prædicta causalitate. *Confirm.* Quæ amplius aduersus istam solutionem confirmo; nam effectus causati à voluntate Dei, libere procedunt ab illa: ergo vt libera prædictos effectus præcedit; & consequentèr per illos in ratione volentis libere nõ constituitur.

24 *Resp. Basilius.* Respondet Basilius; præcedere voluntatem divinam vt liberam, non in actu secundo; denominatio namque liberi in actu secundo, est extrinseca ab effectu causato desupta; ac prinde nihil ad causalitatem conducens; sed solum vt liberam in actu primo; id est, vt facultatem habet agendi, & non agendi, sub qua ratione per effectus non constituitur; sicuti in sententia asserente, denominationem liberi in actu voluntatis creatæ esse extrinsecã, & si actus, qui liber est, ad actum imperatum concurrat, non autem concurrit, vt liber in actu secundo; quia cum illa denominatio extrinseca sit, ad eliciẽtiã actus imperati, neutiquã cõcurrere potest; quo non obstante, actus imperatus, à voluntate libere operãte procedit; id est, ab illa secundum facultatem agendi, & nõ agendi: qua solutione, & doctrina totam reddi difficultatem exhaustam censet Basilius.

Cæterum inexhaustam omninò, & in suo robore relinqui, ostendo sic primo: 25 *Cõtra 1.* voluntas divina non solum præcedit effectus vt potens causare, sed etiam vt causans in actu secundo: ergo præcedit illos, non vis causativa tãtum, sed etiam actualis causalitas; at hæc actualis causalitas nequit Deo necessario competere: aliàs in actu secundo necessario causaret: ergo potuit non convenire; & consequentèr aliquid intrinsecum Deo, & ab effectibus causatis distinctum, decesse potuit ab ipso, quod vitare contendit Basilius. Explicatur *Confirm.* hoc amplius: si voluntas creata ad actus imperatos actu concurreret per formam non potentem deficere, non libere, sed necessario ad prædictos actus concurreret, & idcirco libere concurrit ad illos, quia imperans constituitur per actum, qui potuit non esse, vt actum imperatum præcedit: ergo vt voluntas divina, sit causans libere effectus creatos, debet ante tales effectus aliquid in illa constitui, quod potuerit non esse in Deo illique non convenire. Si dicas, hanc esse eminentiam vo- *Si dicas;* luntatis divinæ, vt quamvis forma, qua constituitur causans in actu secundo, sit necessario, quo ad esse; tamen libera sit in ratione causantis. Verum quidem dices; *Contra;* sed habemus intentum, videlicèt, non esse confungiendum vt misterium hoc explicetur, ad formas extrinseca, seu extrinsecas denominationes, sed ad eminentiam voluntatis divinæ.

Secundo traditam solutionem impugno; nam voluntas divina est causa creaturarum in actu secundo, prout terminata 27 *Secundo impugnatur solutio.* ad illas: ergo talis terminatio præcedit creaturas productas; & consequentèr nequit in extrinseca denominatione ab illis sumpta consistere; cumque talis terminatio potuerit non esse in Deo, non constituitur per illas in ratione liberæ. Consequentiæ sunt notæ. Antecedens autem ostẽditur primo *ex Psalmo* 17. illis verbis:

Iste

Salvum me fecit: quoniam voluit me: quibus, non sola actualitas volitionis divinæ, sed etiam illius terminatio redditur pro causa salutis. Secundo; nam creaturæ procedunt à voluntate Dei, vt est actualis volitio; sed non vt est actualis volitio solius bonitas divinæ: ergo vt est actualis creaturarum volitio. Probo minorem; vt volitio bonitatis divinæ est necessaria: ergo ab illa solum prout sic nequeunt creaturæ procedere.

28 *Tertio impugnatur solutio.* Tertio impugnatur solutio: nam ex illa sequitur, Deum non producere creaturas libere, sed necessario; consequens absurdum est: ergo idē quod prius. Probo sequelam, non causantur à decreto liberō secundū denominationem extrinsecā liberam sumptā ab ipsis, sed secundū perfectionē necessariam, quam dicit, vt fatetur Basilius: ergo Deus constituitur in ratione causātis actu creaturas per id, quod necessariū est in decreto; sed à perfectionem necessaria nō potest sumi, in sententia huius Magistri, alias superfluit, & absque vlla necessitate ad extrinsecam denominationem confungeret, vt salvaret libertatem decreti: ergo erit non libere, sed necessario causans creaturas.

29 *Tertia solutio P. Herice impugnatur.* Deinde contra tertiam solutionem, qua vtebatur Herice, in hunc modū obijcio; aut volitio divina subsistens, quam futuritionem rerū præcedere, iste Author fatetur, præcedit illas, & est causa illarum vt actualis creaturarum volitio, vel nō? Si primū: ergo vt libera in actu secūdo creaturas præcedit; & consequentèr in ratione liberæ in actu secundo non constituetur per denominationem extrinsecam à creaturis desumptam. Si secundum dicatur: ergo non salvat, Deū producere creaturas, quia vult creaturas, sed solum quia vult absolutè, nec creaturas, ideò esse productas quia volitas, cuius cōtrariū fatetur prædictus Author, continenturque in testimonijs Scripturæ sæpius adductis. Probo hanc consequentiam; Deum velle creaturas, nō dicit actualitatem volitionis divinæ à terminatione actuali præcisam, sed vt actualitèr terminatam ad illas: ergo nisi præcedat sub hac terminatione, nequit in rigore salvari, ideò Deum creaturas producere, quia illas vult, nec esse productas, quia volitas.

30 *Respondebis.* Respondebis ex præfato Authore, volitionem illam esse sufficientem volitionē omnium volibiliū se ipsa, & ratione suæ actualitatis: vndè cū præcedat creaturas, prout sic verificari potest, Deū ideò producere, quia vult sufficientèr creaturas, & si non, quia vult efficacitèr. Sed cōtra primo, Deum velle sufficientèr creaturas, nō *Cōtra 1.* est actu illas velle, sed posse: ergo ratione præcedentiæ illius volitionis vt sufficientis non verificatur, causare creaturas, quia vult, illas esse, sed quia id potens velle: vndè sensus illius propositionis, *salvum me fecit, quoniam voluit me*, erit iste; *salvum me fecit, quia potuit velle me*. Quod amplius vrgetur, de facto est in Deo volitio sufficiens ad esse ad constituendum Deū volentem in actu secundo alterius mundi productionem, & tamen non est verū dicere, Deus vult productionem alterius mundi: ergo pariter, quod dicta volitio vt sufficiens præcedat, & caulet creaturas, non sufficit, vt verificetur, Deum vt volētem creaturas, illarū productionē præcedere, & producere creaturas, quia vult. *Confirmi*

Secundo; creaturę non accipiunt futuritionē, seu existentiā à voluntate divina, vt indifferēti ad volendū, & nolendū illas, sed vt determinate volente: ergo non solū prędedit illas, vt amor sufficiens, sed etiā vt actualis, & efficax amor illarum. Cōsequentia est bona. Antecedens autē probatur primo, non procedunt ab omnipotēt. a divina vt indifferenti ad causandū; & non causandum, sed vt determinatē causante: ita vt etiā causalitas, & non solū vis causativa, illarū existentiā prędedat: ergo pariter non causantur à voluntate Dei, vt indifferenti, & volitiva tantū, sed vt actu volente; ita vt nō solū ratio volitivę, vel sufficientèr volentis, sed etiam actualis illarum volito illarum existentiam prędedat. 31 *Contra 2.* *Antecedens probatur 1.*

Secundo, ab indifferenti in quantum tale, non potest effectus determinationem accipere: ergo determinatū esse futuritionis, prę non futuritione, nequit à voluntate Dei vt in differenti desumi. Si dicas, procedere à voluntate Dei, vt determinata ad volendum, nō determinatione antecedenti futuritionem rerum, sed determinatione concomitante, vel ab illa proveniente. Obstat in contra primo; nam determinatio causę, est causa determinationis effectus: ergo nequit formalitèr ab effectu desumi. Secundo; nam effectus de se sunt indifferētes, vt sint, & non sint futuri: ergo ab illis nequit sumi determinatio volūtatis divinę: nec valet dicere, esse determinatos ex suppositione futuritionis: nam hęc suppositio non convenit illis necessario, sed ex libera voluntate divina; at non ex illa vt indifferenti, nec per talem suppositionem determinata? cum determinatio suppositionis sit effectus determinationis voluntatis divinę: ergo sunt ab illa vt pro illo priori determinate volente. 32 *Secundo.* *Si dicas.* *Contra 1.* *Secundo.*

Tertio, effectus omnipotentię divinę sunt ab illa, vt determinata per causalitatē ipsos antecedentē: ergo pariter, erūt 33 *Tertio*

à vo-

Digitized by Google

à voluntate divina, vt determinata per aliquid antecedens illorum existentiam, & futuritionem. Quod si ob hęc respondeat Herice, per cautam ipsam, vel actionem transeuntem determinari voluntatem, & omnipotentiam divinã. In contrarium obstat, tum, quod iam incidit in sententiam Arrubalis, quam late impugnat, cap. 10. Tum etiam obstan, quę contra istum Authorem obiecimus supra.

34 *Tertio principaliter impugnatur Herice.* Tertio principaliter reijcitur data solutio: etenim vt ratetur Herice, volitio divina subsistens, est sufficiens amor omnium amabilium se solã; at non per modum principij actionis, quæ volitio sit: hoc namque in illius principijs sustineri non potest; cum non admittat in Deo voluntatẽ per modũ actus primi: ergo est sufficiens per modum formæ constituentis volentem. Tunc vltra: ergo posito effectu, ipsa per modũ formæ adęquatè constituit Deum volentem illum, effectu ingrediente, non vt forma, sed terminativè, & obiectivè. Patet hęc consequentia: nam si effectus positus non solum terminativè, sed etiam formaliter pręberet Deo denominationem volentis, vt partialis forma, divina volitio ratione sui non esset sufficiens amor per modum formæ omnium amabilium, siquidem alia compartiali forma indigeret, vt Deo pręstaret denominationem amantis respectu alicuius volibilis.

35 *Secundo principaliter reijcitur hæc sententia, et modus dicendi.* Secundo principaliter reijcitur ista sententia: Deus non constituitur actu volens creaturas axistentes per ipsas creaturas: ergo volitio divina in ratione liberæ nequit consistere in denominatione extrinseca à creaturis desumpta. Consequentia est bona. Antecedens autem probatur: in ratione volentis bonitatem suam, nõ constituitur per ipsam bonitatem amatam tanquam per formam, nec in ratione actu intelligentis suam essentiam, constitui potest directè formaliter per ipsam essentiam: ergo nec in ratione diligentis creaturas existentes per illas tanquam per cõpartialem formam potest constitui.

36 *Resp. 1. cũ Mag. Basilio.* Respondebis primo cum Mag. Basilio, negando antecedens: Deum namque velle necessario se ipsum, est denominatio ab amore, & obiecto desumpta, & idem dicendum est de intellectione necessaria sui. *Contra 1.* Sed contra primo: nam etsi obiectum necessarium sit ad denominationem volentis, & intelligentis per modum termini extrinseci, non tamen per modum formę partialiter dictam denominationem tribuentis: ergo diuina bonitas necessario amata ingredietur quasi in obliquo terminativè ad denominationem necessario amantis, non verò in recto, & formaliter. Secundo: intellectus creatus non constituitur in ratione intelligentis per obiectum intellectum formaliter, sed per actionem, siue distincta, siue indistincta sit à Verbo producto: ergo idem de intellectu divino, & divina voluntate est dicendum. *Secundo.*

Tertio, licet terminus actionis productivæ requiratur ad illam, denominatio tamen agentis non sumitur à termino tanquam à forma, sed adęquatè ab actione terminum producente: ergo pariter, quamvis obiectum intellectionis Dei, & divinæ volitionis necessario requiratur, vt Deum constituat intelligentem, & volentem, non tamen tribuit formaliter dictas denominationes, sed formaliter adęquatè provenient ab intellectione & volitione. Denique, per id constituitur divina voluntas amans necessario bonitatem Dei, per quod quasi affectivè tendit ad illã, sed bonitas amata, non est ratio tendendi, sed terminus tendentiæ affectivæ: ergo nec est per modum formæ ratio veluti partialis amandi. 37 *Tertio.* *Quarto.*

Respondebis secundo, concesso antecedenti, negando consequentiam, quia cum amor sui necessarius sit, & similiter intellectio, nullum est inconveniens, quod in perfectionibus Deo intrinsecis, adæquatè consistãt; denominatio autem amantis creaturas, libera est, & potens deficere: cũque Deo nihil intrinsecum de esse potuerit, necessario assignari debet aliquid extrinsecum Deo, quod potuerit de esse, ingrediens vt compartialis forma ad præstãdam dictam denominationem. Sed præterquamquod hoc potius videtur difficultati succumbere, quam ipsam diluere, in contrarium obstat primo; nam licet obiectum amoris necessarij, tàm necessarium sit sicut amor: denominatio tamen amantis non sumitur ab illo vt à forma: ergo pariter, etsi obiectum amoris libere defectibile sit, denominatio libere amantis quę deficere potuit, non potest desumi ab illo, vt à forma adhuc partiali. 38 *Resp. 2.* *Contra 1.*

Secundo, ideò primum est verum, quia obiectum necessarium non est amor, sed obiectum amoris, sed etiã creatura existens non est volitio, sed obiectum volitionis: ergo nec partialiter denominare potest vt forma voluntatem divinã volentẽ. Tertio, ideò Deus non constituitur necessario amans per obiectum amatũ quia constitui debet per tendentiam affectivam in ipsum, obiectum autẽ necessarium, non est tendentia affectiva, sed tendentiæ terminus, at etiam in ratione libere amantis, debet constitui per tendentiam liberam 39 *Secundo.* *Tertio.*

tam in amatum, & obiectum tendentia non est, sed tendentiæ terminus: ergo nequit constitui in ratione amantis libere per obiectum libere amatum.

40 *Tertio principaliter reijcitur ista sententia.* Tertio principaliter reijcitur hæc sententia: divina voluntas non solum est indifferens ad causandum, & non causandum creaturas, sed etiam est indifferens ad volendum, & non volendum illas: ergo per ordinem ad volitionem indifferentem; sed effectus causati, & actio qua causantur, non sunt volitio: ergo neque inadæquatè præstare possunt denominationem volentis.

Vltimo reijcitur. Denique reijcitur, denominatio volentis libere, ab æterno convenit Deo; sed nequit existere denominatio absque forma adæquata, sicut neque effectus formalis absque forma adæquata existere potest: ergo ab æterno est forma adæquatè præbens talem denominationem; creaturæ autem ab æterno esse non possunt, & cõsequenter nec partialiter possunt illam per modum formæ præstare.

41 *Hæc ratio est efficax ad hominem contra Basilium.* Quæ ratio absolutè efficax est, efficacior tamen ad hominem contra Basilium, qui ex eo quod actio exterior temporalis est, denominatio autem volentis æterna, intulit, non posse istam denominationem ab exteriori actione desumi. Nec valet dicere, hac ratione rectè probari, denominationem prædictam non posse ab actione exteriori præstari vt à forma adæquata, non tamen quod inadæquatè ab illa non desumatur. Nam in contrarium obstat, vt existat denominatio, non sufficere existentiam formæ inadæquatæ, & partialis, sed necessario requiri, quod existat forma adæquata: sed denominatio libere volentis ab æterno existit in Deo: ergo ab æterno existit forma illius adæquata; & consequenter nihil ab æterno non existens poterit per modum formæ ad talem denominationem requiri.

§. III.

Tertia sententia ad respectum rationis confugiens, refellitur.

42 *Tertius modus dicendi.* TErtia sententia, decretum Dei liberum consistere, docet, in actualitate necessaria volitionis divinæ addito respectu rationis ad creaturas existentes, vel futuras. Ita Marcus de la Serra circa articulum primum, sequutus Capreolum *in* 1. *distinct.* 45. *quæst.* 1. *ad primum contra secundam conclusionem*, & Ferrariensem 1. *Contra Gentes*, *cap.* 82. quam ex Patribus Societatis sequitur Vazquez *disp.* 82. *cap.* 2. illis verbis: *Voluntas libera Dei est ipsa essentia divina per modum actus eliciti; includit tamen habitudinem quandam rationis ad res futuras*; quæ verba, ideò retuli, vt appareat, quam irrationabiliter, Alarcon *vbi supra cap.* 9. male animato pectori attribuat, suum Magistrũ trahere in istam sententiam, ita dissonam rationi, vt statim catholicorum naribus fœtet, quam foret possibile, inquit *n.* 4. tantum ingenium hasce arcanarum telas in divina voluntate cõtexere. Quam tamen, etsi ita fœtidam, principibus Thomistarum ingenio, antiquitate, doctrina, & eruditione præclaris, Capreolo, & Ferrariensi, non renuit adscribere; cum tamen, non de respectu rationis quoad esse formale, sed pro fundamento fuisse loquutos, ipsos sine livore legenti sit manifestum: qualiter explicari posse Vazquez non dubito, etsi in fundamento assignando, à Thomistis dissideat, pro illius respectus fundamento, extrinsecam denominationem constituens. Vnde inter Auctores §. præcedenti relatos, & reiectos anumerandus erit.

Contra illam hoc vnico argumento, communi satis, solum aculeis verborum additis, agit prædictus Modernus; ens rationis solum habet esse obiectivè in intellectu fingente, sed actus liber Dei existit à parte rei independenter à fictione intellectus creati; cùm existat ab æterno; intellectus autem creatus in tempore incæperit, increatus autem huiusmodi entitates rationis non facit: ergo existit actus liber in voluntate divina indepẽdenter ab omni respectu rationis. Quod amplius confirmat: nam esto daremus, posse intellectum divinum fabricare entitates rationis; voluntas autem non redditur libere volens per intellectum, vel effectum illius, sed per aliquid quasi ab ipsa procedens: ergo nisi dicatur formam illam rationis à voluntate fieri, quod falsissimum est nequit actus liber per formam rationis constitui. Quo argumẽto convictus prædictam sententiam, metum somnium & imaginativę potius, quam intellectus idolum audacter appellat.

43 *Contra istam sententiam insurgit Alarcon.* *Confirmat.*

Secundo adversus illam arguit Basilius, hoc entimemate, cuius solutionem se nunquam audivisse, nec vidisse gloriatur: Deus in re est actu volens: ergo in re est, quodquid est necessarium, vt actu sit volens; at in re non exsistit respectus rationis formaliter: ergo respectus iste necessarius non est, vt Deus sit volens actu. Tertio alij obijciunt, decretum liberum est realis causa creaturarum, vel ad minus causalitas; sed causa realis nequit per formam rationis constitui: ergo nec decretum liberum per formam rationis. Quarto,

44 *Secundo insurgit Basilius.* *Tertio ad l.* *Quarto,*

respectus rationis, cum relatio sit est simul natura cum creaturis terminantibus ipsum; sed decretum liberum, præcedit creaturas existentes prioritate naturæ; cum sit illarum: ergo nequit per respectum rationis constitui. Denique, nam respectus rationis fundamentum supponit; sed non fundatur supra divinam essentiam, nude consideratam secundum formalitates necessarias: ergo supra illam, vt libere terminatam ad creaturas; & cõsequenter supponit, non constituit decretum. Patet hæc consequentia, non enim fundamentum constituit, sed supponit.

Quinto.

His argumentis gravitèr prafata sententia vrgetur; non autem adeò opprimitur, vt vir doctus tot oprobrijs in illam agere posit, nisi passionis pondere ductus; qui namque illi adhærere desideret, apparenter satis illis occurrere poterit. Ad primum, negãdo minorem, pro secunda parte, nec illam Alarcon, nisi tantum ab admiratione probat, quod genus argumentãdi per non admirationem diluitur; cum tamen illam deberet evidenter suadere, vt tot notis sententiam illam inureret, maximè cum viri doctissimi *supra quæst. 5. art 2* de respectibus, quibus constituuntur idæ, affirment, & rationis esse, & formari à divino intellectu, nec sinè gravi fundamentum in verbis D. Thomę solutione ad secundum illius articuli.

45 *Respõderi potest ad primũ*

Confirmatio facilius solvitur, asserendo, quod licèt affectus non à voluntate, sed ab Intellectu causatus, nequeat esse forma constituens volũtatem volentem, non tamen repugnat, quod sit complemẽtum formę. Et quidem non minus est de ratione formę, constituentis voluntatem volẽtem intrinsecè, in illa manere, quam egredi ab illa; cum sit actus immanens de cuius conceptu est, non solum egredi à potentia, sed etiam recipi in illa; quo non obstante plures ex contrarijs docent, Deum constitui libere volentem creaturas vt per formam inadæquatam per actionem transeuntem extrinsecam voluntati divinę: Multo ergo melius poterit constitui volens per respectum ab ipsa non egredientem, nec formalitèr constituentem sed completivè.

46 *Ad confirmationem.*

Ad secundum, concesso antecedenti, distinguendo consequens: in re id est realitèr nego consequentiam: in re, sivè realitèt, sivè obiectivè concedo consequentiam: nec repugnat quod denominatio sit realis & realiter existens, & à forma rationis non realitèr sed obiectivè existente vt à complemento pendere: sicut nec repugnat, effectum positivum per aliquid negativum compleri, vt obiectum fidei, quod positivum est, per rationem non visi completur, & obiectum spei per rationem non habiti.

47 *Ad 2.*

Et ex his respondetur ad tertium: nam licet causa realis nequeat per respectum rationis tanquam per formam constitui, non tamen repugnat per illam compleri; cum constratio namque, realis causa est assentus scientifici; & tamen per respectũ rationis ordinantem conceptus completur in sententia probabili. Et Sacramenta, quę sunt causa realis, & physica gratię in sententia Thomistarum, per rationem signi ad placitum complentur in rationem causæ; cum tamen significatio ad placitum aliquid rationis sit in communi sententia Thomistarum.

48 *Ad 3.*

Ad quartam, nego maiorem: nam si multas naturę solum convenit relationi prædicamentali, respectus autem constituens decretum liberum, tanquam eius complementum non est prædicamentalis, sed transcendentalis relatio. Et ex his respondetur ad vltimum, negando maiorem: solũ enim respectus prædicamẽtalis, necessario fundamentum supponit; respectus autem decretum liberum complens, non est prædicamentalis; & ideo non petit supponere fundamentum.

49 *Ad 4.*

Ad vltimam.

Hæc dicta sufficiant in gratiam prædicti Auctoris, & probationem non veritatis, sed probabilitatis prafatę sententię: à qua tamen recedo. Tum, quia probabilius semper iudicavi intellectum divinum nullum ens rationis posse formare; eo quod, ad formationem cuiuscumque entis rationis ens reale requisitum, rem aliter cõcipere necesse quo circa fabricatio entis rationis consistit in eo, quod perfectioni divini intellectus repugnat, omnia concipienti vt sunt. Tùm etiam: nam esto admittamus, posse intellectum divinum aliquod ens rationis formare; non tamen fabricare poterit respectum complentem decretum liberum. Quod probo, nam vel illud fabricaret per actum liberum, vel per actum necessarium; non secundum, alias respectus ille necessarius esset Deo; & consequenter decretum non esset liberum: nec primum, nam omnis actus liber intellectus divini decretum liberum supponit constitutum; cum libertas intellectus ex libertate volũtatis oriatur: ergo nullatenus potest decretum liberum Dei capieri per respectum rationis fabricatũ à divino intellecto; cumque capieri non possit per respectum ab intellectu nostro confictũ; existit namque ab æterno intellectus autẽ noster incipit in tempore existere; consequentèr est attendendum, ànne ente rationis in sui constitutione pendere.

50 *Aliter sententia tradita impugnatur 1.*

Secundo.

§. IV.

Sententia Caietani, vt communitèr explicatur, refellitur.

51 *Quartus modus dicendi.*

QVarta sententia præcedentibus per extremum opposita, decretum liberum consistere afirmat in perfectione quadam extensiva, distincta ratione à perfectione necessaria, quę quia libera est, absque vlla imperfectione potuit à divina voluntate deficere. Sententiam istam sic explicatam, Caietano attribuunt communitèr Recentiores, eamque variis notant censuris Valentia, & Vazquez absurdam, Molina parum in fide securam, pias aures offendentem. Fonseca parum tutam appellant, quorum omnes censuras, refert, & silendo approbat Salas 1. 2. *quæst.6. art.2. & 3. tract.3. disp.3. sect.8. §.3.* Contra quam Valentia, & Vazquez obijciunt primo; nam si divina voluntas perficitur extensione ad creaturas: sequitur, extensivè prædicta extensione actuari; actus namque, & perfectio sunt idem: ex quo vlterius sequitur, quod sit modò in potentia passiva ad perfectionem, quam potuit habere, & consequentèr non esse actum purum, quod est error in Philosophia, & Theologia.

Valentia & Vazquez impugnat 1. Caietani sententiã.

52 *Secundo.*

Secundo; nam extensio voluntatis diviné ad esse reale creaturarum est in Deo causalitas, seu ratio causandi, sed ita causalitas, vt distincta à divina natura, nullam addit perfectionem, etiam extensivam in Deo: ergo nec decretum liberum. *Tertio,* nam ratio, ob quam agentia creata ex ordine ad suos effectus, extensivè perficiuntur, est, quia in illis aliquomodo obtinent, quod ipsis deest, nec loco illius habent aliquid excellentius; sed Deus infinitè excellentius continet in se ab æterno, quidquid perfectionis potest attequi ex ordine ad res futuras: ergo ex ordine ad illas, neque etiam extensivè perficitur.

Tertio.

53 *Quarto impugnat Salas.*

Tandem Salas hæc omnia confirmat: quia sequeretur, Deum esse modo extensivè perfectiorem, quam si hunc mundum creare noluisset; consequens est falsum: ergo deserenda sententia. Probat sequelam, volitio creandi mundum perfectior est: nolitione ipsum creandi, sed modo volitionem habet, tunc autem nolitionem haberet: ergo modo est saltim extensivè perfectior. Probat maiorem: etenim perfectio actus sumitur, & pensatur ex fine; sed finis volitionis est perfectio positiva extrinseca, quę ex mundi productione consequitur, quę maior est perfectione extrinseca negativa ex negatione productionis mundi sequuta; quam pro fine habet volitio creandi: ergo volitio est nolitione perfectior.

Hæc tamen levia sunt, vt ob illa præfata sententia aliquam mereatur censuram: ad primum namque responderi potest, negando sequelam de actuatione reali; quia cum illa extensio non distinguitur realitèr à divina voluntate, non potest illam realitèr actuare, sed solum per rationem: ex quo nec ratio potentię passivę, nec defectus summę actualitas in divina voluntate colligitur; cum de facto actualitate actus necessarij actuetur, vt dispartionib⁹ proximè antecedentibus docuimus. Ad secundum, concessa maiori, negando minorem: superaddit namq. e in illa sententia extensivam perfectionem ratione distinctam à voluntate Dei.

54 *Resp. ad 1.*

Ad 2.

Ad tertiam negando illam esse causalem adæquatam, cur ex ordine ad effectus, agentibus creatis accrescat aliqua perfectio extensiva; benè tamen est ratio adæquata, cur indigeant illa extensiva perfectione, & cur ex indigentia operentur: ex quo solum sequitur, Deum non ex indigentia, sed ex fœcunditate, & libertate operari, & quod tali perfectione extensiva non indigeat; eo quod talis perfectio extensiva in perfectionibus necessarijs eminenter continetur. Ad vltimum, nego sequelam: cum enim in hac sententia, volitio creandi mundum, & nolitio ipsum creandi, non realitèr, sed ratione tantum distinguantur, vna non est altera perfectior realitèr, sed solum secundum rationem: vnde quidquid perfectionis in vna realitèr est, etiam in alia realitèr reperitur: ex quo ad summum sequitur, Deum modo esse perfectionem secundũ rationem nostram, quam foret, si noluisset creare, & hoc extensivè tantum, non intensivè, quod inconveniens non est.

55 *Ad 3.*

Ad vltimum.

His igitur argumentis refutatis: absque censuris a præfata sententia recedo, dicetus primo: nam in Deo admittenda non est perfectio imperfectione admixta; sed perfectio defectibilis entitativè in ratione perfectionis, imperfectionem importat: ergo Deo concedenda non est. Secundo, nam eo ipso, quod perfectio illa extensiva, entitativè sit defectibilis, debet entitativè distingui à voluntate divina, vt statim ostendam; hoc admitti non potest, vt patet ex dictis §.1. contra secundam sententiam; aliàs entitativè realitèr actuaret, & perficeret divinam voluntatem: ergo actus liber voluntatis diviné non potest in extensiva perfectione defectibili consistere.

56 *Sententia ita sic explicata deseritur 1.*

Secundo.

Ne autem alicui videatur, Caietani

57

Quid Suarez, & Arriaga sentiant de Caietani sententia.

affectu ducì ad vitandas censuras in ipsum, adverto, P. Suarez *tom. 2. in metaphysicam, disp. 30. sect. 9. num. 11.* de sententia Caietani censuisse, spectata solum naturali ratione verisimilem esse, & probabilem: si tamen digne sentiamus de Deo, & vt fide docemur, non posse illius sententiæ assentiri. In quo parum consequenter loquutum, notavit, & benè Arriaga *tom. 1. in 1. part. disp. 28. sect. 5. num. 60.* nam quæ contra Caietani sententiam obijci possunt, non tàm ex fide, quàm ex ratione naturali sumuntur: imò, quę ex fide obijciuntur solvit Arriaga eo loco; ipse tamen sentit per sententiam Caietani declarari penitus difficultatem libertatis divinę, nec in hac vita aliam clariorem viam pro illius solutione apparere: nihilominus etiam illando rationi naturali verisimilem non esse. In quo iudicio parum consequenter loquutus videtur: nam libertas voluntatis divinę defendi, & declarari debet, prout ratione naturali dictata, vel cognita: ergo si difficultas circa libertatem divinam penitus sententia Caietani evacuatur, & declaratur, non potest illius sententia opponi his, quę ratio naturalis de libertate divina cognoscit: ac proinde stare nequeunt hæc duo, nempè, sententia Caietani penitus declarari libertatem voluntatis divinę, & esse improbabilem ratione naturali spectata.

58 *Probabilitas huius sententiæ ostenditur.*

Habemus tamen ex his duobus auctoribus esse sententiam Caietani probabilem, cum Suarez doceat, esse verisimilem ratione naturali cõsulta, & Arriaga, solvi, quę contra illam ex Scriptura, aut Conciliis possunt opponi. Paret Granadus *Tom. 1. in primam partem, Tract. 3. disput. 5. sect. 1. num. 2.* etsi à sententia Caietani recedat, docet tamen niti firmissimis fundamentis, & illi doctos Recentiores assentiri: ex quo sequitur, illam censuisse probabilem, cum probabilitas alicuius sententię à ratione, & auctoritate sumatur, & vtrumque fateatur Granadus, sententię Caietani favere. Tandem Martinon *Tom. 1. disp. 14. sect. 4. num. 22.* censet, Caietani sententiam esse alijs probabiliorem & magis sibi cohærentem, pro qua refert Fonsecam, Salas, Zumel, Enriquez, Zuñigam, & alios plures. Hæc dixerim, vt sciatis, quid alij sentiant de sententia Caietani: quod ego existimo, est illam prout à nobis fuit explicata non defendi à Caietano, sed modò explicando inferius.

Mens Caietani inferius explicabitur.

59 *Sententia PP. Salas, & Fonseca.*

Salas *vbi supra* §. 7. & Fonseca *tom. 3. metaphysicæ, lib. 7. cap. 8. conclusione* 10. post quam sententiam Caietani, vt proximè explicatam, tanquam parum in fide tutam reiecerunt, in suam inciderunt damnationem, eandem sententiam sequentes, solo mutato nomine perfectionis in nomen realitatis modalis. Itaque aiunt præfati Auctores, actum liberum adeare ad necessarium, non quidem perfectionem extensivam potentiæ deficere, in quo à sententia Caietani, prout ab ipsis intellecta recedunt, sed modum realem, seu realem extensionem, sola ratione ab actu necessario distinctam, quę potuit realiter deficere Deo, quoad suam realitatem modalem; licèt postquam semel exiuit, non potuerit non esse.

Quorum sententia reijcitur primo: nulla entitas imperfectione admixta, potest in Deo formaliter reperiri; sed entitas modalis, defectibilis, quoad entitatem realiter entitativè, in perfectionem defectibilitatis importat: ergo in Deo concedenda non est. Minor ostenditur primo: posse aliquid non esse, imperfectio maxima est; cum sit posse esse nihil, quod est supremus gradus imperfectionis; sed entitas entitativè defectibilis, potuit nõ esse: ergo entitas entitativè defectibilis, imperfectio maxima est. Secundo, posse esse post non esse, aut non esse post esse, est imperfectio: quo circa, nullus Theologorum Deo concedit entitatem, quę postquam semel est, possit non esse, aut e contra: ergo pariter, posse absolutè non esse imperfectio debet censeri; sed entitas defectibilis entitativè, talis conditionis est, vt potuerit absolutè non esse: ergo entitas entitativè defectibilis, imperfectio maxima est.

60 *Reijcitur 1.*

Minor ostenditur 1.

Secundo.

Tertio: nam entitas, quę taliter est, quod potuit realiter entitativè non esse, non habet esse à se, sed ab alio; sed habere esse ab alio, & negatio essendi à se, maxima imperfectio est: ergo entitas entitativè realiter defectibilis, imperfecta est. Minor cum consequẽtia tenet. Maior autem constat: nam Deus nõ alia ratione, necessario est, nisi quia non habet esse ab alio, sed à se: & attributa, & relationes, ideò necessario sunt sine potentia ad non essendum, quia omnia conveniunt in ratione entis à se per exclusionem causę: ergo omnis entitas, quę taliter est, quod potuit non esse realiter, nõ est à se per exclusionem causæ, sed ab alio vt à causa vera, & reali.

61 *Tertio.*

Quod amplius vrgetur: attributa namque, & relationes sunt ab alio virtualiter, nempè ab essentia in qua virtualiter radicantur; & cõsequenter habent virtualiter causam, seu causantur virtualiter. & tamen quia sunt à se per exclusionem causę causantis per formalem influxum, non possunt non esse realiter: ergo vt aliquid possit realiter entitativè non esse, nõ sufficit esse ab alio virtualiter, sed necessario re-

Confirm.

requiritur esse ab alio, vt à causa reali formali influxu causante; & consequenter imperfectio maxima est.

62 *Secundo reijcitur hic mod⁹ dicendi.* Secundo reijcitur; nam sequitur ex ista sententia, entitatem modalem constituentem actum liberum; realiter modaliter à divina voluntate distingui. Consequens absurdum est: ergo actus liber non constituitur per entitatem modalem entitativè realiter defectibilem. Absurditas consequentis est nota. Tùm, quia aliàs realiter cum divina voluntate componeret, illam realiter actuaret, de potentia reali, ad actum realem reduceret, esletque entitas creata intrinsecè divinam voluntatem afficiens, quę omnia absurda sunt: & quod inferantur ex reali distinctione illius entitatis à divina voluntate, constat ex dictis §. 1. impugnando secundam sententiam. *Sequela prob. 1.* Sequela verò probatur primo: nam, quia Deus est à se per exclusionem causę, implicat aliquid identificari cum Deo, quod entitativè realiter possit ab alio cautari; sed voluntas divina est entitativè realiter indefectibilis: ergo implicat cum illa identificari realiter entitatem realiter entitativè defectibilem; & consequenter entitas defectibilis realiter entitativè, non poterit distingui realiter à voluntate divina.

63 *Secundo.* Secundo; quia namque Deus essentialiter est immutabilis id est, impotens habere non esse, potest esse, aut esse post non esse, implicat, identificari cum Deo entitatem realiter mutabilem, id est, potentem transire de esse ad non esse, aut de non esse pro aliquo reali instanti ad esse; sed Deus etiam est indefectibilis realiter entitativè: ergo implicat, realiter identificari cum ipso entitatem entitativè realiter defectibilem. Patet consequentia; non enim minus distant, realiter defectibile, & realiter indefectibile, quam realiter mutabile, & realiter immutabile: ergo si mutabile realiter non potest identificari cum realiter immutabili defectibile realiter, non poterit realiter identificari cum realiter indefectibili.

64 *Tertio.* Tertio: nam, quia Deo convenit realis immutabilitas ex conceptu summæ actualitatis, & omne identificatum cum Deo, debet esse summè actuale, implicat, identificari cum ipso entitatem realiter mutabilē; sed Deo ratione summę actualitatis, seu ex ratione actus puri convenit realis indefectibilitas, & omnis entitas cum Deo identificata debet esse summè actualis, & actus purus: ergo omnis entitas cum Deo realiter identificata debet esse realiter indefectibilis; & consequenter entitas, quę realiter entitativè defectibilis est, non potest cum Deo, cum voluntate divina, aut cum quavis alia intrinseca perfectione divina realiter identificari. *Quarto.* Denique nam realis entitativa separabilitas, signum evidens est actualis realis distinctionis; cum idem à se ipso separari realiter nequeat; sicut nec idem à se ipso potest realiter produci: ergo si entitas modalis actum liberum constituens fuit realiter separabilis à voluntate divina, id est, realiter potuit non esse, divina voluntate necessario existente, realiter ab illa distinguitur.

65 *Respond.* Respondebis, maiorem ad summum veritatem obtinere in creaturis, in quibus ob suam limitationem nō possunt in vna, & eadem entitate duo prædicata contradictoria idētificata inveniri. Secus in Deo: sicut namque ob divinam infinitatem, relativum, & absolutum in Deo realiter identificantur, & similiter realiter communicabile, & realiter incommunicabile, quorum primū affirmatur de essentia, & de Paternitate negatur, & secundū verificatur de Paternitate, & negatur de Essentia: ita ob eandem causam possunt realiter indefectibile, & realiter defectibile, in vna, & eadem entitate divina inveniri, interventu solius distinctionis virtualis; & consequenter poterit entitas realiter separabilis à voluntate divina realiter identificari cum illa.

66 *Contra 1.* Sed contra primo, vt enim proximè argumentabamur, realiter mutabile, & realiter immutabile: & realiter cautabile, incausabile realiter, non possunt ratione solius distinctionis virtualis in vna, eadem quę entitate identificatę inveniri: ergo pariter distinctio sola virtualis, non sufficit, vt in vna entitate conveniant, realiter defectibile, realiterque indefectibile, & vt idem à se ipso realiter sit separabile. *Secundo.* Secundo; nam sequitur, posse realem mutuam separationem absque distinctione reali exerceri, propter solam virtualem; consequens admitti non potest; imò nec potest intelligi quod duo mutuo separata, realiter non distinguātur: ergo idem quod prius. Probo sequelam, distinctio virtualis extenditur, vt sufficiat ad separabilitatem realem entitativam non mutuam: ergo pariter extendi adeò poterit, vt sufficiat ad mutuam realem entitativam separationem, ita vt duo separata sint realiter, & realiter non distinguantur.

67 *Tertio.* Tertio; aut separatio, aut separabilitas includit distinctionem; & supra illam addit negationem essentialis connexionis; non enim omnia distincta possunt separari separatione mutua, aut non mutua; omnia tamen separabilia distincta aliquomodo sunt: ergo implicat separabili-

tas formalis absque distinctione reali formali formalitatum, & separabilitas realis entitativa absque distinctione reali entitativa. Denique, non enim minus pugnans cum ratione naturali videtur, vt idem à seipso separetur, quam quod idem à seipso procedat, sed sola distinctio virtualis non sufficit ad salvandam realem processionem: alias non daretur in divinis realis personarum distinctio, cum talis distinctio solum propter realem processionem adstruatur & ex illa probetur: ergo nec etiã sufficit ad realem separabilitatem salvandam.

Quarto.

68 *Vltimo principaliter impugnatur hæc sententia.*

Denique principaliter arguitur contra istam sententiam; nam entitas ista modalis ratione distincta ab entitate voluntatis divinę, necessario debet esse perfectio ratione distincta à perfectione actus necessarij: ergo si potuit entitativè deficere in ratione entitatis, poterit etiam deficere in ratione perfectionis: & consequentèr potuit Deo aliqua perfectio deesse, quod renuunt præfati Auctores concedere; imò id reputant absurdum, & plusquam absurdum, vt vidimus. Consequentia est bona; nam ista entitas potuit Deo non convenire secundum totum id, quod decretum liberum constituit, & ab actu necessario distinguitur: ergo si distinguitur ab actu necessario, non solum in ratione entitatis, sed etiam in ratione perfectionis, potuit sub vtraque ratione non esse.

69 *Antecedēs prob. à Recentioribus.*

Antecedens autem probant aliqui Recentiores; eo quod entitas illa petit identificari cum perfectione divina; sed petere identitatem cum divina perfectione, maxima perfectio est, sicut petere visionem beatam, vnionem hypostaticã, & quamcumque perfectionem creatam, perfectionem importat: ergo entitas ista modalis ratione sui perfectionem importat; & consequentèr ratione distinguitur sub conceptu perfectionis ab actu necessario.

70 *Cōtra 1.*

Hæc tamen ratio non vrget: instatur enim primo in divinis relationibus, quæ vt distinctę ab essentia, exigunt cum illa identificari; & tamen prout sic distinctas, ratione illius quod essentię superadduntur, non dicere perfectionem, est communis Thomistarum doctrina: ergo stat exigentia identitatis cum perfectione divina, absque eo quod exigens prædictam identitatem, ratione illius, ratione cuius exigit, perfectionem dicat.

Secundo.

Deinde: nam etiò demus, relationes divinas ratione illius, quod addunt, ad essentiam, dicere perfectionem, non tamen ratione illius dicunt perfectionem simpliciter simplicem: & tamen petunt identificari cum perfectionibus absolutis, quę sunt perfectiones simpliciter simplices: ergo stat exigentia identitatis cum perfectione simpliciter simplici, quin exigens talem identitatem, sit perfectio simpliciter simplex; & consequentèr stabit exigentia identitatis cum perfectione, quin exigens ratione illius, quod explicat, sit formaliter perfectio.

71 *Tertio.*

Præterea, formalitas potentię peccandi pro explicito, non est perfectio, sed potius imperfectio; & tamen potest identificari cum formalitate operativa bonę operationis quę perfectio est. Et similiter tendentia moralis positiva ad obiectum dissonum legi, & rationi, in qua peccatum committionis consistere, tenet frequentior sententia, non est perfectio, sed imperfectio; & tamen potest identificari cum entitate physica actus quę perfectio est: ergo exigentia identitatis cum aliqua perfectione non arguit in exigente rationem perfectionis formaliter. Quare hac probatione vt inefficaci relicta.

72 *Antecedēs aliter prob. 1.*

Aliter probandum est antecedens; primo: nam omnis entitas realis absoluta sub conceptu entis est formaliter perfectio; sed entitas ista modalis est entitas absoluta: ergo perfectio formaliter. Secundo; nam entitas ista modalis est actualitas voluntatis divinę, vt libere in actu primo, illam in actu secundo libere volendi constituens; sed actualitas vt talis, est perfectio formaliter: ergo entitas ista modalis formaliter est perfectio.

Secundo.

73 *Resp. 1.*

Respondebis primo negãdo antecedens: nam relationes originis sunt entitates, & tamen nõ perfectiones ratione illius quod addunt ad lineam absolutam; sed solum ratione essentię inclusæ, vt cum frequentiori Thomistarum sententia docuimus *Tractatu de Trinitate, quæst. 28.*

Contrà.

Sed contra: nam in entitatibus relativis id speciale invenitur, quod non exprimunt ordinem ad existentiã & ideò relativas perfectiones nõ dicunt; sed nulla est, aut dari potest entitas absoluta, sivè modalis, sivè completa, quę ordinem ad existentiam non exprimat, vel completam, vel modalem: ergo modalis illa entitas, cum sit absoluta, non potest non esse ratione sui perfectio formaliter.

74 *Resp. 2.*

Respondetur secundo ex contrarijs, modalem istam entitatem, esse quidem perfectionem formaliter, non tamen ratione distinctam à perfectione actus necessarij, vt plures non improbabiliter docent de divinis relationibus, quod nempè, ratione sui dicunt perfectionem, non tamen distinctam in ratione perfectionis à perfectione absoluta divinæ na-

naturę, etsi in ratione entitatis distinguatur ab illa. Cuius rationem reddit Salas sequutus Fonsecam; quia scilicet, modus ille realis supponit naturam divinam infinitè perfectam, & ideo quamvis perfectionem dicat, non dicit perfectionem superadditam, & distinctam.

75 Contra 1. Sed contra primo: esto divina essentia supponatur infinitę entitatis, modus ille realis superaddit entitatem ratione distinctam ab entitate essentię: ergo esto supponatur infinitę perfectionis, modus ille superaddit perfectionem. Secundo: Secundo. nam modalis illa entitas superaddit actualitatem; est namque actualitas vltima voluntatis divinę prout liberę; sicut entitas actus necessarij, est actualitas vltima voluntatis divinę sub conceptu naturę; sed actualitas idē est quod perfectio: ergo superaddit perfectionem. Tertio, natura Tertio. namque divina, licèt realitèr sit perfecta perfectione omnis lineę, formaliter tamē secundum quod virtualitèr, & ratione ratiocinata ab attributis distincta, non est perfectio omnis lineę, sed tantum lineæ naturę; sed esse identicè summè perfectam perfectione omnis lineę, non obstat quominus entitas illa modalis superaddat perfectionem, vt constat in attributis addentibus perfectionem essentię, & naturę divinę, quamvis sit identicè in omni linea summè perfecta, & in genere perfectionis: ergo entitas ista modalis si semel addit entitatem, addit etiam perfectionem.

76 Respond. Respondebis, quod licèt natura divina, vt distincta ab attributis, solum realiter sit perfectio omnis lineę; natura autem, & omnia necessaria attributa sunt formaliter omnis perfectio, non dicens imperfectionem, & inter alia attributa volitio necessaria Dei, cum sit formalitèr infinita in linea volitionis, debet formalitèr esse omnis perfectio huius lineę, ac proinde nihil illi virtualiter superadditum, & ab illa virtualitèr distinctum potest ratione sui exprimere, vel addere perfectionem; entitas autem modalis actum liberum constituens, est virtualitèr distincta à volitione Dei necessaria, & illi superaddita, ac proinde quamvis entitatem addat, perfectionem non superadit.

77 Contra 1. Sed contra primo, non stat, decretum liberum cōstitui entitate superaddita volitioni necessarię, & quod non superaddat virtualitèr perfectionem: ergo si hæc superadditio obstat infinitati formali volitionis necessarię in omni linea volitionis; eo ipso quod superaddatur entitas, tollitur à volitione Dei necessaria, quod sit formalitèr perfecta isto modo. Probo antecedens: non stat, superaddere entitatem, & non superaddere actualitatem; sed actualitas idem est quod perfectio: ergo non stat addere entitatem, & non addere perfectionem. Probo maiorem: entitas modalis additur vt Deum constituat in actu secundo volentem creaturas existentes, quod non præstat volitio necessaria formalitèr; seu Deus constituitur volens per tendentiam actualem vitalem affectivam in obiectum volitum: ergo entitas illa addit actualem tendentiam vitalem in obiectum, sed actualis tendentia vitalis, est actualitas: ergo non stat superadditio entitatis absque superadditione actualitatis.

78 Secundo. Secundo: eo ipso, quod decretum liberum Dei constituatur entitate superaddita, qua reddatur voluntas divina volens libere creaturas, volitio necessaria Dei inō est infinita in linea volitionis vt sic, sed tantū in linea volitionis necessarię: ergo eo ipso non est ratione sui formaliter infinitè perfecta in omni genere volitionis. Consequentia tenet: nam ideo asseritur, continere formaliter omnem perfectionem volitionis, quia est formaliter infinita in omni linea volitionis: nec aliunde potest probari. Antecedens autem probatur, infinitum formalitèr in omni linea volitionis, est formalitèr omnis volitio; sicut infinitum formalitèr in linea intellectus, est omnis intellectus non dicens imperfectionem formalitèr, & sic de aliis prædicatis; sed eo ipso quod hæc modalis entitas superaddita ad perfectiones necessarias assignetur pro forma constituente decretum liberum, volitio necessaria non est ratione sui formaliter omnis volitio, non dicens imperfectionem: ergo eo ipso volitio necessaria non est ratione sui formalitèr infinita in omni linea volitionis. Probatur minor; volitio necessaria non est ratione sui formaliter entitas illa modalis; cum distinguatur virtualitèr ab illa, & per rationem formalitèr; sed entitas ista modalis, est actualis volitio, non dicens imperfectionem: ergo volitio necessaria non est ratione sui formalitèr omnis volitio.

79 Tertio. Tertio reijcitur argumentum è converso formando: volitio necessaria Dei, iuxta solutionis doctrinam, est formaliter infinita in genere volitionis, & non tantum in genere volitionis necessarię, alias non deberet formaliter continere omnem perfectionem generis, sed tantum speciei, aut quasi speciei, in qua infinita assereretur; & tamen infinitas ista non obstat, quin entitas illa modalis superaddat rationem volitionis supra volitionem

Digitized by Google

necessariam: ergo pariter, quod infinita sit formaliter in ratione perfectionis generis volitionis actualis, nequit obstare, quominus entitas illa modalis superaddat perfectionem.

80 *Dices.* Si dicas, probabilis est sententia docens, relationes originis esse, vnam intellectionem notionalem formaliter, & alteram formaliter volitionem, & consequenter tendentiam affectivam superadditam volitioni absolutę; & tamen probabiliter etiam docetur, relationes divinas non addere relativam perfectionem, nec ratione illius, quod addunt ad lineam absolutam exprimere perfectionem: ergo ex eo quod entitas modalis libera, & defectibilis addat ad volitionem necessariam rationem actualis tendentię affectivę ad creaturas existentes, non sequitur, addere perfectionem.

Confir. 1. Quod amplius vrgetur: nam in sententia supposita, relatio spiratoris v.c. addit ad lineam absolutam, actualitatem; & tamen non addit perfectionem: ergo ex additione actualitatis nō sequitur perfectionis additio. *Secundo.* Et vrgetur secundo: nam in quacumque sententia, origines activæ, cum in actione consistant, addunt actualitatem supra lineam absolutam; & tamen in probabili, & frequentiori sententia Thomistarum, perfectionem non addunt: ergo ex eo quod entitas modalis actum liberum constituens, addat actualitatem supra volitionem, non sequitur addere perfectionem.

81 *Resp. 1.* Respondeo, posse duas sententias esse seorsim probabiles, & simul sumptas incomposibiles in probabilitate, nec sententia negans perfectiones relativas, est adeò certa, vt cum omnia alia sententia debeat componi: vndè quamvis sit probabile, quod Paternitas v.c. sit intellectio relativa notionalis, & sit etiam probabile, quod non dicat perfectionem distinctam à perfectionibus absolutis, non sequitur, vtramque sententiam esse copulativè probabilem. Et per hoc ad primam confirmationem constat solutio.

Ad 1. cōfirm. constat solutio.

Ad 2. Ad secundam, nego maiorem: nam licèt origines activę consistant in actione, non tamen in actione distincta pro recto ab actibus absolutis, sed in actibus absolutis, connotatis relationibus: vndè quamvis sint operationes, non tamen sunt operationes distinctę ab actibus absolutis, nec supra illos addunt actualitatem.

82 *Secundo respōderi potest.* Vel secundo responderi potest, quod sicut peculiare est in linea relativa, quod entitatem addat, & non addat perfectionem; quia non exprimit ordinem ad existentiam: ita est peculiare in hac linea, vt nec tendentia actualis intellectiva, aut volitiva, nec similiter actualitas, dummodò sint relativę, ratione illius, quod addunt ad lineam absolutam perfectionem dicant. Et sicut ista consequentia non valet: *Entitas relativa ratione sui perfectionem non dicit: ergo neque entitas necessaria absoluta:* ita similis consequentia non tenet: *Tendentia affectiva relativa, vel relativa actualitas ratione sui perfectionem non dicit: ergo nec illam dicit tendentia affectiva absoluta.*

§. V.
Statuitur vera sententia.

83 *Prima cō clusio.* REfutatis iam aliorum modis dicendi, quod in hac parte haud difficile est, ad id quod difficillimum, & fere impossibile Theologis semper fuit visum; nempè, veram pronuntiare sententiam, illamque propugnare, opportet accedamus. Pro cuius explicatione dicendum est primo: *Actum liberum non superaddere ad perfectiones necessarias Dei perfectionem, aut entitatem, ratione ab illis distinctam.* *Probatur* Conclusio ista ex dictis in discursu disputationis aperte colligitur, & ostenditur breviter: id, quod actus liber superaddit ad perfectiones necessarias, potuit Deo non convenire; sed nulla perfectio, aut entitas potuit Deo non cōvenire: ergo non addit ad perfectiones necessarias perfectionem, aut entitatem. Discursus tenet. Minor constat ex dictis §. præcedenti. Maior autem probatur: id quod actus liber supra necessarium addit, vel est denominatio volentis creaturas, vel forma vt tribuens talem denominationem; sed tàm denominatio, quàm forma vt illam tribuens, potuerunt deficere Deo, nempè, si voluisset, quod noluit, aut noluisset quod voluit, aut à volitione, & nolitione libera suspensus maneret, quod plures docent posibile: ergo id quod actus liber addit ad necessarium, potuit Deo non convenire.

84 *Secunda conclusio.* Dicendum secundo: *Non superaddere solum terminum; nec solum respectum rationis.* *Probatur* Probatur, superaddit id, à quo, vt à forma, vel vt à complemento formę provenit denominatio libere volētis creaturas; at hæc denominatio, nec à termino, seu obiecto libere volito, nec à respectu rationis sumitur tanquam à forma, vel complemento formę directo: ergo actus liber non superaddit ad perfectiones necessarias solum terminum vel obiectum nec solum respectum rationis.

85 *Tertia cō clusio.* Dicendum est tertio: *Actum liberum superaddere ad perfectiones necessarias terminationem ratione distinctam in ratione termina-*

Digitized by Google

minationis, & prout sic defectibilem, ac proinde actum liberum consistere in actualitate actus necessarij, vt ad creaturas libere terminata. Substantiam huius conclusionis, etsi non ita explicatam tenent omnes Discipuli D. Thomę circa præsentem articulum, & docuerunt Capreolus, & Ferrara vbi supra, asserentes, constitui per respectum rationis, non pro formali, sed pro fundamento quod quidem fundamentum nihil aliud esse potest, quam actualitas actus necessarij prout ad creaturas libere terminata, quod Ferrara expresse docuit illis verbis: *Licet enim velle diuinum sit in se necessarium, quod tamen ad creaturas terminetur, est voluntarium, & liberum.* Iuxta illam etiam explico sententiam Caietani, qui licet asseruerit, consistere in perfectione libera, interpretandus est de perfectione libera, & potente deficere, non in ratione perfectionis, sed in ratione terminationis. Denique eandem sententiam sequuntur Suarez *disputatione trigesima metaphysicæ, sectione septima, numero trigesimoquinto, & sequentibus.* Et Illustrissimus Auraujo *lib.12. metaphysicæ, quæst.4 art.1.* quibus, omnes illos adiungere possumus, qui etsi ad extrinsecum obiectum confugiant, non tamen pro forma, adhuc partiali divini decreti, constituunt, sed solum in obliquo, & terminativè docent ingredi decreti constitutionem.

Mens Discipulorum D. Thom. explicatur.

86 *Prob. 1. ex D. Th.*

Illam obstendo primo ex D. Thoma *lib.1. Contra Gentes, cap 82. ad finem*, illis verbis: *Voluntas namque sua vno, & eodem actu, vult se, & alia, sed habitudo eius ad se est necessaria, & naturalis; habitudo autem eius ad alia, est secundum conuenientiam quãdam, non quidem necessaria, & naturalis, neque violenta, aut innaturalis, sed voluntaria, &c.* Vbi nomine *habitudinis* non intelligit habitudinem veram, aut transcendentalem, aut prædicamentalem, sed realem terminationem, quę à nobis adinstar habitudinis concipitur, & significatur. Quod probo: nomine namque habitudinis volitionis Dei ad suam bonitatem, non intelligit habitudinem veram, sed terminationem volitionis Dei ad illam, adinstar habitudinis à nobis conceptam, & significatam; alias volitio necessaria Dei constitueretur per respectum rationis, quod nullus dixit: ergo pariter, nomine habitudinis volitionis Dei ad creaturas, non intelligit veram habitudinem, sed veram terminationem adinstar habitudinis à nobis conceptam, & de hac asserit voluntariam esse, & consequẽter potuisse deficere: sentit ergo actum liberum supra necessarium addere realem terminationem, defectibilem sub conceptu terminationis, & in hac terminatione terminatiuè defectibili, & indefectibili entitatiuè consistere.

87 *Secundo prob. ratione.*

Secundo hac ratione: constitutum decreti liberi Dei potuit deficere secundum aliquam rationem intrinsecam; sed non sub conceptu intrinsecę perfectionis, nec intrinsecę entitatis, vt probatum reliquo: ergo sub conceptu intrinsecę terminationis; & consequenter illam addit supra perfectiones necessarias Dei, & in illo consistit. Maiorem ostendo primo, potuit Deo deficere sub ea ratione, qua ipsum constituit volentem creaturas existentes, aut futuras; sed Deum sic volentem constituere, est aliquid intrinsecum ipsi, vt manet probatum: ergo potuit deficere secundum aliquam rationem intrinsecam Deo. Secundo, effectus, seu quasi effectus divini decreti potuit non esse in Deo secundum aliquam rationem intrinsecam: ergo forma nempè, decretum præstans prædictum effectum, vel quasi effectum formalem, deficere potuit secundum aliquam rationem intrinsecam. Antecedens constat, Deum namque esse libere volentem creaturas; quod est effectus vel quasi effectus formalis decreti, est aliquid Deo intrinsecum, & potuit, non esse in Deo.

88 *Cõsequentia probatur.*

Consequentia autem ostenditur primo: nam si iste effectus, vel quasi effectus formalis, non obstante, quod sit aliquid diuinum, & cum perfectionibus necessarijs intime identificatum; potuit de esse Deo secũdum aliquam rationem intrinsecam, nec etiam obstare potest in forma præstãte illum, quod diuina, & increata sit, & identificata cum alijs perfectionibus diuinis, quominus de esse potuerit secundũ aliquem conceptum intrinsecum. Secundo: nam à forma sub omni conceptu intrinseco necessaria non potest præstari effectus formalis voluntarius, liber, & potens deficere secundum conceptum intrinsecum. Tertio; quia effectus formalis nihil aliud est, quam forma subiecto communicata: ergo si effectus formalis, est potens deficere secundum aliquam rationem intrinsecam, forma vt subiecto cõmunicata, secundum aliquid intrinsecum debet deficere.

Secundo.

Tertio.

Confirm.

Et augetur difficultas, decretum liberum, est Deo ratio cognoscendi creaturas existentes aut futuras, secundum aliquam rationem intrinsecam, sed non secundum rationem intrinsecam, quoad intrinseca necessariam: ergo quoad intrinseca liberam, & consequenter potentem, quoad intrinseca deficere.

89 *Dices.*

Dices, quod licet ratio cognoscendi crea-

Digitized by Google

creaturas exiſtentes, & futuras ſit intrinſeca Deo, non requiritur eſſe liberam, & defectibilem ſecundum rationem intrinſecam, ſed ſufficit eſſe defectibilem, ex parte illius, quod terminativè, & in obliquo importat. Sed contra, ratio cognoſcendi creaturas exiſtentes, & futuras, debet eſſe libera ſub ea ratione, & conceptu, ſub quo eſt ratio cognoſcendi illas; ſed non eſt ratio cognoſcendi formalitas intrinſeca ſecundum id quod in obliquo, & extrinſecè importat, ſed ſecundum id, quod dicit in recto, & intrinſecè: ergo vt ſic debet eſſe libera, & defectibilis. Maior conſtat, nam quod in obliquo importat, eſt creatura exiſtens vel futura; ſed hæc non eſt Deo ratio cognoſcendi, ſed tantum obiectum cognitum: ergo decretum liberum non eſt Deo ratio cognoſcendi creaturas, ſecundum id, quod in obliquo, & extrinſecè importat. Maior etiam non minus nota videtur, ſi namque ſub ea ratione, qua eſt medium cognoſcendi creaturas, non ſit libera, ſed neceſſaria, non erit medium liberę, ſed neceſſarię cognitionis.

Contra.

Denique ſuadetur concluſio, defectibilitas terminationis intrinſecę ſub conceptu intrinſecę terminationis abſque defectu entitatis, & perfectionis, nullam ponit imperfectionem in Deo, & aliàs illa admiſſa, ſalvatur optimè libertas volitionis divinę: ergo admitti debet iſta defectibilitas. Conſequentia cum minori tenet. Maior autem præter quam quod ex obiectionũ ſolutione conſtabit, probatur: ſolus enim perfectionis defectus imperfectio eſt: ſed defectibilitas illa, vt ſic conſtituta, nec perfectionis, nec entitatis defectum importat: nullam ergo imperfectionem Deo repugnantem includit; & conſequenter eſt admittenda.

90 *Tertio prob. cõcluſio.*

§. VI.

Traditur vera rationis dubitandi ſolutio.

RATIO dubitandi §. 1. propoſita, erat: actus liber ex proprio cõceptu petit, quod deficere poſsit, nihil Deo intrinſecum potuit deficere: ergo in prædicato Deo intrinſeco, non poteſt adæquatè conſiſtere. Cui argumento variè occurritur ab Auctoribus noſtrę ſententię: verior tamen illius ſolutio ex dictis habetur ſub hac forma tradenda, conceſſa maiori, diſtinguendo minorem: nihil Deo intrinſecum potuit non eſſe, aut deficere ſub conceptu entitatis, & perfectionis, concedo minorem: ſub conceptu terminationis, nego minorem, & conſequentiam; quę ſolutio ex dictis manifeſta videtur. Cæterum contra illam, vaidum argumentorum agmen occurrit, e. quorum ſolutione magis illius veritas illuſtrabitur.

91 *Rationi dubitandi reſp. in forma.*

Primo ſic arguitur: terminatio illa, adhuc ſub conceptu terminationis eſt entitas divina intrinſeca Deo; ſed potuit deficere, aut non eſſe in Deo ſub conceptu terminationis: ergo etiam potuit deficere ſub conceptu intrinſecę entitatis, vel ſi ſub conceptu entitatis non potuit deficere, aut non eſſe in Deo, neque etiam ſub conceptu terminationis deficere potuit. Vidit hoc argumentum noſter Albelda, & reſpondet, terminationem illam potuiſſe non eſſe in Deo, non pro eo quod importat in recto, ſed ſolum ex parte obiecti materialis de connotato importati.

92 *Arg. 1.* *Reſpõdet Albelda.*

Quod ſi illi obijciatur primo: deficiente obiecti, deficit etiam terminatio ad illud pro eo quod importat in recto: ergo non ſtat potuiſſe deficere obiectum terminationis liberę, conſtituentis decretum, & non potuiſſe terminationem deficere ſecundum aliquid, quod importat in recto.

93 *Si obijciatur illi.*

Reſpondet, verum eſſe antecedens, quando obiectum eſt primarium; ſecus autem quando eſt ſecundarium, materiale, & inadæquatum: creatura autem, quę deficere potuit, eſt ſecundarium, materiale & inadæquatum obiectum prædictę terminationis; & ideò ex defectu illius non arguitur defectus, aut potentia deficiendi talis terminationis, pro eo quod dicit in recto. *Reſpõdet*

Si opponatur ſecundo, denominatio libere volentis non provenit ab obiecto, ſed ab actu voluntatis divinę, ſecundum ſibi intrinſeca, & quę importat in recto: ergo ſi nihil deficit, aut poteſt deficere ex his, quę importat in recto, nec denominatio poteſt deficere. Reſpondet, quod licet dicta denominatio non proveniat ab obiecto vt à forma, provenit tamen ab illa, vt à connotato extrinſeco neceſſario requiſito, vt talis denominatio detur; ac proinde illo deficiente, non ſtat, denominationem ſubſiſtere, non ex defectu alicuius intrinſeci, nec eſt defectu extrinſeci cõcurrentis ad denominationem illam vt forma, ſed per modum termini connotati ad denominationem illam exacti.

94 *Si obijciatur 2.* *Reſpõdet*

Si opponatur tertio, denominatio ab aliqua forma proveniens, nihil aliud eſt, quam effectus formalis; ſed non ſtat, adæquatam formam exiſtere in ſubiecto capaci abſque omni ſuo effectu formali: ergo ſi adæquata forma denominationis liberę volentis in Deo, eſt aliquid ipſi in-

95 *Si opponatur 3.*

intrinsecum, vt deficiat, aut possit denominatio deficere, necessarium est, quod deficiat, aut possit deficere aliquid intrinsecum in Deo, vel si potest denominatio deficere absque defectibilitate alicuius intrinseci, solo deficiente extrinseco, non est adæquata forma dictæ denominationis prædicatu Deo intrinsecum, sed conflatum extrinseco, & extrinseco Respondebit, in effectibus formalibus absolutis, posita forma adæquata in subiecto capaci, necessario explicari in omnem suum effectum formalem quādo verò effectus connotativè sunt alicuius extrinseci, nō ita contingere, sed præter formam, & subiectum capax, requiri connotatum extrinsecum, non vt formam, nec vt partem formæ, sed vt connotatum creatum vt forma in omnem suum effectum formalem, & denominationem se explicet.

Respōdet

96 *Solutio impugnatur. 1.*

Hæc solutio absque dubio est probabilis, mihi tamen difficilis redditur primo; propter ea quę diximus confirmantes tertiam conclusionem. Secundo, nam terminatio illa libera sub conceptu terminationis intrinsecæ, est connexa cum obiecto materiali: ergo illa deficiente, debet deficere, quoad aliquid sibi intrinsecum. Probo consequentiam: creaturæ namque nō sunt obiectum formale primarium, aut specificativum omnipotentiæ divinæ in communi Thomistarum sententia, sed secundariū & materiale, & tamen quia omnipotentia est intrinsecè cum illis connexa, qualibet creatura possibili, reddita repugnante, omnipotentia deficeret secundum intrinseca prædicata, vt docent omnes Thomistæ *supra quæstione decima quarta, articulo quinto, & sexto*: ergo quod creaturæ existentes sint obiectum materiale terminationis liberæ actus voluntatis divinæ, non impedit, quominus ex illarum defectu inferatur defectus prædictæ terminationis, secundum aliquid sibi intrinsecum.

Secundo.

97 *Si dicas.*

Nec refert si dicas, omnipotentiam esse intrinsecè connexam cum possibilibus in particulari, nedum quoad denominationem potentis, verum etiam quoad esse entitativum: terminatio verò libera actus voluntatis divinæ solum est connexa cum creaturis existētibus, quoad denominationē absque connexione entitativa; & ideò defectus possibilium argueret defectum omnipotentiæ secundum prædicata intrinseca; defectus autem existentiæ creaturarum non arguit defectum alicuius prædicati intrinseci in decreto Dei libero.

98 *Contra 1.*

Non inquam refert, primo, quia non stat, decretum liberum connecti cum creaturis existentibus quoad denominationē volentis, & non connecti cum illis, quoad aliquid sibi intrinsecum: ergo ex illarum defectu colligitur defectus decreti, quo ad aliquid illi intrinsecum. Probo antecedēs, denominatio volentis est denominatio realis intrinseca: ergo connexio quoad denominationē volētis, est connexio quoad intrinsecum: & consequentèr non stabit, decretum liberum connecti cum suo obiecto, quoad denominationem volentis; & non connecti cum illo, quo ad aliquid sibi intrinsecum.

99 *Secundo.*

Secundo, non enim aliunde colligi potest, omnipotentiam esse necessario connexam cum creaturis possibilibus in particulari secundum aliquid sibi intrinsecum in recto importatum, nisi quia est cum illis necessario connexa quoad denominationem potentiæ, quæ est denominatio intrinseca, sed decretum Dei liberum, est necessario connexum cum suo obiecto materiali quoad denominationem volentis, quæ est denominatio intrinseca: ergo est cum illis connexum quoad aliquid sibi intrinsecum importatum in recto.

100 *Tertio ex alio capite impugnatur Solutio Magistri Abelde.*

Deinde doctrina solutionis traditæ, ex alio capite mihi redditur difficilis nempè, quia denominatio libere volentis in, Deo prior est obiecto libere volito, cum sit causa illius, & causa, sit prior effectu: ergo pariter defectus denominationis volentis libere in Deo, prior est defectu obiecti libere voliti. Tùm sic: ergo defectus denominationis libere volentis in Deo non sumitur à priori ex defectu existentiæ, aut futuritionis creaturæ terminantis liberam volitionem. Patet hæc consequentia: nam defectus causę non sumitur à priori ex defectu effectus, sicut non sumitur à priori ab existentia effectus affirmatio existentiæ causæ; sed defectus talis denominationis habet rationem aliquam à priori: ergo ad defectum denominationis adstruendum, vel illius possibilitatem, non bene recurritur, vel saltim non sufficienter, ad defectum, aut certam possibilitatem, obiecti terminantis decretum liberum Dei.

101 *Vera solutio argumenti.*

Vnde hac solutione in sua probabilitate relicta, ad argumentum factum respondeo, claritatis gratia, distinguendo maiorem est entitas divina explicitè absque distinctione virtuali ab illa, nego maiorem: implicite, & ab illa virtualiter distincta, concedo maiorem & concessa minori, nego consequentiam: itaque quamvis terminatio libera sub conceptu terminationis sit implicitè entitas divina, non tamen explicat conceptum entitatis divinę, ab illaque distinguitur virtuali distinctione, quæ distinctio sufficiēs est, vt quamvis deficiat, vel possit deficere sub conceptu terminationis, non deficiat, nec possit deficere sub con-

conceptu entitatis; ſicut quamvis de formitas peccati implicitè importet conceptum entitatis poſitivę, quia tamen prædictum conceptum non explicat, ab illoque diſtinguitur penes implicitum, & explicitum, ſtat optimè, deformitatem peccati cauſari à Deo ſub conceptu entitatis, quin ab illo cauſetur ſub conceptu deformitatis; vnde ſicut iſta conſequētia non tenet; *deformitas peccati ſub conceptu deformitatis eſt entitas poſitiva, ſed omnis entitas poſitiva cauſatur à Deo: ergo deformitas ſub conceptu deformitatis cauſatur à Deo*; ita, & ob ſimilem defectum, non tenet conſequentia facta.

102 *Dices,* Sed dices; terminatio iſta libera, eſtò nō explicet, implicat tamen conceptum entitatis realis, vt prædicatū ſuperius per tranſcendentiam: ergo non ſtat, deficere ſub conceptu terminationis, & non deficere ſub conceptu entitatis. Antecedens videtur certum; nam ſicut ens creatum tranſcendit omnes entitates, formalitates, & modos in creaturis repertos: ita ens divinum in omni divino prædicato per tranſcendentiam includitur. Conſequentia autem probatur primo: nam deficiēte ratione inferiori, neceſſarium eſt, quod deficiāt omnia prædicata ſuperiora. Secundo: nam filiatio divina non explicat; ſed tantum implicat conceptum entitatis divinæ, & tamen quia ſub conceptu filiationis deficit Patri, deficit etiam illi ſub conceptu entitatis: ergo ſi terminatio libera includit per tranſcendentiam conceptum entitatis divinæ, non ſtat, poſſe deficere ſub conceptu terminationis, & non deficere ſub conceptu entitatis.

103 *Reſpond. ad 1. probationē.* Reſpondeo, conceſſo antecedenti, negando conſequentiam: ad primam probationem, diſtinguo antecedens: quando prædicatum ſuperius finitum eſt, & multiplicatum in inferioribus, concedo antecedens: quando eſt infinitum, & non multiplicatum in illis, nego antecedens, & conſequentiam: nam entitas divina, quæ in terminatione libera implicata invenitur, infinita eſt, & eadem re, & ratione cum entitate divina in terminatione neceſſaria implicata, & ideò licet deficiat libera terminatio illam implicans, manet omninò indeficiens ſub conceptu entitatis in terminatione neceſſaria. *Ad 2.* Ad ſecundam diſtinguo maiorem implicat, & multiplicat, cōcedo maiorem implicat abſque multiplicatione, nego maiorem, & conceſſa minori, nego conſequentiam. Itaque in filiatione divina implicatur caritas divina, & multiplicatur, ratione oppoſitionis relativæ, & ideò non ſtat filiationem non convenire Patri, quin ei non conveniat entitas divina in filiatione implicata, in noſtro autem caſu implicatur, & non multiplicatur, adhuc per rationem entitas divina in terminatione neceſſaria, & terminatione libera; ſed eadem divina entitas, etiam ratione, in vtraque terminatione implicata invenitur, & ideò ex defectibilitate terminationis liberæ ſub conceptu terminationis, nō ſequitur defectibilitas ſub conceptu entitates.

104 *Dices,* Dices, non ſtat multiplicari per rationem differentias contractivas, quin ratio communis per rationem in ipſis multiplicetur; ſed terminatio libera differt ratione à terminatione neceſſaria: ergo entitas divina in terminatione libera incluſſa, ratione diſtinguitur ab entitate divina in terminatione neceſſaria incluſſa. *Reſpond.* Reſpondeo primo, concella maiori, diſtinguendo minorem: terminatio libera differt ratione à terminationem neceſſaria, diſtinctione ſpecifica, aut quaſi ſpecifica, & diſtinctæ differentiæ, nego minorem: diſtinctione ſecundarij exercitij à primario ab eadem forma provenientium, concedo minorē: & nego conſequentiam: non enim differunt terminatio libera, & neceſſaria tanquam duæ differentiæ conſtituentes duas ſpecies, ſed quaſi duo exercitia, quorum primarium eſt terminatio neceſſaria, ſecundarium, terminatio libera, & vtrumque ab eadem forma; & conſequentèr ab eadem entitate præſtatur.

105 *Reſp. 2.* Secundo reſpondeo, diſtinguendo maiorem: quando ratio communis infinita nō eſt, concedo maiorem: quādo infinita eſt, nego maiorem; & conceſſa minori, nego conſequentiam: nam ſicut natura divina propter ſui infinitatem identificatur realitèr, imò, & ratione noſtra includitur in divinis relationibus, quæ realitèr diſtinguuntur, quin in illis realitèr multiplicetur: ita ratio entitatis divinæ poterit per tranſcendentiam in terminationibus ratione diſtinctis includit, quin in illis multiplicetur ratione.

106 *Inſtabis.* Sed inſtabis, ſequitur ex hac ſolutione, attributa divina non diſtingui in ratione entitatis, nec entitatem divinam ratione in illis multiplicari; conſequēs eſt falſum: ergo, & ſolutio. Fallitas conſequentis conſtat. Tùm, quia attributa addunt entitatē, imò, & perfectionem, ad divinam eſſentiā, quæ entitatis, & perfectionis additio, non ſtat abſque multiplicatione entitatis. Tùm etiam: nam entitas divina tranſcendens multiplicatur realitèr in divinis relationibus, quia relationes realitèr diſtinguuntur; ſed divina attributa diſtinguuntur virtualiter, & ratione ratiocinata: ergo entitas divina tranſcendens multiplica

tur

suè virtualitèr in illis. Sequela probatur, nàm terminatio libera virtualitèr,& ratione distinguitur à terminatione necessaria, & tamen asserimus entitatem divinã transcendentem non multiplicari in istis terminationibus virtualitèr, & ratione, quia est infinita: ergo quamvis attributa distinguãtur inter se virtualitèr, & ratione ratiocinata, entitas divina in attributis inclusa, ratione suæ infinitatis non multiplicabitur virtualitèr in illis.

107 *Respond.* Respondeo, negando sequelam: nam licet infinitas rationis transcendentis sit sufficiens ratio, vt quandoque multiplicatis differentijs, aut modis contractivis, ratio ipsa transcendens non multiplicetur in illis; non tamen positivè petit numquam multiplicari, sed quandoque etiam multiplicari permittit. Ratio autem cur attributa addant entitatem ratione distinctam ab entitate naturę divinæ, & ratio entis divini in illis per rationem multiplicetur, secus autem in nostro casu contingat, est, quia attributa, v. c. intellectus, & voluntas sunt necessaria naturæ divinæ: vndè illis deficientibus aliqua ratio entis naturę divinæ deficeret: ex quo infertur, addere entitatem ratione distinctam ab entitate naturæ divinæ: terminatio autem libera, necessaria non est ad esse, aut ad benè esse divinæ entitatis, & indè colligimus non addere entitatem supra entitatem actus necessarij, nec rationem entis divini in terminatione libera, & necessaria multiplicari virtualitèr, & per rationem.

§. Vltimus.

Cætera argumenta diluuntur.

108 *Secundo arguitur.* SEcundo contra resolutionem nostram arguitur, modus realis defectibilis entitativè, aut in ratione entitatis, dicit imperfectionem: quo circa illum relegavimus à constitutione decreti §. 4. ergo etiam terminatio intrinseca, in ratione terminationis intrinsecæ defectibilis, imperfecta debet censeri, & consequentèr relegandà erit à constitutione decreti.

Respond. Respondeo, concesso antecedenti, negando consequẽtiam: & ratio discriminis est: nam eo ipso, quod modus realis, quoad suam entitatem deficere posset, non esset identificatus cum sua existentia, neque esset ens à se, sed ab alio, & consequentèr creatura, vt contra Fonsecam, & Salas arguebamus supra. Ex eo autem, quod terminatio intrinseca possit deficere sub conceptu intrinsecæ terminationis, non deficiente sub conceptu entitatis, non sequitur, non esse ens à se, nec cum sua existentia non identificari; ac proinde nulla imperfectio colligitur ex ista defectibilitate.

109 *Dices.* Sed dices: ex eo quod modus, quem Fonseca, & Salas superaddebant, debeat esse entitativè ens à se, colligimus, fore entitativè indefectibilem, & è contra, ex eo quod essent entitativè defectibilis, non fore ens à se, sed ab alio: ergo ratio entis à se defectibilitatem excludit; sed terminatio libera sub conceptu terminationis est ens à se, identificatum cum sua existentia: ergo est indefectibilis etiam sub conceptu terminationis, vel si sub isto conceptu potest deficere, sub illo non est à se, sed ab alio, & consequentèr imperfectionem dicit.

Respond. Respondeo, concesso antecedenti, distinguendo consequens: excludit defectibilitatem sub conceptu entitatis, concedo consequentiam: sub omni conceptu implicante conceptum entitatis, nego consequentiam: sicut enim ex eo, quod omnis formalitas extra Deum sit ens ab alio, rectè colligitur, debere causari à Deo sub conceptu entitatis; non verò infertur, debere causari à Deo sub omni conceptu implicante conceptum entitas: ita ex eo quod omnis divina formalitas sit ens à se, benè infertur, debere esse indefectibilem sub conceptu entitatis; non autem colligitur debere esse indefectibilem sub omni conceptu implicante conceptum entitatis à se: ex quo solum infertur, terminationem liberam esse indefectibilem entitativè; non autem quod sit indefectibilis terminativè, & sub conceptu terminationis.

110 *Tertio arguitur.* Tertio arguitur, si terminatio intrinseca potuit deficere Deo, sub conceptu intrinsecæ terminationis, sequitur, potuisse Deum aliter intrinsecè realitèr se habere; & consequentèr mutari, consequens est falsum: ergo, & nostra resolutio. Probatur sequela: alietas intrinseca consistit, vel in acquisitione formę intrinsecæ, vel in eius carentia; sed potuit Deus terminatione intrinseca libera, quam de facto habuit, carere, si mundum v. c. noluisset producere: ergo potuit alitèr intrinsecè se habere, & consequentèr realitèr intrinsecè mutari.

Respond. Respondeo, negando sequelam: ad probationem distinguo maiorem: in acquisitione, aut carentia formę sub conceptu entitatis, concedo maiorem: sub conceptu implicante conceptum entitatis, nego maiorem: & sub eadem distinctione minoris, nego consequentiam: nam mutatio est transitus de non esse ad esse; & consequentèr petit convenientiam, vel carẽtiam formæ sub conceptu essendi, ac proinde sub conceptu entitatis: cum ergo terminatio libera constituatur à nobis defectibilis sub conceptu terminationis, & indefectibilis sub conceptu entitatis consequens sit, ex

tali

tali positione, nec mutationem tolligi, nec possibilitatem intrinsecæ alietatis in Deo; qualiter autem physica mutatio inferatur ex eo, quod Deus denovo in tempore inciperet velle, constabit ex dicendis circa articulum septimum.

111 *Quarto arguitur.* Quarto arguitur; nam sequitur ex nostra sententia, terminationem liberam realiter distingui à terminatione necessaria; consequens est falsum: ergo, & eius doctrina. Sequela probatur; separabilitas est signum distinctionis: ergo separabilitas realis est signum distinctionis realis: sed terminatio libera, est separabilis realiter quoad intrinseca, à terminatione necessaria cum potuerit realiter, quoad intrinseca Deo non convenire; & terminatio necessaria essentialiter ipsi conveniat: ergo realiter ab illa distinguitur.

Respond. Respondeo, negando sequelam: ad probationem, concesso antecedenti, distinguo consequens: separabilitas realis entitativa, vel sub conceptu entitatis, concedo consequentiam: non entitativa, sed terminativa, vel sub conceptu terminationis implicantis conceptum entitatis, nego consequentiam, & sub eadem distinctione minoris subsumptæ, nego secundam consequentiam.

112 *Dices.* Sed dices, sequi existã solutione terminationem liberam, distingui distinctione reali formali à terminatione necessaria; consequens est falsum. Tùm, quia distinctio ista frequentius à Discipulis D. Thomæ negatur. Tùm etiam, quia ellò admittatur possibilis, non tamen conceditur inter prædicata divina ergo ruit nostra solutio. Probatur sequela, separabilitas realis entitativa, est signum distinctionis realis entitativæ: ergo separabilitas realis formalis arguit distinctionem realem formalẽ; sed terminatio libera, vt separabilis à terminatione necessaria, separatione reali formali; ergo distinguitur ab illa distinctione reali formali.

113 *Resp. aliqui.* Non desunt, qui concedentes actum liberum addere ad necessarium formalitatem realem, quamvis non entitatem, aut realitatem, obiectioni respondeant, ad realem formalem separabilitatem sufficere virtualem distinctionem formalitatum: vnde ex hoc, quod formalitas libera sit separabilis sub conceptu formalitatis à terminatione necessaria, tantum sequitur, distingui ab illa distinctione virtuali formalitatum, non autem distinctione actuali formali; sicut ex hoc, quod natura divina entitativè Patri conveniat, & filiatio entitative negetur de Patre, tãtum infertur inter essentiam, & filiationem distinctio virtualis entitativa, vel entitatum, non autem distinctio actualis entitativa.

Sed contra istam solutionem, obstat, sequi ex illa, sufficere ad separabilitatem realem entitativam distinctionem virtualem entitatum, nec requiri distinctionem realem actualem; consequens est falsum: ergo, & tradita solutio. Falsitas consequentis constat primo; nam ad hoc præfari Authores asserunt, terminationem liberam addere formalitatem, non verò entitatem ne cogantur fateri, entitativè actualiter distingui a terminatione necessaria; nam quod virtuali distinctione entitativa ab illa distingueretur, nullum est inconveniens. Secundo, quia alias, vt vnum ab alio procederet, non esset necessaria realis distinctio; consequens est falsum; alias posset realis personarum processio in divinis absque reali illarum distinctione defendi: ergo implicat realis entitativa separabilitas absque distinctione reali actuali, cum sola virtuali entitatum distinctione. Patet sequela: non enim videtur requiri maiorem distinctionem, vt salvetur realis processio, quam realis entitativa separatio; ergo si hæc potest stare absque entitativa distinctione actuali per solam distinctionem virtualem, poterit realis processio, subsistere absque reali distinctione.

114 *Contrà.*

Sequela verò probatur primo; nam vt communicetur entitas naturæ filio, & de illo negetur entitas Paternitatis sufficit virtualis entitativa distinctio: ergo si ab hoc exemplo rectè argumentamur ad realem separabilitatem formalitatum, cum virtuali solum formalitatum distinctione, debemus etiam colligere ad realem entitativam separabilitatem sufficere virtualem entitativam, aut entitatum distinctionem.

115 *Sequela prob. 1.*

Secundo: non enim minus arguit separatio formalis distinctionem formalitatũ, quam separatio entitativa distinctionem entitatum: ergo si ex separabilitate reali formalitatum, non colligitur distinctio formalitatum actualis, sed tantum virtualis, ex separabilitate reali entitativa non colligetur distinctio entitatum actualis, sed tantum virtualis.

Secundo.

Vnde hac solutione omissa, ad obiectionem respondeo, negando sequelam. Ad probationem, concesso antecedenti, & prima consequentia, nego minorẽ subsumptam; non enim addit actus liber supra necessarium formalitatem aliquam defectibilem sub conceptu formalitatis, sed solum terminationem defectibilem sub conceptu terminationis, & indefectibilem sub conceptu entitatis realis, & formalitatis. Tùm ob nuper dicta. Tùm etiam quia formalitas idem est quod realitas, & entitas. Vnde cum non addat entitas

116 *Vera solutio obiectionis.*

titatem, aut realitatem defectibilem sub conceptu entitatis, & realitatis, vt contra Fontecam, & Salas ostendimus, nec etiam addit formalitatem defectibilem sub conceptu formalitatis, sed est ipsa entitas realitas, & formalitas actus necessarij, vt libere terminata ad creaturas cum defectibilitate in ratione terminationis, & indefectibilitate in ratione perfectionis, entitatis, realitatis, & formalitatis.

117 *Vrgebis.* Sed adhuc vrgebis primo: actus liber addit supra necessarium aliquid reale: ergo addit aliquam quidditatem realem: ergo aliquam essentiam; & consequentèr, aliquam entitatem, vel saltim formalitatem. *Secundo.* Secundo, id quod addit, non est nihil: ergo id quod addit est aliquid; non conflictum: ergo reale: ergo id, quod addit est aliqua essentia realis; & consequentèr est entitas addita sub conceptu entitatis, vel saltim formalitas addita sub ratione formalitatis. *Tertio.* Tertio: nam id quod addit, est aliqua essentia; aliàs esset nihil; sed id, quod addit, potuit deficere Deo: ergo potuit Deo aliqua essentia deficere; & consequentèr potuit Deo deficere aliqua intrinseca formalitas. *Quarto.* Quarto; nam id quod additur, distinguit actum liberum ab actu necessario: ergo constituit actum liberum in ratione liberi: nam idem est constitutivum, & distinctivum; sed quod aliquid constituit, debet esse aliqua essentia: ergo additur aliqua essentia; & consequentèr entitas, vel saltim formalitas.

118 *Resp. ad primum.* Respondeo ad primam obiectionem, *aliquid* esse passionem entitatis: vnde qualitèr prædicatur de aliquo *ens*, prædicatur etiam *aliquid*: sicut ergo terminatio libera est superaddita terminatio, & non superaddita entitas: quamvis illa terminatio, entitas, & realitas sit: ita etiam terminatio superaddita, est quidditas, non tamen quidditas superaddita sub ratione quidditatis, ex quo tàtum sequitur, de esse potuisse Deo aliquam realem quidditatem non sub conceptu quidditatis; sed sub conceptu terminationis. Et ex his ad secundam dicatur, *nihilo* non solum opponi exprimens, sed etiam imbibens quidditatem realem: quia ergo terminatio superaddita imbibit quidditatem realem, quamvis illam non explicet, nec superaddat non sequitur esse nihil. *Ad 3.* Ad tertiam, distinguo maiorem: est aliqua essentia superaddita, & distincta sub conceptu essentiæ ab essentia actus necessarij, nego maiorem: est aliqua essentia superaddita, & distincta sub conceptu terminationis, concedo maiorem: & sub eadem distinctione minoris, distinguo similitèr consequens, tem

Ad 2.

Ad vltimam, distinguo antecedens: distinguit actum liberum à necessario distinctione essentiæ ab essentia, nego antecedens: distinctione diversi exercitij eiusdem essentiæ concedo antecedens, & consequens: constituit actum liberum in ratione essentiæ, nego consequentiam: in ratione diversi exercitij eiusdem essentiæ, concedo consequentiam, & distinguo minorem subsumptam: quod constituit in essentia, concedo minorem: in exercitio essentiæ, nego minorem, & consequentiam. *Ad vltimum.*

119 *Quinto arguitur.* Quinto arguitur: id quod est Deus, necessario, & essentialiter est Deus; sed terminatio libera, est Deus: ergo est Deus essentialiter, & necessario; & consequentèr non potuit deficere etiam sub conceptu terminationis. *Respond.* Respondeo, distinguendo maiorem: sub conceptu entitatis, concedo maiorem: sub omni conceptu implicante conceptum entitatis, nego maiorem: & concessa minori, distinguo consequens: sub conceptu entitatis, concedo consequentiam: sub conceptu terminationis nego consequentiam. *Dices.* Sed dices, sub conceptu terminationis, est essentialitèr Deus ergo sub conceptu terminationis, est necessario Deus; sed quod est necessario Deus, necessario existit: ergo sub conceptu terminationis necessario existit. *Resp.* Respondeo, distinguendo consequens: necessario existit entitativè prædicta terminatio, concedo consequentiam: necessario existit terminatio terminativè, nego consequentiam.

120 *Instabis.* Instabis, terminatio terminativè accepta, necessario est Deus: ergo etiam terminativè accepta, necessario existit. Et confirmatur; nam sequitur, aliquid, de quo modò falsum est dicere, esse Deum, potuisse esse Deum; consequens videtur absurdum: ergo idem quod prius Probatur sequela: hæc propositio: *terminatio libera prosequutiua alterius mundi possibilis, est Deus*, modò est falsa, & potuit esse vera: ergo aliquid, de quo modo falsum est dicere, quod sit Deus, potuit esse Deus Antecedens pro prima parte probatur; hæc est falsa propositio: *terminatio libera prosequutiua alterius mundi possibilis, existit*: ergo hæc est falsa: *dicta terminatio est Deus.* *Respond.* Ad replicam respondeo, distinguendo antecedens: est Deus explicitè, nego antecedens: implicitè, concedo antecedens, & distinguo consequens: necessario existit terminativè, nego consequentiam: entitativè, concedo consequentiam. *Ad conf.* Ad confirmationem, nego sequelam; ad probationem, nego antecedens: ad illius probationem, distinguo antecedens: entitativè

sump

sumpta, nego antecedens: sumpta terminativè, & exercitè, concedo antecedens, & distinguo consequens eodem modo.

121 *Denique arguitur.* Denique arguitur: terminatio libera sub conceptu terminationis, exprimit perfectionem: ergo si potuit deficere sub conceptu terminationis, potuit deficere sub conceptu perfectionis. Probatur antecedens: exprimit exercitium voluntatis Dei, vt liberæ, sed Deum libere velle, perfectio est: ergo exprimit perfectionem. *Respond.* Respondeo, negando antecedens: ad probationem, distinguo minorem: Deum libere velle, est perfectio, ex parte actualitatis formæ constituentis Deum volentem libere, concedo minorem: ex conceptu liberæ terminationis, nego minorem, & consequentiam.

122 *Dices.* Sed dices, ex conceptu terminationis, est exercitium voluntatis Dei, vt liberæ; reducens illam de actu primo ad actum secundum: ergo ex conceptu terminationis, exprimit actualitatem vltimam voluntatis Dei vt liberæ, & consequenter exprimit perfectionem. Respondeo, distinguendo antecedens: de actu primo ad actum secundum entitativum, nego antecedens: terminativum, & de nominativum, concedo antecedens, & distinguo cõsequens: exprimit actualitatem entitativã, nego consequentiam: terminativam, & denominativam, cõcedo consequentiam: nam quando potentia libera non terminatur actu ad obiectum; non ex defectu entitatis, perfectionis, & actualitatis, sed ex defectu solius terminationis sub conceptu terminationis, terminatio, vt terminatio, licet exprimat rationem actualitatis denominativæ, non exprimit actualitatem entitativam, quæ perfectio est. Et hæc de ista Disputatione applicanda litteræ Magistri vbi præcedentes Disputationes. *Respond.*

DISPVTATIO QVADRAGESIMA NONA.

Quodnam sit obiectum formale motiuum, aut terminativum voluntatis divina?

§. I.

Deum prõpriam bonitatem necessario diligere, probatur.

1 *Deum se diligere, prob. 1.* IN hac disputatione, vt omninò certum, & extra controversiam supponimus, Deum se ipsum, suasque perfectiones diligere, non libere, sed necessario. Primam partem docuit D. Thom. *art.* 2. costatque manifesta ratione: Deus namque diligit omnia, quæ sunt, iuxta illud: *Diligis omnia, quæ sunt, & nihil odisti eorum, quæ fecisti*; sed Deus ipse, maximè est, iuxta illud: *Ego sũ, qui sum*, illique esse convenit per essentiã: ergo se ipsum maximè diligit. *Secundo.* Deinde: nã quod est Deo ratio diligendi alia, etiam ab ipso diligitur; sed divina bonitas, est Deo ratio diligendi cætera, vt docet Divus Thomas solutione ad secundum. & ex dicendis constabit: ergo diligit suam bonitatem. *Tertio.* Denique, nam amabile est bonum vnicuique proprium: ergo propria Dei bonitas, maximè amabilis est, & maximè ab illo diligitur.

Sed

2 Quid sentiant Albelda, & alij de ratione D. Thom.

Secundam partem docet D. Thom. *art.* 3. esseque intelligendum de necessitate, non tolum quo ad specificationem, sed etiam quoad exercitium; docent Albelda, Salmanticenses; & Illustrissimus Araujo idque ratione D. Thomæ convinci, ad hãc formam redacta: quælibet namque potentia ad suum obiectum primarium debite applicatum, omnique impedimento seclu so, fertur necessario non solum necessitate quoad specificationem, sed etiam quoad exercitium, & constat in visu respectu coloris, & in voluntate nostra respectu nostrę beatitudinis; sed obiectum formale primarium voluntatis divinę, est divina bonitas, illique cognitione clara intuitiva, & comprehensiva applicata, ipsique identificata, nec potest impedimentum adesse: ergo suam bonitatem Deus necessario diligit vtraque necessitate.

3 Quid Caietanus & Ferrara?

Cæterum Divum Thomam, vtramque illam necessitatem non intendisse ratione facta concludere, docent Caietanus *in præsenti artic.* 3. Ferrara *primo contra Gentes, cap.* 80. Et Bañez *circa istum articulum*, quos refert, & sequitur Nazarius controversia vnica, eo quod illam necessitatem probat Divus Thomas in divina volũtate erga bonitatem propriam ex necessaria habitudine voluntatis nostrę ad suum obiectum formale primarium, & specificativum; sed voluntas nostra ad suum obiectum primarium formale, & specificativum, etsi debite applicatum, & omni impedimento seclusо, non fertur necessario necessitate exercitij, sed solius specificationis: ergo ex vi istius rationis, non concludit D. Thomas; & consequenter nec intendit concludere necessitatem exercitij, sed tantum specificationis in amore proprię bonitatis.

4 Si dicas.

Nec refert si dicas, exemplum à Divo Thoma positum in nostra voluntate, non intelligi de beatitudine formali in communi, sed de beatitudine supernaturali consistente in Beatifica visione, & de Deo clare viso, qui est nostra beatitudo obiectiva; licet autem circa beatitudinem in communi non sit voluntas nostra necessitata, quoad exercitium, sed tantum quoad specificationem, erga Deum clarè visum vtramque necessitatem sortitur; & consequenter rectè illam Divus Thomas in divina voluntate concludit. Non inquam refert: nam Divum Thomam loqui de beatitudine nostra in communi, non autem de Deo clarè viso constat ex verbis adiunctis, ibi: *sicut, & quælibet alia potentia necessariam habitudinem habet ad proprium, & principale obiectum, vt visus ad colorem; quia de sui ratione est, vt in illud tendat*: ergo loquitur Divus Thomas de illa beatitudine, ad quam de sui ratione fertur voluntas creata; sed non fertur de sui ratione in beatitudinem supernaturalem, vt in sui proprium obiectum; benè tamen in beatitudinem in communi: ergo de illa loquitur Divus Thom.

Respond.

Censeo tamen probabilius, D. Thomam vtramque necessitatem intendisse, & probasse. Tùm, quia vtraque necessitas in amore Dei erga suam bonitatem reperitur: ergo D. Thomas, solam vnam intendens, & probans, diminutè processisset. Tùm etiam: nam loquitur de necessario absolutè, quod autem necessarium est, necessitate solius specificationis, non dicitur propriè necessarium absolutè: ergo loquitur de vtraque necessitate. Tùm tertiò: nam infra *art.* 10 probat, Deum respectu bonitatis propriæ liberum arbitrium non habere, quia necessario illam diligit, vt probaverat in præsenti *art.* 3. vbi se Angelicus Doctor remittit; sed nisi in præsenti vtramque necessitatem in amore sui intendisset, non benè liberum arbitrium à Deo respectu bonitatis propriæ excluisset; cum ad libertatem arbitrij sufficiat libertas quoad exercitium: ergo in præsenti vtramque necessitatem in amore Dei respectu suę bonitatis intendit.

5 Mens Auctoris. Et prob. 1. Secundo. Tertiò.

6 Si dicas.

Si dicas, Divus Thomas *artic.* 10 negat in nobis liberum arbitrium erga fœlicitatem propriam; & tamen ei ca illam. nostra voluntas non est necessitata, quoad exercitium sed solum quoad specificationem: ergo sola necessitas, quoad specificationem liberum arbitrium excludit; & consequenter ex eo quod Divus Thomas in Deo respectu propriæ bonitatis libertũ arbitrium negaverit ratione necessitatis, quam habet respectu finis, malè infertur, esse necessitatem specificationis, & exercitij. Respondeo, liberum arbitrium posse dupliciter sumi: primo pro libero vtraque libertate, contradictoriæ nempè, & contradictionis. Secundo pro libero hac secunda libertate: primo modo non tamen liberi arbitrij erga propriam fœlicitatem, benè tamen secundo modo: cum autem D. Thomas in *art.* 10. liberum arbitrium in Deo erga propriam bonitatem omnimodo negaverit, & ex necessitate in præsenti *artic.* 3 probata, id ostendat, fit consequens vt in illo articulo vtramque necessitatem in amore sui donaverit, & consequenter probaverit.

Respons.

7 Ratio D. Thom. ad formam reducitur.

Vt autem ratione D. Thomæ id probetur, potest ad hanc formam reduci: quævis potentia circa proprium, & specificativum obiectum, habet habitudinem ne-

cessa

ceſſariam per inclinationē in ipſum, iuxta propriam conditionem, ſcilicet per modum actus primi, quę ſummè actualis non eſt, & per modum actus ſecundi, potentia ſummè actualis; ſed divina bonitas eſt proprium, & ſpecificativum obiectum voluntatis divinę, & hæc eſt ſummè actualis: ergo habet ad illam neceſſariam habitudinem per inclinationem actualem per modum actus ſecundi; & conſequentèr neceſſario illam diligit, non ſolum quoad ſpecificationem, ſed etiam quoad exercitium: contra quam rationem ita explicatam non militat facta obiectio.

8 Vel aliter poteſt ratio D. Thomę proponi: quævis potentia, ſi operatur neceſſario attingit ſuum obiectum principale, quod eſt ei ratio operandi, ſicut viſus in omni colore, videt lumen, quod eſt ei ratio videndi, ſed voluntas divina non poteſt non eſſe in actu ſecundo volendi; aliàs eſſet potentialis: ergo neceſſario in actu ſecundo amat bonitatem divinam, quę eſt illius obiectum formale, & ſpecificativum, & ratione volendi alia; qua ratione vſus eſt Divus Thomas 1. *Contra Gentes*, cap. 80. in principio. Si dicas, vt potentia aliqua operetur, non eſt neceſſarium, quod in omni ſuo actu obiectum ſpecificativum attingat *vt quod*, ſed ſufficit illud attingere *vt quo*: intellectus namque in cognitione hominis, ſolum *vt quo* verſatur erga rationem entis, quę eſt illius ſpecificativum obiectum: ergo ex hac ratione ſolū convincitur, Deum ſuam bonitatem, neceſſario *vt quo* diligere. Reſpondeo diſtinguendo antecedens: formaliter, concedo antecedens: præſuppoſitivè, nego antecedens, & conſequentiam: nam licet non omnis actus intellectus attingat rationem entis *vt quod*, ſupponit tamen illam attactam *vt quod*, & conſequentèr, vt Deus bonitatem aliquam diligat, neceſſario debet ſuam bonitatem diligere, quę eſt illi ratio diligendi alia.

Secundo. *Si dicas.* *Reſpond.*

9 Poteſt etiam eadem veritas alijs argumētis ſuaderi, primo: nam Spiritus Sanctus procedit ex amore, quo Pater, & Filius ſe diligunt; ſed Spiritus Sancti proceſsio non eſt contingens, ſed omnino neceſſaria: ergo amor, quo Pater, & Filius ſe diligunt, non eſt contingens, ſed omnino neceſſarius neceſsitate exercitij. Secundo: nam Deus neceſſario eſt beatus completè, & perfectè, ita vt non poſsit non eſſe omnino perfectè beatus; ſed amor bonitatis divinę ad divinam beatitudinem pertinet, etſi non cōſtitutive, benè tamen completivè: ergo amor, quod Deus ſe diligit, neceſſarius eſt neceſsitate exercitij.

Veritas prob. alia via. 1. *Secundo.*

Tertio, nam omnis perfectio, quæ in creaturis reperitur, ſi imperfectionem in ſuo conceptu non dicat, eſſentialiter convenit Deo: alias ſummè perfectus eſſentialiter non eſſet; ſed amor bonitatis divinę in creatura intellectuali invenitur, & in ſuo conceptu formali non dicit imperfectionem: ergo eſſentialiter convenit Deo; & conſequentèr non poteſt non convenire: ex quo vlterius ſequitur, eſſe neceſſarium, nedum quoad ſpecificationem, ſed etiam quoad exercitium. Quo argumento vſus eſt D. Thomas 1. *Contra Gentes, cap. 8. in fine.*

Tertio.

10 Si opponas, ſequi ex iſta probatione, Deo neceſſario convenire, non ſolum amorem ſui, ſed etiam creaturarum amorem; conſequens eſt falſum: ergo & fundamentum. Probatur ſequela, amor creaturarum reperitur in creatura rationali & imperfectionem non dicit; aliàs nec libere poſſet Deo convenire: ergo convenit eſſentialiter Deo; & conſequentèr non poteſt non convenire, quod eſt eſſe neceſſarium, neceſsitate exercitij. Patet conſequentia, vt enim in probatione vltima aſſumitur pro maiori, omnis perfectio, quę in creaturis reperitur, ſi imperfectionem in ſuo conceptu non dicat, eſſentialiter convenit Deo; & conſequentèr, non libere, ſed neceſſario; ſed amor creaturarum reperitur in creatura rationali, & imperfectionem in ſuo conceptu non dicit: ergo eſſentialiter convenit Deo.

Si opponas.

11 Reſpondeo, negādo ſequelam: ad illius probationem, reſpondeo primo, diſtinguendo ſecundam partem antecedentis: non dicit imperfectionem in abſoluta ſui conveniētia, concedo antecedens: in ſui conveniētia neceſſaria, & eſſential, nego antecedens, & conſequentiam: vt enim perfectio conveniens creaturę, Deo conveniat neceſſario, & eſſentialiter petitur, quod nec dicat imperfectionem in conveniētia abſoluta, nec in cōveniētia ſui neceſſaria; licet autem amor liberè creaturarum, non dicat imperfectionem in conveniēdo abſolutè, & id circo reperiatur in Deo; in eo autem quod neceſſario cōveniat, maxima imperfectio importatur, nempè, ſubiectū neceſsitari ad amorem ab obiecto limitato, & finito, quę imperfectio non ſolum repugnat Deo, ſed etiam repugnat creaturę, ſi obiectū vt eſt, cognoſcatur; in amore autem bonitatis divinę, nec in cōveniendo abſolutè, nec in eo, quod neceſſario conveniat importatur imperfectio; non enim imperfectio eſſe poteſt ab obiecto infinito, & per eſſentiam bono, clarè cognito neceſsitare ad amorem; & ideò rectè, ex eo quod in creatura rationali inveniatur, infertur, Deo eſſen-

Reſp. 11.

Digitized by Google

essentialitèr, & necessario convenire.

12 *Secundo.* Respondeo secundo, concesso antecedenti, negando consequentiam, ad illius probationem, distinguo minorem: si perfectio talis conditionis non sit, vt illi repugnet essentialis convenientia, concedo maiorem: si illi ex propio cõceptu repugnet convenientia essentialis, nego maiorẽ, & sub eadem distinctione minoris, nego consequentiam: nam amori libero, vt tali repugnat, necessario convenire subiecto; quod autem essentialitèr convenit, necessario convenit; & consequenter amori libero ex cõceptu libertatis repugnat, essentialitèr convenire; in eo autem, quod amor bonitatis divinæ necessario conveniat, non importatur negatio, essentialis convenientiæ, & ideò ex eo quod in creaturis reperiatur, & imperfectionem non dicat, rectè infert D. Thomas Deo convenire necessario, & essentialitèr.

13 *Tertio.* Vel tertio responderi potest ad probationem sequelæ, distinguendo secundam partem antecedentis: amor liber creaturarum non dicit imperfectionem ex conceptu liberæ terminationis, concedo antecedens: ex conceptu liberæ perfectionis, nego antecedens, & consequentiam: vt enim deberet Deo convenire necessario, oportebat, vt ea ratione, qua perfectionem importat, imperfectionem non dicat; amor autem creaturarum, qui in creatura rationali invenitur, ex conceptu terminationis liberæ affectivæ ad obiectum, non importat perfectionem, sed abstrahit à perfectione, & non perfectione; ex conceptu autem actualitatis potentis entitativè deficere, dicit perfectionem ad mixtam imperfectioni, & ideò non oportet, quod Deo essentialitèr conveniat.

§. II.

Amor creaturarum in divina voluntate, probatur.

14 *Supponitur. 2. Prob. 1.* SEcundum, quod supponimus est, Deum diligere creaturas existentes, quod docet D. Thomas *in præsenti artic.* 2. essèque veritatem Catholicam, & fide certam constat ex illo Pauli primo ad Thessalonicenses 4. *Hæc est voluntas Dei, sanctificatio vestra.* Et ex illo Psalmi: *Omnia quæcumque voluit, fecit*, & alibi sæpe, quam probat D. Th. *artic. relato* hac ratione: nam res naturales, in quantum sunt perfectæ, inclinantur ad se in alia diffundẽdum: quod patet ab effectu; nam omne agens perfectum agit sibi simile: ergo voluntas quæ apperitus rationalis est, non solũ inclinatur in propriũ bonum, sed etiã ad illud aliis cõmunicandum, & consequenter divina voluntas, quæ perfectissima est, & à qua omnis derivatur perfectio, inclinationem habet ad communicandam Dei bonitatem creaturis, ac proinde illas diligit. Quæ ratio demostratio non est, vt cum Caietano notarunt alij Recentiores Thomistæ; cum enim Deo velle creaturas, non necessario, sed libere illi conveniat, non potest à priori demonstrari, sed tantum ab effectu, & ex divina revelatione; convincit autem ratio Angelici Doctoris, amorem creaturarum esse consonum, & congruentem voluntati divinæ, sicut Dei bonitati consonum, & congruum est, se communicare creaturis. Deinde probatur; nam amate est velle alicui bonum, sed Deus vult creaturis existentibus, omne bonum quod habent; cum omnis bonitas creaturis conveniens, sit effectus Dei vt agentis per intellectum dirigentem, & per voluntatem applicantem, & moventem: ergo Deus amat creaturas existentes. *Secundo.*

Tertio præmittendum est, non amare illas necessario, sed libere. Quod esse veritatem de fide, constat primo ex illo Pauli ad Ephesios primo: *Operatur omnia secundum consilium voluntatis suæ*; sed quod ex consilio operamur, non volumus necessario, vt subsumit D. Thomas *artic.* 3. *in argumento sed contra*: ergo Deus non ex necessitate, sed libere vult creaturas existentes. Deinde ex verbis antecedentibus, in quibus etiam: *Et nos sorte vocati sumus secundum propositum eius, qui operatur, &c.* Ex quibus apertè colligitur libertas Dei in amore, quo Deus non prædestinavit. Tum, quia prædestinatio, est secundum propositum Dei; propositum autem, actum liberum voluntatis importat, nec id quod agitur necessario, dicitur secundum propositum agit. Tùm etiam, quia Paulus profert allegata verba, gratias agẽs Deo de sua prædestinatione, & nostra, vt constat ex illis verbis: *Benedictus Deus, qui eligit nos, &c.* Gratiatũ autem actio, nõ debetur nisi pro beneficio liberalitèr exhibito, & consequentèr libero: Deus ergo libere vult hominibus gratiam, & gloriã, & consequentèr libere etiam vult existentiam creaturis. 15 *Supponitur 3. Prob. 1. ex Paulo* *Secundo.*

Præterea constat eadem veritas ex Paulo primo ad Chorinthios 12. *Hæc omnia operatur vnus, atque idem spiritus dividens singulis, prout vult*; sed vt Ambrosius explicat secundo de fide ad Gratianum *cap.* 3. *Pro libero voluntatis arbitrio, non pro necessitatis obsequio.* Ac denique, nã de fide est, Deũ non ex necessitate, se libere creaturas producere, vt constat ex Psal- 16 *Tertio.* *Quarto.*

Digitized by Google

mo 134. illis verbis: *Omnia quæcumque voluit fecit*: & ad Ephesios primo: *Operatur omnia secundum consilium voluntatis suæ*; & alibi passim; aliàs mundas ab æterno extitisset, nec incœpisset in tempore, contra illud Geneseos primo: *In principio creavit Deus cœlum, & terram*, id est, in principio temporis; sed si Deus non libere, sed necessario creaturas existentes amaret, non libere, sed necessario produceret. Tùm, quia libertas creationis sumitur ex libertate voluntatis, quæ est primum liberum, & ex qua ad alias potentias omnis derivatur libertas. Tùm etiam; quia Dei potentia exequens, non potest efficaci Dei voluntati resistere; & cõsequẽtèr si necessario vellet volũtas, necessario exequetur potẽtia Dei operativa: ergo Deus non necessario absolutè, sed libere amat creaturas existentes.

17 *Quinto ratione D. Tho.*

Quod D. Thomas in præsenti *artic.* 3. probat efficaci ratione; nam ea, quæ sunt ad finem, volentes finem, nõ volumus necessario, nisi talia sint vt sine illis finis subsistere nequeat; quia nãque ad cõservationẽ vitæ cibus necessarius est; volentes cõservationem vitæ, necesario volumus cibum, & è contra: quia aditer agendum equus non est necesarius simplicitèr, volens iter agere, non idcò necessario vult equum; sed bonitas divina; quæ à Deo amatur vt finis, à creaturis non dependet, sine illis potest subsistere: cum nihil Deo perfectionis ex creaturis accrescat: ergo Deum velle creaturas, non est necessarium absolutè, sed liberum; est tamen necessarium, addit D. Thomas, *ad finem corporis articuli*, necesitate suppositionis: quia ex suppositione quod velit, non potest à volitione cessare ratione suæ immutabilitatis.

18 *Opponet primo.*

Sed oppones primo, volens finem, vt finem, ex suppositione talis volitionis, necessario vult media; sed Deus necessario se diligit vt est finis creaturarum: ergo ex hac suppositione necessario vult creaturas. Minor constat: nam Deũ esse creaturarum finem, est perfectio infinita per essentiam, non minus, quam esse creaturarum principium; sed Deus necessario diligit omnem suam perfectionem intrinsecam, quia infinita est per essentiam: ergo necessario se diligit, vt est creaturarum finis. Maior autem probatur: nam finis in quantum talis, dicit comparationem ad media, vt per ipsa assequibilis: ergo non stat amor finis, vt finis, absque amore mediorum, per quæ finis est assequendus; & consequentèr volens finem vt finem, ex suppositione huius volitionis, necessario vult media.

19 Quiddam, quos sine nomine referunt Vazquez *in commentario articuli* 3. & Albelda *disp.* 52. *sec.* 1. *num.* 4. argumento convicti, fatetur ex suppositione, quod Deus se ipsum velit tanquam finem creaturam, necessum esse, quod velit aliquas creaturas, quibus eius bonitas cõmunicetur, & de necesitate ex ista suppositione, censent, fuisse D. Thomam loquutum. Quam interpretationem, ex eo reijcit Vazquez: nã ex amore Dei, vt finis est creaturarum, solũ sequitur necessario amor creaturarum vagè, non tamen amor creaturarum existentium in particulari; Divus autem Thomas loquitur de amore istarum creaturarum, quæ existent determinatè, & non solum creaturarum in communi: ergo non loquitur de necesitate amoris ex ista suppositione.

Solutio aliquorum.

Vazq. reijcit hanc solutionẽ

Verum hanc impugnationem insufficientem iudicavit Albelda, & meritò: nam Deus non tolum se diligit vt finem creaturarum vagè, sed etiam vt finem istarum in particulari; cum modus iste diligendi finem, vt hnẽ perfectior sit, & distinctior; & consequenter divinæ voluntati attribuendus: ergo si ex suppositione quod Deus diligat bonitatem propriam, vt finem, necessario diligit media, non solum necesitatus erit ex illa suppositione, ad amorem creaturarum vagè, sed etiam determinatè; ac proinde ex hoc principio inefficiter refutat Vazquez dictam interpretationem, quam quibusdam Thomistis innominatis attribuit.

Contra.

20 *Aliter solutio reijcitur 1.*

Vndè aliter prædicta interpretatio reijcitur primo: nam D. Thm. loquitur de necesitate suppositionis actus voluntatis divinæ orta ex illius immutabilitate: ergo loquitur de necesitate volitionis creaturarũ orta ex suppositione, quod se mei velit creaturas, & nõ ex suppositione volitionis sui, vt finis. Secũdo: nã posit quãdo cuerat, Deum velle necessario se ipsum, & suam bonitatem, exinde probat, non velle necessario creaturas, quia necessariæ non sunt ad consistentiam bonitatis divinæ; volens autem finem, solum necessario vult media, quando fini sunt necessaria: ergo sentit, etiam suppositia volitione bonitatis divinæ vt est finis creaturarum, non velle illas necessario.

Secundo.

Denique, nam volitio bonitatis divinæ, vt est finis creaturarum, est necessaria absolutè, vt ex Divo Thoma vidimus: ergo si ex hac suppositione est necessaria creaturarum volitio, non erit simpliciter libera; necessarium namque ex suppositione, quę necessaria est ex habitudine terminorum, liberum esse non potest; sicut necessariam hominis ex suppositione, quod sit rationalis, non potest esse homini liberum.

Tertio.

Re-

Digitized by Google

21 *Vera solutio obiectionis.*

Relicta igitur, & reiecta prædicta interpretatione, ad obiectionem respondeo, distinguendo maiorem: volens finem dependentem à medijs, concedo maiorem: finem independentem à medijs in suo esse, subdistinguo maiorem: si illum vellit vt consequendum per media, & vt actu finalizantem, concedo maiorem: si vellit illum, vt consequibilem, & vt potentem finalizare, nego maiorem, & distinguo minorem: Deus necessario se diligit vt finem consequibilem, & in actu primo finalizantem creaturas, concedo minorem: vt actu consequendum, & in actu secundo finalizantem, nego minorem, & consequentiam. Itaque finis in suo esse dependens à medijs, non potest intendi efficaciter, quin ex tali intentione sequatur amor mediorum; finis autem independens à medijs, dupliciter potest attingi: vno modo vt consequibilis, & in actu primo finalizans: alio modo, vt consequendus, & finalizans in actu secundo: priori modo amatus, non infert necessario amorem mediorum: benè tamen si secundum modo attingatur, bonitas autē divina non indiget creaturis, vt sit, nec ab illis in suo esse dependet; & ideò potest amari, vt finalizans in actu primo quin ex tali amore, amor creaturarum sequatur, vt verò finalizans in actu secundo, & de facto consequutus, non potest efficacitèr diligi, quin amor creaturarum sequatur; licet autem vt cōsequibilis, & in actu primo finalizans, necessario ametur à Deo; vt consequendus, & finalizans in actu secundo, non necessario amatur, sed libere: sicut & ipsæ creaturæ; & ideò ex amore, quo Deus diligit bonitatem divinam, non sequitur necessario amare creaturas.

22 *Objicies secundo.*

Objicies secundo: Amor, quo Deus diligit decreta efficacia libera, etiam vt libera sunt, necessarius est absolutè; sed non potest decretum efficax diligi, quin creatura existens illud terminans diligatur: ergo necessario absolutè diligit creaturas existentes. Minor cum consequentia tenet. Maior autem probatur primo, Deus necessario diligit honestatem suarum virtutum moralium; sed honestas virtutum moralium Dei consistit in actibus liberis reduplicativè, vt liberis; nam sine libertate non datur moralis bonitas: ergo necessario absolutè diligit actus liberos, vt liberos.

Maior prob. 1.

Secundo.

Secundo, nam terminatio intrinseca defectibilis sub conceptu terminationis, in qua liberum decretum consistere, *disputatione præcedēti* docuimus, imbibit per trāscendentiam formalem bonitatem Dei necessariam, quæ necessario à divina voluntate diligitur, sed cui convenit intrinsecè bonitas infinita Dei, necessario à Deo diligitur: ergo decreta libera vt talia, necessario amantur à Deo.

23 *Resp. ad 1. prob.*

Respondeo, negando maiorem: ad primam probationem dicatur, honestatem, v. c. iustitiæ considerari posse dupliciter: primo prout terminata ad diuinam bonitatem, prout in actu primo est ratio præmiādi. Secundo vt terminata ad eandem bonitatem, vt est ratio præmiandi, vel puniendi in actu secundo: priori modo sumpta, necessario amatur a Deo, sed vt sic non infert creaturarum amorem: sumpta secundo modo infert amorem creaturarum, vt sic autem, non necessario, sed libere à Deo diligitur, & sumpta isto modo constituit decretum liberum. Sub priori autem consideratione in actu necessario consistit; & licet bonitas moralis meritum in nobis fundans libertatem necessario supponat; honestas tamen virtutum non fundatur necessario in illa: nam amor beatorum in Patria honestus est honestate charitatis; & tamen non liber, sed necessarius est.

Ad 2.

Ad secundam probationem, concessa maiori, distinguo minorem: cui convenit, necessaria cōuenientia, concedo minorē: convenientia non necessaria, nego minorem, & consequentiam; qualitèr autem terminatio illa non sit necessaria, & cōsequentèr non includat necessario, sed liberè, & defectibilitèr perfectiones divinas disputatione præcedenti explicuimus.

24 *Objicies tertio.*

Objicies tertio; ratio *sub qua* creaturæ existentes terminant amorem divinum, est bonitas increata Dei: ergo quamvis illarum bonitas limitata sit, & infinita, terminant necessarium amorem. Antecedens ex dictis constabit. Consequentia autem ostenditur primò: quia namque amor creaturarum possibilium, si datur in Deo, terminatur ad illas ratione bonitatis divinæ, non est liber, sed necessarius. Vt frequentius docent Theologi, non alia ratione, nisi quia ratio illas amādi est bonitas increata: ergo si creaturæ existentes terminant amorem Dei ratione bonitatis divinæ, quamvis limitatæ sint, & finitæ, terminant necessarium amorem.

Consequētia ostenditur 1.

Secundo.

Secundo; nam excellentia divina, vt est ratio *sub qua* adoratur humanitas Christi, & vt ratio adorandi Deum, terminat adorationem eiusdem rationis, nēpè Latriæ: ergo pariter, infinita bonitas Dei, vt ratio *sub qua* amandi creaturas existentes, & vt est ratio diligendi Deū, terminat amorem eiusdem rationis, sed vt est ratio diligendi Deum terminat amorem necessarium: ergo etiam terminat neces-

Digitized by Google

sarium amorem, vt est ratio *sub qua* diligendi creaturas existentes.

25 *Resp. ad 1. consequentiæ prob.* Respondeo, concesso antecedenti, negando consequentiam: ad primam probationem, concessa maiori, nego causalem minoris, vt adæquatam; sed insuper, quia creaturæ possibiles necessario sunt, cum Dei bonitate connexe, quæ connexio necessaria cum bonitate divina, non convenit creaturis existentibus, & ideò, quamvis divina bonitas sit ratio diligendi creaturas existentes, non amantur necessario à Deo.

Ad 2. Ad secundam, concesso antecedenti, & omisso primo consequenti, & concessa minori, nego consequentiam: stat namque amorem liberum, & necessarium esse eiusdem quidditatis, & speciei, vt constat in dilectione Dei, quam habemus in via, quæ libera est, & tamen est eiusdem speciei cum dilectione beatorum, quæ est necessaria: vndè ex eo quod amor, quo Deus diligit se, sit eiusdem rationis, cum amore, quo diligit creaturas existentes, non sequitur, quod si amor, quo se diligit, est necessarius, non sit liber amor creaturarum.

26 *Obijcies quarto.* Denique arguit: sicut Deus intelligendo se, intelligit alia à se: ita amando se, amat, & vult alia à se; sed scientia Dei, qua alia à se intelligit, est necessaria: ergo volitio aliorum à se necessaria est, & non libera. Quod argumentum proposuit Divus Thomas *in præsenti articul. 3.* hoc modo: *Quidquid Deus scit, ex necessitate scit; sed sicut scientia diuina est eius essentia, ita voluntas diuina: ergo quidquid Deus vult ex necessitate vult.* Cui argumento respondet. *Ad sextum dicendum, quod sicut diuinum esse, in se est necessarium, ita diuinum velle, & diuinum scire; sed diuinum scire habet necessariam habitudinem ad scita; non autem diuinum velle ad volita; cuius ratio est; quia scientia habetur de rebus secundum quod sunt in sciente; voluntas autem comparatur ad res, secundum quod sunt in se ipsis; quia igitur omnia alia habent necessarium esse, secundum quod sunt in Deo, non autem secundum quod sunt in se ipsis, habent necessitatem absolutam: ita quod sint per se ipsa necessaria, propter hoc Deus, quæcumque scit, ex necessitate scit, non autem quæcumque vult, ex necessitate vult.* Quam doctrinam etiam tradit 1. *Cõtra Gentes, cap. 82. ad finẽ.*

27 *Caietanus explicat D. Thom.* Illamque intelligendam esse in sensu formali respectu scibilis, & amabilis, notat Caietanus in commentario articuli, ita vt sensus prædictæ doctrinæ sit: omne scibile eo ipso quod sit scibile, necessariò à Deo esse scitum: non autem omne amabile, eo ipso quod sit amabile, esse à Deo necessario amatum; quia sciturvt in Deo, amatur vt in se ipso; in Deo autem necessarium est, eo ipso quod scibile sit, non autem necessario est, aut futurum est in se ipso, & ideò necessario scitur à Deo omne scibile, quomodocumque sciatur, non autem necessario amatur omne quod à Deo amatur.

Doctrina Caietani est imperceptibilis. Sed certè, non benè ista differentia sic explicata percipitur, nec menti Divi Thomæ videtur congruere. Primum patet; nam scibile contingens solum continetur in Deo necessario ex suppositione, non autem necessario absolute; sed etiam ex suppositione quod sit in se ipso, necessario est in se ipso; omne enim quod est, dum est, necessario est, necessitate suppositionis, licet non necessitate absoluta: ergo quoad necessitatem scibilis contingentis, nulla est differentia inter modum essendi in Deo, & modum essendi in se ipso; & consequentèr, quoad sciri vel amari nulla differentia in necessitate invenitur. Patet consequentia: nam in vtroque modo est necessitas ex suppositione, in neutro est absoluta necessitas: ergo nulla differentia inter vtrumque modum, quoad necessitatem reperitur.

28 *Menti D. Tho. non congruit.* Et ex his etiam probatur, explicationem istam menti Divi Thomæ non congruere; nam D. Thomas loquitur de necessitate absoluta, & quoad hoc statuit differentiam, quod in Deo necessario sunt, non autem necessario sunt in se ipsis, vt constat ex illis verbis: *Quia igitur omnia alia habent necessarium esse, secundum quod sunt id Deo; non autem secundum quod sunt in se ipsis, habent necessitatem absolutam*: quibus, vt clarè constat, necessitatem absolutam, quã negat rebus creatis, secundum quod sunt in ipsis, concedit illis, secundum quod sunt in Deo; at loquendo de rebus creatis, secundum suum esse existentiæ vt exercitum, qualiter terminant notitiam Dei intuitivam, neque etiam continentur in Deo necessario necessitate absoluta; sed solum necessitate suppositionis, quia nempè ex suppositione, quod in Deo contineantur, non possunt non contineri: ergo iuxta D. Thomam loquendo de rebus creatis secundum esse existentiæ, præsentis, aut futuræ vt exercitum, nulla differentia in necessitate invenitur inter modum essendi in se ipsis, & modum essendi in Deo.

29 *Mens D. Tho. aperitur.* Mens ergo D. Thomæ est: omne quod Deus scit, necessario scire, non secundum omnem rationem, sed secundum aliquas; nam se ipsum necessario cognoscit, creaturas autem, quas scit, & si non cognoscat

Digitized by Google

eat illas sub statu existentiæ; necessitate absoluta, sub statu autem possibilitatis, necessario illas absolutè cognoscit; non autem omne quod amat, necessario amat sub aliqua consideratione, nam licet se ipsum necessario diligat necessitate specificationis, & exercitij; creaturas verò non diligit necessario, quoad exercitium necessitate absoluta, nec vt existētes, nec vt possibiles: non primo modo, quia vt sic non habent absolutam necessitatem; non secundo modo, quia vt sic amabiles ab ipso non sunt.

Et ratio huius differentiæ à Divo Thoma assignatur: quia nēpè Deus amat creaturas provt in se ipsis; illas verò intelligit provt in se ipso, & quia creaturæ in Deo necessario existunt; at verò in se ipsis non existunt necessario absolutè; ideò necessario absolutè seiuntur à Deo sub aliqua consideratione, nempè sub ratione possibilium; sub nulla autem à Deo necessario amantur absoluta necessitate.

30 *Dices.* Sed dices, creaturæ à Deo cognoscuntur in se ipsis ex parte rei cognitæ, & terminativè; non autem in se ipsis, vt in medio, & motivè; sed etiam in se ipsis amantur, non vt in medio, & motivè, sed ex parte rei amatæ, & terminativè: ergo respectu Dei nulla est differentia per respectum ad creaturas, quoad hoc quod est in se ipsis amari, & intelligi. Consequentia tenet. Maior est expressa Divi Thomę *supra quæst. 14. artic. 5. & 6.* illis verbis: *sicut alia à se intelligit, intelligendo essentiam suam, &c. ita alia à se vult volendo bonitatem suam.* Et in super nam creatura volita, non est motivum volitionis divinæ, sed adæquatè eius volitio à divina bonitate movetur: ergo licet creaturas amet in se ipsis ex parte rei amatæ, non tamen illas diligit in se ipsis vt in medio amandi, sed sic illas diligit in se ipso, id est, in bonitate divina, vt in medio, seu motivo amandi creaturas.

31 *Respond.* Respondeo, concessis maiori, & minori, negando consequentiam: nam licet creaturæ, nec moveant ratione sui ad amorem, nec ad cognitionem divinam, sed ratione bonitatis Dei amentur, & intelligantur à Deo ratione suæ essentiæ vt moventis ad intellectionem, illamque specificantis, adhuc tamen subsistit discrimen intentum à Divo Thoma, consistens in eo, quod intelligantur à Deo provt in ipso continentur; amantur autem, non vt continentur in Deo, sed quatenus sunt in se ipsis; eo quod intellectus intelligi trahendo res ad se; voluntas autem non amat trahendo obiectum, sed propendendo per inclinationem in ipsum. Ex quo oritur, vt intellectus non petat in suo obiecto existentiam, nec præsentem, nec præteritam, nec futuram; voluntas autem sui obiecti existentiam aliquo ex prædictis modis ad amandum illud petat.

Ex dictis obiter colligo, sumi ex doctrina tradita ab Angelico Doctore, validum argumentum ad negandum amorem possibilium in Deo; nam Divus Thomas docet in loco allegato, scientiam Dei per respectum ad creaturas esse absolutè necessariam; secus autem creaturarum amorem, cui tantum concedit necessitatem suppositionis: at concesso amore in Deo terminato ad creaturas possibiles, nequit hoc discrimen subsistere: ergo debet talis amor negari, vt veritas doctrinæ Divi Thomæ salvetur. Probatur minor: concesso prædicto amore, Deus amat creaturas sub statu possibilitatis necessario necessitate absoluta, illas autem vt præsentes, vel futuras, licet non diligat necessario absolutè, diligit tamen illas necessario necessitate suppositionis; sed eodem modo se habent in ordine ad cognitionem divinam, est enim sub terminatione ad illas in statu possibilitatis necessaria absolutè, in terminatione autem ad easdem in statu futuritionis, vel existentiæ, solum est necessaria necessitate suppositionis, absolutè autem libera: ergo illo amore concesso, nullum discrimen quoad necessitatem inter amorem creaturarum, & illarum cognitionem subsistit.

32 *Ex dictis infertur.*

§. III.

Relatis sententijs, vera eligitur, & probatur.

SVppositio ergo, Deum diligere se, & etiam amare creaturas: quod in examen vertimus est, quod nam sit primarium formale, & specificativum obiectum voluntatis divinę, an bonitas abstrahens à creata, & in creata, an verò bonitas in creata, & divina. Et quia bonitas divina potest dupliciter sumi, primo, vt communis per transcendentiam ad attributa, & naturam. Secundo, pro bonitate naturæ vt virtualitèr ab attributis distinctæ. Tertio pro bonitate divina, vt collectivè amplectente bonitates naturæ, & attributorum virtualitèr distinctas. Inquirimus in præsenti, sub qua ex prædictis rationibus sit primarium specificativum, & formale divinæ voluntatis obiectum?

33 *Sensus difficultatis aperitur.*

34 *Obiectū in cōmuni dividitur.*

Pro cuius maiori luce, animadvertendum est, obiectum primo dividi, in obiectum per se, & in obiectum per accidens tale:

tale: illud est, quod se attinguitur, vel quia formale, vel quia contrahentes formale obiectum, vel quia per se dicens habitudinem ad illud: obiectum autem per accidens est, quod nullo ex prædictis modis per se attingitur à potentia, sed tantum in se habet obiectum à potentia attactum: sicut substantia corporea est obiectum per accidens tantum visibile; quia ipsa non objicitur potentiæ visivæ, sed habet in se colorem per se à tali potentia attactum.

35 *Secundo.* Rursus, obiectum per se dividitur in obiectum formale specificativum potentiæ, & in obiectum, materiale, & obiectum extensivum: obiectum formale est, quod ratione sui attingitur à potentia, & est alijs ratio, vt à tali potentia attingantur, vt ens est obiectum formale nostri intellectus; quia est sibi, & alijs ratio vt ab illo cognoscantur: materiale est illud, quod in se contractam habet rationem illam formalem, vt homo est obiectum materiale intellectus, quia habet in se contractam rationem entis: obiectum verò extensivum ambit sub se obiectum formale specificans primarium, & obiectum secundarium, quod ideò secundarium dicitur; quia nō habet in se contractam rationem formalem obiecti; ad illud tamen refertur, & ob istam relationem attingitur a potentia, v. c. ens rationis est obiectum secundarium respectu nostri intellectus, quia non contrahit ens reale, quod est obiectū primarium; dicit tamen ordinem ad ens reale.

36 *Tertio dividitur.* Rursus, obiectum formale subdividitur à Logicis in obiectum formale *quo*, & obiectum formale *quod*: illud primum, est formalius, quia formalizat secundum, & secundum dicitur materiale, respectu formalis *quo*, & formale respectu obiecti materialis; quia respectu huius est ratio, vt à potentia attingátur, v. c. ens est obiectum formale *quod* intellectus; abstractio autem à materia, est obiectum *quo* formale; quia abstractione constituitur ens potens ab intellectu attingi, & illum specificare. Vndè ens comparatum abstractioni, dicitur, & est materiale; comparatum verò homini, Angelo, & alijs sibi inferioribus, quæ quia entia sunt, ab intellectu attinguntur, dicitur respectu illorum, obiectum formale intellectus. Solet etiam dividi obiectum alicuius potentiæ, in motivum, & terminativum: illud est, quod movet potentiam: istud verò, quod illius habitudinem terminat.

Vltimo.

His ita ex Logica, & Metaphysica brevitèr animadversis, circa id, quod in præsenti disquirimus, quatuor versantur sententiæ.

37 *Prima sẽtentia.* Prima docet, obiectum primariū, & motivum actuum voluntatis divinæ, & ipsius voluntatis non esse bonitatem divinam, & increatam, sed a creata, & increata abstrahentem, & vtrique bonitati communem. Pro hac referuntur Sotus *in 4. distinct. 46. quæst. 1. §. Sic primo, & quæst. 4. §. non improbando.* Durandus *in 1. distinct. 45. quæst. 1. num. 8.* Capreolus *quæst. 1. art. 2. conclus. 1.* Ferrara 1. *Contra Gentes, cap. 91. §. aduertendum*: eo quod doceant, Deum amare creaturas ob illarum bonitatem, Falso tamen Durandus, Capreolus, & Ferrara pro hac sententia referuntur: nam Capreolus, & Ferrara expresse oppositum docent, ille *conclusione* 1. & Ferrara 1. *Contra Gentes, cap. 74. §. aduertendum.* Durandus etiam loquitur de fine *cui* vtilitatis, & fine *cuius gratia* ex parte effectuum, non autem de fine, aut motivo actus voluntatis divinæ.

Scotus. Durand. Capreol. Ferrara.

38 *Alij Auct. resp. ad eadem sẽtentia.* Referuntur etiam Suarez relectione de libertate divinæ voluntatis *disput. 1. sect. 2. num. 20.* Pesancius 1. *part. quæst. 19. artic. 5. disput. vnica*, & Torres *opuscul. 5. disput. 3. dubit. 2.* Cæterum de mente Suarez non satis constat; *numero enim* 21. fatetur, formalem, & primariam rationem volendi esse Deo propriam bonitatem: illam expresse tenet Albiz *Tractat. 2. disput. 8. section. 2.* Herice *Tractat. 2. disp. 18. cap. 5.* & Hurtado 2. 2. *disput. 121. sect. 6. sub. sectione* 1. quos alij Rencentiores sequuntur docentes, Deum amare posse creaturas, tùm propter bonitatem divinam: tùm etiam propter bonitatem creatam ipsis intrinsecam. Imò plures addunt, Deum se ipsum amare posse, tùm propter se, tùm etiam propter creaturas vt finem *cui*, & *cuius gratia*; Quia tamen inter se dividuntur, quibusdam asserentibus, actum voluntatis divinæ terminatum ad creaturas propter bonitatem divinam distingui adæquatè virtualitèr ab actu, quo illas diligit ob ipsarum bonitatem. Alijs è contra docentibus, non posse absque imperfectione: tùm physica, tùm morali admitti actum in voluntate divina terminatum adæquatè ad creaturas propter bonitatem ipsarum, sed in omni actu divinæ voluntatis, etsi terminato formalitèr ad bonitatem creatam, si sumatur adæquatè, necessario importari pro motivo inadæquato bonitatem divinam. Alijs denique adstruentibus, posse bonitatem divinam, & bonitatem creatam attingi formalitèr, & motivè, & per actus virtualitèr distinctos, & per vnum actum vnitate virtuali; semper tamen ratione esse distinguendam duplicem terminationem per respectum ad vtramque bonitatem, primum

Sotus. Durand. Capreol. Ferrara. Suarez. Pesam. Torres. Albiz. Herice. Hurtado.

Diuiduntur Auctores in varios modis dicendi.

Digitized by Google

mum modum tenet Herice, secundum Albiz, & Hurtado, tertium sequitur Arriaga. Arriaga *tract. de Voluntate Dei, disput. 26. section. 4.*

39 Secunda sententia. Secunda sententia docet, obiectum primarium motivum voluntatis divinę in omnibus suis actibus, esse bonitatem increatam, obiectum autem primarium terminativum, à creata, & increata bonitate præscindere. Hanc tenent Recentiores quidam, quos sine nomine referunt Salm. Salmanticenses *tract. 4. disp. 3. dub. 2. §. 2. num. 19.* Tertia sententia distinguit conTertia. ceptum perfectionis, & conceptum liberę terminationis in actibus volitatis divinę, & docet, sub conceptu perfectionis formale illorum obiectum esse increatam bonitatem; sub conceptu vero terminationis, formale illorum obiectum, non esse bonitatem divinam, sed creatam bonitatem. Hanc tenet Arrubal *disput. 54. cap. 4. & disput. 57. cap. 3.*

40 Vera sententia. Vltima, & vera sententia defendit, obiectum formale primarium, tàm motivum, quàm terminativum, actuum voluntatis divinę, & ipsius voluntatis, esse solum bonitatem increatam; bonitatem autem creatam, esse obiectum secundaS. Thom. rium: ita D. Thomas *opusc. 2. cap. 101. quæst. 23. de veritate, art. 1. ad 3. & sextum, & septimum argumentum, in 1. sententiarū, distinct. 45. quæst. vnica, art. 2. in corpore, & solutione ad primum, & secundum*; & ad Annibaldum *ibi art. 1. ad 2.* 1. *Contra Gentra Gentes, capit. 74. 75. & 76.* & in hac *quæstione, art. 1. ad 3. & art. 2. in corpore, & solutione ad 2. & 3. argumentum.* D. Thomam sequuntur Capreolus *in 1. distinct. 45.* Capreol. Ferrara. *quæst. vnica, art. 2. conclusione* 1. Ferrara 1. Caietan. *Contra Gentes, cap. 74* Caietanus *in præsenti* Nazar. *art. 2. §. quoad secundum.* Nazarius *art. 5.* Araujo. *controuersia vnica.* Illustrissimus Araujo Salm. *art. 2. & 3. dub. 1.* Salmanticenses *Tract. 4. disp. 3 dub. 2 §. 3.* Tenent etiam ex Patribus Societatis. Molina *art. 2. disp. 3.* Molina. Vazquez Vazquez *disp. 82. cap. 2.* pro illa referens Alexandrum 1. *p. quæst. 28. memb. 3. art. 3. & quæst. 35. membr. 3.* Enriquum *quodlibeto 4. quæst. 19. littera O.* Gabrielem *in 1. distinct. 14. quæst. 1. art. 2. post tertiam conclusionem,* & Driedo *de concordia liberi arbitrii, & prædestinationis, 1. p. cap. 4. ad 4.* Tenent Suarez. Granad. etiam Suarez *lib. 3. de attributis positiuis,* Fasol. *cap. 6. numer. 3.* Granadus *Tom. 2. tract. 1.* Alarc. *disp. 3. num. 2.* docens, esse sententiam cōmunem, & certissimam, Fasolis *art. 2. in commentario articuli, num. 5.* & Alarcon *Tract. 3. disp. 2. cap. 1. & tertio.* P. o illa referens Ruizium *disp. 3. sect. 1. & 2.*

41 An autem bonitas movens, & specificans divinam voluntatem, sit bonitas divina cōmunis per transcendentiam omni Dei prædicato, an bonitas solius naturæ divinę, vt ab attributis, & relationibus virtualiter distinctę, an vero prout in re omnes istas bonitates amplectitur collective, non omnes vno modo declarant: quidam, nihil de hoc puncto attigerunt; qui autem illud in dubium vocarunt in tres modos dicēdi dividuntur: quibusdam asserentibus, esse bonitatem divinam vt communem per transcendentiam omni Dei perfectioni; alijs è contra docentib⁹, solam bonitatem essentię vt distinctę ab attributis, esse formale obiectum voluntatis divinæ: alijs denique affirmantibus, esse bonitatem divinam, vt amplectitur collective omnem Dei perfectionem.

Huius sententiæ Auctores etiam dividūtur.

Vt veram sententiam explicem sit nostra conclusio: *Obiectum primarium, & formale voluntatis diuinæ, & omnium actuū illius, est sola bonitas increata; bonitas verò creata est obiectum secundarium illius.* Ita Auctores quartę sententię; & ostenditur primo ex D. Thoma 1. *Contra Gentes, cap.* 74. vbi docet, principale volitum Dei esse divinam essentiam, idemque docet locis vbi supra relatis; sed nomine principalis voliti, non intelligit obiectum principalitatis, sed obiectum formale, & primariū: ergo obiectum formale, & primarium voluntatis divinę, est sola divina bonitas. Probatur minor: nam D. Thomas ex eo assignat solam bonitatem divinam pro volito principali in divina voluntate, quia divina voluntas non potest ab aliquo creato moveri; principale autem volitum, movet voluntatem, & est ei causa volendi; sed volitum, quod movet volentem, non solum est obiectum principalitatis potentię, sed etiam quodcumque aliud quamvis minus principale, dummodò contineatur intra sphæram obiecti specificantis: ergo D. Thomas, nomine principalis voliti à divina voluntate, non intelligit obiectum principalitatis, sed obiectum formale specificans, & sentit hoc solum esse bonitatem divinam. Maior nota est in doctrina D. Thomę; minor autem probatur: nam volitum voluntatem movere, est ratione bonitatis propriè attingi, & voluntatem alicere; sed hoc non solum cōvenit ibiecto principalitatis, sed etiam cuicumque obiecto, etsi minus principali, dummodò secundarium non sit; sed sub primario contentum, vt constat in obiectis scientiarum, virtutum, & cuiusvis potentię: ergo volitum movens volentem, non solum est obiectum principalitatis potentię, sed etiam quodcumque volitū, quamvis minus principale intra obiectum specificativum contentum.

42 Conclusio

Ostenditur primo ex D. Thom.

Resp.

Respondebis: D. Thomam assignando pro principali volito Dei, solam bonitatem divinam, loqui de obiecto primario voluntatis, vt potentia volitiva est, seu per modum actus primi. Ex quo solum sequitur, primarium actum divinę voluntatis, adæquatè à divina bonitate moveri; non autem, quod alij actus secundarij à divina bonitate moveantur, & non à bonitate creata; licet enim actus primarius potentię petat pro obiecto, & motivo primarium obiectum potentię, actus secundario eliciti, possunt ab obiecto secundario moveri, & ab illo specificari, vt constat in ente rationis, quod est obiectum secundarium nostri intellectus; & tamen cognitio entis rationis secundario elicita ab intellectu nostro, ab illo specificatur à ratione formali, & in electione mediorum, quę in sententia probabili, specificatur à mediorum bonitate; quamvis primarium obiectum nostræ voluntatis sit finis; quia electio non est actus primarius, sed secundarius voluntatis. *Respond.*

Sed contra: nam ratio D. Thom. æque probat de omni actu voluntatis divinæ: ergo sentit nullum actum divinę voluntatis habere pro motivo, & ratione formali obiectiva, bonitatem creatam, sed solum bonitatem divinam. Probo antecedens, ratio D. Thomę est, quia volitum per se primo, & ratione sui attractum, movet volentem, est ei causa volendi, & dat speciem volitioni; sed hæc ratio probat æque de omni actu voluntatis divinę; omni enim actui voluntatis divinę repugnat speciem ab aliquo creato recipere, & ab illo dependere, moveri, aut finalizari; cum omnis sit increatus & ex ratione increati proveniat perfectionibus divinis independentia à creaturis: ergo ratio D. Thomę æque probat de omni actu voluntatis divinę, & consequentèr, &c. 44 *Contra.*

Et ex his suadetur secundo conclusio hac ratione; obiectum formale primariū dat speciem potentię, vel actui, cuius est obiectum primarium; sed bonitas creata non potest speciem dare voluntati divinę, nec alicui actui illius: ergo bonitas creata non potest esse obiectum primarium voluntatis divinę, nec alicuius actus illius. Maior constat: nam obiectum primariū, ideò dicitur specificativum, quia specificat potentiam, vel actum, cuius est obiectum primarium. Minor autem probatur; nam specificari, est dependere; sed voluntati divinę, & omnibus eius actibus omnis dependentia repugnat: ergo nec voluntas divina, nec aliquis eius actus potest speciem summere à bonitate creata. 45 *Secundo prob. conclusio.*

Si dicas, sequi ex hac ratione, bonitatem creatam, non posse etiam materialiter attingi à volūtate divina; consequens est falsum: ergo & fundamentum. Probatur sequela, obiectum materiale dat speciem: ergo si repugnat actibus voluntatis divinę specificari à bonitate creata, repugnabit illam habere pro materiali obiecto. Maior probatur primo; nam cognitio hominis specificatur ab homine; & tamen homo non est obiectum eius formale, sed materiale; cum homo non sit obiectum formale, sed materiale intellectus; & consequentèr, nec cognitionis elicitæ ab intellectu: ergo obiectum materiale dat speciem. Secundo: nam obiectū dare speciem, est, quod potentia, vel actus sinè illo vt termino nequeant existere; sed repugnat actum existere, sinè obiecto materiali, & formali: ergo speciem sumit ab vtroque. *Si dicas.*

Respondeo primo, concedendo sequelam, & negando minorem; non enim est idem obiectum secundarium, quod obiectum materiale, vt §. 3. advertimus; bonitas autem creata est obiectum secundarium cuiuivis actus voluntatis divinę; & consequentèr, nec est obiectum formale, nec materiale. Secundo respondeo, negando sequelam: ad illius probationem, nego antecedens: ad primam probationem, concessa maiori, nego minorem: cognitio enim hominis, etsi non respiciat hominem, vt obiectum formale *quo*, sed abstractionem à materia; illum tamen respicit vt obiectum formale *quod*; & species actus sumitur ab vtroque obiecto formali, nec est idem obiectum formale *quo* potentię, & omnium actuum illius; sed obiectum *quod* formale respectu actus, est respectu potentię materiale, quia habet in se contractam rationem formalem specificantem potentiam, v. c. homo sub ratione hominis est obiectum materiale intellectus, quia per intranea contrahit rationem entis, quę est obiectum illius formale; cæterum ratio hominis materialiter se habens comparatione intellectus, formaliter comparatur ad sui cognitionem, secundum quod à cognitione equi, & aliorum distinguitur. 47 *Resp. 1.* *Secundo.* *Ad 1. probationem maioris.*

Ad secundam, negò maiorem: nam actum, vel potentiam specificari ab obiecto, est ab illo dependere, vt à causa extrinseca formali: non autem omne, quod sinè alio nequit existere, dependet ab illo vt à causa; vnum enim correlativum sinè alio nequit existere; & tamen correlativa ab invicem non dependent: omnipotentia non potest sinè possibilitate creaturarum existere, & tamen non dependet ab illarum possibilitate. Et ratio est, quia vt 48 *Ad 2.*

vnum

vnum ſinè alio nequeat exiſtere, ſufficit illorum connexio, quę latius patet, quam dependentia: ac proinde, ex eo quod actus nequeat exiſtere, ſinè obiecto materiali, non ſequitur, ſpecificari ab illo, vt patet in divina omnipotentia, quę non poteſt ſine poſsibilitate creaturarum exiſtere, & tamen non ſpecificatur ab illis.

49 *Tertio probatur concluſio.* Tertio probatur: obiectum primario volitum realitèr à voluntate diſtinctum, eſt motivum reale illius per influxum realem finalem; ſed nec voluntas divina, nec aliquis actus illius poteſt moveri, aut finalizari realitèr à bonitate creata: ergo bonitas creata non eſt obiectum primario, & ratione ſui volitum à divina voluntate. Conſequentia tenet. Maior conſtat: nam obiectum primarium voluntatis eſt finis: ergo obiectum realitèr à voluntate diſtinctum, eſt finis realitèr; & conſequentèr eſt motivum reale illius per realem influxum finalem. Minor autem oſtenditur primo: nam finis eſt vera, & realis cauſa, ſed nulla perfectio divina poteſt realitèr cauſari: ergo nec finalizari, vel formalitèr moveri. Secundo: nam quod cauſatur finaliter, habet cauſam efficientem; ſed nulla divina perfectio poteſt cauſam efficientem habere: ergo nec cauſam finalem. Tertio, quod enim nulla divina formalitas poſsit efficientèr cauſari, eſt, ex eo quod omnis formalitas Dei, eſt identicè primum principium; ſed etiam eſt identicè ſaltim vltimus finis: ergo non poteſt finalitèr ab aliquo dependere.

50 *Prima ſolutio cõtrariorũ.* Huic argumento triplex adhibetur ſolutio. Primo reſpondet Herice, obiectum voluntatis primarium, non alitèr in actum volũtatis influere, niſi media cognitione, & quia in creaturis cognitio realitèr à volitione diſtinguitur, fit, vt obiectum volitionis creatę realitèr influat in illam: cognitio vero divina, eſt indiſtincta realitèr à volitione; ac proinde non poteſt realitèr in illam influere. Ex quo vlterius fit, vt quamvis bonitas creata ſit obiectum primo volitum; & ratione ſui amatum à divina voluntate, realitèr in illius actus non influat. *Secunda.* Secundo reſpondet Arrubal, hoc argumento convinci, actus voluntatis divinę ſecundum entitatem, & intrinſecam perfectionem, non poſſe primario à creata bonitate moveri; non autem quod ſecundum conceptum terminationis nequeat ad bonitatem creatam ratione ſui, & primario comparari. *Tertia.* Tertio, reſpondent Auctores ſecundę ſententię, convinci facto argumento, non poſſe bonitatem creatam eſſe obiectum formale motivum actuum voluntatis divinę; non autem quod nequeat eſſe obiectum formale primarium præciſe terminativũ.

Sed nulla ex his ſolutionibus argumento facto ſatisfacit. Et in primis contra omnes militat auctoritas D. Thomę; cum enim in præſenti articulo ſecundo in ſecundo argumento obiecißet: *volitum movet voluntatem; ſed nihil aliud à Deo poteſt illius voluntatem movere: ergo nihil aliud à Deo poteſt eſſe volitũ à Deo*; quod etiam alijs locis obiecit, reſpondet, veram eſſe maiorem de volito vt fine; non autem de eo quod amatur ſolum vt medium, creaturę autem vt medium ſolum comparantur reſpectu volũtatis divinę; & ideo non movet illam: ergo ſentit D. Thom. contra primam ſolutionem, omne quod ratione ſui, & vt finis amatur exercere in voluntatem rationem cauſæ finalis repugnantem voluntati divinę; & ideo creaturas à Deo non poſſe diligi niſi ratione bonitatis divinę. Contra ſecundam, nec etiam ſub conceptu terminationis poſſe primo, & per ſe terminari ad bonitatem creatam, nec ab illa vt à fine moveri; alàs non terminaretur ſolum vt medium ad creatam bonitatem, ſed aliquo modo vt finem. Et contra tertiam, omne quod primario, & ratione ſui actum voluntatis terminat, debere movere ad illum, & illum finalizare; nam primo volitum, id eſt, primum obiectum voluntatis eſt finis.

51 *Reũcitur ex D. Th. omnes ſolutiones.* *Prima.* *Secunda.* *Tertia.*

Deinde prima ſolutio reijcienda venit primo: nam eſto cauſalitas effectiva, quam aliqui probabilem concedunt obiecto volito, in ordine ad volitionem ſui, ſolum illi conveniat mediatè, media ſcilicèt cognitione; cauſalitas tamen finalis convenit obiecto volito ratione bonitatis ſuę: ergo quamvis ob identitatem cognitionis Dei, cum divina volitione vitetur influxus effectivus mediatus bonitatis creatę in actum voluntatis divinę, non tamen vitatur influxus realis finalis, ſi ſemel amatur à voluntate divina primario, & ratione ſui.

52 *Prima ſolutio reijcitur ratione 1.*

Secundo: nam in frequentiori Philoſophorum ſententia, cognitio non eſt finis ratio *qua*, aut ſub *qua* influendi, ſed ſolum requiſita conditio; bonitas autem finis, eſt illi ratio formalis ad finalitèr cauſandum; ſed indiſtinctio conditionis, nequit reali influxui obſtare, ſi ratio formalis cauſandi diſtinguitur ab effectu: ergo quamvis cognitio divina non diſtinguatur realitèr à volitione, exercebit bonitas creata realem in illam influxum, ſi ſemel ratione ſui à divina voluntate diligitur. *Secundo.*

Reſpondebis cum Herice, verum eſſe præter influxum effectivum mediatum convenientem fini in ordine ad volitionem mediantę cognitione, etiam illi con-

53 *Reſp. Herice.*

Digitized by Google

convenire influxum finalem per modum moventis, & alicientis amantem ad sui amorem; cæterum istum influxum in nullo alio consistere, quam in terminando amorem, & in comparatione ad illum precise per modum termini: quę comparatio actibus voluntatis divinę respectu bonitatis creatæ non repugnat; ac proinde sublata priori causalitate nullum inconveniens est, quod actus voluntatis divinę à bonitate creata moveantur, & ab illa finalicentur.

54 *Contra primo.* Sed contra primo: nemo enim vsquam asservit, vnum ex correlativis esse finem alterius; & tamen vnum ad alterum, vt terminus comparatur: ergo ad rationem finis pura terminatio non sufficit. *Secundo.* Secundo: nam in communi Philosophorum sententia finis, licèt tantum metaphoricè moveat, est vera causa realis distincta ab efficienti: imò intra genus causæ solet præferri efficienti; eo quod causat cum maiori independentia: ergo si actus voluntatis divinę à bonitate creata dependet tamquam à fine, cum proprietate causantur ab illa. *Tertio.* Tertio, nam ad minus sequitur, ea proprietate, qua finis est causa realis, causari actus volũtatis divinę à bonitate creata, quod grave inconveniens videtur.

55 *Quarto.* Denique; nam Deo, & illius perfectionibus, non quia est primum efficiens, loquendo in sensu formali, sed quia est vltimus finis, repugnat ab aliquo extra se finalizari; sed si actibus voluntatis divinę solũ repugnaret mediata finis causalitas, scilicèt mediante cognitione, non illis repugnaret ex ratione vltimi finis, sed ex ratione primi principij effectivi: ergo non solum illis repugnant causalitas mediata, quam finis in volitionem media cognitione exercet, sed etiam causalitas obiectiva, quam exercet immediatè ratione bonitatis proprię. Probatur minor: hæc causalitas mediata pertinet ad genus causæ efficientis; sed independentia ab alio in genere causæ efficientis convenit perfectionibus divinis ex conceptu primi principij cum quo identitatem habent: ergo repugnantia terminandi causalitatem istam mediatam, convenit perfectionibus divinis ex conceptu primi principij effectivi.

56 *Secunda solutio reijcitur 1.* Deinde secunda solutio reijcitur primo; vt enim ex dictis disputationis præcedenti constat, terminatio libera sumpta activè, non consistit in denominatione extrinseca, sed in prædicato intrinseco Deo; sed nihil Deo intrinsecum potest dependere à creatura, nec ab illa realitèr finalizari: ergo terminatio libera, vel liberum decretum Dei secundum conceptum terminationis activę, non potest primario ad bonitatem creatam terminari, nec ab illa moveri.

Secundo; Secundo, Deo namque non minus convenit ratio vltimi finis, quam esse primum principium, sed quia est primum principium, & terminatio libera cum illo identificatur, non potest ab aliquo dependere in genere causæ efficiẽtis: ergo ex eadem ratione, non potest dependere à creatura in genere causæ finalis. Et ex his reijcitur *Tertio reijcitur;* tertia, quod enim caret principio efficiente, caret etiam principio, aut causa finali; cum eatenus aliquid fit ab alio, vt à fine, quatenus ab efficiente, vt propter finem agente, procedit; sed terminatio libera intrinseca caulam efficientem non habet; ergo neque etiam finalem.

57 *Si dicas;* Si dicas, non minus dicit imperfectionem defectibilitas, aut potentia ad non essendum, quam dependentia finalis; sed quod terminatio libera, sit defectibilis sub conceptu intrinsecę terminationis; imperfectionem non dicit, quia manet indefectibilis sub conceptu entitatis, & perfectionis: ergo quod specificetur à bonitate creata, & ab illa dependeat in genere causæ finalis sub conceptu terminationis, dummodò non specificetur, nec dependeat sub conceptu entitatis, & perfectionis, imperfectio non erit. *Confirm.* Quod amplius vrgeri potest: quod terminatio libera intrinseca, sit identificata cum Deo, Deusque sit indefectibilis realitèr, non tollit, quominus ipsa sit defectibilis sub conceptu terminationis: ergo paritèr identitas prædictę terminationis cum Deo realitèr independente, & realitèr incausabili in genere causæ finalis, non obstabit, vt sub conceptu terminationis possit dependere à voluntate creata, ab illaque finalizari, & specificari.

58 *Respond;* Respondeo, concessis maiori, & minori, negando suppositum consequentis: non enim potest dependere in genere causæ finalis, & extrinsecè specificantis sub conceptu terminationis, & non dependere sub conceptu entitatis: & ideò non stat dependentia prædictę terminationis, absque imperfectione, stat autem defectibilitas sub conceptu terminationis, absque defectibilitate sub conceptu entitatis: & id circo potest defectibilitas terminationis intrinsecè absque imperfectione salvari. Ratio autem cur primum repugnet, est, quia specificari, est recipere speciem: species autem alicuius rei, est ipsius quidditas, & entitas: ac proinde non stat dependẽtia ab aliquo, vt ab intrinseco specificante, & independentia in entitate.

In-

Insuper; dependentia finalis non stat absque dependentia effectiva: causa autem efficiens, dat esse, & consequenter non stat dependere ab aliquo vt efficiente absque dependentia in esse: ac proinde, nec stare potest dependentia finalis absque dependentia in esse; defectibilitas autem terminationis terminativè, stare potest absque defectibilitate entitativa; potest namque denominatio deficere denominativè, absque defectu entitativo; potest etiam exercitium deficere exercite absque defectu entitatis, vt contat in Paternitate ad secundum Filium de novo relata, cuius terminatio, denominatio, & exercitium deficere potest, & deficit mortuo illo Filio absque defectu entitatis, & ideò defectibilitas terminationis imperfectionem non arguit. Et ex his ad confirmationem constat solutio.

Ad cõfir.

59 *Vltima solutio reijcitur 1.*

Denique vltima solutio reijcitur primo; nam obiectum formale terminativum specificat realiter actum à quo realiter distinguitur; cum ratione sui, & non ratione alterius terminativè attingatur; sed repugnat actibus volũtatis divinę realis specificatio à bonitate creata, vt relinquimus probatum; cum specificatio realis, realis dependentia sit: realis autem dependentia imperfectionem importet: ergo bonitas creata non solum non est obiectum formale motivũ, sed nec etiam formale terminativum actuum voluntatis divinę. Secundo reijcitur: ad hoc enim Auctores oppositi constituunt bonitatem creatam pro obiecto primo, & per se attracto per actus volũtatis divinę, vt Deus ab illa aliciatur, & ex complacentia in illa operetur; sed alicientia voluntatis non est à bono, vt à termino tantum; sed etiam vt à motivo: nam obiectum voluntatem movere, nihil aliud est, quam illam ad operandum alicere: ergo vt cõsequenter loquantur, tenentur asserere, bonitatem creatam, non solum terminare per se primo actum voluntatis divinæ, sed etiam movere ad illum.

Secundo.

60 *Tertio.*

Denique reijcitur: ad hoc enim adstruitur à contrarijs Auctoribus bonitas creata pro obiecto primario, & per se attacto à divina voluntate, vt salvetur in Deo amor amicitię respectu creaturę rationalis de cuius conceptu, est velle amico bonum, quia bonum eius est ex complacentia in illo; sed hæc ratio, qua præcipuè contrarij Auctores moventur, & suam sententiam suadent, vel probat bonitatem creatam, esse obiectum motivum voluntatis divinę, vel non convincit esse obiectum formale terminativum; ergo vel tenentur asserere, bonitatem creatam, per se, & ratione sui movere voluntatem divinam, vel negare, illam per se, & ratione sui formaliter terminare. Maior cum cõsequentia tenet. Minor autem ostenditur primo; velle alicui bonum, quia bonum eius est, & ex complacentia in ipso, non solum importat bonitatem amici, vt terminum amoris, sed etiam vt amoris motivum: ergo si adstruitur bonitas creata pro obiecto primario inspecto à voluntate divina, vt salvetur in Deo amor amicitię erga rationalem creaturam, de cuius conceptu est velle amico bonum ex complacentia in illius bonitate, constitui debet non solum pro obiecto formali terminativo voluntatis divinæ, sed etiam pro obiecto formali motivo.

Maior ostenditur 1.

Secundo probatur: inde namque potest illa conditio in amicitia Dei erga rationalem creaturam suaderi, quia ità in amicitia creata contingit: quod nempè homo amicabiliter hominem diligens, vult illi bonum ex complacentia in bonitate amici; sed amicitia creata, non solum respicit bonitatem propriam amici, vt obiectum formale terminativum, sed etiam vt formale motivum: ergo si bonitas creata constituitur pro obiecto primario alicuius actus voluntatis divinę, vt in illo ratio amicitię salvetur, debet adstrui, non solum pro obiecto formali terminativo, sed etiam pro obiecto formali motivo.

61 *Secundo.*

Quod amplius vrgetur: etenim amicitia vnius hominis ad alium, non subsistit, si amor terminetur ad alium ex complacentia in bonitate amãtis illumque propter se diligat; & tamen iuxta hanc solutionem subsistit amicitia Dei ad creaturam rationalem; quamvis amor Dei à divina bonitate moveatur: ergo pariter, quamvis amicitia creata destruatur per non terminationem ad bonitatem amici, vt ad obiectum formale terminativum, amicitia Dei ad homines, non tolletur ex hac non terminatione. Maior cum consequentia tenet. Minor autem probatur; vt enim Auctores huius solutionis fatentur, amor amicabilis Dei, non respicit bonitatem creatam pro obiecto formali motivo; sed tantum pro obiecto formali terminativo; sed amor iste debet ab aliqua bonitate moveri: omnis enim actus voluntaris petit habere obiectum formale motivum, & terminativum: ergo movetur à bonitate increata.

62 *Con, rma*

(.1.)

***
***

§. IV.

Digitized by Google

§. IV.

Duobus argumentis in contrarium occurritur.

63 *Arg. 1. ex Aug.* CONtra istam conclusionem arguunt Auctores oppositi primo ex Augustino *lib.* 11. *de Ciuitate Dei, cap.* 21. vbi circa illa verba: *Dixit Deus fiat lux, & facta est lux:* & illa: *Vidit lucem quod esset bona,* sic ait: *Si quærimus, quis fecerit, Deus est: si per quid fecerit, dixit fiat, & facta est, si quare fecerit, quia bona est.* Ex quibus verbis tale argumentum conficitur. Iuxta Augustinum Deus fecit lucem, quia bona est; sed ly *quia* non potest aliud genus causalitatis importare, quam alicientis, & moventis: ergo ex mente Augustini bonitas creata alicit, & movet voluntatē divinam, & consequentèr obiectum formale motivum divinæ voluntatis, non est sola bonitas increata, sed etiam creata, & abstrahens ab vtraque. *Confir. 1. ex Bern.* Vrgent primo ex Bernardo sermone tertio in die Pentecostes, vbi circa illud Proverbiorum 16. *Vniversa propter semetipsum operatur est Dominus,* ait, pro eorum vtilitate, ideſt, vt ille quidem efficiens sit, hæc finis: ergo sentit, finem Dei benefacientis creaturis esse illis benefacere propter creaturarum vtilitatem.

64 *Secundo ex D. Th.* Confirmat, & vrgent secundo ex D. Thoma, *lib.* 1. *Contra Gentes, cap.* 91. vbi docet, Deum amare creaturas non per accidens, sed amari per se, vt ibi explicat D. Thomas, est amari, non solum ratione alterius: ergo sentit creaturas à Deo amari, non solum propter bonitatem divinam, sed etiam propter propriam, & intrinsecam bonitatem. Et *cap.* 93. illis verbis: *Dare autem, non propter aliquod commodum ex datione spectatum, sed propter ipsam bonitatem, & convenientiam dationis, est actus liberalitatis; Deus igitur est maximè liberalis:* sentit ergo D. Thomas, Deum in largiendo bona creaturis, ab honestate largitionis moveri; sed hæc honestas aliquid creatum est: ergo movetur à bonitate creata. *Tertio ex eodem D. Thom.* Et in præsenti *art.* 2. *ad* 2. docet D. Thomas, id, quod amatur præcisè propter aliud, non amari propriè, vt autem docet, *lib.* 1. *Contra Gentes, cap.* 91. Deus proprie amat creaturas: ergo sentit non amari à Deo præcisè propter aliud, & consequentèr sentit illas propter ipsarum bonitatem amare.

65 *Resp. 1.* Respondeo, explicando maiorem: fecit Deus lucem, quia bona est, ly *quia* dicente conditionem, vt à Deo fieret, concedo maiorem: ly *quia* dicente finem amoris, aut efficientiæ activæ divinæ, nego maiorem, & nego minorem, aut suppositum illius, quod nempè, ly *quia* in sensu Augustini alit quod genus causæ importet respectu amoris divini, nullum enim genus causalitatis importat in hac comparatione, sed conditionem tantum, vt à Deo posset fieri; cum enim Deus Auctor mali esse non possit, vt aliquid fiat à Deo, bonitas necessario requiritur. *Aliter explicatus Aug.* Vel aliter explicari potest propositio Augustini, Deum nempè fecisse lucem, quia bonam, ideſt, quia vtilem ad bonum vniversi, & ad creaturam rationalē, ad quam omnia ordinabat, non ita vt bonitas vniversi, vel rationalis creaturæ sit finis amoris Dei, vel actionis sumptæ activè, sed finis efficientiæ passivæ, & effectus à Deo facti.

66 *Explicatur Bern.* Ad primam confirmationem dicatur, nomine finis non intellexisse Bernardum finem *cuius gratia* volitionis divinæ, sed finem effectum, & finem *cui* vtilitatis; licet enim Deus creaturas omnes diligat ratione bonitatis divinæ, nulla tamen vtilitas stricta Deo ex creaturis resultat, sed tota vtilitas est ad creaturas productas. Ad secundam confirmationem, concessa maiori distinguo minorem: amari per se, est amari non solum ratione alterius finis particularis, concedo minorem: ratione alterius finis vltimi, & vniversalis, nego minorem, & consequentiam; ratio autem distinctionis traditæ est multiplex: prima, quia in ordinatione ad finem particularem, nō consistit perfectio creaturæ amatæ, v. c. in ordinatione vnius hominis ad alium, non consistit hominis dilecti perfectio; perfectio autem maxima creaturarum consistit in ordinatione ad Deum finem vltimum, & vniversalem. *Ratio prima distinctionis.*

67 *Secunda.* Secunda; nam homo diligens hominem v. c. ratione sui, non diligit hominē, vt finem *cui* vtilitatis, sed se ipsum, Deus autem diligens hominem ratione bonitatis divinæ, diligit hominem, vt finem *cui* vtilitatis; cum Deo nulla stricta vtilitas ex creaturis accrescat, & ideò terminatio amoris Dei ad bonitatem creatam ratione solius bonitatis divinæ, non tollit, quin creata bonitas per se ametur, benè tamen terminatio amoris ad vnum bonum creatum præcisè ratione alterius, quia vt aliquid per se ametur, saltim requiritur, quod amans illum respiciat vt finem *cui* vtilitatis. *Tertia.* Tertia, quia bonitas divina continet eminenter bonitatem creatam; bonitas autem creata non continet aliam eminenter, & ideò amari ratione bonitatis divinæ, non reddit bonitatem creatam amatam, non per se, sed per accidens; amari autem vnum bonum creatum ratione alterius præcisè, reddit obiec-

Digitized by Google

Ad vltimum D. Thom. constat solutio.

obiectu creatum amatum, non per se, sed per accidens. Et ex his constat solutio ad Vltimum testimonium Divi Thomę.

68 *Ad 2. D. Thom.*

Ad secundum, quod sumitur ex 1. *Contra Gentes, cap. 93.* respondeatur, largitionem divinam, esse actionem formaliter immanentem; ac per consequens increatam: vndè honestas moralis in Dei largitione reperta, non est quid creatum, sed aliquid increatum; ex quo vlterius fit, vt quamvis voluntas largiendi ab honestate largitionis moveatur, non moveatur ab aliqua forma creata. Vel si admittatur, largitionem Dei consistere in actione formaliter transeunte, & illius honestatem esse aliquid creatum, consequenter est asserendum, non moveri voluntatem Dei liberaliter largientis ab honestate in largitione reperta, sed à bonitate divina, quam concedet largitionis honestas: quod D. Thomas allegato loco explicuit, illis verbis: *Vndè non vult alicui suam bonitatem communicari, ad hoc vt sibi exinde aliquid accrescat; sed quia se ipsum communicare est sibi conveniens, sicut fonti bonitatis*: bonitas ergo divina quatenus fons bonitatis, & quatenus illi est conformis bonitas largitionis, est quę movet voluntatem divinam ad elargiendum liberaliter.

69 *Secundo arg.*

Secundo sic arguunt: creaturę sunt amabiles à Deo, & ratione bonitatis proprię, & bonitatis divinę; sed Deus diligit creaturas omni modo, quo sunt diligibiles: ergo amantur ab ipso, non solum ratione bonitatis divinę, sed etiam ratione bonitatis creatę. Illatio est legitima. Minor constat ex infinitate dilectionis divinę, quę, quia infinita est in ratione dilectionis; petit, non solum terminari ad omne obiectum, sed etiam omni modo, & sub omni ratione, qua diligibile est.

Maior ostenditur primo.

Maior autem ostenditur primo; non enim repugnat, creaturam intellectualem vnam, atque idem obiectum amare ex duplici motivo, vel totali, vel partiali: ergo pariter, nulla repugnantia erit in eo quod creaturę diligantur à Deo: tùm ratione bonitatis divinę: tùm etiam ratione bonitatis creatę, vt ex duplici motivo, vel totali vel partiali. Secundo nam creaturę habent propriam bonitatem, distinctam à bonitate divina, quamvis ab illa participatam, & vt ab illa distincta est cum proprietate bonitas: ergo vt sic distincta, est ratione sui amabilis à divina voluntate. *Secundo.*

70 *Tertio.*

Tertio, & explicatur magis: vbi adest obiectum, potentia, & debita obiecti applicatio, nihil aliud desideratur, vt à potentia possit attingi; sed ex parte creaturarum adest bonitas intrinseca, & propria, quę est obiectum voluntatis, adest debita applicatio ad divinam voluntatem, nempe divina cognitio bonitatis creatę: ergo adest quidquid requiritur, vt ratione sui ametur à divina voluntate. Quarto, creaturę cognoscuntur à Deo, non solum in se ipso, & ratione veritatis increatę, sed etiam in se ipsis ratione veritatis creatæ: ergo pariter sunt amabiles a divina voluntate, non solum in Deo, & ratione bonitatis divinę, sed etiam in se ipsis ratione proprię, & intrinsecæ bonitatis. Patet consequentia primo à paritate rationis. Secundo, quia sicut veritas est obiectum intellectus, ita bonitas est obiectum voluntatis: ergo si intelliguntur a Deo ratione sui, quia habent propriam veritatem, amabuntur etiam à Deo ratione sui, quia habent propriam, & intrinsecam bonitatem. *Quarto.* *Consequentia prob. primo.* *Secundo.*

71 *Tertio.*

Denique: quia nullum inconveniens potest fingi in terminatione amoris Dei ad bonitatem creatam ratione sui, quod pari efficacia non militet in terminatione divinę intellectionis ad veritatem creatam, vt ad obiectum immediatum, & formale: ergo si hoc secundum absque incōvenienti conceditur, debet, & primum concedi. Denique potest maior argumenti probari: omnis enim perfectio physica, vel moralis, quę in creaturis reperitur, convenit formaliter Deo, si in suo conceptu formali non dicit imperfectionem; sed honestas sumpta à bonitate creata amata ratione sui, reperitur in creatura rationali; & aliàs in suo conceptu formali non dicit imperfectionem: ergo reperitur in Deo: & consequēter bonitas creata est amabilis à Deo ratione sui. *Quinto prob. Maior principalis.*

72 *Respondetur.*

Respondeo, negando maiorem; licèt enim creaturę amabiles sint à Deo; non tamen possunt amari per actum voluntatis divinę primo ad illas terminatum: ac proinde non possunt ratione sui amari à voluntate divina, sed solum ratione divinę, & increatę bonitatis. Ad primam probationem maioris, prætermisso antecedenti, nego consequentiam: repugnantia namque in amore creaturarum à Deo ratione proprię bonitatis, non sumitur ex eo quod vnus, atque idem actus nequeat duplex motivum adæquatum, aut inadæquatum habere, sed quia divinę formalitates nequeunt specificari, aut finalizari ab entitate creata. Ad secundam, concesso antecedenti, nego consequentiam: nam esto bonitas creata petat esse ratione sui amabilis ab aliqua voluntate; non tamen petit, nec potest amari ratione sui à voluntate divina ob rationem assignatam. *Ad 1. probationem maioris.* *Ad secundam.*

Ad

73 *Ad tertiam.* Ad tertiam distinguo maiorem: vt possit attingi à potentia primario, vel secundario, ratione sui, vel ratione alterius, concedo maiorem: primario, & ratione sui, subdistinguo maiorem: si obiectum sit proportionatum, vt ratione sui, & primario à tali potentia attingatur, concedo maiorem: si hac proportione careat nego maiorem: & concessa minori, nego consequentiam; quia licèt bonitas creata sit attingibilis à voluntate creata primario, & ratione sui, tanquam obiectum formale, à divina voluntate non potest primario amari motivè, aut terminativè, ob rationem assignatam, sed tantum, vt obiectum secundarium; & ideò quamvis bonitas creata applicetur divinæ voluntati per divinam cognitionem, non potest ab illa diligi ratione sui, sed tantum ratione bonitatis divinæ; quia sic, & non aliter est amabilis ab ipsa.

74 *Ad quartam.* Ad quartam, nego antecedens vt enim voluntas divina solum potest à bonitate increata moveri, & ad bonitatem creatam, non nisi ratione divinæ bonitatis potest terminari, ita intellectus divinus solum potest ab increata veritate moveri, ad creatam autem veritatem solum secundario ratione increatæ veritatis primario cognitæ terminari.

Ad quintam. Ad vltimam probationem, concessa maiori, nego secundam partem minoris: honestas enim immediatè terminata ad creatam bonitatem, vt ab obiectum formale motivum, aut terminativum, finalizatur, specificatur, & dependet ab illa; dependentia autem, maxima imperfectio est: ac per consequens reperiri nequit in Deo honestas moralis ad bonitatem creatam terminata, vt ad obiectum formale, & primarium.

75 *Obijcies.* Sed cõtra istam solutionem obijciunt: quod divinus amor terminetur ad bonitatem creatam, vt ab obiectum formale & primarium, motivum, aut terminativum non dicit aliquam imperfectionem: ergo fulcitur fundamento tota solutionis doctrina; & consequentèr bonitas creata poterit primario, & ratione sui formalitèr amari à divina voluntate. Consequentia ex dictis tenet. *Antecedens ostenditur 1.* Antecedens autem ostenditur primo: nam etiam si Deus amet creaturas solum ratione bonitatis divinæ, eius tamen amor dependet à creaturis ad minus terminativè; cum talis amor absque creaturis dilectis existere nequeat in Deo; & tamen hæc dependentia imperfectionem non dicit: ergo quamvis primo per se formalitèr, & ratione sui terminetur ad bonitatem creatam; ac proinde ab illa dependeat, non sequitur imperfectio.

Secundo, nam vbi dependentia in entitate non est, nulla imperfectio invenitur; sed quamvis amor divinus primario terminetur ad bonitatem creatam, & ab illa moveatur ratione sui, nihilominus non ponitur dependentia in entitate, sed tantum in terminatione sub conceptu terminationis: nam quamvis Deus amet creaturas ob illarum bonitatem, nihil entitatis accrescit illius amori: ergo in eo quod amor divinus terminetur formalitèr, & primario ad bonitatem creatam & ab illa ratione sui moveatur, nulla in amore divino constituitur imperfectio. Tertio: nam dependentia amoris ab obiecto, vt a fine, non est propriè dependentia ab illo, vt à causa propriè tali, sed est largè dependentia ab illo, vt à puro termino; sed dependentia hæc impropria à creatura tanquam à termino puro, nulla est imperfectio: ergo terminatio primaria ad bonitatem creatam, vt ad obiectum formale motivum, & terminativum, non dicit imperfectionem. Quarto, nam primario terminari ad bonitatem creatam, non aliam dependentiam importat, nisi tantum vt à conditione; sed quod aliquid creatum sit conditio, vt aliquid divinum existat, imperfectionem non dicit; etenim possibilitas creaturarũ est necessaria conditio, vt existat omnipotentia divina: ergo in eo quod amor Dei à bonitate creata moveatur, & ad illam primo, per se, & formalitèr terminetur, non dicit imperfectionem.

76 *Secundo.* *Tertio.* *Quarto.*

Denique idem antecedens probatur: omnipotentia divina habet pro obiecto formali primario motivo, aut terminativo creaturas vt non implicantes; & tamen hoc imperfectio in omnipotentia non est: ergo pariter, non erit in amore imperfectio, primario terminari ad bonitatem creatam, vt ad obiectum formale. Illatio tenet à paritate rationis: si namque imperfectio non est, quod divina potentia aliquid creatum habeat pro obiecto formali, cur debet imperfectio censeri in amore divino, bonitatem creatam habere pro obiecto formali?

77 *Quinto.*

Maior autem probatur primo: nam omnipotentia divina, vtpotè potentia effectiva, respicit pro formali obiecto factibile in quantum tale; sed nihil increatum habet rationem factibilis: ergo nihil increatum est illius obiectum formale; & consequentèr illius obiectum formale, erunt creaturæ possibiles, quatenus non implicantes. *Maior prob. 1.*

Deinde suaderi potest: etenim quæcumque potentia potest cognosci quidditativè, non cognito nisi tantum illius obiecto *Secundo.*

Digitized by Google

iecto formali, & primario, licèt ad sui comprehensionem etiam termini materialis cognitionem exposcat; sed omnipotentia vt talis, non potest cognosci quidditativè, non cognitis possibilibus, saltim sub ratione communi possibilis, aut non implicantis: ergo creaturę sub hac ratione sunt obiectum Omnipotentiæ formale.

78 Respondeo, negando antecedens. Ad primam illius probationem nego maiorem: nec ex eo, quod amor terminatus ad creaturas materialitèr sine illis esse nequeat, sequitur, quod dependeat ab illis: vnum namque no potest existere sinè alio, non semper ex dependentia provenit sed quandoque ex sola connexione, vt constat in Relativis, quorum vnum sinè alio nequit existere; et tamen relativum à correlativo non dependet; cum sint simul natura, & cognitione. Constat etiam in divina omnipotentia, quę non potest existere sinè possibilitate creaturarum, vt frequentior, & verior sententia tenet; & tamen non dependet ab illis: ac proinde ex eo quod amor liber efficax creaturarum sub ratione amoris liberi sinè creaturis non detur, male a contrariis infertur, quod dependeat à creaturis, ad quarum bonitatem materialiter termina-tur.

Resp. ad 1. prob.

Ad secundam, concessa maiori, nego 79
minorem: non enim stat, amorem ab obiecto moveri ratione sui, & ab illo non dependere in entitate, & realitate. Tùm: quia moveri ab obiecto, est finalizari ab illo; finis autem non influit, nisi in id, quod ab efficiente causatur; causalitas verò efficiens, est ad dandum esse effectui, ac proinde non stat, dependere à fine, & non dependere in esse. Tùm etiam; quia actus, qui movetur ab obiecto ratione suæ bonitatis, specificatur ab illo; specificari autem, est accipere speciem, & consequentèr est accipere entitatem.

Ad 2.

Ad 3. Ad tertiam nego maiorem: etenim causa finalis, est cum proprietate causa, vt superius arguebamus: imò in sententia probabili, inter omnia causarum genera præcipuum obtinet locum: cum ergo actum voluntatis ab obiecto moveri, sit ab illo finalizari, est propriè ab illo dependere, & causari. Quod autem concursus puri termini ad rationem finis non sufficiat, constat in correlativis, quorum vnum ad alterum comparatur vt terminus; & tamen vnum alterius finis non est: aliàs simul natura non essent.

Ad 4. Et ex his, ad quartam probationem nego maiorem: existentia namque conditio est ad efficiendum; applicatio agentis ad passum, conditio est; vt agens agat, apprehensio boni conditio est, vt bonum moveat; & tamen nihil horum obtinet rationem finis: concursus ergo finalis non est tantum conditionis.

Ad vltimam, nego maiorem: etenim 80
in veriori sententia, omnipotentia divina, non est attributum distinctum ab intellectu divino, aut divina voluntate; & consequentèr non potest habere obiectum formale distinctum ab obiecto intellectus divini, aut divinę voluntatis; voluntas autem, & intellectus divinus non specificantur à veritate, & bonitate creatis: ac proinde, nec omnipotentia divina potest ab illarum possibilitate specificationem recipere.

Ad vltimam, & 3. prob.

Ad primam probationem maioris, ne- *Ad 1. probationem maioris.*
go maiorem: nam divina omnipotentia non habet rationem factivę, ex conceptu suo essentiali, & specifico; sed rationem volitivę, si est idem cum voluntate, vel rationem intellectivę si est idem cum intellectu. Vndè ratio factivę & productivę est quædam denominatio secundaria præscinta ab entitate intellectus, aut voluntatis; denominatio autem secundaria ab aliqua entitate proveniens, non habet specificativum distinctum ab specificativo entitatis: alias esset no eadem, sed distincta essentia: ac proinde, quamvis potentia effectiva, quę ex suo primario conceptu ratione effectivę sortitur; speciem sumat à factibili, & producibili, hæc specificatio divinę omnipotentię non competit.

Ad secundam, distinguo maiorem: si po- 81
tentia habeat vt sibi essentialem denominationem primario cum aliquo extremo connexam, nego maiorem: si talem denominationem non habeat, concedo maiorem: & concessa minori, nego consequentiam: nam omnipotentia divina habet vt sibi essentialem denominationem factivę, sinè qua cognita, non potest illius essentia cognosci; hæc autem denominatio primario, & per se connectitur cum creaturis possibilibus sub communi ratione possibilis; & consequentèr non potest cognosci sinè illis cognitis sub hac communi ratione. Ex quo vlterius sit, vt non possit omnipotētia quidditativè cognosci, non cognitis possibilibus sub ratione communi possibilis, & non implicantis fieri.

Ad 2.

Sed instabis primo; omnipotentia sub 82
denominatione factivę, & productivæ comparatur ad rationem communem possibilis, & non repugnantis primario, & vt ad terminum formalem, vt

Instabis 1.

Digitized by Google

admittitur in hac solutione: ergo sub hac denominatione specificatur a creaturis sub ratione illa communi, & consequenter etiam amor creaturarum sub hac denominatione speciem sumet ab illis. *Secundo.* Secundo, nam sententia docens omnipotentiam divinam esse attributum ab intellectu, & voluntate distinctum, est in via Divi Thomæ probabilis, vt constat ex Divo Thoma *infra quæstione 25. articulo 1, ad quartum* in prima argumenti solutione; sed ista sententia admissa, debet necessario concedi, specificari à creaturis possibilibus, vt ab obiecto formali: ergo eadem probabilitate, qua gaudet præfata sententia, concedenda est huiusmodi specificatio. Probatur minor: in allegata sententia, omnipotentia est attributum ex primario conceptu productivum, & factivũ: ergo debet specificari a factibili, & producibili; sed nihil increatum habet rationem factibilis: ergo à nullo increato potest specificari; & consequenter specificatur à creaturis possibilibus sub ratione communi possibilis, aut non implicantis.

83 *Respond. ad 1.* Respondeo ad primam replicam, distinguendo antecedens: primario, & vt ad terminum formalem denominatum, concedo antecedens: vt ad terminum formalem entitatis omnipotentiæ, nego antecedens, & consequentiam: quia vt ab illo termino omnipotentia sumeret speciem, debebat comparari ad illum primario sub conceptu essentiæ, & entitatis, & non solum sub conceptu, & munere denominationis.

Ad 2. Ad secundam, concessa maiori, nego minorem. Ad probationem, concesso antecedenti, nego consequentiam; nam licèt factivum per se ordinatum ad terminum vt factibilem, specificetur ab illo; factivum tamen nõ ordinatum ad terminum, nec illi, vt fini subordinatum; sed illum sibi subordinans, non specificatur à termino producibili: & quia omnipotentia divina, non ordinatur ad creaturas producibiles, nec illis subordinatur, sed creaturæ subordinantur ipsi: fit consequens, quod non specificetur ab illis; sed specificatur virtualiter à divina essentia, vt est ratio producendi creaturas, & prout est finis illarum, qua ratione potest dici producibilis vt *quo*; & quamvis respectu huius denominationis comparetur essentia divina vt *quo*, in ordine tamen ad specificandam omnipotentiam vt *quo*, & vt *quod* comparatur: & ratio est; nam creaturæ producibiles possunt, & petunt subire denominationem producibilis vt *quod*, non tamen possunt à divina essentia constitui vt *quod* specificantes divinam omnipotentiam, quæ ex conceptu entis a se habet, quod sit incausabilis; & ideò, quoad rationem specificationis sistit in divina essentia, vt est ratio producendi creaturas, vt in specificante, nedum vt *quo*, sed etiam vt *quod*.

§. V.

Cætera argumenta diluuntur.

84 *Tertio arguitur.* TErtio arguitur: bonitas increata non alicit voluntatem divinam ad amorem creaturarum secundum conceptum bonitatis increatæ: ergo vt sic non est obiectum motivum voluntatis divinæ vt diligentis creaturas; & consequenter Deus vt diligens creaturas ab illarum bonitate movetur. Prima consequentia ex antecedenti colligitur. Secunda est manifesta; prout enim creaturas diligit, habet aliquod motivum: ergo si non movetur à bonitate increata secundum conceptum bonitatis increatæ, necessario est asserendum, moveri à bonitate creata. Antecedens autem probatur: eatenus bonitas Dei movet ipsum ad amorem creaturarum, quatenus ad creaturas comparatur vt finis, & creaturæ ad ipsum vt media; sed creaturæ non comparantur vt media, nec rationem mediij sortiuntur in ordine ad bonitatem increatam secundum conceptum intrinsecum increatæ bonitatis: ergo sub hoc conceptu non alicit voluntatem divinam ad amorem creaturarum. Maior constat ex D. Thoma *in præsenti artic. 2. ad secundum*, vbi inde probat, voluntatem divinam, nullatenus a creaturis moveri, sed adæquatè à propria bonitate, quia in his, quæ volumus propter finem, tota ratio movendi est finis; creaturæ autem à Deo solum amantur vt media; & ideo ab illis non movetur, sed solum à bonitate increata, quæ est finis; & ratio est clara: nam motivum voluntatis est finis: ergo si divina bonitas movet Deum in amore creaturarum, comparatur ad hunc amorem vt finis, & creaturæ attinguntur vt media.

85 *Minor probatur. Prima.* Minor autem ostenditur primo; nam creaturæ, eatenus sortiũtur rationem mediij in ordine ad Deum, quatenus ordinantur ad illius gloriam, & honorem extrinsecum; sed gloria extrinseca Deo vel illius honor extrinsecus, non est aliquid increatum, sed creatum: ergo creaturæ non habent rationem mediij in ordine ad divinam bonitatem, secundum conceptum intrinsecum. *Secundo.* Secundo, nam eatenus aliquid sortitur rationem mediij, quatenus conducit ad finis consequutionem, aut

illius

illius assecuti perfectionem, aut conservationem, sed creaturę non conducunt ad assecutionem bonitatis increatę secundum conceptum intrinsecum, nec ad eius prout sic conservationem, aut perfectionem; nam bonitas increata Dei non dependet à creaturis, nec in sui prima existentia, nec in sui conservatione, nec in aliqua intrinseca perfectione: ergo nō habent rationē medij in ordine ad increatā bonitatem secundum conceptū intrinsecū; & consequētèr bonitas increata prout sic non alicit, nec movet voluntatem divinam ad amorem creaturarū. Denique

Tertio. suadetur minor: etenim amor mediorum, necessarius est supposito amore finis, vt finis, vel media ad illum finem non sunt; sed Deo necessario amanti bonitatem increatam secundum conceptum intrinsecum non convenit amor creaturarū necessario, sed libere: ergo creaturę non habent rationem medij respectu divinę bonitatis secundum conceptū intrinsecum.

86 Hoc argumentum non solum à nobis, sed etiam à contrarijs est soivendum; nam quamvis contrarij teneant, Dei bonitatem non esse adæquatum motivum omnis volitionis divinę, sed aliquem actum voluntatis divinę adæquatè, vel saltim inadæquatè moveri à bonitate creata: omnes tamen fatentur, Deum, quidquid vult, velle propter suam bonitatem vt finem saltim mediatum, & per modum imperantis: nam amor creaturarum, quamvis ab illarum bonitate moveatur, non tamen tanquam ab vltimo fine, sed tanquam à fine proximo ordinato ad divinam bonitatem tanquam ad vltimum finem; ac proinde necessario est efferendum, Deum in omni actu volūtatis propter se operari vt finem. Constatque ex illo Proverbiorum 16. *Vniuersa propter semetipsum operatus est Dominus.* Cæterum in explicando, qualitèr divina bonitas, & sub qua ratione, rationem finis sortiatur per respectum ad creaturas, non est vna omnium sententia.

Hoc argumentum etiā præmit ad-versarios

87 Albiz *tract. 2. disp. 8. sect. 1. num. 15.* censet, eatenus Deum propter se operari vt finem, quatenus vult omnia, quę ad extra producit, ordinari tanquam ad vltimum finem ad divinam bonitatem, non quia bonitas divina Dei voluntatem ad amorem omnium alliciat, refertque in sui favorem D. Thom. *in 2. distinct. 1. quæst. 2. artic. 2.* in arg. *sed contra*, & *in hac 1 part. quæst. 44. artic. 4. quæst. 65. artic. 2.* & in hac quæstione *artic. 5.* vbi negat, voluntati divinę esse assignabilem causam efficientem, vel finalem, nisi tantum obiectivè;

Prima argumenti Solutio, est Patris Albiz.

non enim vult vnum, quia vult aliud, vult tamen, vnum esse propter aliud. Et ex his ad argumentum respondet, Deum non ideò velle creaturas, quia vult sibi suam bonitatem intrinsecam, sed quia se, & bonitatem suam vult creaturis, & assequi ab illis; licet autem Deus sibi necessario velit bonitatem increatam, ad illamque vt bonam Deo nihil creaturę conducant; non tamen vult necessariò suam bonitatem creaturis, & ad illam quatenus creaturis bonam, & vt assequendam ab illis ipsæ creaturę conducunt.

Hæc tamen solutio non evacuat difficultatem positam: nam licèt voluntas divina ex parte sui non habeat causam efficientem, nec finalem, sed solum ex parte effectuum, vt docet D. Thomas in allegatis locis; habet tamen rationem finalem, id est obiectam talis conditionis, quod si ab illa realitèr distingueretur, realitèr illam finalizaret, & moveret, quod docet D. Thomas *in præsenti artic. 2. ad secundum*, illis verbis: *Vndè, cū Deus alia à se non velit nisi propter finem, qui est sua bonitas, vt dictū est, non sequitur, quod aliquid aliud moueat voluntatem eius, nisi bonitas sua*; sed doctrina traditę solutionis non assignat motivum virtuale, aut rationem finalem voluntatis divinę ex parte sui, sed tantum causam finalem, ex parte effectuum volitorum ab ipsa: ergo non evacuat argumēti difficultatem, quę de ratione motiva non solum ex parte effectuum, sed etiam ex parte divinę voluntatis procedit.

88 *Contra.*

Secundo respondet, Deum sibi ipsi esse finem, & non solum creaturis. non quidem vt consequendum à se per se ipsum, sic enim respectu sui non est finis, sed vt consequendum à se per creaturas, quod explicat exemplo patris intendentis filio beneficium: nam beneficium intentum non solum est finis filio, sed etiam est finis patri, non ab ipso per se consequendum, sed consequendum à Patre medio filio. Sed non placet hæc solutio; adversatur enim doctrinæ D. Thom. *infra quæst. 44. artic. 4. & ad finem corporis*, ibi: *Sed primo agenti, qui est agens tantum, non conuenit agere propter acquisitionem alicuius finis, sed intendit solum communicare suam perfectionem, quæ est eius bonitas*: & in solutione ad primum illis verbis: *Ideò Deus solus est maximè liberalis, quia non agit propter suam vtilitatem, sed solum propter suam bonitatem*: ergo iuxta D. Thom. Deus, qui est agens primum, & nullo indigens ad sui existentiam, non agit propter se finem, vt acquirendum, sed propter se finem vt communicandum creaturis.

89 *Alia solutio eiusdem Auctoris.*

Contra.

90 *Vera solutio argumenti.*

Quare, his omissis solutionibus, vel ad resolutionem nostram reductis. Ad argumentum respondeo, negãdo antecedens. Ad probationem distinguo maiorem: vt finis consequendus, aut perficiendus per creaturas, nego maiorem: vt finis participandus, communicandus, & imitandus, concedo maiorem: & sub eadem distinctione minoris, nego consequentiam: nam licèt bonitas increata, non sit finis consequendus per creaturas, aut per illas intrinsecè perficiendus; est tamen finis communicandus creaturis, ab illis participandus, & imitandus, & bonitas increata vt participanda à creaturis, non vt ab illis perficienda est, quę movet voluntatem divinam, vt docet Divus Thomas verois proximè allegatis.

91 *Ad 1. minoris probat.*

Et ex his ad primam minoris probationem, quatenus distinctioni tradituę obstare potest, dicatur; quod licèt creaturę sortiantur rationem medij in ordine ad gloriam, & honorem Dei extrinsecum; iste tamen honor à Deo diligitur ratione bonitatis increatę vt participabilis, & imitabilis: ac proinde licèt ex parte effectus creaturę ordinentur ad illum, non tamen movet interiorem Dei affectum, sed tota ratio movendi est bonitas increata. *Ad 2.* Ad secundam minoris probationem dicatur, veram esse maiorem de fine dependente à medijs, & per illa consequendo; falsum autem de fine participando, & imitando.

Ad 3. Ad vltimam distinguo maiorem: supposito amore finis dependentis à medijs, concedo maiorem: indepẽdentis ab illis, nego maiorem: & concessa minori, distinguo consequens distinctione maioris; solum enim sequitur, Deum non esse finem creaturarum, dependentem à creaturis, aut indigentem illis; non autem sequitur, non esse finem imitandum, communicandum, & participandum.

92 *Insurges primo.*

Sed oppones adversus solutionem istam primo; nam de ratione medij, est, quod condũcat ad finem: ergo si creaturæ nullam habent conducentiam ad Deum, non sunt media in ordine ad illum, nec Deus illarum finis. *Secundo.* Secundo, nam Deus, vt in nostra solutione fatemur, movet ad amorem creaturarum vt illis communicandus, & ab illis participandus; sed Dei communicatio, aut eius participatio aliquid creatum est: ergo non movet Deus ad amorem creaturarum ratione bonitatis increatæ, sed ratione alicuius creati.

93 *Resp. ad 1. replic.*

Respondeo ad primam replicam, in medijs duplicem respectum ad finem reperiri, dependentię à fine in ordine intentionis, quatenus in illo ordine amantur ratione finis, & conducentię, & causalitatis finis in ordine executionis: creaturę autem in ordine ad Deum non sunt media sub vtraque ratione, sed tantum sub prima: quatenus diliguntur ratione bonitatis divinę; quia tamen bonitas divina est omnino à creaturis independens, non habent respectu illius habitudinem conducentię, aut habitudinem causæ.

Ad 2. Ad secundam dicatur, communicationem Dei sumptam activè, hoc est, ex parte creaturę Deum participantis, esse aliquid creatum: acceptam autem passivè, hoc est, ex parte Dei communicantis esse aliquid in creatum, & sumptam secundo modo movere voluntatem divinam.

94 *Quartum argumentum.*

Quarto arguitur: in Deo non solum invenitur amor sui, sed etiam virtutes morales, v.c. iustitia, & misericordia; tum si omnis actus voluntatis divinę specificaretur à bonitate increata, tales virtutes non subsisterent in ipso, sed solum dilectio sui: ergo non omnis actus voluntatis divinę specificatur à bonitate increata, sed aliquis à bonitate creata. Minor, in qua sola est posita difficultas, ostenditur primo: nam obiectum misericordię est aliena miseria vt sublevanda; obiectum autem iustitię est alienum ius vt servandum: ergo si invenitur in Deo honestas misericordię, & iustitię, actus voluntatis divinę ius alienum vt servandum, & miseriam alienam vt sublevandam respiciunt. Secundo probatur: nam divina bonitas specificat amorem, quo Deus se diligit: ergo si omnis actus voluntatis divinę Dei bonitatem habet pro obiecto formali, & specificativo, omnis actus voluntatis divinę erit dilectio Dei, & consequenter in divina voluntate non erunt honestates aliarum virtutum formaliter.

95 *Confirm.*

Confirmatur, merita vt remuneranda movent voluntatem divinam: ergo actus remuneratorius divinus specificatur à meritis. Consequentia tenet primo: nam actus remunerativus specificatur ab eo, quod movet volũtatem præmiantis. Tum etiam, quia si aliqua repugnantia invenitur in eo, quod voluntas divina specificetur à bonitate creata, etiam militat in eo, quod ab illa meritoriè moveatur. Antecedens autem suadetur: nam causalitas meritoria nõ refertur immediatè ad præmium, sed ad voluntatem præmiantis illam inclinando ad præmiandum, & illa mediante ad præmium: ergo merita nostra apud Deum movent eius voluntatem.

Resp.

96 Respondeo, concessa maiori, negando voluntatis divinę aliqualiter moveri à meritis. Probatur minor: actus pertinens ad ordinem intentionis obiectivè terminatur ad gloriam vt coronam, & effectum meritorum, vt ibidem cum frequentiori sententia docuimus, & tamen quia merita non supponit, nec ab illis vlla ratione movetur, actus iustitię non est: ergo si actus executivus nullatenus moveatur à meritis, actus iustitię non erit, quamvis obiectivè attingat gloriam vt coronam, & effectum meritorum.

Ad 1. Probationem minoris resp. minorem. Ad cuius primam probationem dicatur, respectu iustitię, & misericordię creatę obiectum motivum, & formale, esse miseriam alienam, & ius alienum servandum; quia ob sui limitationem non repugnat ab illis specificari, & moveri à bonitate creata; respectu autem misericordię, & iustitię divinę non ita, ob rationes assignatas, sed misericordia divina movetur à divina bonitate; prout est ratio miserendi, & iustitia ab eadem bonitate, prout est Deo ratio præmiandi, quod pertinet divina bonitas prout continet eminenter honestates obiectivas misericordię, & iustitię. Et ex his ad secundam minoris probationem dicatur, bonitatem divinam specificare dilectionem Dei prout Deo bonam, & convenientem absolutè. Cum quo bene stat, vt considerata, prout est ratio miserendi, specificet actum misericordię, & considerata prout ratio remunerandi, actum iustitię specificet.

Ad 2.

97 Ad confirmationem PP. Salmanticenses *in praesenti artic.* 5. animadversione prima, respondent, negando antecedens. Ad cuius probationem distinguunt antecedens: illudque concedunt in ordine ad voluntatem creatam; negant autem in ordine ad voluntatem divinam: nam respectu Dei vt præmiantis, & illius voliloquis activè cōsideratę nulla à meritis creatis causalitas exercetur, sed tota illorum causalitas est comparatione præmij, quatenus Deus vult, quod gloria, v.c. sit effectus meritorum. Hæc tamen solutio, nisi ad nostram reducatur, non placet. Tùm, quia causa moralis non potest exerceri; nisi aliquo modo moveat voluntatem præmiantis: ergo vel respectu Dei causa meritoria non datur, vel aliqua ratione movet eius voluntatem. Tùm etiam: nam largitio præmij vt præmij, est actus iustitię in Deo, vel commutativę, vel distributivę; sed nisi aliqua ratione voluntas moveatur à meritis, non potest honestas iustitię subsistere: ergo divina voluntas à meritis nostris aliqua ratione movetur.

Ad confirm. respond. PP. Salmanticenses.

Contra 1.

Secundo.

98 Tùm denique: vt enim tractatu de prædestinatione docuimus cum frequentiori Thomistarum sententia, in ordine prædestinationis datur duplex actus in voluntate divina; vnus spectans ad ordinem intentionis omnino liberalis, & gratuitus, alter pertinens ad ordinem executionis, qui formaliter liberalis non est, sed iustitię; sed duplex iste actus salvari nequit in Deo, nisi actus executionis aliqua ratione à meritis istorum moveatur: ergo actus

Tertio.

99 Vndè ad confirmationem respondeo, merita considerari posse dupliciter, primo in se ipsis; secundo vt in divina bonitate contenta, quatenus est ratio præmiandi: primo modo inspecta, non influunt in actum voluntatis divinę activè consideratam; sed tantum in obiectum illius: sub secunda autem consideratione virtualiter movent voluntatem divinam; & ideò divina voluntas mota à meritis, vt contentis in divina bonitate sortitur honestatem iustitię, quod allegati Patres meo iudicio non negabunt, sed tantum, quod merita in se ipsis inspecta aliqua ratione causent actum voluntatis divinę, quod verissimum est: nam actus voluntatis Dei activè consideratus à meritis dependere tamquam à causa morali, maxima imperfectio est, quidquid in contrarium aliqui Recentiores existiment; etenim causa moralis verè, & propriè causa est: ergo dependentia ab illa, verè, & propriè est dependentia; ac per consequens imperfectiò.

Verè solutio.

100 Sed oppones primò, merita nostra non solum vt in Dei bonitate contenta eminenter, sed etiam vt in se ipsis moraliter influunt in præmium; & tamen vt in se ipsis in divinam voluntatem activè inspectam non influunt: ergo datur influxus in præmium absque influxu in voluntatem præmiantis. Secundo merita vt in Dei bonitate contenta, non habent rationem meriti; cum divina bonitas meritum esse non possit: ergo si solum movent, vt in Dei bonitate contenta, non movent divinam voluntatem vt merita; & consequenter non salvatur honestas iustitię in divina voluntate.

Oppones primo.

Secundo.

Tertio. Tertio: nam sicut merita movent Dei voluntatem, vt præmiet: ita demerita movent divinam voluntatem, vt puniat; sed demerita non movent, vt in Dei bonitate contenta, sed in se ipsis inspecta: ergo idem est dicendum de meritis. Probatur minor, demerita, vtpotè moraliter mala, non continentur in divina bonitate: ergo movere non possunt vt in Dei bonitate contenta.

Digitized by Google

101 *Resp. ad primam.* Respondeo ad primam instantiam, concessis maiori, & minori, distinguendo consequens: absque influxu in volutatem præmiantis præstito ab eodem sub eadem consideratione ob incapacitatem in tali voluntate repertam, concedo consequentiam: præstito ab eodem saltim sub consideratione diversa, nego consequentiam: nam istius influxus non est in tali voluntate incapacitas. *Ad 2.* Ad secũdam distinguo antecedens: formaliter, concedo antecedens: eminenter, nego antecedens: & sub eadem distinctione consequẽtis concedo, & nego consequẽtiam: vt autem in divina voluntate honestas iustitiæ salvetur, sufficit moveri à bonitate divina, vt eminenter merita continente, cum ex hac sola motione sufficienter distinguatur à quavis aliâ virtute.

102 *Ad 3.* Ad tertiam, concessa maiori, nego minorem: ad illius probationem dicatur, dupliciter posse considerari de merita, vno modo entitativè, alio modo secundum honestatem obiectivam, sub qua iustitiam punitivam specificant: primo modo inspecta, sunt mala; ac per consequens non contenta in divina bonitate: secundo autem modo sumpta, non sunt mala, sed bona obiectivè: nam sicut Deus entitativè suprema bonitas est, prout autem terminat odium, obiectivè malus est; ita demerita entitativè sunt mala; prout autem iustitiam punitivam specificant, obiectivè bona sunt: ac per consequens sic sumpta, possunt in divina bonitate eminenter contineri, & prout sic contenta Deum ad præmiandum movere. Maneat ergo adæquatum obiectum primarium, & specificativum voluntatis divinæ, tàm motivum, quàm terminativum, esse solam bonitatem increatam. Sub qua autem consideratione voluntatem Dei specificet, an scilicèt prout est bonitas solius naturæ divinæ, an verò prout ambit copulativè naturam, & cæteras perfectiones divinas: an autem prout est per transcendentiam rationis, naturæ, & attributis communis? Quod resolvendum restabat, tria hæc possunt sustineri probabiliter, quia tamen *supra quæst.* 14. eadem quæstio disputatur de specificativo intellectus divini, ideò ab illius dissolutione abstinemus.

§. Vltimus.

Corollaria præcedentis doctrinæ.

103 *Infertur primo.* EX dictis in discursu disputationis colligo primo, voluntatis divinæ activè consideratæ, nullam causam formaliter posse dari, quod docet D. Thom. *in hac quæstione, artic.* 5. Et patet de causa efficiente Physica, etenim voluntas divina, vt potentia, & actus primus, solum posset efficienter à natura divina causari per realem dimanationem; ab hac autem non potest causari realiter; cum ab illa non distinguatur: ergo à nullo potest physicè efficienter causari. Deinde sumpta pro actu secundo, si causam efficientem haberet, illa esset divina voluntas, sumpta vt potentia, & actus primus, vel vnus actus esset causa alterius actus, quemadmodum in nobis contingit; nam electio ab intentione causatur, & intentio, & electio realiter à voluntate nostra eliciuntur; sed actus voluntatis in Deo non causatur realiter à divina voluntate, nec electio ab intentione, vel vnus actus ab alio: ergo voluntas divina per modum actus secundi causam Physicam efficientem non habet. *Probatur de causa efficienti Physica.*

104 *Minor pro vtraque parte suadetur primo.* Minor pro prima parte constat ex dictis; nam inter effectum, & causam realiter influentem, realis distinctio requiritur; sed actus, & potentia volitiva in Deo realiter non distinguuntur: ergo actus voluntatis à divina voluntate non potest causari realiter. Pro secunda parte eadem ratione suadetur: vnus enim actus voluntatis in Deo non distinguitur ab altero realiter: ergo vnus ab altero non causatur realiter efficienter. *Secundo.* Deinde probatur ratione Divi Thomæ in articulo citato; sic enim comparantur intentio, & electio in voluntate, sicut assensus principiorum, & assensus conclusionum se habent in intellectu; sed intellectus divinus vnico, & eodem actu cognoscit conclusiones, & principia, & ideò assensus conclusionis non causatur realiter ab assensu principiorum: ergo voluntas divina vnico, & eodem actu attingit finem, & media; ac per consequens electio mediorum, non potest realiter ab intentione finis causari.

105 *Probatur de causa finali.* Quod autem voluntas divina, aut per modum actus primi, aut per modum actus secundi causam finalem realiter causantem non habeat. Probatur, non enim causatur finaliter a bonitate divina, nec à bonitate creata: ergo à nullo causatur in genere causæ finalis. *Antecedens pro prima parte* ratione facta suadetur: nam inter causam finalem, & effectum realis distinctio requiritur; cum causa finalis sit vere, & propriè realis causa; sed voluntas divina non distinguitur realiter à divina bonitate: ergo non causatur ab illa realiter in genere causæ finalis. *Pro secunda parte ostenditur primo:* nam dependere ab aliquo creato vt a fine, maxima im-

imperfectio est: ergo talis dependentia relegari debet à divina voluntate. Secundo; nam finis, & causa efficiens sibi invicem correspondent, & in effectu coincidunt; sed voluntas divina causam efficientem non habet: ergo nec causam finalem.

Secundo.

106 *Tertio.* Tertio; quia namque omnis divina formalitas est identicè primum principium efficiens, nulla potest à creatura vt ab efficiente procedere; sed omnis divina formalitas est identicè vltimus finis. ergo nulla potest à creatura causari finaliter.

Quarto. Denique; nam ratio entis à se non minus causam finalem, quam efficientem excludit; sed voluntas divina, tam per modum actus primi, quàm per modum actus secundi, est formaliter ens à se: ergo licut hac ratione non potest ab aliquo creato vt ab efficiente produci; ob eandem, non potest finaliter a creatura causari.

107 *Prob. illatio de causa morali* Quod denique voluntas divina causam realem moraliter causantem non habeat; si de divina voluntate per modum actus primi accipiatur, non indiget probatione: nam ens omni modo necessarium, causam moraliter causantem non habet: voluntas autem divina sumpta per modum actus primi, est ens necessario existens, & cõsequenter causam moraliter efficientem non habet. Quod autem nec actus liberi divinæ voluntatis activè considerati possint à causa morali procedere, constat ex dictis; nam causa meritoria, & moralis, est verè, & propriè causa: ergo dependentia ab illa, est propriè dependentia, ac per consequens imperfectio in Deo non admittenda.

108 *Secundo, infertur.* Secundo colligitur, actum voluntatis divinæ habere causam realem: tùm efficientem: tùm finalem virtualiter influentem, non creatam, sed increatam. Quod probo; dum actus voluntatis distinguitur virtualiter à voluntate divina, & ab obiecto primario, nempè ab essentia divina: ergo causatur virtualiter realiter à divina voluntate efficienter, & a divina essentia finaliter. Patet consequentia nam ad rationem causæ, & effectus per influxum virtualem, sufficit virtualis distinctio. Quod amplius vrgetur, nam actus voluntatis realiter à voluntate, & ab obiecto primo volito distinctus, realiter formaliter a voluntate causatur in genere causæ efficientis, & ab obiecto in genere causæ finalis: ergo actus virtualiter distinctus à voluntate, & ab obiecto primario, virtualiter a voluntate efficitur, & virtualiter ab obiecto finalizatur. Quod autē non dependeat in aliquo ex his generibus causæ ab entitate creata, probatur; nam illa inter quæ influxus virtualis intervenit; taliter inter se comparantur, quod si realiter distinguerentur, intercederet realis influxus formaliter; sed actus voluntatis divinæ realiter distinguitur ab omni entitate creata, & non causatur ab illa per influxum formalem efficientem, vel finalem: ergo non causatur ab illa efficienter, aut finaliter per influxum virtualem.

Tertio colligitur, actum electionis in 109 Deo virtualiter efficienter ab actu intentionis causari: quod patet; nam electio realiter ab intentione distincta; realiter causatur ab illa in genere causæ efficientis; sicut assensus conclusionis realiter distinctus ab assensu principiorum, realiter ab illo efficitur: ergo electio distincta virtualiter ab intentione, virtualiter causatur ab illa; sed actus electionis in Deo virtualiter ab actu intentionis distinguitur: ergo virtualiter ab illo causatur. Probatur minor: sic comparantur in ordine volitivo intentio, & electio, sicut in ordine intellectivo assensus conclusionis, & assensus principiorum; sed assensus conclusionis, & assensus principiorum virtualiter distinguuntur in Deo: ergo electio, & intentio virtualiter distinguuntur in ipso.

Tertio infertur.

Quarto colligitur, si finis *cui* aliquē 110 influxum exerceat in finem *cuius gratia*, vel in actum voluntatis, Deum nõ posse suas perfectiones creaturis diligere vt fini *cui*; benè tamen si nullum influxum exposcat, sed tantum rationem subiecti perfectionis. Prima pars huius Corollarij probatur; nam creaturæ, nec in actum voluntatis divinæ, nec in eius perfectiones possunt influxum habere finalem, vel effectivum, vt constat ex dictis: ergo si de ratione finis *cui* sit influxus aliquis, vel in actum voluntatis, vel in finem *cuius gratia*, nõ potest Deus suas perfectiones propter creaturas diligere vt finem *cui*. Secunda pars eiusdem Corollarij probatur: nã perfectiones divinæ sunt consonæ, & cõvenientes creaturis, omnipotentia vt existant, & ad idem intellectus, & divina voluntas: ergo potest Deus tales perfectiones diligere, vt convenientes creaturis vt subiecto *cui* conveniunt; & consequenter, si ad rationem finis *cui* ille modus dilectionis est sufficiens, absque aliquo reali influxu, potest Deus creaturis vt fini *cui* suas perfectiones diligere.

Quarto infertur.

Denique infertur, Deum nõ posse suas 111 perfectiones intrinsecas propter creaturas vt finem *cuius gratia* diligere. Quod patet; nam finis *cuius gratia* est vera causa finalis actus voluntatis, vel saltim

Quinto infertur.

Digitized by Google

ſaltim obiecti voliti; ſed creaturę non ſunt cauſæ finales actus voluntatis divinę, nec perfectionum divinarum, vt manet probatum: ergo Deus non poteſt ſuas perfectiones propter creaturas vt finem *cuius gratia* diligere. Quod amplius vrgetur; nam quod amatur propter aliud tanquam finem *cuius gratia*, amatur vt medium; ſed divinę perfectiones non poſſunt amari vt media per ordinem ad creaturas: ergo non poteſt Deus ſuas perfectiones propter creaturas vt finem *cuius gratia* diligere. Patet minor; etenim medium vt medium, eſt ordinatum ad finem, & illi ſubordinatum; perfectiones autem divinę, nec ordinantur ad creaturas, nec illis ſubordinantur: ergo nequeunt eſſe media per ordinem ad creaturas.

112 *Opponit quiddam Recentior*

Sed arguit Recentior quiddam oppoſitam tenens ſententiam: Deum amare ſuas intrinſecas perfectiones propter creaturas vt finem *cuius gratia*, nullam dicit imperfectionem: ergo iſte amor conſtituendus eſt in Deo. Conſequentia tenet, nam Deo concedenda eſt omnis perfectio non dicens imperfectionem. Antecedens autem probat: nam Deum ſe amare eo modo, quo ſe habet ad creaturas, nullam dicit imperfectionem; ſed Deus ſe habet ad creaturas vt verum medium; & conſequenter creaturę comparatur ad ipſum vt finis *cuius gratia*: ergo Deum ſe amare vt medium propter creaturas vt finem *cuius gratia*, imperfectionem non dicit. Probat minorem: nam id ſe habet vt verum medium ad aliquid, per quod ponitur a parte rei; ſed per omnipotentiam divinam homo v. c. ponitur a parte rei: ergo Deus vt omnipotens, vt verum medium ſe habet reſpectu hominis.

Hoc tamen argumentum nullius roboris eſt, & ex non penetratione naturæ medij proceditnon enim omne per quod aliquid extra cauſas conſtituitur, reſpectu illius rationem medij ſortitur, niſi talis ſit natura, vt ad illud, vt ad finem ordinetur, illique ſubordinetur, & ab eo amabilitatem accipiat, & oppoſitum alterere eſt vocibus impropriſſimè vti: quia ergo omnipotentia divina non ſubordinatur creaturis, nec ad illas vt ad finem ordinatur, ſed potius finis eſt creaturarum, & cum eis vt cauſa cum effectu connectitur conſequens ſit, quod rationem medij non obtineat per ordinem ad creaturas. Et quidem omnis cauſa reduplicativè vt cauſa, ad effectus exiſtentiam conducit; & tamen reduplicativè vt cauſa, non habet rationem medij, ſed prout rationem effectus in genere cauſæ finalis reſpectu ſui effectus ſortitur: non ergo omne id per quod aliquid obtinetur eſt verum medium ad illud.

113 *Hæc obiectio rationem medij non calluit.*

Et ex his ad argumentum, reſpondeo negando antecedens. Ad probationem, nego minorem. Ad illius probationem diſtinguo maiorem: ſi ad illud a parte rei conſtituendum vt ad finem ordinetur, concedo maiorem: ſi tali ordinatione non gaudeat, nego maiorem: & ſub eadem diſtinctione minoris, nego conſequentiam: nam divina omnipotentia, & ſi ad hominis exiſtentiam conducat, non tamen ordinatur ad hominem, nec illi ſubordinatur, & ideò medium non eſt ad hominis exiſtentiam. Et hæc de illa Diſputatione applicanda litterę Magiſtri *in* 1. *diſtinct.* 45. §. 4. ad illa verba: *Et ſic ſola cauſa ipſius*, ſcilicèt voluntatis divinę, *quærenda non eſt.*

114 *Reſpondj*

M. Sent.

DISPVTATIO QVINQVAGESIMA.

An Dei volitio in varia attributa sit distinguenda?

§. I.

Relatis sententijs, statuitur prima conclusio.

Nu. 1. *Prima sē entia.*

IN hac disputatione duę versantur sententię: prima est negativa, quam insinuat Suarez, *Disp. 30. Metaphysica, sect. 16. num. 57.* Illamque apertè sequitur Alarcon *Tractatu 3. disputatione prima, cap 3.* affirmans, volitionem divinam in ordine ad suum adæquatū obiectum vnicam, & indivisibilem esse, nedum realitèr, in quo omnes conveniunt, verum etiam virtualitèr. Secunda affirmans est, quam docte tuentur Patres Salmaticenses *trac. 4. disp. 2. dub. 2. num. 31* & alij Recentiores Thomistę. Pro cuius explicatione sit.

Suarez. Alarcon.

Secunda.

Salm.

2 *Prima cō clusio.*

Prima conclusio: *Dei volitio per modum actus primi, non est distinguenda in varia attributa iuxta numerum moralium virtutū.* Probatur manifesta ratione; eatenus prædictę virtutes distinguuntur in nobis per modum actus primi, quatenus ad actum secundum ponuntur in voluntate nostra per modum habituum, vel ad superandas difficultates, vel ad elevādam potentiam; at prædictę virtutes nequeunt constitui in Deo per modum habituum; cum ratio habitus imperfectionem dicat repugnantem Deo, vt communitèr fatentur Theologi: ergo non sunt multiplicandę in illo, adhuc virtualitèr, per modū actus primi.

Probatur

3 *Confirm.*

Confirmatur hoc, & explicatur amplius: omnes illę virtutes per modū actus primi non distinguuntur virtualitèr à voluntate Dei, quę obtinet rationem potentię: ergo nec inter se attributalitèr distinguuntur. Consequentia tenet; quia divina voluntas per modum potentię est vnicum, & indivisibile attributum in Deo: ergo si omnes illę virtutes per modum actus primi non distinguuntur attributalitèr à voluntate divina, nec attributaliter inter se distinguentur. Antecedens autem probatur: illæ virtutes per modum actus primi non obtinent rationem habitus: ergo obtinent rationem potentię; at non rationem potentię virtualitèr distinctę à voluntate divina; alias multiplicaremus virtualiter volitivam potentiam in Deo, quod est plusquam falsum; cum nec in nobis multiplex volitiva potentia assignetur: ergo sunt vnica, & indivisibilis potentia; & consequenter per modum actus primi attributalitèr non distinguuntur.

4 *Si opponas*

Si opponas, ratio habitus in facilitate consistit; at divina voluntas non solum est potens, sed etiam summè facilis & prōpta in ordine ad proprium obiectum: ergo ratio habitus salvatur in illa; & cōsequenter prædictę virtutes virtualitèr distingui poterunt per modum actus primi. *Respond.*

Respondeo distinguendo maiorem; in facilitate distincta a potentia difficultatem aliquam superante in illa, concedo maiorem: in facilitate innata potentię, nego maiorem, & distinguo minorem: est facilis facilitate illi innata, concedo minorem: ab illa distincta, & difficultatem vincente, nego minorem, & nego consequentiam: itaque ratio habitus non consistit in facilitate vtcumque, sed in facilitate, quę difficultatem in potentia supponat, illamque superet, quod manifestè con-

constat: potentia namque visiva, prompta, & facilis est in ordine ad proprium obiectum; & tamen in illa nullus Philosophorum habitum admittit; quia dicta facilitas nullam difficultatem, quam vincat, supponit, sed est innata visivę potentię, & ab illa indistincta: quia ergo in voluntate Dei nulla difficultas vincenda supponitur, id circo facilitas illa non obtinet rationem habitus.

5 *Instabis.* Instabis, non minus est de ratione speciei impressę, quod determinet potentię indifferentiam, quam de ratione habitus difficultatem vincere; & tamen salvatur in divino intellectu ratio speciei cum proprietate, quamvis nullam indifferentiam in illo supponat: ergo salvabitur etiam ratio habitus in voluntate Dei, & si in illa nulla difficultas vincenda supponatur.

Respond. Respondeo, negando maiorem: ratio namque speciei secundum rationem communem subsistit per hoc, quod vniat obiectum potentię, & cum illa ad cognitionem concurrat; quod autem indifferentiam potentię determinet, convenit ei ex imperfectione creata, imò in creatis invenio speciem aliquam, quę indifferentiam potentię non aufert, nempè substantia Angelica, quę speciei rationem obtinet in ordine ad cognitionem sui; cum tamen nullam indifferentiam in Angelico intellectu supponat.

§. II.

Dari attributa distincta intra lineam voluntatis, probatur.

6 *Secunda conclusio.* SEcunda conclusio: *Dei volitio per modum actus secundi variatur penes misericordiam, iustitiam liberalitatem, & alias virtutes, quæ formaliter reperiuntur in Deo.*

Prob. 1. Probatur hæc conclusio primo. Prædictę virtutes inter se distinguuntur ex propriis conceptibus: ergo ad Deum translatę retinent virtualem distinctionem. Consequentia tenet: ideò namque inter alias perfectiones divinas intervenit virtualis distinctio; quia distinguuntur ex propriis conceptibus. Antecedens autem probatur. Tùm ex illarum definitionibus, ex quibus colligitur rerum distinctio. Tùm etiam, quia illi actus differunt ex propriis conceptibus, quorum formalia obiecta formaliter differunt; at obiecta iustitię, nempè alienum ius, differt ab obiecto misericordię, nempè aliena miseria: ergo & ipsæ virtutes inter se differunt ex propriis conceptibus.

7 *Dices.* Dices, diversitatem illam esse materialem respectu actuum voluntatis divinę, esto formalis sit respectu actuum voluntatis creatę; eo quod isti ob sui limitationem per se respiciant illam diversitatem, secus verò actus voluntatis divinę, qui ob sui infinitatem non attendunt per se illam diversitatem, sed tendunt in obiecta prædicta sub communiori & elevatiori ratione. Sed contra, sequitur namque ex illa solutione, actum divini intellectus non distingui virtualiter ab actu voluntatis divinę; consequens est falsum: ergo & solutio. Probo sequelam: ideo actus prædictarum virtutum virtualiter non distinguuntur, quia ob sui infinitatem, quilibet illorum non respicit obiectum peculiare, sed omnia illa obiecta, vt stant sub aliqua communi ratione: ergo eadem de causa dicere quis poterit, vnicum, & virtualiter indivisibilem actum divinum attingere bonum, & verum, vt stant sub aliqua communi ratione. Sequelam videtur concedere P. Suarez, cum alterat, actum voluntatis ad divinę naturę constitutionem pertinere; cæterum ex hac solutione sequeretur vlterius, nullum attributum esse ab alio virtualiter distinguendum in Deo. *Contra.*

8 *Secundo prob. conclusio.* Secundo probatur conclusio; sic comparatur actus ad principium proximum, sicut proximum ad radicale; at sic est, quod in Deo in vna natura concedimus plura principia proxima virtualiter distincta ergo etiam in eadem potentia debemus admittere plures actus virtualiter inter se differentes; & consequenter prædictę virtutes morales virtualiter inter se distinguuntur. Discursus tenet. Minor est certa in sententia Alarcon, qui concedit in Deo voluntatem, & intellectum virtualiter inter se, & à propriis actibus, necnon, & à principio radicali distincta, quod disputationibus præcedentibus satis ostendimus. Maior suadetur duplicitèr: primò in creatis, vbi inter omnia illa intervenit realis distinctio, cõparatur eodem modo quoad extensionem, & limitationem, actus ad principium proximum, sicut proximum ad radicale: vndè sicuti stante vnitate in radicè, ponimus plures potentias realiter inter se distinctas, ita in eadem potentia plures actus realiter distinctos agnoscimus: ergo in divinis debent comparari proportionali modo cum virtuali distinctione. Secundo, nulla potest assignari ratio, cur extensio potentię non adæquet extensionem radicis, quę pari efficacia non inferat, extensionem actus non posse adæquare extẽsionem proximę potentię: ergo sic comparatur actus ad potentiam, sicut illa ad radicem. *Maior suadetur primo.* *Secundo.*

9 *Respondebis.* Respondebis fortè ex doctrina Authoris contrarij, in creatis hoc ita contingere, quod scilicèt plures actus in vna potentia

Digitized by Google

tia inveniãtur; quia cũ actus sint limitati, & finiti nullus extensionẽ potentiæ valet adæquare: & id circo realitèr multiplicãtur in illa; in divinis autem non ità opposita de causa, quia scilicet actus misericordiæ, v. g. infinitus est, & id circo Dei bonitatem exæquat; quo circa alius actus ab illo distinctus, necessarius non est. Verum contra solutionem istam in hunc modum insurgo: ex limitatione actus creati, & illimitatione actus divini, v. c. misericordiæ Dei solum modo sequitur non esse ponendos in Deo plures actus realitèr distinctos; sicuti in creatis contingit, non verò colligitur, quod non sint admittendi plures actus distincti virtualitèr: tuit ergo tradita solutio.

Contra.

Antecedens probatur 1.

Consequentia tenet, & antecedens sic ostendo primo, etsi actus misericordiæ Dei in re infinitus sit simplicitèr, & in omni genere, attamen secundum formalem conceptum non est infinitus, nisi tantum in linea propria, nempè misericordiæ: ergo solum exposcit realem identitatem cum alijs actibus voluntatis divinæ, non verò formalem cum exclusione virtualis discriminis

10 *Secundo.*

Secundo, quamvis divinæ potentiæ sint infinitæ, non sequitur nominari plures virtualitèr distidentes in eadem natura, & radice: ergo pariter infinitas actus voluntatis divinæ non potest obesse, quominus in illa virtualitèr multiplicentur, etsi illorũ reali multiplicitati repugnet. *Confirm.* Vrgetur, & explicatur amplius, etsi verum, & bonum divinum attingi possint ab eadem radice, & ab eadem potentia identitate reali, non tamen ab eadem proxima potentia virtualitèr, sed ad verum ponitur intellectus, & ad bonum voluntas virtualitèr inter se differentes: ergo etsi obiecta misericordiæ, & iustitiæ divinæ possint attingi ab eadem volitiva potentia, & ab eodem actu identitate reali, non tamen ab eodem actu cum virtuali identitate, sed ab illa attingenda necessario exigentur actus inter se distincti virtualitèr. Tenet consequentia ex paritate rationis repetita.

11 *Tertio suadetur conclusio.*

Denique suadetur conclusio; actus misericordiæ virtualitèr ab actu iustitiæ distinctus, nullam imperfectionem ponit in Deo: debet ergo sic dictinctus admitti. Consequentia tenet. Et antecedens probo: omnis imperfectio amovetur ab illo per identitatem realem: ergo virtualis distinctio nullam imperfectionem ponit. Consequentia est legitima, & antecedens ostenditur primo, posita in illo identitate reali, & formali cum alijs; ponitur in eodem infinitas, & ratio actus puri: ergo amovetur omnis imperfectio. Secundo ad hominem contra Authorem predictum: ipse namque fatetur, omnem imperfectionem à voluntate divina secludi per hoc, quod realitèr cum radicali principio, & intellectu identificetur: ergo pariter in nostro proposito per hoc præcisè, quod actus misericordiæ in Deo realitèr cum voluntate, & alijs eius actibus identificetur, omnis imperfectio auferetur, etsi virtualitèr, tàm à voluntate, quàm ab alijs voluntatis actibus discernatur.

§. Vltimus.
Obiectionibus occurritur.

12 *Obijcitur primo.*

OBijcies primo, actus misericordiæ divinæ, v. c. est infinitus in linea voluntatis: ergo se ipso formalitèr attingit omnem bonitatis rationem repertam in Deo; & consequentèr non restat assignabilis alius actus voluntatis divinæ, à quo virtualitèr distinguatur. Tenet consequẽtia: quia volitio infinita adæquari debet cum obiecto volibili infinito; & consequẽtèr omnem illius bonitatẽ attingere.

Resp.

Respondeo, actum misericordiæ divinæ prout in re, habere infinitatem adæquatam in linea voluntatis; & idcirco vt in re non distinguitur ab alijs actibus divinæ voluntatis, cæterum si consideretur formaliter, prout per nostros conceptus cum fundamento in re ab alijs attributis distinguitur, non est infinitus in linea volitionis vt sic adæquatè, sed solum in specie, seu quasi specie actus misericordiæ: vndè prout sic solum petit attingere bonitatem divinam, prout est ratio sublevandi miseriam alienam, non verò eandem, prout est ratio puniendi; & consequentèr non exposcit adæquari cum obiecto infinito, secundum omnem rationem bonitatis, quam habet, sed solum secundum peculiarem rationẽ talis bonitatis, nempè prout est ratio sublevandi alienam miseriam.

13 *Instabis.*

Instabis, actus misericordiæ divinæ, est formalitèr in linea volitionis; at non vt finitus: ergo vt infinitus in tali linea. Præmissæ sunt notæ, & consequentia tenet; quia inter finitum, & infinitum non datur medium.

Resp.

Respondeo, concessis præmissis, negando consequentiam: quia licet non possit medium constitui inter finitum, & infinitum in re: vndè omne, quod in re est, debet esse, vel in re finitum, vel in re infinitum; inter finitum autem, & infinitum, sub reduplicatione alicuius rationis communis, medium invenitur, nempè non finitum, quod infinitum negativè potest appellari, & sic actus prædictus in ratione volitionis in genere, nec finitus, nec infini-

nitus erit, sed non finitus, quod est idem, atque negativè infinitus.

14 *Instatur.* Et inito manifestè argumẽtum: in omnium sententia, natura divina virtualitèr aliud differt à relationibus; & consequẽtèr, etsi sit infinita formalitèr in genere entitatis absolutæ, in ratione tamen entis abstrahentis à relativo, & absoluto, formalitèr infinita non est; cum non complectatur formalitèr rationes relativas, absque virtuali distinctione ab illis. Facio argumentum: *Natura divina est formaliter in linea entitatis, et non est formaliter finita: ergo est infinita formaliter.* Sicut in hoc discursu præmissis concessis, debet consequentia negari, & medium constitui, nempè sub prædicta ratione, nec finitam, nec infinitam esse positivè, sed non finitam, seu negativè infinitam: ita pariter in nostro proposito.

15 *Secundo objcitur.* Secundo objicies, obiectum misericordiæ divinæ, v.c. non est creata bonitas, sed increata, & idem est de obiecto iustitiæ divinæ; cum nullus actus voluntatis divinæ ab obiecto creato possit specificari in veriori sententia; at in bonitate divina non sunt diversæ attingibilitates per vnam, & aliam virtutem, sed eadem indivisibilis est adhuc virtualitèr per comparationem ad illas: ergo nec illi actus virtualitèr interse distinguuntur. Tenet consequentia; quia actuum diversitas etiam in Deo ex obiectis debet desumi. *Si Respõdeatur.* Si respondeatur: obiectum misericordiæ Dei non esse bonitatem divinam vtcumque, sed prout est ratio sublevandi alienam miseriam, & obiectum iustitiæ, eadem met bonitas, prout est ratio puniendi: vndè iam in obiecto invenitur sufficiens diversitas,

16 *Contra opponitur.* In contrarium arguitur, divina bonitas, vt est ratio sublevandi alienam miseriam, non differt virtualitèr à se ipsa, vt est ratio puniendi: ergo nequibit prout sic prædictis actibus virtualem diversitatem tribuere. Tenet consequentia, quia ex obiectiva diversitate, debet diversitas ad actus transfundi: ergo si inter obiecta non est virtuale discrimen, nec inter actus poterit inveniri. Antecedens autem constat, ex eo quod bonitas divina est ratio sublevandi alienam miseriam, prout eminenter continet honestatem obiectivam misericordiæ creatæ, & ratio puniendi, vt eminenter continens honestatem obiectivam creatæ iustitiæ; at inter contentias istas eminẽtiales non intervenit virtuale discrimen; sicuti nec in omnipotentia divina invenitur virtualis diversitas inter continentiam eminentialem hominis, & eminentialem continentiam equi: ergo inter obiecta prædictarum virtutum, quatenus repe-

ritantur in Deo, non intervenit virtuale discrimen; & consequentèr nec inter ipsos actus poterit inveniri.

17 *Resp. ad impugnationem.* Ad hoc argumentum respondeo iuxta traditam solutionem. Ad eius impugnationem, contra maiori, nego minorem. Ad illius probationem, concessa maiori, distinguatur minor: non differunt virtualitèr prædictæ rationes veluti in esse entis, concedo minorem: in ratione obiecti specificantis, nego minorem, & nego consequentiam: quia vt in actus transfundatur distinctio, sufficit, in obiecto in ratione obiecti specificantis distinctionem invehiri: bonitas autem Dei, vt est ratio sublevandi alienam miseriam, & eminenter continens honestatem obiectivam iustitiæ creatæ, etsi in esse entis à se ipsa non differat, vt est ratio puniendi: in ratione tamen obiecti, differt sufficientèr, vt actus prædicti virtualitèr distinguantur: tùm ob diversitatem modi tendendi prædictorum actuum: tùm etiam ob diversum modum movendi ex parte obiecti, sicut in veritate divina, vt est ratio intelligendi essentiam, & vt est ratio attingẽdi attributa, & creaturas, est diversitas in ratione obiecti sufficiens ad hoc, quod lumen principiorum attingens essentiam, virtualitèr differat à lumine scientiæ attingente attributa, & creaturas, etsi in esse entis eadem veritas sit.

18 *Oppones.* Opponies; essentia divina vt eminenter continens res ordinis naturæ, nedum in esse entis, verum etiam nec in ratione obiecti omnipotẽtiæ differt à se ipsa vt eminentialitèr continente res ordinis supernaturalis, & divini; cum eadem omnipotentia Dei absque virtuali discrimine ad illa extendatur: ergo pariter continentiæ eminentiales honestatis obiectivæ iustitiæ; & honestatis obiectivæ misericordiæ non distinguuntur, adhuc in ratione obiecti; & consequentèr actus prædicti virtualitèr non distinguuntur.

Fit satis. Respondetur, concesso antecedenti, negando consequentiam: & ratio discriminis manifesta est ex dictis: quia nempè omnipotentia Dei obtinet rationem principij; & id circè illas peculiares rationes non attendit primo, & per se, sed vt stant sub ratione communi entis, videlicet à Deo producibilis: vndè tota illa diversitas omninò est materialis respectu omnipotentiæ; actus autem iustitiæ divinæ per se primò respicit divinam essentiam secundum continentiam prædictam, & idem est de actu misericordiæ ob rationes superius traditas: vndè dispar est ratio.

19 Sed adhuc instabis in omnipotentia divi-

vi-

Digitized by Google

Instabis adhuc. vna non solum datur ratio productivi per modum principij, sed etiam ratio actualis productionis; & tamen illæ eminentiales continentiæ non differunt in ratione objecti, adhuc respectu illius, vt habet rationem actus actualiter producentis; aliàs tot actus productivi essent ponendi in Deo, quot creaturæ producuntur ab illo, quod nullus dixit: ergo solutio est nulla.

Resp. Respondeo, quod si omnipotentia divina virtualitèr differat à divino intellectu, & voluntate, vt aliqui volunt, tunc actualis productio erit actio formaliter transiens; & multiplicabitur iuxta numerum rerum productarum. Vndè argumentum stabit pro Nobis. Si verò ab intellectu, & volũtate non distinguatur, vt verior tenet sententia, actualis productio non distinguetur adhuc virtualitèr ab actu intellectus, seu voluntatis Dei, sed erit quædam veluti secunda formalitas prædictorum actuum; cumque secunda specificationem accipiat ab illo, à quo illam prima accipit, & actus intellectus divini, seu divinæ voluntatis secundum primam rationem non specificetur à particularibus rationibus producibilium; consequens fit, quod nec formalitas illa actus productivi à prædictis rationibus speciem desumat. Vndè solutio nostra manet inconcussa.

20 *Tertio principaliter objicitur.* Denique principaliter objicies; prædestinatio non differt virtualitèr à reprobatione, sed sub vna ratione providentiæ adhuc virtualitèr indivisibili vtraque continetur, vt communiter docent Thomistæ *infra quæst.* 23. *art.* 1. ergo nec misericordia, & iustitia virtualitèr distinguuntur. Patet consequentia; reprobatio namque pro fine respicit ostensionem iustitiæ, & prædestinatio ostensionem misericordiæ Dei: ergo si non obstante hac diversitate, non distinguuntur inter se virtualitèr, pariter etiam diversitas à nobis constituta inter obiecta misericordiæ, & iustitiæ divinæ obstare non poterit omnimodæ vnitati misericordiæ, & iustitiæ divinæ.

Resp. Respondeo, concesso antecedenti, negando consequentiam; fines namque illi particulares inspiciuntur à providentia, vt stant sub alia ratione communi, nempè ostensione bonitatis divinæ: vndè tota illa diversitas materialis est in ordine ad rationem providentiæ divinæ; at verò motivum peculiare iustitiæ per se comparatur ad illam: vndè eam virtualitèr à misericordia distinguit.

21 *Oppones.* Oppones, etiam motivum iustitiæ respicitur, vt stat, sub communi ratione bonitatis divinæ, & idem intelligæ de motivo misericordiæ: ergo illa diversitas comparabitur merè materialitèr. *Resp.* Respondeo distinguendo antecedens; respicitur sub illa ratione à voluntate Dei, concedo antecedens: ab actu iustitiæ, nego antecedẽs, & nego consequentiam.

22 *Instabis.* Instabis, etiam ostensio iustitiæ divinæ per se comparatur ad reprobationem, & si non per se comparetur ad providentiam sub ratione communi; & tamen illam nõ diversificat adhuc virtualitèr à prædestinatione, per se respiciente ostensionem misericordiæ: ergo misericordia, & iustitia non distinguuntur virtualitèr.

Resp. Respondeo, negando antecedens; quia eum non detur providentia per modum principij, & providẽtia per modum actus, sed solum actus providentiæ, & iste respiciat per se finem illum communem, nẽpè ostentionem bonitatis divinæ, non datur locus alteri actui inspiciendi per se fines illos particulares; sicut nec intra lineã iustitiæ plures actus sunt admittendi, quorum vnus aliquod particulare obiectum inspiciat, & alius ad aliud obiectum particulare per se comparetur; sed omnia inspiciuntur sub ratione communi iuris seruandi; at verò in nostro casu voluntas obtinet rationem principij, & idcircò illa particularia motiva respicit sub altiori ratione: vndè virtualitèr non multiplicatur; actus verò, quia sub limitatiori ratione sua inspiciunt obiecta, per se attendunt peculiaria motiva, vndè ab illis virtualem capiunt diversitatem. Quod si reprobatio, & prædestinatio per se primo inpicerent fines illos particulares, idem dicerem, ac de actibus misericordiæ, & iustitiæ divinæ, quod scilicèt virtualitèr inter se distinguantur.

23 *Infertur primo.* Ex dictis in discursu huius disputationis, colligo primo, non esse virtualitèr multiplicandos actus intra lineam iustitiæ, misericordiæ, &c. sed in qualibet ex dictis rationibus vnicum esse, & indivisibilem adhuc virtualitèr. *Probatur.* Quod patet: nam quilibet ex prædictis actibus infinitatem obtinet in propria specie, seu quasi specie: ergo multiplicari nequit adhuc virtualitèr.

24 *Secundò colligitur.* Secundo colligo, contra quosdam Recentiores Thomistas, non esse ponendum in Deo actum voluntatis absolutum distinctum virtualitèr à particularibus volitionibus.

Probatur primò. Probatur primo: nam si iste actus daretur, haberet pro obiecto bonitatem divinam sub communi ratione: ergo non effetur multiplicari deberent alij actus peculiarium virtutum attingentes bonitatem divinam sub alijs rationibus magis determinatis: sicuti hac ratione non multiplicantur actus providentiæ circa fines par-

Digitized by Google

ticulares ; vt paulò ante dicebam.

25 Secundo

Secundo à posteriori suadetur ex eo quod in voluntate nostra non datur actus aliquis existens in re, qui ad aliquam rationem particularis virtutis, aut vitij non spectet : ergo in Deo nequibit constitui actus aliquis in re existens, qui non spectet ad aliquam peculiarem rationem virtutis, nempè charitatis, iustitiæ, liberalitatis, &c. Patet consequentia, quia si talis actus in divina voluntate invenitur, non est cur sicut alij in creatis participati inveniuntur, ille etiam participatus non inveniatur : cum ergo in nostra voluntate nullus actus inveniatur illum participans, signum est manifestum, in divina voluntate non inveniri.

26 Oppones.

Si opponas, præter peculiaria motiva virtutum datur in Deo bonitas communis omnibus illis specificans voluntatem divinam: ergo specificare poterit aliquem actum distinctum virtualitèr ab actibus omnium virtutum. Respondetur concesso antecedenti, negando consequentiam, sed tantum sequitur, specificare rationem actus voluntatis divinæ communem per prædicationem omnibus actibus in illa repertis; sicut in nobis etiam contingit, non autem colligitur, quod specificet aliquem particularem actum ab alijs distinctum ; quia vt specificet voluntatem divinam, sufficit esse signatè attingibilem, vt autem specificaret particularem actum, deberet esse exercitè attingibilis sub aliqua ratione ab alijs distincta, quod non est possibile, quia vel attingitur divina bonitas vt in se, & propter se, & tunc specificat actum charitatis, vel vt continens honestates creatas, & tunc specificabit actum illius virtutis, cuius continet honestatem, misericordiæ nempè, vel iustitiæ, &c. Vndè non est dabilis aliquis actus in re existens in Deo virtualitèr ab omnibus illis distinctus. Resp.

DISPVTATIO QVINQVAGESIMA PRIMA.

An Deus amet creaturas possibiles?

§. I.

Relatis sententijs, statuitur prima conclusio.

1 *Status disputationis apperitur.*

IN qua disputatione vnum apud omnes est certũ, & in alio dissidium nõ modicum adhuc inter nostros versatur. Et quidem omnes tanquam certũ supponunt, Deum possibilia non velle amore efficaci effectivè : hac evidenti ratione convicti: Deus namque id diligit amore prædicto, cui vult bonum aliquod per actus liberos suæ voluntatis communicare ; at purè possibilibus nullam bonitatem divina voluntas libere communicat ; cum decreverit illa numquam extra causas producere: ergo illa non diligit amore efficaci effectivo. Diferiminantur autem in eo, an scilicèt ad creaturas purè possibiles terminetur divina voluntas per amorem simplicis complacentiæ. Et in duas dividuntur sententias.

2 *Prima sententia. Scotus. Fonseca. Vazq. Arrubal. Ruicius. Herice. Alarcon. Becanus. Faselus. Mach.*

Affirmativam tener Scotus *in 3. distinctione 32. quæst. vnica.* Fonseca *tom. 3. Metaphysicæ lib. 7. quæst. 8. sectione 5.* Vazquez *disp. 79. cap. 2.* Arrubal *disp. 53. cap. 2.* Ruicius *disp. 6. sect. 2.* Herice *disp. 18. cap. 1.* Alarcon *tract. 3. disp. 3. cap. 3. num. 3.* Becanus *tract. 1. cap. 1. quæst. 6. concl. 2* Faselus *quæst. 19. artic. 3. dubitatione 2.* Machin *disp. 40. sect. 2.* Et aliqui Recentiores Thomistæ. Negativam defendunt Alensis 1. *Secunda Alensis. part.*

Digitized by Google

Caiet. Ferrara. part. *quæst.* 34. *memb.* 4. Caietanus 1. *part. quæst.* 34. *artic.* 3. §. *posset etiam*, Ferrara 4. *Contra Gentes, cap.* 13. §. *dicitur secundo*: qui etiam in eisdem locis primæ sententiæ tantisper adhærere videntur, Bañez, Zumel, Navarrete & M. Gonçalez, quos

Carm. referunt, & sequuntur Patres Carmelitani *tract.* 4 *disp.* 5. *dub.* 1. §. 4. Eandem sententiam tuentur

Suarez. Suarez in Metaphysica *disp.* 30. *sect.* 16. *num.* 41. *lib.* 3. *de attributis positiuis, cap.* 6. *lib.* 15. *de Trinitate*; *cap.* 2. &

Molina. Molina 1. *part. quæst.* 34. *circa articulum tertium*: quam quia verlorem, & Doctrinæ D. Thomæ conformiorem iudico pro illius explicatione sit.

3 *Prima cõclusio.* Prima conclusio: *Creaturæ possibiles bonitatem habent, non simpliciter, sed secundum quid.* Priorẽ partem do Authoribus primę sententiæ, nec ab illa dissentiunt Authores secundæ, nisi verbis tantum. Moveor ad

Prior pars prob. 1. ex D. Thoma. illam primo ex D. Thoma *lib.* 3 *Contra Gentes, cap.* 20. *non longè à fine*, illis verbis: *In quo apparet, quod bonum quodammodo amplioris est ambitus, quam ens, propter quod Dionysius dicit* 4. *c. de diuinis nominibus, quod bonum se extendit ad existentia, & non existentia*: ergo ex mente Doctoris Angelici, & ex mente Magni Dionysij, in non existẽtibus bonitas inuenitur: favet etiam Doctor Angelicus *in hac quæst. artic.* 6. *ad secundum*, cuius verba, confirmans secundam conclusionem adducam.

4 *Secundo ratione.* Secundo, hac ratione: vnumquodque dicitur bonum, secundum quod est perfectum; at creaturæ possibiles sunt perfectę perfectione essentiali: ergo sunt bonæ bonitate essentiali. Maior est certa. & expressa Doctoris Angelici *suprà quæst.* 6. *artic.* 3. *in corpore*. Et minor probatur, creaturis possibilibus nihil deest ex prædicatis illis essentialibus: ergo sunt perfectæ perfectione essentiali. Antecedens est certum, & consequentia tenet ex diffinitione perfecti, quod est illud, cui nihil deest in proprio genere.

5 *Tertio* Tertio, bonitas entitatem consequitur; at possibilibus convenit entitas; cum prędicatio ista, *homo est ens*, sit æternæ veritatis; & consequentèr pro omni statu vera: ergo etiam convenit illis bonitas consequuta. *Dices.* Dices, creaturas possibiles non esse actu entia, sed in potentia tantum; & consequentèr non actu, sed in potentia tantum sunt bonæ. *Contra.* Sed contra ex iam dictis, hæc prædicatio, *homo est ens*, non minus est æternæ veritatis, quam ista, *homo est animal, viuens, substantia, &c.* At homo ab æterno non solum in potentia, sed etiam actu est animal, vivens, &c. Ergo non solum in potentia, sed etiam actu est ens. Discursus tenet: maior est certa: & minor probatur: aliàs hæc propositio, *homo est animal*, vt esset vera, illum sensum facere deberet, homo in potentia est animal, id est, potest esse animal, quod falsissimũ est.

6 *Resp.* Respõdebis, hæc omnia esse vera sumpto ente *nominaliter*, prout scilicèt importat essentiam, non verò si accipiatur *participialiter*, qua ratione importat existentiam: bonitas autem non ad ens nominaliter, sed ad ens participialiter sumptum consequitur. *Contra 1.* Sed contra primo obiectum Metaphysicæ, est ens *nominaliter* sumptũ, prout est cõcretum essentiæ; ad de illo inter alias passiones bonitatem demonstrat: ergo bonitas non ad ens, sumptum participialiter, sed ad ens nominaliter sumptũ consequitur. *Secundo.* Secundo, enti *nominaliter* sumpto convenit sua integritas, & perfectio essentialis: ergo & essentialis bonitas in perfectione, & integritate consistens eidem convenit. *Tertio.* Tertio, quia nulla est ratio cur sicuti ens duplici illa gaudet acceptione, secundum quarum vnam sumitur *nominaliter*, vt concretum essentiæ, & secundum aliam *participialiter* existentiam importat, pariter etiam bonum eadem duplici acceptione sumi non possit: ergo sicut est bonitas secuta ad ens sumptum *participialiter*, ita etiam constituenda erit bonitas consequuta ad ens *nominaliter* sumptum.

7 *Quartò* Denique, contra eandem solutionem stare videtur Angelicus Doctor *suprà quæst.* 6. *art.* 3. *in corpore*, vbi triplicem perfectionem, & consequentèr triplicem bonitatem distinguit: primam proveniente à forma, secundum quam in suo esse constituitur; secundam, conuenientem rei secundum quod ei aliqua accidentia superadduntur: ac denique tertiam, secundum quod res aliqua suum finem assequitur: ergo ex illius mente, ad formam constituentem aliquid in suo esse essentiali bonitas consequitur; ac proinde sequitur ad ens nominaliter sumptum.

8 *Secunda pars conclusionis suadetur primo.* Secunda conclusionis pars expresse videtur Angelici nostri Doctoris loco allegato in solutione ad primum, vbi inter vnum, & bonum hoc constituit discrimẽ, quod vnum quodque est vnum secundum suam essentiam, non autem secundum suam essentiam est bonum; at si essentiæ creatæ, vt suam existentiam prævenient, essent bonæ simpliciter, hoc discrimen non posset subsistere: ergo bonitas simpliciter talis, illis in statu possibilitatis non competit. Probo minorem: conueniret illis esse bonæ simpliciter ratione suæ essentiæ: ergo essent bonæ secundum suam essentiam, sicuti & vnæ

9 *Sidetur* Per quod euertitur aliquorum effugium, qui

Digitized by Google

jui verba Divi Thomæ ita interpretari conantur, quod scilicet ideò Angelicus Doctor negavit creaturis bonitatem secundum essentiam, quia non convenit eis nisi ex participatione bonitatis divinæ. Quorũ falacia aperte convincitur ex discrimine adducto, nam vel loquitur de participatione cum dependentia actuali exercita, vel cum dependentia solum signata, primum est falsum, secundum non salvat discrimẽ inter vnum, & bonum: ergo interpretatio prædicta adversatur menti D. Thomæ. Consequẽtia est legitima. Minor pro prima parte cuilibet nota; dependentia namque exercita solummodo creaturis existentibus competit. Pro secunda autem probatur manifestè: sicuti namque bonitas creata in statu possibilitatis accepta, dicit dependentiam signatam in genere causæ exemplaris à bonitate Dei: ita etiam vnitas creata à divina vnitate exemplatur, nec existere potest, nisi cum dependentia ab illa: ergo non subsistit Angelici Doctoris discrimen.

Contra.

10 Secundo suadetur 2. pars cõclusionis.

Deinde manifesta ratione suadetur: bonum idem est, quod perfectum; at creaturæ possibiles non sunt simpliciter, & absolutè perfectæ: ergo nec simpliciter bonæ. Probo minorem; quandiu res aliqua est in statu incompleto, non est perfecta absolutè, & simpliciter; at creaturæ possibiles sunt in statu incompleto; cum eis existentia deficiat, quæ illas in suo genere complet: ergo non sunt perfectæ absolutè, & simpliciter; ac proinde nec bonæ.

Illatio.

Ex quo obiter colligo, creaturas existentes esse bonas simpliciter, sumpto *simpliciter* pro absolutè tali, etsi eis aliqua accidentia deficiant, nec suum finem sint cõsequutæ: quia etsi non sint undequaque perfectæ, & completæ, complementum tamen illis deficiens, est extra illarum genus: non tamen erunt simpliciter bonæ, & perfectæ, prout simpliciter est idem, quod omnibus modis.

§. II.

Argumentis in contrarium occurritur.

11 Objicitur 1. ex D. Thom.

OBijcies contra primam partem primo, verba illa D. Thom supra quæst. 6 art. 3. *Vnumquodque dicitur bonum, secundum quod est perfectum; perfectio autem alicuius rei est triplex; prima secundum quod cõstituit rem in suo esse; secũda, prout idẽ superadduntur alia accidentia. Tertia, prout eadem res consequitur suum finem:* ergo sentit Doctor Angelicus, primam bonitatem cuiuslibet rei, illam in suo esse constitutam supponere, & consequentèr ante existentiam, nec perfectionem, nec bonitatem aliquam posse salvari. Et confirmabis ex eodem Doctore Angelico *supra quæst. 5. art. 4.* vbi ex eo quod obiectum Mathematicæ non subsistit seperatum à materia sensibili, intulit abstrahere à fine, & motu, & consequentèr à ratione boni: ergo ratio boni subsistentiam supponit ex illius mente.

Confirm. eodem D. Thom.

12 Respond.

Respondeo ad argumentum distinguendo consequens: supponit rem constitutam in suo esse essentiæ, concedo consequentiam: in esse existentiæ, nego consequentiam; existentiam namque supponere, solum competit bonitati simpliciter. Et quod D. Thomas non debeat intelligi de esse existentiæ, constat ab exemplo statim subiũcto illis verbis: *Vtpotè prima perfectio ignis consistit in esse, quod habet per suã formam substantialem*; at sic est, quod esse, quod recipit ignis per suam formam substantialem, non est esse existentiæ, sed essentiæ: ergo esse quod supponitur à prima perfectione, non est esse existentiæ, sed esse essentiæ.

13 Instabit 1.

Sed instabis primo ex verbis, quæ statim subiungit: *Hæc autem triplex perfectio nulli creato competit secũdum suam essentiam, sed soli Deo, cuius solius essentia, est suum esse, &c.* ergo esse quod supponit prima perfectio cuiuslibet rei, est esse existentiæ. Probatur consequentia: esse essentiæ cuilibet creato convenit secundum suam essentiam; at esse quod supponit prima perfectio cuiuslibet rei, nulli creato convenit secundum suam essentiam, vt ait D. Thomas: ergo esse, quod supponit, non est esse essentiæ, sed esse existentiæ.

Secundo.

Secundo: si esse quod supponit prima perfectio, & bonitas, esset esse essentiæ, quodlibet, creatum, esset bonum prima bonitate secundum suam essentiam; at D. Thomas ibi concludit, nullum ens creatum esse bonum secundum suam essentiam: ergo esse quod supponitur à prima perfectione, non est esse solius essentiæ, sed esse existentiæ.

14 Resp. ad 1. instantiam.

Respondeo ad primam, quod quando D. Thomas asservit, illam triplicem perfectionem nulli creato secundum suam essentiam cõpetere, loquutus fuit de illis, non divisivè, sed collectivè, idest, quod omnes illæ perfectiones simul nulli creato secundum suam essentiam conveniunt. Quod patet ex modo, quo concluſit corpus articuli, his verbis: *Vndè manifestum est, quod solus Deus habet omnimodam perfectionem secundum suam essentiam.* Ad quod probandum rectè assumsit pro medio nullius creati essentiam esse suum esse, scilicèt, existentiæ; quia ex hac rectè colligitur: tùm, quod nec etiam sit sua accidẽtia, aqui-

à quibus secunda consequitur bonitas: tũ etiam, quod perfectio simpliciter, quæ existentiam supponit, nulli enti creato secundum suam essentiam conueniat. Quod autem bonitas essentialis, & secundum quid entibus creatis secundum suam essentiam conueniat, non negauit Angelicus Doctor. Per quod ad secundam obiectionem, seu instantiam constat solutio.

Ad 2.

15 *Ad cõfirmationẽ argumẽti principalis.* Ad confirmationem principalis argumenti respondeo, quod cum obiecta mathematicæ sint quantitas continua, & discreta, prout abstrahunt à materia sensibili, & sub hac abstractione, non solum non existunt, verum etiam nec possunt existere; ideò de illis prout sic rectè asseruit Angelicus Doctor bona non esse, non quia non existant, sed etiam quia prout sic non possunt existere; quia etsi de ratione boni existentia non sit, est de ratione illius esse, & capacitas ad existendum. Vel secundo ad argumentum potest responderi, loqui sanctum Doctorem de bono simpliciter, non autem de bono *secundumquid*, vnde nobis non aduersatur.

16 *Secundo arg.* Obijcies secundo: bonum idem est, atque perfectum; at creaturæ possibiles non sunt perfectæ: ergo non sunt bonæ. Discursus tenet: maior est D Thomæ loco iam allegato, & alibi sæpè. Minor autem probatur: vnum quodque est perfectum, in quantum est in actu, teste D. Thoma vbi supra: at creaturæ possibiles non sunt in actu, sed in potentia: ergo non sunt perfectæ. Respondetur, concessa maiori, negando minorem, loquendo de perfectione *secundumquid*; ad illius probationem, distinguo maiorem; in quantum est in actu essentiæ, vel existentiæ, concedo maiorem: existentiæ tantum: nego maiorem, & distinguo minorem, non sunt in actu existentiæ, concedo minorem; essentiæ, nego minorem; & consequentiam. Itaque perfectum simpliciter in tantum est aliquid, in quantum habet actum existentiæ, vt autem sit bonum solum *secundumquid*, sufficit esse in actu essentiæ, & isto modo sunt in actu creaturę possibiles, quia actu competunt ipsis sua prædicata essentialia, quæ ad essentiali forma proueniunt, vt superius arguebamus. Et quidem sicut asseruit Angelicus Doctor, esse aliquid perfectum, & bonum, in quantum est in actu; ita pluribus in locis asseruit, esse aliquid verum, in quantum est in actu, quo non obstante, creaturis possibilibus conuenit veritas obiectiua: sicuti ergo hoc secundum benè explicatur de actu essentiali, vel existentiæ pariter etiam primũ explicari poterit.

Resp.

17 Denique obijcies, & aduersus istam solutionem instabis: ratio perfecti, ad hoc *secundumquid* tale sit entitatem existentem supponit, & actualiter consequitur: ergo creaturis purè possibilibus nulla competit bonitas, nec perfectio. Consequentia tenet. Antecedens autem probatur: si sequeretur ad ens nominaliter, prout cõcretum essentiæ, ad diuersam entitatem sequeretur bonitas, & perfectio diuersa, at hoc est falsum: ergo non ad ens nominaliter, sed ad entitatem existentem consequitur. Sequela est manifesta, & minor probatur: relationes namque diuinæ sunt tres entitates, sumpto ente nominaliter, & habent entitatem relatiuam ratione distinctam ab entitate diuinæ naturæ, & tamen non sunt tres perfectiones relatiuæ, neque gaudent relatiua perfectione, à perfectione diuinæ naturæ distincta, vt magis communiter à Thomistis docetur *infra quæst.* 28. ergo multiplicata entitate non multiplicatur perfectio, quia existentia non multiplicatur, & consequenter omnis perfectio existentiã supponere debet. *Tertio instatur.*

Respondeo, rationem boni, & perfecti simpliciter supponere existentiam intrinsecè, rationem autem boni, *secundumquid* talis, terminatiuè ad minus ab illa desumi, id est, ab actu essentiæ, vt exprimente ordinem ad existentiã; quia ergo relationes diuinæ vt à diuina natura distinctæ, nõ exprimunt ordinẽ ad existentiã, sed solum ad sua correlatiua, id circo non gaudent relativa perfectione, à perfectione absoluta essentiæ distincta, sed sunt perfectæ eadem indiuisibili perfectione diuinę naturæ. Vnde in forma, nego antecedens: ad cuius probationem distinguo maiorem: ad diuersam entitatem exprimentẽ ordinem ad existentiam, concedo maiorem; illum ordinem non exprimentem, nego maiorem: iuxta quam distinctionem, minor argumenti est neganda, nec illam conuincit probatio ibi adducta, vt ex dictis constat. Contra quam solutionem nonnulla possunt opponi, cæterum quæ alterius sunt loci: quo circa illa omitto, solum aduerto, hoc argumentum non aduersari specialiter nostræ doctrinæ; omnes namque fatentur, ad entitatẽ essentię existentem, bonitatem consequi ratione sui, existentia se tenente solum vt conditione; & tamen relationes diuinæ existentes, bonitate relativa non gaudent ratione suæ entitatis relativæ in prædicta sententia; omnes ergo argumentum factum soluere tenentur, vt illiam sententiam defendant, etiam si creaturis purè possibilibus nullam bonitatem concedant. 18 *Respondetur.* *Argumẽtum in cõtrarios vertitur.*

§. III.

De amore creaturarum possibilium.

19 *Secunda conclusio. Probatur ex D. Th. 1.*

SEcunda conclusio: *Creaturæ possibiles nullo modo amatur à Deo.* Quam in primis ostendo ex D. Thoma *infra art. 6. ad 2.* quod ita procedebat: *Sicut se habet scientia ad verum, ita voluntas ad bonum; sed Deus scit omne verum: ergo vult omne bonum; sed non omne bonum fit: multa enim bona possunt fieri, quæ non fiunt: non ergo voluntas Dei semper impletur.* Cuius argumēti solutionem, sic concluſit Angelicus Doctor: *Et ideò Deus cognoscit omne verum, nō tamen vult omne bonum, nisi in quantum vult se, in quo virtualiter omne bonum existit.* Ergo expressè sentit Doctor Angelicus creaturas possibiles esse bonas, quod docet nostra prima conclusio, & tamen non diligi à Deo, quod afirmat secunda.

20 *Dices. Cōtra 1.*

Dices, loquutum fuisse non de amore simplicis complacentiæ, sed de amore efficaci effectivo. Sed contra primo; quia creaturas possibiles, non diligi á Deo, & si intelligantur ab ipso, intulit ex discrimine, quod inter intellectum, & voluntatem versatur in modo propio obiecta attingendi; quia nempè intellectus trahit res ad se, & obiectum in se ipso cognoscit; voluntas autem fertur ad res prout sunt in se ipsis; at discrimen hoc in modo tendendi non solum saluatur in actu efficaci effectivo; sed etiam in simplici complacentia affectiva; vt est omnibus notum: ergo vel illius ratio efficacia non gaudet, vel etiam istum amorem exclusit. *Secundo.* Secundo: quia sequitur, nullum discrimen esse inter voluntatē, & intellectum Dei in ordine ad creaturas possibiles; consequens est contra mentem Doctoris Angelici discrimen agnoscentis: ergo, & solutio. Probo manifeste sequelā: quia iuxta illā, Deus nō amat creaturas possibiles amore efficaci effectivo, benè tamē simplici amore; at etiā illas non intelligit Deus intellectione efficaci effectiva, sed solū simplici notitia, seu per scientiā simplicis intelligentiæ: ergo nō subsistit aliquod discrimen inter intellectū, & voluntatem in ordine ad creaturas possibiles.

21 *Secundo prob. conclusio.*

Secundo principalitèr suadetur conclusio, quia D. Thomas vbicumque de amore creaturarum sermonem instituit, illum liberum esse fatetur, nec alicubi amorem necessarium agnovit, præter illum, quo se ipsum diligit; at qui amor possibilium, si datur, liber esse nō potest, sed necessarius; & quoad specificationem, & quoad exercitium: ergo talis amor non est ponendus. Illatio videtur legitima; quia namque in intellectu divino datur scientia libera; y necessaria respectu creaturarum, illas pluribus in locis Angelicus Doctor distinxit. Et quidem mirum esset, quod amor iste necessarius respectu creaturarum, Angelici Doctoris mentem transiret, si verè in divina voluntate daretur. Maior constat ex, *art. 3. sequenti*, & 1. *Contra Gentes à cap. 80. vsque ad 83. lib. 2. cap. 27. & lib. 3. cap. 97. de veritate, quæst. 23. art. 4. de potentia, quæst. 3. art. 1.* & alibi sæpè: quibus in locis semper affirmat, Deum extra se nihil velle ex necessitate absoluta.

22 *Minor prob.*

Minor autem, etsi ab Scoto, & Valentia negetur, referente Alarcon, *disp. 30. cap. 4.* communiter tamen ab aliis admittitur, & facili negotio suadetur; ideò namque in præallegatis locis docet D. Thomas, Deum creaturas non necessario, sed libera amare; quia illius bonitas tatione cuius diliguntur ab ipso, potest sine illis subsistere, nec necessario cum illis connectitur; at cum possibilibus necessario connectitur bonitas, & omnipotentia divina, vt sentiunt, & efficacitèr satis confirmant Thomistæ *supra quæst. 14. art. 6.* ergo si illas diligit, necessario diligit. *Vrgetur.* Quod amplius confirmo: Deus namque se intelligens, necessario intelligit creaturas possibiles; quia sunt cognoscibiles, & aliàs cum Deo primo intellecto necessario connexæ: ergo eadem de causa, si sunt diligibiles, necessario diligentur ab ipso.

23 *Tertio probatur conclusio à priori.*

Denique à priori conclusionem confirmo: obiectum voluntatis est quidditas rei, vt existens exercitè: ergo quidditates purè possibiles nullum voluntatis actum possunt terminare. Consequentia est nota. Antecedens autem ostenditur primo ex D. Thoma. 1. *p. quæst. 82. art. 2. in corpore*, illis verbis: *Obiectum enim intellectus est simplicius, & magis absolutum, quam obiectum voluntatis; nam obiectum intellectus est ipsa ratio boni appetibilis; bonum autem appetibile, cuius ratio est in intellectu, est obiectum voluntatis*; ideſt, vt ibi interpretatur Caietanus, obiectum intellectus est quidditas rei sub conceptu quidditatis, voluntatis verò obiectum, est res prout existens, & quod hæc sit mens D. Thomæ patet: tùm primo, quia affirmat, obiectum intellectus abstractius esse obiecto voluntatis: ergo abstrahit ab aliquo, quod concernit voluntatis obiectum: sicut obiectum metaphysicæ, id circo est abstractius obiecto physicæ, quia illud

Antecedens ostenditur 1.

ab-

abstrahit à materia sensibili, quam secundum concernit; at illud, à quo abstrahit intellectus obiectum, & concernit voluntatis obiectum nihil aliud esse potest, quam existentia exercita: ergo istam includit voluntatis obiectum. Tum: quia illa propositio D. Thomę obiectum intellectus est ratio boni, voluntatis verò ipsum bonum, nullum congruum sensum efficere potest, nisi iam assignatum: ergo idem quod prius.

24 *Secundo.* Secundo primum antecedens probatur ratione D. Thomę loco allegato, quo aliqua potentia nobilior est, & immaterialior, eo abstractius obiectum respicit: ergo cum intellectus nobilior, & consequenter immaterialior sit voluntate, abstractius & nobilius obiectum debet respicere; at hæc maior abstractio obiecti intellectus subsistere nequit, nisi abstrahat ab existentia exercita, illamque concernat, & exposcat obiectum voluntatis, vt paulò antea arguebam: ergo illam exposcit; & consequenter creaturę possibiles nequeunt esse obiectum illius. *Tertio.* Tertio probatur ex discrimine ab omnibus noto, & ab Angelico Doctore locis supra citatis concesso, inter modum tendendi intellectus, & voluntatis, nempe, quod voluntas fertur ad res, prout sunt in se ipsis; intellectus vero non ita, sed in se ipso res contemplatur: ergo & si intellectus res pure possibiles cognoscere possit, quia illas intra se meditatur; voluntas autem illas amare non poterit, quia ad illas fertur vt in se ipsis.

25 *Dices.* Dices, voluntatem etiam res appetere, vt sunt per intellectum propositę, & cum intellectus rem non existentem vt existentem possit falso concipere, vt sic proposita actum voluntatis terminare valebit; & consequenter res pure possibiles poterit voluntas amare. *Contra.* Sed contra: nam toto hoc admisso, vt debet admitti, nostrum argumentum magis roboratur; quia sicut intellectus meditatur obiectum, vt in specie repræsentatum, ly *intra speciem* dicente conditionem, ita voluntas attingit suum obiectum vt intra intellectum, ly *intra intellectum* dicente conditionem: ergo non salvatur discrimen inter intellectum, & voluntatem in modo tendendi, nisi voluntas feratur ad res, prout sunt in se ipsis. ly *in se ipsis* dicente existentiam exercitam, concepiam ad minus, quod non peritur à modo tendendi intellectus; qui nudas quidditates considerat; cumque Deus rem non existentem vt existentem non valeat concipere; consequens fit, quod illius voluntas nequeat ad rem, nisi vt verè existentem terminari.

Denique primum antecedens suadetur: quia vt inquit Caietanus, manifeste experimur, nihil nos impedire, quod non existat sanitas, vt intelligatur, in voluntate autem non ita; nullus namque sanitatem desiderat, vt possibilis sit, sed vt in re sit, nec in sanitate vt tantum possibili quispiam delectatur, sed in illa vt existente, vel in re, vel in proxima spe: ergo signum manifestum est, obiectum intellectus esse quidditatem, voluntatis verò rem vt existentem exercite, quod in tantum est verum, vt acutè satis Caietanus advertit, quod etsi intellectus existentiam attingat, & voluntas quidditates rerum; cum hoc tamen discrimine, quod intellectus existentiam exercitam per modum quidditatis agnoscit; voluntas verò quidditatem ipsam non nisi vt existentem attingit. 26 *Quarto prob. antecedens principale.*

§. Vltimus.

Diluuntur contraria argumenta.

COntra istam conclusionem obijciunt aduersarij primo Sanctum Doctorem 1. *part. quæst.* 37. *art.* 2. *ad* 3. illis verbis: *sicut Pater dicit se, & omnem creaturam Verbo quod genuit, in quantum Verbum genitum sufficienter repræsentat partem, & omnem creaturam ita diligit se, & omnem creaturam Spiritu Sancto, in quantum Spiritus Sanctus procedit, vt amor bonitatis primæ, secundum quam Pater amat se, & omnem creaturam*; at Verbum procedit ex cognitione essentię, & creaturarum possibilium, non solum prout in omnipotentia continentur, qua ratione sunt creatrix essentia, sed etiam ex cognitione illarum, prout à divina essentia distinguuntur: ergo Spiritus Sanctus procedit ex amore possibilium, secundum quod distinguuntur ab essentia divina; & consequentur prout sic distinctę amantur à Deo. 27 *Arg. 1.*

Ad hoc argumentum respondeo, creaturas possibiles sumi posse dupliciter: vel vt contentę virtualiter in omnipotentia divina, qua ratione ab illa non distinguuntur: vel secundum propias entitates ab omnipotentia distinctas, illiusque connexionem terminantes; priori modo diliguntur à Deo: secus verò secundo modo acceptę: nec D. Thomas quoad hoc processionem verbi cum processione Spiritus Sancti æquiparavit, quod sicut prima est ex cognitione possibilium in se, ita secunda sit ex amore illorum prout in se ipsis, sed quoad hoc, quod sicut Pater dicit se, & omnem creaturam Verbo sufficienter repræsentante omnem creaturam, 28 *Resp.*

Digitized by Google

ita se, & omnes creaturam diligit Spiritu Sancto sufficiēter impellente in amorem creaturarum, quod D. Thom. inde probavit; nam ideò Verbum repræsentat omnem creaturam, quia procedit per intellectionem essentię divinę, secundū quam Deus creaturas intelligit; at Spiritus Sanctus procedit vt amor bonitatis primę, secundum quam, seu ratione cuius Deus creaturas diligit: ergo Spiritus Sanctus importat habitudinem ad creaturas, tamquam id, quo Pater, & Filius diligunt illas.

29 Dices. Dices, si Verbum non procederet ex cognitione possibilium prout in se ipsis, Pater nō diceret creaturas possibiles Verbo, nec ad illas vt in se ipsis habitudinem diceret: ergo si Spiritus non procedit ex amore creaturarum vt in se ipsis, sed solum prout in omnipotentia continentur, non dicet Spiritus Sanctus habitudinem ad illas prout in se, sed solum prout in prima bonitate continentur; & consequenter Pater, & Verbum non diligent Spiritu Sancto creaturas vt in se, sed solum vt in divina essentia contentas, cuius contrariū videtur docere Angelicus Doctor.

30 Resp. Respondeo, distinguendo antecedens: non diceret habitudinem illam per se ex vi suæ processionis per se, concedo antecedens: concomitanter, nego antecedens. Ex quo solum sequitur, quod Spiritus Sanctus non procedat per se, vt amor creaturarum in se ipsis; non autem sequitur, quod concomitanter non dicat respectum ad creaturas, non quidem possibiles, sed futuras, aut existentes; ad quod sufficit, quod procedat per se, vt amor bonitatis primę, quę est Deo ratio diligendi illas, sicuti Verbum non per se, & ex vi processionis, sed concomitanter tantum dicit ordinem repræsentantis ad creaturas existentes, seu futuras.

31 Si insurges. Si opponas Divum Thomam asserere, Patrem, & Filium diligere omnes creaturas Spiritu Sancto, sicut dicit omnes creaturas Verbo; at Verbum non solum existentes creaturas, sed etiam possibiles repræsentat: ergo Spiritus etiam ad possibiles inclinat per modum impulsus; & consequenter diliguntur à Deo. Respondetur. Respondeo, explicando maiorem: omnes creaturas capaces terminandi amorem, cōcedo maiorem: incapaces illum terminandi, quales sunt creaturę possibiles, nego maiorem: & concessa minori, nego consequentiam: itaque sicut Pater intelligit omne intelligibile: Verbo, ita diligit omne amabile Spiritu Sancto; creaturæ autem possibiles sunt intelligibiles, non tamen amabiles: & id circo illas Pater in Verbo intelligit, non tamen illas diligit Spiritu Sancto.

32 Secundo arg. Obijciunt secundo; Deus suam omnipotentiam intelligens, necessario intelligit creaturas possibiles prout in se ipsis: ergo amando suam omnipotentiam, necessario etiam creaturas possibiles vt in se ipsis amat. Antecedens est certum, & consequentia ex se nota videtur; nam primum id circo contingit; quia intellectio illa est comprehensiva; & consequenter petit terminari ad omnem terminum, cum quo omnipotentia Dei necessario connectitur; at etiam amor omnipotentię suæ comprehensivus est in ratione amoris, id est, illam diligens, quantum diligibilis est: ergo petit terminari ad creaturas possibiles, cum quibus necessario connectitur.

33 Resp. Respondeo, concesso antecedenti, negando consequentiam: ad cuius probationem, distinguo maiorem: præcise ex illo capite, nego maiorem: & quia alias creaturę possibiles sunt intelligibiles in illo statu, concedo maiorem: & concessa minori, nego consequentiam: quia vt salvetur esse comprehensivum prædictum amorem, sufficit amare in obiecto ex vi illius, quidquid amabile est; creaturę autem possibiles vt in se ipsis non sunt amabiles, vnde necessarium non est, quod terminent prædictum amorem, sicuti Deus pœnitentiam diligens, non est necessarium, quod amet peccatum, cum quo, vt cum materia necessario pœnitentia connectitur, quia non est capax terminandi amorem divinum. Et quidem hoc argumentum probat plus, quam contendit; amor namque omnipotentię Dei amor efficax est; & tamen vt efficax ad possibilia non terminatur, vt fatentur contrarij; cum tamen si illorum ratio vllius roboris esset, convinceret, etiam efficacem amorem terminare debere. Si respondeant, non colligi hoc; quia sunt incapaces terminādi efficacem amorem. Nos etiam dicemus, neque etiam colligi, quod terminent illum amorem; quia sunt incapaces illum terminandi.

34 Oppones primo. Oppones primo: creaturę possibiles sunt convenientes omnipotentię Dei: ergo sunt amabiles à Deo illo amore, quō diligit suam omnipotentiam. Consequentia videtur bona; quia omne conveniens per intellectum propositum, potest terminare appetitum elicitum. Antecedens autem probatur, negatio possibilitatis creaturarum, esset disconveniens omnipotentię; cum ex illa inferretur defectio illius, vt fatentur Thomistę *infra quæst. 14. art. 6.* ergo affirmatio possibilitatis creaturarum conveniens est illi.

Se-

35 Secundo, Deus diligens suam omnipotentiam, necessario odio habet negationem possibilitatis creaturarum: ergo diligit necessario illarum intrinsecam possibilitatem. Consequentia tenet: quia odio habens necessario vnum contradictoriorum, necessario diligit aliud. Antecedens autem probatur: Deus necessario diligens omnipotentiam suam, necessario odio habet illius non esse: ergo necessario odio habet quidquid infert non esse omnipotentię; at negatio possibilitatis creaturarum infert non esse omnipotentię Dei, vt suppono: ergo Deus necessario diligens omnipotentiam suam, necessario odio habet negationem possibilitatis creaturarũ.

Secundo.

36 Respondeo ad primum, negando antecedens: ad eius probationem, nego etiã antecedens: quia ex negatione possibilitatis intrinsecæ creaturarum, solum à posteriori colligitur negatio omnipotentię, non vero à priori: vnde ipsa ratione sui disconveniens non esset, sed solum ratione illius, quod ex illa inferretur, nempè, negationis ipsius omnipotentię quoad suum esse intrinsecum.

Resp. ad primum.

Ad secundum, nego antetedens: ad 37 cuius probationem. Respondeo primo, concesso antecedenti distinguẽdo consequens: si inferat à priori, tranleat consequens: si a posteriori solum, nego consequentiam, quę solutio ex iam dictis constat. Vel secundo aliter illud consequens distinguatur: ñ illud quod sic infert, sit capax terminandi odium, concedo consequentiam: sin minus, nego cosequentiam; negatio autem possibilitatis intrinsecæ creaturarum, non est capax terminandi odium, quia contradictorium negativum terminat odium ratione amoris sui contradictorij affirmativi; sicut non esse Petri odio habetur; quia Petrus diligitur, cum autem creaturę possibiles non possint amari, nec illarum negatio potest odio haberi. Et ideo, sicut ex amore omnipotentię non infertur amor creaturarũ possibilium, quia sunt incapaces illum terminandi; ita ex odio negationis omnipotentię, non infertur odium negationis possibilitatis creaturarum; quia talis negatio est incapax illud terminandi.

Ad 2. *Resp. 1.* *Secundo.*

Tertio sic obijciunt: creaturę, vt in 38 statu possibilitatis, sunt bonę, saltim *secundumquid*: ergo sunt appetibiles saltim *secundumquid*; & consequentèr terminare poterunt simplicem complacentiam, quę comparatione amoris efficacis dici potest *secundumquid* amor. Antecedens dedimus in prima parte primę conclusionis. Consequentia vero ostenditur primo, quia bonum est aliquid secundum quod est appetibile, teste D. Thoma *supra quæst. 6. art. 1. in initio corporis articuli*: ergo bonum simpliciter, erit simpliciter appetibile, & bonum *secundumquid*, erit appetibile *secundumquid*.

Tertio arguitur. *Consequentia ostenditur 1.*

Secundo, quia bonum per intellectum 39 apprehensum, movet appetitum, teste D. Thoma 2. *Contra Gentes*, *cap.* 27. ergo si creaturę possibiles sunt secundumquid bonę, per intellectũ cognitę, & voluntati propositę, illam ad amorem excitabunt.

Secundo.

Tertio ex eodem D. Thoma in præsenti quæstione art. 1. asserente, quod sicut ad formam naturalem, sequitur appetitus naturalis, ita ad formam, seu bonum apprehensum sequitur appetitus rationalis: ergo ad possibilia per intellectum cognita, & cum sua bonitate voluntari proposita, appetitus elicitus, & rationalis consequetur.

Tertio.

Denique principalis consequentia sua- 40 detur, bonitas namque possibilibus a nobis concessa, est passio ad illorum entitatem consequuta: ergo non consistit in rei integritate, sed in ratione perfectivi alterius per modum finis, & consequentèr appetibilis poterunt. Hæc vltima consequentia est apperta; omne namque perfectivum per modũ finis, appetibile est. Primam autem sic probo, bonitas in rei integritate consistens, nihil est aliud, quam cuiusuis rei intima constitutio; at forma vt constituens intrinsecè, pertinet ad essentiam, & primum conceptum rei, quam constituit: ergo forma vt integrans, & consequentèr integritas ipsa, non est passio consecuta ad ens, sed spectat ad illius essentiam, & primum conceptum.

Quarto.

Ad hoc argumentum respondeo, con- 41 cesso antecedenti, negando consequentiam: ad primam illius probationem, distinguo antecedens: bonum transcendentaliter, prout est idem, quod integrum in suo proprio genere, nego antecedens: bonum bonitate formali, prout idem est, ac conveniens alteri, & illius perfectivum, concedo antecedens, & distinguo consequens eodem modo. Creaturę autem possibiles solum primo modo sunt bonę, quia sunt integrę sua integritate essentiali, secus vero in secunda acceptione boni, quia prout in illo statu non sunt perfectivę alicuius, quod necessarium erat, vt essent appetibiles.

Resp. ad argumentũ, & ad primam consequentia probationem.

Ad secundam eiusdem consequentię 42 probationem, distinguo antecedens: bonum bonitate formali convenientia ad alterum, illiusque perfectivi, concedo antecedens: bonitate transcendentali integritatis, nego antecedens, & nego consequentiam. Per quod ad tertiam proba- 43 tionem

Ad 2.

Ad 3.

nem constat solutio: debet nãque D. Thomas intelligi de bono bonitate formali, id est, de eo quod conveniens est alteri, non vero de apprehẽsione boni transcendentalis, id est, integri in se. Ad vltimam consequentiæ probationem, concesso antecedenti, nego cõsequentiam: quia licèt integritas propria cuiuis rei, sit essentialis absolutè accepta; prout tamen fundat negationem defectus perfectionum quæ alicui debentur, passio est entitatis: sicuti vnitas est passio entis; quia non importat entitatem vtcumque, sed prout fundantem negationem divisionis in se, & identitatis cum alio.

Ad 4.

43 *Arg. 4.* Obijciunt quarto; Deum simplici affectu omnibus hominib⁹ salutem desiderat, iuxta illud, *qui vult omnes homines salvos fieri*: ergo salus etiam reproborum terminat amorem divinum; & tamen futura non est, sed mere possibilis: ergo Dei voluntas simplici amore erga possibilia versatur. Hoc argumentum, quod quidam ex contrarijs Auctoribus valde magnificant, nequit illis favere, tolum namque probare contendunt amorem simplicis complacentiæ necessarium erga possibilia; cum tamen amor ille, quo omnibus hominibus salutem exoptat, simplex complacentia necessaria non sit, vt inferius circa articulum sextum ex communi Theologorum sententia constabit: illius ergo longiorem discussionem ad articulum sextũ remittens, breviter ad illud respõdeo, concesso antecedenti, & prima consequentia, negando minorem; quia licèt salus æterna non sit absolutè futura respectu reproborum; est tamen futura ex vi illius voluntatis sub conditione, quod per ipsos non stetetit: vndè non est tantum possibilis; quia inter mere possibile, & absolutè futurum, datur medium, scilicèt futurum conditionatum, quod nunquam erit; hoc autem conditionatim futurum terminare potest voluntatem divinam: imo nequibit esse futurum, nisi terminet illam.

Resp.

44 *Dices.* Sed dices: ergo iam voluntatis obiectum non est solum entitas existens, cuius contrarium dicebamus supra; & consequenter, ex defectu existentiæ non rectè colligitur, non posse creaturas possibiles terminare amorem divinum. Patet consequentia; salus namque æterna reproborum existens non est; & tamen terminat amorem divinum. Respondeo distinguẽdo consequens: non est solum existens de præsenti, concedo consequentiam; de præsenti, vel de futuro absolutè, vel sub conditione, nego consequentiam: creaturæ autem pure possibiles, nec de præsenti, nec de futuro sunt existentes.

Resp.

45 *Arg. 5.* Quinto obijcere possumus: negatio existentiæ creaturarum terminat actum voluntatis divinæ: ergo obiectum illius, non est tantum res prout existens. Consequentia videtur bona. Antecedens autem probatur: Deum namque non solum habuit decretum de productione mundi, qui de facto est productus, sed etiam de non producendo alios mundos possibiles: ergo negatio existentiæ alterius mũdi, qui possibilis erat terminat liberum decretum voluntatis divinæ.

Resp. Respondeo, concesso antecedenti, etsi non desint Theologi illud negantes, & distinguo consequens; respectu actus prosecutivi, nego consequentiam: respectu actus fugæ concedo consequentiam: actus autem qui erga possibilia daretur, prosecutivus esse deberet, & de illo asserimus terminari ad rem existentem.

46 *Si dicas* 1. Si dicas: ergo creaturæ possibiles vt non existentes terminant positivum actum voluntatis divinæ, quod videtur nobis adverlari. Concedo consequentiam loquẽdo de actu fugæ, quo Deus voluit, quod numquam existerent; nec adversatur nobis, qui tantum asseruimus, ergà illas non versari actum simplicis complacentiæ prosequutivum.

Resp.

Si dicas 2. Si opponas secundo, ideò nos probasse, actum voluntatis terminari debere ad rem existentem, quia voluntas fertur ad res prout sunt in se ipsis, & modo minus immateriali, quam intellectus suum obiectum attingit; at hæc ratio non minus de actu fugæ, quam de prosequutivo procedit; cum in vtroque eundem modum tendendi obtineat voluntas: ergo si hoc non obstante actus fugæ non petit pro conditione sui obiecti existentiam, pariter nec prosequutivus illam expetet.

47 *Resp.* Respondeo, obiectum actus fugæ, v. c. quo Deus voluit non esse Petri, qui existere poterat, non esse Petrum ipsum, sed negatio existentiæ illius; hæc autem negatio non terminat actum prædictum, vt mere possibilis, sed vt existens eo modo, quo negatio capax est existentiæ. Pro quo est advertendũ, quod antequam Deus decreverit non producere Petrũ, nec illum producere, tàm Petrus, quã negatio illius erant possibiles: postquam verò decrevit, ipsum non producere, negatio futuritionis eius redditur existens, & prout sic existens, est obiectum prædicti decreti: vndè iam omnis actus voluntatis ad suum obiectum vt existens terminatur, sivè existentia positiva, si suum obiectum sit positivum, sivè negativa, si suum obiectum sit negativum. Et hæc de ista disputatione sufficiant.

DIS-

DISPVTATIO QVINQVAGESIMA SECVNDA.

An detur in Deo formaliter actus aliquis liber, qui numquam impleatur?

§. I.

Relatis sententijs, vera eligitur, & probatur.

Nu. 1. Difficultas aperitur.

DIFFICULTATI ansam præbuere verba illa Pauli 1. ad Thimothæum 2. *Deus vult omnes homines salvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire*: in quibus cum agnoscat Paulus in voluntate Dei actum, quo omnibus hominibus salutem exoptat, & alias non omnes consequantur illam; meritò occasionem præbuit Theologis dubitandi, an agnoscendus sit actus aliquis liber in Deo, qui inefficax sit, & numquam effectum sortiatur? in qua disputatione duas reperio præcipuas sententias. Prima est negativa, quam tenet Magister Basilius variarum disputationum *p. 1. quæst. 6. Scholastica, cap. 12.* pro illa referens Alexandrum, Bonaventuram, Scotum, Maiorem, Marsilium, & alios Antiquos cui vt probabiliori adhæsere ex Thomistis, Zamel, Bañez, & Navarrete, circa illum articulum.

Prima sententia.

2 Secunda, & vera. Alvarez Alarcon. Suarez. Granad. Fasolis. Herice.

Secunda, & verior oppositũ docet, affirmans dari in Deo formaliter actum aliquem liberum, qui numquam impletur, & suum effectum sortitur: ita M. Alvarez *disp. 34. de auxiliis*, etsi ab Alarcon *disp. 6. de voluntate Dei, cap. 3. num. 2.* falsò pro priori sententia relatus, Nazarius Albeldia, & Salmanticenses circa illum articulum, Suarez *lib. 4. de prædestinatione, cap. 1. & 2* Granadus *Tract. 4. disp. 1.* Arrubal *disp. 60. ca. 2.* Fasolis *in præsenti dubitat. 1. conclus. 2.* Herice *Tract. 2. disp. 17. cap. 1.* & alij Moderniores Socieratis cõmuniter.

Quæ suadetur sic primo: Deus omnibus hominibus salutem æternam desiderat; at non omnes illam consequuntur de facto: ergo datur in Deo actus aliquis liber, qui numquam suum effectum sortitur. Maior in qua sola potest difficultas consistere, probatur ex verbis Pauli superius adductis, quę debere intelligi de singulis hominibus per distributionem completam pro singulis generum, & non per distributionem accõmodam pro generibus singulorum, docent Damascenus *lib. 1. de fide, cap. 29.* illis verbis: *Neque tacendum est, Deum præcedenter velle, omnes salvari*: Chrysostomus Homilia 1. in Epistolam ad Ephesios, illis verbis: *Hoc est, quod mirum in modum cupit, vehementerque desiderat nostram ipsorum salutem*: id ipsum *Homilia 7. in Epistolam Pauli ad Ephesios*. Hieronymus *in caput primum Epistolæ ad Ephesios*. Clemens Romanus *lib. 2. Constitutionum Apostolicarum, cap. 59.* Prosper *lib. 2. de vocatione gentium, cap. 19. & 25. & lib. ad capitula Gallorum, sententia 8.* vbi oppositum docentes, durius, quam par est de altitudine gratiæ divinę loqui fatetur; idque affinitum esse *in Concilio Moguntino 2. contra Godescalcum*, negantem, Deum omnes velle salvari, sed solum illos, qui de facto salvantur, docet Basilius ad finem capitis supra relati.

3 Suadetur primo.

Maior probatur.

Et insuper suadetur sic primo: quia ex eo quod Deus omnibus hominibus voluit æternam salutem intulit Paulus esse orandum pro omnibus: at orandum est pro singulis hominum: ergo singulis salutem desiderat. Secundo, quia singuli hominum ad finem supernaturalem sunt ordinati; at

4 Probatur 1.

Secundo.

Digitized by Google

ordinantur per illam voluntatem: ergo ad omnes extenditur. Tertio: quia prò singulis hominum mortuus est Christus; at mors Christi ex illa voluntate duxit originem: ergo idem quod prius.

Tertio.

5 *Respõdet Basilius.* Respondet Basilius, Deum omnibus hominibus velle æternam salutem, non in se ipsa, sed tolum in causa, nempè in auxilijs sufficientibus, quę Deus omnibus sua benignitate impertitur; cumque hæc auxilia omnibus conferantur, iam illa voluntas est efficax respectu sui obiecti, nullaque datur volitio libera in Deo, quę efficax non sit, & effectũ non sortiatur. Contra quam solutionem acriter invenitur P. Herice, ìta absurdam, & audacem existimans, vt si ex sententia, qua decretum liberum in extrinseca denominatione constituit necessario inferretur dicta verborũ Pauli interpretatio, potius à prædicta sententia recederet, quam talem interpretationem admitteret, Deoque actus in efficaces negaret. Contra illam inducit verba Damasceni, Prosperi, Chrysostomi, & aliorum Patrum, iam à nobis relata. Verum ex illis, etsi benè inferàtur verba Pauli intelligenda esse per distributionem completam, pro singulis generum, quod libẽter fatetur Basilius, quod autem prædicta voluntas ad gloriam prout in se terminetur, quod Basilius negat, non vìdeo, qua efficacia inferatur, cum tamen maxima esse deberet, vt in verba irrueret, ita iniuriosa.

Insurgit Herice in contra.

Mentem Basilij nõ caluit.

6 *Basilius impugnatur 1.* Adversus illam in hunc modum obijcio primo: ex illa voluntate infert Paulus orandum esse pro omnium salute: at orãdum est, nedum pro auxilijs sufficientibº, verum etiam pro omnium hominum salute in se ipsa: ergo volitio libera Dei, de qua loquitur Paulus, ad omnium salutem prout in se terminatur. Secundo, velle Deum omnes salvari, est cum proprietate velle illorum salutem; at velle auxilia sufficientia ad salutem, non est cum proprietate, illam velle: ergo dicta interpretatio, non salvat verborum Pauli proprietatem; quam tamen salvari debere, cõstat ex eo quod ex illa nullum absurdum, seu inconveniens sequitur. Maior est certa. Et minorem ostendo sic primo: Deus de facto vult homini potentiam, qua potest peccare; & tamen concedi non potest, velle illius peccatum: ergo velle Deum auxilia sufficientia, quibus possit homo adipisci salutem, sufficiens non est, vt dicatur velle illorum salutem.

Secundo.

Minor ostenditur 1.

7 *Secundo.* Secundo, Deus amat necessario omnipotentiam suam, quę est sufficiens causa productionis alterius mundi: & tamen nequit comproprietate dici velle alterius mundi productionem: ergo velle auxilia sufficientia ad salutem, non est illam cum proprietate velle. Tertio, volitio de qua loquitur Paulus, est desiderium de hominum salute, iuxtà intelligentiam Chrysostomi superius relati: ergo debet ad illam, non vt possibilem, sed vt futuram terminari. Tenet consequentia, quia obiectum desiderij non est res vt possibilis, sed tantum vt futura; at salus hominum ex vi auxiliorum sufficientium, tantum est possibilis, non verò futura: ergo prout in illis desiderium non terminat; & consequentèr volitio, de qua loquitur Paulus; cum desiderium sit, ad illam prout in se terminatur.

Tertio.

8 *Tertio rejicitur Basilius.* Tertio principalitèr reijcitur illa solutio: volitio mediorum quatenus conducentium ad finem, necessario oritur ex volitione finis; at volitio, de qua loquitur Paulus, terminatur ad auxilia sufficientia, vt conducentia ad salutem; àliàs nec virtualitèr posset in illis velle æternam salutem: ergo exiri debet ex amore æternę salutis prout in se ipsa. Consequentia cum minori tenet. Maior autem constat: tùm, quia velle media, & non ex intentione finis, est præter intẽtionem, & veluti à casu operari, quod perfectissimo agenti repugnat. Tùm etiam: nam electio, & intentio sic comparantur in appetibilibus, sicut assensus conclusionis, & assensus præmissarũ in speculabilibus; at assensus conclusionis necessario oritur ex assensu præmissarum: ergo & electio medij ex intentione finis. Tùm denique: volitio nãque efficax medij efficacis supponit necessario efficacem intentionem finis, vt latè probant Thomistę *infra quæst. 23. articulo quinto*: ergo volitio medij sufficientis, necessario supponit volitionem inefficacem finis, & ex illa necessàrio oritur.

9 *Dices 1.* Dices, sufficere quod procedat ex volitione finis virtuali, non autem requiri, quod ex formali volitione finis procedat. *Cõtra 1.* Sed contra primo: volitio virtualis finis, est volitio illius, quatenus continetur in mediis; at ex illà prout sic, nequit oriri mediorum sufficientium volitio: ergo non ex virtuali, sed ex formali finis volitione procedere debet. Probo minorem; volitio finis vt in mediis contenti, est volitio, quatenus terminatur ad media; at volitio mediorum nequit oriri ex volitione prout terminata ad media; aliàs ex se ipsa oriretur: ergo nequit oriri ex virtuali volitione finis. Secundo, volitio efficax medij efficacis oriri nequit ex efficaci volitione virtuali finis, vt modo suppono ex his quę à Thomistis docentur *infra quæst. 23. articulo quinto*: ergo nec volitio me-

Secundo.

dio-

diorum sufficientium oriri poterit ex virtuali volitione finis, sed necessario supponere debet formalem.

10 *Resp. 2.* Secundo respondetur potest argumento facto, volitionem illam de qua loquitur Paulus, etsi ad salutem omnium in se terminetur, non tamen esse liberam, sed necessariam simplicis complacentiæ; ac proinde non sequitur dari aliquem actum liberum, qui nunquam impleatur. Sed præterquam quod superius ostendimus, non dari in voluntate Dei actum aliquem simplicis complacentiæ necessarium erga possibilia. *Contra 1.* Contra istam solutionem obstat in primis communis Patrum consensus de prædicta voluntate, vt de beneficio gratuito hominibus impenso loquentium; recolite Prosperi verba in libro illo ad capita Gallorum sententia octava, quæ supra retulimus.

11 *Secundo.* Obstat secundo, quod ex vi voluntatis illius ordinati sunt homines ad supernaturalem finem; at non sunt ordinati necessario, sed libere: ergo volitio inefficax ad vniversalem salutem terminata, non necessaria, sed libera est. *Tertio.* Tertio, amor necessarius, si datur in Deo, tantum versatur erga possibilia; at volitio, de qua loquitur Paulus, terminatur ad salutem hominum vt futuram: ergo idem quod prius. Maior est certa. Minor autem cōstat, ex eo quod iuxta glossam Chrysostomi superius adductam, est desiderium de salute omnium hominum: desiderium autem non habet pro obiecto rem vt possibilem, sed vt futuram.

12 *Secundo prob. nostra sententia.* Secundo principaliter suadetur nostra conclusio; voluntas antecedens est actus liber formaliter existens in Deo, & potens frustrari: ergo datur in Deo formaliter actus liber aliquis, qui numquam impleatur. Minor est D. Thomæ *in præsenti in solutione ad primum.* Maior autem ipsius D. Thom. expressa *quæst. 23. de veritate, art. 3. in corpore*, illis verbis: *Invenitur propriè ratio voluntatis, & hæc voluntas de Deo propriè dicitur, & hæc est voluntas beneplaciti, quæ per antecedentem, & consequentem distinguitur*: ergo sentit Doctor Angelicus, voluntatem antecedentem, esse beneplaciti, formaliter inventam in Deo, posseque non impleri, seu posse frustrari.

13 *Tertio probatur.* Denique eadem sententia suadetur: volitio libera, quæ numquam impleatur, non ex impotentia agentis, sed ex ipsius libera voluntate, & ex obiecti meritis, nullam imperfectionem Deo repugnantem involuit: ergo debet admitti vt formaliter existens in Deo. *Explicatur amplius.* Confirmatur, & explicatur amplius: in Deo dantur volitiones liberæ subiectivè absolutæ, & conditionatæ obiectivè de conditione numquam ponenda, vt latè probant nostri Thomistæ *supra quæst. 14. art. 3.* Et constat ex illis verbis Matthæi *Ve tibi Corozaim: ve tibi Bethsaida, quia si in Tyro, & Sydone factæ fuissent virtutes, quæ factæ sunt in te, olim in silicio, & cinere pœnitentiam egissent.* In quibus pœnitentia Tyrorum prænuntiatura futura, & consequenter volita à Deo sub conditione signorum, quæ apud Corozaytas, & Bethsayditas fuerunt patrata; quę tamen conditio numquam fuit impleta; cum numquam apud illos prædicta signa patrata fuerint; at iste volitiones numquam implentur ex defectu conditionis: ergo datur absque imperfectione formaliter in Deo volitio libera, quę numquam impletur.

§. II.

Argumentum ab Auctoritate diluitur.

14 *Arg. 1. ab Auctoritatibus.* CONtra nostram sententiam insurgit Basilius primo ab Auctoritate; in primis Parentis Augustini, qui aliquoties versans locum Pauli superius adducti, numquam illum de simplici actu fuit interpretatur, sed de actu efficaci aliquando explicans in hunc modum; velle, scilicèt Deum contequi salutem omnes, non absolutè, sed quotquot illam consequuntur de facto: ita exponit *lib. 4. cōtra Iulianum, cap. 8. lib. de correctione, & gratia, cap. 14. lib. de prædestinatione Sanctorum, cap. 8.* Aliquando verò illum explicat per distributionem accomodam pro generibus singulorum, non pro singulis generum; quia scilicèt ex omni natione, & statu hominum aliquos vult adipisci salutem: ita exponit *in Enchyridione, cap. 103. lib. de correctione, & gratia, cap. 15.* Aliam interpretationem adhibuit, nimirum, Deum velle omnes salvos fieri, quia facit Sanctos velle vt omnes salvi fiant: cum ergo in explicationem verborum Pauli toties Augustinus incideret, & numquam actus inefficacis fecerit mentionem, signū est manifestum, talem actum in divina voluntate non agnovisse. *Ex Augustino 1.*

15 *Secundo ex eodem.* Quod amplius cōfirmat ex verbis eiusdem Augustini *in Enchyridione, cap. 103.* vbi postquam duas priores explicationes adhibuit, ita concluſit: *Et quocumque alio modo; dum tamen credere non cogamur, aliquid omnipotentem Deum voluisse fieri factūque non esse*: ergo planè sentit Augustinus, nullum esse actum in divina voluntate, qui effectum non habeat.

Ex Prospero. Secundo adducit Prosperum in omnibus Augustini discipulum, *lib. 2. de vocatione gentium, cap. 2. & 3.* vbi prædictas

Aug-

Augustini interpretationes admittit, nulla mentione facta actus inefficacis. *Et cap.* 4. 5. 13. *&* 19. eiusdem libri docet idem Prosper, hanc Dei voluntatem, qua vult omnes homines salvos fieri, non esse aliud, quam præparationem mediorum sufficientium, vt salvi fieri possint: *& cap.* 25 his verbis concludit: *Sinè igitur nouissima contemplentur sæcula, seu prima, seu media, rationabiliter, & pie creditur omnes homines salvos fieri, Deum velle, semperque voluisse, & hoc non aliunde monstratur, quam de his beneficijs, atque prouidentia Dei, quam vniuersis generationibus communiter, atque indifferenter impendit*, &c. ergo sentit Prosper atenus solum Deum desiderare salutem hominibus, quatenus vult illis sufficientia auxilia: ac proinde non agnoscit actum aliquem liberum ad æternam reproborum salutem prout in se terminatum; nec aliquem liberum actum, qui nunquam impleatur.

16 *Ex Chrysostomo.* Tertio, in suæ sententiæ confirmationem expendit verba Chrysostomi in favorem nostræ superius relata: *Hoc est quod mirum in modum cupit, vehementerque desiderat nostram ipsorum salutem.* Ex quo sic format argumentum pro sua sententia: respectu gloriæ prout in se, non est in Deo vehemens desiderium, sed simplex affectus; at Chrysostomus verba Pauli nomine vehementis desiderij declarat: ergo sentit non ad reproborum salutem prout in se, sed solum prout in medijs sufficientibus terminati: ac proinde nullum actum liberum, qui nunquam impleatur agnoscit. Denique in eiusdem sententiæ suffragium adducit Ambrosium, Anselmum, & alios, quorum verba non refero; quia ex aliorum explicatione, illorum etiam intelligentia manifestè constabit. *Ex alijs PP.*

17 *Augustinus explicatur.* Ad hoc argumentum respondeo, Augustinum in prælegatis locis fuisse loquutum de voluntate consequenti, & efficaci; sic autem intellecta verba Pauli, vno ex illis tribus modis debent interpretari; alibi verò actum inefficacem agnovit, nempè, *libro de Spiritu, & littera, cap.* 33. *& in libro ad articulos falsos sibi impositos*, quorum secundus erat, quod Deus nollit omnes salvari, cui Augustinus his verbis respondet: *vincerissimè credendum est, atque prædicandum, Deum velle, vt homines saluifiant, siquidem Apostolus, cuius ista sententia est, solicitè præcepit, vt Deo pro omnibus hominibus supplicetur.* In quibus verbis admittit Augustinus sententiam Apostoli in sensu vniversali completo; cumque, vt arguebam supra, in sensu proprio nequeant prædicta verba Pauli interpretari, nisi Dei voluntas ad omnium salutem prout in se terminetur, iam agnoscit Augustinus, voluntatem ad omnium hominum salutem prout in se terminatam, & consequenter actum liberum, qui nunquam suum effectum sortiatur.

Et quidem cum Basilius fateatur, verba Pauli intelligenda esse per distributionem completam, pro singulis generum, vt supra dicebam: vel fateri debet, Augustinum talem sensum nunquam agnovisse, vel alicubi illum tradidisse. Vnde tenetur solvere argumentum, quod nobis opponit ex mente Augustini interpretantis verba Pauli in locis prælegatis in sensu limitato, nec plenè vniversali.

18 *Instatur argumentum contra Basilium.*

Et ex his ad primum, quod ex Prospero opponit constat solutio. Ad id, quod secundo opponebat *ex capite* 25. dicatur, colligisse Prosperum ex auxilijs sufficientibus, quæ omnibus impertiuntur, voluntatem de omnium hominum salute, non tanquam ex obiecto talis voluntatis, sed à posteriori, & tanquam ex effectu; cum enim executio medij sit effectus intentionis finis, rectè ex mediorum sufficienti collatione, ab effectu colligitur voluntas ad finem prout in se terminata, vt arguebam contra Basilium supra.

19 *Resp. ad Prosperū*

Ad Chrysostomum dico, quod etsi non detur in Deo vehemens desiderium absolutum salutis omnium hominum in se ipsas bene tamen datur vehemens desiderium antecedens, & conditionatum. Et ex his satis constat intelligentia Ambrosij, Anselmi, & aliorum Patrum, quos in suum favorem adducit, qui si aliquando verba Pauli in sensu vniversali incompleto sunt interpretari, loquuntur de voluntate consequenti Dei, non excludentes, sed admittentes potius sensum vniversalem completum, loquendo de voluntate antecedenti, & inefficaci.

20 *Ad Chrysostomū.*

Ad alios PP.

§. III

Secundum argumentum proponitur, & examinantur varij modi dicendi.

INsurgit secundo contra resolutionem nostram Basilius hac ratione: voluntio illa, de qua loquitur Paulus, non terminatur ad omnium salutem prout in se ipsa, sed solum ad auxilia sufficientia ad illam; at respectu talium auxiliorum est efficax divina voluntas, cum omnibus hominibus impertiatur illa: ergo ex verbis Pauli non rectè colligitur actus liber in voluntate Dei, qui numquam suum effectū sortiatur. Cōsequutio est legitima. Minor supponenda modo. Maior autē proba tur; quia salus v. c. lude prout in se ipsa, vel terminat illam voluntatem vt præcisè

21 *Secundo arg. ratione.*

pos-

possibilis, vel vt futura: non primum; quia prout sic solum terminat simplicem cõplacentiam necessariam: nec secundum; quia futura non est: ergo non terminat Dei voluntatem prout in se ipsa.

22 *Prima solutio.* Huic argumento non vno modo respondetur ab his, qui nobiscum conveniunt. Primo responderi potest ex doctrina Gabrielis Vazquez *disp. 83. cap. 2. num. 22.* obiectum illius voluntatis esse salutem hominum, non vt possibilem, nec vt mere futuram, sed vt futuram futuritione cognita; glorificari enim hominem, inquit Auctor prædictus, consideratum, ac si ita futurum esset, non potest non Deo placere. *Contra.* Hæc tamen solutio sustineri non potest: intellectus namque divinus omnia, vt sunt, cognoscit; cognoscere enim res aliter ac sunt, est imperfectio soli intellectui creato possibilis, & repugnãs divino: ergo æternam reproborum salutem, quæ re vera futura non est, non potest vt futuram concipere, nec illam vt sic voluntati divinæ proponere, & consequentèr gloria vt futura futuritione non vera, sed cognita, nequit esse obiectum prædictæ voluntatis, de qua loquitur Paulus.

23 *Secunda solutio.* Secũdo respõdet Herice, volitionẽ istam posse cõsiderari dupliciter: vel vt volitio est: vel vt libera est: primo modo inspecta, immediatè cõparatur ad æternã hominũ salutem in se; in ratione autem liberæ, vel secundum exercitium libertatis in actu secundo comparatur immediatè ad auxilia sufficientia ad salutem, ad illam verò solum mediatè. Ex quo colligit Auctor prædictus, non posse dari in Deo actum inefficacem adæquatè, & respectu omnis obiecti; benè tamen inadæquatè, & respectu alicuius obiecti.

Cõtra 1. Sed nec ista solutio argumento facto satisfacit. Primo, quia vt admittit Herice, salus æterna reproborum in se immediatè comparatur ad illam volitionem, vt volitio est: ergo vel vt possibilis, vel vt futura; si primum: ergo illã volitionem, vt volitio est, terminat necessario; & consequentèr erit simplex complacentia necessaria, quod extra rem est. Si secundum: ergo terminat immediatè illam voluntatem vt liberam, cuius oppositum contendit Herice. Probo hanc consequentiam ex principijs ipsius in quibus denominatio liberi in divino decreto ab obiecto detumitur non necessario cum divina voluntate connexo; at gloria vt futura, est obiectum immediatum illius volitionis, vt volitio est non necessario connexum cum illa: ergo immediatè, & ratione sui illam constituit in ratione liberæ.

24 Secundo: quia terminatio libera volitionis divinæ ad reproborum gloriam in se, est prior terminatione eiusdem ad auxilia sufficientia ad illam: ergo nequit in ratione libere terminatæ ad reproborum gloriam per auxilia sufficientia constitui. Consequentia tenet. Antecedens autem constat ex dictis supra contra Basilium: intentio namque prior est electione; at qui volitio illa vt terminata ad gloriam, obtinet rationem intentionis, vt verò terminatur ad sufficientiam media rationem electionis sortitur: ergo prior est terminatio ad salutem, quam terminatio ad media sufficientia ad illam. *Confirm.* Et vrgetur hoc amplius; quia ad minus intentio nequit esse electione posterior; sed volitio illa vt libere terminatur ad gloriam, intentio est, vt verò terminatur ad media, est electio: ergo nequit ad media immediatè, & ad gloriam mediatè terminari.

25 *Tertio.* Tertio reijcitur, quia in illa incidit in sententiam Basilij, quam satis iniuriosè reiecerat. Quod probo; nam vel æterna reproborum salus terminat illam voluntatem mediatè vt possibilis, vel vt futura: non secundum; aliàs in se ipsa immediatè terminaret. Primum, nec negat, nec in suis principijs negare potest Magister Basilius: ergo incidit in sententiam illius. Minor probatur: Basilius namque admittit actum voluntatis divinæ primo ad omnipotentiam terminatum, secundo ad possibilia terminari: ergo negare nequit actum, quo Deus amat auxilia sufficientia ad salutem secundo ad illam vt possibilem terminari. Denique reijcitur, *Quarto.* quia in istius Auctoris sententia denominatio liberi in decreto divino sumitur ab effectu vt futuro: ergo denominatio libere volentis non solũ auxilia sufficientia, sed etiam æternam salutem, nequit ab auxilijs sufficientibus vt futuris adæquatè desumi, sed etiam à salute vt futura; & consequentèr nisi in ipsa rationem aliquam peculiarem inveniat, sub qua terminet voluntatem illam, non solvit argumentum factum.

26 *Tertio solutio.* Tertio alij respondent, gloriam vt possibilem esse obiectum illius voluntatis; nam etsi gloria secundum se vt possibilis terminet complacentiam necessariam, comparata verò ad subiectum existens, terminare potest liberam complacentiã. *Cõtra 1.* Solutionem istam indicat Alarcon *disp. 3. cap. 4. num. 5. & 6. & disp. 6. cap. 3. num. 21.* Illius tamen insufficientiam, ostendo sic primo: voluntas namque, de qua loquitur Paulus, est desiderium de omnium hominum salute in se ipsa, vt fatetur Alarcon, & communitèr alij; at obiectum desiderij non est res vt possibilis, sed vt futura: ergo gloria vt possibilis nequit esse obiectum

ctum talis voluntatis ; & consequenter fuit ista solutio.

27 Secundo, gloria vt possibilis Petro existenti, non potest Deo displicere, ex suppositione existentiæ Petri, sed necessario in illa prout sic complacet divina voluntas, suppositâ sententia de amore rerum possibilium; at voluntas, de qua loquitur Paulus, est libera, nedum absolutè, sed etiã ex suppositione existentiæ Petri; cum per ordinetur ad æternam salutem, quæ ordinatio potuit non esse in Deo, adhuc Petro producto : ergo obiectum illius voluntatis non est gloria vt possibilis subiecto existenti.

Secundo.

Tertio. Tertio, quia quando Deus amat gloriã Petro existenti amore libero inefficaci, vel terminus talis amoris est Petrus existens, & gloria possibilis, vel solummodo gloria possibilis : non primum, quia Petrus existens est terminus efficacis amoris : ergo non est terminus adhuc inadæquatus amoris simplicis; nec secundum, quia prout sic terminat necessarium amorem : ergo idem quod prius.

28 Si dicas, esse gloriam Petri vt possibilem, non remotè in vi soliusomnipotentiæ Dei, sed proximè in vi auxiliorum sufficientium, quæ Deus impertitur, vt homo possit illam adipisci. In contrarium obstat, quod gloria vt possibilis in vi auxiliorum sufficientium ad illam, non amatur in se, & immediatè, sed mediatè in auxilijs sufficientibus immediatè amatis: ergo vtentes hac solutione incidunt in sententiam Basilij. Probo antecedens, amor gloriæ vt remotè possibilis in vi omnipotentiæ divinæ, nõ terminatur immediatè ad illam, sed media omnipotentia primo terminãte : ergo pariter vt possibilis proximè in vi auxiliorum sufficiẽtium, non terminabit immediatè voluntatem divinam, sed mediatè, & in alio, nempè in auxilijs sufficientibus primo terminantibus.

dicas.

Contra.

29 Quarto respondent alij, gloriam prout in se terminate voluntatẽ illã non vt purè possibilẽ, nec vt absolutè futurã, sed vt futurã sub cõditione, quod nõ fiet per homines nec se suis peccatis illa reddant indignos. Ita insinuavi supra, longiorem discussionem ad hunc locum remittens. Displicet tamen ista solutio, nisi intelligatur iuxta à nobis dicenda. Et adversus illam oppono sic primò; Deus vt supremus Dominus gloriæ ante prævisa hominum demerita, & merita eligit efficacitèr quosdam ad gloriam, & voluit alios efficacitèr denegare illam, vt latè probãt nostri Thomistæ *infra quæst.* 23 *art.* 3. & constat ex illis verbis Pauli ad Romanos c. 9. *Non ex*

Quarta solutio.

Contra 1.

operibus, sed ex vocante dictum est, antequam quidquam boni, vel mali egissent, Iacob dilexi, Esaũ autem odio habui; at cum voluntate efficaci excludendi reprobos à gloria ante prævisa demerita illorum, non est compatibilis voluntas conditionata conferendi illis gloriam, si per ipsos non steterit, vt de se est manifestum : ergo voluntas, de qua loquitur Paulus, non habet pro obiecto gloriam vt futuram, sub conditione, quod non stet per homines.

30 Secundo, decretum subiectivè absolutum, & conditionatum obiectivè se ipso producit effectum, per hoc præcisè, quod purificetur conditio; at voluntas de qua loquitur Paulus, etiam si poneretur conditio, nempè hominum non resistentia, nõ haberet effectum se ipsa absque adiuncta efficaci volũtate gloriæ : ergo nõ terminatur ad gloriã sub prædicta consideratione futurã Cõsecutio est legitima. Maior certa, & minor ostẽditur, volũtas illa est volũtas antecedens, vt docet D. Tho. in præsenti articulo in solutione ad primum, & cum eo communiter Theologi; at voluntas antecedens non habet effectum, niti consequens adiungatur, vt expresse docet Angelicus Doctor *in* 1. *ad Anibaldum, dist.* 46. *art.* 2. *ad* 2. ergo voluntas, de qua loquitur Paulus, non respicit gloriam adhuc sub prædicta conditione futuram.

Secundo.

31 Tertio, quia aliàs totum prædestinationis negotium in purificatione conditionis consisteret; & consequenter per hoc præcisè, quod Deus decerneret homines adiuvare, ne suis peccatis prædictæ voluntati resisterent, de facto gloriam consequerentur, nec efficax electio absoluta ad gloriam provisionem meritorum præcederet; sed solum illa conditionata voluntas; consequens est falsum, vt latè ostendunt nostri Thomistæ *infra quæst.* 23 *art.* 4. ergo talis voluntas nõ terminatur ad gloriam, vt futuram sub prædicta conditione. Probo sequelam : quia iuxta solutionem, quã impugnamus, ex vi voluntatis illius constituitur gloria futura sub conditione, quod non stet per homines : ergo purificata conditione, nempè, quod homines suis peccatis illi non resisterent, ex vi eiusdem voluntatis erit absolutè, & infallibilitèr futura; conditionatum namque transit in absolutum conditione purificata; & consequenter per hoc præcisè, quod Deus decernat homines adiuvare, vt suis peccatis se indignos non redderent, prædestinati intelligerentur, & discreti á reprobis.

Tertio.

32 Dices : esto Deus de facto non habuerit decretum conditionatum de conferenda gloria sub conditione, quod non stet per homines; potuit tamen illud habere, &

Dices.

Digitized by Google

tamen non potuit in prædestinationis negotio incipere à medijs merita eligendo, sed necessario præsupponi debuit efficax intentio finis, nempè electio ad gloriam, vt ibidem docent Thomistæ: ergo ex eo quod fuerit in Deo de facto prædicta voluntas terminata ad gloriam, vt conditionatè futuram, non rectè colligitur, in electione ad merita stetisse prædestinationis negotium, ab illaque incœpisse discretionem prædestinati à reprobo.

33 *Resp.* Respondeo, concessa maiori, negando minorem; nam etsi electio mediorum efficacium ad gloriam, vt efficacia sunt, necessario supponat intentionem efficacem gloriæ, quod Thomistæ fatentur; si tamen merita non eligantur, vt efficacitèr conducentia, sed secundum sufficientiam, quam habent ad illam non præsupponunt necessario efficacem gloriæ intentionem; cumque hoc contingere potuerit, contingere potuit, vt electio à meritis inciperet, & nostrum argumentum contendit ita contigisse de facto, si semel admitatur, præcisè in Deo voluntas conditionatas gloriæ subconditione non resistentiæ hominis; nam tali volũtate suppositâ, & purificata conditione, nempè, quod homines non resisterent, redderetur gloria absolutè futura: vndè in non resistendo, prædestinationis negotium consisteret, & per non resistentiam prædestinatus à non prædestinato differret.

§. Vltimus.

Traditur, & defenditur verâ solutio.

34 *Vera solutio.* His omissis, solutio, quam veriorem reputo, huius difficultatis est quam tradidere Patres Salmanticenses *in præsenti disp.* 4. *dub.* 3. *num.* 26. & Marcus de la Serra *circa istum articulum*, sequuti Magistrum Albelda *disp.* 56. *sect.* 3. *num.* 37. voluntatẽ illã terminari etiam ad reproborũ gloriam in se, non vt purè possibilem, sed vt futuram, non quidem futuritione completa, & perfecta, sed imperfecta, & inchoata. *Notatur primo.* Quam vt intelligaris, est advertendum primo, rerum futuritionem à causis desumi, non vt præcisè in actu primo consideratis, à quibus prout sic possibilitas illarum desumitur, sed vt determinatis ad præstandam illis existentiam

35 *Notatur secundo.* Adverto secundo, hanc determinationem dupliceem esse posse, vnam perfectam, & imperfectam, & incoatam aliam: illa in causis secundis invenitur, vt præventis, aut præveniendis efficaci auxilio infalibilitèr cum futuritione effectus connexo, & in prima causa, nempè voluntate divina vt per decretum efficax nostro intelligendi modo determinata. Secunda verò invenitur in causis secundis, vt munitis auxilijs sufficientibus, & in causa prima, vt per actum liberum inefficacem obiectum amante; cumque ista consideratio non sit causæ primæ, & secundæ vt omnino indifferẽtibus, sed vt iã sunt aliquomodo determinatæ; consequẽs sit, quod ab illis prout sic desumi possit denominatio, nõ præcisè possibilitatis, sed aliqualis futuritionis, licet quia talis determinatio efficax non est, & cõpleta, nequeat ab illis prout in tali statu perfecta rerum futuritio desumi.

Ad rem ergo veniendo, gloria reproborum terminans actum voluntatis divinæ liberæ inefficacis, est imperfectè, & inchoatè futura; quia per talem actum divina voluntas quodammodo ad illius productionem efficitur, & ex tali intentione oriuntur sufficientia media, quibus volũtas hominum aliqualitèr ad illam manet determinata; licet quia hæc determinatio tàm in causa prima, quam in causa secunda efficax, & perfecta non est, non sit perfectè, complete futura: vndè gloria terminat voluntatem prædictam, vt inchoativè, & imperfectè futura. Ex quo inferre non licet, reprobos de facto esse glorificandos; quia licet id, quod futurum est perfectè, & completè sit aliquando verum, quod de facto sit; de illo verò quod imperfectè solum, & inchoativè est futurum, necessarium non est, quod aliquando verificetur esse præsens.

36 *Resp. ad argumẽtum.*

Verum contra solutionem istam obijcies sic primo, æterna reproborum salus ex vi illius voluntatis nullam accipit mutationem: ergo incapax est ad actum liberum terminandum Patet consequentia: quia actus liber petit aliquam mutationem; cumque non sit possibilis ex parte Dei, necessario requiritur ex parte obiecti terminantis illum. Respondeo, quod etsi physicè non mutetur, obiectivè tamen mutatur, quatenus cum antea indifferens esset ad futuritionem imperfectam, atque negationem illius, redditur ex vi illius voluntatis inchoativè determinatè futura; quod autem obiectiva mutatio ad liberum actum terminandum sufficiat, constat in futuris conditionatis.

37 *Obijcies primo.*

Obijcies secũdo: auxilia sufficiẽtia, quæ oriũtur ex illa volũtate salvãdi omnes homines relinquũt voluntatẽ indifferentem, vt assequãtur, vel nõ assequãtur salutẽ: ergo ex vi illorum; & consequentèr ex vi etiam intentionis, ex qua originantur, etsi reddatur gloria proximè possibilis, non tamen redditur vllo modo futura. Probo hanc consequentiam; quia futuritio rei desumi non potest à causis omninò indif-

38 *Obijcies secundo.*

fe-

ferentibus, vt sit, & non sit. Respondeo, distinguendo antecedens: reliquunt illam indifferentem, quoad inclinationem, nego antecedens: quoad assequibilitatem, concedo antecedens, & distinguo consequens: non redditur futura perfectè, & completè, concedo consequentiam: inchoativè, & imperfectè, nego consequentiam. Itaque sicut voluntas auxilio sufficienti munita, manet indifferens, quoad elicientiam ad actum, & negationem actus, quoad inclinationem autem, determinatè respicit actum; quia auxilium sufficiens determinatè inclinat in actum, ita: similiter ex vi auxiliorum sufficientium, quæ oriuntur ex illa intentione, homo, quoad inclinationem determinatè respicit æternam salutem, etsi quoad assecutionem, & veluti elicientiam indifferens sit ad gloriam, & illius carentiam, & hæc est sufficiens vt ex vi illorum reddatur gloria inchoativè futura, & si non perfectè, & completè.

Resp.

Sed dices, sequi ex hac solutione, esse debitam gloriam alicui ex hominibus vagè ex vi generalis providentiæ Dei; consequens est falsum: aliàs prædestinatio specialis providentia non esset: ergo deserenda solutio. Probatur sequela, voluntari potenti proximè, & aliàs inclinatæ ad operandum bonum, debetur in aliquo individuo efficax concursus ad operandum illud: quo circa prædictus concursus, specialis gratia non est *vt 1. 2. quæst. 100. art. 2.* contra Vazquez docet maior pars Theologorum: ergo si homo ex vi auxiliorum sufficientium, quæ oriuntur ex tali voluntate, potens, & inclinatus redditur ad assequutionem salutis, debitus erit alicui in individuo concursus efficax ad actualem eius assequutionem.

39 *Dices.*

Respondeo, negando sequelam. Ad cuius probationem, concesso antecedenti, nego consequentiam. Cuius ratio est; quia inclinatio auxiliorum sufficientium non est primo ad gloriam, sed ad exercitium bonorum actuum, & præceptorum ad impletionem; vt autem inclinatio aliqua frustranea non sit, sufficit, quod in dividuo reducatur ad aliquem actum ex illis, qui intra terminum primarium suæ inclinationis continentur: non vero requiritur, quod ad perfectissimum terminum in aliquo individuo reducatur: vndè concursus ad aliquem actum debitus est: secus verò concursus, quo finem perfectissimum assequatur.

40 *Resp.*

Tertio principalitèr argumentari possumus contra illam sententiam: Deus ante prævita hominum demerita voluit efficacitèr quibusdam denegare gloriam: ergo respectu illorum non datur in Deo libera volitio terminata ad gloriam in se. Antecedens suppono; & consequentia probatur: Tùm, quia voluntas ita superfluit, semel prima concessa. Tùm etiam: quia vtraque voluntas est de eodem obiecto, eodem modo se habente, ergo sunt inter se incompatibiles. Tùm denique, quia aliàs prima esset in Deo aliquomodo involuntaria, quod divinæ perfectioni repugnat. Probatur sequela, volens proijcere merces in mare tempestate subortâ, etsi proijciat voluntarie simplicitèr, secundum quid tamen involuntarius est; quia talis proiectio est contra voluntatem inefficacem, quam habet conservandi illas: ergo volitio, quam Deus habet excludendi quosdam à regno, erit involuntaria saltim secundum quid, si semel admittitur voluntas contraria inefficax, terminata ad illorum gloriam in se.

41 *Tertio obijcies.*

Respondeo, concesso antecedenti, negando consequentiam. Ad primam probationem, nego antecedens: quia ex illa voluntate concedantur omnibus auxilia sufficientia ad salutem: non autem superfluit, quod homo possit salutem adipisci, & si de facto non consequatur illam. Ad secundam, nego antecedens: quia licet sint de eodem obiecto materialitèr sumpto, versantur tamen circa illud ex diverso motivo, inefficax ex motivo ostendendi suavitatem providentiæ, & magnitudinem misericordiæ suæ, ordinando homines saltim quoad sufficientiam ad super naturalem, & indebitam finem: efficax verò terminatur ad negationem gloriæ ex motivo ostendendi supremum dominium, quatenus concedendo quibusdam gloriam, & alijs illam denegando, manifestat nulli illam debere.

42 *Resp. ad 1. conseq. quentiæ prob.*

Ad 2.

Ad tertiam, negatur sequela. Ad cuius probationem concesso antecedenti, nego consequentiam; & ratio discrimi-

43 *Ad 3.*

nis est, quia proijciens merces in mare, id circo involuntarius est, saltim secundum quid: quia proijcit ob impotentiam salvandi vitam, nisi illas proijciat: vndè ex metu vitam amittendi, operatur; metus autem involuntarium causat saltim secundum quid, vt docetur *1. 2. quæst. 6.* Deus autem non ideò vult reprobis denegare gloriam: quia non possit illos salvare, sed quia cum omnes salvare possit, vt se ostendat supremum gloriæ dominium, quosdam ad illam efficacitèr eligit, & alios efficacitèr ab eadem excludit.

Ex dictis in discursu huius disputatio-

44

nis,

Infertur ex dictis.

nis, colligo primo, voluntatem antecedentem, esse illam, quæ erga obiectum versatur, non vt vestitum omnibus circunstantijs, cum quibus executioni debet mandari; consequentem vero, quæ obiectum inspicit, vt omni sua circunstantia vestitum, v. c. voluntas, quam Deus habet salvandi reprobos, est voluntas antecedens gloriæ; quia tendit ad illam secundum se, non attentis omnibus circunstantijs; & quia consideratio illius secundum se, est prior, & veluti antecedens considerationem eiusdem secundum omnes eius circunstantias: id circo dicitur antecedens voluntas; voluntas verò, qua efficacitèr vult illos excludere à gloria, est voluntas consequens; quia omnes circunstantias attendit, maioris scilicèt conducentiæ ad manifestationem attributorum Dei.

45 *Dices.*

Si dicas, electio efficax prædestinatorum ad gloriam, est voluntas consequens; & tamen non respicit gloriam cum omnibus circunstantijs, cum quibus de facto est executioni mandanda: ergo deficit prædicta explicatio. Probatur minor, gloria de facto est concedenda adultis per modum coronæ; at voluntas illa non tendit ad gloriam per modum coronæ, vt probabilitèr docent plures Thomistæ: ergo non terminatur ad illam vt vestitam omnibus circunstantijs, quibus de facto executioni mandatur.

46 *Resp.*

Respondeo, concessa maiori, negando minorem. Ad illius probationem, concessa maiori, & omissa minori, distinguo consequens: non inspicit gloriam cum omni circunstantia ex pertinentibus ad ordinè intentionis, nego cōsequētiam: ex nō pertinētibus ad talē ordinē, cōcedo cōsequentiā: itaque in illorū Theologorū sententia, id circo in illa voluntate intentiva non relucet gloria vt corona; quia ratio coronæ, merita prævia supponit, ac proinde ad ordinem intentionis, qui merita præcedit, non spectat: vndè, & si vt sic ab electione non attingatur, non sequitur non attingi gloriam cum omni circunstantia ex his, quæ ad intentionis ordinem spectare possunt.

47 *Infertur secundo.*

Colligo secundo, prædestinatum existentem in peccato mortali odio habere Deum, odio antecedenti, illum verò amare consequenti, & efficaci amore, probatur vult illi damnationem æternam voluntate antecedenti: ergo odio illum habet antecedenti odio. Probo antecedens, hominem existentem in peccato damnari, est bonum quoaddam amabile à Deo: ergo de facto amatur ab ipso; at non consequentèr, & efficacitèr; cum de facto damnandus non sit: ergo inefficacitèr, & antecedentèr.

48 *Infertur tertio.*

Colligo tertio, voluntatem, qua Deus omnes homines vult salvos fieri, esse conditionatam, solum quo ad nos, & ex parte nostri modi concipiendi, quatenus nos voluntatem divinam ita ad reproborum gloriam affectam concipimus, quod si negatio illius ad altiores fines non conduceret, Deus omnes vellet salvari. Re tamen vera, prædicta voluntas est absoluta, tàm ex parte obiecti, quam ex parte actus, vt ex impugnatione quartæ solutionis secundi argumenti colligitur. Et hæc de ista Disputatione.

DIS-

Digitized by Google

DISPVTATIO QVINQVAGESIMA TERTIA.

An ex eo quod Deus aliquid in tempore inciperet velle, vel á libera volitione desistat, physica mutatio inferatur in illo?

§. I.

Ratione dubitandi proposita, referuntur variæ sententiæ.

1 *Certū ab incerto separatur.*

IN qua disputatione vnum tamquam certum supponimus, & alterum in discrimen vocamus: quod supponimus est, Deum non posse aliquid in tempore velle de novo, nec à decreto semel ab æterno habito posse in tẽpore desistere: quam suppositionem omnes Theologi tamquam fide certam admittunt contra Ioannem Antonium Delphinum, *lib. de rerum euentu, pagina* 23. vt refert Arrubal *disp.* 61. *cap.* 1. etsi Pater Herice *disp.* 10. *cap.* 1. illud ad sanum sensum conetur adducere; quidquid tamen de illius mente sit nostra suppositio ex pluribus Sacræ Paginæ testimonijs colligitur, Numerorum 23. *Non est Deus quasi homo, vt mentiatur, nec vt filius hominis, vt mutetur.* Proberviorum 19. *Multæ cogitationes mortalium; voluntas autem Domini in æternum manet.*

Prob. ex Sacra Pagina 1.

2 *Secundo.*

Ac denique Malachiæ 3. *Ego Deus, & non mutor*, in quibus verbis vbi nos legimus, *ego Deus*, in Hebræo habetur *Ieobà*, quod significat fontem essendi, scilicèt, ipsum esse omninò immutabilem; vbi autem legimus, *ego non mutor*, in Hebræo habetur, *Quodad*, quod significat non esse inconstatem: ita quod modo velit aliquid, à cuius volitione postea desistat: de quo videatur Pater Ribera super illũ locu. Ac si Propheta diceret iuxta Hebraicam lectionem, Deum in suis dẽcretis id circo inconstantem non esse, ita vt illa possit mutare; quia illius substantia est omninò immutabilis, quæ est ratio Divi Thomæ in præsenti articulo; vbi ex immutabilitate substantiæ divinæ, voluntatis immutabilitatem demonstrat. Hoc ita præmisso, quod in disidium vertimus est, an ex eo quod Deus in tempore inciperet velle, vel à libera volitione cessaret, physica mutatio in ipso sequatur, vel per oppositum, ex physica immutabilitate divina; recte, & immediatè inferatur, id non posse contingere?

3 *Ratio dubitandi proponitur.*

Ratio dubitandi, eaque non levis, desumitur ex his, quæ supra diximus agentes de actu libero Dei: nam actus liber, vel addit supra necessarium, solam denominationem extrinsecam ab obiecto, vel actione illius productiva desumptam, vel solum respectum rationis, vel terminationem intrinsecam indefectibilem sub conceptu entitatis, & defectibilem sub conceptu terminationis, vel nihil: quidquid horum dicatur non colligitur physica mutatio, ex eo quod Deus aliquid incipiat in tempore velle, aut à libera volitione desistat: ergo ex eo quod incipiat velle, vel de-

desistat à volitione, non mutabitur Deus. *Minor quoad 1. & 2. partem probatur 1.* Minor quoad primam, & secundam partē nota videtur. Tùm, quia absque physica sui mutatione suscipit denominationem extrinsecam, & respectum rationis Domini, & Creatoris: ergo & extrinsecam denominationem, seu respectum rationis volentis absque physica sui mutatione de novo suscipere poterit. *Secundo.* Tùm etiam, quia mutatio physica, ex nova acquisitione, seu deperditione formæ realis intrinsecæ petit provenire: ergo ex nova acquisitione denominationis extrinsecæ, seu respectus rationis, physica mutatio inferri non potest.

4 *Quoad 3. partē probatur minor 1.* Quoad tertiam verò partem ex ibidem dictis ostenditur primo: quia ab æterno potuit Dei voluntas libera terminatione carere; & tamen habere non potuit alietatem intrinsecam realem: ergo etiam si in tempore ab illa desisteret, vel illam acquireret physica mutatio, seu intrinseca alietas non inferretur. *Secundo.* Secundo, quia vt ibi asservimus, ad mutationem, & alietatē physicam requiritur transitus de non esse ad esse, seu de esse ad non esse formæ intrinsecæ sub conceptu entitatis: ergo si præcisè addatur, vel tollatur de novo terminatio libera sub conceptu terminationis, physica mutatio non sequitur. *Si dicas.* Si fortè dicatur, non posse superaddi, aut deperdi de novo terminationem liberam sub conceptu terminationis, quin superaddatur, vel amittatur sub conceptu entitatis. *Contrà.* In contrarium in hunc modum obijcio. Potuit in *nunc* æternitatis, non esse terminatio intrinseca libera sub terminationis conceptu, quin de esse potuerit sub conceptu entitatis: ergo poterit etiam in tempore incipere, vel definere esse sub priori conceptu, quin sub secundo incipiat, vel definat esse. Denique quoad vltimam partem suadetur, mutatio namque est transitus de non esse ad esse reale, & intrinsecum, & intrinsecè superadditum: ergo si actus liber nihil addit ad actum necessarium, ex eo quod Deus de novo suscipiat denominationem libere volentis, non infertur in ipso physica mutatio. *Quoad vltimā partē probatur minor.*

5 *Prima sententia.* Quo argumento convicti plures Theologi in negativam sententiam inclinant, docentes, ex temporali variatione decretorum in Deo, non sequi immediatè physicam mutationem. Ita Pater Molina *supra quæst. 14. art. 15. ad 2. arg.* & P. Suarez *lib. 30. Metaphysicæ sect. 9.* quibus alij Moderniores adhærent. In assignanda autem ratione, cur scilicèt Deus non possit incipere velle aliquid in tempore, vel à libera volitione desistere, inter se non conveniunt. Molina id sibi persuadet ex eo quod, quamvis non inferatur physica mutatio, sequitur tamen vicissitudinis obumbratio, quæ non minus quam mutatio, divinæ naturæ repugnat, iuxta illud Iacobi 2. *Apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio.* *Mens Molinæ.*

Suarez verò ad veritatem proximius accedens, id alia ratione suadet: quia nimirum ex tali variatione colligitur inconstantia in decretis, quæ est imperfectio moralis; cumque voluntati physicè immutabili omnis moralis imperfectio repugnet, per mediatas consequentias infertur, non fore voluntatem divinam physicè immutabilem; ipsum sequuntur Machin circa *artic. 3. disput. 31. sect. 9.* & Fasolis in præsenti eadem vtentes ratione. Quod autem inconstantia in Dei voluntate inferatur, in hunc modum ostendunt: Deus namque circa quodlibet obiectum ab æterno cognitum, & divinæ voluntati propositum, non potuit manere suspensus, quoad velle, vel nolle, sed necessario habuit, vel actum volitionis, quo illius existentiam decrevit, vel nolitionis, quo decrevit non esse: ergo vel in *nunc* æternitatis, quo decrevit fore, prænovit se destiturum à tali decreto, vel non: si hoc secundum dicatur imperfectio maxima divinæ cognitioni attribuitur: si primum, sequitur, *tunc* inefficacitèr decrevisse, quod imperfectio est. Tùm etiam segessisse inconstanter, decernendo aliquid *tunc*, cuius oppositum postea decreturum prænovit, vel ad minus à tali decreto postea cessaturum, quod imperfectio maxima adhuc in humanis solet censeri. 6 *Mens Suarez.*

§. II.

Eligitur, & probatur vera sententia.

SEcunda, & vetior sententia oppositum docet, affirmans, ex eo quod Deus aliquid in tempore inciperet velle, vel à libera volitione cessaret, sequi immediatè physicam mutationem in ipso; & consequentèr ex physica immutabilitate divina rectè concludi, non posse libera decreta variari, nec in tempore incipere, vel desinere esse. Ita nostri Albelda, Patres Salmanticenses, Marcus de la Serra circa illum articulum, Illustrissimus M. Araujo *lib. 12. Metaphysicæ, quæst. 4. art. 2. in solutione ad 3.* Et Recentiores Thomistæ in præsenti, & *supra quæst. 14. articul. 15* eam docuit Angelicus Doctor *primo Contra Gentes, cap. 83. de veritate, quæst. 23. artic. 4. ad 2. & in hac quæst. supra artic. 2.* In quibus 7 *Secunda sententia, quæ est nostra conclus.* *Albelda.* *Salm.* *Serra.* *Araujo.* *S. Thom.*

Digitized by Google

locis, & alibi ſæpè docet Doctor Angelicus, Deum de neceſsitate velle creaturas, non abſolutè, ſed ex ſuppoſitione rationis ſuæ immutabilitatis, & in præſenti articulo, vbi ex immutabilitate divina colligit non poſſe Dei voluntatem incipere velle de novo, aut à volitione deſiſtere. Qua ratione vſus eſt D. Auguſtinus *lib. 12. confeſs. cap. 5.* — *S. Aug.*

8 *Prob. 1. ratione D. Thu.*

Et ſuadetur primo ratione D. Thom. in præſenti articulo ad hanc formam reddacta; quod voluntas incipiat aliquid velle de novo, aut à volitione deſiſtat, ſolum provenire poteſt, vel ex hoc, quod incipiat ſibi eſſe conveniens, & bonum, quod bonum, & conveniens non erat, vel ex hoc, quod de novo, vt bonum cognoſcat, quod prius vt bonum non cognoſcebat: primum arguit phyſicam mutationem in divina ſubſtantia ſecundum in eius cognitione: ergo immediatè ſequitur phyſica mutatio in Deo ex hoc, quod aliquid incipiat in tempore velle, aut à libera volitione deſiſtat. Conſequutio tenet. Maior ex eo conſtans videtur, quod voluntas verſatur circa bonum cognitum tamquam circa proprium obiectum: ergo novitas volitionis, aut ex novitate boni, aut ex novitate cognitionis eius debet probenire. Minorem pro ſecunda parte ſupponit Angelicus Doctor ex dictis *ſupra quæſt. 14. artic. 5.* Pro prima verò illam explicat, & oſtendit exemplo illius, cui incipit eſſe conveniens ad ignem ſedere; cum tamen prius diſconveniens eſſet, quod non aliunde provenit, niſi quia mutatus eſt de calido in frigidum: homini etiam irato bona apparet inimici vindicta: cui tamen iam pacato diſconveniens apparet.

9 *Reſp. 1.*

Reſpondebis primo ex Valencia *in præſenti puncto 4. aſſertione 3.* Suarez *vbi ſupra numer. 57.* Vazquez in commentario huius articuli, & alijs Recentioribus, quibus ratio iſta D. Thomæ non placet, falſam eſſe maiorem, nec in illa numerari omnes cauſas, ob quas poteſt voluntas incipere de novo, poteſt namque id contingere ratione libertatis invariatio bono, & cognitione illius; ſicut namque adhuc bono cognito, & voluntati vt tali propoſito, poteſt voluntas ob ſuam libertatem non prorrumpere in amorem illius; ita etiam poterit abſque novitate cognitionis, aut boni noviter incipere illud amare.

10 *Contra.*

Sed contra; nam licet imprudens voluntatis mutatio abſque novitate boni, aut cognitionis eius poſsit evenire; illa tamen, quæ ſecundum prudentiam debet fieri, non niſi bono, aut illius cognitione variata, provenire poteſt: ergo ſuppoſita, vt debet ſupponi, ſumma Dei prudentia in volendo, omnes cauſas aſſumit Angelicus Doctor; & conſequenter rectè concludit, ex variatione decretorum in Deo ſequi phyſicam mutationem in ipſo.

11 *Dices.*

Dices, abſque vlla imprudentia poſſe contingere variationem decreti, ſeu volitionis liberæ propter bonum, quod in exercitio libertatis invenitur: quin nec in bono amato, nec in illius cognitione aliqua variatio intercedat. Sed contra, & ſuppono, id potuiſſe contingere dupliciter: vel ſuſpendendo decretum, v. c futuritionis Petri vſque ad tempus: vel decreto exiſtente ab æterno, ceſſando in tempore ab illo. Hoc ita ſuppoſito, dupliciter adverſus iſtam ſolutionem inſurgo, primo: quia in ſuſpenſione decreti vſque ad tempus, & in ceſſatione temporali ab illo, potius negatio exercitij libertatis, quam libertatis exercitium invenitur: ergo in hoc, quod eſt in tempore incipere velle, aut à volitione deſiſtere, nulla ratio boni, vt poſsit Deus prudenter ſe gerens noviter incipere velle, aut à volitione deſiſtere invenitur. — *Cõtra 1.*

12 *Secundo.*

Secundo, aut exercitium libertatis divinæ per decretum poſitivum productionis, v. c Petri, aut per ceſſationem ab illo, incipit in tempore eſſe bonum, & conveniens Deo, aut fuit bonum ab æterno; non tamen prout ſic cognitum niſi in tempore; aut denique ab æterno fuit bonum, & cognitum, ob libertatem tamen, vſque ad tempus non habitum; ſi primum, & ſecundum, phyſica mutatio ſequitur in ſubſtantia, vel in cognitione divina, vt ſupra arguebamus: ſi tertium, ſequitur dilationem decreti, aut ceſſationis ab illo vſque ad tempus, irrationabilem, & imprudentem eſſe; cum abſque rationabili cauſa ponatur: ergo decretorum variatio prudens eſſe non poteſt, niſi vel in bono, vel in eius cognitione aliqua variatio contingat.

13 *Reſp. 2.*

Reſpondebis ſecundo, non ſequi mutationem phyſicam in Deo ex eo quod in tempore incipiat cognoſcere bonitatem obiecti exiſtentis; cum namque cognitio intuitiva obiecti exiſtentis, aut cognitio libera obiecti futuri, nõ ſupperaddat ſupra cognitionẽ neceſſariã rerũ: poſsibiliũ, niſi ſolum reſpectũ rationis, aut denominationẽ extrinſecã; conſequẽs ſit, quod ex illius tẽporali inceptione, nõ ſequatur phyſica mutatio Sed contra primo; nã iudicium regulãs primã volitionem liberã Dei, non eſt liberum, ſed neceſſarium; at cognitio neceſſaria non poteſt in tempo- — *Cõtra 1.*

re

re incipere absque physica Dei mutatione, vt omnes fatentur: ergo loquendo de prima libera volitione, non potest in tempore incipere absque physica mutatione cognitionis divinæ. Patet consequentia: nam prima libera volitio non potest incipere absque novitate in bonitate obiecti, vel in cognitione regulante illam; cūque de alijs volitionibus liberis eadē ratio sit ac de prima: cōsequens sit, quod nulla libera volitio divina in tempore incipere possit absque physica mutatione iudicij.

14 Secundo. Secundo, nam etsi cognitio libera supra necessariam non addat, nisi solum respectum rationis; talis respectus non potest resultare de novo, nisi vel in entitate cognitionis divinæ vel in termino, & obiecto cognito novitas, & variatio intercedat; at nequit in tempore obiectum cognitionis divinæ, vt est illius obiectum incipere: ergo nova resultantia respectus exigit variationem intrinsecam in entitate cognitionis divinæ. Consequentia tenet Maior est certa: respectus namque non potest incipere esse, nisi ad inceptionem, aut variationem alicuius extremi. Minor autem probatur ratione D. Thomæ *supra quæst.* 14. *art.* 15. in solutione ad primum; id namque, quod in Deo continetur, invariabiliter continetur: nam sicuti vnumquodque recipitur ad modum recipientis: ita etiā cōtineri debet ad modum continentis: vndè cū Deus invariabilis sit, quidquid continetur in illo, invariabiliter continetur; at cognitio divina terminatur ad obiectum creatum, vt contentum in Deo; cognitio namque fit per hoc, quod cognitum est in cognoscente: ergo obiectum divinæ cognitionis, vt est obiectum eius, variationem non suscipit; & consequenter respectus ille noviter resultare non potest propter variationem obiecti.

15 Resp. 3. Denique respondebis, posse obiectum creatum incipere in tempore esse bonum Deo, absque variatione in substantia divina, per variationem sui; cum namque in creaturis possibilibus, non sit bonitas sufficiens ad terminandam voluntatem divinam; sed solum in illis prout existentibus, & existentiam recipiant in tempore; consequēs fit, quod etiam in tempore bonitatem recipiant; ac proinde incipiant esse bonæ absque variatione in substantia divina. Contra. Sed contra, etsi obiectum creatum incipiat esse bonum in se in ordine ad propriam mensuram, non tamen incipit in tempore esse bonum in se, in ordine ad mensuram æternitatis, vt à Thomistis docetur *supra quæst.* 14. *art.* 13. Nosque fusè ostendimus disputatione 41. at voluntas divina non terminatur ad bona creata, prout in se bona per ordinē ad propriam mensuram, sed vt in mensura æternitatis contenta: ergo non incipiunt esse bona in se, prout sunt obiecta voluntatis divinæ: & consequenter si incipiunt esse bona, & convenientia Deo, erit per variationem substantiæ divinæ.

16 Secundo principaliter suadetur ista sententia; vt denominatio libere volentis incipiat de novo, necessario requiritur, aut variatio intrinseca in entitate volitionis divinæ, aut novitas, & variatio in obiecto, atqui in obiecto volitionis liberæ Dei, prout est obiectum illius, nequit esse in tempore novitas, & variatio: ergo necessario requiritur variatio intrinseca in entitate volitionis divinæ. Consequutio tenet: maior certa videtur. *Secundo suadetur nostra cōclusio.*

Minorem autem probat Vazquez in commentatio huius articuli, Arrubal *disp.* 61. *cap.* 2. quia obiectum creatum, & operatio Dei non sunt fundamentum habitudinis, & denominationis liberæ volūtatis divinæ secundum existentiam præsentem, sed secundum existentiam futuram; at quamvis incipiant de novo secundum existentiam præsentem, non tamen incipere, aut variari possunt secundum existentiam futuram, quia quod est in tēpore, necessario ab æterno est futurum: ergo denominatio libere volentis in Deo incipere nequit ob mutationem, & novitatem obiecti creati. *Minorē probat Vazq. & alij.*

17 Hæc tamen probatio parum roboris habet: tùm, quia obiectum creatum futuritionem accipit à decreto divino: quo circa pro priori ad decretum non potest intelligi rerum futuritio, vt latè probant nostri Thomistæ *supra quæst.* 14. *art.* 13. & Nos fusè ostendimus disput. 41. ergo probare, quod decretum non possit incipere in tempore, quia futuritio rerum debet esse ab æterno, est idem ac suadere, nō posse decretum incipere in tempore; quia necessario exiit ab æterno. Tùm etiam: nam sequitur, posse voluntatem divinam incipere in tempore velle existentiam præsentem. Probo sequelam: nam denominatio libere volentis existentiam præsentem, non sumitur ab ipsa vt futura, sed vt præsenti: ergo cum in illa vt præsenti cognoscant mutationem Authores prædicti, tenentur admittere, potuisse voluntatem divinam incipere velle existentiam rerum præsentem. *Hæc probatio deseritur.* *Secundo.*

18 Minor prob. 1. Quare omissa hac probatione, aliter prædicta minor suadetur. Primo, quia bonitas creata non terminat volitionem divinam, vt existens in propria mensura, sed in mensura super excedenti, nempè in æternitate; at vt in æternitate contenta, nul-

nullam accipit variationem, aut ſucceſsio nē, vt docetur à Thomiſtis *ſupra quæſt.* 14. *art.* 13. ergo vt eſt obiectum volitionis di-
Secundo. vinæ, nullius variationis eſt capax. Secundo, quia eſt obiectum volitionis liberæ, vt cognita à Deo; atqui omnis bonitas creata in tempore exiſtens, ab æterno eſt cognita à Deo, nec poteſt in tempore de novo cognoſci, vt docet D. Thom. *ſupra quæſt.* 14. *art.* 15. & paulò ante probavimus; quia aliàs Dei cognitio in ſua entitate variationem ſuſciperet: ergo vt obiectum volitionis liberæ nequit variationem ſuſcipere.

§. III.

Aliæ ſententiæ impugnantur.

19 *Sententia Molinæ reiicitur 1*

DEnique ſuadetur noſtra reſolutio, evertendo duas ſentētias ſupra relatas: & in primis ſententia Molinæ deficit propter duo. Tùm, quia inter mutationem, & viciſitudinis obvmbrationem abſque fundamento diſtinguit; cum pro eodem accipiantur à Patribus, vt conſtat ex Gregorio *lib.* 12. *Moralium cap.* 17. illis verbis: *Ipſa enim mutabilitas vmbra eſt, quæ quaſi obſcura ret lucem, ſi hanc per aliquas viciſſitudines permutaret; ſed quia in Deo mutabilitas non venit, nulla eius lumen vmbra viciſitudinis intercedit.* Tùm etiam: nam viciſitudinis obumbratio, vel eſt mutatio denominationis extrinſecæ, aut reſpectus rationis, vel eſt mutatio intrinſecæ entitatis: ſi hoc ſecundum dicatur, iam erit idem quod mutatio phyſica; ſi primum, reſtat Molinæ rationem reddere; cur alias extrinſecas denominationes, & reſpectus rationis poſsit Deus ſuſcipere in tempore, & non iſtam libere volentis.

Secundo.

20 *Sentētia Suarez reiicitur 1*

Secundus modus dicendi reiicitur primo, quia eſt ſententia ſatis probabilis, voluntatem divinam ab omni actu libero potuiſſe manere ſuſpenſam: ergo Suarez in ſententia appoſita fundans immutabilitatem voluntatis divinæ rem certam ad
Secundo. principia incerta reducit. Secundo: nam eſto mutare in tempore decretum ſemel ab æterno habitum, in conſtantia ſit; quod autem ab æterno decreverit, differre vſque ad tempus decretum de producendo, v.c. Petrum, cur in conſtantiæ debet adſcribi?

Tertio. Denique in eo maximè diſplicet ſententia Suarez, quod abſque fundamento inter ſcientiam, & volitionem liberam agnoſcit diſcrimen; concedens ex eo quod in tempore Deus cognoſceret aliquid de novo, inferri phyſicam mutationem in ſcientia, idque negans in volūtate.

21 *Dices.* Dices, rationem diſcriminis eſſe, quod ſciētia Dei, vtpotè infinita naturaliter repreſētat omne repreſentabile; eo autē ipſo quod aliquod obiectum in tempore ſit, eſt ab æterno repræſentabile: vndè ſi à ſcientia Dei non repræſentaretur ab æterno, non eſſet ex defectu repræſentabilitatis obiecti, ſed deberet eſſe ex defectu entitatis, & infinitatis in ſcientia; ac proinde vt in tempore illud repræſentaret, fieri oporteret additio entitatis in ſcientia; de voluntate autem diſpar eſt ratio, cum nāque libera ſit in tendentia ad obiectum, adhuc obiecto ſibi propoſito, poteſt ad illud non terminari; ac proinde, quod ad illud non terminetur, non defectui entitatis, ſed voluntatis libertati debet adſcribi.

Hoc tamen diſcrimen nullum eſſe, oſtēdo ſic primo: quia repræſentabilitas per ſcientiam divinam nequit veritati creatæ competere, niſi medio decreto, vt demonſtratur à Thomiſtis *ſupra quæſt.* 14. *art.* 13. & fusè à Nobis ibi eſt oſtenſum: ergo ſi decretum ab æterno non eſt, ſed poteſt inciperē in tēpore, non erit ab æterno repræſentabilis; & cōſequēter nō repræſentabitur ab æterno; ſed in tēpore cognoſcetur à Deo. Secundo, ſicut Dei voluntas libere *Secundo.* amat creaturas exiſtentes, ita ipſius ſcientia libere repræſentat illas; non enim neceſſario cum illis connectitur: ergo ſi non obſtante libertate ſcientiæ divinæ in repræſentando, mutaretur phyſicè, ſi in tempore inciperet illas repræſentare: ita non obſtabit libertas voluntatis divinæ in amā do creaturas exiſtentes, quominus ſequatur phyſica mutatio, ſi in tempore inciāpiat amare.

22 *Cōtra 1*

23 *Dices.*

Dices, repræſentationem ſcientiæ diviæ reſpectu exiſtentium, ſeu futurorum, eſſe neceſſariam, licet non abſolutè: benè tamen ex ſuppoſitione exiſtentiæ, ſeu futuritionis illorum. Sed contra: nam etiam *Contra.* ex ſuppoſitione exiſtentiæ, ſeu futuritionis bonitatis creatæ, neceſſario amatur à Deo: ergo eadem neceſsitas, & libertas eſt in ſcientia, atque in voluntate. Probo antecedens, ex eo ſuppoſita veritate creata, neceſſario repræſentatur per ſcientiam divinam, quia cum infinita, & illimitata ſit in repræſentando, eſt ratione ſui ſufficiens repræſentatio omnis repræſentabilis; & conſequentèr ſuppoſita repræſentabilitate in obiecto, neceſſario ab ipſa repræſentatur; at etiam voluntas divina infinita eſt; & conſequentèr ratione ſui ſufficiens amor omnium amabilium: ergo ſuppoſita bonitate, & amabilitate in obiecto creato neceſſariò amatur à Deo.

***

§. VI.

Digitized by Google

§. Vltimus.
Ratio dubitandi diluitur.

24 EX iam dictis haud dificile erit, rationem dubitandi diluere: dupliciter ad illam respondeo: primo iuxta rationem primam D. Thomæ, distinguendo minorem: non sequitur ex novitate temporali decreti physica mutatio à priori tãquã ex forma immutante, concedo minorem: à posteriori, & arguitivè ratione illius, quod præsupponitur, nego minorem, & nego consequẽtiam. Itaque iuxta hanc solutionem, ex eo quod in tempore inciperet velle, non infertur physica mutatio, quæ per decretum fiat tanquã per formã immutãtem, sed quæ præsupponitur necessario facta, vel in substantia, vel in cognitione divina; quia cum prudens voluntatis mutatio fieri non possit, nisi, vel ex eo quod obiectum incipiat esse bonum, vel incipiat, vt tale cognosci, vt arguebam supra, & neutrum possit de novo cõtingere absque variatione in substantia, vel in cognitione; hinc est, quod ex variatione temporali decreti inferatur physica mutatio in Deo, nõ à priori, quæ fieri debeat per decretum, vt per formam immutantem, sed à posteriori ratione illius, quod ad mutationem prudentem decreti debet necessario supponi.

Resp. 1. ad rationem dubitandi.

25 Dices: esto sequatur arguitivè, & à posteriori physica mutatio, non sequitur immediatè: ergo solutio est nulla. Antecedẽs probatur, ex eo colligitur physica mutatio, quia prudens mutatio voluntatis cõtingere nequit nisi ob novitatem bonitatis obiecti, aut cognitionis illius: ergo ex novitate decreti immediate colligitur imprudentia, & mutatio physica solu mediatè. Respondeo, non sequi immediatè physicam mutationem absolutè, & nulla suppositione facta, stando in vi prædictæ rationis, facta tamẽ, vt debet fieri, suppositione sũmæ prudentiæ voluntatis divinæ in volendo, immediatè sequitur physica mutatio, vt superius arguebam.

Dices.

Resp.

26 Secundo consequenter ad secundam rationem, qua nostram sententiam probavimus, respondeo ad rationem dubitandi, negando minorem: quia non stat in tẽpore supperaddi de novo respectum rationis, aut terminationem liberam sub conceptu terminationis, quin supperaddatur nova entitas, & actualitas voluntati divinæ; & consequenter quin physicè mutetur. Cuius ratio est, quam tetigimus supra: quia nempè terminatio libera, aut respectus rationis incipere nequeunt de novo in tempore, nisi vel ad novitatem obiecti, vel ad novitatem entitatis actus; cumque in obiecto nequeat esse novitas; quia terminat prout in mentura æternitatis, contentum, in quo prout sic successio, aut variatio non cadit: consequens sit, quod debeat necessario esse novitas, & variatio in entitate actus, vt de novo, & in tempore resultet respectus, vel incipiat libera terminatio.

Secundo. resp.

27 Sed oppones primo; prius in *nunc* æternitatis intelligitur cum fundamento in re voluntas divina vt indifferens ad terminationem liberam, & negationem eius, quam intelligatur libere terminata; & tamẽ pro alio posteriori rationis, libere terminata intelligitur, per additionem respectus rationis, aut terminationis liberæ sub conceptu terminationis, quin superaddatur voluntati divinæ aliquid entitatis: ergo etiam in tempore poterit superaddi vel respectus rationis, vel terminatio libera, quin supperaddatur voluntati Dei aliquid entitatis.

Oppones primo.

28 Secundo, peti in hac solutione principium; & consequenter esse nullam. Probatur antecedens: nam hoc probamus, non posse in obiecto volitionis liberæ cadere novitatem, quia prout terminat illã, debet æternitate mẽturari; aliquod obiectũ æternitate commensurari debeat, non aliunde potest colligi, nisi quia libera volitio æternitate mensuratur, de quo nostra disputatio procedit, an videlicet actus liber incipere possit in tempore: ergo vitiosum circulum & petitionem principij cõmittimus. Tertio, nullam posse assignari rationem, cur sicut Deus in tempore absque physica mutatione per suam immensitatem coexistit rebus in loco, non possit etiam absque physica mutatione rebus coexistere in tempore; & consequenter cur non possit obiectum de novo in tempore æternitate mensurari.

Secundo.

Tertio.

29 Respondetur ad primum, concessa maiori, & minori, negando consequentiam: & ratio discriminis est quod pro illo posteriori rationis intelligitur obiectum intra æternitatem constitui, vnde terminatio pro eodem posteriori intelligitur addita, non ratione additionis entitatis actus, sed ratione additionis obiecti; in tempore autem, non potest terminatio incipere ratione obiecti, vt in æternitate incipiẽtis; cum in illo prout in æternitate mensurato, nequeat dari temporanea inceptio, sicut nec successio, vt statim dicemus.

Resp. ad primum.

30 Sed dices, terminatio libera est causa obiecti prout mensurati quavis mensura: ergo prius intelligitur libera terminatio, quam intelligatur obiectum, adhuc

Dicet.

prout æternitatem meſuratum; & conſequêtèr non intelligitur ſupperaddi ratione illius. Reſponeo, terminationem liberam eſſe priorem prioritate *a quo*, non tamen *in quo*, ſicut de cognitione, à qua procedit Verbum, & amore, à quo Spiritus Sanctus procedit, doceri ſolet; cum de illorum proceſsionibus agitur, eſſe ſcilicèt priores ſuis terminis, prioritate originis, & *à quo*, non tamen *in quo*; cum Verbum ex notitia intuitiva ſui, & Spiritus Sanctus ex ſui ipſius amore procedant; ac proinde, nec cognitio, à qua procedit Verbum, nec amor, ex quo Spiritus Sanctus procedit, ſine illis pro vllo priori poſsint intelligi: Id ipſum dicimus de volitione libera, qua cauſantur creaturæ, ſcilicèt præcedere illas prioritate *à quo*, non tamen *in quo*: vndè non ſequitur poſſe intelligi terminationem liberam, non intellecto obiecto creato ipſam terminante.

Reſp.

31 Ad ſecundam obiectionem, nego antecedens. Ad cuius probationem, conceſſa maiori, & minori, nego conſequentiam; nam etſi verum ſit nos probare obiectum menſurari debere æternitate; quia volitio libera æternitate menſuratur, huius autem non petimus principium, ſed rationem reddimus, deſumptam ex D. Thoma *ſupra quæſt.* 14. *art.* 15. ad ſecundum; quia ſcilicèt, terminatio libera voluntatis diuinæ, non intelligitur per modum actionis tranſeuntis *ad extra*, ſed manentis in Deo, & veluti in illo receptæ; cum autem vnumquodque ad modum recipientis recipiatur; conſequens ſit, quod ſicut entitas voluntatis diuinæ æternitate menſuratur, etiam terminatio libera æternitate menſurari debeat: ex quo clarè colligitur, etiã ipſius obiectum, prout terminat illam, æternitate menſurari debere.

Ad 2.

32 Ad tertiam, nego antecedens: ratio autem diſcriminis eſt manifeſta; quia nempè æternitas menſurat durationes creatas per modum continentis ipſas: & quia vnumquodque ad modum continentis continetur; hinc fit: quod æternitas durationes creatas indiviſibilitèr, & abſque ſucceſsione menſurare debeat; & conſequentèr, quod ſi inciperet aliquid creatum ab æternitate menſurari in tempore, phyſica mutatio ſequeretur in illa: in coexiſtentia autem ad res prout in loco, non ſic comparatur immenſitas diuina, per modum ſcilicèt menſuræ continentis loca, ſed per modum extremi coexiſtentiæ: vnde abſque phyſica mutatione in illa, poteſt ob mutationem rei creatæ, de novo incipere illi coexiſtere. De quo videantur noſtri Thomiſtæ *ſupra quæſt.* 14. *art.* 13 Et ea quæ diximus diſputatione 41.

Ad 3.

33 Ex dictis colligitur, cur Deus abſque phyſica mutatione poſsit in tempore ſuſcipere denominationem creatis; quamvis iſta denominatio intrinſeca ſit, vt communiter docent Theologi, ſecus verò denominationem volentis; cuius ratio eſt: quia denominatio creantis ſumitur ab actu voluntatis, vel intellectus diuini, vt virtualitèr tranſeuntè, & connotante obiectum prout in propria menſura exiſtens; cum autem obiectum prout ſic de novo incipiat in tempore; conſequens fit, quod abſque novitate in entitate actus poſsit denominatio illa in tempore incipere; denominatio verò volentis libere non connotat obiectum prout in propria duratione, ſed prout in menſura æternitatis contentum, in quo prout ſic novitas eſſe nequit: ac proinde, nec in denominatione volentis, niſi entitas actus in ſe varietur. Et hæc de iſta Diſputatione dicta ſufficiant.

Infertur ex dictis.

*

DISPVTATIO QVINQVAGESIMA QVARTA.

An si prima causa ex necessitate naturæ operaretur, posse nostra voluntas liberé operari?

§. I.

Relatis sententijs, statuitur prima conclusio.

Nu. 1. *Notatur.*

CONSVLTO Titulum disputationis sub his terminis proposuit, Illam ad liberum actum restringens. Tùm, quia non vacat modos contingẽtiæ explanare: Tũ etiam: quia cum actus liber maximè contingens sit, vt docet D. Thomas *in 1. dist. 38. quæst. 1. art. 5.* quẽ de actu libero dixerimus, id ipsum de effectu contingenti dictum intelligatur. Igitur in hac disputatione tres reperio sententias. Prima est negativa, quam cum suo Doctore tenent Scoti discipuli *in 1. distinct. 1. quæst. 1. dist. 4. quæst. 4. dist. 38. ad 1. & in 2. dist. 1. quæst. 3.* Ita libertati divinæ esse primam radicem libertatis creatæ ad scribentes, vt libertatem voluntatis divinæ sublata, & Deo ex necessitate naturæ operante, nec contingentia, nec libertas in causis secundis maneret.

Prima sententia. Scotus

Secunda per extremum opposita, est affirmativa, ita libertatem creatam ad efficaciam voluntatis divinæ reducens, vt illa manente, quamvis Deus nõ libere, sed ex necessitate naturæ in causas secundas, & illarum effectus influeret, adhuc posset in illis contingentia, & libertas manere. Ita Antiquiores Thomistæ, Capreolus *in 1 dist. 38.* Ferrara *1. Contra Gentes, cap. 67. circa quintam rationem.* Caietanus circa istum articulum, *& supra quæst. 14. art. 13.*

2 *Secunda.* *Capreol. Ferrara. Caiet.*

Illust. Episc. GODOY *in 1. p. Tom. 2.*

Bañez *in præsenti.* Zumel *supra quæst. 14. artic. 13. disp. 4.* Alvarez *lib. 3. de Auxilijs, disp. 26.* Nazarius in præsenti *controversia 2.* Marcus de la Serra circa illum articulum, & Illustrissimus Araujo *lib. 6. Metaphysicæ, quæst. 3. art. 3.* suppositò solùm, quod Deus in mundi prima productione libere segetilet. Eandem ex alienis tuentur Vazquex *disp. 100. cap. 3.* & Arrubal *disp. 62. cap. 3.*

Bañez. Zumel. Alvarez. Nazar. Serra. Araujo. Vazq. Arrubal.

Tertia sententia vtramque præcedentem ad concordiam reducens, præmittit, præfatam hypothesim posse tripliciter fieri: primo supponendo solum vnum impossibile, nempè, Deum agere ex necessitate naturæ. Secundo, supponendo, Deum agere ex necessitate naturæ, & nihil omnibus liberum arbitrium creatum manere. Tertio, supponendo, Deum ex necessitate naturæ operari, & arbitrium creatũ manere, & insuper, Deum eundem illi præstare concursum, quem exhibet modo. Hoc ita præmisso, defendit hæc sententia, si fiat supppositio primo, & secundo modo, veram esse Scoti sententiam; si verò tertio modo fiat suppositio, esse veram Caietani sententiam. Ita Suarez *1. tom. Metaph. disp. 19. sect. 3.* Machin. & Fasolis circa illum articulum: ex quibus secundam sententiam, quam veriorem reputo, tribus conclusionibus explico.

3 *Tertio.*

Prima conclusio sit: *Si Deus operaretur ex necessitate naturæ, & præstaret eundẽ concursum, quẽ modo exhibet arbitrio creato, saluaretur in illo libertas creata.* In hac

4. *Prima clusio.*

nobis consentiunt Suarez, & Recentiores ipsum sequuti. Et suadetur sic primo: effectus proceδens à duplici causa, altera necessario operante, & altera indifferenti, & contingenti, est liber; & contingens respectu istius, etsi respectu alterius necessarius sit; at in casu posito, etsi prima causa ageret necessario, secunda esset indifferens, & vt talis per cõcursum divinum ad agendum aplicata, & completa: ergo actus ab ea egrediens esset liber respectu illius. Discursus tenet. Minor videtur certa: supponimus namque, Deum præstare eundem concursum voluntati creatæ, quem exhibet modo; at concursus, quem modo illi præstat, applicat & complet ad operandum voluntatem creatam vt indifferentem: ergo & ille, quem tunc exhiberet, eam vt indifferentem compleret.

Prob. 1.

5 *Maiorẽ probat Suarez triplici exemplo.*

Maiorem verò probat Suarez triplici exemplo; cognitio namque in sententia probabili effectivè ad actum voluntatis concurrens, ex necessitate naturæ concurrit, & similitèr habitus voluntatem adiuvans, necessario operatur, quo non obstante, actus euadit liber ob libertatẽ alterius principij, nempè voluntatis: Deus etiam cum causis naturalibus libere operatur, vndè actio est naturalis, prout à proximo agẽte, libera verò prout cõparata ad Deũ.

6 *Exempla nõ vrgẽt.*

Hæc tamen exempla parum possunt vrgere: nam primum, & secundũ falsum assumunt; quia etsi habitus, & cognitio non sint agentia libera vt *quod*, sunt tamẽ principiat vt *quo* libera, vt alibi à Thomistis docetur: vndè falsum est, quod assumit Suarez, nẽpè actum voluntatis, prout ab illis, egredi naturalitèr. Ad tertiũ facile respõdere possunt Authores contrarij, Deũ posse impedire effectus naturalium agentiũ: vndè etsi ipsa naturalitèr agant, Deus libere ad effectus illorum concurrit: causæ verò creatæ, sicut modò nõ possunt efficacem Dei voluntatẽ impedire, ita nec possunt in casu supposito; cum in illo non esset minoris efficaciæ voluntas divina: ac proinde dispar est ratio.

7 *Maior discursus nostri probatur.*

Quare aliter est confirmanda maior nostri discursus; & in primis Authoritate Doctoris Angelici, qui illam expressè tradidit *quæst. 2. de veritate, art. 4. ad 5.* Deinde ratione, quam facit ibidem: quando duo ad esse alicuius effectus sũt necessaria, quo libet deficiente, vel potente deficere, effectus deficit, vel deficere potest; at qui ad actum voluntatis creatæ necessario exiguntur, & cõcursus ipsius volũtatis, & cõcursus divinus, & cõcursus volũtatis creatæ posset deficere: ergo quãvis divinus cõcursus esset necessarius, actus tamẽ posset deficere; & consequentèr foret liber, & contingens.

Dices, in casu posito non posse deficere concursum voluntatis creatæ; quia cui motio, qua tunc moveretur à causa prima, non minus infalibilitèr cum illius concursu connecteretur, quam modo cõnectitur, & aliàs talis motio necessario manaret à Deo, vtpotè agente ex necessitate naturæ; consequens fieret, quod concursus à voluntate tunc exhibendus, necessarius esset, & consequentèr non posset deficere.

8 *Dices.*

Sed contra, talis motio, vt supponimus, esset eiusdem rationis cum illa, quam de facto confert voluntas divina voluntati creatæ, vt libere agat: ergo præstaret illi eũdem effectum formalem, quem exhibet modo. Tenet consequentia; quia invariata forma quoad prædicata intrinseca, non potest illius effectus formalis variari, quatuncumque effectiva principia diversificẽtur in modo agendi; sicuti ab eàdem albedine, & ab eadem anima rationali idẽ formalis effectus præstatur, & si agens tales formas producens in modo agẽdi diversificetur: tùm vlterius procedo, sed formalis effectus, quẽ modo præstat efficax præmotio, est, applicare voluntatem creatam ad libere operandum cum infalibilita futuritionis actus, quoad substantiam, & modum libertatis, & relinquendo potentiam ad carentiam actus, & ponendum contrarium: ergo in casu posito talis præmotio eundem effectum formalem præstaret: & consequentèr relinqueret in voluntate per ipsam præmota potentiam ad non præstandum concursum, quem præstat de facto, & ad præstandum concursum contrarium, & si de facto infalibilitèr esset ipsum exhibitura.

Contrà.

9 *Secundo probatur conclusio.*

Secundo principalitèr suadetur conclusio; ratio ob quam modo cum efficacia voluntatis divinæ componitur libertas actualis volũtatis creatæ, est, quia tum efficacia iũgitur suavitas, qua se attemperat modo, quem agentia libera exposcunt; at etiã in casu prædicto esset cũ efficacia adiuncta suavitas, qua se attemperaret cum illa: ergo libere ageret. Maior est communis Doctrina Thomistarum, quam etiam Scotistæ tenentur admittere, qui non conciliant libertatem arbitrij cum efficacia gratiæ per recursum ad scientiam mediã. Minor verò probatur, nam exhiberet eundem concursum tam prævium, & simultaneum, quem exhibet modo, & sola esset diversitas in modo conferendi ipsum, & in actu interno voluntatis divinæ, qui necessarius esset, modo verò est liber: ergo se attemperaret, & eadem suavitate procederet.

10

Et vrgetur hoc amplius: nam in tali ca-

Cõfirmatur. casu idem vellet necessario voluntas divina, quod modo vult libere; at modo vult libere, & efficacitèr actum voluntatis creatæ fieri, & libere fieri: quo pacto à Thomistis cum Doctore Angelico creata libertas ad efficaciam voluntatis divinæ reduci tur: ergo tunc necessario velle voluntas divina actum voluntatis nostræ fieri, & libere fieri, & consequentèr esset infalibile ratione efficaciæ divinæ, actum voluntatis nostræ esse libere exequendum.

11 *Tertio probatur conclusio.* Tertio probatur conclusio: implicat voluntatem creatam medio indifferenti iudicio operari necessario; at in casu nostræ disputationis, Dēus cum illa concurret medio iudicio indifferenti: ergo libere moveretur. Discursus tenet, minor supponitur; aliàs non esset idem concursus; ac modo exhibetur à Deo. Maior autem est communis Thomistarum Doctrina intractatu de auxilijs, & suadetur primo à paritate; voluntas namque regulata iudicio necessario non potest libere operari: ergo regulata iudicio indifferenti, non potest necessario operari.

12 Secundo quia actus voluntatis essentialitèr pendet a iudicio rationis: ergo actus necessarius à iudicio necessario, & actus liber, à iudicio libero essentialitèr pendent. Tertio; quia implicat, poni actum voluntatis, nisi illius adsit obiectum; sed obiectū actus necessarij est bonum cognitum iudicio necessario: ergo implicat ferri in ipsum cognitum iudicio indifferenti. Denique illa minor suadetur: voluntas vt libera reduplicativè non potest elicere actum necessarium: ergo obiectum vt obiectivè liberum, regulare non poterit ipsum; at obiectum iudicio indifferēti propositum, est obiectivè liberum: ergo regulare nequit provt sic actum necessarium.

§. II.

Contraria sententia cum suis fundamentis proponitur.

13 *Arg. 1.* COntrarium huius conclusionis tenent Scotistæ loco supra allegato, tenuit etiam Sapientissimus ille Magister bis in nostra Vniversitate Primarius Frater Petrus de Herrera Episcopus Tuycensis in manuscripris ad istum articulum. Contra illam arguitur primo, argumento quo convincitur Scotus: causa, quæ se movet vt mota, si necessario movetur, necessario se movet; at voluntas creata, se movet vt mota, & applicata à Deo, & in casu posito necessario moveretur ab ipso: ergo necessario se ipsam moveret, & consequēter libere non ageret. Et vrgetur hoc amplius: nam quia modo præmotio divina est necessaria necessitate suppositionis, & aliàs infallibilitèr connexa cum actu, infert in illo necessitatem ex suppositione; at tunc præmotio esset æque infallibilitèr cum actu connexa, & aliàs foret necessaria simplicitèr; cum Deus illam necessario exhiberet: ergo inferret in actu necessitatem absolutam, & simpliciter talem, cum qua stare non potest libertas.

Confirm.

14 *Suarez respondet.* Huic argumento respondet Suarez loco *vbi supra num. 19.* falsam esse minorē quam Scotus assumit, si velit, quod in tali casu motio divina esset absolutè, & simplicitèr necessario ponenda; quia cum talis motio à voluntate creata penderet; & aliàs ipsa non influeret necessario: consequens fieret, quod talis motio non esset necessario extitura absolutè, sed solum esset necessaria provt ex parte Dei agentis naturalitèr: ex quo inferre non licet, voluntatem tunc necessario forè movendam, necessitate libertati oppositā.

15 *Contra.* Cęterum hæc solutio, etsi in principijs istius Auctoris sustineri possit, qui denegat concursum divinum prævium in causam, & solum agnoscit simultaneum, vel ad summū prævium non efficacem ex natura sua, sed efficacia ex præscientia; in nostris tamen sustineri non valet, & reijcitur breviter hac vnica efficaci tamen ratione: Deus de facto movet voluntatem creatam motione efficaci prævia in ipsa recepta, & dependenti solum à Deo, voluntate passivè se habente respectu illius: ergo etiam motio, qua Deus tunc illam moveret, esset efficax, & ab ipso solum dependens; cumque ex necessitate naturæ exhiberet prædictam motionem: consequens fieret, quod esset necessario extitura necessitate absoluta, & simpliciter. Illatio, & sub illatio sunt manifestæ. Antecedens autem modo non probandum, sed supponendum ex his, quæ a Thomistis in Tractatu de auxilijs docentur.

16 *Resp. ad argumentum.* In nostris ergo principijs, in quibus absque dubio vrget Scoti argumentum respondeo ad illud, distinguendo maiorem: si movetur necessario motione necessaria vt *quod*, & vt *quo*, concedo maiorem: si movetur necessario motione vt *quo* libera inferente efficacitèr, nedum substantiam actus, sed etiam modum libertatis ipsius, nego maiorem: & distinguo minorem eodem modo, & nego consequentiam. Itaque sicut de facto præmotio ab intrinseco efficax libertatem non tollit, sed potius stabilit, & firmat, quia est libera vt *quo*, & efficax non solum ad substantiam actus; sed etiam ad modum libertatis illius: ita in casu nostræ disputationis, talis præ-

præmotio libertatem non lædetet eadem de causa, solumque esset discrimen, quod tunc talis præmotio, ex necessitate naturæ conferretur à Deo: vnde necessitatus esset ad præmovendam voluntatem nostram, vt libere vellet, modo tamen libere confertur ab ipso. Per quod ad confirmationem constat solutio, distinguendo minorē: foret necessaria simplicitèr vt *quod* tantum, concedo minorem: vt *quo*, & vt *quod*, nego minorem, & nego consequentiam: quia cum foret libera vt *quo*, applicaret voluntatem ad operandum libere.

Ad cōfir.

17 *Dices,* Sed dices, in tali casu præmotio illa necessario conferretur à Deo: ergo voluntas necessario, etiam illam; & consequentèr illius formalem effectum reciperet; at formalis eius effectus, est voluntatem esse ad operandum applicatam, & motam: ergo voluntas necessario moveretur à Deo, & consequentèr non posset voluntas se libere movere per actum.

Resp. Respondeo, concesso antecedenti, & prima consequentia, distinguendo minorē: ad operandum libere, concedo minorem: ad operandum necessario, nego minorem, & distinguo consequens: necessario moveretur à Deo ad operandum libere, concedo consequentiam: ad operandum necessario, nego consequentiam: ex quo secunda consequentia non sequitur: nam sicuti modo voluntas merè passivè se habet ad hoc, quod est moveri, & applicari per physicam præmotionem; ad moveri verò per actum secundum elicitivè, & libere comparatur; ita in casu posito ad effectum formalem motionis, & applicationis à Deo venientis, necessario, & passivè se haberet, ad hoc verò, quod est esse motam per actum secundum quem elicit, vitaliter, & libere procederet.

18 *Instabis.* Instabis, etiam per actum elicitum se moveret voluntas vt mota à Deo necessario movente: ergo se moveret necessario per illum. Consequentia videtur bona. Antecedens autem probatur: nam ad illum actum concurreret Deus prævio, & simultaneo concursu, ergo etiam ad illius effectum formalem, nempè voluntatem esse motam per illum. *Resp.* Respondeo, concesso antecedēti, distinguēdo consequens: se moveret necessario per illam, necessitate infallibilitatis, concedo consequentiā: necessitate per modum naturæ, nego consequentiam: itaque talis actus consideratus tunc prout a Deo, esset necessarius necessitate per modum naturæ, prout verò à voluntate nostra, esset necessarius necessitate infallibilitatis, hoc est, taliter esset quod voluntas infallibiliter ipsum erat elicitura, non tamen esset necessarius necessitate per modum naturæ, quia voluntas ipsum talitèr eliceret, quod posset non eliceret.

Verum contra hæc omnia militat secundum argumentum, quo illustrissimus Herrera convincitur; si talis actus prout à voluntate esset liber, & necessarius prout procedit à Deo, necessario existeret prout à Deo, & prout à voluntate posset non esse; at hoc implicat: ergo implicat etiam nostra solutio. Maior est certa. Minor autem probatur: si posset non esse prout à voluntate creatā, & prout à Deo necessario existeret, posset voluntas nostra impedire effectum efficaciter intentū à voluntate Dei; at hoc est impossibile, & contra dignitatem, perfectionem, & efficaciam causæ primæ, vt docet D. Tho. in præsenti articulo, & de se est manifestū: ergo, & quod necessario manet à Deo, & libere à voluntate creata ad esse ndum, & non esse ndum. Patet sequela, posset ponere negationem actus, quam efficaciter intendit voluntas divina: ergo effectum efficaciter intentū ab ipsa posset impedire.

19 *Arg. 2.*

Respondeo, concessa maiori, negando minorem. Ad cuius probationem, nego sequelam: ad illius probationem, distinguo antecedens, posset ponere talem negationem in sensu composito, nego antecedens, in sensu diviso, concedo antecedens; & nego consequentiam: quia posse impedire, sicut posse frustrare, dicit sensum compositum: itaque non posset voluntas ponere negationem actus in sensu composito, ideſt, componendo illam cum concursu divino prævio, & simultaneo: posset tamen in sensu diviso, ideſt, posset ponere talem negationē secundum se expectatam, & non inspectam vt cum illis concursibus coniungendam: ex quo modo potentiæ non sequitur posse impedire: quia posse impedire dicit posse cōiungere negationem actus cum concursibus Dei prævio, & simultaneo; sicut modo similis consequentia non tenet; *voluntas efficaciter præmota ad amandum, potest non amare: ergo potest, & efficacem Dei gratiam frustrare*: quia antecedens sonat sensum divisum, consequens verò sensum compositū.

20 *Resp.*

21 *Dices,* Dices; qui potest ponere vnum extremum, altero necessario existente, potest illa duo extrema coniungere; at voluntas vt tunc præmota, posset ponere negationem actus, & præmotio necessario existeret, imò, & actus idē prout venit à Deo: ergo posset coniungere negationem actus cum præmotione Dei, imò, & cum actu prout venit à Deo.

Resp. Respondeo, distinguendo maiorem: qui potest vnum extremum potentia con-

se-

Digitized by Google

sequenti, & vndique expedita, concedo maiorem: potentia antecedenti, & non expedita, nego maiorem: & distinguo minorem eodem modo, & nego consequentiã. Cuius ratio est: quia potentia consequẽs, & vndique expedita, tẽdit ad tale extremũ, v. c. ad negationem actus amoris cum omnibus circunstantijs, cum quibus de facto est ponendum; & quia præmotione suppositã, vna ex circunstantijs, seu accidentibus negationis actus amandi, est cõiunctio cum præmotione; consequens fit, quod qui posset ad negationem potentia consequenti, & vndique expedita, posset etiam ad coniunctionem; potentia verò antecedens, est non vndiquaque expedita, nec vltimatè completa; cum non sit perfectè, & complete practica; & ideò non respicit suum terminum, v. c. negationem illam, v. subest omnibus accidentibus, sed secundum se, & id circo ex eo quod voluntas præmota efficacitèr; præmotione necessario existente, posset ad negationem actus non sequitur, posse talem negationem ponere, vt cum præmotione iungendam.

22 *Instabis 1.* Sed instabis primo: quando impedimentum ad extremum aliquod est necessariũ, & ab intrinseco inauferibile, tollit potẽtiam, nedum consequentem; & in sensu composito, verum etiam antecedentem, & in sensu diviso; at in tali casu præmotio impediens negationem actus, esset necessaria, & ab intrinseco inauferibilis: ergo non relinqueret in voluntate nostra potentiam adhuc antecedentem, & in sensu diviso ad talem negationem. Minor cum consequentia tenet. Maior autem ab exemplo monstratur: siquis namque necessario esset carceri addictus, ita vt incarceratio necessaria foret, & ab intrinseco inauferibilis non maneret in illo; adhuc antecedens potentia ad eundum in Ecclesiam: ergo impedimentum necessarium, & in auferibile potentiam antecedentem evertit.

23 *Secundo.* Secundo, impotens ad effectum per accidens, est etiam impotens ad effectum per se; at in tali casu, vt fatemur voluntas esset impotens ad coniunctionem negationis cum præmotione, quæ coniunctio esset effectus saltim per accidens subsequens negationem: ergo etiam esset impotens ad effectum per se, nempè ad negationem secundum se inspectam. *Confirm.* Et confirmatur hoc ipsum: quia ad minus impotentia ad effectum per se alteri adiunctum, infert impotentiam ad illum, cui est per se coniunctus; at in tali casu coniunctio negationis cum præmotione Dei, esset per se cum ipsa negatione coniũcta; cum præmotio necessario existeret: ergo si esset impotens voluntas nostra ad talem coniunctionem; esset etiam impotens ad negationem.

24 *Tertio.* Tertio, ideò non posset ponere negationem actus in sensu composito; quia non posset talem negationem cum divina præmotione coniungere; atqui etiam non posset talem negationem à Dei præmotione divide re: ergo esset impotens in sensu diviso. Probatur minor, qui potest ponere vnum extremum, & non potest aliud auferre, non potest vnum ab alio dividere; at in casu posito posset voluntas nostra ponere negationem actus, & præmotionem auferre non posset: ergo non posset negationem actus à divina præmotione dividere.

25 *Resp. ad 1. instantiam.* Ad primam obiectionem respondeo claritatis gratia, distinguendo maiorem: quando impedimentum est necessarium, & non se accommodans modo agendi libero, concedo maiorem: quando se accommodat modo libero agendi, & libertatem involuit, & infert, nego maiorem, & distinguo minorem esset in tali casu necessario præmotio impediens, & se accõmodans modo libero agendi, libertatem involuens, & inferens, concedo minorem: non se accommodans, nego minorem, & nego consequentiam; itaque non sufficit impedimentum esse necessarium, vt auferat potentiam in sensu diviso, sed in super requiritur, quod sit talis naturæ, quod non se accommodet cum principio libero, nec involuat, & inferat libertatem in actu ad quem datur, & cuius oppositum impedit; nam si quamvis necessarium sit quoad existere, si tamen cum principio libero se accommodet, & libertatem inferat, & causet in actu, ad quem datur, etsi inferat necessario necessitate infallibilitatis actum ad quem datur; quia tamen infert etiam, & causat modum libertatis illius, etsi auferat potentiam ad negationem actus in sensu composito, quæ ad libertatem necessaria non est; non tamen aufert potentiam ad talem negationem antecedentem in sensu diviso, sine qua potentia non subsistit libertas, quam involuit, & infert; Quia ergo præmotio, quæ in nostro casu necessaria esset, & negationem actus impediret, se accomodaret cum principio libero, & libertatem actus causaret, & inferret, vt ex dictis constat: consequens fit, quod non tolleret potentiam antecedentem, & in sensu diviso ad negationem actus, sine qua nõ subsistit libertas in actu; benè tamen auferret potentiam consequentem, & in sensu composito, quæ ad libertatem actus necessaria non est. Ex quibus constat, exemplum adductum ad rem non

non esse: incarceratio namque, & esset impedimentum necessarium, & aliàs non se accommodans cum principio libero, nec libertatem connotans, & inferens in negatione eundi ad Ecclesiam: quo circa non relinquit potentiam antecedentem ad eundum ad illam.

26 Ad secundam, distinguo maiorem: est
Ad 2. etiam impotens ad effectum per se vt coniunctum cum effectu per accidens, concedo maiorem; secundum se inspectum, nego maiorem, & concessa minori; distinguo consequens; esset etiam impotens ad negationem actus, vt coniunctam cum præmotione, concedo consequentiam: secundum se inspectam, nego consequentiam. Et quidem hæc obiectio eodem modo est solvenda, etiam si præmotio liberè conferatur à Deo.

Ad cõfir. Ad confirmationem, concessa maiori, distinguo minorem: perfeitate ab intrinseco ex parte negationis, nego minorem: ab extrinseco ex modo agendi Dei, concedo minorem, & nego consequentiam: quia negatio non exigeret ab intrinseco, nec per se annexam haberet talem coniunctionem, sed si necessario esset cum Dei præmotione coniungenda, hoc proveniret illi ab intrinseco nempè, quia Deus ageret ex necessitate naturæ, & consequentèr non posset non conferre talem præmotionem.

27 Ad tertiam, concessa maiori, & mino-
Ad 3. ri, distinguo consequens; non posset in sensu divito, divisione accepta positivè, concedo consequentiam: divisione negativè accepta, nego consequentiam: divisio positiva consistit in hoc, quod est ponere vnum auferendo aliud, hoc modo non posset; sensus verò divisus negativè accepta divisione, consistit in hoc, quod est posse ponere illam negationem secundum se inspectam, & secundum ea; quæ ab intrinseco petit, non considerata coniunctione cum præmotione; quæ non est illi ab intrinseco annexa.

28 Si dicas, ablatio præmotionis ad
Si dicas. actum, necessaria esset ad ponendam negationem actus; at voluntas creata non esset potens ad auferendam præmotionem ad actum: ergo nec ad ponendam negatio-
Respond. nem actus. Respondeo, concessa maiori, & minori, distinguendo consequens: non esset potens ad negationem ponendam potentia primi agentis omninò independentis, concedo consequentiam: potentia per modum agentis secundi, & subordinati, nego consequentiam: itaque sicut ad salvandam in voluntate potentiam ad actum per modum agentis secundi, non est necessarium, quod detur in illa potentia ad causandam in se præmotionem, quæ necessaria est ad positionem actus: ita ad salvandam in illa potentiam ad negationem actus per modum agentis secundi, necessarium non est, quod detur in illa potentia ad auferendam a se præmotionem, cuius ablatio necessaria est, vt actus negatio ponatur: & ratio omnium est, quia eo ipso, quod sit potentia agentis secundi, non est potentia vnde quaque cõpleta, vnde non exigitur, quod possit omnia necessaria causare.

29 Vrgebis: ideò in voluntate salvatur
Vrgebis. potestas ad actum per modum agentis secundi: quia potest recipere præmotionẽ à Deo, & si non possit illam causare in se ipsa; at in tali casu, nec posset voluntas auferre præmotionem Dei, nec talis ablatio posset à Deo fieri; cum esset per modum naturæ ad prẽmovendum determinatus: ergo cum talis ablatio ad negationem actus sit necessaria, non poterit voluntas ponere negationem actus, adhuc per mo-
Respond. dum agentis secundi. Respondeo, quod etsi Deus esset ad præmovendum determinatus per modum naturę; non tamen esset determinatus ad præmovendum semper, sed iuxta exigentiam voluntatis creatæ, quæ cum non posset semper esse præmota, nec Deus semper illam ad talem actũ præmoveret: vnde illa præmotio posset deficere ob cessationem concursus divini, qui non semper durare deberet.

30 Denique contra eandem conclusionem
Vltimo arg. arguitur; in bona consequentia, si antecedens est necessarium, consequens etiam est necessarium: ergo si antecedens est necessarium absolutè, & simplicitèr, consequens etiam absolutè, & simplicitèr necessarium erit; at ista consequentia est bona: *Deus præmovet voluntatem creatam: ergo voluntas creata operatur*; & in tali casu antecedens est necessarium absolutè, & simplicitèr: ergo et consequens absolutè, & simplicitèr necessarium esset: & consequentèr actus liber esse non posset.

Respond. Respondeo, concesso antecedenti, distinguendo consequens: si antecedens, quod necessarium ponitur, causet, & inferat libertatem in consequenti illato, nego consequẽtiam: si talem libertatem non inferat concedo consequentiam: & quia præmotio Dei, quæ in tali casu necessaria supponitur, connotat, & infert libertatem in actu, qui importatur ex parte consequentis; consequens fit, quod in consequenti non sit necessitas per modum naturæ, quæ vocatur necessitas, simplicitèr, & opponitur libertati, sed solum necessarium, necessitate infallibilitatis, quæ cum libertate compatitur.

§. III.

Digitized by Google

§. III.

In prædicta hypotesi mansurum liberum arbitrium creatum probatur.

31 *Secunda conclusio.*

SEcunda conclusio: *Si Deus operaretur ad extra de necessitate naturæ, adhuc esset liberum arbitrium creatum.* Ita Noster Nazarius *conclusione* 3. & Arrubal *vbi supra conclusione* 2. Et probatur: si Deus ageret de necessitate naturæ, produceret necessario eosdem effectus, quos modo libere producit; sed modo producit libere liberum arbitrium creatum: ergo tunc illud necessario produceret. Minor cum consequentia tenet. Maior autem probatur: contineret eosdem effectus possibiles, quos continet modo: ergo illos necessario produceret. Patet consequentia: quia causa naturaliter operans, necessario operatur totum, quod potest.

32 *Resp. Suarez.*

Respondet Suarez, in tali casu non mansuram libertatem creatam intra statum possibilitatis, sed reddituram forè implicantem omninò: vnde non contineretur in omnipotentia divina, & rationem reddit; quia cum libertas creata sit participata à libertate Dei, illa semota, vt in casu supponitur, per locum à priori auferretur possibilitas arbitrij creati.

Contra.

Sed contra: esto tunc Deus non maneret liber formaliter, maneret tamen liber eminenter; sicut de facto, & si non sit equus formaliter, est tamen eminenter equus; at hoc sufficit, vt libertas creata maneret possibilis, & participare potens libertatem eminentèr existentem in Deo, vt in exemplo adducto concipitur: ergo nō redderetur implicans arbitrium creatum, nec eius libertas.

33 *Resp. cū eodem authore.*

Respondebis cum eodem Authore, libertatem esse perfectionem simpliciter simplicem, nullam in tuo conceptu dicentem imperfectionem; perfectio autē simpliciter, eo ipso quod formaliter non existat in Deo, nequit in ipso eminentèr manere: secus autem in exemplo equi adducto, & in alijs contingit, quæ quia nō sunt perfectiones simpliciter simplices, possunt esse, & de facto sunt eminenter in Deo; cum illis repugnet esse in ipso formaliter.

34 *Contra.*

Sed contra: nam eo modo quo casus supponitur, libertas non esset perfectio simpliciter simplex: ergo in tali suppositione posset Deus manere liber eminenter, & si non esset liber formaliter. Consequentia ex contrarij Authoris doctrina, & omnibus conspicua, manifestè colligitur. Antecedens autem probatur duplici-

Antecedens probatur. 1.

ter: tùm quia supponitur manere Deum; cum supponatur, ipsum naturaliter operari; operatio autem ad esse sequatur: ergo supponitur vt summè perfectus existens; implicat enim ex primario conceptu terminorum, Deum esse, & summè perfectum non esse; atque ex consequenti formaliter constituimus in illo omnem perfectionem simpliciter simplicem, in quo consistit ratio summè perfecti; at supponitur non continens libertatem formaliter: ergo eo modo quo casus supponitur, libertas non esset perfectio simpliciter simplex. Patet consequentia euidenter: nam supponitur Deus continens omnem perfectionem simpliciter simplicem continentia formali, & supponitur non liber formaliter: ergo supponitur libertatem non esse perfectionem simpliciter simplicem.

35 *Secundo.*

Secundo primum antecedens probatur: esse perfectionem simpliciter simplicem, soli competit libertati abstrahenti à creata, & increata: libertas namque creata vt talis, perfectio est imperfectioni admixta; atqui eo modo quo casus ponitur, non manet libertas sub illo conceptu abstrahenti; cum supponatur enti increato libertatem non convènire, & consequentèr libertatem increatam esse impossibilem: ergo eo modo quo supponitur casus, non esset libertas perfectio simpliciter simplex: & consequentèr ex eo quod non esset in Deo formaliter, male colligitur, non mansuram eminenter in ipso.

36 *Arguit 1. Suar.*

Et ex his solutum manet primum argumentum Suarij: arguit enim primo in hunc modum: si in Deo non est libertas, non est vnde illam participare possit creatura; at in tali casu non maneret libertas in Deo: ergo nec in creatura posset manere.

Respond.

Respondeo ex dictis, distinguendo maiorem: si nec sit libertas in Deo formaliter, nec eminenter, concedo maiorem: si sit eminenter, esto non formaliter, nego maiorem, & distinguo minorem eodem modo, & nego consequentiam.

37 *Instabis.*

Sed instat, si in Deo non esset sapientia formaliter, nec in creaturis posset sapientia manere: ergo pariter, ex eo quod non esset formaliter libertas in Deo, à priori colligitur non posse manere in creaturis. Antecedens supponit, & consequentiam probat: nam id circò primum colligitur: quia sapientia est perfectio simpliciter simplex, quæ eo ipso, quod non sit formaliter in Deo, nequit eminenter in ipso inveniri; at hæc ratio pari efficacia in libertate militat; cum etiam sit perfectio simpliciter simplex; ergo etiam in liber-

tate

ferentibus, vt sit, & non sit. Respondeo, distinguendo antecedens: reliquunt illam indifferentem, quoad inclinationem, nego antecedens: quoad assequibilitatem, concedo antecedens, & distinguo consequens: non redditur futura perfectè, & completè, concedo consequentiam: inchoativè, & imperfectè, nego consequentiam. Itaque sicut voluntas auxilio sufficienti munita, manet indifferens, quoad elicientiam ad actum, & negationem actus, quoad inclinationem autem, determinatè respicit actum; quia auxilium sufficiens determinatè inclinat in actum, ita: similiter ex vi auxiliorum sufficientium, quæ oriuntur ex illa intentione, homo, quoad inclinationem determinatè respicit æternam salutem, etsi quoad assecutionem, & veluti elicientiam indifferens sit ad gloriam, & illius carentiam, & hæc est sufficiens vt ex vi illorum reddatur gloria inchoativè futura, & si non perfectè, & completè.

Resp.

Sed dices, sequi ex hac solutione, esse debitam gloriam alicui ex hominibus vagè ex vi generalis providentiæ Dei; consequens est falsum: aliàs prædestinatio specialis providentia non esset: ergo deserenda solutio. Probatur sequela, voluntati potenti proximè, & aliàs inclinatæ ad operandum bonum, debetur in aliquo individuo efficax concursus ad operandum illud: quo circa prædictus concursus, specialis gratia non est *vt 1. 2. quæst. 100. art. 2.* contra Vazquez docet maior pars Theologorum: ergo si homo ex vi auxiliorum sufficientium, quæ oriuntur ex tali voluntate, potens, & inclinatus redditur ad assequutionem salutis, debitus erit alicui in individuo concursus efficax ad actualem eius assequutionem.

39 *Dices.*

Respondeo, negando sequelam. Ad cuius probationem, concesso antecedenti, nego consequentiam. Cuius ratio est; quia inclinatio auxiliorum sufficientium non est primo ad gloriam, sed ad exercitium bonorum actuum, & præceptorum ad impletionem; vt autem inclinatio aliqua frustranea non sit, sufficit, quod in dividuo reducatur ad aliquem actum ex illis, qui intra terminum primarium suæ inclinationis continentur: non verò requiritur, quod ad perfectissimum terminum in aliquo individuo reducatur: vndè concursus ad aliquem actum debitus est: secus verò concursus, quo finem perfectissimum assequatur.

40 *Resp.*

Tertio principalitèr argumentari possumus contra illam sententiam: Deus ante prævisa hominum demerita voluit efficacitèr quibusdam denegare gloriam: ergo respectu illorum non datur in Deo libera volitio terminata ad gloriam in se. Antecedens suppono; & consequentia probatur: Tùm, quia voluntas ita superfluit, semel prima concessa. Tùm etiam: quia vtraque voluntas est de eodem obiecto, eodem modo se habente, ergo sunt inter se incompatibiles. Tùm denique, quia aliàs prima esset in Deo aliquomodo involuntaria, quod divinæ perfectioni repugnat. Probatur sequela, volens proijcere merces in mare tempestate subortâ, etsi proijciat voluntariè simplicitèr, secundum quid tamen involuntarius est; quia talis projectio est contra voluntatem inefficacem, quam habet conservandi illas: ergo volitio, quam Deus habet excludendi quosdam à regno, erit involuntaria saltim secundum quid, si semel admittitur voluntas contraria inefficax, terminata ad illorum gloriam in se.

41 *Tertio obijcies.*

Respondeo, concesso antecedenti, negando consequentiam. Ad primam probationem, nego antecedens: quia ex illa voluntate conceduntur omnibus auxilia sufficientia ad salutem: non autem superfluit, quod homo possit salutem adipisci, & si de facto non consequatur illam. Ad secundam, nego antecedens: quia licet sint de eodem obiecto materialitèr sumpto, versantur tamen circa illud ex diverso motivo, inefficax ex motivo ostendendi suavitatem providentiæ, & magnitudinem misericordiæ suæ, ordinando homines saltim quoad sufficientiam ad super naturalem, & indebitam finem: efficax verò terminatur ad negationem gloriæ ex motivo ostendendi supremum dominium, quatenus concedendo quibusdam gloriam, & alijs illam denegando, manifestat nulli illam debere.

42 *Resp. ad 1. consequentia prob.* *Ad 2.*

Ad tertiam, negatur sequela. Ad cuius probationem concesso antecedenti, nego consequentiam; & ratio discriminis est, quia proijciens merces in mare, id circo involuntarius est, saltim secundum quid: quia proijcit ob impotentiam salvandi vitam, nisi illas proijciat: vndè ex metu vitam amittendi, operatur; metus autem involuntarium causat saltim secundum quid, vt docetur *1. 2. quæst. 6.* Deus autem non ideò vult reprobis denegare gloriam: quia non possit illos salvare, sed quia cum omnes salvare possit, vt se ostendat supremum gloriæ dominium, quosdam ad illam efficacitèr eligit, & alios efficacitèr ab eadem excludit.

43 *Ad 3.*

Ex dictis in discursu huius disputationis,

44

Infertur ex dictis.

nis, colligo primo, voluntatem antecedentem, esse illam, quæ erga obiectum versatur, non vt vestitum omnibus circunstantijs, cum quibus executioni debet mandari; consequentem vero, quæ obiectum inspicit, vt omni sua circunstantia vestitum, v. c. voluntas, quam Deus habet salvandi reprobos, est voluntas antecedens gloriæ; quia tendit ad illam secundum se, non attentis omnibus circunstantijs; & quia consideratio illius secundum se, est prior, & veluti antecedens considerationem eiusdem secundum omnes eius circunstantias: id circo dicitur antecedens voluntas; voluntas verò, qua efficacitèr vult illos excludere à gloria, est voluntas consequens; quia omnes circunstantias attendit, maioris scilicèt conducentiæ ad manifestationem attributorum Dei.

45 *Dices.*

Si dicas, electio efficax prædestinatorum ad gloriam, est voluntas consequens; & tamen non respicit gloriam cum omnibus circunstantijs, cum quibus de facto est executioni mandanda: ergo deficit prædicta explicatio. Probatur minor, gloria de facto est concedenda adultis per modum coronæ; at voluntas illa non tendit ad gloriam per modum coronæ, vt probabilitèr docent plures Thomistæ: ergo non terminatur ad illam vt vestitam omnibus circunstantijs, quibus de facto executioni mandatur.

46 *Resp.*

Respondeo, concessa maiori, negando minorem. Ad illius probationem, concessa maiori, & omissa minori, distinguo consequens: non inspicit gloriam cum omni circunstantia ex pertinentibus ad ordinẽ intentionis, nego cõsequẽtiam: ex nõ pertinẽtibus ad talẽ ordinẽ, cõcedo cõsequentiã: itaque in illorũ Theologorũ sententia, id circo in illa voluntate intentiva non relucet gloria vt corona; quia ratio coronæ, merita prævisa supponit, ac proinde ad ordinem intentionis, qui merita præcedit, non spectat: vndè, & si vt sic ab electione non attingatur, non sequitur non attingi gloriam cum omni circunstantia ex his, quæ ad intentionis ordinem spectare possunt.

47 *Infertur secundo.*

Colligo secundo, prædestinatum existentem in peccato mortali odio habere Deum, odio antecedenti, illum verò amare consequenti, & efficaci amore, probatur vult illi damnationem æternam voluntate antecedenti: ergo odio illum habet antecedenti odio. Probo antecedens, hominem existentem in peccato damnari, est bonum quoaddam amabile à Deo: ergo de facto amatur ab ipso; at non consequentèr, & efficacitèr; cum de facto damnandus non sit: ergo inefficacitèr, & antecedentèr.

48 *Infertur tertio.*

Colligo tertio, voluntatem, qua Deus omnes homines vult salvos fieri, esse conditionatam, solum quo ad nos, & ex parte nostri modi concipiendi, quatenus nos voluntatem divinam ita ad reproborum gloriam affectam concipimus, quod si negatio illius ad altiores fines non conduceret, Deus omnes vellet salvari. Re tamen vera, prædicta voluntas est absoluta, tàm ex parte obiecti, quam ex parte actus, vt ex impugnatione quartæ solutionis secundi argumenti colligitur. Et hæc de ista Disputatione.

DIS-

Digitized by Google

DISPVTATIO QVINQVAGESIMA TERTIA.

An ex eo quod Deus aliquid in tempore inciperet velle, vel á libera volitione deſiſtat, phyſica mutatio inferatur in illo?

§. I.

Ratione dubitandi propoſita, referuntur variæ ſententiæ.

1 *Certũ ab incerto ſeparatur.*

IN qua diſputatione vnum tamquam certum ſupponimus, & alterum in diſcrimen vocamus: quod ſupponimus eſt, Deum non poſſe aliquid in tempore velle de novo, nec à decreto ſemel ab æterno habito poſſe in tẽpore deſiſtere: quam ſuppoſitionem omnes Theologi tamquam fide certam admittunt contra Ioannem Antonium Delphinum, *lib. de rerum euentu, pagina* 23. vt refert Arrubal *diſp.* 61. *cap.* 1. etſi Pater Herice *diſp.* 20. *cap.* 1. illud ad ſanum ſenſum conetur addvcere; quidquid tamen de illius mente ſit noſtra ſuppoſitio ex pluribus Sacræ Paginæ teſtimonijs colligitur, Numerorum 23. *Non eſt Deus quaſi homo, vt mentiatur, nec vt filius hominis, vt mutetur.* Proberviorum 19. *Multæ cogitationes mortalium; voluntas autem Domini in æternum manet.*

Prob. ex Sacra Pagina 1.

2 *Secundo.*

Ac denique Malachiæ 3. *Ego Deus, & non mutor*, in quibus verbis vbi nos legimus, *ego Deus*, in Hebræo habetur *Ieobà*, quod ſignificat fontem eſſendi, ſcilicèt, ipſum eſſe omninò immutabilem; vbi autem legimus, *& non mutor*, in Hebræo habetur, *Quodad*, quod ſignificat non eſſe inconſtatem: ita quod modo velit aliquid, à cuius volitione poſtea deſiſtat: de quo videatur Pater Ribera ſuper illũ locũ. Ac ſi Propheta diceret iuxta Hebraicam lectionem, Deum in ſuis dẽcretis id circo inconſtantem non eſſe, ita vt illa poſsit mutare; quia illius ſubſtantia eſt omninò immutabilis, quæ eſt ratio Divi Thomæ in præſenti articulo; vbi ex immutabilitate ſubſtantiæ divinæ, voluntatis immutabilitatem demonſtrat. Hoc ita præmiſſo, quod in diſidium vertimus eſt, an ex eo quod Deus in tempore inciperet velle, vel á libera volitione ceſſaret, phyſica mutatio in ipſo ſequatur, vel per oppoſitum, ex phyſica immutabilitate divina; recte, & immediatè inferatur, id non poſſe contingere?

3 *Ratio dubitandi propoſitur.*

Ratio dubitandi, eaque non levis, deſumitur ex his, quæ ſupra diximus agentes de actu liberoDei: nam actus liber, vel addit ſupra neceſſarium, ſolam denominationem extrinſecam ab obiecto, vel actione illius productiva deſumptam, vel ſolum reſpectum rationis, vel terminationem intrinſecam indefectibilem ſub conceptu entitatis, & defectibilem ſub conceptu terminationis, vel nihil: quidquid horum dicatur non colligitur phyſica mutatio, ex eo quod Deus aliquid incipiat in tempore velle, aut à libera volitione deſiſtat: ergo ex eo quod incipiat velle, vel de-

Digitized by Google

desistat à volitione, non mutabitur Deus. *Minor quoad 1. & 2. partem probatur 1.* Minor quoad primam, & secundam partē nota videtur. Tùm, quia absque physica sui mutatione suscipit denominationem extrinsecam, & respectum rationis Domini, & Creatoris: ergo & extrinsecam denominationem, seu respectum rationis volentis absque physica sui mutatione de novo suscipere poterit. *Secundo.* Tùm etiam, quia mutatio physica, ex nova acquisitione, seu deperditione formæ realis intrinsecæ petit provenire: ergo ex nova acquisitione denominationis extrinsecæ, seu respectus rationis, physica mutatio inferri non potest.

4 *Quoad 3. partē probatur minor 1.* Quoad tertiam verò partem ex ibidem dictis ostenditur primo: quia ab æterno potuit Dei voluntas libera terminatione carere; & tamen habere non potuit alietatem intrinsecam realem: ergo etiam si in tempore ab illa desisteret, vel illam acquireret physica mutatio, seu intrinseca ad. *Secundo.* etas non inferretur. Secundo, quia vt ibi asservimus, ad mutationem, & alietatē physicam requiritur transitus de non esse ad esse, seu de esse ad non esse formæ intrinsecæ sub conceptu entitatis: ergo si præcisè addatur, vel tollatur de novo terminatio libera sub conceptu terminationis, physica mutatio non sequitur. *Si dicas.* Si fortè dicatur, non posse superaddi, aut deperdi de novo terminationem liberam sub conceptu terminationis, quin superaddatur, vel amittatur sub conceptu entitatis. *Contrà.* In contrarium in hunc modum obijcio. Potuit in *nunc* æternitatis, non esse terminatio intrinseca libera sub terminationis conceptu, quin de esse potuerit sub conceptu entitatis: ergo poterit etiam in tempore incipere, vel desinere esse sub priori conceptu, quin sub secundo incipiat, vel desinat esse. *Quoad vltimā partē probatur minor.* Denique quoad vltimam partem suadetur, mutatio namque est transitus de non esse ad esse reale, & intrinsecum, & intrinsecè super additum: ergo si actus liber nihil addit ad actum necessarium, ex eo quod Deus de novo suscipiat denominationem libere volentis, non infertur in ipso physica mutatio.

5 *Prima sē tentia.* Quo argumento convicti plures Theologi in negativam sententiam inclinant, docentes, ex temporali variatione decretorum in Deo, non sequi immediatè physicam mutationem. Ita Pater Molina *supra quæst. 14. art. 15. ad 2. arg.* & P. Suarez *lib. 30. Metaphysicæ sect. 9.* quibus alij Moderniores adhærent. In assignanda autem ratione, cur scilicèt Deus non possit incipere velle aliquid in tempore, vel à libera volitione desistere, inter se non conveniunt. Molina id sibi persuadet ex eo quod, quamvis non inferatur physica mutatio, sequitur tamen vicissitudinis obumbratio, quæ non minus quam mutatio, divinæ naturæ repugnat, iuxta illud Iacobi 2. *Apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio.* *Mens Molinæ.*

Suarez verò ad veritatem proximius accedens, id alia ratione suadet: quia nimirum ex tali variatione colligitur inconstantia in decretis, quæ est imperfectio moralis; cumque voluntati physicè immutabili omnis moralis imperfectio repugnet, per mediatas consequentias infertur, non fore voluntatem divinam physicè immutabilem; ipsum sequuntur Machin circa *artic. 3. disput. 31. sect. 9.* & Fasolis in præsenti eadem vtentes ratione. Quod autem inconstantia in Dei voluntate inferatur, in hunc modum ostendunt: Deus namque circa quodlibet obiectum ab æterno cognitum, & divinæ voluntati propositum, non potuit manere suspensus, quoad velle, vel nolle, sed necessario habuit, vel actum volitionis, quo illius existentiam decrevit, vel nolitionis, quo decrevit non esset ergo vel in *nunc* æternitatis, quo decrevit fore, prænovit se desiturum à tali decreto, vel non: si hoc secundum dicatur imperfectio maxima divinæ cognitioni attribuitur: si primum, sequitur, *tunc* inefficacitèr decrevisse, quod imperfectio est. Tùm etiam segessisse inconstanter, decernendo aliquid *tunc*, cuius oppositum postea decreturum prænovit, vel ad minus à tali decreto postea cessaturum, quod imperfectio maxima adhuc in humanis solet censeri. 6 *Mens Suarez.*

§. II.

Eligitur, & probatur vera sententia.

SEcunda, & verior sententia oppositum docet, affirmans, ex eo quod Deus aliquid in tempore inciperet velle, vel à libera volitione cederet, sequi immediatè physicam mutationem in ipso; & consequentèr ex physica immutabilitate divina rectè concludi, non posse libera decreta variari, nec in tempore incipere, vel desinere esse. Ita nostri Albelda, Patres Salmanticenses, Marcus de la Serra circa istum articulum, Illustrissimus M. Araujo *lib. 12. Metaphysicæ, quæst. 4. art. 2. in solutione ad 3.* Et Recentiores Thomistæ in præsenti, & *supra quæst. 14. articul. 15.* eam docuit Angelicus Doctor *primo Contra Gentes, cap. 83. de veritate, quæst. 23. artic. 4. ad 2. & in hac quæst. supra artic. 2.* In quibus 7 *Secunda sē tentia, quæ est nostra conclu.* *Albelda.* *Salm.* *Serra.* *Araujo.* *S. Thom.*

locis, & alibi ſæpè docet Doctor Angelicus, Deum de neceſsitate velle creaturas, non abſolutè, ſed ex ſuppoſitione rationeſuæ immutabilitatis, & in præſenti articulo, vbi ex immutabilitate divina colligit non poſſe Dei voluntatem incipere velle de novo, aut á volitione deſiſtere. Qua ratione vſus eſt D. Auguſtinus *lib. 12. confeſs. cap. 5.* — *S. Aug.*

8 *Prob. 1. ratione D. Tho.*

Et ſuadetur primo ratione D. Thom. in præſenti articulo ad hanc formam reddacta; quod voluntas incipiat aliquid velle de novo, aut à volitione deſiſtat, ſolum provenire poteſt, vel ex hoc, quod incipiat ſibi eſſe conveniens, & bonum, quod bonum, & conveniens non erat, vel ex hoc, quod de novo, vt bonum cognoſcat, quod prius vt bonum non cognoſcebat: primum arguit phyſicam mutationem in divina ſubſtantia ſecundum in eius cognitione: ergo immediatè ſequitur phyſica mutatio in Deo ex hoc, quod aliquid incipiat in tempore velle, aut à libera volitione deſiſtat. Conſequutio tenet. Maior ex eo conſtans videtur, quod voluntas verſatur circa bonum cognitum tamquam circa proprium obiectum: ergo novitas volitionis, aut ex novitate boni, aut ex novitate cognitionis eius debet probenire. Minorem pro ſecunda parte ſupponit Angelicus Doctor ex dictis *ſupra quæſt. 14. artic. 5.* Pro prima verò illam explicat, & oſtendit exemplo illius, cui incipit eſſe conveniens ad ignem ſedere; cum tamen prius diſconveniens eſſet, quod non aliunde provenit, niſi quia mutatus eſt de calido in frigidum: homini etiam irato bona apparet inimici vindicta: cui tamen iam pacato diſconveniens apparet.

9 *Reſp. 1.*

Reſpondebis primo ex Valencia *in præſenti puncto 4. aſſertione 3.* Suarez *vbi ſupra numer. 57.* Vazquez in commentario huius articuli, & alijs Recentioribus, quibus ratio iſta D. Thomæ non placet, falſam eſſe maiorem, nec in illa numerari omnes cauſas, ob quas poteſt voluntas incipere de novo, poteſt namque id contingere ratione libertatis invariatio bono, & cognitione illius; ſicut namque adhuc bono cognito, & voluntati vt tali propoſito, poteſt voluntas ob ſuam libertatem non prorrumpere in amorem illius; ita etiam poterit abſque novitate cognitionis, aut boni noviter incipere illud amare.

10 *Contra.*

Sed contra; nam licet imprudens voluntatis mutatio abſque novitate boni, aut cognitionis eius poſsit evenire; illa tamen, quæ ſecundum prudentiam debet fieri, non niſi bono, aut illius cognitione variata, provenire poteſt: ergo ſuppoſita, vt debet ſupponi, ſumma Dei prudentia in volendo, omnes cauſas aſſumit Angelicus Doctor; & conſequenter rectè concludit, ex variatione decretorum in Deo ſequi phyſicam mutationem in ipſo.

11 *Dices.*

Dices, abſque vlla imprudentia poſſe contingere variationem decreti, ſeu volitionis liberæ propter bonum, quod in exercitio libertatis invenitur: quin nec in bono amato, nec in illius cognitione aliqua variatio intercedat. Sed contra, & *Cõtra 1.* ſuppono, id potuiſſe contingere dupliciter: vel ſuſpendendo decretum, v.c futuritionis Petri vſque ad tempus: vel decreto exiſtente ab æterno, ceſſando in tẽpore ab illo. Hoc ita ſuppoſito, dupliciter adverſus iſtam ſolutionem inſurgo, primo: quia in ſuſpenſione decreti vſque ad tempus, & in ceſſatione temporali ab illo, potius negatio exercitij libertatis, quam libertatis exercitium invenitur: ergo in hoc, quod eſt in tempore incipere velle, aut à volitione deſiſtere, nulla ratio boni, vt poſsit Deus prudenter ſe gerens noviter incipere velle, aut à volitione deſiſtere invenitur.

12 *Secundo.*

Secundo, aut exercitium libertatis divinæ per decretum poſitivum productionis, v. c Petri, aut per ceſſationem ab illo, incipit in tempore eſſe bonum, & conveniens Deo, aut fuit bonum ab æterno; non tamen prout ſic cognitum niſi in tempore; aut denique ab æterno fuit bonum, & cognitum, ob libertatem tamen, vſque ad tempus non habitum; ſi primum, & ſecundum, phyſica mutatio ſequitur in ſubſtantia, vel in cognitione divina, vt ſupra arguebamus: ſi tertium, ſequitur dilationem decreti, aut ceſſationis ab illo vſque ad tempus, irrationabilem, & imprudentem eſſe; cum abſque rationabili cauſa ponatur: ergo decretorum variatio prudens eſſe non poteſt, niſi vel in bono, vel in eius cognitione aliqua variatio contingat.

13 *Reſp. 2.*

Reſpondebis ſecundo, non ſequi mutationem phyſicam in Deo ex eo quod in tempore incipiat cognoſcere bonitatem obiecti exiſtentis; cum namque cognitio intuitiva obiecti exiſtentis, aut cognitio libera obiecti futuri, nõ ſupperaddat ſupra cognitionẽ neceſſariã rerũ: poſsibiliũ, niſi ſolum reſpectũ rationis, aut denominationẽ extrinſecã; conſequẽs ſit, quod ex illius tẽporali inceptione, nõ ſequatur phyſica mutatio Sed contra primo; nã in- *Cõtra 1.* dicium regulãs primã volitionem liberã Dei, non eſt liberum, ſed neceſſarium; at cognitio neceſſaria non poteſt in tempo-

Digitized by Google

re incipere absque physica Dei mutatione, vt omnes fatentur: ergo loquendo de prima libera volitione, non potest intempore incipere absque physica mutatione cognitionis divinæ. Patet consequentia: nam prima libera volitio non potest incipere absque novitate in bonitate obiecti, vel in cognitione regulante illam; cūque de alijs volitionibus liberis eadē ratio sit ac de prima: cōsequens sit, quod nulla libera volitio divina in tempore incipere possit absque physica mutatione iudicij.

14 Secundo. Secundo, nam etsi cognitio libera supra necessariam non addat, nisi solum respectum rationis; talis respectus non potest resultare de novo, nisi vel in entitate cognitionis divinæ, vel in termino, & obiecto cognito novitas, & variatio intercedat; at nequit in tempore obiectum cognitionis divinæ, vt est illius obiectum incipere: ergo nova resultantia respectus exigit variationem intrinsecam in entitate cognitionis divinæ. Consequentia tenet. Maior est certa: respectus namque non potest incipere esse, nisi ad inceptionem, aut variationem alicuius extremi. Minor autem probatur ratione D. Thomæ *supra quæst.* 14. *art.* 15. in solutione ad primum; id namque, quod in Deo continetur, invariabiliter continetur: nam sicuti vnumquodque recipitur ad modum recipientis: ita etiā cōtineri debet ad modum continentis: vndè cū Deus invariabilis sit, quidquid continetur in illo, invariabiliter continetur; at cognitio divina terminatur ad obiectum creatum, vt contentum in Deo; cognitio namque fit per hoc, quod cognitum est in cognoscente: ergo obiectum divinæ cognitionis, vt est obiectum eius, variationem non suscipit; & consequenter respectus ille noviter resultare non potest propter variationem obiecti.

15 Resp. 3. Denique respondebis, posse obiectum creatum incipere in tempore esse bonum Deo, absque variatione in substantia divina, per variationem sui; cum namque in creaturis possibilibus, non sit bonitas sufficiens ad terminandam voluntatem divinam; sed solum in illis prout existentibus, & existentiam recipiant in tempore; consequēs fit, quod etiam in tempore bonitatem recipiant; ac proinde incipiant esse bonæ absque variatione in substantia divina. Contra. Sed contra, etsi obiectum creatum incipiat esse bonum in se in ordine ad propriam mensuram, non tamen incipit in tempore esse bonum in se, in ordine ad mensuram æternitatis, vt à Thomistis docetur *supra quæst.* 14. *art.* 13. Nosque fusè ostendimus disputatione 41. at voluntas divina non terminatur ad bona creata, prout in se bona per ordinē ad propriam mensuram, sed vt in mensura æternitatis contenta: ergo non incipiunt esse bona in se, prout sunt obiecta voluntatis divinæ; & consequenter si incipiunt esse bona, & convenientia Deo, erit per variationem substantiæ divinæ.

16 Secundo suadetur nostra cōclusio. Secundo principaliter suadetur ista sententia; vt denominatio libere volentis incipiat de novo, necessario requiritur, aut variatio intrinseca in entitate volitionis divinæ, aut novitas, & variatio in obiecto, atqui in obiecto volitionis liberæ Dei, prout est obiectum illius, nequit esse in tempore novitas, & variatio: ergo necessario requiritur variatio intrinseca in entitate volitionis divinæ. Consequutio tenet: maior certa videtur.

Minorē probat Vazq. & alij. Minorem autem probat Vazquez in commentatio huius articuli, Arrubal *disp.* 61. *cap.* 2. quia obiectum creatum, & operatio Dei non sunt fundamentum habitudinis, & denominationis liberæ voluntatis divinæ secundum existentiam præsentem, sed secundum existentiam futuram; at quamvis incipiant de novo secundum existentiam præsentem, non tamen incipere, aut variari possunt secundum existentiam futuram, quia quod est in tēpore, necessario ab æterno est futurum: ergo denominatio libere volentis in Deo incipere nequit ob mutationem, & novitatem obiecti creati.

17 Hæc probatio deseritur. Hæc tamen probatio parum robotis habet: tùm, quia obiectum creatum futuritionem accipit à decreto divino: quo circa pro priori ad decretum non potest intelligi rerum futuritio, vt latè probant nostri Thomistæ *supra quæst.* 14. *art.* 13. & Nos fuse ostendimus disput. 41. ergo probare, quod decretum non possit incipere in tempore, quia futuritio rerum debet esse ab æterno, est idem ac suadere, nō posse decretum incipere in tempore; quia necessario exitit ab æterno. Tùm etiam: Secundo. nam sequitur, posse voluntatem divinam incipere in tempore velle existentiam præsentem. Probo sequelam: nam denominatio libere volentis existentiam præsentem, non sumitur ab ipsa vt futura, sed vt præsenti: ergo cum in illa vt præsenti cognoscant mutationem Authores prædicti; tenentur admittere, potuisse voluntatem divinam incipere velle existentiam rerum præsentem.

18 Minor prob. 1. Quare omissa hac probatione, aliter prædicta minor suadetur. Primo, quia bonitas creata non terminat volitionem divinam, vt existens in propria mensura, sed in mensura super excedenti, nempè in æternitate; at vt in æternitate contenta, nul-

nullam accipit variationem, aut succesſio nē, vt docetur à Thomiſtis *ſupra quæſt.* 14. *art.* 13. ergo vt eſt obiectum volitionis diuinæ, nullius variationis eſt capax. Secundo, quia eſt obiectum volitionis liberæ, vt cognita à Deo; atqui omnis bonitas creata in tempore exiſtens, ab æterno eſt cognita à Deo, nec poteſt in tempore de novo cognoſci, vt docet D. Thom. *ſupra quæſt.* 14. *art.* 15. & paulò ante probavimus; quia aliàs Dei cognitio in ſua entitate variationem ſuſciperet: ergo vt obiectum volitionis liberæ nequit variationem ſuſcipere.

Secundo.

§. III.

Aliæ ſententiæ impugnantur.

19 *Sententia Molinæ reijcitur 1*

DEnique ſuadetur noſtra reſolutio, evertendo duas ſentētias ſupra relatas: & in primis ſententia Molinæ deficit propter duo. Tùm, quia inter mutationem, & viciſitudinis ob vmbrationem abſque fundamento diſtinguit; cum pro eodem accipiantur à Patribus, vt conſtat ex Gregorio *lib.* 12. *Moralium cap.* 17. illis verbis: *Ipſa enim mutabilitas vmbra eſt, quæ quaſi obſcura rei lucem, ſi hanc per aliquas viciſſitudines permutaret; ſed quia in Deo mutabilitas non venit, nulla eius lumen vmbra viciſſitudinis intercedit.* Tùm etiam: nam viciſitudinis obumbratio, vel eſt mutatio denominationis extrinſecæ, aut reſpectus rationis, vel eſt mutatio intrinſecæ entitatis: ſi hoc ſecundum dicatur, iam erit idem quod mutatio phyſica; ſi primum, reſtat Molinæ rationem reddere; cur alias extrinſecas denominationes, & reſpectus rationis poſsit Deus ſuſcipere in tempore, & non iſtam libere volentis.

Secundo.

20 *Sentētia Suarez reijcitur 1*

Secundus modus dicendi reijcitur primo, quia eſt ſententia ſatis probabilis, voluntatem divinam ab omni actu libero potuiſſe manere ſuſpenſam: ergo Suarez in ſententia appoſita fundans immutabilitatem voluntatis divinæ rem certam ad principia incerta reducit. Secundo: nam eſto mutare in tempore decretum ſemel ab æterno habitum, in conſtantia ſit; quod autem ab æterno decreverit, differre vſque ad tempus decretum de producendo, v.c. Petrum, cur in conſtantiæ debet adſcribi?

Secundo.

Tertio. Denique in eo maximè diſplicet ſententia Suarez, quod abſque fundamento inter ſcientiam, & volitionem liberam agnoſcit diſcrimen; concedens ex eo quod in tempore Deus cognoſceret aliquid de novo, inferri phyſicam mutationem in ſcientia, idque negans in volūtate.

21 *Dices.* Dices, rationem diſcriminis eſſe, quod ſciētia Dei, vtpotè infinita naturaliter reꝓſēntat omne repreſentabile; eo autē ipſo quod aliquod obiectum in tempore ſit, eſt ab æterno repræſentabile: vndè ſi à ſcientia Dei non repræſentaretur ab æterno, non eſſet ex defectu repræſentabilitatis obiecti, ſed deberet eſſe ex defectu entitatis, & infinitatis in ſcientia; ac proinde vt in tempore illud repræſentaret, fieri oporteret additio entitatis in ſcientia; de voluntate autem diſpar eſt ratio, cum nāque libera ſit in tendentia ad obiectum, adhuc obiecto ſibi propoſito, poteſt ad illud non terminari; ac proinde, quod ad illud non terminetur, non defectui entitatis, ſed voluntatis libertati debet adſcribi.

Hoc tamen diſcrimen nullum eſſe, oſtēdo ſic primo: quia repræſentabilitas per ſcientiam divinam nequit veritati creatæ competere, niſi medio decreto, vt demonſtratur à Thomiſtis *ſupra quæſt.* 14. *art.* 13. & fusè à Nobis ibi eſt oſtenſum: ergo ſi decretum ab æterno non eſt, ſed poteſt incipere in tēpore, non erit ab æterno repræſentabilis; & cōſequēter nō repræſentabitur ab æterno; ſed in tēpore cognoſcetur à Deo. Secundo, ſicut Dei voluntas libere amat creaturas exiſtentes, ita ipſius ſcientia libere repræſentat illas; non enim neceſſario cum illis connectitur: ergo ſi non obſtante libertate ſcientiæ divinæ in repræſentando, mutaretur phyſicè, ſi in tempore inciperet illas repræſentare: ita non obſtabit libertas voluntatis divinæ in amā do creaturas exiſtentes, quominus ſequatur phyſica mutatio, ſi in tempore inciꝑiat amare.

22 *Cōtra 1.*

Secundo.

Dices, repræſentationem ſcientiæ diviꝑnæ reſpectu exiſtentium, ſeu futurorum, eſſe neceſſariam, licet non abſolutè: benè tamen ex ſuppoſitione exiſtentiæ, ſeu futuritionis illorum. Sed contra: nam etiam ex ſuppoſitione exiſtentiæ, ſeu futuritionis bonitatis creatæ, neceſſario amatur à Deo: ergo eadem neceſsitas, & libertas eſt in ſcientia, atque in voluntate. Probo antecedens, ex eo ſuppoſita veritate creata, neceſſario repræſentatur per ſcientiam divinam, quia cum infinita, & illimitata ſit in repræſentando, eſt ratione ſui ſufficiens repræſentatio omnis repræſentabilis; & conſequentèr ſuppoſita repræſentabilitate in obiecto, neceſſario ab ipſa repræſentatur; at etiam voluntas divina infinita eſt; & conſequentèr ratione ſui ſufficiens amor omnium amabilium: ergo ſuppoſita bonitate, & amabilitate in obiecto creato neceſſario amatur à Deo.

23 *Dices.*

Contra.

***

§. VI.

Digitized by Google

§. Vltimus.
Ratio dubitandi diluitur.

24 EX iam dictis haud dificile erit, rationem dubitandi diluere: dupliciter ad illam respondeo: primo iuxta rationem primam D. Thomæ, distinguendo minorem: non sequitur ex novitate temporali decreti physica mutatio à priori tãquã ex forma immutante, concedo minorem: à posteriori, & arguitivè ratione illius, quod præsupponitur, nego minorem, & nego consequẽtiam. Itaque iuxta hanc solutionem, ex eo quod in tempore inciperet velle, non infertur physica mutatio, quæ per decretum fiat tanquã per formã immutãtem, sed quæ præsupponitur necessario facta, vel in substantia, vel in cognitione divina; quia cum prudens voluntatis mutatio fieri non possit, nisi, vel ex eo quod obiectum incipiat esse bonum, vel incipiat, vt tale cognosci, vt arguebam supra, & neutrum possit de novo cõtingere absque variatione in substantia, vel in cognitione; hinc est, quod ex variatione temporali decreti inferatur physica mutatio in Deo, nõ à priori, quæ fieri debeat per decretum, vt per formam immutantem, sed à posteriori ratione illius, quod ad mutationem prudentem decreti debet necessario supponi.

Resp. 1. ad rationem dubitandi.

25 Dices: esto sequatur arguitivè, & à posteriori physica mutatio, non sequitur immediatè: ergo solutio est nulla. Antecedẽs probatur, ex eo colligitur physica mutatio, quia prudens mutatio voluntatis cõtingere nequit nisi ob novitatem bonitatis obiecti, aut cognitionis illius: ergo ex novitate decreti immediate colligitur imprudentia, & mutatio physica solu mediatè. Respondeo, non sequi immediatè physicam mutationem absolutè, & nulla suppositione facta, stando in vi prædictæ rationis, facta tamẽ, vt debet fieri, suppositione sũmæ prudentiæ voluntatis divinæ in volendo, immediatè sequitur physica mutatio, vt superius arguebam.

Dices.

Resp.

26 Secundo consequenter ad secundam rationem, qua nostram sententiam probavimus, respondeo ad rationem dubitandi, negando minorem: quia non stat in tẽpore supperaddi de novo respectum rationis, aut terminationem liberam sub conceptu terminationis, quin supperaddatur nova entitas, & actualitas voluntati divinæ; & consequenter quin physicè mutetur. Cuius ratio est, quam tetigimus supra: quia nempè terminatio libera, aut respectus rationis incipere nequeunt de novo in tempore, nisi vel ad novitatem obiecti, vel ad novitatem entitatis actus; eumque in obiecto nequeat esse novitas; quia terminat prout in mentura æternitatis, contentum, in quo prout sic successio, aut variatio non cadit: consequens fit, quod debeat necessario esse novitas, & variatio in entitate actus, vt de novo, & in tempore resultet respectus, vel incipiat libera terminatio.

Secundo resp.

Sed oppones primo; prius in *nunc* æternitatis intelligitur cum fundamento in re voluntas divina vt indifferens ad terminationem liberam, & negationem eius, quam intelligatur libere terminata; & tamẽ pro alio posteriori rationis, libere terminata intelligitur, per additionem respectus rationis, aut terminationis liberæ sub conceptu terminationis, quin superaddatur voluntati divinæ aliquid entitatis: ergo etiam in tempore poterit superaddi vel respectus rationis, vel terminatio libera, quin supperaddatur voluntati Dei aliquid entitatis.

27 *Opponet primo.*

Secundo, peti in hac solutione principium; & consequenter esse nullum. Probatur antecedens: nam inde probamus, non posse in obiecto volitionis liberæ cadere novitatem, quia prout terminat illã, debet æternitate mẽturari; aliquod obiectũ æternitati commensurari debeat, non aliunde potest otiẽdi, nisi quia libera voluntio æternitate mensuratur, de quo nostra disputatio procedit, an videlicet actus liber incipere possit in tempore: ergo vitiosum circulum, & petitionem principij cõmittimus. Tertio, nullam posse assignari rationem, cur sicut Deus in tempore absque physica mutatione per suam immensitatem coexistit rebus in loco, non possit etiam absque physica mutatione rebus coexistere in tempore; & consequenter cur non possit obiectum de novo in tempore æternitate mensurari.

28 *Secundo.*

Tertio.

Respondetur ad primum, concessa maiori, & minori, negando consequentiam: & ratio discriminis est quod pro illo posteriori rationis intelligitur obiectum intra æternitatem constitui, vnde terminatio pro eodem posteriori intelligitur addita, non ratione additionis entitatis actus; sed ratione additionis obiecti; in tempore autem, non potest terminatio incipere ratione obiecti, vt in æternitate incipiẽtis; cum in illo prout in æternitate mensurato, nequeat dari temporanea inceptio, sicut nec successio, vt statim dicemus.

29 *Resp. ad primum.*

Sed dices, terminatio libera est causa obiecti prout mensurati quavis mensura: ergo prius intelligitur libera terminatio, quam intelligatur obiectum, adhuc

30 *Dices.*

Digitized by Google

prout æternitatem mensuratum; & consequêtèr non intelligitur superaddi rationi illius. Resp. Respondeo, terminationem liberam esse priorem prioritate *a quo*, non tamen *in quo*, sicut de cognitione, à qua procedit Verbum, & amore, à quo Spiritus Sanctus procedit, doceri solet; cum de illorum processionibus agitur, esse scilicèt priores suis terminis, prioritate originis, & *à quo*, non tamen *in quo*; cum Verbum ex notitia intuitiva sui, & Spiritus Sanctus ex sui ipsius amore procedant; ac proinde, nec cognitio, à qua procedit Verbum, nec amor, ex quo Spiritus Sanctus procedit, sine illis pro vllo priori possint intelligi: Id ipsum dicimus de volitione libera, qua causantur creaturæ, scilicèt præcedere illas prioritate *à quo*, non tamen *in quo*: vndè non sequitur posse intelligi terminationem liberam, non intellecto obiecto creato ipsam terminante.

31 Ad secundam obiectionem, nego antecedens. Ad 2. Ad cuius probationem, concessa maiori, & minori, nego consequentiam; nam etsi verum sit nos probare obiectum mensurari debere æternitate; quia volitio libera æternitate mensuratur, huius autem non petimus principium, sed rationem reddimus, desumptam ex D. Thoma *supra quæst.* 14. *art.* 15. ad secundum; quia scilicet, terminatio libera voluntatis diuinæ, non intelligitur per modum actionis transeuntis *ad extra*, sed manentis in Deo, & veluti in illo receptæ; cum autem vnumquodque ad modum recipientis recipiatur; consequens fit, quod licut entitas voluntatis diuinæ æternitate mensuratur, etiam terminatio libera æternitate mensurari debeat: ex quo clarè colligitur, etiã ipsius obiectum, prout terminat illam, æternitate mensurari debere.

32 Ad tertiam, nego antecedens: ratio au- Ad 3. tem discriminis est manifesta; quia nempè æternitas mensurat durationes creatas per modum continentis ipsas: & quia vnumquodque ad modum continentis continetur; hinc fit: quod æternitas durationes creatas indiuisibilitèr, & absque successione mensurare debeat; & consequentèr, quod si inciperet aliquid creatum ab æternitate mensurari in tempore, physica mutatio sequeretur in illa: in coexistentia autem ad res prout in loco, non sic comparatur immensitas diuina, per modum scilicèt mensuræ continentis loca, sed per modum extremi coexistentiæ: vnde absque physica mutatione in illa, potest ob mutationem rei creatæ, de novo incipere illi coexistere. De quo videantur nostri Thomistæ *supra quæst.* 14. *art.* 13 Et ea quæ diximus disputatione 41.

33 Ex dictis colligitur, cur Deus absque physica mutatione possit in tempore suscipere denominationem creatis; quamvis ista denominatio intrinseca sit, vt communiter docent Theologi, secus verò denominationem volentis; cuius ratio est: quia denominatio creantis sumitur ab actu voluntatis, vel intellectus divini, vt virtualitèr transeuntè, & connotante obiectum prout in propria mensura existens; cum autem obiectum prout sic de novo incipiat in tempore; consequens fit, quod absque novitate in entitate actus possit denominatio illa in tempore incipere; denominatio verò volentis libere non connotat obiectum prout in propria duratione, sed prout in mensura æternitatis contentum, in quo prout sic novitas esse nequit: ac proinde, nec in denominatione volentis, nisi entitas actus in se varietur. Et hæc de ista Disputatione dicta sufficiant. *Infertur ex dictis.*

*



DISPVTATIO QVINQVAGESIMA QVARTA.

An si prima causa ex necessitate naturæ operaretur, posse nostra voluntas liberé operari?

§. I.

Relatis sententijs, statuitur prima conclusio.

Nu. 1. *Notatur.*

CONSVLTO Titulum disputationis sub his terminis proposuit, Illam ad liberum actum restringens. Tùm, quia non vacat modos contingẽtiæ explanare: Tũ etiam: quia cum actus liber maximè contingens sit, vt docet D. Thomas *in* 1. *dist.* 38. *quæst.* 1. *art.* 5. quæ de actu libero dixerimus, id ipsum de effectu contingenti dictum intelligatur. Igitur in hac disputatione tres reperio sententias. Prima est negativa, quam cum suo Doctore tenent Scoti discipuli *in* 1. *distinct.* 1. *quæst.* 1. *dist.* 4. *quæst.* 4. *dist.* 38. *ad* 1. *& in* 2. *dist.* 1. *quæst.* 3. Ita libertati divinæ esse primam radicem libertatis creatæ ad scribentes, vt libertatem voluntatis divinæ sublata, & Deo ex necessitate naturæ operante, nec contingentia, nec libertas in causis secundis maneret.

Primá sẽtentia. Scotę

2 *Secunda.*

Secunda per extremum opposita, est affirmativa, ita libertatem creatam ad efficaciam voluntatis divinæ reducens, vt illa manente, quamvis Deus nõ libere, sed ex necessitate naturæ in causas secundas, & illarum effectus influeret, adhuc posset in illis contingentia, & libertas manere. Ita Antiquiores Thomistæ, Capreolus *in* 1 *dist.* 38. Ferrara 1. *Contra Gentes, cap.* 67. *circa quintam rationem.* Caietanus circa istum articulum, *& supra quæst.* 14. *art.* 13. *Illust. Episc.* GODOY *in* 1. *p.* Tom. 2. Bañez *in præsenti.* Zumel *supra quæst.* 14. *artic.* 13. *disp.* 4. Alvarez *lib.* 3. *de Auxilijs, disp.* 26. Nazarius in præsenti *controuersia* 2. Marcus de la Serra circa istum articulum, & Illustrissimus Araujo *lib.* 6. *Metaphysicæ, quæst.* 3. *art.* 3. suppositio solum, quod Deus in mundi prima productione libere segelisset. Eandem ex alienis tuentur Vazquex *disp.* 100. *cap.* 3. & Arrubal *disp.* 62. *cap.* 3.

Capreol. Ferrara. Caiet. *Bañez. Zumel. Aluarez. Nazar. Serra. Araujo.* *Vazq. Arrubal.*

3 *Tertio.*

Tertia sententia vtramque præcedentem ad concordiam reducens, præmittit, præfatam hypotesim posse tripliciter fieri: primo supponendo solum vnum impossibile, nempè, Deum agere ex necessitate naturæ. Secundo, supponendo, Deum agere ex necessitate naturæ, & nihil omnibus liberum arbitrium creatum manere. Tertio, supponendo, Deum ex necessitate naturæ operari, & arbitrium creatũ manere, & insuper, Deum eundem illi præstare concursum, quem exhibet modo. Hoc ita præmisso, defendit hæc sententia, si fiat supppositio primo, & secundo modo, veram esse Scoti sententiam; si verò tertio modo fiat suppositio, esse veram Caietani sententiam. Ita Suarez 1. *tom. Metaph. disp.* 19. *sect.* 3. Machin, & Fasolis circa illum articulum: ex quibus secundam sententiam, quam veriorem reputo, tribus conclusionibus explico.

Prima conclusio sit: *Si Deus operaretur ex necessitate naturæ, & præstaret eundẽ concursum, quẽ modo exhibet arbitrio creato, saluaretur in illo libertas creata.* In hac no-

4 *Prima clusio.*

nobis consentiunt Suarez, & Recentiores ipsum sequuti. Et suadetur sic primo: effectus procedens à duplici causa, altera necessario operante, & altera indifferenti, & contingenti, est liber, & contingens respectu istius, etsi respectu alterius necessarius sit; at in casu posito, etsi prima causa ageret necessario, secunda esset indifferens, & vt talis per cõcursum divinum ad agendum aplicata, & completa: ergo actus ab ea egrediens esset liber respectu illius. Discursus tenet. Minor videtur certa: supponimus namque, Deum præstare eundem concursum voluntati creatæ, quem exhibet modo; at concursus, quem modo illi præstat, applicat & complet ad operandum voluntatem creatam vt indifferentem: ergo & ille, quem tunc exhiberet, eam vt indifferentem compleret.

Prob. 1.

5 *Maior probat Suarez triplici exemplo.*

Maiorem verò probat Suarez triplici exemplo; cognitio namque in sententia probabili effectivè ad actum voluntatis concurrens, ex necessitate naturæ concurrit, & similitèr habitus voluntatem adiuvans, necessario operatur, quo non obstante, actus euadit liber ob libertatẽ alterius principij, nempè voluntatis: Deus etiam cum causis naturalibus libere operatur, vndè actio est naturalis, prout à proximo agẽte, libera verò prout cõparata ad Deũ.

6 *Exempla nõ vrgẽt.*

Hæc tamen exempla parum possunt vrgere: nam primum, & secundũ falsum assumunt; quia etsi habitus, & cognitio non sint agentia libera vt *quod*, sunt tamẽ principiat vt *quo* libera, vt alibi à Thomistis docetur: vndè falsum est, quod assumit Suarez, nẽpè actum voluntatis, prout ab illis, egredi naturalitèr. Ad tertiũ facile respõdere possunt Authores contrarij, Deũ posse impedire effectus naturalium agentiũ: vndè etsi ipsa naturalitèr agant, Deus libere ad effectus illorum concurrit: causæ verò creatæ, sicut modò nõ possunt efficacem Dei voluntatẽ impedire, ita nec possunt in casu supposito; cum in illo non esset minoris efficaciæ voluntas divina: ac proinde dispar est ratio.

7 *Maior discursus nostri probatur.*

Quare aliter est confirmanda maior nostri discursus; & in primis Authoritate Doctoris Angelici, qui illam expressè tradidit *quæst. 2. de veritate, art. 4. ad 5.* Deinde ratione, quam facit ibidem: quando duo ad esse alicuius effectus sũt necessaria, quolibet deficiente, vel potente deficere, effectus deficit, vel deficere potest; at qui ad actum voluntatis creatæ necessario exiguntur, & cõcursus ipsius volũtatis, & cõcursus divinus, & cõcursus volũtatis creatæ posset deficere: ergo quãvis divinus cõcursus esset necessarius, actus tamẽ posset deficere; & consequentèr foret liber, & contingens.

Dices, in casu posito non posse deficere concursum voluntatis creatæ; quia cui motio, qua tunc moveretur à causa prima, non minus infalibilitèr cum illius concursu connecteretur, quam modo cõnectitur, & aliàs talis motio necessario manaret à Deo, vtpotè agente ex necessitate naturæ; consequens fieret, quod concursus à voluntate tunc exhibendus, necessarius esset, & consequentèr non posset deficere.

8 *Dices.*

Sed contra, talis motio, vt supponimus esset eiusdem rationis cum illa, quam de facto confert voluntas divina voluntati creatæ, vt libere agat: ergo præstaret illi cũdem effectum formalem, quem exhibet modo. Tenet consequentia; quia invariata forma quoad prædicata intrinseca, non potest illius effectus formalis variari, quatuncumque effectiva principia diversificẽtur in modo agendi; sicuti ab eadem albedine, & ab eadem anima rationali idẽ formalis effectus præstatur, & si agens tales formas producens in modo agẽdi diversificetur: tùm vlterius procedo, sed formalis effectus, quẽ modo præstat efficax præmotio, est, applicare voluntatem creatam ad libere operandum cum infalibilita futuritionis actus, quoad substantiam, & modum libertatis, & relinquendo potentiam ad carentiam actus, & ponendum contrarium: ergo in casu posito talis præmotio eundem effectum formalem præstaret: & consequentèr relinqueret in voluntate per ipsam præmota potentiam ad non præstandum concursum, quem præstat de facto, & ad præstandum concursum contrarium, & si de facto infalibilitèr esset ipsum exhibitura.

Contrà.

9 *Secundo probatur conclusio.*

Secundo principalitèr suadetur conclusio; ratio ob quam modo cum efficacia voluntatis divinæ componitur libertas actualis volũtatis creatæ, est, quia tum efficacia iũgitur suavitas, qua se attemperat modo, quem agentia libera exposcunt; at etiã in casu prædicto esset cũ efficacia ad iuncta suavitas, qua se attemperaret cum illa: ergo libere ageret. Maior est communis Doctrina Thomistarum, quam etiam Scotistæ tenentur admittere, qui non conciliant libertatem arbitrij cum efficacia gratiæ per recursum ad scientiam mediã. Minor verò probatur, nam exhiberet eundem concursum tam prævium, & simultaneum, quem exhibet modo, & sola esset diversitas in modo conferendi ipsum, & in actu interno voluntatis divinæ, qui necessarius esset, modo verò est liber: ergo se attemperaret, & eadem suavitate procederet.

Et vrgetur hoc amplius: nam in tali

10

ca-

Digitized by Google

Confirmatur. casu idem vellet necessario voluntas divina, quod modo vult libere; at modo vult libere, & efficaciter actum voluntatis creatæ fieri, & libere fieri: quo pacto à Thomistis cum Doctore Angelico creata libertas ad efficaciam voluntatis divinæ reducitur: ergo tunc necessario velle voluntas divina actum voluntatis nostræ fieri, & libere fieri, & consequenter esset infallibile ratione efficaciæ divinæ, actum voluntatis nostræ esse libere exequendum.

11 *Tertio probatur conclusio.* Tertio probatur conclusio: implicat voluntarem creatam medio indifferenti iudicio operari necessario; at in casu nostræ disputationis, Deus cum illa concurret medio iudicio indifferenti: ergo libere moveretur. Discursus tenet, minor supponitur; aliàs non esset idem concursus; ac modo exhibetur à Deo. Maior autem est communis Thomistarum Doctrina intractatu de auxilijs, & suadetur primo à paritate; voluntas namque regulata iudicio necessario non potest libere operari: ergo regulata iudicio indifferenti, non potest necessario operari.

12 Secundo quia actus voluntatis essentialiter pendet a iudicio rationis: ergo actus necessarius à iudicio necessario, & actus liber, à iudicio libero essentialiter pendent. Tertio; quia implicat, poni actum voluntatis, nisi illius adsit obiectum; sed obiectū actus necessarij est bonum cognitum iudicio necessario: ergo implicat ferri in ipsum cognitum iudicio indifferenti. Denique illa minor suadetur: voluntas vt libera reduplicativè non potest elicere actum necessarium: ergo obiectum vt obiectivè liberum, regulare non poterit ipsum; at obiectum iudicio indifferēti propositum, est obiectivè liberum: ergo regulare nequit provt sic actum necessarium.

§. II.

Contraria sententia cum suis fundamentis proponitur.

13 *Arg. 1.* COntrarium huius conclusionis tenent Scotistæ loco supra allegato, tenuit etiam Sapientissimus ille Magister bis in nostra Vniversitate Primarius Frater Petrus de Herrera Episcopus Tuycensis in manuscriptis ad istum articulum. Contra illam arguitur primo, argumento quo convincitur Scotus: causa, quæ se movet vt mota, si necessario movetur, necessario se movet; at voluntas creata, se movet vt mota, & applicata à Deo, & in casu posito necessario moveretur ab ipso: ergo necessario se ipsam moveret, & consequēter libere non ageret. Et vrgetur hoc amplius: nam quia modo præmotio divina est necessaria necessitate suppositionis, & aliàs infallibiliter connexa cum actu, infert in illo necessitatem ex suppositione; at tunc præmotio esset æque infallibiliter cum actu connexa, & aliàs foret necessaria simpliciter; cum Deus illam necessario exhiberet: ergo inferret in actu necessitatem absolutam, & simpliciter talem, cum qua stare non potest libertas.

Confirm.

14 *Suarez respondet.* Huic argumento respondet Suarez loco *vbi supra num. 19.* falsam esse minorē quam Scotus assumit, si velit, quod in tali casu motio divina esset absolutè, & simpliciter necessario ponenda; quia cum talis motio à voluntate creata penderet; & aliàs ipsa non influeret necessario: consequens fieret, quod talis motio non esset necessario extitura absolutè, sed solum esset necessaria provt ex parte Dei agentis naturaliter: ex quo inferre non licet, voluntatem tunc necessario forè movendam, necessitate libertati oppositā.

15 *Contrag.* Cęterum hæc solutio, etsi in principijs istius Auctoris sustineri possit, qui denegat concursum divinum prævium in causam, & solum agnoscit simultaneum, vel ad summū prævium non efficacem ex natura sua, sed efficacia ex præscientia; in nostris tamen sustineri non valet, & reijcitur breviter hac vnica efficaci tamen ratione: Deus de facto movet voluntatem creatam motione efficaci prævia in ipsa recepta, & dependenti solum à Deo, voluntate passivè se habente respectu illius: ergo etiam motio, qua Deus tunc illam moveret, esset efficax, & ab ipso solum dependens; cumque ex necessitate naturæ exhiberet prædictam motionem: consequens fieret, quod esset necessario extitura necessitate absoluta, & simpliciter. Illatio, & sub illatio sunt manifestæ. Antecedens autem modo non probandum, sed supponendum ex his, quæ a Thomistis in Tractatu de auxilijs docentur.

16 *Resp. ad argumentum.* In nostris ergo principijs, in quibus absque dubio vrget Scoti argumentum respondeo ad illud, distinguendo maiorem: si movetur necessario motione necessaria vt *quod*, & vt *quo*, concedo maiorem: si movetur necessario motione vt *quo* libera inferente efficaciter, nedum substantiam actus, sed etiam modum libertatis ipsius, nego maiorem: & distinguo minorem eodem modo, & nego consequentiam. Itaque sicut de facto præmotio ab intrinseco efficax libertatem non tollit, sed potius stabilit, & firmat, quia est libera vt *quo*, & efficax non solum ad substantiam actus; sed etiam ad modum libertatis illius: ita in casu nostræ disputationis, talis præ-

præmotio libertatem non lædetet eadem de causa, solumque esset discrimen, quod tunc talis præmotio, ex necessitate naturæ conferretur à Deo: vnde necessitatus esset ad prȩmovendam voluntatem nostram, vt libere vellet, modo tamen libere confertur ab ipso. Per quod ad confirmationem constat solutio, distinguendo minorẽ: foret necessaria simpliciter vt *quod* tantum, concedo minorem: vt *quo*, & vt *quod*, nego minorem, & nego consequentiam: quia cum foret libera vt *quo*, applicaret voluntatem ad operandum libere.

Ad cõfir.

17 *Dices,* Sed dices, in tali casu præmotio illa necessario conferretur à Deo: ergo voluntas necessario, etiam illam; & consequenter illius formalem effectum reciperet; at formalis eius effectus, est voluntatem esse ad operandum applicatam, & motam: ergo voluntas necessario moveretur à Deo, & consequenter non posset voluntas se libere movere per actum.

Resp. Respondeo, concesso antecedenti, & prima consequentia, distinguendo minorẽ: ad operandum libere, concedo minorem: ad operandum necessario, nego minorem, & distinguo consequens: necessario moveretur à Deo ad operandum libere, concedo consequentiam: ad operandum necessario, nego consequentiam: ex quo secunda consequentia non sequitur: nam sicuti modo voluntas merè passivè se habet ad hoc, quod est moveri, & applicari per physicam prȩmotionem; ad moveri verò per actum secundum elicitivè, & libere comparatur; ita in casu posito ad effectum formalem motionis, & applicationis à Deo venientis, necessario, & passivè se haberet, ad hoc verò, quod est esse motam per actum secundum quem elicit, vitaliter, & libere procederet.

18 *Instabis.* Instabis, etiam per actum elicitum se moveret voluntas vt mota à Deo necessario mouente: ergo se moveret necessario per illum. Consequentia videtur bona. Antecedens autem probatur: nam ad illum actum concurreret Deus prȩuio, & simultaneo concursu, ergo etiam ad illius effectum formalem, nempè voluntatem esse motam per illum. *Resp.* Respondeo, concesso antecedẽti, distinguẽdo consequens: se moveret necessario per illam, necessitate infallibilitatis, concedo consequentiã: necessitate per modum naturæ, nego consequentiam: itaque talis actus consideratus tunc prout a Deo, esset necessarius necessitate per modum naturæ, prout verò à voluntate nostra, esset necessarius necessitate infallibilitatis, hoc est, taliter esset quod voluntas infallibiliter ipsum erat elicitura, non tamen esset necessarius necessitate per modum naturæ, quia voluntas ipsum talitèr eliceret, quod posset non eliceret.

Verum contra hæc omnia militat secundum argumentum, quo illustrissimus Herrera convincitur; si talis actus prout à voluntate esset liber, & necessarius prout procedit à Deo, necessario existeret prout à Deo, & prout à voluntate posset non esse; at hoc implicat: ergo implicat etiam nostra solutio. Maior est certa. Minor autem probatur: si posset non esse prout à voluntate creatâ, & prout à Deo necessario existeret, posset voluntas nostra impedire effectum efficaciter intentũ à voluntate Dei; at hoc est impossibile, & contra dignitatem, perfectionem, & efficaciam causæ primæ, vt docet D. Tho. in præsenti articulo, & de se est manifestũ: ergo, & quod necessario manet à Deo, & libere à voluntate creata ad esendum, & non esendum. Patet sequela, posset ponere negationem actus, quam efficaciter intendit voluntas divina: ergo effectum efficaciter intentũ ab ipsa posset impedire.

19 *Arg. ad*

Respondeo, concessa maiori, negando minorem. Ad cuius probationem, nego sequelam: ad illius probationem, distinguo antecedens, posset ponere talem negationem in sensu composito, nego antecedens, in sensu diviso, concedo antecedens; & nego consequentiam: quia posse impedire, sicut posse frustrare, dicit sensum compositum: itaque non posset voluntas ponere negationem actus in sensu composito, ideſt, componendo illam cum concursu divino prævio, & simultaneo: posset tamen in sensu diviso, ideſt, posset ponere talem negationẽ secundum se expectatam, & non inspectam vt cum illis concursibus coniungendam: ex quo modo potentiæ non sequitur posse impedire: quia posse impedire dicit posse cõiungere negationem actus cum concursibus Dei prȩuio, & simultaneo; sicut modo similis consequentia non tenet; *voluntas efficaciter præmota ad amandum, potest non amare: ergo potest, & efficacem Dei gratiam frustrare*: quia antecedens sonat sensum divisum, consequens verò sensum compositũ.

20 *Resp.*

21 *Dices,* Dices; qui potest ponere vnum extremum, altero necessario existente, potest illa duo extrema coniungere; at voluntas vt tunc præmota, posset ponere negationem actus, & præmotio necessario existeret, imò, & actus idẽ prout venit à Deo: ergo posset coniungere negationem actus cum præmotione Dei, imò, & cum actu prout venit à Deo.

Resp. Respondeo, distinguendo maiorem: qui potest vnum extremum potentia con-

se-

Digitized by Google

sequenti, & vndique expedita, concedo maiorem: potentia antecedenti, & non expedita, nego maiorem: & distinguo minorem eodem modo, & nego consequentiã. Cuius ratio est: quia potentia consequẽs, & vndique expedita, tẽdit ad tale extremũ, v. c. ad negationem actus amoris cum omnibus circunstantijs, cum quibus de facto est ponendum; & quia præmotione suppositâ, vna ex circunstantijs, seu accidentibus negationis actus amandi, est cõiunctio cum præmotione; consequens fit, quod qui potest ad negationem potentia consequenti, & vndique expedita, posset etiam ad coniunctionem; potentia verò antecedens, est non vndiquaque expedita, nec vltimatè completa; cum non sit perfectè, & complete practica, & ideò non respicit suum terminum, v. c. negationem illam, v. subest omnibus accidentibus, sed secundum se, & id circo ex eo quod voluntas præmota efficacitèr præmotione necessario existente, posset ad negationem actus non sequitur, posse talem negationem ponere, vt cum præmotione iungendam.

22 *Instabis 1.* Sed instabis primo: quando impedimentum ad extremum aliquod est necessariũ, & ab intrinseco in auferibile, tollit potẽtiam, nedum consequentem; & in sensu composito, verum etiam antecedentem, & in sensu diviso; at in tali casu præmotio impediens negationem actus, esset necessaria, & ab intrinseco inauferibilis: ergo non relinqueret in voluntate nostra potentiam adhuc antecedentem, & in sensu diviso ad talem negationem. Minor cum consequentia tenet. Maior autem ab exemplo monstratur: siquis namque necessario esset carceri addictus, ita vt incarceratio necessaria foret, & ab intrinseco inauferibilis non manerer in illo; adhuc antecedens potentia ad eundum in Ecclesiam: ergo impedimentum necessarium, & in auferibile potentiam antecedentem evertit.

23 *Secundo.* Secundo, impotens ad effectum per accidens, est etiam impotens ad effectum per se; at in tali casu, vt fatemur voluntas esset impotens ad coniunctionem negationis cum præmotione, quæ coniunctio esset effectus saltim per accidens subsequens negationem: ergo etiam esset impotens ad effectum per se, nempè ad negationem secundum se inspectam. *Confirm.* Et confirmatur hoc ipsum: quia ad minus impotentia ad effectum per se alteri adiunctum, infert impotentiam ad illum, cui est per se coniunctus; at in tali casu coniunctio negationis cum præmotione Dei, esset per se cum ipsa negatione coniũcta; cum præmotio necessario existeret: ergo si esset impotens voluntas nostra ad talem coniunctionem; esset etiam impotens ad negationem.

24 *Tertiò* Tertio, ideò non posset ponere negationem actus in sensu composito; quia non posset talem negationem cum divina præmotione coniungere; atqui etiam non posset talem negationem à Dei præmotione divide re: ergo esset impotens in sensu diviso. Probatur minor, qui potest ponere vnum extremum, & non potest aliud auferre, non potest vnum ab alio dividere; at in casu posito posset voluntas nostra ponere negationem actus, & præmotionem auferre non posset: ergo non posset negationem actus à divina præmotione dividere.

25 *Resp. ad 1. instantiam.* Ad primam obiectionem respondeo claritatis gratia, distinguendo maiorem: quando impedimentum est necessarium, & non se accommodans modo agendi libero, concedo maiorem: quando se accommodat modo libero agendi, & libertatem involuit, & infert, nego maiorem, & distinguo minorem esset in tali casu necessario præmotio impediens, & se accõmodans modo libero agendi, libertatem involuens, & inferens, concedo minorem: non se accommodans, nego minorem, & nego consequentiam; itaque non sufficit impedimentum esse necessarium, vt auferat potentiam in sensu diviso, sed insuper requiritur, quod sit talis naturæ, quod non se accommodet cum principio libero, nec involuat, & inferat libertatem in actu ad quem datur, & cuius oppositum impedit; nam si quamvis necessarium sit quoad existere, si tamen cum principio libero se accommodet, & libertatem inferat, & causet in actu, ad quem datur, etsi inferat necessario necessitate infallibilitatis actum ad quem datur; quia tamen infert etiam, & causat modum libertatis illius, etsi auferat potentiam ad negationem actus in sensu composito, quæ ad libertatem necessaria non est; non tamen aufert potentiam ad talem negationem antecedentem in sensu diviso, sine qua potentia non subsistit libertas, quam involuit, & inferet. Quia ergo præmotio, quæ in nostro casu necessaria esset, & negationem actus impediret, se accomodaret cum principio libero, & libertatem actus causaret, & inferret, vt ex dictis constat: consequens fit, quod non tolleret potentiam antecedentem, & in sensu diviso ad negationem actus, sine quâ nõ subsistit libertas in actu; benè tamen auferret potentiam consequentem, & in sensu composito, quæ ad libertatem actus necessaria non est. Ex quibus constat, exemplum adductum ad rem

non

§. III.

In prædicta hypotesi mansurum liberum arbitrium creatum probatur.

31 *Secunda conclusio.*

SEcunda conclusio: *Si Deus operaretur ad extra de necessitate naturæ, adhuc esset liberum arbitrium creatum.* Ita Nostet Nazarius *conclusione* 3. & Arrubal *vbi supra conclusione* 2. Et probatur: si Deus ageret de necessitate naturæ, produceret necessario eosdem effectus, quos modo libere producit; sed modo producit libere liberum arbitrium creatum: ergo tunc illud necessario produceret. Minor cum consequentia tenet. Maior autem probatur: contineret eosdem effectus possibiles, quos continet modo: ergo illos necessario produceret. Patet consequentia: quia causa naturaliter operans, necessario operatur totum, quod potest.

32 *Resp. Suarez.*

Respondet Suarez, in tali casu non mansuram libertatem creatam intra statum possibilitatis, sed reddituram forè implicantem omninò: vnde non contineretur in omnipotentia divina, & rationem reddit; quia cum libertas creata sit participata à libertate Dei, illa semota, vt in casu supponitur, per locum à priori auferretur possibilitas arbitrij creati.

Contra.

Sed contra: esto tunc Deus non maneret liber formaliter, maneret tamen liber eminenter; sicut de facto, & si non sit equus formaliter, est tamen eminenter equus; at hoc sufficit, vt libertas creata maneret possibilis, & participare potens libertatem eminentèr existentem in Deo, vt in exemplo adducto concipitur: ergo nō redderetur implicans arbitrium creatum, nec eius libertas.

33 *Resp. cū eodem authore.*

Respondebis cum eodem Authore, libertatem esse perfectionem simpliciter simplicem, nullam in tuo conceptu dicentem imperfectionem; perfectio autē simpliciter, eo ipso quod formaliter non existat in Deo, nequit in ipso eminentèr manere: secus autem in exemplo equi adducto, & in alijs contingit, quæ quia nō sunt perfectiones simpliciter simplices, possunt esse, & de facto sunt eminenter in Deo; cum illis repugnet esse in ipso formaliter.

34 *Contra.*

Sed contra: nam eo modo quo casus supponitur, libertas non esset perfectio simpliciter simplex: ergo in tali suppositione posset Deus manere liber eminenter, & si non esset liber formaliter. Consequentia ex contrarij Authoris doctrina, & omnibus conspicua, manifestè colligitur. Antecedens autem probatur duplici-

Antecedens probatur. 1.

ter: tùm quia supponitur manere Deum; cum supponatur, ipsum naturaliter operari; operatio autem ad esse sequatur: ergo supponitur vt summè perfectus existens; implicat enim ex primario conceptu terminorum, Deum esse, & summè perfectum non esse; atque ex consequenti formaliter constituimus in illo omnem perfectionem simpliciter simplicem, in quo consistit ratio summè perfecti; at supponitur non continens libertatem formaliter: ergo eo modo quo casus supponitur, libertas non esset perfectio simpliciter simplex. Patet consequentia euidenter: nam supponitur Deus continens omnem perfectionem simpliciter simplicem continentia formali, & supponitur non liber formaliter: ergo supponitur libertatem non esse perfectionem simpliciter simplicem.

35 *Secundo.*

Secundo primum antecedens probatur: esse perfectionem simpliciter simplicem, soli competit libertati abstrahenti à creata, & increata: libertas namque creata vt talis, perfectio est imperfectioni admixta; atqui eo modo, quo casus ponitur, non manet libertas sub illo conceptu abstrahenti; cum supponatur enti increato libertatem non convenire, & consequentèr libertatem increatam esse impossibilem: ergo eo modo quo supponitur casus, non esset libertas perfectio simpliciter simplex: & consequentèr ex eo quod non esset in Deo formaliter, male colligitur, non mansuram eminenter in ipso.

36 *Arguit 1. Suar.*

Et ex his solutum manet primum argumentum Suarij: arguit enim primo in hunc modum: si in Deo non est libertas, non est vnde illam participare possit creatura; at in tali casu non maneret libertas in Deo: ergo nec in creatura posset manere.

Respond.

Respondeo ex dictis, distinguendo maiorem: si nec sit libertas in Deo formaliter, nec eminenter, concedo maiorem: si sit eminenter, esto non formaliter, nego maiorem, & distinguo minorem eodem modo, & nego consequentiam.

37 *Instabis.*

Sed instat, si in Deo non esset sapientia formaliter, nec in creaturis posset sapientia manere: ergo pariter, ex eo quod non esset formaliter libertas in Deo, à priori colligitur non posse manere in creaturis. Antecedens supponit, & consequentiam probat: nam id circò primum colligitur: quia sapientia est perfectio simpliciter simplex, quæ eo ipso, quod non sit formaliter in Deo, nequit eminenter in ipso inveniri; at hæc ratio pari efficacia in libertate militat; cum etiam sit perfectio simpliciter simplex; ergo etiam in liber-

tate

tate similis consequentia tenet.

38 *Respond.* Respondeo, distinguendo antecedens si supponatur, manere Deum, & non esse sapientem formaliter, nego antecedens: si non supponatur manere Deum, concedo antecedens, & distinguo consequens eodem modo: itaque sicuti ista consequentia est bona; *non est sapientia formaliter in Deo: ergo non est sapientia in creatura*: ita benè valet; *non est libertas formaliter in Deo: ergo nec in creatura est libertas*: & sicut hæc non valet: *si Deus maneret, & non esset liber formaliter, non esset libertas creata*: ita nec ista: *si Deus maneret, & non esset formaliter sapiens, non esset in creaturis sapientia*: quia cum supponatur, manere Deum; & consequenter summè perfectum esse, & omnem perfectionem simpliciter simplicem continentem, absque eo quod sit formaliter sapiens, fit consequenter, quod supponatur sapientiam non esse perfectionem simpliciter simplicem; ac proinde posse in Deo cõtineri eminẽter, quin inveniatur in illo formaliter, vt de libertate arguebamus.

39 *Secundo arguit Suarez:* Secundo sic arguit: si aliqua creatura est capax libertatis, maximè creatura intellectualis; sed si in Deo non est libertas, nec in creatura intellectuali esse potest: ergo in hypotesi, quod Deus ad extra operans necessario confingitur, impossibile apparet manere arbitrium, & libertatem creatam. Probat minorem, Deum est intellectualis per essentiam, creatura verò per participationem: ergo quidquid perfectionis imaginari potest, vndè oriatur libertas, perfectissimo modo invenitur in Deo, & cõsequẽter si in ipso libertas nõ manet, nec in creatura intellectuali poterit inveniri.

40 *Respond.* Respondeo, hoc argumentum probare, quod de facto non inveniretur in creaturis libertas si formaliter non competeret Deo; quia si Deus non esset liber, non maneret Deus, non autem probare in hypotesi impossibili, quod Deus maneret, & nõ esset formaliter liber; quia cum in tali hypotesi, libertas non esset perfectio simpliciter, sed perfectio imperfectioni admixta, repugnaret Deo ob summam perfectionem divinam: vnde in tali casu radix libertatis non esset perfectio intellectualis naturæ prout sic sed perfectio talis, nempè intellectualitatis creatæ, quæ est perfectio, cum imperfectione involuta.

§. IV.

De identitate concursus divini.

41 *Tertia cõclusio.* TErtia conclusio: *Si Deus ageret de necessitate naturæ, & liberum arbitrium maneret, præberet illi eundem concursum prævium, & simultaneum, quem exhibet modo.* Ita Nazarius ad mentem Caietani. Et ostenditur primo ratione pro conclusione præcedenti facta: si namque Deus ageret de necessitate naturæ, necessario produceret eosdem effectus, quos modo libere ad extra producit; at de facto libere causat in voluntate nostra prævium motionem, qua illam efficacitèr applicat, vt libere velit, & simultanee ad actum volitionis cũ illa concurrit: ergo in tali casu eosdẽ etiã cõcursus necessario exhiberet. *Suadetur primo.*

42 *Secundo.* Secundo suadetur, Deus namque in hypotesi facta idem vellet necessario, quod modo vult libere; at de facto vult libere, voluntatem creatam operari, & libere operari: quo circa illi exhibet prævium, & simultaneum concursum, quibus libere velit: ergo tunc etiam vellet necessario voluntatem creatam operari, & libere operari, & consequenter vellet necessario præstare concursum simultaneum, & prævium accommodatos liberæ volitioni. *Responderi*; Responderi potest, in tali casu non mansuros possibiles concursus simultaneum, & prævium eiusdem rationis cũ illis, qui de facto exhibentur, vt conclusione præcedenti vidimus respondere Suarez.

43 *Contra.* Sed præterquamquod hæc solutio ex ibidem dictis manet sufficienter explota. Contra illam obijcio sic primo: adhuc in illa hypotesi maneret possibilis actus liber voluntatis creatæ: ergo etiam possibiles; & consequenter à Deo volibiles essent concursus simultaneus, & prævius, quibus voluntas liber vellet. Consequentia est evidens nam actus voluntatis essentialitèr perdet ab illis concursibus: ergo non potest manere possibilis, imò nec prout talis intelligi absque illorum possibilitate. Antecedens autem probatur; nam modo supponimus, Deum operari ex necessitate naturæ, & manere liberum arbitrium creatum, & in hac hypotesi negat Suarez fore, vt libere operaretur; at implicat intelligi liberum arbitrium manere, & non esse possibilem actum liberum: ergo actus liber maneret possibilis. Probo minorem: implicat intelligi, liberum arbitrium manere, & non manere potens ad operandum libere; cum in hac potentia illius primarius conceptus consistat; sed implicat intelligi liberum arbitrium potẽs ad operandum liberè, quin libera operatio sit, & intelligatur possibilis: ergo de primo ad vltimum: implicat manere liberum arbitrium creatũ, & non manere possibilem liberam operationẽ.

44 *Secundo.* Secundo, eo ipso quod liberum arbitrium maneret, peteret aliquando applicari ad libere operandum: ergo Deus aliquando cum illo ad liberè operandum

con-

Digitized by Google

concurreret per simultaneum, & prævium concursum. Antecedens est certum: nam cuilibet potentiæ connaturale est petere aliquando ad suum actum reduci. Consequentia verò probatur; quia Deo in nulla suppositione potest esse connaturale euertere, & destruere rerum naturas; cum in quavis suppositione sit primus fons essendi, & prima bonitatis origo ad se communicandum proclivis: ergo etiam si operarerur ad extra ex necessitate naturæ, aliquando præberet arbitrio creato simultaneum concursum, & prævium, quibus ad libere opperandum illud applicaret, & consequentèr prædicti concursus manerent possibiles; & à Deo volibiles. Patet consequentia; quia si operaretur de necessitate naturæ, operari deberet iuxta suæ naturæ inclinationem; at divina natura non inclinaret ad movendum arbitrium creatum, vt vellet necessàrio, aliàs inclinaret ad eius destructionem: ergo inclinaret ad illud applicandum, vt aliquando libere vellet, & consequentèr sic de facto applicaret, etsi naturaliter ageret.

§. Vltimus.
Obiectionis in contrarium occurritur.

45 *Arguit 1. Suarez contra istam conclusionē.* COntra istam conclusionem arguit Suarez; Deus ratione suæ infinitæ potentiæ necessitatem inferre potest voluntati creatæ, & posset etiam in hypotesi facta; cum non supponatur in illa minoris efficaciæ, & potentiæ, sed solum minoris indifferentiæ; at in casu posito, illam, quanta efficacia posset, moveret: ergo illam necessitaret; & consequentèr non præberet illi cōcursum eiusdem rationis, ac exhibet modo. Maior cum consequentia tenet. Minor autem probetur: quia agens naturale agit in quantum potest; at in tali casu ageret naturaliter: ergo ageret totum quod posset, & tota efficacia, qua posset; & consequentèr tota efficacia sibi possibili voluntatem creatam moveret:

46 *Respond.* Respondeo, distinguendo maiorem: movendo medio iudicio indifferenti, nego maiorem: medio iudicio necessario, concedo maiorem, & distinguo minorē: moveret illud tota efficacia, qua posset, medio iudicio indifferenti, concedo minorem; tota, qua posset, medio iudicio necessario, nego minorem, & nego consequentiam: itaque potest de facto Deus, & tunc etiam posset necessitate voluntatem creatam ad aliquem actum, proponendo obiectum absque indifferentia; si verò obiectum iudicio indifferenti proponatur; nō potest illam necessitare: aliàs illi violentiam inferret, quod est impossibile, vt docetur communiter. 2. *quæst.* 6. voluntas autem in tali casu peteret aliquando ad obiectum medio indifferenti iudicio propositum ferri, & consequentèr Deus, etsi naturaliter ageret, ad tale obiectum applicaret, & tunc operaretur, quantum posset, non absolutè, sed mediante tali iudicio, & quia illo mediante nō posset voluntatē necessitare: cōsequēs fit, quod illà nō necessitaret, sed applicaret ad libere operandum.

47 *Cōtra istā surgit Suarez.* Contra istam solutionem acriter Suarez invehitur, asserens præbere maximam occasionem errandi in hac parte, quod virò aliàs docto, & modesto indignum putaverim: quia illa rectè perpensa tota argumentorum machina, qua gratiam ab intrinseco efficacem Authores scientiæ mediæ conantur expungere, penitus evanescit. In illam opponit sic primo: voluntas regulata iudicio indifferenti, solum habet facultatem liberam in actu primo; at potest contingere, vt habens facultatem in actu primo liberam exercitio libertatis privetur, non solum non agendo, sed etiam agendo per actum necessarium: ergo voluntas regulata iudicio indifferenti, potest necessitari in actu secundo. Maior est certa: iudicium nanque regulans, & proponens obiectum, relinquit voluntatem in actu primo.

48 *Minor probatur primo.* Minor autem suadetur. Tùm, quia etsi facultas in actu primo libera, necessaria sit ad actum liberum in actu secundo, non tamē sufficit, sed vlterius requiritur aliud comprincipium, nempè concursus diuinus, in nostra sententia prævius, & simultaneus; in sententia aliorum, solum simultaneus: ergo sicut ex defectu talis comprincipij, potest facultas, aliàs libera, non operari: ita etiam poterit per talem concursum ad actum necessarium applicari, & si maneret cum facultate in actu primo libera.

49 *Secundo.* Tùm etiam; quia Deus potest aliquando voluntatem necessitate ad actum aliquem, & tunc non destrueret facultatem, quam habet agendi in actu primo liberā: ergo habens facultatem in actu primo liberam necessitari potest in actu secundo.

Tertio. Denique; quia exercitium libertatis in actu secundo consistit in hoc, quod est agere cum potentia expedita ad non agendum, vel agendum contrarium, at contingere potest, vt habens facultatem in actu primo libetam, applicetur à potentiori agente ad actum secundum taliter, vt respectu talis actionis, seu modi agendi, non habeat expeditam potentiam ad agendum contrarium: ergo retinens facultatem in actu primo liberam, necessitari potest in actu secundo.

Oppo-

Digitized by Google

50 *Insurgit secundo.* Opponit secundo, voluntas non solum potest ab obiecto necessitari, sed etiam potest necessitari à Deo ob suam infinitam virtutem; at si non posset erga obiectum indifferenti iudicio propositum tendere necessario, solum ab obiecto necessitari posset: ergo potest necessario ferri, etiam in obiectum medio iudicio indifferenti propositum.

Tertio. Tertio, quia aliàs numquam posset voluntas extrahi à suo connaturali modo operandi ab omnipotentia divina; consequens est falsum: ergo idem quod prius. Probat sequelam, quia in nostra sententia solum potest necessitari circa obiectum absque indifferentia propositum; atqui ad obiectum ita propositum, naturale est voluntati, ferri necessario: ergo nunquam poterit extrahi à suo modo cõnaturali agẽdi.

51 *Si respõdeatur.* Si respondeatur, tunc voluntatem non ferri connaturalitèr in obiectum, quando obiectum ob suam limitationem petit proponi iudicio indifferenti, & ex aliquo accidenti extrinseco, seu ob perturbationem iudicij rationis non penetrantis obiecti naturam, tanquam necessarium proponitur.

In cõtrariũ instat primo. In contrarium instat sic primo: quia voluntati non solum connaturale est, ferri in bonum verum, sed etiam in bonum apparens: ergo etiam erit illi connaturale ferri necessario in bonum necessarium apparens, & vt tale propositum.

Secundo. Secundo, quia aliàs, vt Deus voluntatem necessitaret erga obiectum ex natura sua non necessarium, nec summum bonum, deberet impendere iudicium erroneum, & falsum, quo intellectus iudicaret esse summum, vel necessarium bonum; consequẽs est falsissimum: ergo idẽ quod prius: & consequentèr posset voluntas creata necessario à bono apparẽti moveri.

Vltimo opponit. Denique principaliter obijcit: voluntas regulata per iudicium indifferens non habet infinitam virtutem: ergo potest vinci ab agente virtutis infinitæ; & consequentèr necessitari ab illo, vt agat, vel non agat.

52 *Resp. ad 1. obiectionem.* Hęc tamen parum vrgent, vt à solutione tradita desiliamus. Ad primam obiectionem, concessa maiori distinguo minorem: si habeat facultatem liberam vltimo completam per modum actus primi, nego minorem: si non sit vltimo completa per modum actus primi, concedo minorem, & nego consequentiam: quia voluntas regulata per iudicium indifferens, habet facultatem liberam vltimo completam per modum actus primi: vndè quidquid advenit non tollens indifferentiam iudicij, nõ impedit exercitiũ libertati in actu secũdo, cõsiliẽs in agere hoc, eũ potẽtia ad nõ agendũ, vel agendum contrariũ.

53 *Ad 1. probationem minoris.* Ad primam probationem minoris, quatenus contra istam distinctionem obitare potest, concesso antecedenti, nego consequentiam: quia cum concursus Dei, siuè prævius, sivè simultaneus non dent potentiam, sed illam ad operandum applicent; consequens sit, quod etsi impediant actum contrarium, vel negationem actus, non tamen impediant potentiam ad non agendum, seu agendum contrarium; ad libertatem autem non requiritur agere, & non agere, seu agere oppositum in actu secundo, sed agere hoc cum potentia ad non agendum, seu agendum contrarium.

54 *Ad secundam.* Ad secundam minoris probationem, concessa maiori, distinguo minorem: non destrueret facultatem remotam, concedo minorem: facultatetem proximam vltimo completam, nego minorem, & nego consequẽtiam: itaque deberet tollere iudicium indifferens, per quod voluntatis facultas vltimo cõpletur per modum actus primi: vndè illam, vt vltimo completam destrueret, quia tamen voluntatis entitatem non destrueret, non tolleret facultatem remotam, seu proximam, non vltimo completam.

55 *Ad tertiã.* Ad tertiam, concessa maiori, distinguo minorem: expedimento per modum actus primi, nego minorem: expedimento per modum actus secundi, concedo minorem, & nego consequẽtiam: quia ad vsum libertatis non requiritur, quod voluntas amans v. c. in actu secundo, nullum habeat impedimentum ad non amandum, seu odio habendum actualitèr, sed quod non habeat impedimentum auferens potentiam ad non amandũ, eo autem ipso; quod voluntas amet obiectum cum indifferentia propositũ; quidquid illam ad amãdum applicat, & si impediat actualem comunctionem cum negatione amoris, aut odij; non tamen aufert potentiam ad non amandum; seu odio habendum, quæ per iudicium indifferens in ratione potentiæ completur, & consequentèr non potest tollere vsum libertatis in acta secundo.

56 *Ad 2. obiectionẽ.* Ad secundam obiectionem dicatur, posse necessitari à Deo mediante iudicio necessario, & non aliter, ad quam necessitatem non solum obiectum, sed etiam divina omnipotentia concurrit. *Ad 3.* Ad tertiam, nego sequelam; voluntas namque petit connaturalitèr, quod obiectum, quod non est summum bonum, nec cum illo connexum, iudicio indifferenti proponatur: vndè quando sic non proponitur, non movetur eo modo, quo exposci moveri.

Ad

Digitized by Google

57 *Ad 1. instantiam cõtra hãc solutionẽ*

Ad primam instantiam, quę contra hanc solutionem fit, respondeo, quod etsi voluntas possit naturaliter ferri in bonum apparens, & in hoc sensu sit illi connaturalis illa tendentia; non tamen fertur per inclinationem, nisi in bonum verũ: vndè quando in bonum apparens movetur, non movetur connaturaliter, id est, iuxta inclinationem, seu iuxta id, quod per inclinationem expoſcit, & idem dicendum est, quando obiectum, quod vt non necessarium debebat proponi, tamquam necessarium proponitur.

58 *Ad 2.*

Ad secundam instantiam respondeo, negando sequelam: quia vt voluntas diligat amore necessario aliquod obiectum v.c. divitias, non est necessarium iudiciũ, quo iudicet, illas esse summum bonum, vel necessario cum summa Dei bonitate connexum, sed sufficit illas cognoscere vt bonas cognitione imperfecta, non cognoscendo bonitatem, quę in illarum carentia potest inveniri, nec limitationem bonitatis illarum; licèt autem Deo repugnet iudicium falsum, seu erroneum causare; non autem repugnat, quod causet imperfectũ iudicium perfectè non calens naturam obiecti, nec bonitatem, quę in illius contrario, seu contradictorio invenitur.

59 *Ad vltimam.*

Ad vltimam obiectionem, concesso antecedenti, distinguo consequens: potest vinci, id est, efficaciter determinari ad actum, concedo consequentiam: vinci, id est, necessitari circa tale obiectum, retento iudicio, nego consequentiam: quia etsi infinita efficacia, & potentia divina petat taliter dominari voluntati creatę, vt illam quocumque voluerit, vertere possit: imò, & quod possit illam necessitare, non tamen petit, quod illam necessitare possit medio indifferenti iudicio: quia in hoc modo necessitandi implicatio invenitur, vt ostendimus supra.

60 *Contra.*

Sed obijciet aliquis contra hæc omnia: saltim posset Deus in hypotesi facta necessitatem inferre voluntati nostræ medio iudicio necessario; atqui in tali casu ageret quantum posset, cum ageret naturaliter: ergo de facto illam semper necessitaret; cumque non possit simul agere libere, & necessario circa idem obiectum: consequens sit, quod nunquam libertatem in actu secundo exerceret. Illationes cum minori tenent; maior autem nota videtur; quia tunc non esset minoris potentię, quam modò; at modò illam medio iudicio necessario potest necessitare: ergo etiam tunc posset.

Resp.

Respondeo, distinguendo maiorem: posset semper illam necessitare, medio iudicio necessario, nego maiorem; posset sic aliquando illam necessitare, concedo maiorem, & concessa minori, nego consequentiam.

61 *Dices.*

Dices, potest Deus modò, nunquam voluntatem movere medio indifferenti iudicio, sed semper medio iudicio necessario: ergo etiam tunc posset movere illã semper, medio iudicio necessario. Consequentia videtur tenere ex iam dictis. Antecedens autem constat, ex eo quod in eo nulla implicatio invenitur. *Resp.* Respondeo, distinguendo antecedens; potest de facto præstare sua extraordinaria potentia, non operando iuxta exigentiam naturę voluntatis creatę, concedo antecedens; potentia ordinaria, & iuxta exigentiam naturæ voluntatis operante, nego antecedens, & nego consequentiam: quia in tali casu cum naturaliter, & non per electionem liberam ageret, solum posset agere iuxta exigentias naturæ rerum.

62 *Infertur 1.*

Ex dictis in discursu huius disputationis colligo primo, veram esse absolutè secundam sententiam, cuius veritas hoc discursu plane convincitur: si Deus ageret naturaliter, & liberum arbitrium maneret, Deusque illi eundem concursum præstaret, quem modo illi exhibet, libertas actualis in illo maneret, vt ostendimus in prima conclusione, & fatetur Suarez; atqui, quamvis operaretur ex necessitate naturę, liberum arbitrium maneret, & eundem illi præstaret concursum, quem modo, vt ostendimus in secunda, & tertia: ergo absolutè est verum, quod si Deus operaretur ex necessitate naturæ, arbitrium creatum libere operaretur.

63 *Secundo.*

Colligo secundo, rationem formalem, ad quam vt ad primam radicem, libertas, & contingentia secundarum causarum reducitur, esse solam efficaciam voluntatis divinę, qua vult fieri effectum, & contingenter, seu libere fieri; etsi de facto in re requiratur libertas, eo quod primæ causæ repugnat alius modus agendi ad extra. Probatur: nam ea est ratio formalis se sola radicandi effectum, qua mediante, & omni alio secluso, manet effectus; at remanẽte in Deo summa efficacia, qua vellit effectus creatos fieri contingenter, & libere, & omni alio secluso, contingentia, & libertas in illis maneret: ergo sola prædicta efficacia est formalis ratio, ad quam vt ad primam radicem contingentia, & libertas reducitur.

64 *Tertio infertur.*

Denique infero, in hypotesi facta, Deum, etsi naturaliter ageret, non tamen semper voluntati creatę exhibiturum fore actualem concursum prævium, & simultaneum, quo libere ageret. Cuius ratio ex iam dictis habetur: Deus namque

voluntatem moveret iuxta eius exigentiam: at voluntas non exigit, nec tunc exigeret semper in actu secundo operari libere: ergo nec Deus illi semper suum exhiberet actualem concursum. Vndè quando admisimus supra, præ motionem divinam necessario in casu prædicto extituram, debet intelligi, extituram necessario, non semper, sed quando existeret, id est, quod quando existeret, cum manaret solum à Deo, & Deus naturaliter ageret, non libere existeret, sed necessario ob necessitatem agentis naturaliter illam causantis. Et hæc de ista Disputatione, applicanda litteræ Magistri *in* 1. *dist.* 57. §. 1. ad illa verba: *Voluntas quippè Dei semper efficax est, vt fiat omne quod velit.* *M. Sent.*

DISPVTATIO QVINQVAGESIMA QVINTA.

An detur in Deo libertas contradictionis, ita vt eius voluntas ab omni actu libero potuerit manere suspensa?

§. I.

Eligitur, & probatur vera sententia.

Nu. 1. *Disputationis sensus appetitur.*

NOta est apud omnes libertatis divisio in libertatem contrarietatis, & libertatem contradictionis. Prima in indifferentia ad actus contrarios consistit. Secùda etsi ab aliquibus per indifferentiam ad obiecta contradictorie opposita soleat explicari, in quo sensu fere certum est, dari in Deo; cum possit velle rem esse, seu non esse, quę contradictorie opponuntur. A nobis tamen in præsenti non sumitur in hac acceptione, sed in alia longè diversa, nempè, vt consistens in indifferentia ad actū, & negationem eius qualitèr in voluntate nostra reperiri, docent plures Thomistæ 1. 2. q. 6. *ad art.* 3. & q. 71. *art.* 5. affirmantes, quod adhuc obiecto voluntati proposito, potest ab omni actu positivo cessare, exercendo suam libertatem per puram omissionem, quę volūtaria, & libera erit, libertate negativa. Etsi alij adhuc in voluntate nostra id renuant concedere, cum quibus disputatio nostra procedere nequit: si namque voluntarium purè negativum in voluntate creata reputant impossibile, abstruentes, quod obiecto per intellectum cognito, necessitata manet volūtas ad aliquem positivū actum liberum erga ipsum exercendum, etsi in quolibet actu determinatè accepto libera sit, à fortiori id ipsum de voluntate Dei debent affirmare.

2 *Explicatur amplius in quo sit dissidium.*

Supposito tamen cum alijs, id in voluntate nostra contingere posse, quod in dissidium vertimus, est, an sicut voluntas nostra obiecto sibi proposito, manet libera, nedū libertate contrarietatis, quatenus potest illud velle, vel illius contradictoriū per actum positivum, sed etiam est libera libertate contradictionis, taliter quod potest nullum actū erga illud elicere, seu exercendo per puram omissionem liberam libertate negativa: ita volūtas Dei, proposita sibi ab æterno futuritione Petri, & negatione illius nō solum sit libera libertate contrarietatis, quatenus potuit velle futuritionem, aut velle negationem futuritionis, sed etiam libertate contradictio-

Digitized by Google

dictionis formalis, ita vt potuerit merè negativè se habere, nec volendo futuritionem, nec volendo negationem futuritionis, sed libere ab omni terminatione libera positiva cessando.

3 *Prima sententia.* In qua disputatione tres versantur sententiæ: prima est negativa apud Recentiores communis, illam tenent ex nostris Navarrete, Nazarius, & M. Albelda, quos referunt, & sequuntur PP. Salmanticenses *tract. 4. disp. 5. dub. 3. §. 2.* Ex alienis Suarez *disp. 30. Metaphysicæ, sect. 9. n. 59.* Vazquez *disp. 79. cap. 3.* Granadus *tract. 3. disp. 6.* Arrubal *disp. 56. cap. 2.* Fasolis *circa artic. 3. huius quæst. dub. 3. n. 16.* & Alarcon *tract. 3. disp. 4. cap. 1.* adstruentes, quod etsi voluntas divina fuerit libera in volendo, v.c. futuritionem Petri, aut volendo negationem futuritionis eius determinatè, illorum tamē aliquod vagè necessario voluit: vndè non potuit ab omni actu libero erga illa extrema suspensa manere.

Salm. Suarez. Vazquez. Granad. Arrubal. Fasolis. Alarcon.

4 *Secunda.* Secunda defendit, potuisse voluntatem divinam à terminatione libera *ad extra* suspensam manere, non tamen ab omni actu libero: quia ad minus habere deberet actum quo vellet talem suspensionem. Ita Recentior quidam apud Salmanticenses *vbi supra num. 79.* Tertia sententia affirmat, potuisse ab omni actu libero suspensam manere, nedum ab actu, quo vellet futuritionem rerum, aut negationem futuritionis, verum ab actu, quo vellet talem suspensionem. Ita Durandus Ferrara, Cathrinus, & M. Curiel relati à Salmanticensibus *vbi supra §. 1.* Sapientissimus noster Herrera Episcopus Tuyensis in manuscriptis ad articulum tertium, & alij Recentiores ex nostris ibidem, cui vt probabiliori subscribens.

Tertia.

5 *Conclusio probatur ex Angelico Doctore 1.* Illam pro conclusione statuo: & in primis ostendo ex Doctore Angelico *in hac quæst. 3.* vbi erga obiectū secundarium voluntatis diuinę nullum actum necessarium agnoscit, sed omnem necessitatem excludit: ergo astruere, esse necessitatem ad complexū futuritionis, aut negationis futuritionis divisivè acceptum, positivè volendū, menti D. Thomę adversatur. Deinde ex eodem Doctore Angelico in præsenti articulo, in solutione secundi argumenti, illis verbis: *Et tamen ad opposita se habet, in quantum velle potest, hoc esse, vel non esse, sicut & nos non procando possumus velle sedere, ergo non velle sedere*; atqui nos possumus non velle sedere, per omnimodam negationem actus, vt modo supponitur: ergo voluntas Dei potest non velle futuritionem rerum absque actu positivo per omnimodam suspensionem actus.

Secundo ex eodem

6 Tertio hac ratione: complexum constans ex futuritione, & negatione futuritionis rerum, etsi necessarium sit, acceptū divisivè, quatenus necessarium est, rem esse, vel non esse, non tamen habet bonitatem necessariam: ergo voluntas Dei non est necessitata ad illud amandum vagè, & divisivè. Consequentia est evidens: quia solum ad necessarium bonum potest voluntas Dei necessario ferri. Antecedens autem in hunc modum ostendo: sola vna pars prædicti complexi est capax bonitatis, videlicèt, futuritio rerum; atqui futuritio rerum necessaria non est, & consequentèr nec necessario bona: ergo tale complexum bonitatem necessariam non habet. Consequutio tenet, minor est certa, & maior probatur: negatio futuritionis rerū non est bona, sed potius bonitatis carentia & negatio: ergo sola vna pars prædicti complexi est capax bonitatis.

Tertio ratione.

Dices, quod etsi negatio futuritionis rerū non sit bona bonitate transcendenti, sequuta ad ens, quę in rei integritate consistit, est tamen bona bonitate accepta relativè, seu bonitate formali cōvenientię, quatenus prædicta negatio potest à Deo iudicari vt conveniens ad aliquem finem, & vt talis diuinæ voluntati proponi: alias si prædicta negatio bona non esset hoc bonitatis genere, non posset terminare volitionem divinam; contra veriorem Theologorum sententiam.

7 *Dices.*

Sed contra: nam etsi negatio futuritionis rerum sit à Deo amabilis, possitque actum diuinę voluntatis terminare quod Nos negamus, quidquid alij velint in contrarium; non tamen est amabilis ratione sui, sed ratione alicuius, ad quod potest iudicari conducens; v.c. negatio glorię, quam Deus de facto vult reprobis, amatur à Deo non ratione sui, sed quatenus iudicatur conducens ad ostentionem iustitiæ diuinę, vel alterius divini attributi; at nihil positivè bonum, nullius que attributi manifestatio, ad quam negatio futuritionis rerum conducere potest, necessario amatur à Deo: ergo negatio illa bonitatem necessariam non habet.

8 *Contra.*

Explicatur, & vrgetur amplius: quia in contraria sententia, nihil positivū ad extra potest Deus necessario velle volūtate efficaci, de qua in præsenti loquimur, quidquid sit de simplici possibilium amore: cum in nullo creato sit necessaria bonitas, quę sufficiens sit ad terminandam efficacem volūtatem Dei: ergo etiam supposito quod Deus non vellit futuritionem v.c. Petri, nulla est necessitas in Dei volūtate, vt aliquid positivū extra se efficaciter velit; at negatio futuritionis rerū terminare non potest voluntatem diuinā ratione sui, sed

9 *Confirmatur.*

Digitized by Google

sed ratione alicuius positivi voliti à Deo: ergo adhuc supposito, quod Deus non velit futuritionem Petri, non necessitatur ad volendum per actum positivum, negationem futuritionis eius. Patet consequentia: quia vt talis actus ex illa suppositione necessarius esset, deberet etiam necessarius esse actus, quo aliquid positivum vellet Dei voluntas; cum negatio non nisi ratione alicuius positivi amabilis, & bona sit.

10 *Vltimo probatur conclusio.* Denique principaliter suadetur conclusio: nulla est imperfectio in voluntate Dei, quod ab omni actu libero maneat suspensa: ergo potuit suspensa manere. Consequentia tenet: antecedens autem ostenditur primo: absque vlla imperfectione potuit misericordia Dei ab exercitio miserendi suspensa manere, & idem est de iustitia divina, & de illius omnipotentia, quę omnia attributa, si Deus nihil produxisset ad extra, à propijs exercitijs miserendi, puniendi, & producendi suspensa maneret: ergo etiam voluntas divina, vt libera est, potuit absque vlla imperfectione ab omni exercitio liberè volendi suspensa manere.

1 Antecedens ostenditur 1.

11 *Secundo.* Secundo à priori idem antecedens probatur: exercitium liberę volitionis divinę nō superaddit ad perfectiones necessarias Dei, entitatem, seu perfectionem, sed præcisè rationem terminationis, vt ostendimus supra, vel respectū rationis, seu denominationem extrinsecam, vt alij voluerunt: ergo ex eo quod à tali exercitio adęquatè cessaret, nullius perfectionis, seu actualitatis defectus sequeretur; & consequētèr absque vlla imperfectione poterit ab omni actu libero suspensa manere.

12 *Cōfirmatur.* Confirmatur, & vrgetur amplius: ideò nanque absque vlla imperfectione potuit voluntas Dei non velle futuritionem v.c. Petri, quam de facto voluit: quia terminatio per modum volitionis non superaddit novam perfectionem; at nec etiam terminatio libera per modum volitionis, aut nolitionis *vagè* considerata, perfectionem addit: ergo etiam ab illa prout sic absque vlla imperfectione potuit suspendi; & consequentèr potuit, nec velle, nec nolle, futuritionem Petri, nec negationem futuritionis eius.

13 *Opponesi.* Dices: terminatio divinę scientiæ ad creaturas possibiles, necessario convenit Deo: & tamen non addit novam perfectionem ad divinam scientiam prout terminatur ad primarium obiectum: ergo ex eo quod terminatio divinę volūtatis ad extra perfectionem non addat, non rectè colligitur, talem terminationem necessariam non esse. *Resp.* Respondeo, concessa maiori, & minori, negando consequentiam; quia in possibilibus est necessaria veritas, & cognoscibilitas; & consequenter necessario cognoscuntur à Deo; at verò in creaturis non est bonitas necessaria, vt probavimus: vnde necessitas talis terminationis ex meritis obiecti manare non potest, & ex alia parte, quod talis terminatio ab æterno non competeret Deo nullius perfectionis, seu actualitatis defectum argueret, vt modo arguebamus: vnde ex nullo capite convinci potest talis terminationis necessitas.

§. II.

Occurritur argumentis in contra.

14 *Obijcies* 1. ADversus conclusionem istam multis insurgunt Authores oppositi. Primo sic obijciunt: rem esse futuram, vel non esse futuram, est necessarium; cum constet disiunctivè extremis contradictoriè oppositis: ergo etiam necessarium est, Deum amare futuritionem, aut amare negationem futuritionis: & consequentèr illius voluntas nequit ab omni actu libero manere suspēsa. Antecedens est certum, *Consequētia prob.* & consequentia probatur: tùm primo: quia si sit verum positivum extremum, nempè futuritio, non potest Deus non amare illud; cum sit effectus volitionis divinę: ergo etiam si sit alterum extremum, nempè negativum, non poterit Deus ipsum non amare; cum etiam rem non esse futuram, effectus debeat esse volitionis divinæ. 1.

15 *Secundo.* Tùm etiam: nam quia est necessarium rem esse futuram, vel non esse futuram, est etiam necessariū, Deum positivè scire rem esse futuram, vel positivè scire, rem non esse futuram: ergo idem de volūtate est dicendum.

Tertiò. Tùm denique: nam voluntas divina, vtpotè infinita, est ratione sui sufficiens amor omnium amabilium: ergo eo ipso, quod obiectū aliquod amabile sit, ad illud terminari debet; atqui eo ipso, quod res sit futura, vel non sit futura, est amabilis eius futuritio, vel negatio futuritionis: ergo eo ipso debet volūtas Dei per actum positivum amare futuritionem, aut velle negationem futuritionis.

16 *Resp.* Respondeo, concesso antecedenti, negando consequentiam: quia inter rem esse futuram, vel non esse futuram, non datur medium; cum contradictoriè opponātur: vndè propositio disiunctiva ex illis extremis coalescens, necessaria est; at verò inter hoc, quod est, Deum velle rem esse futuram, aut velle non esse futuram; cum non sit oppositio cōtradictoria sed cōtraria oppositio medium assignatur, scilicèt, non velle aliquod ex prædictis extremis.

Ad

17 Ad primam consequentiæ probationem, concesso antecedenti, nego consequentiam: & ratio discriminis est, quod rem esse futuram est effectus positivus habens ratione sui bonitatem amabilem; vndè eo ipso, quod res sit futura, debet Dei voluntas terminari ad illam, cum omnis positivus effectus petat pro causa volitionem liberam divinam; vt verò res aliqua futura nō sit, non requiritur positiva voluntas, sed sufficit voluntatis negatio, sicuti vt sit calor, requiritur causa positivè influens, vt verò non sit, sufficit influxus negatio.

Ad 1. cōseq. prob.

18 Ad secundam, concesso antecedenti, nego consequentiam: & ratio discriminis ex dictis habetur: nam eo ipso, quod verū sit, rem non esse futuram, est obiectū cognoscibile à Deo: vndè cum scientia Dei infinita sit, debet illud necessario cognoscere; non autem, eo ipso quod res non sit futura, est amabilis negatio futuritionis; non enim est amabilis ratione sui, sed ratione alicuius positivi, ad quod ordinatur; cumque tale positivum necessariū non sit, vt superius arguebam: cōsequens sit, quod non debeat necessario amari, eo ipso quod res non sit futura. Per quod ad tertiam cōsequentiæ probationem, constat solutio.

Ad 2.

Ad 3.

19 Sed dices: sicut negatio non est amabilis ratione sui, ita non est scibilis nisi ratione alterius, nempè sui oppositi, vt docet D. Thom. *supra q. 14. art. 9.* at hoc non obstante, eo ipso quod negatio sit, necessario scitur à Deo: ergo illo non obstāte, debet etiam necessario amari. Respondeo, concessa maiori, & minori, negando consequētiam: & ratio discriminis est, quod negatio scitur ratione sui oppositi, non vt existentis, seu vt futuri, sed vt possibilis; cumque suum oppositū, scilicèt esse possibile, necessariū sit: sit consequens, quod eo ipso quod verificetur negationem esse, gaudeat sua cognoscibilitate: in ratione autem amabilis, non constituitur ratione sui oppositi, sed ratione alterius ad quod ordinatur, non considerati vt possibilis; cū prout sic terminare non possit voluntatem divinam, sed vt existentis, vel vt futuri; cumque illius futuritio seu existētia, non sit necessaria, nec negationis amabilitas necessaria esse potest.

Dices.

Resp.

20 Obiciunt secundo: divina voluntas vt libera non minus est in vltima actualitate, & actus purus, quam cōsiderata vt natura; at ob hanc rationem necessario est in actu secundo respectu obiecti primarij, quod necessario diligit: ergo eadem de causa necessario erit in actu secūdo respectu secundarij, ad quod comparatur vt libera.

Obiciunt secundo.

Resp. Respondeo, concessa maiori, & minori, distinguendo consequens: in actu secundo, quoad actualitatem; & entitatem actus, concedo consequentiam: quoad exercitium, & terminationem, nego cōsequentiam: itaque libertas divina non consistit in indifferentia potentiæ ad actum, & negationem actus, sed in indifferentia actus purissimi ad terminationem ad obiectum creatum, & negationem terminationis: ex quo non colligitur, esse potētialem, seu non esse actum purum: sicuti nec ex eo quod misericordia, & iustitia divina indifferentes sint, vt terminentur, vel non terminentur ad obiecta creata, aliqua potentialitas, seu defectus actualitatis in illis infertur. Et quidem si quid probaret hoc argumentum, conviceret etiam, quod sicut voluntas divina necessario est in actu secundo respectu omnis obiecti, quod necessario diligit: ita etiā vt libera deberet necessario exerceri circa quodvis obiectū in particulari consideratum.

21 Sed obijcies primo: quia est actus purus sub conceptu naturæ, necessario est in actu secundo, non solum quoad actualitatem, verùm etiam quoad terminationem: ergo eadem ratione considerata vt libera, necessario erit in actu secundo, non solum quoad actualitatem, sed etiam quoad terminationem, & exercitium. Secundo: si terminatio circa aliquod obiectu creatum vagè consideratum necessaria non esset, posset aliquo prædicato intrinseco carere; at ex hoc sequitur potentialitas, & imperfectio maxima in voluntate Dei: ergo talis terminatio necessaria esse debet.

Oppones primo.

Secundo.

22 Respondeo ad primum, negando cāsalem: non enim tota ratione necessario est in actu secundo, quoad terminationem erga obiecta, quę necessario diligit, sed quia terminatio ad talia obiecta est necessario connexa cum actualitate volūtatis divinę, cuius oppositū in terminatione libera contingit. Ad secundam distinguo maiorem: posset carere prædicato intrinseco secundum conceptum entitatis, & actualitatis, nego maiorem: secundum conceptum terminationis cum indefectibilitate sub conceptu entitatis, concedo maiorem: & in hoc sensu, nego minorem: non enim ex isto modo defectibilitatis prædicati intrinseci aliqua potentialitas in divina voluntate colligitur, vt constat in dictis supra disp. 48.

Resp. ad 1.

Ad 2.

23 Obijciunt tertio, potuit Dei voluntas velle negationem futuritionis rerum: ergo sic illam necessario voluit ex suppositione, quod futurę non essent: & consequentèr ab omni terminatione libera non potuit suspensa manere. Patet consequentia: in voluntate namque divina nequit dari liberum decretum absque mutatione

Arg.

saltim obiectivam in obiecto: quo circa supra dixim⁹, ab æterno terminari libere ad obiecta creata: quia tunc intelliguntur intra æternitatem constitui; atqui obiectiva mutatio, quę in negatione futuritionis rerum contingere potest, nempè repugnantia ad existendum, competit illis ex suppositione, quod non sint futurę: ergo ex tali suppositione debemus necessario admittere positivum decretum in Deo.

24 Ad hoc argumentū, quo vtuntur Vazquez, & alij recētiores ipsum sequuti, respondeo, quod cū negatio non ratione sui, sed ratione alterius possit amari à Deo, nō ad negationis mutationem, sed ad mutationē illius, ratione cuius amatur debet attendi, vt ponamus decretū circa negationem in Deo: vndè quando tale decretū in divina voluntate constituitur in aliquo positivo, ratione cuius illud terminat negatio, debet agnosci obiectiva mutatio. Ex quibus in forma, concesso antecedenti, nego consequentiam. Ad eius probationem, omissa maiori, nego minorem: nam præter repugnantiam ad existendum, quę convenit rebus ex suppositione quod non sint futurę, vt circa negationem futuritionis exerceatur liberum decretum, debet dari in aliquo positivo ratione cuius amatur negatio, positiva obiectiva mutatio.

Resp.

Sed dices: ergo si Deus nihil decrevisset ad extra producere, non posset exercere liberum decretum erga non futura, v.c. non posset positivè decernere nihil producere; consequens est falsum, ergo & solutio. Patet sequela, quia in tali casu erga nihil positivum interveniret obiectiva mutatio. Respondeo, concedo consequentiam, nec in consequenti aliquam falsitatem invenio.

25 Dices.

Obijciunt quarto, voluntarium purè negativū, & interpretativum, est imperfectè voluntariū, & consequentèr repugnans Deo; atqui suspensio ab omni actu libero, esset voluntaria, & libera negativè: ergo repugnat Deo talis suspensio. Consequentia tenet, minor videtur certa; cum talis suspensio talitèr divinę voluntati cōpeteret, quod potuisset non convenire, in quo voluntariū negativum cōsistit. Maior autem probatur; nam voluntariū purè negativum, non est perfectè vitale: ergo nec perfectè voluntarium. Respondeo, distinguendo maiorem: voluntariū purè negativum per defectum entitatis, & actualitatis actus, qualitèr in nobis contingit concedo maiorem: per defectū solius terminationis, sub cōceptu terminationis, nego maiorem: & minori sub eadem distinctione cōcessa, & negata nego cōsequentiā. Quę solutio, ex iā dictis, & sæpè repetitis habetur,

26 Obiciunt quarto.

27 Resp.

Quinto arguitur, repugnat voluntati divinę liberum exercitium non honestū, & bonum; atqui suspensio libera absque omni actu positivo exercita, non esse honesta moraliter; cum in pura omissione honestas, seu bonitas, moralis esse nō possit, vt docet D. Thom. 1.2. *quæst.* 71. *art.* 5. et cum eo Theologi magis cōmunitèr in eadem 1.2. *quæst.* 114. *in tractatu de merito*: ergo talis suspensio repugnat voluntati divinę. Respōdeo, quod etsi repugnet voluntati divinę exercitiū liberum non honestū contrariè, id est, inhonestum, non tamen repugnat illi exercitium non honestū negativè; actus nanque necessarij Dei, sunt non honesti moraliter, negatiuè; cum illis repugnet honestas moralis; talis autem suspensio solū negativè esset non honesta moraliter; quia videlicèt illi absque omni actu exercitę repugnat honestas moralis ob rationes, quas Theologi tradunt in præallegatis locis, vt à pura omissione bonitatem moralē excludant: vndè ob hanc causam non debet excludi à voluntate Dei.

28 Quinto arguitur.

29 Resp.

Si dicas, imperfectio maxima est, quod exercitio voluntatis divinę repugnet moralis honestas: ergo suspensio libera, cui moralis honestas repugnet, non est illi possibilis.

30 Si dicas.

Respondeo, negando antecedens; sicuti enim imperfectio non iudicatur, quod actibus necessarijs divinis repugnet honestas moralis ob defectum libertatis, ita nec imperfectio aliqua iudicari debet, quod repugnet suspensioni liberę, ob defectum libertatis positivę, quę ad moralem honestatem est necessaria.

Resp.

Denique arguitur. non potuit Dei scientia suspendi ab omni terminatione liberali ergo nec voluntas divina ab omni libero decreto positivo. Antecedens est certum, quia inter rem esse futuram, vel non esse futuram, non datur medium quoad veritatem; sed omnis veritas necessario cognoscitur à Deo: ergo non potuit divina scientia ab omni terminatione libera manere suspensa. Consequentia vero probatur: eo ipso quod Deus cognoscat aliquam veritatem, necessario complacet necessitate suppositionis in suæ scientiæ terminatione: ergo si non potuit libera suę scientię terminatio non esse, non potuit libera divinę voluntatis complacentia non esse. Probatur antecedens, veritas suæ scientiæ, non potest non placere Deo; sed omnis suæ scientiæ libera terminatio est vera: ergo non potest non placere Deo suæ scientiæ libera terminatio ex suppositione quod sit. Probatur maior, negatio veritatis in libera suæ scientiæ terminatione, non potest non displicere

31 Vltimo arguitur.

Deo:

Digitized by Google

Deo: ergo veritas terminationis liberæ suæ scientiæ nō potest non placere Deo ex suppositione quod sit. Probatur antecedēs, non potest non displicere Deo sui esse, aut suæ infallibilitatis destructio; at negatio veritatis in suæ scientiæ terminatione libera, esset destructio Dei: ergo non potest non displicere Deo negatio veritatis in libera suæ scientiæ terminatione.

32 Resp. Respondeo, concesso antecedenti, negando consequentiam: ad probationem, nego antecedens: ad illius probationem, nego maiorem, maximè in sententia aliquorum asserentiū, veritatem esse extrinsecam denominationem ab obiecto; nam si obiectum non necessario terminet complacentiam divinam, nec denominatio veritatis ab ipso in divina scientia desumpta, necessario terminavit illam. Ad illius probationem, distinguo antecedens: negatio veritatis in libera terminatione suæ scientiæ ex suppositione quod sit, non potest Deo non displicere, concedo antecedens: negatio veritatis in suæ scientiæ libera terminatione absolutè, nego antecedens, & distinguo cōsequens: ergo veritas suæ terminationis liberæ ex suppositione, quod sit, non potest Deo non placere, concedo consequentiam: veritas terminationis scientiæ suæ liberæ absolutè, non potest Deo non placere, nego consequentiam. Itaque, quod sua scientia sit vera ex suppositione quod sit, est prædicatum essentiale Deo, & quod sit falsa, aut non sit vera ex suppositione quod sit, est prædicatum Deo essentialitèr repugnans: & ideò primum terminat necessariam cōplacentiam divinam, & secundum displicentiam necessariam, & primū nihil aliud est, quam summa Dei infallibilitas ipsi cōpetens ratione supremæ sapiētiæ, ratione cuius non potest falli: vndè, sicuti in sua suprema sapientia necessario complacet divina voluntas, ita in hoc quod est, suam scientiā esse veram, ex suppositione quod sit, necessario complacet; quia hoc nihil est aliud, quam repugnantia falsitatis, quę essentialiter convenit Deo, & cōsequentèr necessario terminat complacentiam divinam.

33 Dices. Sed dices, non potest non placere Deo, quod sua scientia libera sit vera ex suppositione quod sit: ergo ex suppositione quod sit, non potest nō placere Deo veritas terminationis liberæ suæ scientiæ. Resp. Respōdeo, negando consequentiam: quia in antecedenti importatur prædicatum necessario cōpetens Deo necessitate absoluta; & cum Deus necessario in sua bonitate cōplaceat, necessario etiam complacet in illo prædicato sibi essentiali; in consequenti autem importatur aliquod prædicatum contingens, & hoc non potest Deo necessario placere.

34 Insurges. Dices, licet prædicatū contingens non possit Deo necessario placere; potest tamē necessario placere ex suppositione quod sit: ergo solutio est nulla. Probatur antecedens; necessario placet Deo veritas suæ scientiæ ex suppositione, quod sit: ergo ex suppositione quod sit, necessario cōplacet Deo. Respondeo, negando antecedens: & Resp. ad probationem, concello iterum antecedenti, nego consequentiam: quia suam scientiam esse veram ex suppositione quod sit, prædicatum necessarium est, & essentiale Deo; consequens autem est contingens, & id quod est contingens in nulla suppositione necessitat cōplacentiam divinam; & committitur fallàcia, à sensu compositò ad divisum, & a modali composita ad modalem divisam: vndè sicut illa consequentia non valet: *prædestinatus salvari, est necessarium: ergo prædestinatus necessario salvatur*: quia in antecedenti fit sensus cōpositus, in consequenti autem fit sensus divisus: ita illa consequentia non tenet: *suam scientiam esse veram ex suppositione quod sit, necessario placet Deo: ergo ex suppositione quod sit sua scientia, necessario placet Deo*; quia in antecedenti importatur veritas suæ scientiæ composita cum suppositione, quod sit; qualitèr est prædicatum necessarium omnino; in consequenti autem non ita componitur, sed sumitur divisivè.

35 Instabis adhuc. Sed dices, non potest non placere Deo, non fuisse stultum: ergo non potuit non placere Deo, quidquid est necessarium, vt stultus non fuerit; sed suam scientiam fuisse veram, necessario requiritur, vt stultus nō fuerit: ergo non potest non placere Deo, quod fuerit vera; & cōsequentèr non potest non cōplacere in suæ scientiæ veritate.

Resp. Respondeo, concessa maiori, distinguēdo minorem: suam scientiam fuisse veram ex suppositione, quod fuerit, concedo minorem: absolutè, nego minorem: itaque Deum non fuisse stultum, dupliciter potuit obtineri, & negatione liberę terminationis, & veritate illius, ex suppositione, quod fuerit; quia tamen hæc veritas necessaria absolutè non est, non sequitur, quod ex suppositione, quod sit, necessario in tali terminatione complaceat.

Et hæc de ista Disputatione, & de toto Voluntatis Dei Tractatu.

Digitized by Google

TRACTATVS SEPTIMVS.

DE AMORE DEI.

DE Quo D.Thom.in 3.dist.32.q.vnica. Ad Annibald. in eadem dist.q.vnica.1.Contra Gentes,cap.90.& 91. In hac 1.p.q.20. In qua,& sequenti agit de actibus,& virtutibus eius,acturus postea de actibus intellectus, qui actus voluntatis supponunt: nam licet actus voluntatis diuinæ non distinguãtur realitèr ab illa: quia distinguũtur ab illo ratione ratiocinata cũ fundamento in re, in nostra sententia, quã supra dedimus circa Articulum primum,& in omniũ consensu, saltim ratione ratiocinante, quatenus viatores diuersis speciebus volitionem Dei,& illius volũtatem concipiunt,id circò vt clarirate,qua semper, modò etiam procederet, in distinctis quæstionibus de Voluntate,& de illius actibus egit; cum autem in voluntate nostra plures sint affectiones,seu actus: alij per modũ fugæ: alij prosecutiuè: alij ad irascibilem: alij ad concupiscibilem pertinentes, vt ex eodem D.Thom.1.2.q.23.25.& 26.colligitur,nempè,Amor,Desiderium,& Gaudium,& illorum oppositi: odium,fuga,& tristitia ad cõcupiscibilem spectantes: spes,& desperatio,audacia,timor,& ira, ad irascibilem pertinentes,& prout in volũtate irascibiles nuncupantur.

Investigandũ est modò,qui nam ex his affectibus diuinæ volũtati cõueniant,& qui ex illis diuinæ volũtati repugnent? Et licet D.Tho. in hac quæstione solum tractet directè de Amore Diuino,obitèr tamẽ de alijs actib⁹ aliquid attigit, quosdam admittens: alios verò à diuina volũtate ob ipsorum imperfectionem relegans. Igitur quæstionem 20.absolvit D.Tho.quatuor Articulis.In quorum primo, amorem cum proprietate Deo convenire,fatetur solutione ad primum: gaudium etiam,seu delectationem diuinæ volũtati competere affirmat,in solutione ad secundũ: desiderium, tristitiam,& iram in rigorosa,& propria acceptione ab illa secludit. In secundo determinat, Deum omnes res existentes amare, cum hoc discrimine in solutione tertij argumenti,quod irrationalia non diligit amore amicitiæ,benè tamen rationales creaturas:& in solutione ad vltimũ docet,peccatores odio haberi, qua ratione sunt fœdati peccatis: diligi verò ab ipso,qua ratione causantur ab illo.In articulo tertio, Deum omnia æqualitèr diligere affirmat ex parte actus voluntatis diuinæ: ex parte verò effectus, magis, vel minus iuxta mensuram bonitatis, quam ipsis communicat. Ac tandem in quarto concludit, meliora semper magis diligi à Deo. Pro quorum commentario,& defensione Diui Thomæ Doctrinæ,sequentes inducimus Disputationes.

DIS-

DISPVTATIO QVINQVAGESIMA SEXTA.

An Deo cum proprietate competant odium, timor, tristitia, & ira?

§. I.

Timor, & tristitia excluduntur.

Nu. 1. *Conclusio probatur.*

NON convenire cũ proprietate Deo timorem, & tristitiam, est communis Theologorum sententia: quę communis veritas quoad vtramque partem cõstat ex eo quod timor respicit malum proprium futurum, & tristitia est de malo præsenti; at Deo nihil mali accidere potest, ac per consequens illi, nec præsens, nec futurum esse potest aliquod malum: ergo prædicti affectus Deo convenire non possunt. Hanc rationem inefficacem reputavit Herice *disp.* 20. eo quod timor, & tristitia non solum versantur circa malum proprium præsens, aut futurũ, sed etiam circa malum amici: ergo quamvis Deo omne malum præsens, aut futurum repugnet, non rectè colligitur timere, & contristari non posse, saltim de malis hominum, quos vt amicos diligit, quando illa vt præsentia, vel futura considerat.

2 *Hæc obiectio P. Herice ex non penetrata ratione procedit.*

Hæc tamen obiectio parum roboris habet, & ex non penetrata rationis efficacia procedit, qua vtitur Angelicus Doctor *in hac quæst. artic.* 1. *ad* 1. Deus namque, quamvis hominẽ diligat amore amicitię, non tamen eius amor ab humana bonitate movetur, sed pro motivo respicit bonitatem divinam: vndè illum diligit non propter se, sed in ordine ad propriam bonitatem, & propter illam, vt inferius constabit, & idem est de quolibet actu prosequutivo voluntatis divinę: ergo timor, & tristitia, si darentur in Deo, deberent respicere malum hominis præsens, aut futurũ, non præcisè, vt est malum hominis, & illius bonitate oppositum, sed etiam vt est malum Dei, & illius voluntati adversatur: cum obiecta actuum fugæ per obiecta actuum prosequutionis deoeant regulari, & cognosci; cumque omne malum præsens, aut futurum Deo repugnet vt fatetur Herice, repugnabunt etiam actus prædicti.

3 *Confirmat.*

Vrgetur, & explicatur amplius. Deus nullum bonum, nisi vt proprium diligere potest: ergo nec timere poterit malum, aut de illo contristari, nisi vt suum illud consideret. Consequentia tenet; quia quævis voluntas eodem modo refugit malum, quo prosequitur bonum: ergo si voluntas divina nullum bonum etiam creatum prosequutivo affectu potest amplecti, nisi vt est bonum proprium, nec etiam malum, nisi vt proprium fugere poterit. Antecedens autem probatur; nullus namque actus voluntatis divinę potest speciem capere à bonitate creata, sed omnis illam respicit ex motivo bonitatis divinę, quatenus increata bonitate eluceſcere potest: ergo omnis actus voluntaris divinę attingit bonitatem creata, vt vtilem aliquomodo Deo; & consequenter vt aliquomodo bonum ipsi proprium, quod docuit D. Thomas præcedenti quæstione art. 1. & ex inferius dicendis fiet manifestum.

Ex-

4 *Secundo ſuadetur cõmunis reſolutio*

Secundo in hunc modum ſuadetur: timor eſt fuga cum depreſsione animi, ob arduitatem mali futuri, vt docet D. Tho. 1. 2. *quæſt.* 25. *art.* 1. *in corpore*, & conſtat ex eo quod eſt affectus ad irascibilem ſpectans, cuius obiectum ſupra obiectum concupiſcibilis addit arduitatem; & triſtitia eſt dolor ex apprehenſione intellectuali cauſatus, vt docet idem Angelicus Doctor 1. 2. *quæſt.* 35. *art.* 2. *in corpore*; atque experientia, & communis animi conceptio fatetur, quę triſtitiam ſinè dolore apprehendere, aut percipere nequit; at Deo arduitas in malo repugnat, cum facillimè quodvis malum poſsit vitare, atque omnis dolor procul abeſt ab illo, cui ſumma qui es, & perpetua delectatio ex ſui ipſius viſione naturali exiſtit: ergo repugnat Deo timor, & triſtitia.

5 *Confirm. & ſpecialiter de timore.*

Quod amplius de timore confirmo; ſicut obiectum ſpei eſt bonum arduum, quod quis poteſt adipiſci; ita timor eſt de malo futuro arduo, quod non poteſt de facili vitare, qua ratione, vt inquit Divus Thomas *prima ſecundæ, quæſtione* 40. *articulo tertio*, non eſt in hominibus timor de malo culpę: quia facile poteſt ab illis vitari; at nullum eſt malum arduum reſpectu Dei; cum cuiuſuis mali vitatio facillima ſit omnipotentię illius: ergo non datur timor cum proprietate in Deo.

6 *Si opponas 1.*

Si obiiciatur primo, Deus odio habet peccata, iuxta illud: *odio eſt Deo impius, & impietas eius*, quod odium eſſe cum proprietate in divina voluntate ponendum, eſt ad minus probabile, vt ſtatim conſtabit: ergo eadem cum probabilitate tenemur admittere, timorem, & triſtitiam in Deo. Patet conſequentia; nam ſicut odium terminatur ad malum ſecundum ſe inſpectum, vt abſtrahit à præſenti, & futuro; ita timor reſpicit malum futurum, & triſtitia malum iam habitũ: ergo ſicut datur in Deo odium peccati ſecundum ſe inſpecti, ita in illo dabitur timor de peccato vt futuro, & triſtitia de eodem præſenti.

7 *Confirm.*

Et confirmatur, etſi peccatum nullum nocumentum inferre poſsit cum effectu bonitati divinę; quia tamen ſecundum ſuam eſſentiam illi adverſatur, eſt capax terminandi divinum odium in abſoluta ſui conſideratione: ergo eadem de cauſa terminare poterit vt futurum, timorem, & vt præſens triſtitiam divinam.

8 *Reſp.*

Reſpondeo, omiſſo antecedenti, negando conſequentiam. Tum quia timor, & triſtitia non concipiuntur de quolibet malo, ſed de malo, quod de facto nocumentum infert aut eſt illaturum, vt experientia manifeſtè teſtatur; de malis namque in effectu numquam nocentibus: quis vnquam timuit? aut contriſtatus fuit? odium vero non ita, ſed ad quodvis malum quomodolibet bonitati amatę oppoſitũ terminatur. Tum etiam; nam timor anxietatem, & depreſsionem animi importat, & triſtitia dolorem; nullum autem malum, Dei animum deprimere, aut dolore afficere valet; odium verò nihil iſtorum ad ſui coëxiſtentiam deſiderat: nam ſicut amor, cui odium opponitur, nec animi elevationem, nec delectationem expoſcit: primum namque pertinet ad ipſum reſpicientem bonum futurum arduum: ſecundum ad gaudium, quod circa bonum præſens, & poſſeſſum verſatur, ita odium nec depreſsionem, nec dolorem importat. Tum denique; quia vt ait Auguſtinus 12. *de ciuitate Dei, cap.* 15. timor, & triſtitia ſunt de his malis, quę nobis nolentibus adſunt, vel ſunt eventura; nullum autem malum, Deo nolente, aut permittente, accidere poteſt: & id circo, nullum malũ timere, nec de aliquo malo contriſtari valet, quę ratio non procedit in odio, vt de ſe eſt manifeſtum. Ex quibus ad confirmationem conſtat ſolutio.

9 *Oppones 2.*

Si opponatur ſecundo, bona creata ſunt vtilia bonitati divinæ, vt docuit D. Thomas *quæſt. præcedenti, art.* 2. *ad primum*: & conſtat ex eo quod Deus illa vult propter bonitatem divinam, tanquam propter finem; omne autem quod volitionem terminat propter finem, amatur vt vtile ad illum: ergo carentia bonitatis creatæ, & malum illi oppoſitum ſunt mala diſconvenientia Deo: & conſequentèr vt futura terminabunt timorem, & vt præſentia triſtitiam terminare valebunt. Secunda conſequentia ex ſe conſtat: prima verò probatur: nam oppoſitum malum bono aliqui conveniens, eſt diſcõveniens illi: ergo ſi bonitas creata eſt conveniens, & vtilis Deo, malum oppoſitum bonitati creatę, erit diſconveniens voluntati, & bonitati divinę.

10 *Reſp. 1.*

Reſpondeo dupliciter: primo iuxta ſecundam rationem, quam feci, omiſſo antecedenti, & prima conſequentia, negãdo ſecundam, quia etſi ſint mala Dei; quia tamen non ſunt ardua; cum abſque vlla difficultate poſsint vitari à Deo; conſequens ſit, quod nec dolorem, nec depreſſionem animi cauſent in ipſo, ac proinde nec terminare poſsint triſtitiam, & timorem.

Secundo:

Secundo, primam ſuſtinendo rationem, reſpondeo, diſtinguendo antecedens: ſunt vtilia vtilitate neceſſaria Deo ad eſſe ipſius, vel ad benè eſſe, nego antecedens: vtilitate non neceſſaria, fateor antecedens, & nego conſequentiam; cuia

ſolum

solum id, quod privat, aut opponitur bono vtili, necessario ad finem, est malum disconveniens intendenti finem.

§. II.

Eligitur, & probatur vera sententia.

11 *Prima sententia.* HOC Igitur ita præmisso, in quo, vt iam dixi, fere omnes conveniunt, circa odium, & iram, an cum proprietate Deo competant, inter se dividuntur in quatuor sententias: prima illarum, vtramque affectionem Deo cum proprietate cõvenire, defendit: ita Suarez *lib. 3. de attributis, cap. 7. & in opusculis, disp. de Diuina iustitia, sect. 5.* Secunda sentẽtia, cum præcedenti convenit in eo quod odium cum proprietate in divina voluntate inveniatur, iram autem ab illa secludit: ita Molina circa primum articulum. Vazquez *disp. 84. cap. 3.* Arrubal *quæst. 20. num. 6.* Herice *disput. 20. cap. 4.* & alij Recentiores.

Secunda.

12 *Tertia.* Tertia distinguens inter odium abominationis, & odium inimicitiæ, primum Deo cum omni proprietate concedit, secus verò secundum. Ita Ruizius *disp. 54. sect. 3.* referente Alarcon *tract. 3. disp. 7. cap. 3.* Quarta, & vera sententia solum in metaphorico sensu, odium, & iram Deo convenire defendit: ita omnes Thomistæ in præsenti circa articulum primum. Navarrete *controuersia 27.* Nazarius *controuersia vnica.* Albelda *disp. 62. sequuti* Capreolus *in 1. distinct. 45. quæst. 1.* & Ferrariensem 1. *Contra Gentes, cap. 96.* Quæ sententia sit nostra conclusio.

Quarta.

Conclusio

13 *Prob. 1.* Et ostenditur quoad primam partem primo ex D. Thoma *primo Contra gentes, cap. 96. in principio capitis*, illis verbis: *Ex hoc autem apparet, quod odium alicuius rei Deo conuenire non potest, sicut enim amor se habet ad bonum, ita odium se habet ad malum; nam his, quos amamus, bonum volumus; his verò, quos odimus, malum: si igitur voluntas Dei ad malum inclinare non potest, vt ostensum est, impossibile est, quod ipse vem aliquam odio habeat.* Vbi Doctor Angelicus priorem partem nostræ sententiæ dedit, & rationem satis efficacem pro illa quoad secundam.

14 *Secundo.* Eandem conclusionis partem ostendo secundò, odium propriè dictum, petit per se primo terminari ad malum; at nullus actus voluntatis divinę potest primario ad malum terminari: ergo in illa odium propriè dictum inveniri non potest.

Maior suadetur primo. Consequutio tenet; maior autem constat; tùm ex Doctore Angelico loco allegato, & *prima secundæ, quæst. 29. artic. primo.* Tùm etiam ratione ex prædictis locis desumpta: nam sicut amor se habet ad bonum, ita odium se habet ad malum; atqui amor per se primo terminatur ad bonum sub ratione boni: ergo odium per se primo terminatur ad malum sub ratione mali.

15 *Secundo.* Denique illa maior ostenditur; sicut enim amor est consonantia quædam ad obiectum iudicatum conveniens, & bonum, ita odium est disonantia ad id, quod iudicatur discõveniens, & nocivum: ergo sicuti amor, quia est inclinatio per modũ consonantiæ, primo terminatur ad obiectum vt conveniens, & bonum; ita odium, quia in disonantia ad obiectum consistit, per se primo terminari debet ad disconveniens, vt disconveniens; & consequentèr ab malum sub ratione mali: nam sicut bonum idem est, quod conveniens, ita malum in ratione disconvenientis consistit. Deinde minor argumenti nostri suadetur: omnis namque actus voluntatis divinę petit terminari primario ad bonitatem intrinsecam Dei: ergo non potest per se primo terminari ad malum.

16 *Resp. 1.* Respondebis primo, quod etsi omnis actus voluntatis divinę, quoad suam entitatem, & actualitatem inspectus, terminari debeat primario ad bonitatem intrinsecam Dei; non tamen repugnat secũdum conceptum terminationis, ad obiectum extra primario terminari; & cõsequentèr nec repugnat sub tali conceptu primario terminari ad malum. Sed contra: nedum actualitati actus voluntatis divinę, verum etiam illi sub conceptu terminationis repugnat dependere ab obiecto creato: ergo sub vtraque ratione repugnabit illi ferri primario ad aliquod obiectũ ad extra. Antecedens est certum; omni nanque formalitati intrinsecę Deo, repugnat dependentia à creaturis. Consequẽtia verò probatur, omnis formalitas primario terminata ad creaturam, specificari debet ab illa; at specificatio est genus dependẽtię: ergo si primario terminetur, necessario pendebit.

Contra.

17 *Resp. 2.* Respondebis secundo, quod etsi nullus actus voluntatis divinę sub conceptu prosecutionis possit primario terminari ad malum; per modum tamen disonantiæ, & fugæ potest primario terminari ad illud. Sed contra primo: terminatio actus per disonantiam ad obiectum, est formalitas intrinseca Deo: ergo nequit dependere ab aliquo extrinseco; & consequentèr nec specificari ab illo; cum specificatio genus sit dependentię.

Cõtra 1.

Secundo, nulla datur formalitas intrinseca voluntati divinę, quę primario obtineat rationem fugę a malo, & disonantię

ad

ad illud: ergo nulla datur in illa formalitas, seu terminatio intrinseca, quę primario terminetur ad malum. Consequentia tenet, iuxta solutionem quam impugnamus.

18 *Antecedens probatur.* Antecedens autem in hunc modum ostenditur: ideo voluntas refugit malum; quia prosequitur bonum: & id circo creata voluntas suis actibus aliquando primario terminatur ad malum, illud fugiendo; quia imperfecta est, & ab imperfectioribus incipit, & etiam, quia malum potest illi resistere, & à prosequutione boni, quod amore prosequitur, impedire; at voluntas Dei perfectissima est, nullumque malum ei potest resistere, nec à boni prosecutivè amati cōsequutione impedire: ergo nullus actus illius, adhuc sub terminationis conceptu, est fuga mali sub primario conceptu, sed omnis sub primario est prosequutio boni & ex consequenti fugit à malo.

19 *Tertio suadetur conclusio.* Tertio specialitèr de odio inimicitię suadetur conclusio: odio habere aliquem odio inimicitię est velle alicui malum, vt malum eius est, ex displicentia illius; at voluntas Dei terminari nequit ad malum alicuius rationalis creaturę, vt malum eius est, ex displicētia illius: ergo in illa odium inimicitię cum proprietate nequit reperiri. Maior præterquam quod est D. Thomę expressa, locis supra relatis, in hunc modum ostenditur primo: amare aliquem amore amicitię, est velle illi bonum, quia bonum eius est ex complacentia in ipso: ergo odium inimicitię consistit in hoc, quod est velle alicui malum, quia malum eius est ex displicentia ipsius; nam sicuti amor amicitię comparatur ad bonum amici, ita odium inimicitię ad malum inimici comparatur.

20 *Secundo.* Secundo, quia vt docet D. Thom. 1. 2. *quæst.* 29. *artic.* 4. id circo nemo potest odio habere se ipsum, quia etsi aliquando sibi velit aliquod malum, non tamen illud vt sibi malum exoptat, sed quatenus apprehensum vt bonum: ergo odium essentialitèr petit terminari ad malum illius, qui habetur odio, vt malum eius est ex displicentia illius. Minor argumenti suadetur; quia in primis nulla res subsistens potest Deo displicere, vt probat D. Thomas loco ex Contragentes citato, & fatentur Theologi communitèr; cum omne subsistens, sit effectus voluntatis divinę, & consequētèr in ipso sibi necessario ex suppositione complaceat, sicut & alia agentia sibi complacent in propriis effectibus, vt parentes in filijs; Poetę in poēmatibus, & artifices in artificiatis propriis complacent sibi. Conitatque ex illo Sapiētię 2. cap. *Diligis omnia quæ sunt, & nihil odisti eorum quæ fecisti.*

Ex quo etiam manifestè colligitur, non posse velle alicui subsistenti malum, vt malum est illius; quia velle alicui malum vt malum eius est, oritur ex displicentia illius, vt experientia manifesta fatetur, & constat ex eo quod ex complacentia in aliquo oriri nequit desiderium mali, vt malum est illius: ergo cum Deo nulla res subsistens displicere possit, nulli rei subsistenti desiderare poterit aliquod malum, in quantum est malum illius. 21 *Explicatur amplius.*

Quod amplius in hunc modum suadetur, idcirco nemo potest velle sibi malum vt malum, quia naturalitèr est inclinatus particulari inclinatione ad bonum proprium; at Deus naturali inclinatione propendit in bonitatem propriam, quę est bonum vniversale omnium rerum subsistentium: ergo nequit appetere aliquod malum rei subsistentis vt malum eius est. 22 *Confirmatur amplius.*

Ad hoc argumentum respondent oppositi Authores, quod etsi persona vt subsistens, Deo displicere non possit, cum prout sic sit effectus illius, persona tamen vt peccatis fœdata, Deo potest displicere, illique prout sic velle potest aliquod malum: ita Vazquez loco allegato, & cum eo cæteri Recentiores. Verum contra solutionem istam obstat in primis, quod ex displicētia peccati non exoptat Deus peccatori malum aliquod, vt malum eius est, ob rationes iam assignatas: ergo non habet odio peccatorem, inspecta odij acceptione. Secundo; quia odium propriè tale, non nisi ad subsistentia terminatur; at peccatum, nec peccator ipse, reduplicativè vt peccator, est quid subsistens, sicut nec homo albus, est subsistens in quantum albus: ergo quamvis Deus velit malum homini ex displicentia ipsius, vt peccatori est, dummodo non sit ex displicētia ipsius, vt est quid subsistens, non salvatur in illo stricta, & propria ratio odij inimicitię. Illatio est legitima, minor certa. *Respo.* *Contra*

Maior etiam suadetur: tùm ex D. Thom. id expressè asserente 1. Contragentes, cap. 96. in fine: tùm etiam, quia amor stricte acceptus, non nisi ad subsistentia terminatur; non enim proprie dicitur, Deum velle bonum albedini, sed subiecto cui inest albedo; ergo odium etiam in stricta acceptione, non nisi ad subsistentia terminatur, seu terminari poterit. Tùm denique; nam velle malum alicui, in quo consistit ratio stricta odij, debet oriri ex displicentia illius qui patitur malum; atqui nō patitur malum homo vt peccator, sed homo subsistens: ergo vt salvetur stricta ratio odij, debet esse ex displicentia illius, vt subsistens est. 23 *Maior suadetur.*

Secunda pars nostræ conclusionis est D. Tho. 24

Secunda pars nostræ cõclusionis suadetur.

D. Thomę expressa in hac quæstione art. 1. ad 2. vbi duplicem imperfectionem agnoscit in ira, alteram ex parte illius, quod importat de materiali, accensio scilicèt sanguinis circa cor; alteram ex parte formalis, tristitia, scilicèt, quam ira supponit; affectus autem, qui ex parte rationis formalis imperfectionem dicunt, à divina voluntate excluduntur: vndè supra quæst. 19. artic. 11. dixit, iram nunquam propriè dici de Deo. Et suadetur ratione ab Angelico Doctore insinuata: ira est appetitus vindictæ cum ipè vltionis ex tristitia procedens; at tristitia repugnat Deo, vt superius ostendimus, & omnes fatentur: ergo & ira illi in propria significatione repugnat.

25 Dices, non esse de conceptu essentiali iræ, quod ex tristitia oriatur, sed solum, quod sit appetitus nocendi alteri sub ratione iusti vindicativi. In contrariũ obstat primo, sequi ex hac solutione, omnem actum vindicativę iustitię ad iram pertinere, quod nullus vnquam dixit. Patet sequela; nam omnis actus vindicativę iustitię est appetitus nocendi alteri, seu infligendi pœnam sub ratione iusti vindicativi: ergo si ratio iræ formaliter consistit in hoc, & non superaddit ordinem ad tristitiam ab offendente illatam, omnis actus vindicativæ iustitię ad iram pertinebit. Obstat secundo Angelicus Doctor 1. 2. quæst. 46. artic. 1. Illis verbis: *Non insurgit motus iræ, nisi propter tristitiam illatam, &c.* Denique obstat deffinitio, qua Aristotelis iram describit, seu vt melius dicã à priori diffinit *lib. 1. de anima, ca.* 1. Iram, scilicèt, esse appetitum doloris vicissim adversario inferendi: ergo dolorem ab adversario illatum supponit. Vndè *lib. 2. Rhetoricorũ, cap. 2.* in principio capitis ait, iram esse appetitum cum dolore: *& cap. 4* hoc inter odium, & iram agnoscit discrimen, quod odium esse potest sinè dolore, secus verò ira.

Dices. Contra.

§. III.

Obiectionibus occurritur.

26 Arg. 1. contra 1. pãcluj.

CONtra primam conclusionis partem obijciunt adversarij primo verba sacræ Scripturę, in quibus odium diuinæ voluntati attribuitur, Zachariæ 8. *Vnusquisque malum contra amicum suum, ne cogitetis in cordibus vestris, & iuramentum mendax ne diligatis; omnia enim hæc sunt quæ odi, dicit Dominus.* Malachiæ 1. *Esau odio habui,* Psalmo 5. *Odisti omnes, qui operantur iniquitatem, virum sanguinum, & dolosum abominabitur Dominus.* Et alibi passim: quę omnia interpretari in rigoroso sensu debere, constat ex eo, quod nullum absurdum, seu inconveniens exinde sequatur.

27 Resp:

Respondeo, sequi duplex absurdum, primum est, voluntatem diuinam ad malum, vt malum est, terminari; cum hoc ad rationem strictam, & rigorosam odij desideretur, vt superius ostendi. Secundum, quod sequitur, est, Deo personam subsistẽtem displicere contra illud Sapientiæ 11. *Nihil odisti eorum, quæ fecisti.* Vndè Doctor Angelicus 1. *Contra Gentes, cap. 96.* in fine concludit, non nisi similitudinarie dici de Deo, aliqua odio habere, quatenus amãdores, & volens eorum bonum esse, vult malum bono contrarium, non esse. Ex quo malorum odium habere dicitur; nam quę non esse volumus, dicimur odio habere: vbi ex eo quod non vult malum non esse, nisi ratione boni, quod vult esse, colligit D. Thomas deficere voluntatem diuinam à stricta, & rigorosa odij ratione.

28 Arguitur à

Obijciunt secundo: Deus non tantum vult homini peccatori pœnam, sed etiam eam illi vult, vt malum eius est ex displicentia ipsius: ergo odit peccatorem odio inimicitię. Consequentia tenet à diffinitione ad diffinitum. Antecedens autem, quoad priorem partem sic probant: vult illi pœnam, vt pœnam; at pœna vt pœna, est malum peccatoris, cui infligitur: ergo vult illi pœnam, vt est malum illius. Quod autem sit ex displicentia ipsius, in hunc modum ostendunt: nam licèt peccator vt homo, Deo nõ displiceat, displicet tamen illi vt peccator: ergo vult illi malum ex displicentia ipsius, vt peccator est.

29 Si resp:

Si respondeatur, ad rationem odij inimicitię desiderari, quod ex displicentia personę subsistentis procedat. In contrarium Vazquez in hunc modum insurgit: iudex, qui propter flagitium, aliquem punit ex motivo iustitię, verè, & propriè habet odium inimicitię; & tamen non vult illi pœnam ex displicentia ipsius, vt homo est, vel aliqua peculiari ratione; sed quia homo flagitiosus est: quo circa tale odium est secundum virtutem: ergo ad rationem odij inimicitię non est necessarium, quod ex displicentia personę subsistentis procedat, vt subsistens est. Secundo alij insurgunt, vnus homo alterum odio habet odio inimicitię, quod propriè tale est; & tamen non vult illi malum, vt malum ex displicentia ipsius, quatenus homo est, sed qua ratione est sibi inimicus: ergo idem quod prius.

30

Tertio etiam potest opponi: Deus hominem diligit amore supernaturali amicitię, vt inferius constabit; & tamen non vult illi bonum per amorem prædictum ex complacentia in ipso, quatenus homo est,

est, sed quatenus gratus gratitudine accidentali: ergo nec ad rationem odij inimicitię necessarium erit, quod ex displicentia personę, vt subsistentis malum desideretur, sed sufficiet, quod ex displicentia ipsius, vt peccator, & inimicus est, tale desiderium procedat. Minor probatur: amor ille est supernaturalis: ergo tàm bonum, quàm subiectum, cui appetitur bonum, sub aliqua supernaturali ratione debet inspicere; & consequenter non erit ex complacentia in homine, quatenus homo est, qua ratione supernaturalis non est.

31 *Resp. ad prob. 1. partis antecedē tis.*

Respondeo, negando antecedens pro vtraque parte. Ad primæ probationem, distinguo maiorem: vult illi pœnam, vt pœnam reduplicativè, & primario, nego maiorem: specificativè, & secundario, concedo maiorem: & concessa minori, nego consequentiam: itaque in pœna duplex ratio invenitur, & quod sit malum subiecto, cui infligitur, & quod sit ostēsiva, & manifestativa iustitię divinę, & ad pulchritudinem ordinis vniversi conducens; actus voluntatis divinę terminatur primario ad illam sub hac secunda consideratione; sub prima verò, solum ex consequenti, & secundario; cum tamen vt propriè odium esset, primario illam vt malū deberet inspicere, quam solutionem, eleganter expressit Doctor Angelicus *loco ex Contra Gentes relato, prope finem*, his verbis: *Alius autem modus est, ex hoc quod Deus vult aliquod maius bonum, quod esse non potest, sine priuatione minoris boni, & sic dicitur odire; cum magis hoc sit amare; sic enim in quantum vult bonum iustitiæ, vel ordinis vniversi, quod esse non potest sine punitione, vel correptione aliquorum, dicitur illa odire, quorum punitionem vult, vel corruptionem, &c.*

32 *Ad prob. secundæ.*

Ad secundæ probationem, respondeo iuxta solutionem ibi assignatam, quę est Divi Thomę expressa loco sæpius relato *ex libro Contra Gentes*, illis verbis: *Hæc autem non sunt effectus, vt res subsistentes, quarum proprium est odium, vel amor.* Ad primam impugnationem, nego maiorem: quam Vazquez non probat, nec potest probare; aliàs etiam homo se ipsum affligens ex displicentia proprij peccati, vt de illo pœniteat posset cum proprietate dici odio habere se ipsum, quod falsissimū est; cum potius actus ille, quo pœnalitates eligit, vt Deo satisfaciat, amor sit quam odium: sicuti ergo iste non potest dici odio habere se ipsum, sed ad summum odio habere peccatū, quod cupit non esse: ita nec dici potest, iudicem odio habere hominem, quem condemnat, sed ad summum illius flagitia; hæc autem, cum res subsistentes non sint, quarum proprium est amari, & odio haberi, vt inquit D. Thomas, non possunt terminare odium proprie tale sed solū quod similitudinarie sit odium, iuxta iam dicta.

Ad impugnationē Vazq.

Ad secundam, concessa maiori, nego minorem: nam licet causa, & origo displicentię inimici sit iniuria, & offensa illata; illa tamen supposita, non solum iniuria, sed etiam persona, quę iniuriam intulit, displicet offenso, quatenus vellet illam non esse. Ad tertiam, nego minorem: ad illius probationem, concesso antecedenti, distinguo consequens: ex complacentia in ipso sub aliqua ratione supernaturali, in ratione obiecti, concedo consequentiam: in ratione entis, nego consequentiam: vt autem talis amor sit volitio boni homini convenientis ex complacentia in illo sub ratione supernaturali in ratione obiecti, sufficit, complacentiam prædictam terminari ad hominem, vt perfectibilem supernaturalibus bonis, & ex supernaturali motivo, quę perfectibilitas aliquid substantiale est in ipso.

33 *Ad 2.* *Ad 3.*

34 *Arguitur tertio.*

Obiciunt sic tertio: non est de ratione odij inimicitię, quod est propriè tale terminari ad malum sub ratione mali: ergo ex isto capite non rectè excluditur à voluntate Dei. Probatur antecedens, in voluntate hominis datur odium inimicitiæ cum proprietate; & tamen nequit terminari ad malum inimici sub ratione mali; cum adæquatū obiectum voluntatis creatæ in bono vt actu prosequutionis inspecto constituat; & consequenter non possit velle aliquid, nisi vt subinduit boni rationem: ergo id non est de conceptu odij inimicitię in propria acceptione.

35 *Resp. 1.*

Respondeo duplicitèr: primo, negando antecedens: ad cuius probationem, concessa maiori, distinguo minorem: non potest terminari ad malum sub ratione mali terminative, nego minorem: motivè, cōcedo minorem: & distinguo consequens eodem modo: nec amplius convincit probatio facta: itaque voluntas humana in omni actu prosequutivo movetur à bono vero, vel apparenti; non tamen semper terminatur ad bonum sub ratione boni, ly *sub* reduplicāte obiectum terminativum, sed isto modo prosequutivè potest terminari ad malum alterius sub ratione mali, quod contingit quādo odio habet aliquem odio inimicitię; voluntas autem Dei, non solum semper à bono movetur, verum etiam semper terminatur ad bonum primario, ad malum verò, solum ex consequenti, ob rationes traditas: vnde non est capax odij propriè talis, de cuius cō ceptu est terminari ad malum sub ratione mali primario, tanquam ad obiectum terminativum.

tivum. Videatur Ferrariensis 3. *Contra Gentes, cap. 96.* vbi eleganter explicat istam solutionem.

36 *Secundo.* Secundo respondeo, negando antecedens. Ad illius probationem, cōcessa maiori, distinguo minorem: nequit terminari ad malum inimici, sub ratione mali subiecti appetentis, concedo minorem: sub ratione mali disconvenientis inimico odio habito, nego minorem, & distinguo consequens eodem modo. Itaque omnis actus prosequutivus volūtatis creatę debet terminari ad bonum verum, vel apparens, verè, aut apparenter conveniens subiecto appetenti: non tamen omnis ille terminari petit ad bonum conveniens alteri subiecto, sed aliquando prosequutivè fertur ad malum alteri nocivum, & ita contingit in odio inimicitię: nam odio habens aliquem, vult illi malum: quia illud quod alteri est malum, sibi ipsi iudicat conveniens. Vndè terminatur ad illud vt conveniens sibi, & vt alteri disconveniens, nocivum, & malum; quod manifestè constat; nam si illud vt bonum inimici apprehenderet, & vt tale desideraret, quamvis esse re vera malum, odium non esset: sicuti nec quispiam odio habet se ipsum, quando appetit mortem revera malam: quia illam vt malam non apprehendit, nec vt talem sibi desiderat, sed potius vt bonam bonitate apparenti.

37 *Prosequitur doctrina solutionis.* Deus autem nequit ad alterius malum, in quantum malum eius est, per prosequutivum actum terminari, sed semper tale malum vult ex intentione boni non apparentis, sed veri, nedum respectu Dei, verū etiam respectu subiecti, quod patitur malum: quod patet: nam ad minus vult tale malū ex intentione alicuius boni respectu Dei; at omne bonum, quod est tale respectu Dei, est bonum cuiusvis subiecti; cum Deus sit bonum vniversale omnium: semper ergo quando vult malum, ex illo elicit aliquod bonum subiecti, etiam quod patitur malum. Vndè quando punit, vult pœnam, vt ex illa eliciat bonum manifestationis proprię iustitiæ, quod non solum est bonum respectu Dei, sed etiam est bonum subiecti, quod patitur pœnam. Et quando vult corruptionem, intendit pulchritudinem vniversi, quę est bonū omnium partium. Iuxta quam solutionem, esto admittamus actum voluntatis divinę primario terminari ad malum in executione, adhuc salvatur, non obtinere rationem odij cum proprietate; quia ad illud requiritur, præter hoc, quod est ad malum terminari primario, quod non sit ex motivo boni respectu subiecti, quod patitur malum.

Sed dices, pœna peccatoris, esto sit bonum Dei, quatenus est manifestativa iustitię divinę, non tamen est reprobi bonum: ergo solutio est nulla. Antecedens probatur: non est bonum honestum; cum non sit actus aliquis à reprobo exercitus, nec bonū delectabile, vt per se notum est, nec est bonum vtile: bonum namque vtile alicui ad aliquod eiusdem bonum delectabile, vel honestum, debet ordinari: ergo nullatenus est bonū reprobo conveniens, sed tantum modo Dei. 38 *Dices.*

Respondeo, negando antecedens, ad cuius probationem, distinguo antecedens pro tertia parte: non est bonum vtile ad aliquid, quod sit delectabile reprobo, & bonum illius, secundum inclinationem particularem, transeat: secundum vniversalem inclinationem, nego antecedens, & nego consequentiam: itaque sicut in partibus distingui solet duplex inclinatio; alia particularis in proprium bonum, alia vniversalis ad bonum totius, & bonum capitis, quę est principalior; ratione cuius manus multoties se periculo exponit, & ictibus ob vitandum capitis periculum; & in partibus vniversi eadem duplex inclinatio solet distingui, particularis, & vniversalis, vt in aqua licèt videre, quę secundum peculiarem inclinationem deorsum propēdit, secundum vniversalem autem multoties ascendit ad vitandum vacuum, quod est malum naturę, & corruptio, quę est contraria particulari inclinationi subiecti corrupti, est mutatio naturali, quia conformis est vniversali inclinationi. In creaturis, & effectibus Dei similitèr duplex Inclinatio debet distingui, altera ad bonum, quod solum est proprium, altera ad bonū, quod est vniversale, nempè ad bonum Authoris. Dicimus ergo, quod etsi pœna, quam patitur reprobus, non sit illi bona iuxta particularem inclinationem, est tamen bona, & vtilis illi, iuxta inclinationem vniversalem; quia conducit ad bonum Authoris, nempè manifestationem iustitię divinę, ad quod per vniversalem inclinationem propendit. 39 *Resp.*

Denique obijciunt; odium abominationis est fuga mali alicuius personę ex complacentia in illa, vt cum quis odio habet ægritudinem Patris; sed Deus odio habet peccata hominum, quos vt amicos diligit ex complacentia in illis: ergo cum proprietate salvatur in illo odium abominationis. Et confirmatur, odium abominationis non petit terminari ad rem subsistentem per modum displicentię, sed potius per modum complacentię, & ad illius mala per modum displicentię, & fugæ; at ista terminatio non repugnat respectu 40 *Vltimo obijciūt.* *Confirm.*

subs

subsistentium, voluntati divinæ: ergo nec odii abominationis, quod propriè sit tale.

41 *Resp. Albelda.* Respondet Albelda *vbi supra num. 11.* etiam odium abominationis debere terminari ad personam subsistentem per modum rei: vndè quamvis Deus habeat odio peccata ex complacentia hominum, non sequitur in illo salvari odium abominationis cum proprietate, exemplum aponit in matre, cui displicet vitam filiarum, vel quia eas nuptui tradere non valet, vel quia à viro despiciuntur. Hæc tamen solutio *Contra.* non placet: terminari namque ad personam subsistentem per modum displicentiæ, est proprium odij inimicitiæ: ergo odio abominationis non convenit.

42 *Si dicas.* Si dicas, odium abominationis terminari ad rem subsistentem non per modum subsistentis, sed per modum rei, in quo differt ab odio inimicitiæ, quod ad personam per modum subsistentis terminatur. *Contra.* In contrarium obstat, quod si non petit odium abominationis ad rem subsistentem per modum subsistentis terminari, sed per modum rei: ergo etiam ad quamlibet rem, etsi non subsistentem poterit terminari. *Vera solutio argumenti.* Vndè aliter ad argumentum factum respondeo, concessa maiori, distinguendo minorem: odio habet peccata hominum, quia vult illis bonum, concedo minorem: per se primo, nego minorem & nego consequentiam: quia vt in illo esset cum proprietate odium abominationis, deberet primario ad malum terminari per modum fugæ.

43 *Dices.* Dices, etiam voluntas hominis fugit malum amico; quia vult illi bonum, & malum proprium odio prosequitur; quia vult sibi bonum; & tamen salvatur in illa cum proprietate prædictum odium: ergo quod voluntas divina modo illo feratur in hominum peccata per modum fugæ, non tollit ab illa proprietatem odij abominationis. *Resp.* Respondeo, distinguēdo maiorem: fugit malum amico, quia vult illi bonum ex vi eiusdem actus, qui primario terminetur ad bonum, & secūdario ad malum, nego maiorem: ex vi duorum actuum, quorum vnus primario est fuga mali, concedo maiorem: & concessa minori, nego consequentiam: quia voluntas divina odit mala hominum, quia illis vult bonum ex vi eiusdem actus, qui primario etiam in executione terminatur ad bonum, illud prosequendo, & non nisi secundario, terminatur ad malum per modum fugę: quo circa deficit à proprietate odij abominationis, quę solutio est D. Thomę expressa 1. *Contra Gentes, cap. 96 circa finem.*

44 *Instabis.* Instabis, quod divinus amor primario terminetur ad Deū, & ad creaturas solum secundario, non tollit quominus verè; & propriè sit creaturarum amor, & quod divina scientia primario terminetur ad Deum, & sit intuitiva respectu illius, non impedit quominus, respectu creaturarum possibilium, sit verè, & propriè abstractiva notitia: ergo pariter, quod divina volitio terminetur ad bonum primario, & secundario ad malum per modum displicentiæ, & fugæ, obstare nequit, vt sit cum proprietate odium abominationis respectu illius.

45 *Resp.* Respondeo, concesso antecedenti, negando consequentiam: quia de ratione amoris solum est primario terminari ad bonum, sivè hoc, sivè illud: vndè cum amor Dei ad bonum creaturarum terminetur, quamvis ad illas secundario feratur, obtinet veram, & propriam rationem amoris. Notitia etiam abstractiva alicuius obiecti, solum desiderat terminari ad illud, vt non coëxistens in eadem duratio-nis mensura, qua mensuratur ipsa; cumque verè in divina scientia respectu possibilium salvetur; consequens sit, quod rationem abstractivę notitię sortiatur; at verò de ratione odij est primario ad malum sub ratione mali terminari, vt probatum relinquo; cumque hoc divinę volitioni non competat; consequens sit, quod non obtineat cum proprietate rationem odij.

45 *Cōtra secundam partem cōclusionis obijci potest ex D. Thom.* Contra secundam cōclusionis partem, nihil alicuius momenti opponit Suarez, id namque quod ait, ordinem ad tristitiam ab altero illatam, esse quid extrinsecum iræ, eadem facilitate, qua dicitur, à Nobis negatur: & iam ostendimus prædictum ordinem esse intrinsecum illi. Videtur tamen contra illam obstare D. Thomam 1.2. *quæst.* 47. *art.* 1. *ad* 1. vbi ait, iram non dici in Deo secundum passionem animi, sed secundum iudicium iustitię, prout vult vindictam sumere de peccato. Et in corpore eiusdem articuli ait, iram esse appetitum nocendi alteri sub ratione iusti vindicativi, quod totum in divina voluntate invenitur: ergo & ratio iræ cum proprietate in illa salvatur. 47 *Resp.* Ad primam respondeo, D. Thomam solum voluisse aliquid ad perfectionem pertinens, quod in ira invenitur, reperiri in voluntate Dei; non autem adæquatam iræ rationem, de cuius conceptu essentiali est ordo ad tristitiam ab altero illatam, vt ex D. Thoma iam vidimus, & ratione probavimus. Ex quo ad alia S. Doctoris verba constat solutio; nam licèt totum illud exigatur ad iram, non tamen sufficit vt illius essentia adæquatè salvetur. Et hæc de illa

Disputatione.

***

DIS-

Digitized by Google

DISPVTATIO QVINQVAGESIMA SEPTIMA.

Qui, ex alijs actibus enumeratis supra, divinæ voluntati conveniant?

§. I.

Statuuntur, quæ apud omnes sunt certa.

Nu. 1. *Supponitur 1.*

TRia sunt in hac parte apud omnes Theologos certa. Primum est, gaudium, & delectationem cum omni proprietate divinæ voluntati cõpetere. Ita D. Tho. *in præsenti art. 1. ad 1. & 1. Contra Gentes, cap. 90.* & ratio est manifesta; gaudium namque nihil est aliud, quã delectatio cõsequens rationem de bono præsenti, & habito: ita D. Tho. *1. 2. quæst. 31. art. 3.* at Deus summe delectatur, & quiescit in propria bonitate, vt præsenti, & possessa: ergo in illo invenitur cum proprietate. Minor probatur, in tali delectatione nulla est imperfectio, nec ex parte boni, ad quod terminatur, nec ex parte modi, scilicèt, bonitatis habitæ, & possessæ: ergo tali delectatio invenitur in Deo. Vbi obiter ex D. Thoma adverto, in hoc delectationem specialiter sumptam à gaudio differre, quod gaudium esse potest; & de bonis coniunctis, & de bonis extrinsecis; delectatio solum est de bonis intrinsecis: vndè propriè Deo in se ipso delectatur; gaudet autem in se, & in alijs, de bonis sibi intrinsecis, & extrinsecis.

2 *Secundo.* Secundo apud omnes est certum, non dari in Deo spem, nec respectu bonitatis propriæ, nec respectu bonorum ad extra: obiectũ namque spei est bonũ absens, & arduũ; at nullũ bonũ, neque intrinsecum, neque extrinsecũ Deo, arduitate gaudet respectu illius: ergo affectus spei volũtati repugnat divinæ. Consequãtia tenet: repugnantia namque actus ex illius obiecti repugnãtia colligitur. Maior est certa, & minor probatur: arduitas nãque ad obiectum spei desiderata, duplicitèr explicari solet à Theologis; vel in eo, quod non facile, sed difficilibus medijs sit consequẽdũ; vel, vt alijs placet, quod in vi auxilij alterius sit adispiscẽdum; at nullius boni assecutio est difficilis Deo, nec ab alio aliquid accipere potest, cũ nihil sine Dei cõcursu aliquid efficere possit: ergo nullũ bonũ esse potest arduum respectu voluntatis divinæ.

3 *Si opponas.* Si opponas; ad virtutẽ spei nõ solũ spectat desiderare bonũ, quando absẽs est, sed etiã de illo habito, & possesso gauderet ergo quãvis repugnet voluntati divinę quoad desiderium boni ardui, & absentis; non tamẽ repugnabit quoad gaudiũ de bonitate propria, vt possessa; & consequẽtèr erit ponẽda in Deo, sicut, & in beatis aliquibus Theologis ponitur; quia etsi illis primarius actus repugnet, nõ tamẽ repugnat secũdarius. Antecedens probatur primo; *Antecedens probatur 1.* quia charitas non solum amat bonum amici, & de illo gaudet quãdo præsens est, sed etiam quãdo est absens desiderat; desiderium nãque boni amici, vt bonũ eius est, non spectat ad aliam virtutem, nisi ad charitatem: ergo è contra, spes non solum desiderabit bonũ proprium, quando est absens, & arduum, sed etiã de illo vt habito gaudere, & delectari poterit.

4 *Secundo.* Secundo; gaudium de bono proprio vt tali non elicitur à virtute charitatis, cuius obiectum est bonũ amici, nec elicitur ab aliqua virtute, quę ab spe distinguatur: ergo elicitur à virtute spei. Tenet consequentia: quia in tali actu est sufficiens

ficiens honeſtas ad ſpecificandam virtutē: ergo pertinere debet ad aliquam ex virtutibus, ſivè moralibus, ſivè Theologicis.

3 *Reſp. 1.* Reſpondeo primo, negando antecedēs. Ad primam probationem, omiſſo antecedenti, nego conſequentiam: cuius ratio eſt, quia obiecto charitatis competere poſſunt ſtatus abſentiæ præſentiæ, & ab vtroque abſtrahens; cum nullam conditionem inuolvat illis repugnantē, & conſequentèr terminare poteſt deſideriū vt abſens, gaudium vt præſens, & amorem vt abſolutè conſideratum obiecto autem ſpei, vt eſt illius obiectum, repugnat præſentia; eſt namque de illius conceptu arduitas, quæ bono iam habito convenire non poteſt cū in illo, vt poſſeſſo nullat ſit difficultas vincenda, ſed omnis victa ſupponatur.

6 *Dices.* Dices; arduitatem ſolum eſſe de conceptu ſpei in ordine ad actū præcipuum, nempè deſiderium boni nō habiti, non autē in ordine ad actum minus principalē, videlicèt, gaudium de bono proprio habito: ergo quamvis obiecto ſpei, prout terminat actum præcipuum, repugnet præſentia: illi tamen adæquatè accepto non repugnabit. *Reſp.* Reſpondeo, negando antecedens: virtus namque ſpei cum ad irascibilem ſpectet, ad quam vt ait Divus Thomas 1. *parte, quæſt.* 81. *artic.* 2. ſolum pertinet reſiſtere contrarijs impediētibus boni aſſequutionem: quo circa illius obiectum eſt bonum arduum, non poteſt non reſpicere pro obiecto adæquato bonum cum arduitate.

7 *Ad 2. probationem antecedētis principalis.* Ad ſecundam probationem, nego antecedens pro prima parte: gaudium namque de Deo vt nobis bono, à charitate elicitur in Beatis; nam licet nō ſit actus amicitiæ, ſed concupiſcentiæ, & conſequentèr elici non poſsit primario à charitate, poteſt tamen elici ſecundario ab illa. *Dices.* Dices: omnis actus elicitus ab aliqua virtute ſivè primario, ſivè ſecundario, debet attingere bonum, vt obiectum illius; at gaudium de Deo, vt eſt nobis bonum, non attingit charitatis obiectum, quod eſt bonum amici: ergo nec ſecundario poteſt elici ab illa. *Reſpond.* Reſpondeo, quod etſi non attingat bonum amici in recto ſed bonum proprium, id eſt, Deum, vt eſt bonum nobis; quo circa actus amicitiæ non eſt, attingit tamen illud in obliquo, quatenus eſt gaudium de Deo vt mihi bono, non ſiſtendo in me, ſed quatenus ego ſum aliquid Dei: vndèiam bonitatem divinam attingit in obliquo.

8 *Dices.* Dices, ſequit ex hac ſolutione, actum ſpei elici à charitate: conſequens eſt falſum: ergo, & eius doctrina. Pater ſequela: etiam ſpero beatitudinē mihi, non ſiſtendo in me; aliàs actum vitioſum elicerem, ſed vltimatè me ordinando ad Deum, vt ego ſum aliquid Dei; atqui hac ratione gaudium illud à charitatè elicitur: ergo elici etiam poterit actus ſpei ab illa. *Reſpond.* Reſpondeo, negando ſequelam. Ad cuius probationem diſtinguo maiorem: non ſiſtendo in me poſitivè per excluſionem ordinis ad Deum, concedo maiorē: non ſiſtendo in me, negativè, ex vi actus ſpei, nego maiorem, & nego minorem: quia gaudiū illud, quod eſt in beatis à charitate elicitum, reſpicit Deum, vt eſt bonum ipſis, eſſentialitèr exigendo ordinationem illorum ad Deum, quod actus ſpei non habet: quia licet reſpiciat Deum, vt bonum mihi, non ſiſtendo in me poſitivè, & contrariè, hoc eſt excludendo, quod per alium actum ego ad Deum ordinor, ipſe tamen actus non reſpicit Deum, vt bonum mihi, exigendo eſſentialitèr mei ordinationem ad Deum.

9 *Inſtabis.* Inſtabis, poſsibile eſt gaudium in beatitudine de Deo vt mihi bono, non exigens eſſentialitèr mei ordinationem ad Deum amicabilitèr dilectum, in quo nulla repugnantia poterit oſtendi; atqui talis actus non elicietur à charitate, vt ex dictis colligitur: ergo elicitur à virtute ſpei. Tenet conſequentia: quia talis actus, cum ſit honeſtus, ad aliquam virtutem pertinere debet. *Reſpond.* Reſpondeo negando antecedens: quia cum in beatis ſit gaudium de Deo vt ſibi bono, non ſiſtendo in ſe, ſed poſitivè attingens obiectum amicabile, ſaltim in obliquo, non eſt poſsibile aliud gaudium, quod eſt imperfectum. Et dato quod eſſet poſsibilis actus prædictus, non eſſet poſsibilis ſaltim connaturaliter; virtutes autem non dantur ad actus honeſtos vtcumque, ſed ad actus honeſtos ordinarie evenientes. Vnde ad talē actum, auxilium per modū tranſeuntis ſufficeret.

10 *Secundo reſp. ad principale arg.* Secundo ad principale atgumentum reſpondeo, omiſſo antecedenti negando conſequentiam: quia ſi ſemel gaudium poteſt elici à virtute ſpei, debebit eſſe de bono proprio vt poſſeſſo, vel in vi auxilij alterius, vel per media difficilia, vt arduitas, quæ pertiet ad obiectum ſpei, etiam in obiecto talis gaudij ſalvetur: Deo autem repugnat de ſe ipſo, ſivè de bono alterius, vt aliquo ex illis modis poſſeſſo gaudere.

11 *Supponitur. 3.* Tertio, omnes Theologi in eo conveniunt, quod in Deo inveniri non poteſt deſiderium reſpectu bonitatis propriæ; quod ad minus evidentèr convincit ratio Divi Thomæ in præſenti: deſiderium namque pro obiecto petit bonum, non obtentum, aut habitum, ſed obtinendum, & non habitum; atqui bonitati divinæ repugnat, eſſe

esse non habitam, & non possessam perfectissimè à Deo: ergo repugnat desiderium in illo respectu bonitatis propriæ: qua ratione ad veritatem illam comprobandam

Vazq. in cõsequenter loquitur.

veniuntur etiam Vazquez, & Alarcon locis referendis inferius; parum tamen consequentes in propria doctrina; cum Vazquez *disp. 83. cap. 3. numer. 11. & cap. 4. numer. 25.* defendat, Deum desiderare reprobis æternam salutem; quia quamvis re vera futura non sit, illam tamen vt futuram cognoscit: pari ergo ratione, quamvis bona intrinseca Deo, re vera futura non sint, sed semper possessa, poterit tamen illa, vt futura, & vt non possessa cognoscere; ac proinde ea sibi desiderare.

12 *Alarcon etiam cõsequentia laborat.*

Alarcon etiam *tract. 3. disp. 1. cap 4.* admittens in Deo appetitum innatum per modum desiderij in persona producente respectu productæ, propter prioritatem solam originis, parum consequentèr desiderium elicitum negabit Deo respectu bonitatis intrinsecæ, ex eo quod Deo futura non sit, sed semper possessa: si enim, quod persona producta sit posterior origine producente, sufficiens est, vt terminet appetitum innatum per modum desiderij, cur etiam sufficiens non erit, vt desiderium terminet per modum appetitus elicitij?

13 *Si opponatur cõtra communem doctrinã.*

Si contra veritatem illam opponas: Spiritus Sanctus procedit ex amore sui; atqui talis amor est desiderium: datur ergo desiderium in Deo respectu bonitatis intrinsecæ. Probatur minor, nõ est gaudium de Spiritu Sancto: ergo est desiderium illius. Probatur antecedens: cognitio regulans talem amorem non terminatur ad Spiritum Sanctum vt præsentem; cum per amorem subsequentem prædictam cognitionem procedat: ergo nec amor ad illum, vt præsentem poterit terminari: & consequentèr gaudium non erit.

14 *Resp. Alarcon.*

Respondet Alarcon *tract. 3. disp. 1. cap. 2. num 6.* prædictum amorem, posse quodammodo desiderium & quodammodo gaudium vocari: desiderium quidem, quia Spiritum Sanctum non supponit productum; gaudium verò, quia per illum actum acquirit Pater sibi illud bonum, nempè Spiritum Sanctum; absolutè tamen, non esse desiderium, nec gaudium, sed amorem specialiter dictum; quia illius obiectum est bonum, nec vt futurum, nec vt possessum, sed absolutè sumptum. Amor autem ex quo Spiritus Sanctus procedit, terminatur ad illum nec vt futurũ, nec vt possessum, sed absolutè. Ad probationẽ ex cognitione regulante desumptam, respõdet, necessarium non esse, quod amor prædictus cognitionem Spiritus Sancti suppo-

nat: quia cum Spiritus Sanctus taliter sit obiectum amatum, quod simul sit amor, necessariũ non est vt ametur, quod prævie cognoscatur, sed sufficit prævia cognitio naturæ divinæ, & cõcomitans cognitio pro eodem instanti Spiritus Sancti. Exemplũ aliunde habemus ex nobis qui eodem actu, quo amamus obiectum, ipsum etiam actum amamus, quin præcedat illius cognitio.

In huius Authoris doctrina multa cõtinentur à veritate aliena: & quidem ab hoc vltimo incipiendo, falsissimum est, posse aliquid amari per modum obiecti, quin supponatur cognitum, & ab intellectu propositum, iuxta illud pervulgatum axioma: *Nihil volitum, quin præcognitum*: nec cum alio fundamento ab hac generali regula excludi potest, illud, quod simul est amor, & obiectum amatum: nam quod voluntas obiecti cognitionem supponat, fundatur in eo, quod voluntas est potentia cæca; ac proinde dictum intellectus necessario requirit, vt ad obiectum affectivè inclinetur; atqui etiam in amore illius, quod simul est amor, & obiectum amatum, eadem cæcitate gaudet voluntas: ergo dictum intellectus, illud proponentis, necessario requirit. Nec exemplum, quod pro se adducit, est ad propositum: voluntas namque diligens obiectum, solum in actu exercito suum actum attingit, ad quod necessarium non est, quod intellectus cognoscat volitionem; at verò in nostro casu, Spiritus Sanctus non in actu exercito, sed in actu signato amatur. Imò potius ex ipsius exemplo contra illius doctrinam manifestum argumentum desumo; vt namque voluntas velit, se velle volitione reflexa, & veluti in actu signato ad ipsam volitionem terminata, necessario præexigitur volitionis amandæ cognitio, quod negabit nullus; atqui volitio, ex qua Spiritus Sanctus procedit, terminatur ad illud tanquam ad obiectum amatum, vt *quod*, & in actu signato: ergo quamvis simul sit obiectum amatum, & amor, necessario desiderat prævium cognitionem. Et quidem sit exemplum adductum aliquid probaret, convinceret etiam, nedum non requiri prævium cognitionem Spiritus Sancti, verum etiam nec concomitantem: sicuti, vt voluntas in actu exercito, velit se velle, cognitio concomitans volitionis, necessaria non est.

15 *Hæc doctrina multa fa volatis à veritate aliena.*

16 *Ex exemplo pro se adducto, formatur contra ipsũ manifestum argumentum.*

Deinde, falsum est, amorem prædictum desiderium esse vllo modo: ad rationem namque desiderij requiritur realis absentia obiecti in instanti *in quo*; atqui Spiritus Sanctus non est realiter absens: ergo amor de quo obiecto procedit

17 *Amplius manifestatur defectus doctrinæ.*

Digitized by Google

nequit desiderium vocari. Denique etiam est falsum, non esse cum proprietate gaudium: ad rationem namque gaudij cum proprietate talis, necessarium non est, quod obiectum supponatur præsens, sed solum, quod revera sit præsens & habitum in inflati, quod volitionē mensurat; atqui amor ille, & Spiritus Sanctus sunt simul in eodē instanti, nedū reali, verū etiam rationis *in quo* cū sola prioritate originis: ergo cum proprietate obtinet gaudij rationem. Quod argumentum inferius amplius prosequemur.

18 *Resp. ad obiectionē principalem.*

Ex quibus ad argumentum factum respondeo, negando minorem. Ad illius probationem, nego antecedēs. Ad cuius probationem dicatur, cognitionem regulantē illū amorem, esse intuitivam terminatam ad Spiritum Sanctum, vt existentem in eadem durationis mensura, in qua existit cognitio regulans, & amor regulatus. De quo latius alibi, cum de processionibus Verbi, & Spiritus Sancti agitur.

§. II.

Referuntur sententiæ, & statuitur prima conclusio.

19 *Primasētentia circa desiderium. Vazq. Suarez. Alarcon. Secunda. Tertia.*

His ita præmissis, tota difficultas devoluitur ad desiderium respectu bonitatis extrinsecæ Deo & ad amorem specialiter dictum. Et quidem quoad priorem partem tres versantur sententiæ. Prima est affirmativa, quam tenet Vazquez *disp.* 84. *c.* 1. *n.* 1. Suarez *lib.* 3. *de attributis positivis, cap.* 7. Alarcon *tract.* 3. *disp.* 7. *c.* 2. Secunda est negativa, cuius Patronos inferius referemus. Tertia inter vtramque media, distinguit inter bona nostra, quę dependent à solo Deo, & ab illo attribuuntur, vel tribui possunt independenter à nostro consensu, & bona nostra, quæ Deus nobis confert dependenter à nostro consensu, vt æterna salus, & actus perfecti, & vitales: qua distinctione supposita, affirmat, de bonis primi generis non dari desiderium in Deo; bene tamen de alijs, sic litem componere conatur Herice *tract.* 2. *disp.* 13. *cap.* 1. Amorem specialiter dictū negavit Herice loco allegato *cap.* 2. respectu bonitatis intrinsecæ Deo, non tamen respectu bonorum ad extra. Cuius sententiā vtpotè singularem Moderniores eiusdem familiæ merito reijciunt.

Herice.

20 *Prima cōclusio.*

Prima conclusio sit: *Actus desiderij non convenit Deo, etiam respectu bonorum ad extra.* Ita D. Thom. *in præsenti quæst. artic.* 1. *ad* 2. 1. *Contra Gentes, cap.* 89. *ratione* 6. *in* 1. *Sententiarum, dist.* 49. *quæst.* 1. *art.* 1. *ad* 1. *de veritate quæst.* 23. *art.* 1. *ad* 7. in quibus locis, quamvis D. Angelicus expresse non neget desiderium in Deo respectu bonitatis extrinsecæ: quia tamen absolutè illi denegat desiderium, nec vnquā desiderium alicuius boni attribuit voluntati divinæ, & illius ratio benè perpensa de cuiuslvis boni desiderio convincit, manifestum est, quodvis desiderium à divina voluntate relegare. Ipsum sequuntur Antiquiores nostri. Capreolus *in* 1. *dist.* 45. *q.* 1. *art.* 1. Ferrarienses 1. *Contra Gentes, cap.* 89. Moderniores etiā Tho mistæ *in præsenti.* Nazarius *controversia vnica concl.* 2. Albelda *disp.* 62. *concl.* 3. Zarardus, & Marcus de la Serra *circa articul. im primum huius quæstionis.* Ex alienis Granadus *tractatu* 6. *disp.* 4. *num.* 3. & Arrub. 1 *quæst.* 20. *num.* 5.

Capreol. Ferrar. Nazar. Albelda. Serra. Granad Arrubal.

21 *Probatur ratione ex D. Th. desūpta.*

Probaturque ratione D. Thom. ex prę allegatis locis desumpta: actus in sui conceptu imperfectionem dicens, divinæ volūtati repugnat, sed desiderium imperfectionem in suo conceptu importat: ergo illi non competit. Probatur minor: desiderium petit pro conditione obiecti, quod sit bonum non habitum, sed obtinendum; at imperfectio maxima est, bonum aliquod non obtineri & possideri à Deo: ergo desiderium imperfectionem in sui conceptu Deo repugnantē importat.

22 *Respō*

Respōdebis, esse imperfectionem, quod aliqua intrinseca perfectio deficiat, & perfectissimè non possideatur à Deo, quod autem bonum aliquod extrinsecum Deo, non obtineatur de facto ab ipso, sed in futurum sit obtinendum, nullam imperfectionem esse: ac proinde repugnabit illi sibi desiderare aliquam perfectionē intrinsecam, non autem desiderare sibi extrinseca bona.

23 *Contra 1.*

Sed contra primo, desiderium est de bono non habito, nec formaliter, nec eminenter; atqui Deus ratione suæ bonitatis intrinsecæ, eminenter continet quodvis bonum creatū, & defectus istius eminentialis continentiæ imperfectio maxima est: ergo desiderium bonitatis creatæ imperfectionem Deo repugnantem importat. Minor cum consequentia tenet: maior autem probatur; desiderium est motus voluntatis in bonum, sicuti gaudium est quies; at motus est actus existentis in potentia ad terminum, nec formaliter, nec eminenter præhabitum; cum sit actus imperfecti: quo circa vt in 8 Physicorum docetur, idem nequit esse movens, & motum: quia nequit esse simul in actu eminenter continente terminum, & in potentia ad illum. Ex quo principio, ibidem colligitur, gravia, & levia, nō à se, sed à generāte moveri: ergo desiderium debet esse de bono, nec formaliter, nec eminenter præhabito.

Digitized by Google

24 *Secundo.* Secundo, desiderium eti bonum non habiti, nec actu, nec virtute; at Deus quod vis bonum creatum in virtute continet perfectissimè, & effectus huius continentiæ maxima imperfectio esset: ergo desiderium in sua formali ratione imperfectionem dicit repugnantem Deo. Consequutio tenet, minor est certa: & maior suadetur: id namque, quod aliquis in sua virtute perfectissimè continet, & id circo non habet, quia non vult habere, non nisi impropriè potest dici, illud desiderare: ergo debet esse boni non habiti nec actu, nec virtute, desiderium cum proprietate acceptum.

25 *Dices.* Dices, hoc argumento solum convinci, non posse Deum, nec sibi, nec nobis desiderare illa bona, quæ in sua sola sint potestate; non autem quod desiderem nobis non possit ea, quæ à nostra libertate dependent: nam licet sit in potestate Dei, liberum nostrum consensum extorquere; quia tamen iuxta providentiam communem sic se gerit Deus cũ voluntate nostra in ordine ad bona prædicta, ac si in nostra solum potestate esset posita: hinc fit, quod possit nobis illa desiderare.

26 *Contra 1.* Sed contra primo; id circo nequit Deus bona primi generis, nec desiderare sibi, nec nobis: quia in ipsius potestate, & virtute sunt posita; et etiam bona illa, quæ à nostra libertate dependent, in virtute Dei perfectissimè continentur; aliàs Deus nõ esset perfectissimè Dominus nostrarũ actionũ: ergo eadem ratione, nec sibi, nec nobis illa desiderare poterit. *Secundo.* Secundo, quia sequitur ex hac solutione, Deum non solum desiderare nobis bona prædicta, verũ etiã illa nobis sperare; consequens est falsum, vt cũ cõmuni doctrina admitti in eodẽ capite Herice: ergo, & eius solutio. Probo sequelam; ideò in istius Authoris sententia potest Deus illa desiderare nobis; quia sic fegerit respectu illorum, ac si essent totaliter in nostra potestate constituta; atqui arduitas, quam Author prædictus ad obiectum spei exposcit, consistit in eo, quod sit bonũ ab alio conferendum, vel in vi auxilij alterius adipiscendũ: ergo bona illa arduitate gaudẽt respectu Dei; & cõsequentèr: sicut terminãt desiderium divinum, terminare poterunt ipẽ.

27 *Secundo suadetur conclusio.* Secundo principaliter suadetur conclusio: sicut comparatur quies ad motum in physicis, sic in appetibilibus comparatur ad desiderium, gaudium, & delectatio; at obtenta quietè perfecta, non datur locus vlteriori motui, vt patet in gravi, & levi in suis propijs centris quiescẽtibus: ergo pariter assequutis gaudio, & delectatione perfectè, desiderij locus non datur; atqui Deus in bonitate propria vt possibilia perfectissimè gaudet, delectatur, & quiescit: ergo nihil potest vltra desiderare.

28 *Tertio suadetur conclusio.* Denique specialitèr de actu efficaci voluntatis divinæ suadetur conclusio: actus namque efficax divinæ voluntatis, eo ipso quod efficax sit, obiectum intra æternitatem constituit: ergo eo ipso tale obiectum est præsens Deo. & in eadem mensura durationis coexistens; ac proinde obtinere nõ potest rationẽ desiderabilij, quod respicit bonum futurum. *Dices.* Dices, quod etsi tale obiectum non sit futurum respectu Dei; est tamen futurum respectu nostri, & consequenter, quamvis non possit dici; Deum illud fieri desiderare, potent tamen dici, illud desiderare nobis.

29 *Contrà.* Sed contra: obiectum formale desiderij est bonum proprium desiderantis: vnde desiderans in quantum talis sibi semper desiderat: ergo si Deus sibi nequit prædictum bonum desiderare, nec nobis illud desiderare poterit. Consequentia tenet: ablato namque formali obiecto actus, nequit actus remanere circa obiectum materiale. Antecedens autem ostenditur primo ex D. Thoma, *2. 2. quæst. 17. art. 3.* id expressè asserente. Secũdo ratione, quã ibidem facit, vt probet, obiectum spei formale, esse bonũ proprũ sperantis, ad hanc formam reducta: desiderium est motus appetitus in bonum; at motus semper terminatur ad terminum proprium; proportionatum mobili, vt in moribus physicis constat: ergo desiderium pro termino, & formali obiecto respicere debet bonũ desiderantis proprium. Quod si ad alios extẽditur, & alijs quis bonum desiderat, est in quã ũ ex aliorũ bonis aliquid fœlicitatis desideranti accrescit, quod in Deo inveniri non potest, qui à se ipso fœlix, & beatus existit, ita vt ex aliorum bonis nihil fœlicitatis ei accrescere possit. Et quibus soluta remanent, quæ contra conclusionem nostram possunt opponi.

§. III.

Argumentis in contrarium occurritur.

30 *Arguitur 1. ex Dn Paulo.* ADversus illam obijciunt nobis verba illa Pauli 1. ad Timothæum 2. *Deus vult omnes homines salvos fieri, &c. ad agnitionem veritatis venire*; at volitio illa Dei, qua omnibus hominibus salutem exoptat, non est simplex complacentia de illorum salute vt possibili, nec terminatur solum ad auxilia sufficientia ad salutem, sed ad illam in se, vt latè ostendimus *supra, quæst. 19.* nec est amor salutis specialitèr dictus, cũ ad gloriam terminetur vt futuram quodammodo; nec est gaudiũ de omnium salute; cum reprobortũ salus nõ sit in æternitate, divinæ volitioni

coexistens: ergo est desiderium illius, & consequentèr datur in Deo actus desiderij cum proprietate. Accedit Chrysostomus homilia 1. in Epistolam ad Ephesios, illis verbis: *Hoc est, quod mirum in modum cupit, vehementerque desiderat nostram ipsorum salutem*: in quibus manifestè agnoscit Chrysostomus desiderium in Deo.

Ex Chrysostomo.

31 *Resp. & explicantur verba Pauli.*

Respondeo, volitionem illam, de qua loquitur Paulus, esse quodam modo desiderium æternæ salutis, quatenus ad illam vt in se, non præsentem, & ab omnibus hominibus possessam terminatur; non autem esse desiderium absolutè, & simplicitèr; quia ad hoc requirebatur, quod nec esset habita in se, nec in virtute Dei; cum autem in virtute divina perfectè contineatur, nequit voluntas Dei desiderium illius simplicitèr dici. Ex quibus mens Chrysostomi constat: appellavit namque desiderium voluntatem illam, non quia desiderium sit absolutè, & simplicitèr, sed quia quodammodo est desiderium, & etiam quoad effectum, quia sicuti pater desiderans filio, vt doctus evadat, de medijs sufficientibus providet illi: ita Deus ex tali voluntate, qua omnibus hominibus vult æternam salutem, omnibus confert media sufficientia, vt consequantur illam.

Ad Chrysostomum.

32 *Dices.*

Dices, volitio illa est absolutè, & simplicitèr divina volitio: ergo vel simplicitèr gaudium, vel simplicitèr amor, vel simplicitèr est desiderium; non primum, nec secundum: ergo erit desiderium absolutè, & simplicitèr.

Respond.

Respondeo, illam volitionem absolutè, & simplicitèr esse amorem specialitèr sumptum. Nec obstat attingere gloriam, vt futuram quodāmodo; quia vt extraheretur à ratione amoris specialitèr sūpti, deberet esse futura perfectè.

33 *Secundo arguitur.*

Secundo arguitur; actus voluntatis divinæ, quo causantur creaturæ est verè desiderium illarum: ergo admitti debet desiderium in Deo. Probatur antecedens: actus prædictus non est amor specialitèr dictus; cum terminetur ad illas non secundū se solū, sed etiā vt futuras: nec est gaudiū de illis: quod probo; nam gaudium terminatur ad suum obiectum vt possessum, & habitum; actus autem ille non potest ad creaturas vt sic terminari: Tùm, quia cognitio regulans actum illum præcedens ad illas vt existentes non terminatur: Tùm etiam, quia esse creaturarum est posterius actu prædicto; cum ex illo causetur: ergo est verè, & simplicitèr desiderium respectu creaturarum.

34 *Respond.*

Respondeo, negando antecedens. Ad cuius probationem, nego antecedens pro secunda parte. Ad illius probationem, distinguo maiorem: vt possessum antecedentèr, vel concomitanter ex vi eiusdem actus, concedo maiorem: antecedentèr solum, nego maiorem, & nego minorem: nam licet creaturæ non antecedant vt existentes ad illum actum: existunt tamen, & habentur à Deo vt præsentes sibi ex vi illius actus in eodem instanti: sicuti autem ad rationē intuitivæ notitiæ necessariū nō est terminari ad rē existentē antecedentèr, sed sufficit terminari ad rē existentē in eodem instanti ex vi talis notitiæ, quando est notitia practica, & intuitiva; quo circa *supra quæst. 14. artic. 8.* à Thomistis docetur, creaturas causari à Deo per scientiā visionis, & divinum Verbum ex sui ipsius intuitiva notitia procedere; ita similitèr ad rationem gaudij, quando practicum est, nō exigitur ad bonum antecedentèr possessum terminari, sed sufficit esse in eodem instanti ex vi talis gaudij possessum.

35 *Instabis primo.*

Sed instabis primo, actus voluntatis divinæ pro priori quo creaturarum existentiam præcedit, est illarum volitio, & tamen pro illo priori gaudium non est: ergo pro tunc obtinet rationem desiderij. Maior ex eo nota videtur, quod cū voluntas sub omni cōceptu volitiva sit, omnis eius actus sub quocūque conceptu debet esse volitio. Minor autem probatur, actus prædictus pro illo priori non terminatur ad creaturas vt existentes; cum pro illo priori existentes nō sint, seu ad minus non concipiātur: ergo non terminatur ad illas vt possessas, & habitas, & consequēter gaudium non est. Secundo, esto creaturę pro illo priori sint coexistentes, & præsentes Deo in æternitate; non tamen sunt coexistentes inter se, sed vna est futura respectu alterius: ergo actus, quo Deus vult creaturæ bonum sibi non coexistens, sed tantum futurū, estò non sit desideriū respectu Dei, erit tamē desideriū respectu nostri: & ita verè poterit dici, Deū illi desiderare bonū, estò dici non possit, illud sibi desiderare.

36 *Resp. ad 1. instantiam.*

Respondeo ad primum, omissa maiori, negando minorem. Ad cuius probationem, distinguo antecedens: pro illo priori non terminatur ad creaturas vt existētes pro eodem priori, transeat antecedens: vt existentes in eodem instanti reali pro alio posteriori eiusdem instantis, nego antecedens. & nego consequentiam: quia sicut scientia, qua Deus producit creaturas, estò illarum existentiam prioritate causæ præcedat, quia tamen illas respicit vt sibi coexistentes in eodem instanti, est intuitio respectu illorum. & cognitio ex qua Verbum procedit est intuitiva illius: quia quāvis illius existētiā prioritate originis antecedat nō tamē prioritate instātis *in quo*, sed in eodē instāti reali coexistūt: ita simi-

Digitized by Google

similiter volitio, qua causantur creaturæ rationem gaudij obtinet pro omni priori: quia etsi illarum possessionem præcedat prioritate *à quo* non tamen *in quo*, sed in eodem instanti mensurante actum existit, & possidetur bonum creatum: ad rationem enim gaudij non magis requiritur terminari ad bonum possessum, quam ad intuitivam notitiam, terminari ad obiectum existens. Ad secundam, concesso

37 *Ad 2.* antecedenti, nego consequentiam: quia desiderium cum proprietate acceptum, petit terminari ad bonum futurum, comparatione facta ad desiderantem, vt ex dictis inter confirmandam nostram conclusionem colligitur: vndè non nisi impropriè dici poterit, Deum desiderare bona creaturis, ex eo quod comparatione illarum futura sint, & nondum possessa.

38 *Instabis adhuc.* Sed instabis adhuc: Deus non solum amat se ipsum volendo sibi bonum, sed etiam amat creaturas, & illis vult bonum: ergo bonum creaturis abiens desiderabit.

Respond. Respondeo, concesso antecedenti, negando consequentiã: quia quando amat creaturas vult illis bonum in ordine ad se: vndè bonum, quod creaturis vult, eodem actu vult sibi ipsi, & si hoc repugnaret, repugnaret etiam velle bonum creaturis: vndè vt creaturis bonum desideraret, sibi etiam deberet illud desiderare; cumque hoc repugnet, etiam primum repugnantiam involuit. Ex quibus colligo, discrimen, quod Angelicus Doctor constituit 2. 2. *q.* 17. *art.* 3. inter amorem, & desiderium, quod videlicet amor; quia vnio quædam est, potest terminari ad bonum alterius: desiderium verò, quia consistit in motu, non nisi ad bonum proprium desiderãtis potest terminari, debere intelligi inter amorẽ, & desideriũ creatũ; in Deo nãque etiam amor nequit terminari ad alterum, nisi in ordine ad se.

Ex hac doctrina infertur.

39 *Tertio arguitur.* Denique arguitur: Deus non solum se amat, sed etiam creaturas, & non solum de bonis propriis, sed etiam de bonis creaturarum cum proprietate gaudet, vt docuit D. Tho. 1. *Contra Gentes, cap.* 90. in fine: ergo cum proprietate desiderare poterit bonũ creaturis, quando illud est absens. Patet cõsequẽtia, amor nãque, desiderium, & gaudium comparãtur vt principium, medium, seu motus, & terminus, seu finis, vt docuit D. Tho. 1. *Contra Gentes, cap.* 91. at cui competunt principium, & finis, media etiam competere possunt: ergo si Deo conveniunt amor, & gaudiũ de bonis creaturarum, etiam desiderium cõpetere potest Respondeo, concesso

40 *Respond.* antecedenti pro vtraque parte, negando consequentiam, quia in amore, & gaudio de bonis creaturarum nulla apparet imperfectio, in desiderio autem imperfectio invenitur: quia debet esse boni non habiti formaliter, nec eminenter in actu, nec virtute, quod imperfectio maxima est. Ad probationem consequentiæ, distinguo maiorem: vt medium necessarium semper, nego maiorem: non necessarium, concedo maiorem: & distinguo minorem eodem modo, & nego consequentiam. Itaque desiderium semper ordinatur ad gaudium, & ab amore procedit, non tamen semper amor petit desiderium initiare, nec gaudium petit semper terminare illud: Deus namque se ipsum amat, & de se ipso delectatur, & gaudet, non tamen sui ipsius desiderium potest habere.

§. IV.

Statuitur secunda conclusio veræ sententiæ.

41 *Secunda conclusio Bañez. Zumel. Nazar. Albelda. Zarand. Serra. Suarez. Vazq. Granad. Ruizius. Alarcon.*

SEcunda conclusio: *In Deo datur amor sui ipsius specialiter sumptus.* Ita omnes Theologi, nullo excepto, quem viderim (præter Herice) Bañez, Zumel, Nazarius, Albelda, Zanardus, & Marcus de la Serra *circa art.* 1. *huius quæst.* Suarez *lib.* 3. *de attributis positivis, capit.* 6. *numer.* 7. Vazquez *disput.* 84. *capit.* 2. Granados *tract.* 6. *disput.* 1. *sect.* 2. Ruizius *disput.* 52. *sect.* 3. Alarcon *tract.* 3. *disp.* 71. *capit.* 1. Contrariam sententiam singularem, & nullo firmo fundamento innixam appellans.

42 *Prob. 1. ex D. Tho.* Et ostenditur primo ex D. Thom. in hac *quæst. artic.* 1. in corpore, quod his verbis concludit: *Vnde in quocumque est voluntas, & appetitus, oportet esse amorem, remoto enim primo, remouentur alia, ostensum est autem in Deo esse voluntatem, vndè necesse est in Deo ponere amorem*: & in solutione ad primum illis verbis: *Amor igitur, & gaudium, delectatio, secundum quod significant motus appetitus sensitivi, passiones sunt, non autem secundum quod significant actus appetitus intellectivæ, & sic ponuntur in Deo.* Id ipsum expresse tradidit Doctor Angelicus 1. *Contra Gentes, cap.* 91. sex rationibus illud confirmans: vbi cum inter gaudium, & amorem distinguat, & vtrumque attribuat actum voluntati divinæ, manifestè sentit, non solum amorem secundum quod est quid commune ad omnes voluctatis actus, & in gaudio includitur; sed etiam amorem spe-

ſpecialitèr ſumptum divinæ voluntati competere.

43 *Reſp. Herice.* Reſpondet Herice, verum quidem eſſe D. Thomam divinæ voluntati concedere amorē ſpecialiter ſumptū, & prout ab alijs actibus voluntatis diſtinctum, non tamen reſpectu ſui, ſed reſpectu creaturarum; vndè Deus amat creaturas iuxta D. Tho. amore ſpecialitèr sūpto, non autem ſe ipſum. Hęc autem explicatio menti D. Th. non congruit: ex eo namque probat D. Tho. in Deo eſſe amorē, quia amor eſt primus motus voluntatis, ac proinde amore ſublato, neceſſarium eſt etiam omnes alios motus, ſeu actus auferri: ergo ſublato amore ſpecialitèr ſumpto reſpectu alicuius obiecti, cæteri actus circa tale obiectum remanere nō poſſunt; atqui datur in Deo gaudium de ſe ipſo, & de alijs: ergo, & amor ſui ſpecialitèr dictus. Et confirmatur amplius; nam D. Thomas eodem modo; & abſque vllo diſcrimine concedit voluntati divinæ amorem & gaudium; atqui gaudiū ponit in Deo de ſe ipſo, & de alijs: ergo, & amorē ſui ſpecialitèr dictū.

Reijcitur ſolutio.

Confirm.

44 *Secundo prob. concluſio rationē.* Secundo ſuadetur concluſio ratione, qua vtitur Angelicus Doctor loco ex *Contra Gentes* citato amor bonitatis divinæ ſpecialiter ſumptus nullam imperfectionē dicit ex ſua ratione formali: ergo eſt admittendus in Deo. Conſequentia tenet, omnis namque actus, qui in volūtate creata invenitur, ſi in ſua ratione formali nullam imperfectionem dicat, invenitur etiā in voluntate Dei Antecedens autem probatur imperfectio namque, quæ inveniri poteſt in aliquo actu ſecundum ſuam rationem formalem, vel provenit ex parte obiecti, vel ex modo ſe habēdi ad illud, atqui amor ſpecialitèr ſumptus bonitatis divinæ imperfectionē nō dicit ex parte obiecti, quod eſt divina bonitas, nec ex modo ſe habendi ad illud: quod probb; nam amor iſte non perit abſentiam obiecti; cū potius, vt inquit D. Thomas, ex ipſius preſentia creſcere ſoleat: ergo nullam imperfectionem dicit ob quam debeat relegari à Deo.

45 *Reſ. Herice.* Reſpondet Herice, amorem ſpecialitèr ſumptum, etſi non petat realem abſentiā obiecti amati, in quo à deſiderio diſtingui tur, petere, quod obiectum ſuum abſtrahat à præſentia, & abſentia, ſeu à poſſeſſione, & nō poſſeſsione, in quo differt à gaudio, quod reſpicit pro obiecto bonum poſſeſſum; ac proinde expoſcere, quod obiectum ſuum indifferens ſit, vt poſſideatur, & non poſſideatur, nec ſit illi eſſentialis actualis poſſeſsio, quod imperfectio eſt divinæ bonitati repugnas. Sed cōtra primo, amor ſpecialitèr ſumptus ex præſentia, & poſſeſsione obiecti creſcere ſolet, quando obiectum in ſe perfectum eſt, quod inquit D. Thom, in ſpiritualibus bonis contingere, quorum poſſeſsio experta amorem non minuit, ſed auget ad differentiam humanorum bonorum, quæ ante ſui aſſequutionem deſiderium accendunt, poſſeſſa tamen ob ſui vilitatem faſtidium generare ſolent: ergo amor ſpecialitèr ſumptus, non ſolum non petit abſentiam obiecti, verum nec abſtractionem poſitivam illius, à præſentia, & abſentia, à poſſeſsione, & non poſſeſsione. Patet conſequentia; nā conditio obiecti non attacta per actum, illum non invat: ergo ſi actualis poſſeſsio invat, & accendit amorem ſpecialitèr ſumptū, per ipſum attingitur, & conſequentèr non petit obiectū ſuum à poſſeſsione, & non poſſeſsione præſcindere.

46 *Contr. 1.*

47 *Secundo.* Secundo, nam beati non ſolum gaudent de Deo vt ſibi bono, ſed etiam illum amant amore ſpecialitèr sūpto; & tamen beatificus amor non tendit in bonitatem Dei vt abſtrahentē à poſſeſsione, & nō poſſeſsione: ergo talis abſtractio non eſt de conceptu obiecti amoris ſpecialitèr sūpti. Illatio eſt legitima: minor eſt certa; nam amor prædictus regulatur viſione intuitiva, & beatifica, Deum vt eſt in ſe concipiente; ac per conſequens non attingente Deum cum præciſione ab abſentia, & præſentia: ergo nec amor bonitatem divinam cum præciſione attingit. Maior etiam nota videtur: tùm, quia aliàs in beatis ſolum eſſet amor concupiſcentiæ. Tùm etiam: quia amor viæ continuari poteſt cum amore Patriæ, & de facto continuatum fuiſſe in B. Virgine, eſt multorum ſententia; atqui amor viæ eſt amor Dei ſpecialitèr ſumptus: ergo, & amor patriæ.

48 *Tertio.* Denique à priori reijcitur prædicta ſolutio: bonitas divina poſſeſſa non ſolū eſt amabilis à Deo quia poſſeſſa ab ipſo, ſed etiā quia bona abſolutè; atqui actus attingens bonitatē poſſeſſam, quia abſolutè bonā, eſt amor ſpecialitèr sūptus, non petēs bonitatē amatā ab actuali poſſeſsione præſcindere: ergo talis præciſio non eſt de cōceptu amoris ſpecialitèr ſumpti. Conſequutio tenet. Maior eſt certa: & minor pro prima parte nota videtur; gaudium namque petit attingere bonum poſſeſſum, non quomodolibet, ſed quia poſſeſſum, ita vt illius motivum ſit boni poſſeſsio: ergo actus attingens bonum poſſeſſum, nō quia poſſeſſum, ſed quia abſolutè bonū, gaudiū non erit; cumque deſiderium non ſit, erit amor ſpecialitèr ſumptus.

Minor p. 1. par. prob.

Pro ſecunda verò parte; in qua difficul-

49

Digitized by Google

Pro 2. sus detur 1. culta videtur consistere, suadetur primo. Actus ille attingit obiectivè obiecti possessionem: ergo non potest obiectum suum ab actuali possessione præscindere. Secundo, actus intellectus divini cognoscens Dei bonitatem non præscindit a bonitate, cum illam percipiat; & tamen non specificatur ab illa quia bona, & sub ratione boni, sed sub ratione veri, & amor, quo Deus amat suam intelligibilitatem non præscindit ab intelligibilitate amata, & tamen non specificatur ab illa, sub ratione veritatis seu bonitatis. Actus etiam iustitiæ non specificatur à bonitate Dei secundum bonitatem obiectivam misericordiæ, sed secundum bonitatem iustitiæ; & tamen non petit quod ex parte obiecti vna bonitas ab alia præscindat, seu positivè abstrahat; cum talis abstractio impossibilis sit intellectui divino regulanti illum actum, & proponenti obiectum: ergo pariter vt actus prædictus a bonitate divina possessa moveatur, non quia possessa, sed quia absolutè bona, necessaria non est obiectiva præcisio bonitatis à possessione, sed sufficiet, quod etsi obiectum possessum sit, & possessio attingatur, non tamen ex vi formalitatis illius, quia possessum amatur, sed quia absolutè bonum.

§. V.

Diluuntur argumenta contraria.

50 Arg. 1. EX dictis fere soluta manent, quæ in sui favorem adducit Herice, & inuiolubilia existimat. Primo sic arguit: in Deo circa bona intrinseca repugnat actus desiderij, vt cum communi Theologorum sententia dedimus in principio huius disputationis: ergo etiam repugnat circa talia bona amor specialiter sumptus. Probatur consequentia, quia id circo desiderium repugnat, quia conditio absentiæ, quam ex parte obiecti postulat, illis bonis repugnat; atqui etiam repugnat bonitati divinæ conditio, quam ex parte obiecti petit amor specialiter sumptus: ergo repugnat voluntati divinæ. Probatur minor: obiectum amoris specialitèr dicti est bonum abstrahens à præsentia & absentia, à possessione, & negatione illius; at ista abstractio non minus repugnat bonitati divinæ, quam realis absentia: ergo repugnat illi conditio, quam ex parte obiecti petit amor specialitèr dictus. Minor probatur: obiectum abstrahens a possessione, & non possessione est indifferens vt possideatur, & non possideatur: sicuti animal abstrahens à rationali, & irrationali ad vtrumque est indifferens, nullumque ex prædictis extremis est illi essentiale; at ista indifferentia repugnat bonitati divinæ; cum sit illi essentiale actualiter esse possessam: ergo repugnat ei conditio ex parte obiecti exacta ab amore specialitèr dicto, non minus quam conditio petita ex parte obiecti ab actu desiderij.

51 Secundo arguit. Secundo sic arguit: non datur in Deo scientia simplicis intelligentiæ circa se ipsum, sed solum modo, circa creaturas: ergo nec amor sui specialitèr dictus. Antecedens vt communis Theologorum sententia supponitur. Consequentia verò probatur. Tùm, quia amor specialitèr dictus petit pro regula abstractivam notitiam; intuitiva namque regulat gaudium: ergo si Deo repugnat abstractiva notitia sui, repugnavit etiam amor sui specialitèr dictus. Tum etiam, quia id circo repugnat Deo abstractiva notitia circa se ipsum, quia nequit suam essentiam cognoscere vt ab existentia præcisam, sed nec etiam illius amor à possessione boni Deo intrinseci præscindere potest. Tùm, quia vbi intellectus non præscindit, nec voluntas præscindere potest. Tùm etiam, quia eadem imperfectio in vtriusque præcisione invenitur: ergo æque repugnant voluntati divinæ amor sui specialitèr dictus, ac simplex notitia sui repugnat divino intellectui.

52 Ad 1. argumentū resp. Hæc duo argumenta appatente quidem gaudent difficultate, non tamen adeò vrgent vt communis veritas sit deserenda & omissis alij solutionibus, quas Herice fingit vt feriat, ex iam dictis ad illa respondeo: ad primum concesso antecedenti, nego consequentiam: ad cuius probationem, concessa maiori, nego minorem: ad illius probationem, distinguo maiorem: est bonum abstrahens abstractione positiva, & ex parte rationis *quæ* amatæ, nego maiorem: negativa solum, & ex parte rationis *sub qua*, seu motivæ, concedo maiorem: iuxta quam distinctionem minor argumenti est distinguenda: nam licet repugnet bonitati divinæ positivè abstrahere a possessione, & non possessione, quia ad hæc exigebatur indifferentia ad possessionem, & non possessionem, quæ illi repugnat; & consequentèr etiam repugnat illi amari, quin etiam illius actualis possessio diligatur *vt quod*, non tamen repugnat, quod hæc bonitas moveat ad sui amorem, quia absolutè bona, quin per modum motivi ad actum, illam quia absolutè bonam amentem ingrediatur actualis possessio, in quo abstractio negativa consistit. Quæ solutio manifesta fit exemplis, quæ inter confirmandam nostram sententiam addiximus *supra*.

53 Et ex his constat solutio ad secundum ar-

Digitized by Google

Ad 2. resp. argumentum, concesso antecedenti, negando consequentiam: ad cuius primam probationem, nego antecedens: nec inconvenit eadem notitia intuitiva regulari gaudium, & amorem specialitèr sumptum, sicuti eadem cognitione divina absque vlla distinctione ex parte cognitionis regulantur actus diversarum virtutum, iustitiæ nempè, & misericordiæ, & eadem visione beatifica regulantur amor amicitiæ, & concupiscentiæ in beatis.

Ad 2. Ad secundam consequentiæ probationem constat ex dictis disparitas, quæ inter scientiam simplicis intelligentiæ, & amorem specialitèr dictum intervenit; amor namque specialitèr dictus, non petit ad bonum terminari cum præcisione a possessione illius positiva, & ex parte obiecti *vt quod* amati, sed solum negativè, & ex parte motivi; id est quod quamvis Deus sibi velit per amorem prædictum bonitatem possessam, non tamen quia possessam, sed quia absolutè bonam illam sibi velit; at verò ad rationem simplicis notitiæ requiritur, quod obiectū attingatur vt *quod* nō attacta existentia exercita ex vi eiusdē actus, & quia talis præcisio divinis perfectionibus repugnat respectu intellectus divini; hinc fit, quod non possint ab illo abstractivè cognosci.

54 *Instab is.* Dices, ideò nequit amari *vt quod* vna divina perfectio à Deo, altera non amata *vt quod* ex vi eiusdem actus, quia amatur vt cognita à Deo: cognitiò autem divina non potest vnam præcindere ab alia, quia illam cognoscit prout est in se; atqui etiam movet divina bonitas prout cognita à Deo secundum quod est in se: ergo nequit sub vna ratione movere, quin moveat sub alia; & consequentèr nequibit bonitas divina possessa amari, quia absolutè bona, quin ex vi eiusdem formalitatis actus, ametur quia possessa.

Resp. Respondeo, causalem in maiori positam non esse adæquatam, sed ob illam rationem: & insuper, quia in ratione amabilium *vt quod*, omnes divinæ perfectiones conveniunt, ita vt omnes ex vi eiusdem actus formalitèr, & virtualitèr possint vt *quod* amari; at verò in ratione moventis non omnes conveniunt, sed diversimodè diversitate virtuali movent; atque adeò quamvis omnes perfectiones divinæ moveant, & specificent eundem actum entitativè, ob virtuale tamen discrimen, quod est inter illas in ratione moventis, potest vnus actus virtualitèr ab alio distinctus à bonitate Dei sub vna ratione moveri, quin prout sic ab alijs moveatur. Quæ doctrina mille exemplix ex creaturis desumptis potest illustrari: recolantur quæ *superius* adduximus in confirmationem nostræ sententiæ.

55 *Qualitèr differant in Deo amor, & gaudiū* Sed inquires, an gaudium, & amor specialiter dictus in Deo distinguātur inter se virtualiter, & ratione ratiocinata? An solum ratione ratiocinante? Quidam affirmant sola ratione ratiocinante distingui inter se, quatenus viatores diversis speciebus vnum, & alterum actum concipimus. Alij vero docent ratione rationata distingui, quod probabilius iudico. Tum, quia amor est principium gaudij, vt docet D. Thomas *in hac quæst. artic.* 1. & vbi intervenit ratio principij, & principiati, debet esse adminus virtuale discrimen. Tùm etiam, quia intentio, & electio in divinis distinguuntur inter se virtualiter, sicut scientia, & lumen principiorum virtualitèr inter se distingui, docuimus supra tractatu tertio: ergo pariter gaudium, & amor specialitèr dictus. Tùm tertio: nam si in Deo daretur desiderium alicuius perfectionis intrinsecæ, virtualitèr differret à gaudio: ergo pariter amor specialitèr dictus. Tùm denique, nam actus, qui in Deo inter se distinguuntur ex diversitate motivi, virtuali guadent discrimine, at amor specialitèr dictus, & gaudium differunt ex diversis motivis, vt constat ex dictis: ergo virtualitèr distinguuntur.

56 *Obijcies.* Dices, scientia simplicis intelligentiæ, & scientia visionis non gaudent virtuali discrimine, sed solum distinguuntur ratione ratiocinante nostra, vt modò suppono cum communi Theologorum sententia: ergo pariter amor specialitèr dictus & gaudium sola ratione ratiocinante inter se distinguentur.

57 *Resp.* Respondeo, concesso antecedenti, nego consequentiam, & omissis alijs sufficiat modo hoc discrimen statuere: diversitas namque, quæ inter scientiam visionis, & simplicis notitiæ invenitur desumitur ex parte obiecti secundarij, nempè creaturarum, quæ secundario cognoscuntur à Deo; ex obiecto autem secundario provenire nequit virtuale discrimē in actibus scientiæ, & voluntatis Dei, sicuti in nobis obiectum secundario se habens ad actum, nequit illum essentialitèr distinguere ab alio; at verò gaudium, & amor specialitèr dictus, accipiunt discrimen ex primario obiecto divinæ voluntatis, nempè bonitate divina, quæ diversimodè virtualitèr movet vt absolutè bona, qua ratione specificat amorem, & vt est de facto possessa, qua ratione specificat gaudium.

58 *Pœnitentia in Deo non est.* Ex dictis in discursu huius disputationis, haud difficile erit de alijs actibus divinæ voluntati repugnantibus ferre iudicium, inter quos pœnitentia Deo cum pro-

Digitized by Google

proprietate neq iit convenire. Iuxta illud primi Regum 15. *Triumphator in Israel non parcet, nec pœnitudine nõ flectetur, &c.* Quod patet: tùm, quia vt inquit D. Thomas 1. *Contra Gentes, cap.* 68. pœnitentia est species tristitiæ, & mutationem affectus importat, quorum vtrumque repugnat voluntati divinæ. Vndè quando in sacris litteris Deo pœnitentia attribuitur, vt est illud Geneseos *cap.* 6. *Pœnitet me fecisse hominem, quia caro est*, per similitudinem debet intelligi, quatenus secundum æternum suæ voluntatis decretum facit, quæ prius destruxerat, vel destruit, quæ prius fecerat, sicut homines pœnitentia moti solent efficere.

59 Invidia in Deo non repe ritur.

Invidia etiam nequit voluntati divinæ competere: tùm, quia vt inquit in eodem loco Doctor Angelicus, est species tristitiæ: invidi nanque contristantur de bono alterius, & ex animi angustia, sivè parvitate procedit, iuxta illud: *parvulum occidit invidia*, quorum vtrumque Deo valde repugnat. Tùm etiam, quia invidia terminatur ad bonum alterius, vt malum invidentis, vel quia re vera est malum illius, vel quia vt tale apprehenditur; at nullum bonum alicuius creaturæ potest esse malum respectu Dei, nec vt tale apprehendi: ergo nihil potest invidere. Minor pro secunda parte certissima est, Deus namque omnia cognoscit qualitèr sunt, & consequentèr si bonum creaturæ, nequit re vera esse malum respectu Dei, nec vt tale ab ipso poterit apprehendi. Pro prima verò ostenditur: tùm, quia Deus capax mali non est, vt ex dictis habetur. Tùm etiam, quia est vniversale bonum, omne autem bonum particulare ad vniversale bonum ordinatur: vndè quamvis possit bonum vnius particularis, alterius bono adversari; & consequentèr esse illi disconveniens, nocivum, & malum; bono autem vniversali, quale est bonum divinum, nullum particulare bonum potest adversari, & consequentèr nequit esse disconveniens, & nocivum Deo. Et hæc de ista disputatione.

*

DISPVTATIO QVINQVAGESIMA OCTAVA.

An Deus amet rationales creaturas amore amicitiæ?

§. 1.

Ratio dubitandi proponitur, & statuitur communis sententia.

Nu. 1. *Ratio dubitandi.*

RATIO Dubitandi pro parte negativa, eaque non levis, ad hanc formam reducitur; amor namque amicitiæ in hoc ab amore concupiscentiæ distinguitur, quod ille terminatur ad bonum amici, quia bonum eius est ex complacentia in ipso; vndè ad bonum amici propter ipsum petit terminari, amor autem concupiscentiæ terminatur ad bonum alterius in ordine ad bonum amantis; at qui nullus actus voluntatis divinæ potest terminari ad bonum rationalis creaturæ, quia illius bonum est ex complacentia in ipsa: ergo nequit esse amor rationalis creaturæ. Consequutio tenet. Maior est certa, & D. Thomæ expressa 2.2. *quæst.* 23. *art.* 1. *in corpore*. Minor au-

Digitized by Google

autem constat: Tùm ex illo Proverbiorum 6. *Vniuersa propter semetipsum operatus est Dominus*: ergo omne bonum rationalis creaturæ operatur, & vult propter se ipsum; & consequenter non quia est eius bonum ex complacentia in ipsa. Tùm etiam; quia adæquatum motivum voluntatis divinæ est mereata bonitas Dei: ergo in omni actu debet illam pro motivo respicere; & consequenter nullius creaturæ bonitatem amare potest propter se ipsam, sed propter bonitatem amantis scilicèt Dei. Tùm tertio, quia Deus amat creaturas rationales eo modo quo petunt amari, sed petunt amari propter vltimum finem amatum: ergo sic amantur à Deo; & cōsequenter non propter se ipsas. Tùm denique illa minor suadetur ex D. Thoma *supra q. 19. a. 2. ad 2.* asserente, Deum alia à se sciendo velle tanquam media ad suam bonitatem tanquam ad finem: ergo bonum rationalis creaturæ vult tanquam medium ad suam bonitatem; & consequenter non propter se, nec ex complacentia in creatura rationali amata.

2 *Cōmunis sententia refertur.* S. Thom. Caietan. Bañez. Aragon. Suarez. Vazq. Lorca. Coninch. Mald. Granad.

Hæc tamen ratione, & alijs non obstantibus, vera, & communis omnium Theologorum sententia affirmat, Deum rationales creaturas amore amicitiæ diligere. Ita D. Tho. *in hac quæst. art. 2. ad 3. & 2.2 quæst. 23 art. 1.* vbi Caietanus, Bañez, & Aragon. Suarez *disp. 3. de charitate, sect. 2. & lib. 3. de attributis positivis, cap. 7.* Vazquez *disp. 84 cap. 2.* Lorca *sect. 3 disp. 2. de charitate.* Coninch *disp. 21. de habitu charitatis.* Malderus *sect. 2.* Granadus *controversia 3. de charitate, disp. 3. sectione 2. & 1. p. tract. 6. disp. 1. sect. 3. conclusione 4.* & alij Recentiores hic. Et 2.2. *q. 23. circa art. 1. D. Thom.*

3 *Prob. 1. ab auctoritate.*

Et probatur primo, nam inter Deum, & intellectualem creaturam est vera amicitia; atqui vna ex conditionibus veræ amicitiæ est mutuus inter amicos benevolentiæ amor & redamatio: ergo Deus illas diligit amore benevolentiæ amicabili. Discursus tenet: minor est certa: & maior in pluribus Sacræ Paginæ locis expressa. Cāticorum 5. inquit Sponsa cælestis: *Ipse est amicus meus*, cui Sponsus in 2 capite: *Surge propera amica mea, &c.* & Iudicum 8. *Abraham Dei amicus effectus est.* Ioannis 15. *cap. Vos amici mei estis.* Lucæ 12. *Dico autem vobis amicis meis.* Et alibi sæpè. Constat etiam ex Tridentino *sessione 6. cap. 7.* vbi ait, per susceptionem gratiæ, & donorum fieri hominem ex inimico amicum. Consonant Ecclesiæ Patres Hylarius in illum versum Psalmi 138. *Nimis honorati sunt amici tui Deus.* Augustinus *Tomo 9. tract. 85. in Ioannem.* Bernardus *sermone 48. in Cantica.* Ambrosius *lib. 2. Epistolarum Epistola 7.* Qui omnes, & alij, quos præallegatis locis referunt Theologi, vno ore fatentur veram amicitiam inter Deū, & homines inveniri.

Secundo suadetur ratione; Deus namque vult rationali creaturæ bonum ex complacentia in ipsa, à qua etiam redamari potest; & aliàs quod tale bonum in ordine ad propriam bonitatem velit, non obstat amori amicabili: ergo verè illos diligit amore amicitiæ. Minor præterquam quod ex obiectionum solutione manifestius constabit, in hunc modum suadetur; quod bonum diligatur amico eo modo quo expoſcit amari vt ametur honestè, obstare nequit veritati amicitiæ, aliàs amicitia honesta non esset, nec virtus; at bona creata possunt amari in ordine ad Deum, & propter ipsius bonitatem, vt propter finem; cum illam essentialitèr omnia respiciant vt finem vltimum: ergo quod Deus illa prout sic hominibus diligat, nequit amori amicabili obstare. Cuius argumenti efficacia amplius ex dicendis constabit.

4 *Secundo ratione.*

§. II.

Referuntur, & reijciuntur duo modi dicendi.

5 *Primus modus dicendi refertur.*

L. Tsi omnes Theologi in veritate posita vno ore conveniant, in modo tamen solvendi rationem dubitandi, in varios dicendi modos dividuntur: quidam quos refert Hurtado 2.2. *disp. 121. sect. 4. subsectione 1.* duos actus ex æquo distinctos in Dei voluntate distinguunt; quorū vno vult creaturæ rationali bonum propter eius bonitatem; & altero vult bonitatem divinam, & ex imperio illius primus actus ad divinam voluntatem refertur; qua distinctione posita, ad argumentum factum respondent, concessa maiori, negādo minorem: ad illius probationem; concessa etiam maiori, negant minorem: ad cuius omnes probationes respondent, quod licet Deus omnia propter se velit, & ad se vt finem ordinet, non tamen est necessarium, vt omni actu, quo creaturas diligit, illas ad se ordinet, & propter se velit, sed sufficit quod creaturas per vnum actum ratione sui, & propter se dilectas, per alium ad se referat vt ad vltimum finem. Quem modum dicendi sequuntur Lessius *de iustitia, cap. 36. dub. 3. num. 23.* Turrianus 2.2. *disp. 66. dub. 2.* & Coninch. *disp. 21. dub. 3. num. 23.* quibus etiam alij Recentiores eiusdem familiæ adhæsere.

Hic tamen dicendi modus meliori Theologorū parti merito displicet, & rei-

6

Displicet cõmuniter Theologis, & reijcitur 1.

citur primò; nam motivum adæquatum voluntatis divinæ, est bonitas propria, & increata Dei, vt expresse docet Divus Thomas 1. *part. quæst.* 19. *art.* 2. *præcipue ad* 2. quem sequuntur Caietanus ibi. Vazquez *disp.* 82. *cap.* 2. Molina *ad articulum* 2. *relatum disp.* 63. Suarez *lib.* 3. *de attributis positivis, cap.* 7. *num.* 3. *& disp.* 3. *de habitu charitatis, sect.* 2. *num.* 4. Valentia *Tom.* 3 *disp.* 3. *puncto* 2. Mag. Bañez, & Lorca *vbi supra*; & breviter in hunc modum suadetur; motivum namque alicuius potentiæ convenire debet cum illa in gradu immaterialitatis, sola autem bonitas divina cum voluntate Dei potest istam convenientiam habere; & consequentèr illa sola potest rationem motivi divinæ voluntatis sortiri; at nullus actus alicuius potentiæ, & virtutis potest motivum illius adæquatum transcēdere, quo nihil metaphysicis notius, constatque discurrendo per omnes potentias, & habitus: ergo nullus actus voluntatis divinæ potest pro motivo habere bonitatem creatam; & consequentèr nec bonum rationali creaturæ propter bonitatem illius, ly *propter* cadente supra entitatem, aut formalitatem intrinsecam actus.

7 *Secundò reijcitur.*

Secundo reijcitur, motivum adæquatum, & primarium voluntatis actus est specificativum illius; at nullus actus voluntatis divinæ potest à bonitate creata specificari, cum specificatio sit genus dependentiæ; actui autem voluntatis divinæ ab entitate creata dependere repugnet: ergo nec potest pro motivo sui adæquato, & primario bonitatē creatam habere. *Resp.* Respondebis, veram, esse maiorem in actibus voluntatis creatæ, eo quod tales actus secundum suas entitates cum obiecto motivo connectuntur & ab illo dependent, falsam autem in actibus voluntatis divinæ, isti namque ab obiecto amato secundum suam entitatem non pendent, & consequentèr non specificantur ab illo.

8 *Sed contra 1.*

Sed contra primo: nam de ratione obiecti primario moventis est specificare cum dependentia formali si ab specificato realitèr distinguatur, vel cum dependentia virtuali, quando ab illo realitèr non distinguitur; sed actus voluntatis divinæ realitèr distinguitur ab omni bonitate creata: ergo si habet pro adæquato motivo bonitatem creatam, ab illa specificationem per veram dependentiam accipiet. *Cõtra 2.* Secundo nam ratio motivi respectu voluntatis, & ratio finis sunt omninò idem; sed finis, cum vera causa sit, petit quod actus finalizatus ab illo dependeat, quo circa D. Tho. *quæst. præcedenti, art.* 5. respectu voluntatis divinæ finem non agnoscit in Deo, sed tantum rationem finalizandi: ergo nequit actus voluntatis divinæ pro motivo habere bonitatem creatam, quin finalizetur ab illa; & consequentèr quin ab illa dependeat in genere causæ finalis.

9 *Tertio impugnatur solutio.*

Et ex his tertio reijcitur principalis solutio; implicat actum voluntatis divinæ prout virtualitèr ab alio distinctum habere pro fine sui vltimo, & adæquato bonitatem creatam; at si illam haberet pro adæquato motivo, vltimo, & adæquatè finalizaretur ab illo per dependentiam finalem formaliter: ergo implicat eam respicere pro adæquato motivo. Maior ex ipsis terminis est manifesta. Minor autem probatur. Etenim actum voluntatis ab obiecto moveri, est propter illud velle, aut ly *propter* dicente virtualem, aut formalem causalitatem; at respectu bonitatis creatæ importare inquit causalitatem solum virtualem, hæc namque tunc solum intervenit quando extrema realitèr non distinguuntur, bonitas autem creatura ab actu voluntatis divinæ realitèr differt: ergo si est motivum adæquatum, & primarium volitionis divinæ finalizabit illam per dependentiam realem formalitèr.

10 *Secundus modus refertur.*

Secundus modus dicendi, cum præcedenti convenit in eo quod vt salvetur amor amicitiæ cum proprietate, oportet quod immediatè primario, & ratione sui moveatur à bonitate amici, discedit tamen ab illo, quia non agnoscit actum aliquem in voluntate Dei virtualitèr adæquatè ab alio distinctum, qui creatam bonitatem habeat pro motivo adæquato, sed asserit eundem indivisibilem actum absque virtuali distinctione adæquata, duplici formalitate inadæquata gaudere, quarum altera terminatur ad bonitatem divinam, & ad creatam ex motivo increatæ bonitatis, & sub isto conceptu est amor Dei; sub altera verò ad bonitatem creatam terminatur, & ab illa movetur, & sub isto cõceptu obtinet rationem amicabilis amoris respectu rationalis creaturæ. Ita Puente Hurtado *loco allegato, sect.* 6 *subsectione* 1. cui alij Recẽtiores ex eadem familia adhæsere, asserentes, eundem actum indivisibilem tàm formalitèr, quàm virtualitèr posse habere duplex motivum adæquatè distinctum; & consequentèr posse velle bonum rationali creaturæ propter ipsam; & propter Deum, sicut idem actus divini intellectus terminatur ad creaturas in se ipsis, & in Deo, & quatenus actus prædictus voluntatis vult bonum creaturæ rationali propter ipsam, sortiri cum omni proprietate rationem amoris amicitiæ.

11

Cæterum iste modus dicendi nobis placere non potest, & reijcitur primo ex D. Tho-

Reijcitur primo.

Thoma *quæstione præcedēti*, illis verbis: *Vnde cum Deus alia à se non velit, nisi propter finem, qui est sua bonitas, vt dictum est, non sequitur, quod aliquid aliud moueat voluntatem eius, nisi bonitas sua*: ergo ex mente D. Thomæ bonitas creata nequit esse, nec adæquatum, nec inadæquetum motivum voluntatis divinæ, aut alicuius actus illius. Si fortè dicatur D. Thomam solum negare bonitati creatę, quod moveat adęquatè voluntatem divinam, non autem quod illam possit inadæquatè, & simul cū alio movere, quod sufficit ad rationem amoris amicitiæ.

Si dicatur.

12 In contrarium obstat, nam D. Thomas tradita solutione ad secundum post quam exempla in nostra voluntate adduxit illorum, quæ tantum volumus propter finem, vt est potio amara, quam solum volumus propter sanitatem, & illorum, quæ volumus propter se, & propter finem, vt est potio dulcis, quam volumus propter finem, & ratione sui, & discrimen statuit, quod in istis tota ratio movendi, sed etiam movet bonitas propria, verba allegata subiungens, volitis prioris generis adiunxit bonitatem creatam respectu voluntatis divinæ; at si voluntas Dei posset velle bona creata, & propter ipsa, & propter se, non volitis primi generis, sed secundi, deberet adiungere bona creata comparativè ad voluntatem Dei: ergo divina voluntas, nec proximè, nec vltimo, nec adæquatè, nec inadæquatè moveri potest à creata bonitate.

In contrarium obstat.

13 Secundo reijcitur ratione ex allegatis verbis D. Thomæ desumpta; omne quod terminat actum voluntatis tantum vt medium, non est volitum ratione, & gratia sui, sed ratione finis; at omnis bonitas creaturæ respectu actuum divinæ voluntatis, tantum comparatur vt medium: ergo nulla bonitas creata est volita à voluntate divina propter se, aut ratione, & gratia sui, sed ratione bonitatis divinæ, quę est ratio finalizandi actum divinæ voluntatis. Minor, in qua est difficultas, probatur: id quod ad actum comparatur vt finis, est vera causa actus; at nihil creatum potest esse vera causa actus divinæ voluntatis: ergo nihil creatum potest ad actum divinæ voluntatis comparari vt finis, sed tātum vt medium; & consequentèr nec adæquatè, nec inadæquatè, nec solum, nec simul cum alio poterit ad prædictum actum primario movere.

Secundo.

14 Respondebis primo: repugnare quidem quod actus voluntatis divinæ habeat pro fine sui entitativè considerari bonitatem creatam, non autem si terminativè, ideſt, quoad conceptum terminationis considereturi. Vel secundo respondebis vtconvinci argumento facto bonitatem creatam non comparari ad voluntatem divinam vt finem positivè, ad hoc namque necessarium erat, quod ab illa depenederet; non autem quod comparari nequeat ad actum voluntatis divinæ vt finem negativè, hoc est, talitèr vt ratione alterius ex vi inadæquatæ formalitatis ad creatam bonitatem non terminetur; sed in illa sistat, etsi per aliam formalitatem ad bonitatem Dei referatur, & ratione illius ametur.

Resp. 1.

Secundo.

Sed contra primam solutionem facit; nā vel intelligitur de terminatione actus voluntatis divinæ passivè considerata, vel activè sumpta; primum concedimus, sed non est ad rem; secundum autem dici non potest; nam terminatio activa actus volūtatis divinæ, est aliquid intrinsecum Deo, nihilque Deo intrinsecum potest à finali causa pendere, sicut nec ab efficiente; aliàs esset aliquid creatum, quod omninò repugnat: ergo actus voluntatis divinæ, nec secundum conceptum entitatis, nec secūdum conceptum activæ terminationis, de qua loquimur, potest entitatem creatam pro fine respicere.

15 Cōtra 1. solutionē facit.

Deinde secunda solutione reijcitur; etenim eo ipso, quod actus voluntatis sub aliquo sui conceptu terminetur ad bonitatem creatam, non gratia, & ratione bonitatis divinæ, terminari debet sub tali cōceptu ad illā, gratia, & ratione sui; at eo ipso quod sic terminetur respicit bonitatem creatam positivè pro fine: ergo nō stat bonitatem creatam comparari ad actum voluntatis divinæ vt finem negativè, & non positivè. Minor probatur, omne quod terminat voluntatis tendentiam, aut illā terminat gratia sui, aut terminat ratione alterius nec alius terminandi modus hucusque est imaginatus: ergo eo ipso quod tendentia aliqua actus voluntatis divinæ terminetur ad bonitatem creatam, non ratione bonitatis divinæ, terminari debet ad illam ratione, & gratia sui.

16 Secunda reijcitur.

Tertio reijcitur principalis solutio, formalitas habens pro motivo bonitatem creatam, necessario distingui debet adæquatè à formalitate habente pro motivo bonitatem divinam: ergo non stat eundem actum voluntatis divinæ absque distinctione virtuali adæquata moveri à bonitate divina, & à bonitate creata vt ab obiectis, & motivis formalibus. Antecedens ostenditur primo, nam distinctio formalis, aut virtualis in actibus voluntatis sumitur ab obiectis motivis; at creata bonitas, & bonitas increata adæquatè distinguūtur: ergo formalitas actus voluntatis

17 Tertio principalis solutio reijcitur.

pro

pro motivo habens bonitatem creatam, necessario debet adæquatè distingui à formalitate habente pro motivo bonitatem divinam. Secundo, vt namque prædictus Auctor fatetur sectione 7. numero 96. formalitas actus, quo Deus necessario diligit bonitatem propriam, differt virtualitèr adæquatè à formalitate actus, quo propriam bonitatem diligit libere: ergo etiam hæc secunda formalitas virtualitèr adæquatè distinguitur ab ea qua diligit bonitatem creatam propter se ipsam. Patet consequentia. Maior enim reperitur distinctio inter bonitatem divinam vt moventem libere, & bonitatem creatam vt ratione sui movẽtem, quam inter bonitatem divinam vt moventem libere, & necessario: ergo si vt movens libere specificat actum virtualitèr adæquatè distinctum ab eo quem specificat vt movens necessario, etiam specificabit actum adæquatè distinctum ab eo quem specificat creata bonitas propter se amata.

81 *Resp.* Respondebis, actum, quo Deus se diligit libere esse separabilem quo ad denominationem ab actu quo se diligit necessario, qui etiam quoad denominationem necessarius est, separabilitas autem sufficiẽtèr fundat realem adæquatam distinctionem; at verò formalitas, qua creaturas diligit propter se, non est separabilis ab alia, qua propriam bonitatem diligit libere, ac proinde non mirum quod inter illas formalitates nõ intercedat virtualis adæquata distinctio.

19 *Sed contra 1.* Sed contra primo, separabilitas non causat distinctionem, sed illam à posteriori indicat, & ex illa provenit: ergo ex separabilitate nõ redditur ratio à priori distinctionis, sed ad aliud principium est recurrendum; at qui alia ratio à priori distinctionis adæquatæ inter actum liberum, & necessarium assignari nequit, nisi motivorum distinctio, quæ potiori iure intervenit inter bonitatem creatam, & divinam moventes ratione sui, & si vtraque libere moveat: ergo quamvis separabilitas non interveniat, si adest distinctio in motivis, necessario datur distinctio.

20 *Cõtra 2.* Secundo, cum inseparabilitate formalitatum, stat virtualis adæquata distinctio: ergo ex inseparabilitate illorum formalitatum, non rectè colligitur non distingui inter se virtualitèr adæquate. Antecedens constat primo, in actu voluntatis divinæ necessario supponente actum divini intellectus, & ab illo inseparabili, inter quos tamen intercedit virtualis adæquata distinctio. Secundo, stat namque cum reali inseparabilitate realis distinctio adæquata, vt constat in intentione efficaci, & vnicimedij electione, inter quas mutua connexio intercedit, realisque inseparabilitas, & tamen est realis inter illas distinctio: ergo à fortiori cum mutua duorum inseparabilitate stare poterit virtualis, adæquata distinctio.

21 *Denique reijcitur.* Denique reijcitur, actus voluntatis habens pro motivo adæquato bonitatem creatam esset imperfectus moraliter, vt fatetur prædictus Auctor disp. citata sect. 4. subsectione 1. ergo etiam formalitas inadæquata actus habens creatam bonitatem pro motivo, in illaque formalitèr sistens, imperfecta moralitèr erit; & consequentèr releganda est à voluntate Dei. *Resp.* Respondebis, esse disparem rationem: nam actus habens pro motivo adæquato bonitatem creatam terminaretur ad illam sine ordine ad Deum, non solum præcisivè, sed etiam negativè, quod imperfectio maxima est, vtpotè cum non diligat bonitatem creatam eo modo quo diligi exposcit; formalitas autem habens pro motivo inadæquato bonitatem creatã, non attingit bonitatẽ creatam, sine ordine ad Deũ negaativè, sed tantum præcisivè, in quo nulla eluceat imperfectio moralis.

Sed cõtra Sed contra, ex eo formalitas inadæquata actus non attingit bonitatem creatam, sine ordine ad Deum negativè, sed tantum præcisivè, quia per aliam formalitatem sibi identificatam diligit illam ratione bonitatis divinæ; at etiam actus adæquatè virtualitèr distinctus ab alio, etsi non ratione sui, ratione tamen alterius actus sibi identificati, bonitatem creatam attingeret propter bonitatem divinam: ergo non negativè, sed præcisivè solum attingeret bonitatem creatam, sine ordine ad Deum.

§. III.

Reijciuntur alij modi dicendi.

22 *Reijcitur sententia Alarcon.* EX Dictis impugnata relinquitur sententia Alarcon, qui 1. *parte, tractatus* 3. *disputa* 3. *numero* 13. duplicem rationem in Dei libera volitione distinguit, duplexque motivum, commune scilicèt, & particulare, & asserit, motivum commune volitionis liberæ Dei, esse divinam bonitatem, particulare verò à quo speciem sumit volitio libera sub particulari ratione, esse bonitatem creatam; iuxta quam doctrinam salvatur amor amicitiæ in Deo respectu creaturę rationalis, quia sub particulari ratione specificari potest, & moveri à bonita-

Digitized by Google

nitate illius. Cuius ſententia ex dictis falſitatis convincitur, quia non minus repugnat volitione Dei ſub particulari ratione ſpecificari, dependet, & finalizari à bonitate creata, quam ſub communi, cum ſub vtraque ratione ſit prædicatum intrinſecum Deo, ac proinde impotens à creatura cauſari: ergo tam ſub particulari, quàm ſub communi ratione, nequit volitio Dei libera à bonitate creata immediatè, & primario moveri.

23 *Aliorum ſolutio reijcitur.*

Impugnata etiam relinquitur aliorum ſolutio, qui diſtinguentes in volitione libera conceptum entitatis, & terminationis, aſſerant, nullum eſſe inconveniens, quod ſub conceptu terminationis ab obiecto creato ſpecificetur; & conſequentèr nec inconveniens debet cenſeri, quod pro vt ſic bonitatem creatam pro motivo reſpiciat. Quæ ſolutio corruit ex dictis; terminatio namque activa non eſt denominatio extrinſeca in volitione libera, vt cum meliori parte Theologorū docuimus *Tract. præcedenti, diſp. 47.* ſed eſt quid intrinſecum actui libero Dei; ſed repugnat formalitati intrinſecæ Deo formaliter cauſari à creatura nō minus quam efficiētèr: ergo repugnat etiam creaturam reſpicere pro immediato, & primario motivo.

24 *Solutio Lorcæ refertur.*

Ex dictis etiam falſitatis convincitur ſententia Lorcæ 2. 2 *quæſt. 23. art. 7. diſp. 2. num. 5.* aſſerentis, ſalvari rationē amoris amicabilis in voluntate Dei reſpectu rationalis creaturę; quia licèt tandem omnia in ſe ipſum dirigat, vt vltimum finem, & propter ſe ipſum operetur tanquam propter primam rationem operādi, proximè tamē à bonitate creaturę rationalis movetur, & ſufficit ad rationē amoris amicitię, ſi bonum alicuius quia bonū eius eſt, proximè velimus, quamvis amor ille, & res per illum volita tandem referatur in alium vltimum finem.

25 *Reijcitur 1.*

Cuius ſententia evaneſcit ex dictis, & impugnatur primo ex doctrina D. Thomę quæſtione præcedēti, dicenti, „Deum omne bonum creatum velle tantum vt medium in ordine ad bonitatem ſuam tanquam ad finem; at ſi creata bonitas proximè divinę voluntatis actum moveret, non compararetur ad divinam volūtatem tantum vt medium, ſed etiam vt finis: d namque, quod eſt purè mediū nullatenus movēt, quod autem movet proximè, vt re movet finaliter: ergo voluntas divina nec vltimo, nec proximè à creata bonitate movetur.

26 *Secundo.*

Secundo; nam motivum proximum ſpecificat actum; at actus voluntatis divinæ nequit ſpeciem ſumere ab obiecto creato: ergo nec ab illo proximè moveri. Denique: nam finis proximus eſt vera cauſa actus, quem finalizat, ſi ab illo realiter diſtinguatur; at creata bonitas nequit eſſe vera cauſa actus voluntatis divinæ: ergo nec poteſt eſſe proximus finis illius; quod ſi Magiſter Lorca ſolum contendat creaturam rationalem eſſe finem proximum volitionis Dei ex parte obiecti voliti, cum illo non contendimus. *Tertio.*

27 *Aliorum ſententia refertur, & impugnatur 1.*

Sexto alij reſpondent, actum quo Deus vult bonum creaturę rationali, eſſe propter Deum, vt finem *cui*, non vt finem *cuius gratia*, non autem repugnat veritati, & rigori amicitię ad amantem vt finem *cui* referri, dummodo ad illam vt finem *cuius gratia* non referatur. Sed nec ſatisfacit iſta ſolutio. Et reijcitur primo, nam actus ſpei virtutis Theologicę, quo quis Deum ſibi ſperat, non eſt actus amicitię, ſed concupiſcentię, alias eſſet à charitate elicitus, & tamen ſperantem non reſpicit vt finem cuius gratia, ſed tantum vt finem *cui*: ergo diligentem ſe ipſum vt finem *cui* reſpicere, obſtat ratione amicitię; & conſequentèr ſi Deus in amore, quo creaturas rationales diligit ſe ipſum vt finem *cui* reſpicere, non obſtat rationi amicitię erit ob aliquam principaliorem rationem, ob quam nec etiam obſtat, quod ſe ipſum habeat pro fine cuius gratia. Secundo; quia non eſt minus de ratione amicitiæ reſpicere amicum tanquam finem *cui*, quam quod reſpiciat bonum amico amatum pro fine cuius gratia: ergo ſi non obſtat vt amor, quo Deus diligit rationales creaturas ſit amicitia, quod ad Deum referatur vt ad finem *cui*, pariter nec obſtabit quod ad ipſum comparetur vt ad finem *cuius gratia*.

28 *Reijcitur 2.*

Tertio; quia non minus, imò magis repugnat volitioni divinę ſiſtere in bonitate creata vt in fine *cuius gratia*, quam quod in illa ſiſtat vt in fine cui, cum ſpecificatio, & finalis cauſalitas, potius conveniat fini cuius gratia quam fini *cui*, imò potius, finis cui non ſpecificat actum, vt conſtat in ſpe reſpiciente ſperantem tanquam finem cui, à quo tamen non ſpecificatur; aliàs Theologia virtus non eſſet: ergo ſi amor divinus ob ſui perfectionem non ſiſtit in creatura tanquam in fine *cui*, nec etiam in illa ſiſtet vt fine cuius gratia; quia vt docuit D. Thomas *quæſt. præcedēti, art. 2. ad 2.* bonitas creata comparatur ad divinam voluntatem tantum vt medium; at ſi reſpectu illius ſortiretur rationem finis cuius gratia, non compararetur tantum vt medium, vt manifeſtum eſt: ergo non eſt finis cuius gratia reſpectu voluntatis divinę; & conſequentèr actus, quo diligit rationales creaturas refertur ad Dei bonita-

nitatem, non solum vt finem cui, sed etiã vt finem cuius gratia. Et confirmatur; nam medio in quantum tali non solum debet refundere finis cui, sed etiam finis cuius gratia; at creatas bonitas comparatur ad divinam voluntatem, tanquam mediũ ad Dei bonitatem: ergo divina bonitas est finis cuius gratia respectu omnis actus, quo Deus amat bonitatem creatam.

Confirm.

29 *Denique reijcitur.* Denique reijcitur; nam finis *cui* est ille cui volumus finem cuius gratia: ergo si Deus est finis *cui* in amore, quo diligit rationales creaturas, aliquod bonum divinum volitũ sibi debet esse finis cuius gratia. Respõdebis: dari quidem bonum quod sibi vult Deus, & est finis cuius gratia respectu prædicti amoris, cæterum non distinctum à bonitate ipsius actus amicitiæ, sed ipsissimam honestatem moralem, quæ in amore amicitiæ invenitur, nec esse contra rationem amicitiæ, quod amans sibi intẽdat honestatem amoris, dummodò nullum aliud commodum, nec vtilitatem ex tali amore sibi desideret, in creatis namque diligens alterum amicabiliter sibi intendit moralem honestatem amoris; cum hæc amico non prosit, sed sibi: & tamen illum diligit amore amicitiæ, quia bonum volitum, non sibi, sed amico vult.

Resp.

30 *Sed cõtra primo.* Sed contra primo, moralis honestas actus, quo Deus diligit creaturas rationales, nequit esse finis cuius gratia illius: ergo præter honestatem moralem alius finis cuius gratia debet assignari. Probatur antecedens: tùm, quia finis cuius gratia ab actu finalizato distinguitur, vel realiter formaliter, si finalizatio sit per influxum formalem, vel virtualiter si finalizatio sit virtualis, honestas autem actus ab actu non distinguitur, nec formaliter, nec virtualiter. Tùm etiam, quia finis specificat actũ non intrinsecè, sed extrinsecè, honestas autem actus ad summum intrinsecè ipsum potest specificare: ergo nequit esse finis cuius gratia respectu actus. Contra secundo, nam in omni actu assignari debet aliquis finis vltimus cuius gratia obiectivus talis amoris, nec in bonitate creata vt in fine vltimo cuius gratia sistere potest: ergo aliquod aliud debet pro fine vltimo cuius gratia assignari.

Secundo.

31 *Resp.* Respondebis: ex parte obiecti respicere prædictum amorem bonitatem creatam in ordine ad bonitatem divinam, non tanquam ad finem cuius gratia, quia ad hoc requirebatur quod bonitas divina cõservanda, vel consequenda esset per bonum creatum, sed tanquam ad id, quod constituit Deum in ratione finis cui, & hoc sufficere vt in bonitate creata vltimatè

Cõtra 1. non sistat. Sed in contrarium insurgo sic primo: nam sequitur ex hac solutione, nihil posse nos velle Deo propter bonitatem eius, vt finem cuius gratia; cõsequens est falsum: nam actus charitatis, quo Deum super omnia diligimus est propter Deum vt finem cuius gratia; non enim pro fine cuius gratia respicit bonitatem creatam; alias actus Theologicæ virtutis non esset; ergo & tradita solutio. Probatur sequela, non possumus Deo aliquid vellet propter bonitatem divinam, vel vt cõservandam, vel vt consequendam à Deo; ergo si hoc requiritur ad rationem finis cuius gratia, nihil Deo velle poterimus propter eius bonitatem tanquam finem cuius gratia.

32 *Cõtra 2.* Secundo, quia ad finem cuius gratia non petitur, quod per media consequendus, aut conservandus sit, sed sufficit quod sit id cuius gratia media appetuntur; sed actus ille, quo Deus vult bonum rationali creaturæ respicit bonitatem divinam tanquam id cuius gratia vult bonum creatũ: ergo respicit illam vt finem cuius gratia. Discursus tenet: minor constat ex dictis, nec ab illis contra quos modo agimus potest negari; nam bonitas divina est adæquatum motivum voluntatis Dei, vt superius dicebam: ergo debet esse motivum ad omnem actum illius; & consequenter ratio volendi quidquid Deus vult; ratio autem volendi, & id cuius gratia appetitur aliquid, sunt prorsus idem. Maior autem probatur; tùm, quia ratio finis principaliter respicit voluntatem, quæ est prima radix agendi propter finem: ergo vt aliquid obtineat rationem finis cuius gratia, sufficit quod sit cuius gratia aliquid voluntas appetit. Tùm etiam: nam id cuius gratia appetit voluntas, non est finis *cui*, nam finis *cui* est ille *cui* volumus bonum, non cuius gratia volumus: ergo id cuius gratia voluntas aliquid vult, est finis cuius gratia.

§. IV.

Traditur, & defenditur vera argumenti solutio.

RElictis igitur præfatis solutionibus, ad argumentum factum respondeo distinguendo maiorem; terminari debet amor amicitiæ ad bonum amici propter se ipsum, ly *propter* excludente ordinem ad vltimum finem, nego maiorem: excludente ordinem ad alios particulares fines, concedo maiorem, & concessa minori, nego cõsequentiam; ratio autẽ distinctionis traditæ constat ex dictis, omne nãque bonum ad finem vltimum ordinatur, & in hac ordinatione sita est illius perfectio, vndè tantũ abest vt Deo tollatur ratio

33 *Ratio dubitandi diluitur.*

Digitized by Google

amicitiæ respectu rationalis creaturæ, per hoc quod ametur in ordine ad vltimum finem, quod potius non amaretur honeste amicabiliter, si absque tali ordine amaretur; ad fines autem particulares non ordinatur ex natura sua, nec in tali ordinatione illius perfectio cōsistit. Vndè si Petrus v.c. Paulum diligat in ordine ad se, & propter se, cum perfectio Pauli in tali ordinatione non consistat, nec illam exposcat, non diligitur amore amicitiæ, sed concupiscentiæ. In hac solutione, quæ verissima est quiescunt nostri Thomistæ, illam tradunt Bañez, Suarez, & Granados, locis vbi supra relatis. Patres Salmanticenses *tract. 4. de Voluntate Dei, disp. 3. dub. 2. §. 2. num. 38.* Et Illustrissimus Araujo Episcopus Segovienſis *2. 2. quæst. 23. art. 1.*

34 *Contra istam resolutionē arg. 1.* Quamvis tamen veritima sit, explicatione indiget, & adversus illam plura extant, & non levia argumenta. Primo sic arguitur: ad minus enim petitur ex conceptu amicitiæ, quod amor terminetur ad bonum amici propter se ipsum, esto sinè exclusione ordinis ad vltimum, nec illum excludunt Authores in præcedentibus impugnat; sed amor divinus, ad bonum rationalis creaturæ propter ipsum non terminatur: ergo amicitia non est. Probatur minor: voluntio divina terminatur ad prædictum bonum vt ad medium præcisè in ordine ad divinam bonitatem tanquam ad finem, vt ex D. Thoma iam vidimus; at medium, quod præcisè est medium, & nullatenus inducit rationem finis, nō amatur propter se ipsum, sed solū propter finem; cum tota ratio diligendi medium sit bonitas finis ergo non terminatur ad bonū rationalis creaturæ propter se ipsum.

35 *Secundo.* Secundo arguitur: Deus potest amare creaturas rationales amore concupiscentiæ; & tamen talis amor terminatur ad illas in ordine ad Deū, & propter Deum, qui est vltimus finis: ergo ex eo quod bonum creaturæ rationalis amatum referatur à Deo ad se ipsum, qui est vltimus finis, tollitur a divino amore ratio vera amicitiæ.

36 *Tertio.* Tertio, amor quo Deus diligit creaturas rationales propter se ipsum est amor concupiscentiæ, vel ad minus amor sui: ergo non est amor amicitiæ respectu rationalis creaturæ. Consequentia videtur bona: antecedens autem probatur, amor quo vnus homo alterum diligit propter se ipsum, est amor concupiscentiæ, & amor sui: ergo pariter amor, quo Deus diligit creaturas rationales propter se ipsum, erit amor concupiscentiæ, seu ad minus amor sui.

37 Quarto, amor quo Deus diligit supernaturaliter Paulum ex motivo bonitatis divinæ, non est amor amicitiæ Pauli, sed Dei, ex cuius motivo diligitur: ergo amor, quo Deus diligit creaturas rationales propter se ipsum, est amor sui, & non amor amicitiæ illarum. Consequentia est bona: antecedens autem probatur: actus quo quis adorat creaturam per se primo propter excellentiam divinam, & non propter excellentiam propriam, est cultus latriæ, & non duliæ: ergo eadem ratione amor creaturæ rationalis per se primo propter bonitatem divinam, & non propter bonitatem creatam, erit amor amicitiæ Dei, non autem amor amicitiæ creaturæ dilectæ. Antecedens est certum, & consequentia probatur, nam sicut adoratio duliæ creaturæ debita petit per se primo ab illius excellentia cognita moveri; ita amicitia creaturis debita petit per se primo ab illarum bonitate moveri: ergo sicut adoratio creaturæ, non propter excellentiam creatam, sed per se primo propter excellentiam divinam, non est duliæ, sed latriæ: ita illarum amor motus primario à bonitate divina, & non à bonitate creata, non erit amor amicitiæ creaturæ, sed amor amicitiæ Dei. *Quarto.*

38 *Denique* Denique adversus traditam solutionem arguitur: bonitas creata est amabilis propter se, & est amabilis propter Deum: ergo Deus vno actu eam diligit secundum vtraque rationem. Antecedens est certum, in primis namque est amabilis propter Deum, qua ratione nos ponimus de facto ab illo diligi, est etiam amabilis propter se ab aliqua rationali creatura, imo, & de facto sic diligi adhuc in ordine supernaturali est multorum sententia. Consequentia autem probatur, quia ille actus diligens naturam rationalem propter se ipsam, non repugnat Deo ob imperfectionem moralem; cum per aliam sui formalitatem exprede referat creatam bonitatem ad Deum, in cuius ordinis negatione imperfectio moralis consistere poterat; nec ob physicam imperfectionem; hæc namque in eo totum consistere posset, quod speciem desumeret actus voluntatis divinæ à bonitate creata, quæ imperfectio tollitur ex eodem capite; quia nempè refertur ad Deum; ac proinde à Deo in quo tintit, & non à bonitate creata speciem desumet. Nec ex parte obiecti aliqua contradictio invenitur: amare enim obiectum vt est amabile, nullam contradictionem arguit in illo: ergo de facto diligetur à Deo bonitas creata & propter se ipsam & propter Deum vnico actu.

Hæc tamen non vrgent, nec veritatem traditæ solutionis infringunt. Ad 39

pri-

Digitized by Google

Resp. ad 1.

primum, distinguo maiorem: ly *propter* dicente causalitatem, & motionem finalem ex parte obiecti, nego maiorem: respectu amoris amicitiæ semper, nego maioremr & sub eadem distinctione minoris, nego consequentiam; itaque vt salvetur amor amicitiæ ex communi conceptu, sufficit quod bonum amico dilectum, propter ipsum diligatur: ly *propter* dicente causam finalem eorum, quæ tali amore, diligens amico vult, & hoc non vltimum, sed tantummodo proximum; non autem requiritur, quod sit causa finalis adhuc proxima amoris, quando amor infinitus est, qualis est amor divinus; quia hoc esset contra dignitatem, & perfectionem divini amoris, quod amicitiæ le. esexigere nequunt; imò potius expoſcunt, quod tàm bonum amatum, quàm persona cui diligitur bonum, præcisè attingantur vt media cõparatione facta ad actum amoris divini propter rationes traditas inter impugnandas aliorum Authorum solutiones.

Aliquorũ solutio ad 2.

Ad secundum respondent quidem, negando maiorem, eo quod Deus à creaturis nihil perfectionis intrinsecæ acquirere potest, sed solum modo gloriam, & honorem extrinsecum, vt autem amore concupiscentiæ creaturas diligeret, deberet eas amare in ordine ad se obtinendo aliquid perfectionis ex ipsis. Ita M. Bañez loco citato *vbi supra dub.* 4. Suarez *locis supra relatis*, quem sequuntur Granados *vbi supra num.* 9. Tanetus *disp.* 2. *quæst.* 2. *dub.* 1. *num.* 17. Meratius *disp.* 26. & alij Recentiores.

40

Cõtra illam opponit Hurtado.

Contra quam solutionem opponit Hurtado *disput. citata, sect.* 2. quia esto demus amorem, quo Deus creaturas diligit in ordine ad se non esse cõcupiscentiam, negari tamen nequit, quod sit amor sui: ergo non amor amicitiæ rationalis creaturæ. Consequentiam vt notam relinquit; antecedens autem probat, si Petrus amet Paulum propter honorem obtentum, aut obtinendum ex ipso, & si nihil aliud obtineat ex ipso, talis amor est concupiscentiæ, & non amicitiæ: ergo pariter amor, quo Deus diligit hominem in ordine ad se propter honorem, quem venatur ex ipso, erit amor sui, & non amicitiæ respectu Pauli.

41

Secundo alij obijciunt.

Secundo alij obijciunt, destruit namque rationem benevolentiæ referre rem amatam, & illius bonum ad vlteriorem finem, etiam si non referatur vt ei cõferens intrinsecam vtilitatem: ergo si Deus creaturas rationales diligit in ordine ad se propter honorem, & gloriam extrinsecam, quam ex ipsis venatur, quamvis ei nõ conferant intrinsecam, & strictam vtilitatem, eas non diligit amore benevolentiæ, & amicitiæ. Antecedens, in quo est difficultas, ostenditur primo, quia potest Deus propter se ipsum velle solam existentiam creaturæ irrationalis, quin vellit rationalem, cui creaturam irrationalem amet; quo in casu creaturas irrationales amaret amore cõcupiscentiæ; cum amoris benevolentiæ capaces non sint; & tamen non amarentur vt vtiles Deo, stricta, & intrinseca vtilitate, sed tãtum lata, & extrinseca: ergo ratio strictæ benevolentiæ tollitur per relationem obiecti amati ad vlteriorẽ finẽ absque stricta, & intrinseca vtilitate.

42

Secundo prob. antecedens.

Secundo probatur, quia amor, quo vnus homo alterum Deo diligit est concupiscentiæ respectu hominis ne dilecti; & tamen non diligitur vt conferens Deo strictam, & intrinsecam vtilitatem: ergo diligere vt vtile vtilitate non stricta, & extrinseca, tollit rationem benevolentiæ amicabilis, & constituit amorem in linea concupiscentiæ. Probatur maior, talis amor esset benevolentiæ respectu Dei, etiam si obiectum volitum non ametur vt Deo cõferens vtilitatem intrinsecam, sed tantum extrinsecam: ergo erit concupiscentiæ respectu hominis terminãtis amorem quamvis non ametur vt vtilis Deo, intrinseca, & stricta vtilitate. Patet consequentia, etenim relatio ad finem sufficiẽs constituere benevolentiam respectu finis, est etiam sufficiens constituere concupiscentiam respectu medij: ergo si relatio ad Deum sine vtilitate intrinseca constituit amorem benevolentiæ ad Deum, constituit etiam concupiscentiam respectu hominis Deo voliti, & amati.

43

Resp. ad 2.

Hæc tamen parum rationis, & efficaciæ habent. Ad primum, concesso antecedenti, nego consequentiam, nec inconvenit, quod amor ille, qui primo est amor Dei, secundario sit amor amicitiæ rationalis creaturæ; ratio autem differiminis inter casum nostrum, & exemplum adductum, est duplex: prima, quia gloria, & honor Dei, qui est vniversale bonum, est etiam bonum rationalis creaturæ; vnde quamvis diligatur à Deo in ordine ad se, & propter honorem suum, diligitur in ordine ad bonum creaturæ dilectæ, secus de honore Petri diligentis, comparatione Pauli dilecti contingit. Secunda quia honor, quem Deus ex creatura venatur, illi necessarius non est, vtpotè sine quo non minus fœlix ac beatus existeret; honor autem, quem Petrus potest ex Paulo capere, est vtilis ipsi, imò inter bona vtilia secundum gradum obtinet hono-, & post vitam omnibus alijs bonis ab hominibus solet præponi, iuxta illud; melius

melius eſt nomen bonum, quam diuitiæ multæ: vnde ſi vnus homo alterum diligens, vt ex illo diuitias venetur, non amicitiæ, ſed concupiſcentiæ amore illum diliget, a fortiori ſi illum diligat propter honorem, quem ex ipſo capit, non amorem amicitiæ, ſed concupiſcentiæ exercebit.

44 *Ad ſecundum.* Ad ſecundum, nego antecedens: ad primam probationem dicatur, illo in caſu dilecturum Deum irrationales creaturas, non amore cõcupiſcentiæ, defectu ſtrictæ vtilitatis creaturarum rationalium in ordine ad ipſum, nec benevolentiæ omnino rigoroſæ, eo quod creaturæ irrationales non ſunt capaces habendi cum proprietate bonum, vt ex D. Thoma vidimus; ſed amore benevolentiæ largè accepto, ex eo quod vellet illis bonum ſinè ordine ad finem particularem, cui ſtrictè vtiles ſunt, & ſolum cum ordine ad finem vltimum, cui ſtrictam vtilitatem non conferunt, & in ordine ad quem illorum perfectio ſumitur. Ad ſecundam probationem dicatur, amorem concupiſcentiæ ſumi dupliciter: primo pro amore boni alteri concupiti abſtrahendo à ſtricta, vel non ſtricta vtilitate: ſecundo pro amore boni alteri concupiti, cui ſtrictam vtilitatem conferat; & conſequenter auferente à prædicto amore rationẽ liberalis, & gratuiti: amor ergo, quo vnus homo alterum Deo diligit, eſt concupiſcentia primo modo accepta, & hoc convincit probatio maioris, non autem ſecundo modo accepta, quod ſufficit intento Authoris traditæ ſolutionis, nempè, vt ſalvetur in tali amore ratio ſtrictæ amicitiæ: ſi enim prædicto modo amari non tollit ab illo amore rationem gratuiti, & liberalis, nec tollet ab illo rationem amicabilis.

45 *Melius reſp. principali argumento.* Secundo, & melius ad argumentum reſpondeo, conceſſa maiori, diſtinguendo minorem: in ordine ad Deum vt glorificandum, & honorandum, concedo minorem: prout præcisè eſt ratio movendi, & prout à creaturis participabilem, nego minorem, & conſequentiam. Itaque dupliciter poteſt creatura diligi in ordine ad Deum: primo in ordine ad ipſum vt honorandum, & glorificandum: ita vt talia amore Deus primo intendat gloriam extrinſecam ex creaturis venandam, & quãdo ſic diligitur amatur amore concupiſcentiæ, non amore amicitiæ: ſecundo poteſt diligi in ordine ad Deum, non vt glorificandum, ſed prout præcisè eſt ratio movendi ad creaturarum amorem, vt participabilis à creaturis per modũ finis, efficientis, & exemplaris, & quando ſic diligitur amatur amore amicitiæ, quia non amatur propter commodũ, & vtilitatem adhuc extrinſecam, quod neceſſariũ erat vt amor ille non eſſet amicitiæ, ſed concupiſcentiæ. Quam ſolutionem primò præferendam, exiſtimo propter Divum Thomam *in hac 1. part. quæſt. 20. art. 2 ad 3.* illis verbis: *Sic igitur Deus propriè loquendo non amat creaturas irrationales amore amicitiæ, ſed amore concupiſcentiæ, in quantum ordinat eas ad rationales creaturas, & etiam ad ſe ipſum*: ergo ex ordinatione ad ſe ipſum ſortitur divinus amor rationem concupiſcentiæ reſpectu boni ordinati.

46 *Oppones cõtra iſtã ſolutionẽ primo.* Sed oppones adverſus iſtam ſolutionem primo: Deus diligit bruta animantia, & alia rationis inexpertia amore concupiſcentiæ; & tamen non diligit illa propter ſe ipſum vt glorificandum, aut honorandum ab eis, ſed ſolum prout ab illis participabilem: ergo adhuc iſto modo diligi propter Deum, ſufficit vt talis amor amicitiæ non ſit, ſed concupiſcentia. Secundo, omnis terminatio actus voluntatis divinæ ad creaturas rationales, eſt ad illas tantum vt medium, vt ex D. Thoma iam vidimus; at medium in quantum tale non amatur, niſi vt vtile ad finem: ergo creatura rationalis non poteſt aliter diligi à Deo, niſi vt vtiles ad illum, vt finem; cumque non habeat aliam vtilitatem, niſi tantum extrinſecam, ſcilicèt ad Dei honorem, & gloriam extrinſecam: conſequens fit, vt non poſsit diligi à Deo, niſi in ordine ad ipſum vt honorandum, & propter illius gloriam, & honorem extrinſecum. 47 *Secundo.*

Tertio: nam aliter comparatur ad creaturas voluntas liberalis Dei, ac voluntas amicabilis; at ſi hæc ſecunda voluntas nullatenus ab illarum bonitate movetur, nec ex complacentia in illarum bonitate procedit, ſed adæquatè movetur à bonitate Dei, etiam vt à creaturis participabilis, nequit hoc diſcrimen ſubſiſtere; cum vtraque divina volũtas à divina bonitate moveatur, & neutra à bonitate creata: ergo amor Dei amicabilis, nequit terminari ad creaturas in ordine ad bonitatem divinam, & ratione illius, etiam prout à creaturis participabilis. 48 *Tertio.*

Reſpondeo ad primam ex his obiectionibus, quod licèt Deus non amet irrationalia propter honorem dandum ab ipſis, diligit tamen illa propter honorem dandum à rationali creatura, in cuius miniſterium illa produxit, quod ſi ſolas irrationales creaturas decreviſſet producere, tunc diligeret illas amore non concupiſcentiæ, nec benevolentiæ ſtrictæ, ſed latè, vt dicebam primam ſuſtinens ſolutionem. 49 *Reſp. ad 1. replicam.*

Ad ſecundam dicatur, medium duplicem habitudinem dicere ad finem, ſcilicèt, effectus in genere cauſæ finalis, prout 50 *Ad 2.*

ei

et est causa essendi, & appetibilitatis, & causæ veluti efficientis, quatenus est causa consequendi finem: creaturæ ergo vt medium dicunt ad Deum vt finem duplicem habitudinem, scilicèt effectus, quatenus ab illo tuam bonitatem participant, & amabiles à divina voluntate constituuntur, & habitudinem vtilitatis, & causæ, quatenus, etsi Deum nō caulent, quoad intrinsecam perfectionem, causant tamen illius gloriam, & extrinsecum honorem; quando sub prima habitudine diliguntur, amantur amore amicitiæ: quia licèt amentur in ordine ad bonitatem divinam, non est in ordine ad illam vt consequendam, vel perficiendam adhuc extrinsecè, sed in ordine ad illam vt fontem bonitatis, & vt rationem dandi appetibilitatem creaturis à voluntate Dei: quando autem diliguntur in ordine ad Dei bonitatem vt extrinsecè perficiendam, id est, propter gloriam extrinsecam, quam Deus venatur est ipsis, diliguntur amore concupiscentiæ.

51 *Ad 3.* Ad tertiam, concessa maiori, nego minorem: discrimen autem consistit in hoc quod ad dandum liberaliter movetur Deus à bonitate creaturæ, cui donat, non in se, & ratione sui, nec in se, & ratione bonitatis divinæ, sed solum à propria bonitate, & quia est illi conveniens se communicare, vt docet Divus Thomas 1. *contra Gentes, cap. 3. ratione* 6. ad dandum autem amicabiliter, etsi non moveatur divina voluntas a bonitate creaturæ cui donat in se ipsa, & ratione sui, movetur tamen à bonitate creaturæ in se ratione bonitatis divinæ, sicut ad præmiandum movetur à meritis, non ratione bonitatis creatæ, sed ratione bonitatis divinæ, vt continentis meritorum bonitatem.

52 *Cætera dicuntur.* Et ex his ad tertium principale argumentum constat solutio. Ad quartum constabit ex dicendis 2. 2. *quæst.* 23. *art.* 5. Ad vltimum prætermisso antecedenti, nego consequentiam: ad cuius probationem dicatur, repugnare, quod creatura rationalis diligatur à Deo propter se ipsam, ly *propter* dicente causalitatem finalem, vel rationem motivam primam actus voluntatis divinæ: quia sequeretur, actum divinæ voluntatis à bonitate creata dependere, quod est maxima imperfectio.

§. Vltimus.

Tria corollaria inferuntur ex dictis.

53 *Primum corollarium.* EX dictis in discursu huius disputationis colligo primo, Deum non amare creaturas irrationales amore amicitiæ, nec illas tali amore potuisse diligere: amore tamen benevolentiæ potuisse illas amare, etsi de facto non nisi concupiscentiæ amore illas diligat. Prima, & secunda pars hac ratione ostenduntur: amor namque amicitiæ petit essentialiter redamationem; atqui irrationales creaturæ sunt incapaces redamandi Deū: ergo non possunt amore amicitiæ diligi ab ipso. Tertia pars corollarij in hunc modum suadetur: potuit Deus diligere irrationales creaturas, non ordinando illas ad rationales, imò rationales non producēdo, sed propter ipsas; & alias, quod eas diligeret in ordine ad se, non impediret rationem benevolētiæ, sicut nec de facto impedit prædicta ordinatio, quominus rationales creaturas diligat amore amicitiæ, vt habetur ex dictis: ergo potuit illas benevolentiæ amore diligere. Quarta denique pars hac ratione probatur: id namque amore benevolentiæ diligitur, quod diligitur propter se, & non propter aliud; atqui creaturæ irrationales de facto diliguntur a Deo propter rationales, ad quorum ministerium faciant productæ: ergo non amore benevolentiæ, sed concupiscentiæ diliguntur. *Prima pars probatur quoad omnes partes.*

54 *Obijcies.* Si dicas, benevolentia est inchoatio amicitiæ; at vbi est impossibilis consummatio, etiam inchoatio est impossibilis: ergo cum amicitia impossibilis sit respectu irrationalium, etiam benevolentia impossibilis erit. Respondeo, negando maiorem absolutè, quod si aliquando illam à Aristotele affirmavit, loquutus fuit de benevolentia, quæ est alterum extremū amicitiæ, in qua quia non consistit adæquate amicitia, amicitiam inchoatam illam appellavit, non verò quia sit de conceptu essentiali actus benevolentiæ, amicitiam inchoare, sed solum modo petit terminari ad aliquem propter se, id est sine ordine ad aliquem particularem finem.

55 *Replicabis.* Dices: ergo de facto diligit Deus irrationalia amore benevolentiæ, esto illa etiam diligat amore cōcupiscentiæ. Probatur sequela: de facto Deus diligit illa absolutè, & simplicitèr; at sic diligere, est velle aliqui bonum, quia bonum eius est, vt docet D. Thom. 1. *Contra Gent. 1, cap. 91. ratione* 2. ergo vult illis bonum quia est bonum illorum, & non solum, quia vtile ad rationales creaturas; & consequentèr diliget illa amore benevolentiæ, & amore concupiscentiæ.

56 *Solutio Ferrariensis deseritur.* Quia obiectione convictus Ferrariensis loco allegato, docuit, Deum irrationalia amore amicitiæ, & concupiscentiæ diligere, negavit tamen illa benevolentiæ amore diligere, benevolēria accepta simpliciter, sed nescio quid discriminis inter vtrumque amorem poterit invenire; vt neget

Digitized by Google

neget vnum,& alterum concedat. Vndè melius ad illam respondeo, negando sequelam : ad cuius probationem, concesso antecedenti,& prima consequentia,nego secundam, quę sub infertur ; quia vt illa benevolentię amore diligeret, oportebat vt vellet illis bonum,quia bonum illorum sinè ordine ad alium particularem finem, cuius oppositum contingit de facto, vt iam concedimus.

57 *Datur inter diuinas personas amicitia perfectissima.*

Colligo secundo, inter divinas personas esse amorem amicitię. Cuius contrarium docuit Herice *disp.* 14 *cap.*3. Probatur, est namque inter illas perfectissimus amor, quo mutuo vna persona alteri vult perfectissimum bonum, & è contra: ergo est inter illas perfectissimus amor amicitię. Dices, amicitiam debere esse ad alterum redamantem, redamatio autem dicit distinctionem amoris; & consequenter petit amorem mutuum cum distinctione, nedum personali ; verum etiam amoris. Sed contra, amor amicitię dicit vnionem inter distincta extrema : ergo quo vnio perfectior fuerit servata distinctione extremorum, eo perfectius ratio amoris amicitię salvatur, at cum indistinctione amoris,& distinctione personarum, salvatur perfectissima vnio, & aliàs servatur distinctio : ergo subsistit perfectissimus conceptus amoris amicitię.

58 *In nullo vero sensu Deus se diligit propter creaturas.*

Colligo tertio, in nullo verò sensu subsistere potest, quod Deus se ipsum propter creaturas diligat. Cuius contrarium tenet Herice *disp.* 15. *cap.*3. Probatur, solum verificari potest Deũ vnum propter aliud diligere ex parte obiecti, quatenus obiectum vnum ordinat ad aliud, ex parte namque actus voluntatis divinę, nequit verificari esse propter aliquod obiectum creatum, vt ex dictis habetur : at ex parte obiecti Deus nequit se ipsum, ad creaturas, vt finem ordinare: ergo in nullo verò sensu dicta propositio subsistere potest. Argumenta, quę in sui favorem adducit Herice levia sunt, & ideò non oportet in illorum solutione immorari.

Dubitari poterat quarto, an possit de potentia absoluta esse amor amicitię in Deo, absque intrinseca mutatione in creatura? de quo latè agitur 1.2 *quæst.* 113. *articulo* 2. Quinto etiam dubitari poterat, an Deus semper de necessitate ex duobus optimum eligere debeat ? de quo agitur 3. *part. quæst.* 1. *art.* 2. Cætera, quę Angelicus Doctor docet in hac quæst. perspicua sunt. Et hæc de isto tractatu dicta sufficiant.

TRA

TRACTATVS OCTAVVS.

DE PRAEDESTINATIONE.

TRIPLICEM, omissis alijs, prædestinationis acceptionem assignant communiter Theologi. Primò vsurpari solet pro ordinatione æterna cuiuscunque rei à Deo in tempore efficiendæ. Sic prædestinationem accipere Dionysius de divinis nominibus, cap. 5. Damascenus oratione 4. de Imaginibus, pag. 3. Auctor Hipognosticon lib. 6. non longe à principio. Isidorus lib. 1. sentent. cap. 18. quam prædestinationis acceptionem non strictam, sed amplam, & generalem esse docuere Hugo Victorianus lib. 1. de Sacramentis, pag. 1. cap. 21. & D. Thomas in præsenti art. 1.

Secundo vsurpari solet pro destinatione peccatorum ad pœnam, seu æternum supplicium. Sic Augustinus lib. 15. de Civitate Dei, cap. 1. & lib. 21. cap. 24. Fulgentius lib. 1. ad Monimum, cap. 7. 13. 28. & 29. Prosper ad 10. & 11. obiectionem Vincentij, & alij quam plures. Cæterum acceptionem istam à proprietate significationis deficere, ex eo manifestè cõvincitur: nam punitio, seu æterna damnatio, non est finis rationalis creaturę, quem prædestinatio presè accepta respicere debet.

Tertio igitur cum omni proprietate vsurpatur pro transmissione creaturæ intellectualis ad æternam beatitudinem per certa, & determinata media, qualitèr prædestinationis nomen esse accipiendum, quandocumque absolutè profertur, docent Theologi communiter. De qua sic accepta disputarunt ex Ecclesiæ PP. Augustinus libris de prædestinatione Sanctorum, de bono perseverantiæ, & de natura, & gratia. Prosper libris de vocatione gentium, &

contra Collatorem, & ad obiectiones Gallorum. Fulgentius lib. 1. ad Monimum, Anſelmus lib. de Concordia prædeſtinationis, & gratiæ. Scholaſtici cum Magiſtro in 1. diſt. 40. & 41. D. Thomas ibidem, & ad Anibaldum in 1. diſt. 40. & 41. de veritat. quæſt. 6. in hac 1. part. quæſt. 23. quam dividit in octo articulos. *Docens in primo, eſſe in Deo prædeſtinationem, conſiſtereque in ratione tranſmiſſionis creaturæ rationalis in finem vitæ æternæ, & eſſe partem diuinæ prouidentiæ quoad obiecta. In ſecundo docet, prædeſtinationem nihil ponere in prædeſtinato, ſed tantum in Deo prædeſtinante; executionem autem prædeſtinationis, quæ gubernatio dicitur, paſſiuè eſſe in prædeſtinatis, actiuè autem in Deo prædeſtinante. Ex qua doctrina conſtat, executionem prædeſtinationis eſſe actionem formaliter immanentem in Deo, & virtualiter tranſeuntem, quæ talis dicitur, quia cauſat in prædeſtinatis effectus prædeſtinationis.*

In tertio docet, Deum aliquos homines reprobaſſe, quos nempè non ordinauit efficaciter ad gloriam. In quarto docet, prædeſtinationem ſupponere electionem, & hanc ſupponere dilectionem. In quinto articulo docet, non dari ex parte noſtra cauſam prædeſtinationis, nec prout includit actum voluntatis, nec quoad totum prædeſtinationis effectum, quod idem eſt ac non dari ex parte noſtra cauſam electionis, qua prædeſtinati diſcernuntur à reprobis, nec primi effectus prædeſtinationis. In ſexto docet, prædeſtinationem eſſe certam, & omnino infallibilem, & neceſſitatem non imponere. In ſeptimo, eſſe omnino certum numerum prædeſtinatorum, non ſolum formaliter, ſed etiam materialiter. Ac tandem in octauo articulo docet, prædeſtinationem non iuuari precibus Sanctorum quantum ad præordinationem diuinam, benè tamen quoad eius effectus. Hæc D. Thom. quibus breuitate, & profunditate ſolita, eſſentiam, effectus, cauſas, & conditiones omnes diuinæ prædeſtinationis mirificè explicat, & pro illorum defenſione ſequentes Diſputationes ſubijcimus.

***

DIS-

Digitized by Google

DISPVTATIO QVINQVAGESIMA NONA.

Quos actus intellectus, & voluntatis requirat prædestinatio vsqué ad sui executionem?

§. I.

Quibusdam præsuppositis, referuntur sententiæ.

Nu. 1. *Prædestinationis existentia suadetur.*

EXistentiam prædestinationis vt indubitata fide tenēdam supponimus. Quam probant Sacræ Paginæ testimonia quam plura, ad Ephesios 1. illis verbis. *Qui prædestinauit vos*, Romanorum 8. cap. *Quos prædestinauit hos, & vocabit*; & alibi passim sub electionis nomine hæc veritas traditur. Illamque ratio D. Thom. suadet ad hanc formam redacta: ratio transmissionis creaturę rationalis in finem vitę æternę, iure optimo prædestinatio appellatur; at hæc ratio exitit in Deo ab æterno; cum quidquid in tempore exiquitur, ab æterno in sua mente dispositum habeat: ergo datur prædestinatio in Deo.

2 Vel aliter, vt à tenentiarum varietate circa prædestinationis essentiam abstrahamus, potest ratio Divi Thomę proponi: quidquid Deus in tempore exequitur, ab æterno in sua mente disponit, & æterna voluntate decernit; cum nec voluntas eius aliquid de novo in tempore velle, nec eius intellectus aliquid de novo intelligere, seu disponere possit, ratione immutabilitatis physicę, vel moralis, de quo *supra quæst.* 10. at Deus in tempore plures homines, & Angelos transmittit ad gloriam: ergo hanc transmissionem disposuit suo intellectu ab æterno, & sua voluntate decrevit: aut vel in actu intellectus disponente, vel in actu voluntatis decernente, vel in vtroque simul, sita est prædestinatio: ergo datur prædestinatio in Deo.

Secundo, vt omnibus exploratum supponimus electionem præcedinatorum ad gloriam, quam Philosophi vocant intentionem finis, & electionem eorundem ad gratiam, & merita, ad prædestinationem requiri. Quod patet primo: nam id circo in Sacra Pagina prædestinati appellantur electi: ad Ephes. 1. *Elegit nos in ipso ante mundi constitutionem.* Et statim: *In quo etiam nos sorte vocati sumus, prædestinati secundum propositum eius, qui operatur omnia secundum consilium voluntatis suæ.*

3 *Includit intentionē finis, & electionē mediorum.*

Secundo: nam modus agendi libere est, ex intentione finis, & mediorum electione ad executionē procedere; at Deus libere homines ad gloriam transmittit, cuius transmissionis finis est gloria; media autem sunt gratia, & merita: ergo illam transmissionem præcedere debēt electio ad gloriam, quę appellatur intentio, & voluntas dandi gratiam, & merita, quę electio appellatur. An autem electio ad gloriam efficax præsupponi debeat electioni ad gratiam, & meritorum prævisionis? *infecius* constabit.

4 *Secundo prob.*

Ex quo tertio vt omnino certum colligitur, necessario ad prædestinationem requiri ex parte divini intellectus scientiam simplicis intelligētię circa gloriam, regulantem electionem ad illam, & consilium, seu iudicium regulans electionem ad gratiam. Quod apertè constat primo ex illo communi axiomate: *Nihil volitū, quin præcognitum*; quod etiam verum tenere respectu voluntatis divinę, nullus est, qui

5 *Aliquos actus intellectus, necessario requiri, prob.*

11 *Secundo prob.* Secundo: nam iuxta D. Thomam 1. 2. *quæst.* 16. *art.* 1. & 4. datur in voluntate nostra actus voluntatis, qui dicitur vsus, ab electione distinctus; at vt statim constabit, actus omnis in nostra voluntate repertus concedi debet voluntati diuinæ, si in suo formali conceptu imperfectionem aliquam non involuat, sicut & omnes alias perfectiones creatas Deo esse concedendas formaliter, si ab omni imperfectione sint denudabiles, docent communiter Theologi *supra quæst.* 4. *art.* 2. ergo iste actus debet diuinæ voluntati concedi.

12 *Respõdet Vazq.* Respondet Vazquez *in dubitatione circa art.* 4. relatum, D. Thom. non constituisse in voluntate creata vsum, qui sit actus à voluntate elicitus ab electione distinctus, sed solum actus à voluntate imperatus, actus scilicet potentiarum exequtivarũ, qui ex motione volũtatis fiunt, & id circo illi actus appellantur vsus voluntatis, non *elicitiuè*, sed *imperatiuè*

13 *Reijcitur 1.* Cæterum hæc solutio menti D. Thom. non potest congruere, tum: quia *in primo artic.* relato ad finem corporis, ita concludit: *Vndè manifestum est, quod vti proprièe est actus voluntatis*; at actus, qui ad voluntatem solum pertinent motivè seu imperativè, non dicuntur propriè esse voluntaris, sed aliarum potentiarum ex voluntatis motione, vt apertè docet D. Thom. *de imperio, quæst.* 17. *art.* 1. ergo iste actus vsus voluntatis est elicitivè. *Secundo.* Secundo: nam *in corpore illius* 4. *art.* probat vsum voluntati competere post electionem, quia voluntas duplicem habitudinem habet ad volitum, vnam ad illud prout est in voluntate per proportionem, alteram ad ipsum habendum in re; at ista duplex habitudo intrinseca est voluntati: & consequenter actus competentes ei ratione harum habitudinum intrinseci esse debent: ergo non tantum imperati, sed etiam eliciti.

14 *Tertio.* Tertio: nam solutio *ad* 4. *eiusdem art.* hæc continet verba: *Dicendum, quod ipsam exequutionem operis præcedit motio, qua voluntas mouet ad exequendum, sequitur autem electionem, & sic cum vsus pertineat ad prædictam motionem voluntatis, medium est inter electionem, & exequutionem*: atqui ad exequutionem pertinent actus aliarum potentiarum: ergo cum vsus iuxta D. Thomam ad motionem voluntatis pertineat, & mediet inter electionem, & exequutionem, non constitit in actibus aliarum potentiarum, nec in electione, sed in aliquo ab illis distincto; & consequenter est actus voluntatis elicitus distinctus ab electione.

Denique. Denique: nam postquam D. Thomas vsquè *ad quæst.* 16. inclusivè egit de actibus voluntatis erga finem, & media, ait in titulo quæst. 17. *Deinde considerandum est de actibus imperatis à voluntate*: ergo sentit cæteros, de quibus antea tractaverat, inter quos est vsus, esse actus a voluntate elicitos.

15 *Tandem suadetur conclusio.* Denique suadetur conclusio: omnis actus in nostra voluntate repertus, diuinæ etiam competere debet seclusis imperfectionibus, nisi de suo formali conceptu aliqua imperfectio sit, vt contingit in actibus fidei, spei, ratiocinandi, & alijs, de quorum conceptu essentiali aliqua imperfectio est, & ideò formaliter non inveniuntur in Deo; at in nostra voluntate reperitur vsus post electionem, qui est actus ab illa distinctus, & de illius formali conceptu nulla ex imperfectio: ergo talis actus ab electione aliqua ratione distinctus debet diuinæ voluntati concedi. Consequutio est legitima, in maiori nulla est difficultas. *Probat Lorca.* Minorem autem probat Lorca 1 2. *disp.* 22. eo quod obiectum electionis est medium, obiectũ autem vsus est nostra operatio; at ex obiectorum diversitate oritur actuum diversitas: ergo vsus actus est ab electione distinctus.

16 *Illius probatio reijcitur.* Cæterum hæc probatio, nisi aliunde iuvetur, non conuenit intentum: potest enim contingere vt operationes aliarum potentiarum media sint ad finis cosequationem: ergo tunc tantùm electionem terminabunt, & non vsum ab illa distinctum; & consequenter omnis actio vsus ab electione vniversalis non erit, contra communem interpretationem, & intelligentiam mentis D. Thomæ.

17 *Respõdet Lorca.* Vidit Lorca hanc obiectionem, & ad illam respondet, non semper vsum ab electione realiter distingui, sed quandoque realiter, quando scilicet, media ab operatione nostra distincta sunt, & quandoque formaliter, tunc scilicet, quando operationes nostræ media sunt ordinata ad finis consequutionem, tunc autem formalem distinctionem ex obiectis desumit consistentem in eo quod operatio ab electione inspicitur prout est medium ad finem, & ab vsu secundum quod subest actuali exercitio.

18 *Sed cõtra primo.* Sed contra primo: nam hæc distinctio penes exercitium, & ordinem ad finem in medijs etiam ab operatione nostra distinctis invenitur; cum ad ordinem intentionis, & exequutionis pertineant: ergo frustra recurritur ad nostras operationes vt assignetur vsui obiectum ab electionis obiecto distinctum.

Secundo. Secundo: nam vel in operatione sunt formalitates distinctæ obiectivè, quæ assignantur à Lorca, vel non? si secundum dicatur, nec formaliter adhuc vsus ab electione distinguetur; cum formalis actuum

distin-

distinctio ex formali distinctione obiectiva debeat desumi. Si primum, non solum formaliter; sed etiam realitèr distinguetur ab illa; cum ad realem actuum distinctionem sufficiat in obiectis formalis distinctio: verum namque, & bonum specificant actus, & potentias realitèr distinctas, cum tamen inter se sola gaudeant distinctione rationis.

19 *Aliter prob. minor.*

Quare minor principalis aliter est suadenda primo, notando media in ordine ad finem comparari dupliciter: primo vt effectus illius in genere causæ finalis in ordine intentionis: secundo vt causa illius in ordine exequutionis; cũ autem electio ad ordinem intentionis pertineat, vtus verò ad ordinem exequutionis: hinc fit, quod electio terminatur ad media prout sunt effectus finis, quo circa ad finem non terminatur nisi tantum vt *quo*, prout est ratio appetibilitatis mediorum, vsus autem terminatur ad media prout sunt causæ finis in ordine exequutionis, quo circa secundario terminatur ad finem, non vt finem, sed potius vt effectum mediorum. Quo supposito, probatur minor argumenti in hunc modum: etsi electio, & vtus terminentur ad media, tendunt tamen in illa sub diversis rationibus iam explicatis; sed actus habentes idem materiale obiectum inspectum sub diversis rationibus, essentialitèr distinguuntur, vt constat tùm in actu intellectus, & in actu voluntatis idem materiale obiectum habentibus, tùm in intentione, fruitione, & simplici complacentia finem attingentibus, qui essentialitèr distinguũtur, quia idem materiale obiectum sub diversis inspiciunt rationibus: ergo electio, & vtus, etiam si circa media versentur, essentialitèr distinguuntur.

20 *Confirm. primo.*

Confirmatur, & explicatur primo: electio, etsi vertetur circa media, specificatur à fine: qui est ratio formalis appetibilitatis mediorum in ordine intentionis, vtus autem non à fine, sed à medijs vt sunt causæ finis specificationem desumit: ergo gaudent specificativis essentialiter distinctis; & consequenter essentialiter distinguuntur.

Secundo.

Explicatur, & vrgetur secundo: etsi electio hominum ad gloriam spectans ad ordinem intentionis non specificetur à meritis sed illa vt effectus respiciat, quo circa liberalis est, decretum tamen exequtivũ gloriæ à meritis specificationem suo modo desumit, quia pertinet ad ordinem exequutionis, in quo gloria non causat, sed causatur à meritis: ergo pariter, etsi electio hominũ ad gratiam, & merita, quia existit in ordine intentionis, specificetur à gloria, quæ in illo ordine causat finaliter, decretum tamen exequtivum meritorum, & gratiæ non à gloria, quæ in ordine exequutionis causatur à meritis, sed à meritis, & gratia in prædicto ordine causantibus gloriam, specificationem accipiet; & consequenter stabit inter has voluntates rationis distinctio. Et ratio omnium est: nam cum media in ordine intentionis cadantur à fine, & in ordine exequutionis non cadantur, sed cadant: hinc fit, quod actus voluntatis ad ordinem intentionis spectãtes, circa media versentur vt sunt effectus finis & ratione illius; actus autem ad ordinem exequutionis attinentes è contra, media ratione sui, finem autem vt mediorum effectum attingat.

21 *Qualiter accipiendum sit, media appeti in ordine ad finem.*

Ex quibus oriter colligo, quod quando asseritur media non esse appetibilia nisi in ordine ad finem, intelligendum sit in ordine ad finem vt causam in ordine intentionis, & in ordine ad finem vt effectum in ordine exequutionis. Nec licèt ex hac doctrina inferre, vtum, & electionem non spectare ad eandem virtutem, eo quod illa specificatur à fine, hic autem à medijs: nam tota hæc diversitas materialis est in genere moris, sicut electio purè, & intentio essentialitèr physicè distinguuntur, & tamen illorum diversitas materialis est in genere moris, & ideò non sufficiens ad specificandas diversas virtutes.

22 *Contra 1.*

Contra istam probationem obstat primo, vsum non sistere in medijs, sed ad finem transire: ergo non à medijs, sed à fine specificatur. Respondeo, transire vt ad effectum, non vt ad causam. Vel secundo, transire imperativè, & ex parte operantis, & intendentis, non ex parte operis, nec elicitivè.

Resp.

23 *Secundo.*

Secundo obstat D. Thom. auctoritas *supra quæst. 19. art. 2.* vbi cum obiecisset, volitum movet voluntatem; sed creaturæ non possunt movere voluntatem divinam: ergo Deus non vult alia à se. Respondet: *creaturas sic habere vt media respectu voluntatis diuinæ; voluntas autem non mouetur à medijs, sed à fine*; at si ratio volendi media, etiam vt in exequutione, non esset finis, argumẽtum non solveret: ergo vtus in nostra voluntate non est actus ab electione essentialitèr distinctus. Probatur minor: etiam si se haberent vt media, specificarent vtum activum: ergo etiam si se haberent vt media, moverent ad illum. Respondeo, movere ad vtum media non in se, sed vt contenta eminentialitèr in bonitate divina, ad modum quo id asseritur de specificativo virtutum moralium, quæ formalitèr reperiuntur in Deo, vt virtualitèr à charitate distincte, & ad modum, quo electio, quatenus ab

Resp.

in-

Digitized by Google

intentione distincta, reperta in Deo specificatur à bonitate Dei prout continente bonitatem creatam, quę ordinatur ad finem.

24 *Minor principalis suadetur secundo.*

Secundo minor principalis suadetur, aliter inducendo doctrinam D. Thomæ 1.2.q.16.art.4.*in corp.* vbi docet, voluntatem duplicem habitudinem ad volitum dicere, vnam quidem secundum quod est in voluntate per quandam proportionem, alteram ad volitum habendum realitèr, & quia ad primam spectat electio, & ad secundam vsus, infert D. Thomas vsum esse post electionem. Quæ doctrina sic ad nostrum intentum formatur: actus coniungens voluntatem cum volito solum affectivè, distinctus est essentialitèr ab actu coniungente cum volito vt realitèr habito; at electio solum primo modo coniungit voluntatem cum volito: nam ex vi illius volitum non habetur in re; vsus autem realitèr illam coniungit cum volito; cum ex vi illius exequtivè potèrię applicentur, & effectus statim sequatur: ergo electio, & vsus essentialitèr distinguuntur.

25 *Respõdet Vazq.*

Respondet Vazquez, negando minorem: cum enim electio actus efficax sit, quo circa vt docet D. Tho. 1.2. *dis.* 13. *art.* 5. impossibilium esse non potest, non vnit solum cum volito affectivè, sed tendit ad illud realitèr habendum, ad differẽtiam simplicis complacentię, quę solum affectivè vnit voluntatem cum volito, quo circa potest circa impossibilia versari, ex quo infertur Caietanum, & Conradum, mentem D. Thomę non attigisse constituentes electionem in ordine respiciente volitũ per simplicem complacentiam.

26 *Reijcitur eius solutio.*

Sed certè Vazquez, quam ad alia diuertus, parum attentè Caietanum legit, & ideò illius mentem non penetravit, nec argumentum solvit. Primum patet: Caietanus namque expressè fatetur, electionem ordinari ad vsum, & exequtionem; at simplex complacentia ordinem ad exequutionem non dicit, nec remotum, nec proximum, saltim efficacitèr: ergo Caietanus electionem cum simplici complacentia non confundit. Secundũ sic probo: ex hoc quod electio, actus distinctus sit à simplici complacẽtia, non licèt colligere, quod effectivè coniungat cum volito vt realitèr habito, sed solum, quod ad ipsum realitèr habendum remotè ordinetur: at vsus non remotè ordinatur ad volitum habendum, sed actu realitèr cum illo coniungit: ergo stat optimè vsum ab electione distingui, etiam si electio simplex complacentia non sit. Probo maiorem: simplex complacentia nec remotè efficacitèr ad volitum realitèr habendum ordinatur: ergo per hanc ordinationem sufficienter electio efficax ab illa distinguitur, esto cum volito vt realitèr habito non coniungat actu.

27 *Respõsio prædicti Authoris excluditur.*

Respondebis ex prædicto Auctore, eo ipso quod vsus esset actus voluntatis elicitus, non posse aliter cum volito voluntatem coniungere, quam affectu efficaci, hoc autem modo etiam electio voluntatem coniungit; & consequentèr non posse esse actum a voluntate elicitum, & ab electione distingui. Sed contra: nam efficacia affectus electionis solum est sufficiẽtię per modũ actus primi, & conditionata sub conditione quod perseveret, efficacia autem, qua vsus cum volito coniungitur, est efficacia absoluta, & in actu secundo coniungens cum volito vt realitèr habito: ergo esto sit, vt est, actus voluntatis elicitus, differt ab electione in coniungendo voluntatem cum volito. Quod autem non repugnet actui voluntatis esse efficax absoluta actualis coniunctio cum volito, patet: datur enim de facto circa finem fruitio, quę est essentialis coniunctio actualis cum illo vt præsente: ergo dabilis est actus aliquis circa media, cui essentialis sit actualis efficax absoluta coniunctio cum illis; cumque alius non sit præter vsum, concedenda est illi prædicta efficacia.

§. III.

Quatuor argumentis in contrarium occurritur.

28 *Arg. 1. ex Div. Thom.*

COntra istam conclusionem opponit Vazquez primo Divum Thomam 1.2. *quæst.* 16. *artic.* 1. *propè finem corp.* illis verbis: *Vndè manifestum est, quod vti primo, & principaliter est voluntatis tanquam primi moventis, rationis autem tanquam dirigentis, sed aliarum potẽtiarum tanquam exequentium*; at actus ab illa potentia dicitur, quę executivè comparatur ad illum: ergo vti non est actus à voluntate elicitus. Quod amplius confirmat: nam ex eo quod D. Thomas doceat, vti esse actum rationis tanquam dirigentis, non sequitur esse actũ ab intellectu elicitum: ergo pariter, ex eo quod asserat esse actum volũtatis vt primi moventis, non sequitur esse actum voluntatis elicitum. Confirmatur secundo: imperium est actus voluntatis vt moventis, siquidem est actus intellectus vt moti à voluntate, vt docet D. Thomas 1.2.*quæst.* 17. *art.* 1 & tamen non est actus à voluntate elicitus, sed ab intellectu: ergo ex eo quod vti sit actus voluntatis vt primi movẽtis, non licèt colligere esse actum à voluntate elicitum, sed potius oppositum.

Ad

Digitized by Google

29 *Reſp. argum.* Ad hoc argumentum reſpondeo, diſtinguendo minorem: ſi executivè activè comparetur ad illum, concedo minorem: ſi paſsivè ſolum, nego minorem, & conſequentiam: quia potentiæ motæ à voluntate non activè, ſed paſsivè comparantur ad vti, quatenus medio illo à voluntate applicantur ad opus: vndè ſicut ſubditi exequentes mandatum Principis non comparantur elicitivè ad illud, quia ſolum paſsivè exequuntur, quatenus ab illo moventur, ita in præſenti. Vel aliter diſtinguo minorem: quando actus executio eſt, concedo minorem: quando eſt applicatio, & motio ad executionem, nego minorem, & conſequentiam: quia vti activè non eſt executio potentiarum, ſed applicatio, & motio illarum ad executionem, & ideò non elicitur à potentia exequente, ſed à movente, quæ voluntas eſt.

30 *Prima cõfirmatio diluitur.* Ad primam confirmationem, nego conſequentiam: quia cum vti non ſit dirigere, ſed movere, illius eſt vt elicientis, cuius eſt vt primi movẽtis, non verò illius cuius eſt vt dirigentis. *Ad 2. reſpondetur* Ad ſecundam, nego conſequentiam ex eadem ratione: imperium namque non eſt ſubſtantialiter motio, ſed directio ex proprijs, motio autem ex emendicatis à voluntate: vndè non debet à voluntate elici, ſed ab intellectu dirigente vt voluntati ſubordinato: vſus autem motio eſt, vt iam dixi, & ideò illius eſt vt elicientis cuius eſt vt primi moventis.

31 *Secundo arguit Vazq.* Secundo ſic arguit: vt potentia exequens bruti operetur non indiget novo actu appetitus, præter affectum, quo fertur in obiectum per modum naturæ: ergo vt potentiæ executivæ noſtræ operentur neceſſarius non eſt alius actus præter liberam electionem, qua voluntas determinata manet ad applicandum cæteras potentias ad opus. Patet conſequentia: nam licèt voluntas ante electionem indifferens ſit vt applicet, vel non applicet potentias executivas, electione tamen ſuppoſita determinata manet: ergo ſi brutum, quia ex ſe abſque indifferentia operatur, non indiget alio actu præter affectum, quo in obiectum inclinat, pariter vt potentiæ noſtræ applicentur, actu ab electione diſtincto non indigebunt.

32 *Reſp.* Reſpondeo, negando conſequentiam. Ad probationem diſtinguo antecedens: determinata manet vt applicet per actum diſtinctum, concedo antecedens: ex vi electionis immediatè, & formaliter, nego antecedens, & conſequentiam: ratio autem ob quam iſte duplex actus requiritur eſt diverſitas obiectiva explicata, quæ quia ab appetitu bruti non tangitur, ideò diſtincto actu ad potentiæ applicationem non indiget.

33 *Tertio arguitur.* Tertio arguitur: vſus eſt electio eſſentialiter: ergo non diſtinguitur ab electione. Conſequentia tenet. Antecedens autem probatur primo; nam omnis actus efficax, qui verſatur erga vtile, vt tale, eſt electio, ſicut omnis actus efficax, qui circa finem vt per media conſequendum verſatur, eſt intentio; at vſus verſatur efficaciter circa vtile: ergo eſſentialiter eſt electio. Secundo: deſiderium efficax vnius medij, alio relicto, eſt electio; ſed vſus, prout eſt actus voluntatis elicitus, eſt deſiderium efficax vnius medij præ alio; cum non ſit amor ſpecialiter dictus, qui abſtrahit à præſentia, & abſentia, nec delectatio, quæ ſupponi bonum iam habitum: ergo eſſentialiter eſt electio.

34 *Ad 1. probationẽ reſp.* Reſpondeo, negando antecedens. Ad primam probationem iuxta primum modum, quo probavi diſtinctionem vſus ab electione, diſtinguo maiorem: illamque concedo de actu circa vtile, vt eſt effectus finis, & in ordine intentionis, nego autem de illo, qui attingit vtile in ordine executionis prout causa finis: & ſub eadem diſtinctione minoris, nego conſequentiam: quia vſus non attingit vtile prout effectus finis in ordine intentionis, ſed prout illum cauſat in ordine exequutionis.

35 *Ad 2.* Ad ſecundam, diſtinguo maiorem: medij vt eſt effectus finis in ordine intentionis, concedo maiorem: vt cauſat finem in ordine executionis, nego maiorem: & ſub eadem diſtinctione, negata, & omiſſa minori, nego conſequentiam: quia dato quod vſus ſit deſiderium efficax vnius medij præ alio, quod falſum eſt, cum namque vſus electionem efficacem iam determinatam ſupponat, non accepta vnum præ alio, ſed determinatè medium iam electum; dato tamen, quod vnius præ alio ſit, non eſt electio, ſed actus ab illa diſtinctus, ratione iam dicta: quia ſcilicèt, non erga medium vt eſt effectus finis, ſed vt finem in ordine executionis cauſat, verſatur.

36 *Aliter iuxta 2. modum reſp. ad 1. probationem.* Iuxta ſecundum modum, quo dictam diſtinctionem oſtẽdi, diſtinguo maiorem: qui verſatur circa vtile coniunctione affectiva, & prout eſt intra voluntatem per proportionem, cõcedo maiorem: coniunctione reali cum illo prout in re, nego maiorem: & ſub eandem diſtinctione minoris, nego conſequentiam: quia vſus verſatur circa vtile coniunctione reali, ſeu affectiva efficaci, efficacia abſoluta actuali, vt conſtat ex dictis inter probandam noſtram concluſionem.

37 Ad ſecundam, omiſſa maiori, nego mi-

Ad 2. probationem. minorem : non enim est desiderium de bono futuro, sed quasi delectatio de bono vtili præsenti, non qualis speculativa, sed practica, quę boni prætentiam non supponit, sed causat : sicut enim intuitio purè speculativa obiectum præsens non causat, sed causatum supponit, quę vero practica est causat prætentiam obiecti ; ita de delectatione est dicendum, non tamen est delectatio in rigore, quia hæc est in qua appetitus quiescit, in vsu autem non quiescit voluntas, sed ad finem tendit.

38 *Si opponas.* Si dicas, nullus est actus in voluntate præcedens boni existentiam, qui non possit ab executione impediri, vel Deo suspendente cōcursum, vel impeditis potentijs executivis: ergo vsus, si est actus voluntatis elicitus, no est essentialitèr cum executione connexus ; & consequentèr non habet pro obiecto essentialitèr volitum vt realitèr habitum. *Resp.* Respondeo negando antecedens : nam cum iste actus, de quo in præsenti loquimur, essentialitèr sit motio activa, cui necessario, & indispensabilitèr est connexa motio passiva potentiarum, & huic existentia obiecti : consequens sit, quod ex suppositione, quod Deus det concursum ad illum actum, negare illum non possit ad executionem.

39 *Quarto arguitur* Quarto arguitur : voluntas supposita intentione finis applicat intellectum, ad consultandum, & suppositia electione mediorum vtitur intellectu ad imperandum, vt expressè docet D. Thomas 1. 2. *quæst.* 16. *art.* 4. *ad finem corp* illis verbis: *sed quia voluntas etiam quodammodo rationem mouet, & vtitur ea, potest intelligi vsus eius, quod est ad finem secundum quod est in consideratione rationis, intelligi in consilio, & imperio referentis ipsum in finem, & hoc modo vsus præcedit electionem*: Et tamen hic vsus non est actus ab intētione, & electione distinctus, aliàs ad illum deberet imperium supponi, & ad hoc imperium vsus, & sic vsque in infinitum: ergo etiam electione suppositia potest voluntas absque actu distincto vti executivis potentijs, & illas applicare ad operationem.

40 *Prima solutio.* Huic argumento duplici solutione occurritur à nostris Thomistis primo negando minorem : dicunt enim, quod vt voluntas vtatur intellectu ad imperium requiritur actus distinctus ab electione, non minus quam vt vtatur potentijs executivis, ducti primo paritate rationis, secundo auctoritate D. Thomę *ubi supra*, inter quos ei ca necessitatem imperij regulantis huiusmodi actum dissensio est quibusdam illam concedentibus, aliis verò negantibus, eo quod vt talis actus reguletur sufficit (inquiunt ipsi) iudicium regulans electionem, in quo imperium implicitè repræsentatur.

41 *Impugnatur 1.* Cæterum contra hanc solutionem obstat in primis, circa idem electionem, & vsum versari ; at licèt in ordine reflexo possit dari electio de imperio, si expresse à voluntate appetatur in ordine ad finem, in ordine tamen directo non datur electio de imperio, sed solum de medijs : ergo licèt in ordine reflexo possit dari vsus ab electione distinctus applicans intellectum vt imperet, in ordine tamen directo talis actus non exigitur.

42 *Secundo impugnatur.* Secundo contra prædictam solutionem obstat : nam voluntas non solum vtitur intellectu ad imperandum, sed etiam vtitur se ad eligendum : at vt voluntas in ordine directo se ad eligendum applicet, non est necessarius actus ab intentione distinctus: ergo vt applicet intellectum ad imperandum sufficiens erit electio, nec requiritur actus ab illa distinctus.

43 *Tertio rejicitur.* Tertio : nam sequitur, debere imperiū præcedere regulans huiusmodi actum ; consequens est falsum : ergo & illud ex quo sequitur. Falsitas consequentis probatur : nam aliàs pro illo imperio eliciendo, cum liberum esset, deberet vsus ab electione distinctus præcedere ; cum eadem sit ratio de applicatione ad vnum, & aliud imperium, & pro regula vsus applicantis ad hoc imperium, aliud imperium deberet præcedere : cum par sit ratio de illo, atque de alio ; & consequentèr dabitur processus in infinitū, quod licèt in voluntarijs admitti sinè inconvenienti possit, in per se subordinatis non potest admitti.

44 *Sequela probatur.* Sequela autem ex eo manifestè probatur : non enim alia ratione probatur necessitas imperij distincti à iudicio regulāte electionem ad applicandum potentias executivas ad operationes, nisi quia præter electionem requiritur vsus ab illa distinctus : ergo si vt applicetur intellectus ad imperandum requiritur vsus ab electione distinctus, requiritur etiam imperium à iudicio electionem regulante distinctum : quod enim in iudicio regulāte electionem imperium contineatur implicitè, non sufficit vt vitetur imperij necessitas ; aliàs eadem ratione imperium a iudicio distinctum necessarium non esset, vt regularet vsum applicativum potentiarum executivarum : cum etiam illarum executio, & media executiva implicitè contineantur in iudicio regulante electionem.

45 *Effugium excluditur.* Nec respondere sufficit, in applicatione potentię executivæ esse maiorem difficultatem, quam in eligendo : quod patet : nam multi benè eligentes visa difficultate executionis, ab illa desistunt, & ideò

ideo necessarium est imperium ad executionem impellens. Nam in contrarium obstat primo, quod etiam electione supposita est nova difficultas in benè imperando: multi namque benè iudicantes, & eligentes, non benè imperant, quo circa præter virtutem regulantem iudicium, & electionem, datur prudentia pro benè imperando: ergo ratione maioris, & minoris difficultatis non statuitur discrimen alicuius momenti. Secundo: nam si ex eo quod in exequendo maior quam in imperando difficultas invenitur, probatur debere imperium constitui pro regula executionis, & vsus applicantis ad illam, non autem pro regula vsus applicantis intellectum vt imperet: ergo ex eadem ratione discriminis poterit vsus ab electione distinctus requiri applicans executivas potentias ad suas operationes, & non requiri vsus distinctus ab electione applicans intellectum ad imperandum.

46 *Aliter occurritur argum.*

Missa igitur hac solutione, & in sua probabilitate relicta, ad argumentum factum cum alijs ex nostris respondeo, concessa maiori, & minori, negando consequentiam: ratio autem discriminis, cur scilicet, applicatio intellectus vt imperet, actum ab electione distinctum non petat, benè tamen applicatio potentiarum exequentiū ad suas operationes, à quibusdam non traditur, ab alijs ex maiori difficultate in exequendo, quam in imperando depromitur. Sed certè, cum in vtroque maior difficultas, quā in electione sit, metire prædictum excessum executionis præ imperio vt ad vnum requiratur, & non ad aliud actus ab electione distinctus, difficile est. Vera igitur discriminis ratio ex dictis desumitur: quod enim vsus ab electione distinguatur non provenit ex eo quod applicatio sit potentiæ ad operandū: si namque ex hoc proveniret, argumentum concluderet, sed ex eo quod in medijs vt ad ordinem executionis spectantibus diversa est appetibilitatis ratio, quam iam explicuimus, quę ratio cum de imperio non militet, non est cur actus ab electione distinctus necessarius sit, vt voluntas applicet intellectum ad imperandum.

47 *Si opponas.*

Si dicas, etiam imperium ad ordinem intentionis spectat, & ad ordinem executionis, cum amabilitatem & exequibilitatem habeat: ergo est in illo duplex ratio obiectiva, quam in medijs constituimus ad distinguendū vsum ab electione. *Resp.* Respondeo, distinguēdo consequens: duplex ratio obiectiva attracta in ordine directo, nego consequentiam in ordine reflexo, in quo voluntas supra suos actus, & actus intellectus reflectitur, concedo consequentiam. Quod si rationem petas cur in ordine directo non attingatur imperium quatenus exequibile; & consequenter non specificet actum ab electione distinctū: inquiram, & ego, cur imperium, etsi amabili, atem habeat ad ordinem intentionis spectantem non terminet in ordine directo electionem, per quam expresse appetatur vt medium; ratio enim huius solutio est difficultatis positæ, & ratio omnium est: quia ad ordinem solum reflexum pertinet actus, qui expresse circa imperium vt ad ordinem executionis spectat, versetur, sicuti & electio terminata ad illud, vt ad ordinem intentionis attinens, intra ordinem reflexum est constituta vndè sicut hac ratione in ordine directo, quo voluntas fertur ad res, non terminat imperium electionem expresse, prout spectat ad ordinem intentionis, ita nec vsum terminat, quatenus attinet ad ordinem executionis, qui ab illa distinctus sit.

§. IV.

Cætera argumenta diluuntur.

48 *Quinto arguitur.*

QVinto arguitur: nam esto in nobis detur vsus distinctus ab ectione, in Deo tamen necessarius non est: ergo non est in Dei voluntate constituendus. Antecedens probatur primo. Si namque necessarius esset in Deo, deberet ab æterno existere; cum nullus actus voluntatis diviną possit in tēporę incipere; at vsus, cum applicatio sit potentię ad executionem ab æterno in Deo non est, sicut nec executio potentię productivę est æterna: ergo vsus ab electione distinctus in Deo necessarius non est. Secundo: ratio namque cur in nobis requiritur vsus, est distinctio potentię exequentis ab intellectu, & voluntate; at potentia executiva Dei, nec virtualiter ab intellectu divino est distincta, vt tenet frequentior Thomistarum sententia *supra quæst. 14. art. 8. & infra quæst. 25. artic. 1.* ergo vsus ab electione distinctus necessarius non est. Explicatur hoc magis: actus, quo Deus in tempore exequitur, est imperium, in sententia, quam veriorem censui *tract. de scientia Dei*; at vsus ad imperium sequitur: ergo nequit ad executionem applicare; & consequenter nec in Dei voluntate constitui.

Respondeo, negando antecedens. Ad primā probationem dicatur, omnem actū volūtatis divinę debere ab æterno existere quoad denominationem volentis, non autem quoad omnem denomitionē, sicut nec omnis actus divini intellectus debet quoad omnem suam denominationē esse

49 *Resp.*

ab

æterno: imperium namque, in quo actualis executio consistit, etsi quoad denominationem dirigentis, & ordinantis æternum sit, quoad denominationem tamen exequentis non existit ab æterno, sed in tempore incipit: pariter ergo dicimus de vsu, esse ab æterno quoad denominationē volētis media, vt ad ordinem executionis spectantia, quoad denominationem verò applicantis potentiam exequentem ad opus, non esse ab æterno, sed incipere in tempore.

50 *Objicies.* Objicies, vsus, iuxta secundum modum dicendi, per hoc differt ab electione, quod ista solum affectivè coniungit cum volito: ille vero coniungit cum volito vt realitèr habito, & præsenti; sed actus voluntatis divinæ, quem Nos ponimus, non cōiungit ab æterno cum volito vt realitèr ab æterno habito: ergo actus ille prout ab electione distinctus non est æternus. *Resp.* Respondeo, distinguendo minorem: non coniungit ab æterno cū volito vt realitèr habito ab æterno, concedo minorem: vt realitèr habendo in tempore, & ab æterno in mensura æternitatis, saltim inadæquatè, nego minorem, & consequentiam, qua infertur non distingui ab electione quia hęc ratione sui non coniungit cum volito, nec ab æterno adæquatè, nec in tempore, nec in æternitate sumpta virtualitèr inadæquatè.

51 *Replicabis.* Sed dices, actus ille sub ratione volitionis est adæquatè ab æterno; sed adæquatè ab æterno non coniungit cum volito vt realitèr habito adæquatè ab æterno: ergo coniungit cum volito ab æterno adæquatè solum affectivè; & consequentèr in coniunctione cum volito ab æterno solum effectiva potest fundari, aut salvari coniunctio cum eodem volito vt realitèr habito, aut habendo in tempore, quo admisso non est cur electio ratione sui non possit voluntatem cum volito in tempore cōiungere realitèr. *Resp.* Respondeo: in tali coniūctione prout ab æterno affectiva, concedo consequentiam in omni, nego consequentiam: & ratio est: quia coniunctio æterna vsus est cum obiecto pro vt exequendo in tēpore post iam electo, coniunctio autem electionis æterna cum volito non est cum illo, vt postquam electum est, exequendo, sed vt spectante ad ordinem intentionis.

52 *Secunda probatio antecedētis diluitur.* Ad secundam antecedentis probationem dicatur, quod licet in Deo non distinguatur virtualitèr adæquatè potentia exequens ab intellectu, distinguitur tamen inadæquatè, vel saltim quoad munia, & hæc distinctio sufficit vt ad illius applicationē requiratur vsus ab electione distinctus: sicut intellectus practicus ab speculativo non distinguitur virtualitèr, & tamen ad actum practicum, actus voluntatis præexigitur, qui tamen ad omnem actum speculativum necessarius non est. Ad explicationem, distinguo maiorem: est imperium quo ad munus dirigentis, nego maiorem: quoad munus exequentis, concedo maiorem, & distinguo minorem: requitur ad imperium vt dirigens, concedo minorem: vt exequens, nego minorem, & consequentiam.

53 *Replicabis.* Sed dices, inter imperium vt dirigens, & vt exequens, non est virtualis adæquata distinctio, sed vel inadæquata virtualis, vel solum quoad munia: ergo nequit inter vtramque istam rationē mediare actus voluntatis virtualitèr adæquatè ab imperio sub vtraque ratione distinctus, qualitèr necessarium est vsum ab imperio distingui. *Resp.* Respondeo, concesso antecedenti, negando consequentiam, quæ multis exēplis instatur: inter gratiam enim vt auxiliantē, & iustificantem, solum rationis distinctio versatur, & tamen mediant inter vtrumque conceptum dispositiones vltimæ ab vno egredientes, & ad aliud disponentes intellectio, vt dictio, solum ratione differt à se ipsa vt contemplatio, & tamen inter illos conceptus mediat verbum realitèr ab intellectione distinctū: item paternitas divina, vt forma hypostatica, solum inadęquatè distinguitur à se ipsa vt referente, & tamen inter illam vt constituentem, & vt referentē mediat generatio, quæ à paternitate distinguitur virtualitèr adęquatè, vt enim docebimus *infra quæst.* 27. generatio in aliquo absoluto in recto cōsistit; & cōsequentèr a paternitate virtualitèr adæquatè distinguitur: non ergo inconveniens debet censeri, quod inter imperium vt dirigens, & vt exequens, mediet vsus distinctus virtualitèr adæquatè ab imperio, etsi inter illos duos cōceptus sola in adæquata distinctio inveniatur.

54 *Sexto arguitur.* Sexto arguitur: in eodem actu intellectus, nempè in imperio invenitur formalitas dirigentis, & formalitas exequentis, vt supponimus: ergo in eodē actu voluntatis cū distinctione solum inadæquata inveniri potest formalitas tēdētiæ affectivæ, & formalitas tēdētiæ affectivæ; & consequentèr vsus ab electione non distinguitur ex æquo, & distinctione virtuali adæquata. *Resp.* Respondeo, negando cōsequentiā: & ratio discriminis est: nam tendentia affectiva est ad obiectum vt intra voluntatem, tendentia effectiva est ad obiectum vt est in re, & quia obiectum voluntatis diversimodè movet prout intra voluntatem, ac prout in re sit, quod diversos actus voluntatis constituat; at tendentia directiva,

55 *Resp.*

& executiva diverſa obiecta non habent, ſed formalitas obiectivæ dirigibilitatis, & formalitas exequibilitatis ſe habent vt primaria, & ſecundaria; & ratio eſt: nam exequibilitas a potentia elicitiva reſpectu potentiæ naturæ intellectualis, non poteſt ſe habere primario, ſed ſolum ſecundario: eo quod cum potentia naturæ intellectualis adæquatè dividatur in intellectum, & voluntatem, etiam obiectum attingibile à potentia talis naturæ, adæquatè dividitur in bonum, & verum, ac proinde omnis alia obiectiva formalitas non poteſt ſpecificare potentiam, aut actum talis naturæ, ſed ſecundario ſe debet habere; cur autem cum obiecto intellectus, & non cum obiecto voluntatis, coincidat: alterius, eſt negotij.

56 *Denique arguitur.* Denique argui poteſt contra noſtram ſententiam: vſus non ſpecificatur à medijs, ſed à fine: ergo malè probavimus diſtinctionem vſus ab electione, ex eo quod vſus ſpecificatur à medijs. Conſequentia tenet. *Antecedēs prob. primo.* Antecedens autem probatur primo: nam motus ſpecificatur à termino in quo mobile quieſcit; ſed vſus non quieſcit in medijs, ſed tranſit ad finem: ergo non ſpecificatur à medijs, ſed à fine. *Secundò.* Secundo probatur: nam ideò electio nō ſpecificatur à medijs, ſed à fine, quia non amat media propter ſe, ſed propter finem; ſed media in ordine executionis, qua ratione attinguntur per vſum, non amantur propter ſe, ſed propter finem, eſt enim contra rationem medij appeti propter ſe: ergo vſus non ſpecificatur à medijs, ſed à fine.

57 *Tertio probatur.* Tertio probatur: ſi namque vſus ſpecificaretur à medijs, & non a fine, non eliceretur à virtute electiva, ſed ab alia virtute diſtincta; ſed hoc falſum, nullus enim pro elicientia actus vtendi virtutem ſtatuit diſtinctam à virtute, à qua electio procedit, quæ eſt virtus electiva, aliàs duplex miſericordia conſtituenda eſſet, vna eligens, & alia vtens, & ſic de alijs virtutibus, quod nullus aſſervit: ergo non ſpecificatur à medijs, ſed à fine. Probatur ſequela virtus electiva ſpecificatur a fine; ſed nulla potentia, vel habitus poteſt elicere actum non ſpecificatum ab obiecto à quo habitus, vel potentia ſpecificatur: ergo ſi actus vſus non ſpecificatur a fine, ſed à medijs, non elicietur à virtute electiva, ſed ab alia virtute.

58 *Confir. 1.* Quod amplius vrgetur: quia namque imperium, iudicium practicum, & conſilium, ſunt actus diſtincti, ſpecificant virtutes intellectuales diſtinctas, nēpè, Eubuliam ad conſiliandum, Sineſim ad rectè iudicandum, & Prudentiam ad rectè imperandum, de quo D. Thomas 2. 2. *quæſt.* 51. *art.* 1. 2. & 3. ergo ſi vſus activus eſt actus voluntatis diſtinctus ab electione, ſpecificat virtutem diſtinctam à virtute electiva, & conſtituendæ ſunt duæ virtutes, vna ad rectè eligendum media, & alia ad recte vtendum de medijs iam electis.

59 *Secundo.* Explicatur, & vrgetur ſecundo, etſi conſilium, iudicium, & imperium circa eadem media verſentur, quia tamen ſunt multi rectè conſiliantes, & non rectè iudicantes, & multi rectè iudicantes, & non rectè efficacitèr imperantes, dantur diverſæ virtutes ad conſiliandum, iudicandum, & imperandum, vt docet D. Thomas loco *vbi proximè*; ſed dantur multi rectè eligentes, & non rectè vtentes: ergo ſi vſus eſt actus voluntatis diſtinctus ab electione, conſtituendus eſt in voluntate habitus virtutis ad vſum diſtinctus ab habitu virtutis inclinante ad electionem. Conſequentia tenet. Maior continet doctrinam D. Thom. & minor probatur; nam rectè eligentes, & non rectè imperantes, ſunt rectè eligentes, & non rectè vtentes, cū abſque imperio nō detur vſus; ſed ſunt plures, qui rectè eligunt, & non rectè imperant, aliàs electione recta ſuppoſita neceſſarium non eſſet imperium: ergo ſunt multi rectè eligentes, & non rectè vtentes.

60 *Reſp. negando antecedens.* Reſpondeo, negando antecedens. Ad primam probationem, conceſſa maiori, nego minorē: nec obſtat vſum tranſire ad finem: tranſit enim ad finem vt effectum mediorum in ordine executionis, non autem vt illorum cauſam in prædicto ordine, & id circo non à fine, ſed à medijs ſpecificatur vſus activus. *Ad 1. probationē.* Et quidem decretum efficax intentivum gloriæ, quæ eſt finis meritorum, non ſpecificatur à meritis, ſed à gloria intenta, quia per hoc decretum attingitur gloria vt cauſa meritorum, non autem vt illorum effectus: vnde non eſt actus iuſtitiæ, ſed liberalitatis: decretum autem executivum gloriæ, non ab illa, ſed à meritis ſpecificatur: quia licet gloria ſit finis, non tamen attingitur per decretum executivum vt cauſa meritorum, ſed vt effectus illorum, quo circa hoc decretum non eſt liberale, ſed actus iuſtitiæ remunerativè, vt *infra* videbimus.

61 *Ad 2. reſp. prob. 1.* Ad ſecundam, conceſſa maiori, nego minorem: amari enim propter finem, eſt cauſari à fine in genere cauſæ finalis, & attingi media vt effectus finis in hoc genere cauſæ, media autem vt in ordine executionis nō cauſantur à fine, ſed ſunt cauſæ illius, ac proinde per vſum activum non amantur propter finem, quia amantur

tur vt causa finis, nec sequitur amari in prædicto ordine propter se positivè, sed tantum negativè. Et quidem non amantur propter se positivè, quia ly *propter* importat causalitatem finalem, quæ solum exercetur potest in ordine intentionis, amantur autem in ordine executionis propter se negativè quia in illo ordine non amantur propter finem.

62 *Resp. 2.* Secundo responderi potest, distinguendo maiorem, seu causalem maioris: quia amat media propter finem vt causam, concedo maiorem: propter finem vt effectum, nego maiorem. & sub eadem distinctione minoris, nego consequentiam: finis namque in ordine intentionis exercet causalitatem finalem in media, secus autem in ordine executionis, in quo non est causa, sed effectus mediorum; & quia electio pertinet ad ordinem intentionis amat media propter finem vt causam, ideoque specificatur à fine; vsus autem pertinens ad ordinem executionis attingit media propter finem, non vt causam, sed vt effectum mediorum, & ideò non a fine, sed à medijs specificatur.

Ad 3. probationē. Ad tertiam probationem, nego sequelam: ad cuius probationem dicatur, virtutem electivam specificari à fine vt in se, & vt in medijs contento, vsus autem specificatur a fine vt contento in medijs, ac proinde elici potest a virtute elective.

63 *Ad 1. cōfirm.* Ad primam confirmationem, concesso antecedenti, nego consequentiam: ratio autem differentiæ estimandi distinctio inter prædictos actus intellectus est formalis, eo quod supposito consilio recto est nova difficultas in rectè iudicando, & iudicio supposito est nova difficultas in imperando, & ideò specificant virtutes distinctas; distinctio autem vsus ab electione materiali etiam recta electione supposita nulla est difficultas in voluntate ad vsum, & ideò non petunt in voluntate distinctas virtutes, sed ab eadem virtute elective elicuntur. Et quidem intentio, & electio [illegible] distingui, & tamen ab eadem [illegible] desiderium etiam à gaudio [illegible] pertinent ad candem [illegible] ergo, & sola distinctione [illegible] vsum non colligitur [illegible] virtutes distinctas.

64 *Ad 2.* [illegible] confirmationem dicatur [illegible] quidem plures recte eligentes, & [illegible] virtutes, quia non recte imperantem autem imperio efficaci, [illegible] vndè nova difficultas [illegible] suratis nō est, sed ex parte [illegible] proinde hac difficultate [illegible] per virtutem prudentiæ, quæ est imperativa, non est necessaria in voluntate nova virtus ad eliciendū vsum activum, sed sufficit eadem virtus, quæ est electionis principium.

§. V.

Imperium à iudicio distinctum in divino intellectu fatentur.

65 *Secunda conclusio.* SEcunda conclusio: *Præter iudicium regulans electionem constituendum est in Deo imperium regulans vsum, & exequutionem.* Ita præter omnes Thomistas referendos *disp. sequenti*, tenent ex PP. Societatis Belarminus *lib. 2. de gratia, & libero arbitrio, cap. 9.* Granad. *tract. 5. disp. 3. sect. 1.* Herice *tract. 3. disp. 22. cap. 4.* & Ruiz *de prædestinatione, disp. 1. sect. 6.* eam expressè docuit D. Th. *1. p. quæst. 22. art. 1. ad 1.* his verbis: *Præcipere de ordinatis in finem competit Deo, & secundum hoc ei convenit ratio prudentis, & providentiæ.* Et *in hac quæstione, art. 4.* inquit: *Prouidentia est ratio in intellectu existens præceptiua ordinationis aliquorum in finem.*

66 *Probatur.* Et ostenditur primo, ex illis verbis Psalmi 148. *Ipse dixit, & facta sunt: ipse mandauit, & creata sunt:* & Genesis cap. 1. *Dixitque Deus, fiat lux, & facta est lux;* at Deum interius dicere, qualitèr illa verba intelligenda esse, non de exteriori voce de pulmonibus edita, docuit Augustinus *in lib. de Genesi ad litteram, cap. 5.* est imperare rerum exequutionem, vt docet Augustinus in eodem cap. paulò post initium, his verbis: *Quid enim conuenientius de Deo dicatur quàm inter homines dici potest, quā cum ira punitur, dixit, factum est, placuit, ita vt in eo quod dixit imperium eius intelligatur, in eo quod factum est potentia, in eo quod placuit benignitas:* ergo ex Scripturæ verbis iuxta interpretationem Augustini admitti debet imperium in divino intellectu vt necessarium ad rerum exequutionem; & consequenter in prædestinatione vsque ad sui exequutionem est necessarium.

67 *Euasio excluditur.* Nec respondere sufficit, verba Scripturæ methaphoricè esse intelligenda. Nam in contrarium obstat, tunc solum verba Scripturæ sensum improprium admittere, quando illorum rigorosa interpretatio in manifestum inconveniens inducit; at ex eo quod allegata verba de imperio monastico eiusdem ad se ipsum cum rigore accipiantur, nullum inconveniens infertur, vt ex argumentorum solutione constabit: ergo prædicta verba nō metaphoricè, sed rigorosè sunt accipienda.

Secundo [illegible] est prudentia respectu [illegible] ipsis aliis moralibus virtutibus [illegible] ad-

admittimus, quæ petunt directionem prudentiæ; at actus pro prius prudentiæ, prout differt ab eubulia, & synesi, est imperium monasticum respectu propriarum actionum, vt docet D. Thomas 2 2. *quæst.* 47. *art.* 8. vbi ait, principalem actum prudentiæ esse præcipere: & *quæst.* 51. *art.* 2. & 4. vbi eubuliam, & synesim à prudentia specialiter sumpta distinguit per hoc, quod eubulia est benè consultativa, synesis benè iudicativa, prudentia autem bene præceptiva. Quam doctrinam sumpsit ex Aristotele *lib.* 6. *Ethicorum*, ibi *lect.* 8. eubuliam docet esse rectitudinem consilij ad finem bonum simpliciter per vias bonas & tempore conuenienti. Et electione 9. hæc habet verba: *Propter quod circa eadem quidem prudentia est, & synesis.* Et statim: *Non est autem idem synesis, & prudentia: prudentia quidem præceptiua est, synesis autem iudicatiua solum.* Diffinierat autem lectione quarta prudentiam, quod sit *habitus cum vera ratione actiuus circa bona, & mala hominis*, ideſt, non circa factibilia, quæ sunt extra hominem, sed circa agibilia, quæ sunt intra hominem: ergo in Deo recognoscendum est imperium monasticum respectu propriarum actionum ad regulandum vsum, & exequutionem.

69 Respondet Vazq.

Huic argumento Vazquez 1. 2. *disp.* 49. *cap.* 5. *num.* 29 respondet, negando imperium esse proprium actum prudentiæ: vndè ait Aristotelem, nomine præcepti non intelligere propriè actionem imperandi, sed iudicium, quo prudentia præscribit id quòd agendum est. Quod esse de mente Aristotelis probat, quia *ibi* agit de præcepto prudentiæ, quod est ante electionem, aliàs actus prudentiæ necessarius ad studiosam electionem non esset, imò omnis electio bona sine prudentia fieret; hoc autem iudicium, propriè imperium non est, nam imperium, quod rigorosè est tale, sequitur ad electionem ex mente Thomistarum, nec præcipuus actus prudentiæ esse potest; tota enim difficultas virtutis in bona electione consistit. In hoc autem statuit discrimen Aristoteles inter synesim, & prudentiam, quod illa est benè iudicativa deducendo iudicium de agendis per consultationem, illa autem non ita, sed supra iudicium à prudentia factum reflectitur, propriè iudicans rectè, & iuxta regulans prudentiæ iudicatum esse.

70 Impugnatur

Hanc tamen interpretationem rectè impugnant nostri Thomistæ primo: nam ibi expresè docet Aristoteles synesim, & prudentiam circa idem versari, alteram iudicando, & alteram præcipiendo; at si sagacitas, seu synesis, non iudicaret directè de rebus agendis, sed reflexè de iudicio prudentiæ, non versarentur circa idem; cum iudicium, & res, de qua est iudicium, non idem, sed diversa sint: ergo interpretatio prædicta menti Aristotelis non potest congruere. Secundo: nam ad iudicandum reflexè de iudicio prudentiæ, an iuxta illius regulans elicitum sit habitus à prudentia distinctus, necessarius non est, sicuti ad iudicandum reflexè de actu scientifico non ponitur habitus distinctus ab habitu eliciente ipsum; at vt fatetur Vazquez, ex mente Philosophi synesis, & prudentia habitus distincti sunt: ergo actus synesis non est iudicium reflexum de iudicio prudentiæ, sed directum de rebus agendis; & consequenter stare nequit distinctio synesis a prudentia, nisi ista præceptiva sit imperio propriè dicto, synesis autem solum iudicativa. Secundo.

71 Tertio.

Tertio reijcitur: non enim ponimus duplicem habitum electivum, alterum ad rectam electionem, & alterum ad amorem reflexum rectæ electionis, sed idē habitus, v. c. misericordiæ est ad vtrumque eliciendum sufficiēs: ergo pariter ad rectè iudicandum directè, & ad iudicandum reflexè de iudicio, duo habitus necessarij non sunt. Nec quæ pro se adducit Vazquez alicuius ponderis sunt. Falsum enim est præcipuam difficultatem in studiosa electionem consistere: maxima enim omnium difficultatum in exequutione invenitur: quo circa multi rectè eligentes, visa difficultate in exequutione deficiunt. An autem imperium prudentiæ, electionem præcedere debeat, ex posteà dicendis constabit.

72 Opponit Vazq.

Sed opponit Vazquez: nam Aristoteles *loco allegato*, *cap.* 5. ait, prudentiæ esse benè consiliari: ergo etiam iudicium rectum est actus prudentiæ; & consequenter non solum præceptum, sed etiam iudicium à prudentia eliciuntur, vel præcepti nomine iudicium intelligitur. Respondeo ex D. Thoma 2 2. *quæst.* 51 *art.* 2 *ad* 1. ad prudentiam pertinere benè consiliari, non *imperatiuè*; cum enim rectum consilium ad præceptum rectum ordinetur: fit, vt prudentia, cuius actus est præceptum, imperare possit eubuliam, cuius actus est consilium, & hoc etiam modo rectum iudicium pertinet ad prudentiam, *imperatiuè*, scilicèt, non *elicitiuè*. Resp.

73 Tertio sus deror cō clusio.

Tertio principaliter suadetur conclusio: actus practicus intellectus electionem supponens obtinet rationem [illegible] tùm, quia id docet D. Tho[illegible] 17. *art.* 1. *ad finē corporis*, [illegible] *relinquitur quod imperare* [illegible] *præsupposito actu voluntat*[illegible] *tute ratio mouet per imperi*[illegible]

actus. Tùm etiam: nam eo ipso, quod talis actus efficacem electionem supponat, non vtrumque movet, sed efficaciter ex illius participatione, *virtute prioris actus remanente in posteriori*, vt ibidem affirmat, quod, & nihil aliud exigitur ad rationem imperij; at in divino intellectu datur actus practicus subsequens electionem: ergo datur imperium. Probo minorem: quia namque præter intentionem finis datur in Dei voluntate electio mediorum, datur in divino intellectu præter iudicium regulans intentionem, iudicium intentione posterius præcedens electionem, & regulans illam; at præter electivum, decretum pertinens ad ordinem intentionis, datur in voluntate Dei decretum, exequutivum, vt *præcedenti cõclusione monstrauimus*: ergo præter iudicium regulans electionem, & illam præcedens, recognosci debet in Deo alius actus intellectus supponens electionem, & regulans vsum, & exequutionem.

74 Resp. Respondebis, intentionem, & electionem habere obiecta diversa, ac proinde non mirum, quod petant diversa iudicia; at verò electio, & vsus idem respiciunt obiectum: vnde eodem valent regulari iudicio, dato quod sint actus diversi. Sed contra primo: nam esto electio, & vsus habeant idem obiectum materiale, habent tamen diversa obiecta formaliter in ordine appetibili; at nulla est ratio assignabilis, cur simili differentia non gaudeant in ordine cognoscibili: ergo petunt terminare diversos actus intellectus, non minus quam distinctos actus voluntatis.

Sed contra 1.

75 Contra 2. Secundo: media in ordine ad finem intentum esse hic, & nunc eligenda, & eadem media vt iam electa hic, & nunc esse exequutioni mandanda, sunt obiecta diversa; at primum obiectum terminat iudicium regulans electionem, secundum actum terminat iudicium regulans vsum, & exequutionẽ: ergo sunt iudicia diversa.

Tertio. Tertio: iudicium regulãs vsum, & exequutionem, intimat voluntati, & potentijs exequutivis electionem efficacẽ mediorum cum præscientia operis exequendi; at iudicium regulans electionem, illã vt iam factam non intimat, nec præscientia est operis exequendi vt futuri, sed præcisè vt possibilis; cum adhuc illo posito, possit exequutio non subsequi: ergo sunt iudicia diversa. Antecedẽs pro prima parte exinde probatur: nam operari ex intimatione electionis iam factæ, est operari cũ perfectissima notitia, & perfecta subordinatione potentiæ exequentis voluntati, & rationi: sicut subditos operari ex intimatione voluntatis superioris ad perfectam subordinationem illorum respectu superioris conducit: ergo vt vtraque ista ratio salvetur, debet poni iudicium electionem subsequens, & illam vt iam habitam intimans.

Pro secunda suadetur, tùm primo: nam eo ipso quod iudicium illud intimet electionem iam factam cum ex vi electionis diuinæ opus sit infallibiliter exequendũ, terminabitur in vi electionis habitæ ad opus vt exequutioni mandandum. Secundo: quia vt ostendi *Tract. de scientia futurorum contingẽtium, disp.* 40. perfectior modus operandi est procedere ex scientia obiecti vt futuri, seu existentis, quam præcisè vt possibilis, quo circa *ibi* cum communi Thomistarum ostendi, scientiam visionis Dei esse causam rerum; eo quod Deo, vtpotè perfectissimo agenti, debet concedi perfectissimus modus agendi: ergo iudicium exequutionem regulans debet esse præscientia operis vt infallibiliter exequendi.

76 Antecedens pro secunda parte suadetur. Secundo.

Respondebis ex doctrina Gabrielis Vazquez, potentias exequentes, vtpote non intellectuales, esse incapaces intimationis electionis iam habitæ: nam intimatio solum ad intellectu prædictum, & percipientem dirigi potest, & ideò repugnat modus iste intimationis. Sed contra primo: nam intimatio ista non est immediatè ad potentiam exequutivam, sed ad voluntatẽ sit immediatè, vt illam applicet ad operis exequutionem, ad potentiam autem exequutivam solum mediatè; at voluntas capax est huiusmodi intimationis, esto intellectiva non sit: tùm, quia id docet D. Thomas 1.2. *quæst.* 27. *artic.* 3. *in corp.* & *solut. ad* 3. Tùm etiam: quia aliàs nec capax esset regulari per rationem, nec per iudicium rationis posset obiecti moveri; siquidem nec iudicium regulans percipere potest: ergo solutio tradita est nulla.

77 Respõd. Vazq. Sed contra 1.

Secundo: nam ex eò quòd potentia exequens non possit imperium percipere, non rectè probatur non posse illi intimari electionem voluntatis: tùm, quia voluntas non potest imperium intelligere; & tamen potest per imperium moveri, quo tum vtrumque docet Divus Thomas loco proximè allegato ad 2. vbi cum sibi opposuisset: *Ei conuenit imperari cui conuenit imperium intelligere, sed voluntatis nõ est imperium intelligere: ergo nec imperari.* Respondet D. Thom. *Intellectum non solum sibi, sed etiam omnibus potentijs intelligere, & ideò, & si voluntas non intelligat, potest imperari.* Tùm etiam: nam esto non percipiant voluntatis motionem, possunt per illã moveri, & ad suas operationes applicari

78 Secundò.

cari: ergo paritèr, etſi non percipiant intimationem factam ab intellectu, poterunt mediante illa moveri, & applicari ad ſuas operationes.

§. VI.

Argumentis occurritur.

79 *Arg. 1.* CONtra iſtã ſolutionẽ obijciũt cõtrarij Auctores primo: nã vt docet D. Tho. 2.2.q.83.art.10 in corpore: *Oratio eſt actus rationis, per quã aliquis ſuperiorẽ deprecatur, ſicut imperium eſt actus rationis, quo inferior ad aliquid ordinatur*; at, quia oratio eſt inferioris ad ſuperiorẽ, nemo poteſt ſe ipſum orare, frustra enim quis petit, quod in propria habet poteſtate, vt multoties docuit Auguſtinus: ego cum imperium ſit ſuperioris ad inferiorem, nemo poterit ſibi imperare; & conſequentèr non erit conſtituendum imperium in Deo reſpectu ſuarum actionum.

80 *Reſp.* Reſpondeo, imperium politicum, quod habet vim præcepti obligantis in conſciẽtia cum vi coerciva, parificari in omnibus cum oratione quo ad hoc, quod eſt non eſſe eiuſdẽ ad ſe ipſum, & quoad rationẽ ſuperioris, & inferioris, vtrũque enim petit diſtinctionẽ ſuppoſitorũ cum ſuperioritate; imperiũ autem monaſticum ſolum petit ſuperioritatem in ratione intimãtis, dirigentis, & moventis; & quia in eodẽ homine vna potentia movet aliam, vt patet in voluntate, imò & ſe ipſam movet, quatenus de vno actu movetur ad altũ, vt ex intentione finis ad electionẽ mediorum, & vna potentia dirigit aliam: intellectus nãque dirigit voluntatẽ: conſequens fit quod tale imperium non exigat ſuperioritatem incompatibilẽ in eodẽ ſuppoſito; ratio autem cur oratio illã petat, eſt: quia orare, & petere eſt indigentis ope alterius, nemo autẽ indigere dicitur illo, quod habet in ſua poteſtate, ſivè per vnã, ſivè per aliã potẽtiã, & ideò eiuſdẽ ad ſe ipſũ oratio nõ eſt.

81 *Arg. 2.* Secundo: omnis actus intellectus, vel eſt ſimplex apprehenſio, vel compoſitio, vel iudicium, vel diſcurſus; at imperiũ in divino intellectu eſſe non poteſt ſimplex apprehẽſio; cum in illo talis apprehenſio nõ ſit, nec diſcurſus, aut cõpoſitio ſimiliter, nec etiã iudicium: in iudicio nãque eſt falſitas, aut veritas; in imperio autẽ, qualitèr explicatur à noſtriſtis Thomiſtis per verba imperativi modi, *fac hoc*, nec falſitas, nec veritas eſt: ergo non datur tale imperium in Deo reſpectu ſuarum actionum.

82 *Reſpond. ſolutione D. Tho.* Ad hoc argumentum, quod etiam contra imperium politicum obtinens vim legis procedit, reſpondent Divus Thomas 2.2.*quæſt.* 83.*art.* 1.*ad* 3. his verbis: *Dicendum, quod illi tres actus pertinent ad rationem ſpeculativam, ſed vlterius ad rationem practicam pertinet cauſare aliquid per modum imperij, vel per modum petitionis, vt dictum eſt.* Quibus verbis non negat D. Thom. imperium in noſtro intellectu compoſitionem eſſe, & conſequentèr in divino intellectu iudicium abſque compoſitione, vt docti Thomiſtæ ſunt interpretati. Imò oppoſitum inſinuare videtur cum aſſerat: *Sed vlterius ad rationem practicam pertinet cauſare aliquid*, &c. Quorum verborum legitima intelligentia eſt, quod imperium debeat ſub aliquo ex illis actibus comprehendi, non præcisè vt ſiſtunt intra limites ſpeculationis, ſed vltra hoc addendo rationem cauſalitatis per modum intimantis, & moventis. Quam ſolutionem amplectuntur ex noſtris Thomiſtis Nazarius *ſupra quæſt.* 19.*art.* 10.*controverſia vnica*, vbi imperium iudicium appellat. Petrus Cornejo *circa iſtum art. diſp. vnica dub.* 3. *ad* 1. Albelda *in præſenti diſp.* 69. *ſect.* 3. *in ſolutione ad* 3. Magiſter Sancto Thoma 1.2.*diſp.* 17.*art.* 4.

83 *Cõtrarij doctrinæ traditæ nuſquam docent.* Nec contrarium ducuit Divus Thomas *lib. de interpretatione, lect.* 7. vbi ait, ab oratione enunciativa ſignificari conceptum, in quo eſt verum, vel falſum, ab oratione autem vocali imperativa, ſed deprecativa verum vel falſum non ſignificari, ſed ordinem quendam rationis ad hoc conſequentem: nam cum in imperio, & reperiatur veritas, & inſuper ordo cauſalitatis in voluntatem, & potentias exequentes, poteſt propoſitio vocalis exprimere ordinem efficaciæ, & cauſalitatis, non exprimendo veritatem in imperio repertam. Quod autem à conceptu in quo imperium conſiſtit, non excludat Angelicus Doctor veritatem practicam, ex eiſdem verbis conſtligitur; cum aſſerat, propoſitionem vocalem imperativi modi ſignificare ordinem rationis conſequentem ad veritatem; at talis ordo non ſequitur ad veritatem alterius conceptus purè ſpeculativi: ergo ſequitur ad veritatem practicam reſidentem in conceptu intellectus, qui obtinet rationem imperii. Quod etiam ſatis indicat Angelicus Doctor 1.2.*quæſt.* 17.*art.* 1.*in corpore*, docens, rationem intimantem explicari poſſe duplicitèr, & per verbum indicativi modi, & per Verbum imperativi, quod verum eſſe non poteſt, niſi in ratione intimante veritas ſit; cum Verbum indicativi modi veritatem ſignificet.

84 *Explicatur veritas imperio ſignificata.* Quod ſi petas, quam veritatem dicat imperium. Reſpondeo, quod ſicut iudicium practicum veritatem habet eo quod media in ordine ad finem intentum, vt hic, & nunc eligenda proponit: ita imperij veritas conſiſtit in hoc, quod media

vt iam electa proponit vt hic, & nunc exequenda. Nec video quid contra istam solutionem possit obstare: imò esse amplectendam præ alia, quæ negat imperio rationem iudicij, ex eo Mihi probatur: quia, vt docent contra Scotum communiter nostri Thomistæ infra quæst. 27. omnis actus intellectus debet esse cognitio, quo circa *ibi* cum communi sententia vocebimus dictionem, qua Verbum procedit, esse formaliter intellectionem: ergo cum imperium actus intellectus sit, debet esse intellectio, & cognitio, eo autem ipso quod cognitio sit, vel nihil affirmat, & sic erit simplex apprehensio, vel affirmat aliquid, & sic erit iudicium, vel cum discursu si deducatur ex alijs, vel sine discursu si ex alijs non deducatur.

Veritas impery prob. 1.

85 Præterea: nam actus intentionem supponens, & electionem regulans, ad rationem practicam pertinet; & tamen, vel simplex apprehensio est, vt aliqui volunt, vel vt melius alij, iudicium, & cõsilium, quod ad discursum practicum spectat, cum inquisitio sit: ergo pariter actus intellectus, electionem supponens, & regulans vsum, in quo imperium consistere diximus, iudicium erit. Ac tandem: nam mediam vt iam electa esse hic, & nunc exequenda, est obiectum iudicij; at hoc est ipsissimum obiectum imperij: ergo imperium, iudicium practicum est, quod ideò per verba imperativi modi aptius quam per verba indicativi explicatur, quia sic illius efficacia melius percipitur.

Secundo.

Tertio,

86 Tertio principaliter arguunt: actus iste imperij ad nihil est necessarius: ergo non est in divino intellectu constituendus. Antecedens probatur: non est necessarius vt moveat voluntatem quoad specificationem; ad hoc enim sufficit iudicium electionem præcedens: dictat namque de medijs non solum vt eligendis, sed etiam vt exequendis, nec vt moveat illam quoad exercitium: quod probatur primo: nam voluntas ratione sui est primum movens quoad exercitium: ergo non indiget ab intellectu quoad exercitium moveri. Secundo: vt voluntas ex intentione finis transeat ad electionem mediorum, non indiget intellectu vt movente quoad exercitium, sed solum vt proponente, & movente quoad specificationem: ergo vt ex electione transeat ad vsum non indiget intellectu vt movente quoad exercitium, sed solum quoad specificationem; & consequenter dato quod inter electionem, & vsum mediet novum iudicium, imperium tamen necessarium non erit, cũ hac efficacia quoad exercitiũ debeat polere.

Tertio ar guitur. Prob. 1.

Secundo.

87 Tertio: vt voluntas vtatur intellectu ad imperium non indiget actu intellectus distincto illam movente quoad exercitium, & rationem imperij obtinente, alias vt arguebamus *supra* daretur processus in infinitum: ergo vt volũtas vtatur exequutivis potentijs non indigebit actu aliquo intellectus quoad exercitium illam movente. Patet consequentia: supposita namque efficaci electione est nova difficultas in imperando, quo circa multi bene eligunt, & non bene imperant: ergo si hæc nova difficultas in applicãdo intellectum vt imperet vincitur à voluntate absque prævio iudicio impelente, solum cum iudicio regulante, & proponente, etiam nova difficultas, quæ in applicatione potentiæ exequentis elucet, vinci poterit à voluntate absque prævio iudicio impelente, solum cum iudicio proponente.

Tertio.

§. VII.

Examinatur aliquorum solutio.

88 AD Hoc argumentum docti Thomistæ respondet, imperium intellectus non solum necessarium esse ad actum voluntatis, qui dicitur vsus, sed etiam ad electionem imò, & ad omnem actum liberum, voluntatis, sivè creatæ, sivè increatæ, eo quod cũ voluntas ex se indifferens sit, indiget determinari ab alio eius indifferentiam tollente, quod aliud esse non potest nisi intellectus. Quibus favere videtur D. Thomas 1. 2. *quæst.* 17. *art.* 3. *ad* 3. vbi docet: *Quod sicut actus voluntatis vtentis ratione ad imperandum præcedit ipsum imperium, ita etiam potest dici, quod & istum vsum voluntatis præcedit aliquod imperium rationis, eo quod actus harum potentiarum supra se inuicem reflectuntur.* Ecce vbi D. Thomas ad actum, quo voluntas vtitur intellectu ad imperandum, asserit præcedere imperium.

Aliquorum solutio.

Fauere videtur D. Thom.

Et *in eadẽq. art.* 3. ex eo *in arg. sed contra*, probat actus volũtatis imperari; quia omne, quod est in potestate nostra subiacet imperio nostro; quæ ratio de omni actu libero procedit; cũ omnis actus liber nostræ potestati subiaceat. Et solut ad 3. quod ita procedebat: *Si aliquis actus voluntatis imperatur, pari ratione omnes imperabũtur; sed si omnes imperantur, necesse est in infinitũ procedere; quia actus volũtatis præcedit actũ imperãtis rationi, &c.* Respõdet: *Dicẽdũ, quod cũ imperiũ sit actus rationis, ille actus imperatur, qui rationi subditur, primus autẽ actus volũtaris ex rationis ordinatione nõ est, sed ex instinctu naturæ, aut superioris cau'æ, & ideò nõ oportet, quod in infinitũ procedatur.* Quibus verbis manifestè D. Th. videtur sẽtire, omnẽ actũ volũtatis, præter primũ, qui liber nõ est, ex imperio rationis procedere.

89 *Aliud testimonium expenditur.*

Et 2. 2. *quæst.* 51. *art.* 2. *ad* 1. illis verbis

90

Digitized by Google

Tertio ex eodem D. Th. prob.

bis: *Dicendum*, quod *ad prudentiam pertinet benè consiliari imperativè, ad Eubuliam autem elicitivè*; cum autem consilium electionem præcedat, etiam electio ad prudentiam imperativè pertinebit, & consequenter subiecta erit imperio prudentiæ. Et *art.* 3. *ad* 3. illis verbis: *Dicendum, quod contingit quandoque id, quod benè iudicatum est, differri, vel negligenter agi, aut inordinatè, & ideò post virtutem, quæ est benè iudicativa, necessaria est finalis virtus principalis, quæ est benè præceptiva, scilicèt prudentia.* Vbi D. Thomas sentire videtur ad electionem præter iudicium imperium requiri.

91 *Rati pro eadē sententia.*

Favet etiam huic sententiæ ratio ab inconvenienti desumpta: si namque ad electionem imperium non requiritur, sequitur principalem actum prudentiæ, qui in imperio consistit ad actum præcipuum virtutum electivarum, qui electio est, necessarium non esse, ac proinde actus harum virtutum sine prudentia fieri; hoc autem inconveniens videtur, aliàs præcipua virtus intellectiva regulans solum ad actum minus principalem virtutum, scilicèt vsum, necessaria foret: ergo dicendum videtur, imperium, nedum ad vsum, sed etiam ad electionem, & ex consequenti ad omnem actum liberum, seu deliberatum, esse necessarium. Sic sentiunt ex nostris Medina 1. 2. *quæst.* 9. *art.* 1. Alvarez *quæst.* 17. Martinez *art.* 3. *dub.* 2. Nazarius *in hac* 1. 2. *quæst.* 19. *art.* 10. *controuersia vnica.* Et Sapientissimus noster Herrera *in manuscriptis ad istum art. dub.* 2. *fol. ad* 3.

92 *Si obijcias.*

Quod si contra solutionem istam obijcias: primus actus liber voluntatis nequit imperium supponere: ergo non omnis actus liber ex imperio rationis procedit. Probatur antecedens: imperium antevertens omnem actum liberum voluntatis, liberum esse non potest; cum non sit actus alius voluntatis præcedens, à quo libertatem participet: ergo ex vi illius, actus liber voluntatis imperari non potest. Patet consequentia: nam supposito imperio efficaci, actus volūtatis necessario sequitur: ergo si imperium in potestate voluntatis non est, actus voluntatis ad illud sequutus, non liber, sed absolutè necessarius erit.

Respōdet

Respondent, negando antecedens: nam licet non supponat actum liberum, ab actu regulato distinctum, ab illo met actu, quem imperat libertatem participat, interveniente inter vtrumque actum mutua causalitate.

93

Contra istam solutionem multiplicitèr arguunt contrarij Auctores, quibus imperij necessitas dissolvitur: primo, quia actus voluntatis necessario supponit obiectum applicatum per intellectum medio iudicio: ergo tale iudicium nequit præcedere; & consequentèr illi communicare libertatem nequibit. Secundo; nam licet inter in duo mutua causalitas mediante diuerso genere causæ intervenire possit, in eodem tamen genere, omninò repugnat; at si imperium à primo actu libero mediante illo elicito libertatem participaret; esset inter vtrumque actum mutua causalitas in eodem genere causæ; actus enim voluntatis ei libertatem communicaret in genere causæ moventis, & efficientis, & imperium motivè, & effectivè ad eiusdem actus existentiam concurreret: ergo non stat primum actum imperij ab actu primo libero libertatem accipere. Tertio: nam sequitur primum actum intellectus simplicitèr, regulantem actum voluntatis primum simplicitèr, non necessarium, sed liberum esse; consequens est falsum, & contra D. Thomam 1. 2. *quæst.* 9. *art.* 4. & *quæst.* 17. *art.* 5. *ad* 3. ergo solutio tradita nequit sustineri. Patet sequela: nam posset inter illum, & actum voluntatis mutua intervenire causalitas: ergo posset ab actu voluntatis libertatem accipere.

Contra istam solutionem aliqui 1. secundo.

Tertio.

94 *Auctores solutionis resp. ad 1. instantiā.*

Ad primam ex his obiectionibus respondent Auctores huius solutionis, distinguendo in actu primo libero multiplicem virtualitatem, secundum quarum aliquas imperium præcedit, & secundum aliàs imperium subsequitur: dicunt enim quod cum ille actus supra se virtualiter reflectatur, & est consensus, quo voluntas consentit se velle, & electio, qua se velle eligit, & est vsus sui ad volendum, & est volitio obiecti directa: imperiū ergo sub ratione iudicij practici quoad specificationem moventis supponitur vt applicatio obiecti ad illum actum sub virtualitate consensus, & electionis reflexæ sui, & ad istas duas virtualitates subsequitur vt obtinet rationem imperij participando ab illis libertatem, & efficaciam; præcedit tamen sub conceptu imperij eundem actum, quatenus est vsus volūtatis vt velit directè. Ex quibus ad primam obiectionem respondent, concesso antecedenti, distinguendo consequens: nequit præcedere actum imperij vt regulantis virtualitatem consensus, & electionis reflexæ: concedunt consequentiam: vt regulantis efficacitèr virtualitatem vsus, & directæ volitionis obiecti, negant consequentiam.

95 *Et. ad 2.*

Ex quibus ad secundam obiectionem respondebunt, distinguendo maiorem: inter duo sub eadem ratione formaliter, & virtualitèr, concedent maiorem: sub diuersis virtualitatibus, negabūt maiorem,

rem, & concessa minori negabunt consequentiam Vel secundo respondere poterunt, veram esse maiorem de eodem genere causæ infimo, secus de eodem genere causæ subalterno divisibili in diversos modos causandi: gratia namque ad dispositiones supponitur, & in genere causæ efficientis, & in genere causæ materialis subiectivæ, cum actus vitalis in principio à *quo*, sit vt *quo* recipiatur, & tamen illam causant in genere causę materialis dispositivæ, quia causare materialitèr vt *quo* receptivè, & materialitèr dispositivè, sunt diversimodi causandi materialitèr, etsi conveniant in genere subalterno causæ materialis, & sub eadem distinctione minoris, negabunt consequentiam: quia licet imperium motivè ad actum voluntaris concurrat, & motivè ab illo causetur, est tamen diversus modus causandi motivè: imperium namque movet dirigendo, actus autem voluntaris præcisè inclinando.

96 *Ad 3.* Ad tertiam respondent, negando sequelam: licet namque ex isto capite mutuæ causalitatis non repugnet primo actui intellectus libertas, repugnat tamen ex alio, videlicèt, quia cum naturale prius sit libero, prius debet tàm intellectus, quàm voluntas se explicare vt natura, quam sub libertatis conceptu, & id circo primus actus intellectum necessarius esse debet, & primus actus voluntatis debet esse naturalis.

97 *Displicet hæc doctrina, & solutio. Ad 1. obiectio reiicitur 1.* Cæterum licet hæc subtilitèr satis dicantur, & aliquando Mihi placuerint, displicent modò, primo: quia prima obiectio non infringitur tradita solutione: tùm, quia si in primo actu libero inveniuntur illæ virtualitates, prima illarum debet esse virtualitas vsus: ergo si hæc ad actum intellectus sub ratione imperij sequitur, non poterunt virtualitates consensus, & electionis in prædicto actu reperte talem actum sub ratione imperij præcedere. Probo antecedens: eatenus namque actus ille obtinet virtualitatem vsus, quatenus medio illo voluntas se ad volendum applicat: at non solum se applicat ad volendum, sed etiam ad consentiendum, & eligendum se velle, cum talis actus sub his etiam conceptibus deliberatus sit, & consequentèr à voluntate vt se applicante debeat procedere: ergo virtualitas vsus debet omnes alios præcedere.

98 *Secundo.* Tùm etiam: quia si non obstante indifferentia voluntatis ad illum actum prout est consensus, & electio reflexa, potest voluntas illum elicere, quin præcedat actus intellectus vt movens, sed solum vt dirigens: ergo etiam non obstante indifferentia eiusdem voluntatis ad talem actum, vt vsus est, & volitio directa obiecti, poterit voluntas *illum* elicere absque prævio actu intellectus imperante, ducta ab illo præcisè vt dirigente, & proponente. Tùm denique: nam quia voluntas ad omnem suum actum indiget intellectu vt ducente ratione cæcitatis, ad omnem virtualitatem cuiuslibet actus indiget tali ducatu: ergo si titulo indifferentiæ indiget intellectu vt movente, & impellente, ad omnem suorum actuum virtualitatem impulsione intellectus debet indigere, vel si ad aliquam non indiget intellectu vt impellente, ad nullam indiget intellectus impulsu. *Denique.*

99 *Deinde solutio 2. obiect. excluditur.* Secundo: quia secunda obiectio non satis diluitur: quia D. Thomas 1. 2. *quæst.* 17. *art.* 5. *solut. ad* 3. vt vitaret processum in infinitum inter actum intellectus imperantem, & actum liberum voluntatis, recurrit ad hoc, quod primus actus voluntatis non cadit sub imperio rationis; etsi imperium posset venari libertatem ab actu imperato, vel ob diversas virtualitates, vel quia esset causalitas mutua in diverso genere infimo causandi motivè, frustra D. Thom. ad illam solutionem recurreret, vt per se est manifestum: ergo sic recurrens, sentit manifestè libertatem nõ posse communicari imperio ab actu, quẽ imperat, sed necessario debere ab alio actu distincto ab imperato libertatem recipere.

100 *Per specialiter dicta principalis obiectio.* Quia tamen posset aliter ad obiectionem principalem contrà hanc doctrinam factam occurri, distinguendo inter actum liberum, & actum deliberatum, vt distinguunt nostri Thomistæ *infra quæst.* 63. & 1. 2. *quæst.* 113. *artic* 1. vbi docent, actũ primum voluntatis liberum esse, non tamen deliberatum: quo circa Angelus, etsi in primo instanti meruerit ratione libertatis, peccare tamen non potuit, quia ille actus, etsi liber sit, est à Deo vt specialitèr applicante, & hac distinctione supposita, asserere ad omnem actum deliberatum, imperium requiri, secus verò ad illum, qui non deliberatus sed tantum liber est, qualitèr in primo actu liberò voluntatis contingit, & istum actum ad primum imperium supponi, & ab illo libertatem recipere, ideò obiectiones illas ineffaces reputans pro impugnanda necessitate imperij ad electionem, & alios actus deliberatos.

101 *Et ideo aliter impugnãda est. Receptior doctrina primo.* Aliter est impugnanda prædicta doctrina primo ex D. Thoma 1. 2. *quæst.* 17. *artic.* 3. *ad* 1. Illis verbis: *Dicendum, quod non omnis actus voluntatis præcedit hunc actum rationis, qui dicitur imperium, sed aliquis præcedit, scilicèt electio, & aliquis sequitur, scilicèt vsus: quia post determinationem*

nem consilij, quæ est iudicium rationis, voluntas eligit, & post electionem ratio imperat ei, per quod agendum est, quod eligitur, & tunc demum voluntas alicuius incipit uti exequendo imperium rationis, &c. vbi duo docet D. Thomas opugnantia prædictam doctrinam: primum est, imperium subsequi ad electionem, & præcedere vsum: secundò, post iudicium, quod est determinatio consilij, voluntatem eligere, si autē præter iudicium, imperium etiam ad electionem necessarium esset, non assereret Angelicus Doctor post iudicium subsequi electionē, sed post imperium: ergo manifestè sentit solum ad vsum applicantem potentias exequentes ad opus, imperium necessarium esse.

102 *Secundo.* Secundo: nam imperij necessitas ad omnem actum deliberatum voluntatis non potest aliqua ratione suaderi; cum enim voluntas sit ratione sui primum movens quoad exercitium, nulla est assignabilis ratio cur in omni actu efficaciam motivam debeat actui intellectus præstare, vt postea in suos actus efficacitèr influat; nec ex conceptu indifferentiæ sufficientèr probatur: nam hæc solum probat debere à Deo prima causa moveri, & applicari, nō autem, quod ab intellectu determinari debeat.

103 *Tandem.* Tandem: nam etsi intentio, v. c. libera possit imperio de electione facienda libertatem communicare, non tamen poterit communicare efficatiam; at hoc secundum est de ratione imperij: ergo ad electionem non debet præcedere. Probo minorem: efficacia imperij est circa hæc determinata media, at intentio, etsi efficax sit ad eligendum absolutè quando efficax est, non tamen est efficax ad hæc determinata media eligenda præ alijs, sed hoc arbitrio voluntatis eligentis relinquitur: ergo ab intentione, efficacia determinata non potest communicari imperio. Explicatur hoc amplius: non solum efficacia, sed etiam determinatio efficaciæ debet à voluntate originari, & incipere; at si imperium electionem præcedat, determinatio efficaciæ non à voluntate, sed ab imperio incipiet; cum actus voluntatis, qui præcedit imperium, scilicèt intentio, etsi efficax sit, determinata tamen efficacia non gaudeat, sed indifferenti ad hæc, vel illa media: ergo imperium non præcedit electionem, nec ad illam est necessarium.

104 *Duo prima testimonia ex rationis, illa namque particula aliquod diplicatur.* Nec D. Thomas locis in contrarium adductis fauet prædictis Magistris. Non in primo: nam *ibi* loquitur de imperio largè: quod denotat asserens aliquod imperium minutiva est ab imperij rigore: intelligit ergo nomine imperij iudicium regulans electionem, quod cum practicum sit, & vtiliora media eligenda proponat, aliqualiter potest imperium appellari. Nec in secundo: nam *ibi* non docet omnem actū, qui est in potestate nostra, necessario imperium supponere, sed quod possit imperio subesse, quod verissimum est: nam licet electio in ordine directo non supponat imperium, potest tamen voluntas prius quam eligat reflexe velle se eligere, & tunc illum actum reflexum subsequitur imperium, quod electionem regulet, & moveat ad illam, participando efficaciam à volitione reflexa de electione facienda.

105 *Explicatur alia testimonia.* Et ex his tertium testimonium ex 2. 2. accipit interpretationem, consilium videlicet, quod elicitur à virtute Eubuliæ, imperativè esse à prudentia possibilitèr, non necessario. Et eodem modo ad vltimum testimonium occurritur, quod scilicèt quandoque præter iudicium ad eliciendā electionem accedat imperium, vt aliqua difficultas à iudicaris eligendis retardans vincatur, quod fiet præcedente in voluntate volitione reflexa de electione facienda, & subsequuto imperio ad illam volitionem, quod efficacitèr applicet voluntatē vt eligat, non tamen docet D Thomas *ibi* præcedentiam imperij semper necessariam esse.

106 *Rationi occurritur* Ad rationem etiam oppositæ sententiæ faventem, respondeo, concedendo sequelam quoad necessitatem, negando autem quoad possibilitatem, ideſt, quod ad electionem non est necessarium imperium, quod est præcipuus actus prudentiæ, sed sufficit iudicium sinesis, quæ est virtus adiuncta prudentiæ & prudentia etiam appellatur, potest tamen regulari ab imperio, modo iam explicato. Nec sequitur electionem fieri sine prudentia privativè, aut contrariè, sed solum negativè, ideſt sine regulatione prudentiæ specialitèr dictæ, quod nullum inconveniens est: nam cum electio licet sit præcipuus actus virtutum electivarum quoad rationem voluntarij & liberi, finaliter tamen ad exequutionem ordinetur: fit consequens, sufficere quod pro exequutione requiratur regulatio prudentiæ specialitèr dictæ, & ad exequutionem regulatio per virtutes integrantes prudentiam, scilicèt Eubulia, & sinesis. Quam sententiam tenent ex Thomistis Montesinos 1. 2. *disp.* 21. *quæst.* 2. *num.* 41. Cornejo *in præsenti disp. unica dub.* 4. *nu.* 15. Noster S. Tho. 1. 2. *disp.* 7. *art.* 2. *control.* 2. & Albalda *in præsenti disp.* 69. *sectio.* 3. *concl.* 3. & *solut. ad* 3.

§. VI.

Digitized by Google

§. Vltimus.

Traditur vera solutio, & cæteris argumentis occurritur.

107 *Respond. principali argu. negando. antecedẽs* VNde omissa hac solutione ad principale argumentum respondeo, negando antecedens, voluntas namque indiget imperio, per se primo vt moveat illam quoad specificationem ad vsum activum, & ex consequenti vt moveat quoad exercitium, quia cum iudicium illud regulans vsum, electionem sequatur, & media vt efficacitèr electa proponat: consequens fit, quod ab electione suppositа efficaciã impulsivam participet virtute primi actus, scilicèt electionis, in iudicio subsecuto relicta. *Ad 1. probationẽ.* Ad primam probationem, pro prima parte constat ex dictis: nam iudicium electionem regulans proponit media vt exequibilia, & hic, & nunc eligenda, non autem proponit illa vt iam electa, & hic, & nunc exequẽda, & ad hoc secundum, iudicium distinctum requiritur. Ad eandem antecedentis probationem, pro secunda parte, concesso antecedenti, distinguo cõsequens: primario, concedo consequentiam: ex consequenti, nego consequentiam.

108 *Ad 2.* Ad secundam, concesso antecedenti, nego consequentiam: ratio autem discriminis constat ex dictis: nam iudicium regulans electionem proponit media in ordine ad finem efficacitèr intentum, cum autem ex vi intentionis non possit participare efficaciam motivam quoad exercitium circa hæc determinata media, ideò rationem imperij efficacitèr moventis non obtinet; iudicium autem regulans vsum, & exequutionem, cum media vt efficaciter electa hic, & nunc exequenda proponat, ab electione efficaciam motivam participat, & ideò obtinet rationem imperij.

109 *Ad 3.* Ad tertiam antecedentis probationem, concesso antecedenti, nego consequentiã: & ratio discriminis est: quia, vt dicebamus *supra in prima conclusione*, vt voluntas vtatur intellectu ad imperium, non indiget vsu activo distincto ab electione, benè tamen vt vtatur potentijs exequutivis ob rationem *ibi* assignatam; & quia imperij necessitas oritur ex indigentia vsus activi: consequens fit, quod ad secundum requiratur imperium, secus verò ad primum.

110 *Instabis 1.* Sed adversus dicta obijciet quis primo: etsi intentio non determinet hæc media præ alijs, potest voluntas electioni hanc efficaciam communicare: cum enim omnis efficacia electionis ab intentione debeat participari, etiam efficacia comparativa huius medij præ alio, debet ab illa provenire: ergo etiam iudicio intellectus regulanti electionem poterit ab intentione communicari efficacia. Secundo: nam *Secundo.* ad minus sequitur, quod quando ad finem efficacitèr intentum non est nisi vnum medium, tunc iudicium electionem regulans obtineat rationem imperij. Patet sequela: nam tunc supponit intentionem efficacitèr determinãtem ad 1 medium vnicum: ergo derivabitur ad iudicium efficacia motiva.

Tertio: nam sequitur ex hac solutione, 111 actum prudentiæ specialitèr dictæ quatenus à consilio, & iudicio distinctum, non esse per se primo necessarium ad vsum, & exequutionem, consequens falsum videtur: ergo tradita solutio sustineri non potest. Patet sequela: actus prudentiæ differt à consilio, & iudicio, per efficaciam motivam quoad exercitium; at iuxta hanc solutionem non exigitur per se primo vt moveat efficacitèr quoad exercitium: ergo non requiritur per se primo quatenus ab alijs distinguitur ad vsum, & exequutionem. *Tertio.*

Ad primam obiectionem respondeo, di- 112 stinguendo antecedens: est ab intentione vt determinante voluntatem ad hoc medium præ alio, nego antecedens: vt determinata à voluntate, concedo antecedens & nego consequentiam: quia si intellectui talem efficaciam deberet communicare, deberet præstare illam non vt determinata ab intellectu, sed potius vt determinans illum. Ad secundam, transeat cõsequens, loquendo de imperio largè pro actu intellectus gaudente efficacia motiva, cæterum quod in tali casu rationem imperij hoc modo sortiatur per accidens est, vel quia non nisi vnum medium est possibile aptum ad finem, vel quia etsi alia possibilia essent, intellectus de illis non cogitavit. *Resp. ad 1. instantiam.*

Ad tertiam obiectionem, nego sequelam: ad cuius probationem, nego maiorem: distinctivum namque primum imperij à iudicio non sumitur ex efficacia motionis quoad exercitium, sed ex obiectis: iudicium namque media in ordine ad finem intentum vt eligenda voluntati proponit, imperium autem media vt iam electa hic, & nunc exequenda. 113 *Ad 3.*

Denique principalitèr arguitur contra 114 hanc conclusionẽ: si nàque imperiũ esset necessariũ ad vsum, sequeretur vsum activum non esse actum liberum, sed omninò naturalẽ; consequens est falsum: ergo, & antecedens. Patet sequela, necessitas antecedens libertatem tollit ab actu, & illum necessarium constituit; at si imperium sit *Denique arg.*

ne-

necessarium ad vsum, inducet in illum necessitatem antecedentem: ergo si imperium necessariũ esset ad vsum, vsus activus non actus liber, sed omninò naturalis esset. Probatur minor: necessitas se tenens ex parte actus primi, est necessitas antecedens: quo circa, visio beatifica necessitat in patria ad amorem beatificum, quia ex parte actus primi se tenet, & necessitatem inducit; at imperiũ se tenet ex parte actus primi regulantis vsum, & ex illo necessario sequitur vsus: ergo inferet vsum necessario necessitate antecedenti; & consequentèr tollet libertatem ab illo.

115 *Respond.* Ad hoc argumentum respondeo, negando sequelam: ad eius probationem nego minorem: ad illius probationẽ distinguo maiorẽ: si proveniat ab aliquo consequuto ad nostram libertatẽ; & in illa constituto, nego maiorem: si ad libertatem nostrã non consequatur, nec in illa sit cõstitutũ, concedo maiorem: & sub eadem distinctione minoris, nego consequentiam: nam licet posito imperio, necessario cõsequatur vsus, & imperium se teneat ex parte actus primi per modum regulantis, quia ad electionem liberam sequitur; & in nostra potestate constitutum est, cum actus liber sit: consequens fit, quod non inducat necessitatem antecedẽtem, libertatem destruentem, sed necessitatem consequentiæ, & infalibilitatis, quæ cum libertate cõpatitur.

116 *Dices.* Dices: quia visio beatifica se tenet ex parte actus primi per modum regulantis, & aliàs infert necessario amorem beatificum, estò quis illam libere postulaverit, amor regulatus est in se necessarius, & naturalis, quamvis in causa antecedenti sit liber nempè in postulatione: ergo si imperiũ se tenet ex parte actus primi, & infert necessario vsum, etiam si ad liberam electionem sequatur, actus vtendi non erit in se formaliter liber, sed solũ libertate in causa gaudebit, scilicèt in libera electione.

117 *Respond.* Respondeo, distinguendo causalem pro secunda parte: quia infert necessario amorem ab intrinseco ex meritis obiecti propositi, quod est summũ bonũ clarè propositum, concedo antecedens: necessitate secundumquid, & ex suppositione, nego antecedens, & consequentiam. Itaque, cum voluntas circa summum bonũ clarè propositum comparetur per modum naturæ, quando actus aliquis summum bonũ clarè vsum proponit, voluntas per modum naturæ operatur, & postulatio antecedens solum hoc præstat, quod quis libere postulaverit se necessitari ad amorem, & illum elicere per modum naturæ: quando autẽ obiectum non ex propriis meritis, sed ex suppositione aliqua accidentali, voluntatem necessitat, si talis suppositio libertatẽ consequatur, & in illa sit constitutata, solum inducitur necessitas consequens, non antecedens; & consequentèr cum illa libertas actualis compatitur; quia ergo media electa non habent ex se necessitare voluntatem, sed solum ex suppositione electionis efficacis, cuius efficientia, & perseverantia, nostræ subiacet libertati: consequens fit, quod imperium media vt electa proponens, etsi necessario inferat vsum necessitate consequentiæ, & consequẽti, nõ tamen infert illum necessitate antecedenti, & per modum naturæ.

118 *Corollarium ex dictis,* Ex dictis in discursu disputationis colligitur primum actum in negotio prædestinationis esse intellectus, quo Deus gloriam vt possibilẽ, & homines, vel Angelos vt beatificabiles volũtati proponit, ad quẽ fuit sequutus actus electionis hominũ, seu Adgelorum ad gloriam, deinde ad istũ finẽ divinus intellectus plura media proposuit, ex quibus volũtas hæc, aut illa, efficacitèr elegit: ad istũ actũ fuit sequutum imperiũ, quo media vt iam electa ordinavit efficacitèr, & sic ordinata voluntati divinæ vt exequenda proposuit: post quem actum sequutum fuit in voluntate Dei decretum exequutivum de medijs in tempore exequutioni mandãdis: ac tandem in tẽpore fuit sequuta exequutio. Et hæc de ista disputatione applicanda litteræ Magistri *in* 1. *distinct.* 1. §. 2. ad illa verba: *Vtì verò id, quod in vsum venerit referre ad obtinendum illud.* Et *dist.* 40. §. *vltimo*, ad illa verba: *Cumque prædestinatio sit gratia præparativa*, &c. *M. Sti.*

DIS-

DISPVTATIO SEXAGESIMA.

In quo ex prædictis actibus prædestinationis essentia consistat?

§. I.

Relatis sententijs, statuitur prima conclusio.

Nu. 1. Cajetani iudicium.

EXAMINATIS *in præcedenti disputatione* actibus ad negotium prædestinationis exactis intellectus, & voluntatis, restat investigare, in quo ex illis essentia prædestinationis consistat, quod litigium pluribus, inter quos est Caietanus, visum est ferè de nomine: cum enim iam constat electionem voluntatis, & imperium, iudicium que intellectus ad prædestinationem requiri, in hoc, vel illo actu prædestinationem quoad suam essentiam ponere pendet ex nominis significatione; si enim significat, inquit Caietanus, ordinem vt electam in actu voluntatis, qui vocatur electio constituenda erit, si ordinem vt scitū in actu intellectus, si ordinem vt scitum, & approbatum in vtriusque potentiæ actu prædestinationis essentia collocanda erit.

2 Prima sententia. Bonav. Scotus. Gregor. Vazq. Suarez.

Prima sententia docet, in actu voluntatis prædestinationis essentiam in recto cõsistere, connotando ordinem ad intellectũ ordinantem, & conferentem media, tùm intrinsecum in ordine ad finem. Ita Bonaventura *in* 1. *dist.* 40. *art.* 1. *quæst.* 2. Scotus *quæstione prima in principio*. Gregorius *quæstione prima, articulo vnico*, & alijs, quos refert & sequitur Vazquez *tom.* 87. *capitulo* 3. In illamque vt probabiliorem inclinat Suarez *lib.* 1. *de essentia prædestinationis, cap.* 1. docens [illegible] gloriam esse in actu [illegible] gloriæ, quia intelligitur in Deo [illegible] prædestinationem ad gloriam vsque ad omnem voluntatem mediorum, & vltimi effectus vt executioni mandandi.

3 Secunda. Alensis. Marsil. Tarant. Herice. Molina. Beccan.

Secunda in actibus vtriusque potentiæ prædestinationem quoad essentiam ex à quo constituit, Pro hac sententia referũtur Alensis 1. *p. q.* 62. Marsilius *in* 1. *q.* 14. *art.* 4. & Petrus de Tarantasia *dist.* 40. *quæst.* 2. in quam novissimè vt probabiliorem inclinat Herice *disp.* 22. *cap.* 6. *in fine*. Pro illa referens Molinam *supra q.* 22. *art.* 1. *disp.* 1. & circa *istum art. disp.* 2. & Becanum *cap.* 14. *quæst.* 2.

4 Tertia. Capreol. Ferrara. Caietan. Bañez. Zumel. Alvarez. Cornejo. Nazar. Albelda. Acuña. PP. Sal. S. Thom. Belarm. Granada. Fasolis. Mont.

Tertia, & vera sententia in actu intellectus adæquatè prædestinationis essentiam consistere affirmat. Hanc tenent Capreolus *in* 1. *distinct.* 40. *quæst.* 1. *art.* 2. Ferrara 3. *Contra gentes, cap.* 64. Caietanus, Bañez, & Zumel, *in præsenti*. Alvarez *lib.* 5. *de auxilijs, disp.* 35. Cornejo *disp. vnica per quatuor dubia*. Nazarius *controversia* 1. Albelda *disp.* 69. *sect.* 2. Acuña *disp.* 46. *sect.* 2. & 3. PP. Salmanticenses *in hac art. disp.* 2. *dub.* 1. & 2. Magister S. Thoma *disp.* 7. *art.* 2. & 3. Tenent etiam ex PP. Societatis Belarminus *l. b.* 2. *de gratia, & libero arbitrio, cap.* 9. Granad. *Tract.* 3. *disp.* 2 & 3. Fasolis *in præsenti art. dubitatione* 1. & Ruiz de Montoya *disp.* 1. *sect.* 6.

5 Variè defenditur.

Licet autem hi Auctores conveniant in eo quod non in actu voluntatis, sed in actu intellectus prædestinationis essentia consistat, dissident tamen in assignando actũ intellectus, in quo sit constituenda. Acuña ait, consistere in iudicio divini intellectus præcedente electionem ad gloriam. Fasolis, in iudicio practico de medijs supponente electionem ad gloriam, & præsupposito ad electionem mediorum gratiæ.

Ca-

Cæteri autem in imperio intellectus supponente electionem ad gloriam, & gratiam, ac præsupposito ad decretum exequutivum, seu exequutionem prædestinationis ellentiam docent consistere. Pro cuius explicatione sit.

6 *Prima cõclusio. Pluribus testimonijs D. Th. illustratur.*

Prima conclusio: *Prædestinatio non consistit essentialiter in actu voluntatis, sed in actu intellectus, comparato, & præsupposito actu voluntatis.* Hæc conclusio quoad vtrãque partem est D. Thomæ expressa pluribus in locis *quæst. 5. de verit. art. 1. ad finem corporis* vbi de divina providentia sic habet: *Et ideò providentia includit scientiã, & voluntatem, sed tamen essentialiter in cognitione manet, non quidem speculativa, sed practica.* Idem docet *solutione ad quartum* ex argumentis secundo loco factis. Et *quæstione sexta, articulo primo in corpore* de prædestinatione loquens, sic ait: *Vndè sicut de providentia dictum est, quod consistit in actu rationis, sicut, & prudentia, cuius est pars, eo quod solius rationis est dirigere, vel ordinare; ita etiam prædestinatio in actu rationis consistit dirigentis, vel ordinantis in finem, sed ad directionem in finem præexigitur voluntas finis, &c.* Id ipsum repetit *solut. ad 1. 2. 4. 5. & 8. argumentum, & supra quæst. 22.* providentiam divinam in actu intellectus, actu voluntatis supposito, consistere docet. Ita expressè *articulo primo, in corpore, & ad tertium*, his verbis: *Dicendũ, quod providentia est in intellectu, sed præsupponit voluntatis finem.*

7 Et in hac *quæstione articulo primo, in corpore*, prædestinationem in actu intellectus consistere docet, his verbis: *Vndè ratio prædictæ transmissionis creaturæ rationalis in finem vitæ æternæ prædestinatio nominatur.* Et *articulo secundo ad tertium*, ibi: *Dicendum, quod duplex est præparatio, quædam patientis vt patiatur, & est in præparato, quædam alia est agentis vt agat, & hæc est in agente, & talis præparatio est prædestinatio prout aliquod agens per intellectum dicitur se præparare ad agendum in quantum præconcipit rationem operis faciendi, &c.* Id ipsum docet *articulo quarto, in corpore, & in primo ad Annibaldum dist. 39. quæstione secunda, articulo 1. in corpore*, de providentia divina sic habet: *Sic ergo Providentia ad cognitionem quidem essentialiter pertinet, sed voluntatem finis quasi principium præsupponit.* Id ipsum repetit *solutione ad primum, & tertium.* Vndè de mente D. Thomæ in hac parte dubitare non licet.

8 *Quod supponat actum voluntatis, prob.* Et quidem, quod prædestinatio actum voluntatis vt suppositum saltim essentialiter connoter, argumenta contrariorum manifestè suadent, & inducere constat, tùm primo: quia ratio præceptiua de agendis in finem necessario præsupponit vt principium voluntatem finis; prædestinationem autem in ratione præceptiua consistere, *inferius* constabit. Tum etiam: nam de ratione prædestinationis est efficacia; omnis autem efficacia intellectus ex voluntatis actu derivari debet; cum sit primum movens quo ad exercitium, & consequentèr prima efficaciæ radix: vndè sicut omnis actus liber intellectus necessario supponit actum voluntatis, quæ est prima libertatis radix per modum moventis, ita prædestinatio actum voluntatis vt suppositum, & antecedentem connotare debet; ab actu enim non antecedenti, sed consequenti, sicut nec libertatem, ita nec efficaciam potest participare.

Ex quo licet obitèr colligo, non solum 9 supponere voluntatem finis, sed etiam electionem mediorum. Quod clarè colligi videtur ex Divo Thoma *quæst. 6. de veritate, art. 1. propè finem corporis*, illis verbis: *Vndè sicut prudens non ordinat in finem, nisi in quantum est temperatus, vel iustus, ita Deus non prædestinat nisi in quantum est diligens*: ergo sicut prudentia supponit non solum virtutem rectificantem erga finẽ, sed etiam electivas virtutes, quibus homo se habet in ordine ad finem, ita prædestinatio non solum supponit electionem ad gloriã, quæ obtinet intentionis rationem, sed etiam electionem ad gratiam, & merita, quæ sunt media in ordine prædestinationis. *Quod supponat electionem prob. 1.*

Deinde suadetur: nam prædestinatio, vt constabit *conclusione sequenti*; in imperio consistit; at imperium non solum intentionem, sed etiam electionem supponit, vt vidimus in *præcedenti disputatione*: ergo prædestinatio actum voluntatis, vt suppositum saltim, essentialiter connotat. Denique: nam prædestinatio est ordinatio efficax per determinata media ad gloriæ consequutionem; at actus voluntatis diuinæ non potest ei efficaciam istam communicare, cum finis indifferentèr possit per hæc, aut illa media obtineri, de quo *disputatione præcedenti* inter impugnandam primam solutionem tertiæ argumenti contra secundam conclusionem: ergo necessariò supponit actum voluntatis diuinæ erga media. 10 *Secundo.* *Tertio.*

Primam autem conclusionis partem 11 probant nostri Thomistæ ex Augustino *Lib. de dono perseverantiæ, cap. 14. Initium à principio, illis verbis: Hæc prædestinatio sanctorum nihil aliud est quam præscientia, & præparatio beneficiorum Dei, quibus certissimè liberantur; quicumque liberantur*: at præscientiam ad intellectum spectare nul- *Prima pars conclusionis prob. 1. ex Aug.*

nullus debita, præparatio etiam non passi vt patiatur, sed agentis vt agat, ad intellectum spectat, vt expresse docet D. Thomas *quæst. 6. de veritate, art. 1. ad 8. & 12.* vbi ait, hanc præparationem in ordinatione, quæ propria est intellectus, cõsistere. Et in sequenti *art. solut. ad 3.* his verbis: *Et talis præparatio prædestinatio est prout agens per intellectum dicitur se præparare ad agendum in quantum præconcipit rationem operis fiendi, &c.* ergo prædestinatio non in actu voluntatis, sed in actu intellectus consistit.

12 *Evasio cõtrariorũ excluditur.*

Si fortè dicatur, præparationis nomine, propositum voluntatis intelligi, quidquid in contrarium affirmet D. Thomas. In contrarium obstat idem Augustinus de dono perseverantiæ *cap. 17. parum à principio*, illis verbis: *Nam in sua, quæ fallí, mutarique non potest, præscientia opera sua futura disponere, id omninò nec aliud quidquam est prædestinare*; at si præparationis nomine actum voluntatis intelligeret Augustinus, falsò assereret nihil aliud esse prædestinationem, quam scientiæ dispositio, cum etiam voluntatis propositum esset: ergo iuxta Augustinum præparatio, in qua prædestinationis essentiam constituit, non in actu voluntatis, sed in actu intellectus consistit.

13 *Secundo prob.*

Secundo probatur: nam prædestinatio idem est, quod perfectissima providentia, qua rationalis creatura ordinatur ad finem beatitudinis; at providentia in actu intellectus consistit, quod primo ex nominis Ethimologia colligitur: sumitur enim à proculvidendo, videre autem actus est intellectus. Secundo ex Boetio 4. de consolat. vbi ait, quod *providentia est ipsa divina ratio in summo omnium principe constituta, qua cuncta disponit.* Tertio: nam providentia est pars principalis prudentiæ, ad quam aliæ duæ partes ordinantur, scilicèt memoria præteritorũ, & intelligẽtia præsentiũ, prout ex præteritis memoratis, & præsentibus intellectis coniectamur de futuris; vt docet D. Thomas *quæst. præcedenti, art. 1. in corp. & 2. 2. quæst. 49. art. 6.* quo circa prudentiæ nomen à providentia desumitur vt à sua principali parte, prudẽtia autem ad intellectum spectat: & consequentèr providentia: ergo prædestinatio actus est intellectus, non voluntatis.

14 *Tertio prob.*

Tertio probatur: prædestinatio essentialitèr est ordinatio creaturæ rationalis ad gloriam per certa, & determinata media obtinendam, quo circa D. Thomas illam diffiniens ait, esse transmissionem creaturæ rationalis ad gloriam, & prædestinati in Sacra Pagina præordinati dicuntur; at ordinare ad intellectum pertinet, non ad voluntatem: ergo prædestinatis non in actu voluntatis, sed in actu intellectus constitit. Minorem docet D. Tho. *supra quæst. 22. artic. 1. in corp. quæst. 5. de verit. art. 1. ad 4.* ex argumentis secundo loco factis, & *quæst. 6. art. 1. in corp.* illis verbis: *eo quod solius rationis est diligere, vel ordinare.* Et 2. 2. *quæst. 83. art. 1.* vbi oratione probat esse actum intellectus, quia consistit in quadam ordinatione inferioris ad superiorem. Et *quæst. 88. art. 1.* vbi docet, votum consistere in actu intellectus, eo quod obligationem quandam ad aliquid faciendum importat, obligatio autem ex promissione oritur, quæ est actus rationis, cuius est ordinare: sicut enim homo imperando, vel deprecando ordinat quodammodo quid sibi ab alijs fiat, ita promittendo ordinat quid ipse pro alio facere debeat.

15 *Ordinare ínfinẽ ad intellectũ pertinere probatur multipliciter.*

Et ostenditur primo ex Philosopho 2. *Metaphysicæ cap. 2.* vbi ait, *sapientis est ordinare*, quo circa opus naturæ opus intelligentiæ dicitur ratione ordinis in illo reperti: ergo ad intellectum, non ad voluntatem ordinare spectat. Secundo: ordinare vnum ad aliud est vnum cũ alio cõferre; at collatio vnius cum alio ad intellectum practicum spectat, sicut ad speculativum pertinet illatio vnius ex alio: ergo ordinare, actus est intellectus, non voluntatis.

16

Tertio: ordo rerum secundum quod à principio egrediuntur, & interse invicem collocantur, pertinet ad artem, quæ habitus est, vel actus intellectus, de quo D. Thomas *quæst. 5. de verit. art. 1. ad 9.* ergo ordinatio rerum in finem, quæ ad providentiã, & prædestinationẽ spectat, solum actui intellectus potest competere. Quarto: nam ordinare aliquid in finem, idem est quod dirigere; at directio ad intellectum spectat, non ad voluntatem, quę cum sit potentia cæca ab alio dirigi debet, nec ipsa dirigere potest: ergo nec ordinare.

17

Quinto: nam ordinare ad superiorem pertinet in humanis, quo circa Dux in exercitu ordinat quid milites facere debeant, & Princeps in republica quid facere debeant sibi inferiores: ergo ordinare de agẽdis à seipso in homine pertinebit solũ ad supremam potentiam qualem esse intellectum, docet D. Thomas pluribus in locis. Sexto: nam voluntas vt ordinatè appetat necessario supponit obiectum ordinatè ab intellectu propositum, vndè si obiectum sine ordine proponatur, absque ordine à voluntate obiectum appetitur: ergo sicut potentia executiva non ordinat, etsi ordinatè exequatur, quia ordinem

nem factum ab alijs potentijs suppeditet, ita nec voluntas poterit ordinare, vtpote ordinem ab intellectu factum supponens.

18 Et ex his refutata manet solutio, qua ad argumentum factum poterat à contrarijs occurri, asserendo, voluntatem ordinare vnum ad aliud, quia appetit vnum in ordine ad aliud. Si namque exequi ordinatè ordinate non est, sed ordinatè operari ordine non facto, sed supposito, cur ordinatè appetere, ordinationis rationem obtinebit, cum ordinationem intellectus supponat.

19 *Si resp.* Sed responderi potest in favorem secundæ sententiæ, his tribus argumentis tantum ostendi, quod voluntatis actus nõ constituat prædestinationem adæquatè, eo quod ordinatio actui voluntatis non potest competere, nec rationem præscientiæ potest obtinere, non verò quod inadæquatè saltim prædestinationis essentiam non constituat, eo quod cum de ratione prædestinationis sit non solum esse ordinationem, sed etiam efficacia, potest actus voluntatis ingredi eius constitutionem in recto, quamvis ordinatio non sit, non ex conceptu ordinationis, sed ex conceptu efficaciæ.

20 *Reijcitur primo.* Sed contra primo: nam Augustinus *loco allegato* ait, nihil aliud esse prædestinationem nisi præscientiam, & præparationem; quorum vtrumque ad intellectum pertinere monstravimus: ergo illius auctoritas salvari non potest, si inadæquatè in recto prædestinationis essentiam voluntatis actus ingreditur. *Secundo.* Secundo: nam actus intellectus potest se ipso efficacia intrinseca gaudere, solum præsuppositio actu efficaci voluntatis de connotato, vt *sequenti conclusione* constabit, & habetur ex dictis *disp. præcedenti*: ergo nullum est prædicatum in essentia prædestinationis, ratione cuius per actum voluntatis in recto petat constituit.

21 *Tertio.* Tertio: nam prudentia, etsi actum voluntatis necessario supponat, adæquatè tamen in actu intellectus consistit: ergo providentia, quæ est pars prudentiæ, & consequenter etiã prædestinatio, quę est perfectissima providentia adæquatè consistit in actu intellectus præsuppositivè solum, & de connotato ingrediente actu voluntatis. *Tertio.* Denique: nam vel omnia ad quæ necessario exiguntur actus intellectus, & voluntatis, per actus vtriusque potentiæ cõstituuntur in recto, vel prædestinatio non constituitur; cum eadem sit ratio de omnibus; at non omnia, ad quę necessario exiguntur actus vtriusque potẽtiæ; in actibus vtriusque in recto consistunt, vt cõstat in prudentia, omnipotentia, & alijs ad quæ vtriusque potentię actus desiderantur, & tamen in illis non constituunt in recto, sed in actu alicuius ex illis, altero præsuppositio: ergo idem de prædestinatione est dicendum.

22 *Confirm.* Et confirmari potest: aliæ namque divinæ perfectiones non coalescunt in recto ex actibus ex æquo distinctis, seu ex diversis attributis: ergo nec prędestinatio ex actu intellectus, & voluntatis in recto, & ex æquo potest constari: licet namque hoc non obstet summę simplicitati divinę, quatenus simplicitas compositioni opponitur, obstat tamen summæ simplicitati, quatenus hęc opponitur cõstitutioni ex multis ex æquo distinctis, æquę cum in alijs perfectionibus Dei non inveniatur, nec prędestinationi potest competere.

§. II.

Argumentis in contrarium occurritur.

23 *Primum arg. in favorẽ 1. sẽtentiæ.* COntra istam conclusionem arguitur in favorem primę sententię: primo ex Damasceno *lib. 2. cap. 29. non longè a principio*, vbi ait: *Providentia est voluntas Dei, per quam omnia, quæ sunt convenientem deductionem suscipiant.* Et ex Augustino in *lib. de prædestinatione Sanctorum*, vbi ait. *Prædestinatio est propositum miserendi*; at prędestinatio est perfectissima providentia & propositum, actus est voluntatis: ergo prędestinatio in actu voluntatis consistit.

24 *Respond.* Respondeo ex Divo Thoma *quæst. 5. de verit. art. 1. ad 1.* ex argumentis secundo loco de factis, & *quæst. 6. art. 1. ad 1.* quod quia in actibus animę præcedens actus includitur virtualitèr in actu sequenti, & providẽtia voluntatem supponit, atque prędestinatio electionem, & propositum voluntatis divinæ: hinc fit, quod Damascenus providentiam per voluntatem, & Augustinus prędestinationem per propositũ voluntatis diffiniant, non quia providentia sit actus voluntatis formalitèr, nec prædestinatio propositum, sed vel quia actum voluntatis supponunt, vel quia illum in virtute includunt.

25 *Replicabis.* Sed dices: ex eo quod Damascenus, & Augustinus providentiam, & prędestinationem per actus voluntatis diffiniant, nõ rectè colligitur in actu voluntatis consistere, vt fatemur *tradita solutione* interpretando illorũ diffinitiones in sensu causali, & prępsuppositivo: ergo pariter interpretari poterunt adversarij diffinitiones ab Augustino, & D. Thoma traditas, qui-

Digitized by Google

quibus prædestinatio per actum intellectus diffinitur, in sensu causali, & antecedenti, non in formali; & consequenter ex illis inefficax argumentum conficitur, vt ostendamus in actu intellectus prædestinationem consistere in recto.

16 resp. Respondeo, negando consequentiam: nam Augustinus *ubi supra* relatus loquendo de prædestinatione prout est idem ac providentia, habet, nihil aliud esse quam in præscientia operâ sua futura disponere; si autem prædestinatio, aut providentia non essent in recto, & formaliter præscientiæ; sed solum causaliter, aliquid aliud esset, nempè actus voluntatis, in quo in recto consisteret: de D. Thoma minus dubitari potest, cum ipse, vt defendat prædestinationem in actu intellectus consistere, explicet Damascenum, & Augustinum quando per actum voluntatis prædestinationem diffiniunt, quod loquuntur in sensu causali, & præsuppositivo.

27 Secundo arg. ex D. Thom. Secundo arguitur ex D. Thoma *Opusc. de prædestinatione, cap. 2.* illis verbis: *Quamvis enim prædestinatio præsupponat actum cognitionis, nominat tamen actum voluntatis eligentis ad ea, quæ sola gratuita voluntate conferuntur.* Et *cap. 2.* illis verbis: *Sed quoniam causalitas gratiæ, & gloriæ attribuitur propriè voluntati vt efficienti, scientiæ autem vt dirigenti, potentiæ vero vt exequenti; ideò, etsi prædestinatio importet illa tria, tamen principalius est in genere voluntatis.* Et postea relatis diffinitionibus Augustini, quibus prædestinationem diffinivit aliquando per spectantia ad potentiam, aliquando ad scientiam, hæc verba subiunxit: *Tertio per id, quod respicit voluntatem, & propriissimè in libro de prædestinatione Sanctorum, prædestinatio est propositum miserendi.*

28 Aliud testimonium expenditur. Et in 1. *sentent. dist. 41. quæst. 1. art. 2. ad 1.* idem docuisse videtur, illis verbis: *Prædestinatio autem dicit actum voluntatis absolutè, qui consequitur ordinem istum, scilicèt, quem dicit electio: electio enim diuina est, quâ aliqui ex ordine suæ sapientiæ ordinantur ad finem beatitudinis; sed prædestinatio est secundum quod præparantur eis ea, quæ perducunt in finem, & ideò sicut voluntas ordinans in finem præcedit actum voluntatis præparantis ea, quæ ducunt in finem: ita electio prædestinationem præcedit.*

29 Opusculum illud nõ est D. Thom. Ad hoc argumentum, ne cogamur asserere D. Thomam sententiam mutasse, quod egrè sustineo, nisi quando Angelicus Præceptor aliquam sententiam retractat, respondeo, opusculum illud D. Tho. non esse: quod mihi suadet primo; inter alia opuscula non inveniri. Secundo; in Romana editione, quæ aliis est præferenda, tale opusculum in illius operibus non haberi. Tertio, adeò manifesta contradictio in doctrina; cum vbicumque de prædestinatione loquitur D. Thomas, illam essentialiter consistere in actu intellectus, actu voluntatis præsupposito, ait.

30 Resp. 2. illa testimonia explicando. Vel responderi potest; priora verba primi testimonij intelligi de actu cognitionis respectu futurorum, quorum præscientiam ad prædestinationem supponi, docuit D. Thomas 3. *p. quæst. 1. art. 3. ad 4.* scilicèt futurorum, quæ non causantur per prædestinationem, sed ad illam supponuntur, non autem de scientia præparativa mediorum, quibus prædestinationis finis obtinetur: hæc enim non supponitur ad prædestinationem, sed illam essentialiter constituit: posteriora autem verba, scilicèt, *prædestinatio nominat actum voluntatis*, interpretari possumus de nominatione præsuppositiva, & de connotato, si de actu voluntatis in se ipso intelligantur, vel de actu voluntatis non in se ipso, & formaliter, sed virtualiter; quatenus virtute continetur in actu imperij intellectus ab illo participante efficaciam, actus autem voluntatis, quatenus virtute inclusus in actu intellectus illum supponente, formaliter prædestinationem ingreditur.

31 Et ex his ad secundum testimonium respondeti potest, quod quando asserit propriissimè diffiniri prædestinationem per voluntatis propositum, loquitur non de proprietate constitutionis, ita vt per propositum magis propriè, quam per scientiam diffiniatur, sed de proprietate explicationis, id est; quod quæ sunt propriissima prædestinationis prout à providentia distinguitur, videlicèt, infallibilitas, non solum ordinis, sed etiam eventus, per voluntatis propositum explicantur: cum ex illo efficacia, in qua infallibilitas eventus fundatur, originem trahat. Vel loqui D. Thomam de proposito voluntatis non in se, & ratione sui; sed quatenus virtute includitur in actu intellectus ab illo efficaciam participante.

3 Tert. testim. explicatu & suadetur explicatio 1. Ad tertium testimonium respondeo; prædestinationem dicere actum voluntatis non vt constituentem, sed vt præsuppositum, & de connotato; scilicèt propositum conferendi gratiam, & merita vt ad gloriam efficacitèr conducentia. Et quod hæc sit mens D. Thomæ constat primo: nam dicere actum voluntatis, idem est, quod illum includere; at in testimonijs pro nostra conclusione adductis docet D. Thom. prædestinationem includere actũ voluntatis præsuppositivè, & in actu intellectus essentialiter consistere: ergo præ-

destinationem dicere actum voluntatis, quod in præsenti asserit, non constitutivè, sed præsuppositivè est interpretandum.

33 *Secundo.* Secundo: nam dicere hoc modo actum voluntatis sufficit ad intentum Div. Thomæ salvandum, quod erat probare electionem prædestinatorum ad gloriam prædestinationem præcedere; eo namque ipso, quod prædestinatio propositum dandi gratiam, & merita vt efficacitèr ad gloriam conducentia dicat de connotato, & præsuppositivè, & electio ad gloriam, quę obtinet intentionis rationem, hoc propositum præcedere debeat, evidenter colligitur electionem hominum ad gloriam, & illorum dilectionem, ad prædestinationem supponi, quod Angelicus Doctor probare intendebat.

34 *Tertio.* Tertio: nam in vltimis verbis facit comparationem D. Thom. inter prædestinationem, & actum voluntatis præparantis ea, quæ ducunt ad finem, quoad hoc quod est supponere voluntatem finis, si autem prædestinatio in illo actu voluntatis consisteret, non esset inter vtrumque comparatio; cum eiusdem ad se ipsum comparatio non sit: ergo cum asserit prædestinationem dicere actum voluntatis præparantis ea, quę ducunt in finem, non loquitur constitutivè, sed præsuppositivè immediatè, ad differentiam voluntatis ordinantis ad finem, quam non nisi mediatè dicit prædestinatio.

35 *Tertio arguitur.* Tertio arguitur: non solum intellectus, sed etiam voluntas ordinativa est: ergo ex eo quod prædestinatio in ordinatione consistat, non rectè colligitur non consistere in actu voluntatis, sed in actu intellectus. *Antecedens probatur primo.* Antecedens probatur primo ex testimonio *proximè* adducto, vbi Div. Thom. admittit voluntatem ordinantem ad finem, & ad ea, quę præparant ad finem. Et 1. 2. *quæst* 13. *art.* 1. docet, electionem substantialitèr esse actum voluntatis; eo quod substantia actus electionis materialitèr se habet ad ordinem, qui imponitur à ratione: ergo sentit electionem saltim ex subordinatione ad rationem esse ordinativam.

36 *Secundo.* Secundo probatur: reprobatio vtpotè pars providentię, in ordinatione consistere debet; at reprobatio est actus voluntatis, vt constat ex Divo Thoma *quæst.* 6. *de veritate, articulo* 1. *ad vltimum*, vbi docet, reprobationem non opponi prædestinationi directè, sed electioni, non in actu intellectus sed voluntatis consistere: ergo *Tertio.* actus voluntatis ordinativus est. Tertio probatur: habitus charitatis in voluntate residet; & tamen ordinativus est, cum ex illius imperio, & ordinatione, actus cæterarum virtutum finem, qui est obiectum charitatis, attingere, & meritorios fieri, doceat D. Thomas 1. 2. *quæst.* 114. *artic.* 4. *in corpore.* Et 2. 2. *quæst.* 23. *artic.* 4. ex hoc principio colligit esse formam virtutum, quia scilicèt, ordinat actus cæterarum virtutum ad finem, qui in moralibus obtinet rationem formę: ergo idem quod prius.

37 *Denique probatur.* Denique probatur: non enim est minus propria voluntatis motio quoad exercitium, & efficacia, quam intellectus propria sit ordinatio; at per Nos potest actus intellectus efficacia motiva quoad exercitium gaudere; ergo pariter poterit actus voluntatis ordinationis rationem ex subordinatione ad rationem sortiri, etsi non virtute propria, benè tamen in virtute actus intellectus præcedentis; & consequentèr, cum electio divina iudicium practicum ordinativum mediorum ad finem supponat, poterit in virtute illius esse ordinativa, & consequentèr prædestinationis essentiam obtinebit.

38 *Resp. negando antecedens. Ad 1. prob.* Respondeo, negando antecedens. Ad primam probationem dicatur, actus illos ordinativos ab Angelico Doctore appellari non formaliter, sed præsuppositivè, quatenus actus intellectus ordinantes supponunt, & cōsequentèr quatenus ad actus intellectus ordinantes impellunt. Quæ solutio quantum ad primam partem expressa est Div. Thomę 1. 2. *quæstione* 13. *articulo* 1. *ad* 1. vbi docet, electionem collativam vnius ad aliud vocari, non quia essentialiter collatio sit, sed quia collationem per intellectum factam supponit. Et *quæstione* 15. *artic.* 1. *ad* 1. vbi docet, ideò Augustinum *lib.* 1. *de Doctrina Christiana, cap.* 4. asserere, quod vti est in aliud referre, quia tendit in obiectum per rationem relatum, non quia vsus essentialitèr relativus, seu ordinativus sit.

39 *Ad 2.* Ad secundam probationem, concessa maiori, nego minorem. Nec D. Thomas oppositum docuit: nam solutionem illam dedit disputationis gratia, vt constat ex verbis, quibus illam tradidit dicens: *Ad vltimum posset etiam dici*, &c. vndè *ibi* secundam solutionem subiunxit, qua in actu intellectus, & non in actu voluntatis reprobationem cōsistere docuit. Et expressius *in hac quæst. art.* 3. *in corp. ad finem*, vbi docet, eodem modo includere reprobationem voluntatem permittendi culpam, & inferendi damnationis pœnam, quo prædestinatio voluntatem conferendi gratiā, & gloriam, quę inclusio solū est virtualis, & præsuppositiva non formalis, & constitutiva. Ad tertiam, cōcessa maiori, nego

Ad 3.

mi-

minorem, vel claritatis gratia distinguo: est ordinativus *motivè*, hoc est movendo intellectum vt imperet, concedo minorem: *elicitivè*, id est, eliciendo imperium, quod formalitèr est ordinatio, nego minorem, & consequentiam.

40 *Replicabis 1.* Sed objicies primo, sequi ex hac solutione, meritum in actibus aliarum virtutum principalis a fide, quam à charitate provenire; consequens est falsum: ergo & tradita solutio. Probatur sequela: meritum in actibus aliarum virtutum provenit ex imperio charitatis; at imperium, iuxta hanc solutionem, principalius à fide, quam à charitate causatur; cum ab ista sit solum motivè, ab illa autem elicitivè, quo circa electio principalius ad voluntatem spectat, quam ad intellectum, quia ab illa elicitur, secus ab intellectu: ergo meritum in actibus aliarum virtutum principalius à fide, quam à charitate proveniet.

41 *Replicabis 2.* Secundo: nam sequitur principalius fidem, quam charitatem aliàs informare virtutes; consequens est falsum: ergo & antecedens. Patet sequela: informatio provenit ex ordinatione; at ordinatio principalius est à fide, quam à charitate eadem ratione, qua id de imperio probavimus: ergo principalius fides, quã charitas aliàs informaret virtutes. *Tertio.* Tertio: nã actus aliarum virtutum, vt subsunt dictæ ordinationi, finem charitatis attingunt; at ex subordinatione ad finem, obiectum charitatis attingere nequeunt, sed solum ex subordinatione ad charitatem: ergo ordinatio, non à fide, sed à charitate est; & consequentèr charitas est ordinativa ratione sui actuum cæterarum virtutum ad proprium obiectum.

42 *Occurritur his obiectionibus.* Respondeo ad primam ex his obiectionibus, negando sequelam: ad eius probationem dicatur, meritum provenire ab imperio secundum quod in illo virtute continetur actus charitatis, prout si autem licet à fide sit immediatus, vtpotè cum ab illa eliciatur, non tamen principalius quia principalior modus causandi est cõcurrere vt movens, qualitèr charitas ad imperium concurrit, quam vt motum, qualitèr à fide imperium causatur. Ex hisque ad secundam obiectionem constat solutio. Ad tertiam, concessa maiori, distinguo minorem: ex subordinatione ad fidẽ ratione sui, concedo minorem: ad fidem vt charitati moventi subordinatam, nego minorem, & consequentiam.

43 *Vltima probatio diluitur.* Ad vltimam antecedentis probationem, nego maiorem: quia motiva potentia non tantum est voluntas, sed etiam intellectus, seu ratio practica, vt eisdem verbis docet D. Thomas *quæst. 8. de verit. artic. 1. ad 12. argm.* quod ita intelligendum est, non quod intellectus ratione sui sit potentia motiva efficacitèr, & quoad exercitium, sed ex subordinatione ad voluntatẽ, & in virtute illius: vndè voluntatis propriũ est esse primũ movens, non autẽ esse movens proximũ, & elicitivè, cũ hoc possit etiam intellectui competere in virtute præcedẽtis actus voluntatis: ordinare autem omninò est proprium intellectus: ita vt alteri potentiæ, nec vt primo dirigenti, nec vt proximo, & elicitivo competere possit.

44 *Ratio istius doctrinæ redditur.* Si autem huius rei rationem inquiras, ea est: actui namque vnius potentiæ ex subordinatione ad aliam, non potest substantia actus potentiæ, cui subordinatur, competere, sed solum modus aliquis illi ex subordinatione ad aliã potest convenire; nunquã enim actus intellectus ex subordinatione ad voluntatem potest esse volitio, nec actus voluntatis ex subordinatione ad intellectum potest esse cognitio, nec actus aliarum virtutum ex subordinatione ad charitatem possunt esse Dei super omnia dilectio; hoc autem est discrimen inter ordinare, & movere quoad exercitium, quod ordinare vnum ad aliud, non est modus actui intellectus superveniens, sed est ipsa substantia actus intelligendi: nihil enim aliud est ordinare, quam vnum conferre cum alio; conferre autem, idem est, quod vnum in ordine ad aliud intelligere, & repræsentare: sicut autem obiectum absolutè intelligere; & vnum vt ex alio illatum percipere, est substantia, & nõ modus actus intelligendi, ita vnum in ordine ad aliud repræsẽtare, substãtia est, & non modus actus intelligẽdi; movere autẽ quoad exercitium, est aliàs potentias ad opus applicare, quod extra substantiam actus voluntatis existit; cũ substantia actus voluntatis sita sit in volendo, seu appetendo obiectum, quod ante applicationem distam salvatur, & ideò ordinate talitèr est proprium intellectus, vt non possit alteri, nec vt primo, nec vt proximè dirigenti competere, quam intellectui, movere autem quoad exercitium etsi voluntati vt primo moventi semper conveniat, nec per modum appetitus, seu vollitionis possit alteri potentiæ, quam voluntati convenire, potest tamen intellectui adaptari virtute voluntatis, non appetitivè, sed directivè, quatenus proponendo obiectivè media, vt iam electa efficacitèr dirigit, & movet quoad exercitium cæteras potentias ad opus.

45 Quarto arguitur in favorem secundæ sententiæ, prædestinatio iuxta Augustinum

Quarto arguitur in favorē 2. sententiæ.

num *lib. de dono perseverantiæ, cap. 14.* est præscientia, & præparatio beneficiorum Dei, &c. At præscientia ad intellectum spectat, præparatio autem ad voluntatem, tùm quia id expresè docet Divus Thomas *opusc. de prædestinatione, cap. 1.* vbi ait, quod præparatio idem est quod divina electio. Et *in 1. distinct. 40. quæst. 1. artic. 2. ad 3.* illis verbis: *Dicendum, quod præparatio, quæ ponitur in diffinitione prædestinationis, non est secundum executionem in opus, sed intelligitur secundum propositum divinæ voluntatis.* Tùm etiam: nam si præparatio ad scientiam spectaret, bis poneretur scientia in eadem diffinitione, quod vitium esset innanis reperitionis, in diffinitionibus rerum fugiendum: ergo prædestinatio non consistit adæquatè in actu intellectus, sed in actu intellectus, & voluntatis.

46 *Resp.*

Respondeo, negando minorem pro secunda parte. Ad primam probationem dicatur, vel opusculum illud Divi Thomæ non esse, vt *supra* dicebamus, vel electionis nomine non electionem in se ipsa formaliter, sed quatenus virtute in scientia practica intellectus inclusam intellexisse. In secundo autem testimonio non docuit præparationem esse propositum, sed secundum propositum, quod verissimum est: non quia præparatio consistat essentialiter in proposito, sed quia illud virtute includit, & intrinsecè supponit, vt sæpè iam diximus.

Ad secundam probationem dicatur, nomine scientiæ non explicari efficaciam, benè tamen nomine præparationis, & ideò supra scientiam addere, quod est præparatio, non est innanis reperitio.

Denique arguitur.

Denique arguitur: de conceptu prædestinationis non solum est ratio ordinationis, sed etiam efficacia, & motio quoad exercitium; at efficacia, & motio quoad exercitium ad voluntatem spectat, sicut ordinatio ad intellectum; cum voluntas sit primum movens quoad exercitium: ergo de essentia prædestinationis non solum est actus intellectus, sed etiam actus voluntatis.

47 *Resp.*

Respondeo ex dictis *supra*, motionem volitivam esse à voluntate adæquatè, vt à principio proximo eliciente, motionem autem non appetitivam, sed directivam, seu ordinativam, non esse à voluntate, vt à principio eliciente, sed ab intellectu, in virtute tamen præcedentis actus voluntatis, vt sæpè vidimus ex D. Thom. & hoc sufficit, vt voluntas sit primum movens quoad exercitium; de essentia autem prædestinationis non est motio appetitiva, sed ordinativa, & ideò est ab intellectu adæquatè, vt eliciente proximè, à voluntate autem solum remotè, originaliter, & antecedenter.

48 *Triplex obiectio proponitur.*

Sed objicies adversus istam solutionem primo: esse motivum quoad specificationem est ita proprium intellectus, vt actui voluntatis non possit competere, etiam in virtute intellectus, ergo esse motivum quoad efficaciam, & exercitium, taliter voluntati convenit, vt actui intellectus competere nequeat, etiam in virtute voluntatis. Secundo: esse volitivam taliter convenit voluntati, vt nulli alteri, etiam in virtute illius cōpetere nequeat: ergo similiter, esse motivum quoad efficaciam, & exercitium in solo actu voluntatis potest reperiri. Tertio: nam si voluntas potest per proprium actum movere efficaciter, non est cur actui intellectus efficaciam motivam communicet; at hoc potest per proprium actum præstare: ergo id non communicat actui intellectus; & consequenter per proprium actum essentiam prædestinationis in ratione efficacis constituit.

49 *Dictæ obiectiones solvuntur.*

Respondeo ad primam ex his obiectionibus negando antecedens: quia vt constat in assensu fidei, pius affectus voluntatis movet ad illum quoad specificationem. Ad secundam, istando in libertate, quæ tametsi voluntati attribuatur, vt primo libertatis principio effectivo intra limites agentis creati, actui tamen intellectus ex subordinatione ad voluntatem communicatur, non obstante quod ratio volitivi ei communicari nequeat; ratio autem discriminis habetur ex dictis: quia scilicet, ratio volitivi est substantia actus voluntatis, quę nulli actui, nisi voluntatis, communicari potest; efficacia autem motiva extra substantiam est, sicut libertas, & ideò actibus aliarum potentiarum ex subordinatione ad voluntatem communicari possunt, non ita, quod modus efficaciæ actus voluntatis illis communicetur, sed diversus; ille namque est modus efficaciæ appetitivę, qui actui intellectus non convenit, sed modus efficaciæ directivæ. Ad tertiam respondeo, quod movere absolutè pertinet ad voluntatem, non autem movere motione ordinativa, & hæc est, quę prædestinationis essentiam ingreditur. Sic Divus Thomas 2. 2. *quæst. 47. artic. 8. ad 3.* vbi simile argumentum solvit.

***

§. III.

Consistere in actu imperij, probatur.

50 Hæc conclusio est D. Thom.

SEcunda conclusio: *Prædestinatio non consistit in actu intellectus præcedente, & regulante electionem ad gloriam, nec in iudicio regulante electionem ad gratiam, & merita, sed in iudicio practico subsequuto ad electionem, quod imperium vocatur.* Hæc conclusio est D. Thom. expressa *quæst. præcedent. artic. 1. ad 2.* illis verbis: *Præcipere de ordinandis in finem competit Deo, & secundum hoc ei conuenit ratio prudentiæ, & prouidentiæ.* Et in hac *quæstione, art. 4. in corp.* inquit: *Prouidentia est ratio in intellectu existens præceptiua ordinationis aliquorum in finem*; at nullus ex prædictis actibus, præter tertium, præceptivus est ordinationis mediorum ad finem prædestinationis: ergo in solo iudicio subsequuto ad electionem prædestinationis essentia, quę est perfectissima providentia, consistit.

51 Quoad 1. partem prob.

Deinde quantum ad primam partem suadetur: nam iuxta Divum Thomam *infra art. 4* prædestinatio electionem prædestinatorum ad gloriam supponit, quod etiam docet de providentia *2. 2. quæst. 5. de verit. artic. 1. in corp.* scilicèt, quod cum prudentia sit, & prudentia rectitudine voluntatis erga finem supponat; voluntas enim finis est principium prudentię, providentia etiam voluntatem finis supponit: Et *solut. ad 1.* hoc discrimen statuit inter scientiam practicam, & prudentiam, quod illa est non solum de medijs, sed etiam de fine, providentia autem solum est de medijs, quatenus ordinantur ad finem, & id circo, inquit, magis includitur voluntas in conceptu prudentię, quam in conceptu scientiæ practicę. Et *quæst. 6 de veritate, artic. 1. in corp.* & *ad 2.* id ipsum affirmat de prædestinatione, quod scilicèt electionem supponit: ergo iuxta Divum Thomam non consistit in actu intellectus regulante electionem ad gloriam. Patet cõsequentia: tùm, quia non est de medijs ad finem prædestinationis ordinatis, sed de fine prædestinationis. Tùm etiam: nam tal's actus non supponit electionem, sed ad illam supponitur.

52 Explicatur doctrina.

Consultò dixi, prædictum actum non esse de medijs ad finem prædestinationis ordinatis, qui est beatitudo: nam absolutè de medijs est: gloria namque ad ostensionem attributorum Dei ordinatur, vt medium, hic tamen non est finis prædestinationis proximus, secundum quod ab alijs partibus providentię distinguitur, sed remotus, & generalis omnibus partibus providentię; illud autem necessarium erat, vt in prædicto actu essentia prædestinationis consisteret.

53 Quoad 2. partem probatur 1.

Præterea, quoad secundam partem suadetur: tùm, quia vt docet D. Thomas *in 1. dist. 41. art. 2. ad 1.* prædestinatio dicit actum voluntatis præparantem ea, quæ ducunt ad finem, scilicet electionem ad gratiam, & merita, quod *supra conclusione præcedenti* intelligendum diximus, non quod dicat essentialiter, sed præsuppositive, & antecedenter; at iudicium electionem regulans, voluntatem illam non præsupponit, sed ad illam supponitur: ergo in eo iudicio non consistit prædestinationis essentia.

54 Secund

Tùm etiam: nam iuxta Divum Thomam locis *ubi supra* relatis, prædestinatio, vtpotè providentia, est pars principalis prudentię; actus autem principalis prudentię est præcipere de ordinandis in finem, ad quem consilium, & iudicium ordinantur, vt docet idem D. Thomas 2. 2. *quæst. 47. artic. 8* ergo non consistit in iudicio regulante electionem, sed *in* iudicio practico ad illam subsequuto, quod imperium vocatur. Tùm denique: nam iudicium electionem regulans etsi sit ordinatio de medijs, non tamen est efficax ordinatio de his medijs determinatis; cum adhuc illo posito liberum sit Deo, non solum *in sensu diuiso*, sed etiam *in sensu composito* hæc, aut illa media in ordine ad gloriam eligere; at prædestinatio est ordinatio efficax de his medijs in particulari: ergo in prædicto actu non consistit prædestinationis essentia.

Tertiò;

55 Tertia pars conclusionis prob.

Et ex his tertia pars conclusionis manifestè colligitur: prædestinatio namque consistit in actu intellectus, vt *in primam conclusione* probabimus; at non consistit in iudicio regulante electionem ad gloriam, nec in regulante electionem ad gratiam: ergo consistit in iudicio practico subsequuto ad electionem, & regulante vltimum, & executionem, quod obtinet rationem Imperij. Deinde probatur: nam in prædicto actu inveniuntur omnia, quæ ad constituendam prædestinationis essentiam sunt necessaria; est enim ratio ordinis mediorum ad finem prædestinationis ratione sui; cum ad intellectum practicum ordinatio pertineat; & est efficax ratione electionis suppositę, quam virtute includit, vt docet D. Thomas locis relatis: actus enim voluntatis præcedens virtualiter claudit in actu subsequuto intellectus, quod actibus electionem præcedentibus competere nequit; cum non antecedentibus actibus, sed subsequentibus

Deinde probatur

ſuam efficaciam communicet : ergo in illo conſiſtit prædeſtinationis eſſentia. Denique : nam prædeſtinatio conſiſtit in actu principali prudentiæ iſte autem, vt ex D. Thom. iam vidimus, eſt imperium regulans immediatè vſum, & mediatè executionem, ad quod cæteri actus ordinantur : ergo in iſto actu eſſentia prædeſtinationis conſiſtit ; eo quod eſt immediatior fini rationis practicæ, qui eſt executio.

§. IV.

Contraria argumenta ſoluuntur.

56 *Arguitur primo.* CONtra iſtam concluſionem militant omia argumenta, quibus *in præced. diſput.* impugnantur imperij exiſtentia, & neceſsitas in divino intellectu. Deinde contra illam arguitur primo ex Divo Thoma 2.2. *quæſtion.* 49. *artic.* 6. Illis verbis: *Dicendum, quod in recta ordinatione ad finem, qui includitur in ratione prouidentiæ: importatur rectitudo conſilij, & iudicij, & præcepti, ſine quibus recta ordinatio ad finem eſſe non poteſt* : ergo iuxta D. Thom. providentia non ſolum in imperio, ſed etiam in iudicio, quod eſt concluſio ſyllogiſmi practici, & electionem regulat, cõſiſtit ; & conſequentèr idem de prædeſtinatione eſt dicendum.

Reſp. Reſpondeo, rectitudinem conſilij, & iudicij importari in ordinatione, in qua providentia conſiſtit, non conſtitutivè, & formaliter, ſed virtualiter, & præſuppoſitivè : tùm, quia ſinè illis rectitudo imperij, in quo providentia conſiſtit, ſubſiſtere nequit. Tùm etiam, quia in actibus animæ ordinatis præcedens virtute clauditur in ſequenti, quo circa, vt docet D. Thom. *quæſt.* 5. *de verit. artic.* 1. ad finem corp. *In prudentia quodammodo includitur, & voluntas, quæ eſt de fine, & cognitio finis* : quia ſcilicèt, vterque actus ad illam ſupponitur.

57 *Secundo arguitur* Secundo arguitur : providentia eſt pars prudentiæ, vt docet D. Thom. *quæſtione præcedent. artic.* 1. & 2.2. *quæſt.* 49. *art.* 6. at ſi providentia in imperio conſiſtere, pars prudentiæ non eſſet, ſed ipſiſſima prudentia : ergo providentia ; & conſequentèr nec prædeſtinatio in iudicio practico ad electionem conſequuto conſiſtit. Probo minorem : quia vt docet Divus Thomas *ſecunda ſecundæ, quæſtione* 51. *articul* 2. & 3. prudentia eſt virtus diſtincta ab Eubulia, & Syneſi, & quod prima eſt benè conſiliativa, ſecunda benè iudicativa ; prudentiæ autem actus imperium eſt : ergo ſi providentia in actu imperij conſiſtit, non erit pars prudentiæ, ſed ipſa prudentia ; cum nihil poſsit eſſe pars ſui ipſius.

Reſpondeo : prudentiam poſſe ſumi 58 *Reſp.* duplicitèr, vno modo, vt ſignificat principalem, & formalem partem ſui, quæ eſt recta ratio præceptiva, & prout ſic prudentia eſt ſpecialis virtus diſtincta ab Eubulia, & Syneſi, & providentia non eſt pars eius, ſed ipſiſſima prudentia, vt argumentum factum convincit : alio modo, vt ſignificat hanc principalem partem de formali, & de materiali omnes alias quæ deſiderantur ad ipſam, ſcilicèt, Eubiliam, & Syneſim, quæ ſunt de futuris à nobis agibilibus, memoriam præteritorum, & cognitionem præſentium, quæ omnia, & alia, quæ Divus Thomas enumerat *quæſtione* 49. relata, ad prudentiam præviè ſupponuntur, & ſic providentia eſt pars formalis prudentiæ, vtpotè in imperio conſiſtens, quod eſt principalis actus prudentiæ, ad quem alij, quos de materiali dicit, ordinantur : vndè ex hoc non ſequitur quod providentia ; & conſequentèr prædeſtinatio in imperio non conſiſtant.

Tertio arguitur : prædeſtinatio eſt cauſa ſuorum effectuum ; cum non ſolum certitudine ſcientiæ, ſed etiam cauſalitatis gaudeat, vt ex Divo Thoma *inferius* videbimus ; at iudicium ſubſequens electionem non cauſat effectus prædeſtinationis : ergo in illo, prædeſtinationis eſſentia non conſiſtit. Minor, in qua eſt difficultas, oſtenditur primo : iudicium illud, vtpotè efficaci innitens decreto, non eſt ſcientia ſimplicis intelligentiæ, ſed viſionis eorum, quæ ad finem prædeſtinationis conducunt ; at ſcientia viſionis ſuum obiectum non cauſat, ſed cauſatum ſupponit ; cum petat eſſe ſimul cum ſuo obiecto ; & conſequentèr nequeat illud præcedere : ergo iudicium ſubſequens electionem, effectus prædeſtinationis non cauſat.

59 *Tertio arguitur.* *Minor prob.* 1.

Secundo : ex vi electionis efficacis 60 *Secundo.* diuinè conſtituuntur effectus prædeſtinationis in ratione futuri ; cum actus efficax ſit ; & conſequentèr inferens infallibiliter rei electæ futuritionem : ergo iudicium ſubſequutum ad illam non cauſat futuritionem rerum ad finem prædeſtinationis conducentium, ſed cauſatam ſupponit. Et confirmari poteſt : nam ſi per impoſsibile poſita electione efficaci non ſubſequeretur iudicium practicum executionem regulans, adhuc homines eſſent prædeſtinati ; cum ex vi illius infallibiliter gloriam eſſent conſequuturi : ergo ante tale iudium ſalvatur prædeſtinationis eſſentia ; & conſequentèr conſtituenda erit, vel

Confirm.

in

in electione antevertente hoc iudicium, vel in iudicio illam regulante.

61 *Resp. negando minorem.* Respondeo, negando minorem. Ad primam probationem, distinguo minorem: illamque concedo de scientia visionis purè speculativa nego autem de practica: hæc namque suum obiectum non supponit, sed facit, imperium autem non est scientia visionis purè speculativa, sed practica: vndè potest causare effectus prædestinationis, & de facto illos causat, nec simultas, quam cum suo obiecto perit scientia visionis obstat, quominus sit causa illius: est namque simultas non naturę, & *à quo*, sed existentię, & instantis *in quo*; benè autem compatitur simultas *in quo* temporis inter duo, cum prioritate naturę, & causalitatis, vt multis exemplis potest ostendi. De quo videantur, quæ fusè diximus *Tractat. de scientia futurorum contingentium.*

62 *Secunda minoris probatio diluitur.* Ad secundam probationem distinguo antecedens: inchoativè, & in suo ordine, nempè intentionis, concedo antecedens: complete, & in omni ordine, tàm intentionis, quàm executionis, nego antecedens, & consequentiam: sicut enim ex hoc quod electio sit efficax non sequitur ex vi illius rem electam constitui complete futuram, ita vt necessarius non sit concursus potentię exequentis, qui est ipsa posterior, eo quod solùm in suo ordine illam futuram constituit; ita nec sequitur necessarium non esse concursum imperij, sed solum colligitur tàm imperij, quàm potentię exequentis concursus esse infallibiliter futuros, electione efficaci supposita.

63 *Ad conf.* Ex quibus ad confirmationem constat solutio; dato enim illo impossibili solum inchoativè essent homines prædestinati; non tamen formaliter, nec in illo casu homines infallibiliter gloriam consequerentur, sed solum gloria esset inchoativè futura, non tamen complete, nec executioni foret mandandas quia cum ad hoc requireretur decretum aliud executivum, & imperium regulans illud, istis sublatis, etsi gloria ex vi electionis esset inchoativè futura, non tamen esset futura complete, nec homines in re salvarentur.

64 *Instatur.* Et quidem probatio ista cum sua confirmatione instantur manifestè in electione ad gloriam, in qua prædestinationis essentiam non constituunt Authores contrarij; & tamen ex vi illius gloria est infallibiliter futura, quin ex hoc excludatur necessitas electionis ad gratiam, & meritа, sed potius inferatur: & sicut dato per impossibile, quod posita electione ad gloriam, non subsequuta electione ad gratiam essent homines prædestinati, solum inchoativè, & radicaliter, non autem formaliter in sententia constituente essentiam prædestinationis in electione ad gratiam, & meritа; ita in nostra sententia dicendum est in hypothesi admissa.

65 *Denique arguitur.* Denique arguitur: nam sequitur ex nostra sententia, prædestinationem quoad primum effectum cadere de facto, vel cadere potuisse sub merito operum prævitorum ex gratia; consequens est falsum, vt cum D. Thoma docent communiter eius Discipuli *in hac quæst.* & 1. 2. *quæst.* 114. vbi negant posse de potentia absoluta primam gratiam sub merito cadere: ergo essentia prædestinationis in actu imperij nequit constitere. Probatur sequela: cadente sub merito actu, in quo prædestinationis essentia consistit, omnes illius effectus sub merito cadunt, at ex nostra sententia sequitur potuisse illum actum sub merito cadere: ergo & primus prædestinationis effectus. Probatur minor: quia namque decretum executivum gloriæ merita vt futura prævisa supponit, de facto tale decretum sub merito cadit, vt constabit *infra*; at posita prædestinationis essentia in iudicio subsequuto ad electionem, hoc iudicium supponit merita vt futura prævisa in vi electionis præcedentis: ergo actus, in quo consistit prædestinationis essentia, sub merito cadere potuit.

66 *Resp.* Respondeo, negando sequelam, ad eius probationem, nego minorem: ad cuius probationem distinguo maiorem: quia præsupponit merita prævisa vt futura complete, tàm in ordine intentionis, quàm executionis, concedo maiorem: in ordine intentionis præcise, nego maiorem: & sub eadem distinctione minoris, nego consequentiam: actus namque, in quo prædestinationis essentia à Nobis cõstituitur, supponit merita prævisa, vt futura inchoativè; & in ordine intentionis, non verò in ordine executionis: præcedentia autem solum in ordine intentionis non sufficit ad exercendam causalitatem meritoriam; eo quod hæc causalitas, non finalis, sed effectiva est, & præcedentia in ordine intentionis solum deseruit causalitati finali.

67 *Resp. 2.* Vel secundo respondeti posset, quod iudicium practicum, in quo prædestinationis essentia à Nobis constituitur, etsi merita supponat, non tamen supponit illorum prævisionem, sed immediatè post decretum electivum sequitur iudicium practicum prævidens merita,

& in illo prædestinationis essentia consistit, quia tamen restat argumentum factũ solvendum de decreto executivo, quod sequitur ad imperium, & merita prævisa per imperium supponit, ideò recurrendum est ad primam solutionem.

§. Vltimus.

Corollaria præcedentis doctrinæ.

68 *Primum corollarium.* EX dictis in discursu disputationis colligitur primo, providentiam à scientia practica distingui per hoc, quod scientia practica est de fine, & medijs, providentia autem solum de medijs, quatenus ordinatis ad finem, quod docuit Divus Thomas *quæst. 5. de veritate, artic. 1. ad 1.*

Secundũ prob. 1. Secundo colligitur, prudentiam ab arte distingui: tùm, quia vt docet D. Thom. *2. 2. quæst. 47. art. 8. in corp.* perfectio artis consistit in iudicando, non in præcipiendo; perfectio autem prudentiæ in imperando consistit, quod probat à signo: nam melior artifex reputatur, qui volens peccat in arte, voluntariè devians à recto iudicio, quod habet de artefacto faciendo, quam qui nolens peccat in arte ex defectu iudicij, in prudentia autem è converso contingit; est enim imprudentior, qui voluntariè peccat in arte, cum alias posset rectum artificiarum facere ratione perfecti iudicij, quam qui nolens peccat ob imperitiam artis; eo quod ille deficit in imperio, iste verò in iudicio. Quæ doctrina est Philosophi *6. Ethicor. capit. 5.*

69 *Secundo.* Tùm etiam: quia vt docet Divus Thomas *quæst. 3. de veritat. art. 1 ad 9.* ars respicit res productas secundum ordinem, quo à principio egrediuntur, & inter se invicem collocantur: artifex enim ex vi artis diversimodè collocat partes ædificij, & Deus per artem res in diversis gradibus collocat; prudentia autem importat illum ordinem, secundum quem ordinantur ad finem. Tùm denique: quia vt docet Divus Thomas *articulo citato in corpore*, ars est recta ratio factibilium, id est illorum, quæ procedunt ab agente in extraneam materiam, v. c. ícamnum, & domus; prudentia autem est recta ratio agibilium, quæ sunt actus non progredientes extra agentem, sed perficientes ipsum; agibilia autem à factibilibus differunt; & consequenter differunt ars, & prudentia, & providentia, quæ pars est prudentiæ.

70 *Tertio infertur.* Tertio ex dictis infertur: providẽtiam divinam non esse idem, ac lex æterna Dei, in quo deceptos reperio doctos Thomistas contra Divum Thomam *quæst. 5 de veritate, artic. 1, ad 3.* vbi expressè docet, quod providentia in Deo propriè non nominat legem æternam, sed aliquid ad legem æternam consequens. & probat: nam lex æterna in Deo cõsideratur, sicut accipiuntur in nobis principia operabilium, ex quibus ad consiliandum, eligendum, & imperandum procedimus: ergo sicut principia operabilium naturaliter nota, non sunt in nobis providentia, aut prudentia, sed principium illius non aliter ac principia in speculabilibus non sunt scientia, sed scientiæ principia: ita lex æterna in Deo non est prudentia, aut providentia formaliter, sed providentiæ principium.

Vndè colligit Divus Thomas, effectus providentiæ attribui legi æternæ tanquam eius principio, vbi est advertendum Divum Thomam loqui de lege æterna secundum quod est ratio gubernationis rerum, sivè rationalium, sive irrationalium, tàm in ordine ad actiones naturales, quàm in ordine ad actiones morales: in qua acceptione verissima est Divi Thomæ doctrina, & discrimen statutum sic intelligendum, quod sicut lex in nobis tradit regulas in generali, v. c. Deum esse diligendum, patrem honorandum, &c. iuxta quas regulas prudentia in particulari hic, & nunc colligit, & dictat esse operandum: ita lex æterna in Deo tradit generales regulas, v. c. lapidem, deorsum, ignem sursum inclinari, providentia vero iuxta illas regulas de motibus istarum rerum in particulari disponit, & ideò providẽtia, æternam legem habet pro principio.

71 *Doctrina D. Th. explicatur.*

Deinde ex dictis manifestè id convincitur: lex enim, vt lex propriè respicit subditos, quod præcipuè veritatem habet in lege æterna, quatenus respicit rationales creaturas cum vi illas obligandi; quo circa non in imperio monastico respiciente divinas actiones consistit, vt enim docet Divus Thomas *1. 2. quæst. 93. articulo primo ad primum*, lex æterna non est Deo imposita, sed creaturis, & consistit in imperio regali subditos respiciente; at providentia immediatè respicit actum liberum Dei, qui dicitur vsus, & mediatè executionem: non ergo sunt idem formalissimè providentia, & lex æterna Dei.

72 *Ex dictis prob.*

Nec refert si opponas Divum Thomam *1. 2. quæst. 91. art. 1. in corpore*, vbi docet, legem æternam *esse ipsam rationem rerum in Deo, sicut in Principe omnium existentem*, qualiter etiam definivit providentiam *quæst. præced. artic. 1.* ergo lex æterna, & providentia, idem sunt. Respondetur, namque ex dictis, legem æternam esse rationem gubernationis rerum per modum tradentis regulas in generali circa motus rerum in proprios fines, providentia est

73 *Obiectio diluitur.*

ratio

ratio per modum applicantis regulas præ-dictas circa peculiares actiones. Deinde, ita est ratio respiciens immediatè creaturas sibi subiectas, quibus imprimit proprias inclinationes, & aliqualitèr obligat; hæc verò immediatè non ad creaturas, sed ad Dei actiones dirigitur: vndè constat, quod licèt sint ferè eadem verba vtriusque definitionis, sensus tamen vtriusque est diversus.

74 *Si opponas.* Si dicas, legem in nobis ideò esse principium prudentiæ, quia nos obligat, & ideò prudentia dictat iuxta illam hic, & nunc esse operandum; at lex æterna non obligat Deum, vt *proximè* diximus: ergo nequit esse principium diuinæ prouidentiæ, & prudentiæ, qua dictet sibi Deus hic, & nunc iuxta illam esse operandum. *Resp.* Respondeo, concesso antecedenti, negando consequētiam: nam licèt nequeat esse principium per modum obligantis, potest tamen esse principium per modum dirigētis, vt Deus iuxta legem æternam sibi imperet vsum, & rerum executionē in ordine ad finem.

75 *Prouidentia distinguitur ab idæis.* Quarto colligitur: prouidentiam distingui à diuinis idæis. Quod patet: nam D. Thomas *supra quæst. 15. artic. 2. ad 2.* idæam ab arte distinguit, quia hæc significatur vt quo Deus intelligit, idæa autem vt quod intelligitur; at prouidentia etiam significatur vt quo Deus intelligit practicè, & imperat, vt constat ex dictis: ergo eadem ratione prouidentia distinguitur ab idæa.

76 *Si opponas.* Si opponas Diuum Thomam *quæst. 5. de verit. art. 1. ad 1.* vbi docet, in re creata duo posse considerari, & speciem, & ordinem ad finem, & idæam esse formam speciei, prouidentiam verò esse formam ordinis, in quo fatum consistit; & consequēter sicut se habet idæa ad formam, ita prouidentia comparatur ad fatum: ergo iuxta Diuum Thomam, quamvis prouidentia non sit idæa rei creatæ quoad speciem, est tamen idæa rei creatæ quoad ordinem. Patet consequentia, tùm, nam ideò datur idæa speciei, quia in Deo datur forma illius: ergo si prouidentia est forma ordinis, erit idæa illius. Tùm etiam: nam sicut comparatur idæa ad speciem, ita prouidentia ad ordinem statutum, & fatum, vt docet D. Thomas; at illa comparatur vt idæa speciei: ergo prouidentia comparatur vt idæa ordinis, & fati.

77 *Resp. explicando doctrinā D. Thom.* Respondeo, negando consequentiam. Ad primam probationem, distinguo antecedens: quia datur forma speciei, quæ illam causat, vt cognita, & per sui imitationem, concedo antecedens: præcisè ex cōceptu formæ speciei, nego antecedens, & consequentiam: quia prouidentia non est forma ordinis, illum causans, vt cognita, nec vt imitata, sed tantum vt dirigens: vndè sicut scientia practica, etiam si forma rei, quem causatur à Deo, non est idæa illius sub concepta practicæ scientiæ, quia non causat assimilando sibi effectu, quem causat, vt docet Diuus Thomas *in eadem artic. ad 7.* ita de prouidentia est dicendum. Ad secundam dicatur, ly *sicut* solum dicere similitudinem quoad rationem formæ, quæ in vtraque inuenitur, non autem quoad omnia.

78 *Vltimum corollarium prob. 1.* Denique infero contra Suarez, quod si prædestinatio in actu voluntatis consistat, constituenda non est in omnibus actibus voluntatis diuinæ à primo decreto intentiuo finis vsque ad executiuum. Tùm, quia licèt constitat in actu intellectus, vt de facto constitere diximus, non constituitur per omnes actus intellectus, qui ad illam concurrunt, sed in vno actu essentialitèr consistit, alijs antecedenter concurrentibus: ergo pariter dicendum est, si in actu voluntatis constitat. Tùm etiam: nam *Secundo.* prouidentia versatur circa media secundum ordinem quem dicunt ad finem: ergo esto cōsistat in actu voluntatis, debet consistere in voluntate mediorum in ordine ad finem, non verò intentione finis.

79 *Denique* Tùm denique: quia non omnia exacta ad existentiam alicuius, sunt de essentia illius, sed plura antecedenter, & alia consequenter solent requiri, vt constat in electione, ad quam præexigitur finis intentio, & sequitur vsus, & in prudentia, ad quam prævie requiruntur consilium, & iudicium; & tamen non consistit in illis, sed electio in actu mediante inter intentionem, & vsum, & prudentia in imperio: ergo etsi omnes illi actus ad prædestinationem desiderentur, non tamen in omnibus illis, sed in illorum aliquo erit constituenda.

80 *In hac suppositione, consistere in decreto executiuo, probatur.* Etsi inquiras, in quo ex actibus erga media versantibus constituenda est prædestinationis essentia, in hac suppositione, in decreto electiuo, an in executiuo? Respondeo, quod in executiuo etenim in nostra sententia constituente prædestinationis essentiam in actu intellectus, non consistit in iudicio regulante electionem, sed in imperio, eo quod immediatius executionem dirigit, & fini rationis practicæ proximius accedit; quo circa vt docet D. Thom. 2. 2. *quæst. 47. art 8.* præcipium locum obtinet inter actus prudentiæ, etsi ad illud cæteri actus ordinentur, scilicèt memoria præteritorum, notitia præsentium, consilium, & iudicium; at decretum executiuum immediatius applicat ad executionem, quam electiuum, quo circa proxi-

mius

mius accedit fini rationis practicę, nempè executioni, quam electivum, & vt docet Divus Thomas 1. 2. *quæſt.* 16. *art* 4. ordo intentionis, ad quem pertinet decretum electivum, ad ordinem executionis, ad quem ſpectat executivum, ordinatur, ſicut imperfectum ad perfectum: ergo ſi prædeſtinationis eſſentia conſtituatur in actu voluntatis, & alias admittatur decretum executivum ab electivo diſtinctum, in decreto executivo conſtituenda erit.

81 *Si obijcias.* Si opponas, electionem eſſe præcipuum actum virtutis electivę: ergo in illo, & non in decreto executivo conſtitui debet prædeſtinationis eſſentia, ſuppoſito quod ſpectet ad lineam voluntatis. Reſpondeo, eſſe præcipuum in ratione liberi, quia illo poſito decretum executivum ſequitur neceſſario, non tamen in ratione coniunctionis cum volito, vt conſtat ex dictis *diſp. præcedent. concluſ.* 1. & ideò non in electione, ſed in decreto executivo conſtituenda erit prædeſtinationis eſſentia, ſi intra lineam voluntatis ponatur. Et hæc de illa Diſputatione applicanda litteræ Magiſtri *in* 1. *diſt* 39. §. 4. ad illa verba: *Prouidentiam ergo, &c. usm, &c. & diſt.* 40. §. *vltim.* ad illa verba: *Cumque prædeſtinatio ſit gratiæ præparatio, &c.* *Reſp.* *Mag. ſi*

DISPVTATIO SEXAGESIMA PRIMA.

Quomodo prædeſtinatio ad providentiam comparetur, & qualiter diſtinguatur ab illa?

§. I.

Prima pars diſputationis reſolvitur.

Nu. 1. *Explicatur quæſtium.* DVO in præſenti diſputatione breviter inueſtiganda proponimus. Primum eſt, an prædeſtinatio cõparetur cum prouidentia tamquam pars ſubiectiva, id eſt vt inferius eſſentiale, ita vt providentia in providentiam naturalem, ſuper naturalem, in efficacem reprobationem, & prædeſtinationem hominum, & Angelorum, & Chriſti prædeſtinationem, quaſi eſſentialiter dividatur, velſolum ſit pars illius obiectiva, hoc eſt, connotans ſpeculare obiectum, ſub obiecto providentię in tota ſua latitudine contentum partialiter. Secundum, quod inquirimus eſt, an prædeſtinatio à providentia differat per hoc, quod non ſolum ordinis, ſed etiam eventus infallibilitate potiatur, providentia autem ſolius ordinis petat infallibilitatem.

Circa primum duæ verſantur ſententię. Prima illarum affirmat, prædeſtinationem ab alijs providentię partibus *proximè* relatis virtualiter attributaliter diſtingui, ſicut diſtinguuntur in Deo voluntas, & intellectus; & conſequenter comparari ad providentiam vt ſic, tanquam partem ſubiectivam & inferius eſſentiale. Hanc tenet Mag. Soto *ſuper Epiſtolam ad Romanos, cap.* 9. Illam inſinuat Molina *quæſt. præcedenti, artic.* 1. *diſp.* 2. *ad* 1. Expreſsè tenet Hetice *diſp.* 22. *cap.* 7. *nu.* 67. probabilem reputant Suarez *lib.* 1. *de prædeſtinat. cap.* 18. in oppoſitam, vt probabiliorem inclinans, & Cornejo *dub.* 1. *circa iſtum articulum*, problematicè vtramque defendens. 2 *Prima ſententia.* *Soto.* *Molina.* *Hetice.* *Suarez.* *Cornejo.*

Secunda, & vera ſententia, oppoſitum docet, affirmans prædeſtinationem ab alijs 3 *Secunda.*

Digitized by Google

aliis providentiæ partibus non distingui essentialiter, sed vnicam esse providentiam divinam prout ad omnia providenda se extendit, tàm naturalia, quàm supernaturalia, & ad ordinem hypostaticum pertinentia, absque attributali, seu virtuali diversitate: vndè consequenter docet, prædestinationem non esse partem subiectivam, sed obiectivam tantum divinæ providentiæ. Ita Caietanus *circa istum articulum*, quem sequuntur frequentius Thomistæ. Bañez *in hac quæst. art. 3.* Nazarius *in expositione huius articuli*, Salmanticenses *tract. 5. de prædestinatione, disp. 2. §. 3.* Mag. Sancto Thoma *disp. 7. art. 1. num. 15.* Tenent etiam ex alienis Vazquez *disp. 87. cap. 5.* Alarcon *Tract. 4. disp. 1. cap. 3. num. 10* In illamque vt probabiliorem inclinat Suarez *vbi supra* relatus: falso pro contraria sententia referens D. Thom. *quæst. 6. de veritate, articulo primo, & in prima dist. 40. quæst. 1. art. 2.*

Caietan. Bañez. Nazar. Salm. S. Thom. Vazq. Alarcon. Suarez.

Quorum sententia, sit nostra conclusio: & quidem quoad secundam partem, videlicèt esse partem obiectivam providentiæ divinæ, certissima est: ideò enim tractatus Verbi causa *de cœlo* est pars obiectiva phylosophiæ naturalis, quia cum huius obiectum sit ens mobile in sua latitudine, tractatus de cœlo agit de quoddam particulari mobili sub ente mobili in communi contento partialitèr; at providentia divina ad omnia providenda se extendit secundùm ordinem, quem dicunt ad finem, scilicèt ostentionem attributorum Dei, prædestinatio verò solum erga media efficacitèr ad gloriam conducentia versatur, quæ sub ratione medij ordinabilis ad finem illum vniversalissimum, vt partes continentur: ergo est pars obiectiva providentiæ divinæ.

4 *Cõclusio. Secunda pars probatur.*

Quoad primam etiam, quæ negat prædestinationem esse partem subiectivam providentiæ, si de parte subiectiva præsecta loquatur, quæ est species contenta sub genere, parum, aut nil controversiæ esse potest: vt enim aliquid sub alio contineatur tanquam species sub genere, debet esse ex genere, & differētia compositum; at ista compositio divinæ simplicitati repugnat, vt docet D. Thom. *supra quæst. 3. art. 5.* & cum illo communitèr Theologi quidq; iid in contrarium contendat Vazquez *1. part. disp. 22. cap. 3.* ergo prædestinatio esse nequit pars subiectiva providentiæ divinæ, tanquam species contenta sub genere.

5 *Quoad 1. suadetur.*

Quod autem non contineatur sub providentia vt inferius essentiale sub superiori analogo cum distinctione virtuali ab aliis partibus providentiæ supra enumeratis, vt docent Auctores primæ sententiæ vehementes indicant verba D. Thom. quibus concludit corpus præsentis articuli, dicens: *Et sic patet, quod prædestinatio quantum ad obiecta, est quædam pars prouidentiæ.* Licèt namque expresè non neget, esse partem subiectivam illius, cùm tamen asserat esse partem quantum ad obiecta, omnē aliam partialitatem implicitè negat. Et suadetur sic primo; perfectionibus enim divinis debemus concedere maiorem vnitatem possibilem; at in providentia, prout ad omnia sua obiecta se extendit, possibilis est vnitas, nō solum realem, aut formalem, sed etiam virtualem distinctionem excludens: ergo hæc vnitas debet illi concedi; & consequenter inter prædestinationem, & alias providentiæ partes virtualis distinctio nō erit; ex quo viterius evidenter colligitur, partem subiectivam divinæ providentiæ nullatenus esse.

Minorem, in qua est difficultas, sic probo. Actus, qui specificatur à fine, potest omnimoda vnitate, virtuali distinctioni oppositā, gaudere, si ei vnicus finis possit assignari, etsi media ad illum finem ordinata inter se distinguantur; at providentia est actus specificatus à fine, cui potest vnicus finis pro ratione formali obiectiva assignari, ostensio scilicèt bonitatis divinæ, atque divinæ gloriæ manifestatio, ad quam omnia ordinantur, tàm naturalia, quàm supernaturalia, & ad ordinem hypostaticum pertinentia: ergo quantumcumque illa inter se distinguantur potest actus in quo providentia consistit gaudere omnimoda vnitate excludente nedum realem, aut formalem, sed etiam virtualem distinctionem.

7 *Minor prob.*

Secundo probatur, etsi effectus per divinam omnipotentiam producendi sint plures, omnipotentia tamen est vna absque virtuali discrimine, prout ad omnes illos extenditur, quia omnes conveniunt in ratione communi creabilis; quæ est obiectum quasi formale omnipotentiæ Dei: & similitèr quamvis plura sciantur à Deo, scientia tamen est vna eo quòd omnia sub eadem ratione scibilis adunantur, scilicèt essentia divina, quæ est ratio sciendi creaturas: similitèr quamvis factibilia per divinam artem sint plura; quia tamen omnia sub ratione communi factibilis conveniunt, non multiplicatur adhuc virtualitèr ratio artis in Deo. Lex etiam æterna est vna, virtualem distinctionem excludens, vt docet D. Thom. *1. 2. quæst. 93. artic. 1. ad 1.* quia licèt plura sint, quæ iubet, & prohibet, omnia tamen advnantur in ordine ad bonum commune, ad quod lex dirigit per modum regulæ: ergo simi-

8 *Secundo prob.*

similiter quamvis plura provideantur à Deo, quia tamen omnia advnantur in ordine ad finem comunem, ostentionem scilicèt divinę bonitatis, & divinę glorię manifestationem, providentia divina erit vna absque virtuali differimine.

9 Confir. 1. Explicatur hoc amplius: ideò in exemplis politis assignatur pro obiecto ratio vniversalissima, quia omnipotentia est virtus agentis vniversalissimi, cui debet correspondere vniversalissima ratio obiectiva, & idem in scientia, arte, & lege æterna eadem ratione contingit; at providentia est virtus vniversalissimi provisoris: ergo debet illi pro ratione formali obiectiva assignari non hic, aut ille particularis finis, sed finis vniversalissimus omnium & consequenter licèt particulares fines multiplicentur, obstare non poterit omnimodæ vnitati providentiæ divinæ.

10 Confir. 2. Confirmatur secundo: sicut lex æterna dirigit per modum regulantis, ita providentia per modum ordinantis in finem; at licèt regulata per legem diversa sint, & fines particulares inter se differant, quia tamen omnia advnantur in ordine ad vniversale bonum, cadunt sub eadem lege indivisibili, adhuc virtualiter: ergo quamvis ordinata ad finem per providentiam differant plusquam genere, & particulares fines diversos respiciant, quia tamen omnia advnantur in ordine ad finem vniversalissimi provisoris, providentia divina erit vna. Denique confirmatur: licèt namque idææ multiplicentur in Deo, quia significantur per modum obiecti intellecti, ars, & scientia non multiplicantur, quia significantur vt *quo* Deus intelligit, doctrina est D. Thom. expressa *in 1. part. q. 15. artic. 2. ad 2.* at providentia significatur non per modum obiecti intellecti, sed vt *quo* Deus practicè intelligit, & ordinat de agendis in finem: ergo est vna nedum formaliter, sed etiam virtualiter.

Confir. 3.

§. II.

Argumentis in contrarium occurritur.

11 Arg. 1. CONtra istam conclusionis arguitur primo: in Deo dantur plures idææ, quæ sunt partes nedum obiectivę, sed etiam subiectivę rationis cõmunis idææ: ergo & plures providentię tanquam partes subiectivę; & consequenter prædestinatio erit pars subiectiva providentiæ. Antecedens est D. Thom. *1. part. q. 15. artic. 1.* vbi docet, dari in Deo plures idæas, non tamen plures artes; si autem plures artes; si autem de pluritate obiectiva solum loqueretur, nullum inter artem, & idæam haret discrimen; cum etiam obiective artes plurificentur. Consequentia vero probatur à paritate rationis.

12 Resp. ex D. Thom. Respondeo ex D. Thom. loco allegato *ad 2. argumentum* negando consequentiam, eo quod idæa significatur vt *quod* intellectum à Deo: providentia autem significatur vt *quo* Deus intelligit, Deus autem vno actu, & vna intellectione intelligit plura, & ideo inconveniens non est dari plures idæas; quia ex hoc solum sequitur plura ab illo intelligi, est autem inconveniens dari plures providentias; quia ex hoc inferretur pluribus intelligere, quod est inconveniens.

13 Explicatur doctrina D. Thom. Quam doctrinam sic intelligendam existimo, quod providentia se tenet ex parte Dei providentis, & intelligentis: vnde cum divino intellectu commensurari debet quoad vnitatem in modo attingendi suum obiectum: vnde sicut intellectus divinus absque virtuali diversitate, & absque distinctione rationis sufficiètè vt dicatur plures intellectus in Deo, omnia attingit, quę sub obiecto illius continentur: ita providentia absque multiplicatione virtuali, & diversitate rationis ad omnia se extenait, quę comprehendentur sub ratione ordinabilis ad finem ab illo inspectum, vt rationem formalem obiectivam. Idæa vero se tenet ex parte obiecti intellecti: vnde non cum intellectu practicè intelligentis, sed cum obiecto intellecto proportionatur quoad vnitatem, vel diversitatem: atque adeo cum obiecta intellecta à divino intellectu sint plura, plures etiam dantur idææ.

14 Replicabis 1. Sed contra istam solutionem obiciet aliquis primo: non obstante quod virtutes intellectuales se teneant ex parte intellectus divini, & ille vnus sit absque virtuali, aut rationis diversitate, dantur plures virtutes intellectuales distinctæ virtualiter, & per rationem, nempè intellectus, sapientia, scientia, ars, & prudentia: ergo illo etiam non obstante poterit providentia virtualiter multiplicari.

Secundo: Secundo; nam etiam idæa se tenet ex parte Dei vt artificiosè operantis & practicè intelligentis; idæa namque est artifici forma, qua agit, & practicè intelligit; ergo ex hoc capite non minus cum intellectu practico Dei proportionari debet quoad vnitatem quam providentia.

15 Tertio. Tertio: quia non minus inconveniens est in eo quod obiectum formale, & primarium divini intellectus multiplicetur, quam in multiplicatione principij, quo

in-

intelligit, aut actus intelligendi; at idæa non significatur vt obiectum materiale intellectum, sed vt obiectum formale; idæa namque divina non est creata entitas, vt intellecta à Deo, sed divina essentia cognita vt imitabilis à creaturis, vt communiter docetur à Theologis contra Scotum cum D. Thom. *supra quæst. 15. artic. 1.* ergo si hoc non obstante dantur plures idææ, nec primum poterit obstare quominus plures dentur providentiæ, quæ sint partes subiectivæ providentiæ divinæ.

16 *Ad 1. obiectionē resp.* Respondeo ad primam ex his obiectionibus, admisso antecedenti, negando consequentiam: nam proportio non tenet quoad hoc, quod sicut intellectus est vnus, ita virtus qua intelligit vna esse debeat respectu omnis obiecti: sed consistit in hoc, quod sicut intellectus divinus absque virtuali sui diversitate omnia attingit, quæ sub ratione formali obiectiva sui comprehenduntur: ita quælibet virtus intellectualis illius, omnia, quæ sub vna ratione formali obiectiva sibi correspondente attingit, absque virtuali diversitate attingat. Quia ergo omnia ordinabilia in finem conveniunt in respiciendo finem vniversalissimum quem providentia, vt potè virtus vniversalissimi provisoris pro ratione formali obiectiva respicere debet: hinc fit, quod absque virtuali distinctione debeat omnia ordinabilia in prædictum finem respicere. Obiecta autem intellectus, sapientiæ, artis, & prudentiæ non conveniunt in vna ratione formali obiectiva, & ideò inter se virtualiter distinguuntur.

17 *Ad 2. respondetur primo.* Ad secundam respondeo ex doctrina D. Thom. *quæst. 3. de veritate, art. 2.* circa medium corporis, & *solutione ad 9.* idæam esse formam, non qua primo intellectus intelligit, hæc namque est divina essentia, vrgerens munus speciei in ordine ad intellectionem sui, sed qua secundario intelligit quatenus ex vno intellecto aliud intellectus intelligit: vnde est forma per modum obiecti, & termini intellecti; ac proinde, non cum intellectu debet proportionem omnem servare, quoad vnitatem, sed cum obiectis secundario intellectis.

18 *Secundo resp.* Vel secundo dicatur, idæam considerari posse dupliciter, vel per comparationem ad Deum, & sic esse vnam, nempè Dei essentiam, quæ absque virtuali distinctione sui est ab omnibus imitabilis, vel vt se tenet ex parte idææ, vt forma illud extrinsecè informans, & sic pluificari iuxta pluralitatem rerum, quæ idæantur. De quo videatur Magister Sancto Thoma *in hac prima parte, Tomo 2. disp. 1. articulo 3.*

Ad tertiam, concessa maiori, nego minorem: vt enim docet D. Thom. *quæst. 3. de veritate, art. 2. in corpore, & solutione ad 2.* divina essentia, non obtinet rationem idææ quatenus cognita absolutè, sed quatenus cognita vt imitabilis ab hac, vel ab illa creatura; vnde diversæ proportione creaturarum ad essentiam divinam sunt de principali intellectu divinæ essentiæ quatenus obtinet rationem idææ, non quidem vt dantes divinæ essentiæ imitabilitatem, sed vt appropriantes illam vt sit idæa huius, & non illius creaturæ, v.c. essentia divina non est idæa hominis, vt absolutè cognita, sed cognita vt imitabilis ab essentia hominis hac ingrediente de principali intellectu in rationem idææ, non quia det illi immitabilitatem, sed quia appropriat illam vt sit idæa hominis, non equi, aut Leonis, &c. Ex qua doctrina manifestè colligitur, quod si adæquatè accipiatur idæa, non solum pertinet ad obiectum primarium, sed etiam ad secundarium divini intellectus, & ex hac parte accipit multiplicationem absque læsione simplicitatis divinæ. 19 *Ad 3.*

Rationem autem cur proportiones rerum imitantium divinam essentiam sint de intellectu illius vt obtinet rationem idææ, assignat D. Thom. loco allegato, quia nimirū idæa est propria ratio idæati, eo quod est forma illius ad cuius exemplar fit: divina autem essentia; cum absolutè inspecta sit forma super excedens omnem perfectionem creatam, nō potest accipi vt propria ratio hominis si absolutè inspiciatur: vnde vt sit propria hominis ratio, debet sumi cognita vt imitabilis ab homine, & non à Leone, proportione hominis ad essentiam divinam ingrediente principalem intellectum idææ. Sed de his videantur Div. Thom. *quæstione citata, de veritate*, de quo fusè egimus *supra quæstione 15.* 20 *Ratio doctrinæ traditur.*

Secundo arguitur: dantur in Deo plures virtutes electivæ virtualiter distinctę, v.c. iustitia, misericordia, &c. non obstante vnitate finis ad quem ordinantur, scilicèt Deus quatenus est charitatis obiectū: ergo pariter vnitas finis vniversalissimi quem omnes providētiæ partes inspiciunt, non obstabit vt virtualiter inter se distinguantur; & consequenter erunt partes subiectivę illius. 21 *Secundo arg.*

Respondeo, concesso antecedenti, negando consequentiam: ratio autem discriminis est; nam virtutes morales non spe- *Resp.*

specificantur à fine vltimo, quem ex parte operantis, & imperativè respiciunt, sicut providentia, sed ab obiectis propriis, iustitia, scilicèt, à iure quod vnicuique seruat, & misericordia ab aliena miseria, vt sublevabili, quę cum sint obiecta diversa formaliter, specificant virtutes, realiter in nobis distinctas, & in Deo virtualiter, quia tamen divina iustitia respicit bonitatem divinam prout continet obiectivè bonitatem iustitiæ creatæ, & misericordia divina à bonitate Dei prout est ratio sublevandi alienam miseriam: providentia autem, vtpotè virtus ordinativa vniversalissimi provisoris, finem vniversalissimum respicit à quo accipit vnitatem, nedum formalem, verum etiam virtualem.

22 *Replicabis,* Sed opponesi reprobatio habet pro fine ostensionem iustitiæ divinæ, & prædestinatio ostensionem misericordiæ, & liberalitatis; at istæ virtutes virtualiter distinguuntur in Deo non minus, imò magis, quam bonitas divina, vt est ratio sublevandi alienam miseriam, & prout est ratio servandi æquitatem: ergo si hæc duplex ratio obiectivè distinguit virtualiter misericordiam à iustitia, duplex illa ratio, seu duplex ille finis virtualiter etiam distinguet prædestinationem, & reprobationem.

23 *Resp.* Respondeo, concessa maiori, & minori, negando consequentiam: quia fines illi sunt inadæquati respectu divinæ providentiæ, eo quod adæquatus finis illius est ostensio omnium attributorum Dei, quę in ratione ostentabilis, athomè conveniunt: ex finibus autem subordinatis partialibus, & inadæquatis non sumitur distinctio specifica actuum, nec realis, nec virtualis: secus contingit in obiectis misericordiæ, & iustitiæ, quę adæquata sunt, & id circo in actus voluntatis divinę virtualem distinctionem refundunt. Et quidem argumentum hoc potest in contrarios retorqueri: misericordia enim divina vna est vnitate opposita virtuali distinctioni, & similiter divina iustitia, etsi in nobis essentialiter differant iustitia commutativa, & distributiva: ergo pariter licèt providentia in nobis specificè distinguatur, erit tamen vna providentia divina prout ad omnia ordinabilia in finem se extendit, vnitate oppesita nedum reali formali, sed etiam virtuali distinctioni.

Retorquetur argumentum in contrarios.

Vltimo arguitur: prædestinatio, & providentia supernaturalis generalis differunt penes efficacem finis intenti consecutionem, & non efficacem consecutionem illius, vt ex secunda disp. parte constabit; at hæc prædicata sufficientia sunt ad diversitatem virtualem inducendam: ergo differunt virtualiter inter se.

Resp. Respondeo, omisso quod efficacia, & non efficacia possint virtualem distinctionem inducere, hoc debere intelligi quando est respectu rationis formalis obiectivæ, secus autem quando est solum respectu obiecti, & finis materialis: providentia autem supernaturalis generalis, v.c. qua Deus ordinat reprobos ad gloriam, etsi respectu gloriæ inefficax sit, respectu tamen manifestationis gloriæ divinæ, quę est finis formaliter à providentia inspectus, efficax est: vndè penes efficaciam respectu finis proximi, solum materialiter, & obiectivè potest à prædestinatione distingui.

§. III.

Circa secundam partem prima difficultas resolvitur.

25 *Primum præsupponitur.* CIrca secundam, quod in hac disputatione examinandum proponimus, per quid scilicèt prædestinatio a providentia sub concepta communi providentiæ distinguatur: aliqua discrimina indubitata sunt apud omnes Auctores. Primum est, quod subiectum ex vi prædestinationis ordinandum ad finem, solum est creatura rationalis: providentiæ autem subiectum est omnis creatura; eo quod illa respicit supernaturalem beatitudinem, cuius sola rationalis creatura est capax: hæc verò respicit quoscumque effectus ab omnipotentia productos, quorum aliæ creaturę sunt capaces.

26 *Secundò.* Secundum est, quod prædestinatio respicit finem superexcedentem facultatem rationalis creaturæ: providentia autem, finis superexcedentiam non petit, sed circa quemlibet finem, sivè naturalem, sivè supernaturalem versatur media ad illum ordinando, quod docuit D. Thom. *Probatur* in præsenti artic. sequunturque communiter Theologi, & constat ex communi vsu loquendi; nemo enim prædestinari dicitur nisi ad finem naturę in debitum, & illius facultatem excedentem, constat etiam ex definitionibus de prædestinatione traditis ab Augustino, scilicèt, prædestinatio *est præparatio gratiæ in præsenti, & gloriæ in futuro*: & alibi, prædestinatio *est præscientia, & præparatio beneficiorum Dei, quibus certissimè liberantur, &c.* Et quibus manifestè colligitur, prædestinationem inspicere pro fine gloriam supernaturalem

naturalem: providentia autem ad quoscumque effectus divinæ omnipotentiæ se extendit, inter quos alij sunt naturales, alij ad supernaturalem ordinem spectant.

Prima ergo difficultas est, an prædestinatio differat à providentia per hoc, quod illa non supponit subiectū, quod per prædestinationem ad finem dirigitur: providentia autem subiectum, cui præparantur media supponat? Affirmat Suarez *libro 1. de essentia prædestinationis, cap. 18. numero 12.* providentia namque, ita in æternitate comparatur subiecto, cui providet, sicut in tempore executio providentiæ, quæ est gubernatio ad subiectum, vt in tempore existens; at gubernatio supponit subiectum in re existens: ergo & providentia subiectum, cui ptovidet, supponit vt in æternitate prævisum. Secundo: nam providentia est de medijs in ordine ad finem: ergo supponit institutionem rei ad talem finem: ergo supponit voluntatem creandi subiectum illud propter talem finem; & consequentèr illud supponit, vt in æternitate prævisum.

Quod autem prædestinatio subiectum non supponat prævisum, sed ex vi illius ordinetur, vt sit: probat primo exemplo prædestinationis Christi, per quam est prædestinatus, vt sit filius naturalis Dei; & tamen ante illam non supponitur existens, nec in mente Dei futurus hic homo Christus: ergo de ratione prædestinationis non est, quod supponat existentiam obiecti, seu subiecti, quod respicit. Secundo probat: nam prædestinatio non supponit, sed intrinsecè includit destinationem ad finem; sed ordinatio ad finem non supponit rem, quę ordinatur, vt iam existentem, quia ex vi eiusdem voluntatis ordinatur ad esse, & ad finem, cum prioritate finis in ordine intentionis ad existentiam subiecti: ergo prædestinatio non supponit sui subiecti existentiam; & consequentèr subsistit prædictum discrimen inter prædestinationem, & providentiam.

Quidquid tamen sit, an subiectum prædestinatum sit prædestinationis effectus: & consequentèr ad illam non supponatur, de quo in sequenti articulo, nullum quoad sui subiecti suppositionem inter providentiam, & prædestinationem discrimen percipio. Tùm, quia etiam prædestinationi æternę correspõdet temporalis gubernatio: vel ergo æquiparantur gubernatio, & prædestinatio, quoad hoc, quod est suum subiectum supponere, alia, vt in tempore existens, alia vt in æternitate prævisum, vel non: si primum, sicut gubernatio subiectum gubernandum supponit existens in sententia Suarez, ita prædestinatio suum subiectum, vt in æternitate prævisum supponet; si secundum: ergo nec providentia, & gubernatio illi correspondens, quoad subiecti prę suppositionem æquiparari debēt: nulla enim ratio discriminis assignari potest, cur gubernatio cum providentia, & non cum prædestinatione, quoad antecedentiam subiecti debeat æquiparari.

Tùm etiam, quia non minus prædestinatio, quam providentia debet esse de medijs ordinatis ad finem; cum vtraque sit actus prudentię, vel neutra, & vtraque in eisdem actibus, seu in eodem actu, vel intellectus, vel voluntatis debeat constitui: ergo si providentia, quia est de medijs ordinatis ad finem, subiectum, cui providet, vt in æternitate prævisum supponit, vt docet Suarez: eadem ratione prædestinatio non præcedet subiectum eius, vt in æternitate prævisum.

Tùm tertio: nam providentia non solum includit electionem mediorum; sed etiam voluntatem finis; tùm, quia est actus præcipiens de ordinandis in finem, ad quem necessario præcedere intentionem finis, *disput. præcedenti* ex D. Thom. vidimus. Tùm etiam, quia nulla potest assignari ratio, cur prædestinatio vtramque illam voluntatem includat, & non providentia: ergo si prædestinatio, quia intentionem finis, seu destinationem ad finem includit, non præsupponit subiectum destinatum vt in æternitate prævisum, vt docet Suarez, nec providentia suum subiectum vt prævisum supponet eadem de causa.

Tùm denique: nam vel discrimen hoc inter prædestinationem, & providentiam intelligitur ita quod de conceptu intrinseco prædestinationis sit suum subiectum non supponere non autem de conceptu providentiæ, vel taliter quod prædestinatio possit suum subiectum causare; & consequentèr illud non supponere: providentiæ autem à prædestinatione distincte, subiectum proprium causare repugnet; neutro ex his modis potest subsistere: ergo est nullum. Minorem pro prima parte probo: potuit namque Deus decernere creare omnes homines independenter à decreto prædestinandi, & hominibus prævisis, pro alio signo alios prædestinare, & alios reprobare; in hoc enim nulla repugnantia invenitur: ergo de conceptu prædestinationis non est suum subiectum

cau-

27 *Prima difficultas,* *vnius sententia pro parte 1.*

Secundo.

28 *Secunda pars probat.*

29 *Opposita sententia vera probat.*

30 *Secundo.*

31 *Tertio.*

32 *Quarto.*

causare. Pro secunda etiam parte probatur: omnis enim providentia Dei est ordinatio mediorum in aliquem finem; sed ex cuiuscumque finis intentione potest Deus subiectum ordinandum producere: ergo non repugnat providentiæ, à prædestinatione distinctæ suum subiectum causare: & consequentèr non petit ab intrinseco suum subiectum supponere.

§. IV.

Secunda difficultas resolvitur.

33 SEcunda difficultas est, an prædestinatio distinguatur à providentia per hoc, quod prædestinatio est infallibilis non solum quoad ordinem mediorum in finem, sed etiam quoad actualem finis assequutionem, providentia autem solum petat infallibilitatem quoad ordinem mediorum, non verò quoad finis actualem assequutionem. Circa quod omnes disputantes in duobus conveniunt, primo in eo quod prædestinatio, vtraque gaudet infallibilitate, abstrahendo, an sit infallibilitas ex vi intrinseca mediorum gratiæ, an ex præscientia conditionata, de quo inferius agemus, constatque ex diffinitione tradita ab Augustino, illis verbis: *Quibus certissimè liberantur, quicumque liberantur.* Secundo conveniunt in eo quod omnis providentia Dei habet annexam consequutionem infallibilem alicuius finis: in omni enim providentia Deus suam bonitatem, & alia attributa manifestat, manifestatio autem attributorum Dei, est finis vltimus à divina providentia inspectus.

Primum præsuppositum.

Secundò.

Disensio igitur est quoad infallibilitatem assequutionis finis particularis, an scilicèt sit de conceptu prædestinationis, non autem de ratione providentiæ. Prima sententia negat, hoc discrimen inter providentiam, & prædestinationem versari, eo quod existimat, de conceptu providentiæ, vt sic, esse assequi infallibilitèr quemcumque finem ad quem ordinet media. Hanc tenent Caietanus, & Bañez *quæstione præcedenti, articulo primo*, Thomas Pius *circa istum artic. dubit. 3.* & Magister Alvarez *lib. 4. de auxiliis, disp. 30.* Secunda affirmans, est, quam tuentur Ferrara *lib. 3. Contra Gentes, cap. 99.* Zumel *circa istum articulum, quæstione 2.* Nazarius *quæstione præcedenti, artic. 1. controversia vnica.* Albelda *disput. 65. sectione 3.* Durandus *in 1. distinct. 40. quæst. 1.* Ægidius *distinct. 20. in 2. parte, distinct. quæstione 1.* Capreolus *in 1. distinct. 40. quæst. 1. artic. 1.*

34 *Prima sententia.*

Caietan. Bañez. Pius. Alvarez.

Secunda.

Ferrara. Zumel. Nazar. Albelda. Durand. Ægidius. Capreol.

conclusione 2. Sylvester *in compar. quæst. 1. artic. 1.* Tenent etiam ex Patribus Societatis, Suarez *lib. de natura prædestinationis, cap. 18.* Vazquez *disput. 87. cap. 4.* Granadus *tract. 3. de providentia, disput. 1.* Herice *disp. 21. cap. 4.* & Alarcon *tract 9. cap. 4.* Quorum sententia nobis magis probatur.

Sylv. Suarez. Vazq. Granad. Herice. Alarcon.

Et suadetur primo ex D. Thom. *quæst. 6. de veritate, artic. 1.* illis verbis: *Differt etiam alio modo, in quolibet enim ordinatione ad finem, est duo considerare, scilicèt, ipsum ordinem, & exitum, vel euentum ordinis: non enim omnia, quæ ad finem ordinantur, finem, consequuntur: prouidentia ergo ordinem in finem respicit tantum. Vndè per Dei prouidentiam omnes homines ad beatitudinem ordinantur, sed prædestinatio respicit etiam exitum, vel euentum ordinis, vndè non est nisi eorum, qui gloriam consequuntur.* Id ipsum docuit D. Thom. *in 1. distinct. 40. quæst. 1. art. 2. in corpore*, & ibi *ad Anibald. quæst. vnica, art. 1.* ergo ex mente D. Thom. de conceptu providentiæ non est infallibilitas eventus, seu finis, benè tamen de conceptu prædestinationis.

35 *Statuitur pro conclusione, & prob. 1. ex D. Thom.*

Respondebis primo ex Caietano, D. Thom. sententiam, quam in allegatis locis docuerat in summa mutasse. Secundo ex Magistro Bañez loqui de providentia humana, vel de divina ex conceptu providentiæ communi humanæ, & divinæ. Tertio loqui D. Thom. de providètia respectu finis minus principalis, non autem respectu principalis finis; istum enim semper infallibilitèr assequitur.

36 *Resp. 1.*

Secundo.

Tertio.

Sed nulla ex his solutionibus argumẽto facto satisfacit: non prima, tùm, quia nisi expressè D. Thom. sententiam retractet, sicut aliquoties fecit, doctrina illa sustinenda non est. Tùm etiam, nam ea, quę ex *summa, & ex 3. Contra Gentes*, à Caietano adducuntur, facilem explicationem admittunt, vt ex Ferrara *loco allegato* constat, & statim apparebit.

37 *Prima solutio reiicitur 1.*

Nec secunda, quia vt manifestè constat in adductis verbis D. Thom. admittit omnes homines per divinam providẽtiam ad gloriam ordinari, quam tamen de facto, non omnes cõsequuntur; at huiusmodi supernaturalis providentia, nec ex conceptu sibi, & providẽtię humanę communi habet annexam gloriæ consecutionem: ergo dicta interpretatio contextui non congruit. Nec denique tertia. Tùm, quia iuxta illam subsistit veritas secundæ sententiæ asserentis de conceptu providentiæ non esse infallibilem assequutionem omnis finis, ad quem ordinat media, quidquid sit, at talis finis principalis, vel minus prin-

38 *Secunda solutio reiicitur.*

Tertia impugnatur 1.

principaliis dicatur. Tùm etiam, quia gloria est finis principaliter per talem providentiam intentus, inter fines particulares, vt statim constabit.

39 *Secundo. prob. ratione D. Thom.*

Secundo suadetur ratione Divi Thomæ loco allegato, reprobi namque per supernaturalem providentiã ordinantur ad gloriam, vt constat primo ex illis verbis Pauli 1. ad Timothæum cap. 2. *Qui vult omnes homines salvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire.* Tùm etiam, quia reprobis dãtur auxilia sufficientia, quibus gloriam possint adipisci, huiusmodi autem auxiliorum collatio, cum non à casu sit, sed ex intentione divina, effectus alicuius providentiæ esse debet; at reprobi gloriam non consequuntur: ergo de conceptu divinæ providentiæ non est assecutio omnis finis, ad quem ordinat media.

40 *Resp. 1.*

Respondebis primo ex Magistro Bañez, providentiam illam non esse simpliciter providentiam: vndè non infertur, de conceptu providentiæ simpliciter talis non esse omnis finis intenti assequutionem. *Secundo.* Vel secundo respondebis, reprobis non conferri auxilia sufficientia ex intentione gloriæ illorũ, sed vel ex intentione damnationis æternæ, vel ex intentione gloriæ prædestinatorũ. *Tertio.* Vel tertio respondeo is finẽ illũ licet à providentia inspiciatur, nõ esse finẽ principalẽ illius, sed minus principalẽ; ex quo solũ sequitur, assecutionẽ finis minus principalis nõ esse de conceptu Divinæ providentiæ, non autem, quod effectio finis principalis de conceptu illius non sit.

41 *Primo solutio reiicitur 1.*

Sed nulla ex his solutionibus argumento facto sufficientèr occurrit, non prima. Tùm: quia ista providentia est simpliciter ordinatio mediorũ ad finẽ: ergo est simpliciter providẽtia. Tùm etiã, quia vt benè advertit Mag. Albelda, *vbi supra cõclusione* 4. providẽtia; cũ sit circa media, vt simpliciter sit talis ratione providẽtiæ, debet proportionari volũtatis fini; at providentia de qua loquimur, nõ præsupponit voluntatẽ consequentẽ, & efficacem finis, sed antecedentem, & inefficacẽ, qua omnibus hominibus gloriã, Deus desiderat: ergo vt providentia ista sit simpliciter talis in linea providentiæ, necessariũ non est quod ordinet media efficacia, sed sufficientia ad finẽ, & consequẽtèr providẽtia simpliciter erit, quamvis finis assecutionẽ nõ habeat annexam. *Tertio.* Tùm denique, nã electio mediorũ sufficientiũ est simpliciter electio, licet ex vi illius, finis nõ obtineatur: ergo ratio ordinis sufficientium mediorum ad finem, simpliciter providẽtia erit, etiam si illi annexa non sit finis assequutio.

Deide secunda solutio reiicitur primo, ex verbis Pauli relatis; *qui vult omnes homines salvos fieri*, ergo erga omnes homines habet Deus intentionem inefficacem gloriæ; & consequentèr ex tali intẽtione de medijs sufficientibus ad gloriæ assecutionem providebit. Secundo: nam providentia, quia reprobis de medijs sufficientibus providet, est illorum beneficium: ergo ex benevolẽtia illorum procedit, & amore saltim inefficaci; at si solum respiceret pro fine damnationem reproborum æternam, vel gloriam prædestinatorum, nullo modo talis providentia esset beneficiũ à Deo factũ reprobis, nec ex benevolentia erga illos procederet, sed vel ex odio illorum, vel ex prædestinatorum amore: ergo providentia, qua Deus de auxilijs sufficientibus providet reprobis, respicit, vt finem illorum gloriã. Tertiò nã ex vi istius providentiæ reprobi ordinantur ad gloriã; at si gloriam, vt finem nullo modo respiceret non ordinaret illos ad gloriã, sed ad alios fines, ad quos media dirigeret: ergo. Denique: nã providentia generalis pertinens ad ordinẽ supernaturalẽ, & si prædestinationi, & reprobationi subordinetur, de quo inferius agemus, est tamẽ ab illis aliqua ratione distincta; at si media sufficientia nõ ordinaret ad gloriam, vt finem, sed vel ad damnationem æternam reproborum, vel ad prædestinatorum salutem, providentia ab illis intra ordinem supernaturalem distincta non esset: ergo idem quod prius.

42 *Secunda solutio impugnatur 1. Secundo. Tertiò. Quartò.*

43 *Contra 3. solutionẽ facit 1. Secundo.*

Tertia tandẽ solutio reiicitur. Tùm, quia si gloria est finis providentiæ supernaturalis erga reprobos, & non habet annexam eius assequutionem: ergo de conceptu illius non est omnis finis assequutio, quod, & non amplius, intendit secunda sententia. Tùm etiam: nam providentia illa supernaturalis à reprobatione, & prædestinatione distinguitur: ergo finis principalis illius, est gloria saltim ex parte actus, estò ex parte operantis ad alium finem ordinetur, sicut actus virtutum electivarum fines particulares principalitèr respiciunt ex parte sui, licet per charitatem ad finẽ proprium ordinentur. Ex quo vlterius sequitur non habere prædictam providentiam annexam infalliblitèr assequutionem finis principalis sui.

44 *Vltimò prob. conclusio.*

Vltimo, & principalitèr suadetur conclusio: providentia namque accipit efficaciam ex intentione finis; at datur in Deo circa finem duplex voluntas, altera consequens, & efficax; alteta inefficax, & antecedens: vt cum D. Thom. & frequentiori sententia docuimus *supra quæst. 19. art. 6.* Constaque ex illis verbis Pauli 1.

ad Timoth. cap. 2. *Deus vult omnes homines salvos fieri*, in quibus constituitur in Deo voluntas erga omnium hominum gloriam, cum tamen non omnes cõsequatur salutem: ergo; & duplex providentia, altera efficax ad finis intenti assequutionem, & altera inefficax, & consequentèr de conceptu omnis providentiæ non erit, omnis finis intenti assequutio.

45 *Confir. 1.* Confirmatur primo: nam ex vi intentionis finis inefficacis providet Deus de medijs circa talem finem, sed nõ de medijs efficacibus habentibus annexam finis consequutionem; cum hæc necessario supponat intentionem efficacem finis, vt *infra disp. 65.* constabit: ergo de medijs tantum sufficientibus, cum quibus finis assequutio infalibilitèr connexa non est.

Confir. 2. Confirmatur, & vrgetur secundo: absque vlla imperfectione constituitur in volũtate Dei duplex voluntas, altera consequens, & efficax altera inefficax, & antecedens: ergo etiã absque imperfectione dabitur in intellectu practico Dei providentia de cuius conceptu non sit infallibilis finis assequutio.

§. Vltimus.
Argumentis in contrarium occurritur.

46 *Arg. 1. testimonijs D. Thom.* COntra nostram resolutionem arguitur primo ex D. Thom. *q. præcedenti, art. 2. ad 1.* vbi ait: *Impossibile esse aliquem effectum, ordinem causæ universalis effugere*: ergo ordo providentiæ divinæ infallibilitèr habet annexam effectus, seu finis assequutionem. Et *artic. 4. ad 2.* inquit, quod *in hoc est immobilis divinæ providentiæ ordo, quod ea, quæ ab ipso providentur, omnia eveniunt eo modo, quo ipse providet, sivè necessario, sivè contingenter.* Et *solutione ad 3.* quod *divina providentia non deficit à suo effectu, nec à modo eveniendi, quem providit.* Et 3. *Contra Gentes, cap. 94.* docet ordinem divinæ providentiæ immutari non posse, & providentiam nõ posse à suo effectu cassari: ergo iuxta D. Tho. de cõceptu providentiæ est infallibilitas, nõ solius ordinis mediorũ in finem, sed etiam eventus, & finis assequutionis.

47 *Resp. ad 1. testim.* Respondeo, in primo testimonio nil sententiæ nostræ contrarium ab Angelico Doctore indicari: ibi enim solum docet, nullum effectum creatum posse effugere ordinem divinæ providentiæ, sicut nec omnipotentiæ illius efficientiam, quod verissimum est; nam quidquid fit causatur à Deo per omnipentiam, vt exequentem, & per providentiam vt ordinantem; cum ordinatio providentiæ, efficientiam omnipotentiæ adæquet; eo quod, quidquid a Deo fit, ordinatè fit. Ex hoc tamen nõ sequitur omnem ordinem mediorum in finem à Divina providentia prævisum efficacem esse ad omnis finis intenti assequutionem, quod in nostra conclusione negamus.

48 *Ad alia testimonia resp. 1.* Ad alia testimonia responderi potest primo, loqui D. Thom. de providentia non vniversalitèr ex communi providentiæ conceptu, sed de providentia speciali, quæ voluntatem consequentem, & efficacem finis supponit, qualis est prædestinatio. Ex quo nõ colligitur non dari providentiã supponentem voluntatem antecedentem finis, de cuius conceptu illius assecutio non sit. *Resp. 2.* Vel secundo dicatur, eà quæ à Deo providẽtur non esse finem, sed media: nam licet finis in executione sit effectus providentiæ, non tamen est provisus ab illa, sed vt effectus mediorũ, quæ providentur, id est ordinantur ad finem: circa media autem immobilis est omnis providentia divina, quo circa D. Thom. ait, providentiam ex communi conceptu esse infallibilem quantum ad ordinem mediorum in finem. & quoad hoc verum est, divinã providentiam cassari nõ posse, nec immutari, eo namque ipso, quod provideat de medijs, hæc infallibilitèr ponentur in esse: quia tamen aliquando providentia ordinat media tantum sufficientia, vt cõstat in illa, qua ordinat reprobos ad vitã æternã, aliquando verò efficacia: consequens sit, quod non semper habeat annexam infallibilitèr finis assecutionẽ.

49 *Tacita objectioni occurritur.* Et sic intelligendum est id, quod de Dei providentia canit Ecclesia: *Deus cuius providentia, in sui dispositione non fallitur, &c.* Nam, cum dispositio providentiæ sit circa media, & hæc infallibilitèr ponantur in esse, iuxta ordinem à divina providentia institutum, scilicèt, quãdoque sufficientia tantum quandoque hæc, & efficacia simul: consequens sit, quod verissimè de divina providentia dicatur in sui dispositione non falli. Nec ex hoc infertur falli divinam providentiam erga finẽ; nam cũ de fine providẽtia non disponat, sed solum de medijs, etsi finem non assequatur non fallitur, sed quando providet de efficacibus medijs, infallibilitèr illum assequitur, quando de sufficientibus tantum, non assequitur illũ, dat tamen sufficientiam ad eius assequutionem.

50 *Arg. 2.* Secundo arguitur: nam providentia divina in summo gradu perfectionis existit; sed ad perfectissimam providentiam spectat, non solum ordinatio mediorum in finem, sed etiam assequutio finis: ergo hæc de ratione providentiæ sub con-

conceptu communi: & consequentèr per hoc prædestinatio à providentia distingui non potest.

51 *Respondeo.* Respondeo, distinguendo minorem: ad perfectionem providentiæ supponentis voluntatem consequentem finis, concedo minorem, supponentis tantum voluntatem antecedentem, nego minorem, & consequentiam. Quia non omnis providentia, voluntatem cõsequentẽ finis supponit, sed aliqua consequentem, & aliqua antecedentem, vt constat ex dictis. Et huius ratio est, quia ad perfectionem providentiæ pertinet disponere de medijs iuxta qualitatem intentionis finis: vndè, quando intentio finis in efficax est, ad illius perfectionem pertinet providere de medijs non efficacibus ad finis assequutionem, sed tantum sufficientibus hoc dictante prudentia, vt ad finem solum inefficacitèr intentum, non ordinet media efficacia, sed tantum sufficientia. Quod docte animadvertit noster Albelda vbi *supra conclusione* 4. quibus addiderim, non solum id expedire, imò oppositum omninò repugnare, vt ex dicendis *infra disp.* 65. constabit, & in exemplo electionis conspicitur, hæc namque perfectissima est, quando supponit intentionem finis inefficacem, etsi non applicet media efficacia, sed tantum sufficientia, & repugnat, quod ad media efficacia terminetur, si intentionem efficacem finis non supponat.

52 *Replicabis.* Sed oppones: sequi ex hac solutione posse dari providentiam in Deo cum nullius finis assequutionem connexam; consequens est contra id, quod supposuimus: ergo solutio tradita non subsistit. Probatur sequela: providentia per Nos, tunc solum connectitur assequutioni finis, quando supponit voluntatem consequentem finis: ergo si nullius finis voluntatem consequentem supponat cũ nullius finis assecutione erit infallibilitèr connexa; at potest omnem finem voluntate solum antecedenti amare, & intendere; cum respectu cuiuscumque finis, & omnium simul libera sit divina voluntas, vt intendat voluntate antecedenti, aut consequenti: ergo ex solutione tradita sequitur posse dari in Deo providentiam cum nullius finis assequutione connexam.

53 *Respond.* Respondeo, negando sequelam: ad cuius probationem, concessa consequentia, nego minorem subsumptam: nam licet Deus absolutè sit liber ad intentionem efficacem, aut in efficacem, ex suppositione tamen quod provideat de medijs; cum hæc infalibilitèr constituantur futura ex vi providentiæ, & in illis non possint non relucere, & manifestari divina attributa, & consequenter ad illius finis assequutionem efficax sit quælibet providentia divina, consequens fit, quod saltim istius finis voluntatem consequentem supponat: nã providentia necessario supponit voluntatem consequentem illius finis, respectu cuius efficax est.

54 *Vltimo arg.* Denique arguitur, licet providentia non sit de fine, sed tantum de medijs necessario supponit voluntatem consequẽtem cuiuscumque finis, ad quem ordinat media; at impossibile est voluntatem cõsequentem Dei non impleri, vt communiter docetur a Theologis cum Divo Thoma *supra quæstione decimanona, articulo sexto*: ergo, & quod providentia non habeat annexam cuiuscumque finis intenti assequutionem.

Maior prob. 55 Maior, in qua est difficultas probatur primo ex Divo Thoma *quæstione præcedenti articulo primo ad tertium*, illis verbis: *Providentia præsupponit volitionem finis, nullus enim præcipit de agendis nisi velit finem*; at volitio finis apud D. Tho. significat voluntatem consequentẽ finis; voluntas enim antecedens, seu inefficax finis, non est absolutè voluntas, sed quædam veleitas: ergo providentia supponit voluntatem consequentem cuiuscumque finis, ad quem ordinat media.

Secundo. Secundo, volontas consequens mediorum non potest oriri nisi ex voluntate cõsequente finis, sicut nec electio efficax nisi ex intentione efficaci finis originati potest, de quo *infra disput.* 65. at omnis providentia Divina supponit voluntatem consequentem mediorum, cum omnis sit efficax ad ordinem mediorum ad finem efficacia emendicata à fine, & consequentèr voluntatem efficacem mediorum supponere debeat, à qua efficaciam directivã participet: ergo etiam supponere debet efficacem intentionem omnis finis, ad quem dirigit media.

Tertio. Tertio: providentia namque necessario supponit finis vniversalis efficacem intentionẽ, scilicèt ostensionem attributorum Dei: ergo etiam supponit necessariò cuiuscumque alterius finis efficacem intentionẽ. Patet consequentia: nã ad finem vniversalem, & remotum, non conducunt media electa, nisi mediante fini particulari proximo: ergo, vt efficacia sint ad finẽ mediatum, ad immediatum etiam debent efficacia gaudere; & consequenterèr si mediati finis efficacem intentionem supponunt, etiam erga immediatum, illam supponere debent.

Denique; nam Diuina voluntas non poteſt terminari ad finem, vt poſsibilem, cum poſsibilium non ſit amor in Deo, vt cum frequentiori ſententia Thomiſtarum docuimus tractatu de voluntate Dei, *diſp.* 49. ergo debet terminari ad finem, vt futurum dando illi futuritionem: & conſequentèr ſi omnis prouidentia Diuina ſupponit intentionem finis, ſupponet neceſſario intentionem efficacem; efficacia namque intentionis eo conſiſtit, quod finem conſtituat intra lineam futuri.

58 *Reſp. ad 1. probationem minoris.* Reſpondeo, negando maiorem: ad primam probationem conceſſa maiori nego minorem: nam licet voluntas inefficax ex defectu potentiæ, ſimplicitèr, & abſolutè voluntas non ſit, quæ tamen non ex defectu potentiæ, ſed ex libertate volentis inefficax eſt, qualiter in Diuina contingit, ſimplicitèr, abſolutè, & perfectè eſt voluntas; vndè abſolutè, & ſine vllo addito, inquit Paulus, Deum vellè omnes homines ſaluos fieri, licet voluntas illa antecedens & inefficax ſit.

Ad 2. Ad ſecundam, diſtinguo maiorem: voluntas conſequens mediorum efficacium ad finem, concedo maiorem: mediorum tantum ſufficientium, nego maiorem, & ſub eadem diſtinctione minoris, nego conſequentiam. Quia prouidentia ad finem conſequendum inefficax, non ſupponit voluntatem conſequentem mediorum efficacium, ſed tantum ſufficientium ad finis conſequutionem.

59 *Ad 3.* Ad tertiam, conceſſo antecedenti, nego conſequentiam: ad cuius probationem dicatur, quod licet manifeſtatio attributorum Dei quatenus elucet in gloria, ſit finis mediatus reſpectu auxiliorum gratiæ: & conſequentèr non poſsint ad illum, prout ſic efficacia gaudere, niſi efficacia ſint ad gloriam, quæ eſt immediatus finis: quatenus tamen hæc manifeſtatio elucet in ipſis auxilijs, non eſt finis mediatus, ſed immediatus illorum; & ideò poſſunt efficaciter ad prædictum finem conducere abſque efficacia ad gloriæ conſequutionem.

Ad vltimam probationem dicatur, voluntatem gloriæ reproborum, quam ſupponit prouidentia generalis, qua ad gloriam ordinantur habere pro obiecto, non gloriam vt purè poſsibilem, ſed vt aliqualitèr futuram, non conditionatè, ſed abſolutè, non futuritione perfecta, ſed imperfecta; cum enim futuritio in determinatione cauſarum, & præcipuè in primæ cauſæ determinatione conſiſtat, quando prima cauſa determinata eſt per decretum efficax, dat perfectam futuritionem: quando per inefficax dat rei futuritionem imperfectam, quatenus ex tali decreto mouetur ad conferenda auxilia ſufficientia, quibus cauſa ſecunda determinetur, licet imperfectè, ad finis aſſequutionem. Quia ergo voluntas illa inefficax eſt, terminatur ad gloriam dando ei non perfectam, ſed imperfectam futuritionem. De quo plura diximus *ſupra quæſt.* 19. hic non repetenda. Voluntatem namque inefficacem liberam, eſſe in diuina voluntate formalitèr, in præſenti non diſputandum, ſed ſupponendum eſt. Et hæc de iſta diſputatione applicanda litteræ Magiſtri vbi præcedens.

60 *Ad 4.*

(*)



DIS-

DISPVTATIO SEXAGESIMA SECVNDA.

An substanti prædestinati sit suæ prædestinationis effectus?

§. I.

Relatis sententijs, statuitur prima conclusio.

Nu. 1. IN qua difficultate tria, vt indubitata supponimus, & aliud in examen vocamus. Primũ est, substantiam prædestinati secũdum se inspectã, vt intra limites puræ naturæ, esse non posse prędestinationis effectum. Tùm: quia effectus prædestinationis, illius finem respicere debent; at substantia prædestinati in prædicta consideratione finem prędestinationis non respicit, sed adęquate sistit intra limites puræ naturæ: ergo, vt sic, nequit esse prędestionis effectus. Tùm etiam, quia effectus prædestinationis non est indifferens ad eius finem, & finem reprobationis; at substantia prædestinati in prædicta consideratione indifferens est ad vtriusque finem; cum prædestinari, & reprobari possit: ergo vt sic, effectus prædestinationis non est. Tùm denique: nam vt sit effectus prædestinationis, debet ex intentione finis eius, qui est vita æterna, imperari; at ex hoc imperio necessario participat ordinationẽ, saltim extrinsecã, ad finẽ supernaturalẽ: ergo cõsiderata absolutè intra limites puræ naturæ, sub prædestinatione tãquà illius effectu cadere nequit.

Primum præsuppositum.

Prob. 1.

Secundo.

Tertio.

2 Secundum est, substantiam prædestinati nõ esse effectũ prædestinationis proximũ, & elicitũ; tũ, quia effectus prædestinationis elicitus debet esse, supernaturalis ratione sui, sicut actus elicitus à virtute, supernaturali infusa non potest non esse supernaturalis ratione sui, eo quod ipsa est supernaturalis; substantia autẽ prędestinati ratione sui supernaturalis non est. Tũ etiam: nã effectus elicitus prædestinationis debet ratione sui cũ supernaturali fine connecti; substantia autẽ prædestinati ratione suæ entitatis cum fine supernaturali connexionem non habet.

Secundũ præsuppositũ Prob. 1.

Secundo.

Tertio: quia est effectus elicitus providẽtiæ naturalis: ergo à supernaturali, qualis est prædestinatio, elicivè, seu quasi elicitivè non potest procedere, sed ad summũ imperativè. Cũ autẽ esse effectũ prædestinationis imperatum contingat duplicitèr, primo quoad ordinationẽ supponentẽ existentiã substantiæ prævisã: secundo, quoad existẽtiã; ita vt prima rei existentia imperetur ex intentione finis prædestinationis.

Tertio.

3 Vt omnibus notum in hac parte supponimus tertio, saltim primo modo esse prędestinationis effectũ, nec ab aliquo potest indubium vocari: substantia enim prædestinati ordinatur per prædestinationem ad gloriam, & ad illam transmittitur: ergo est effectus prædestinationis saltim quoad ordinem supponentẽ existentiam ex vi alterius providẽtiæ prævisam. Imò, & omnia entia naturalia, quæ sunt in hoc vniverso ad finẽ prædestinationis, saltim hoc modo ordinari, indubitatum censeo; cum dicat Apost. *Omnia, vestra sunt, vos autem Christi, Christus autem Dei*: quibus verbis appertè indicat omnia ad prædestinatos ordinari, vt ad finẽ, ptędestinatos autẽ ad Christum, & Christum ratione hu-

Tertium præsuppositum.

Probatur.

humanitatis ad Deum, id est ad eius gloriam.

4 *Punctus difficultatis apperitur.*

Difficultas ergo est de secundo modo imperij; an scilicet substantia prædestinati, licet ex vi alterius providentiæ, quasi elicitivè ad finem naturalem ordinetur, & producatur, non tamen ab illa procedat independenter à prædestinatione, & illius fine, sed vt ei subordinata tanquam imperanti, eo modo, quo actus cæterarũ virtutum ab illis eliciti, à charitate multoties procedunt, vt illorũ elicientiã imperante?

5 *Prima sententia. Vazq. Merac. Alarcon. Albelda. Serra. Salm.*

Qua in re tres reperio Theologorum sententias. Prima negans est, quam tuentur Vazquez *disp.* 93. *cap* 4 Meratius *disp.* 39. *assert.* 7 Alarcon *sect.* 9. *disp.* 4. *cap.* 2 & alij plures ex eadem familia. Tenent etiam ex nostris Albelda *disp.* 72. *sect.* 1. Cornejo *in præsenti art. disp. vnica dub.* 3. Serra *dub. vnico, conclusione* 6. & alij, quos referunt PP. Salmanticenses *disp.* 5.

Secunda.

Secunda docet substantiam prædestinati esse effectum prædestinationis, quando aliquâ ratione supernaturalitatis induit, saltim quoad modum, idest, quando miraculosè, & ex vi providentiæ aliquommodo supernaturalis producitur, secus verò, quando ex vi providentiæ communis, & naturali causarum concursu formatur. Hanc tenet Herice *disp.* 30. *cap.* 5. Falso in sui patrocinium adducens Suar. *Herice.*

Tertia.

Tertia, & verâ sententia defendit, substantiam prædestinati, etiam si ex naturali causarum concursu, & ordinaria Dei providentia ponatur in esse, effectum prædestinationis existere, non elicitum, sed imperatum. Ita ex nostris Magister Bañez *in præsenti, art. dub.* 2. Nazarius *controversia vnica*, Salmanticenses *disp.* 5. Magister Santo Thoma *disp.* 9. *art.* 5. Tenent etiam ex alienis Suarez *lib.* 3. *de prædestinatione, cap.* 7. Granadus *tract.* 6. *disp.* 2. Ruicius *disp.* 24. *sect.* 1. *& sequentibus*, & alij, quos referunt Salmanticenses vbi supra relati. Pro cuius explicatione sit.

Bañez. Nazar. S. Thom. Suarez. Granad. Ruizius.

6 *Prima cõclusio.*

Prima Conclusio. *Non repugnat ab intrinseco, quod substantia prædestinati sit effectus prædestinationis.* Contrarium huius conclusionis docere videntur primæ sententiæ Auctores, qui dum contendunt probare effectum prædestinationis non esse, id probant, argumentis repugnantiam indicantibus. Nostra tamen conclusio facili ratione suadetur, non enim repugnat, quod substantia prædestinati quoad sui existentiam fiat ex vi decreti, quo eligatur ad gloriam: ergo nõ repugnat ab intrinseco, quod sit prædestinationis effectus. Consequentia est evidens: omne enim, quod fit ex vi intentionis eligentis ad gloriam, per prædestinationem causatur: ergo si non repugnat substantiam prædestinati fieri ex vi decreti eligentis ad gloriam, non repugnabit esse prædestinationis effectum.

Probatur

7 *Antecedens prob. 1.*

Antecedens autem probatur primo: ex vi decreti quo eligitur Christus, vt sit filius naturalis Dei, fuit factus Christus, vt homo, qui est prædestinationis subiectum: ex vi etiam decreti ordinantis nonnem ad beatitudinem naturalem, posset fieri homo si consideretur in pura natura: ergo ex vi decreti efficaciter ordinantis ad gloriam potest fieri saltim imperativè substantia subiecti ad gloriam ordinati. Secundo: nam si aliqua repugnantia in hoc esset, maximè, quia substantia prædestinati, cũ sit gloriæ subiectum, debet ad illius intentionem supponi, & consequenter ex vi illius non potest fieri; at hæc ratio est nulla: ergo hoc non repugnat.

Secundo.

8 *Minor prob. 1.*

Probo minorem primo: nam id, quod est prius in genere causæ materialis, potest in genere causæ finalis esse posterius: ergo etiam si substantia prædestinati sit subiectum gloriæ, & consequenter prior illa in genere causæ materialis, potest ab illa in genere causę finalis causari, & consequenter ex intentione ad gloriam in genere causę moventis ad finem, & à prędestinatione in genere causæ dirigentis procedere: omne enim, quod à gloria causatur finaliter, ab intẽtione gloriæ causatur motivè, & à prędestinatione ordinativè.

Secundo.

Secundo probatur minor: potest substantia genita esse generationis subiectũ, & à generatione efficienter causari: substantia etiam creata est subiectum creationis, ab illaque effectivè causatur: ergo substantia prædestinati, estò sit prædestinationis subiectum, & ad illam in genere causæ materialis supponatur, poterit ab illa procedere directivè; & ab eius intentione motivè.

9 *Tertio probatur minor.*

Denique illa minor suadetur, licet namque potentia vitalis sit principium effectivum sui actus, & illius vt *quo* receptivum, potest fieri ex vi intẽtionis sui actus, vt finis: ergo pariter, licet substãtia prædestinati sit subiectum gloriæ, quam prædestinatio respicit, vt finem, poterit ex illius intentione procedere. Et omnium ratio est, quia non repugnat mutua inter duo causalitas in diverso genere causæ, qualiter inter intẽtionẽ ad gloriã, & substantiã prædestinati debet intervenire, vt ex intẽtione gloriæ procedat.

10 *Resp. 1.*

Si fortè dicatur, substantiam prædestinati non solum esse subiectum gloriæ ad illam in genere causæ materialis præsuppositum, sed etiam finem *cui* Deus gloriam intendit, & ideò non posse imperari

Contra 1. rari ex intentione gloriæ. In contrarium obstat primo, Christum, vt hominem, etiã esse finem *cui* Deus vult filiationem naturalem; & tamen fit ex vi eiusdem decreti, quo finis intenditur: ergo ex eo quod substantia prædestinati sit finis *cui* Deus intẽdit gloriam, non repugnat ab intentione

Secundo. gloriæ imperari. Secundo non obstante, quod sit finis *cui*, potest esse effectus gloriæ, vt finis *cuius gratia*: ergo illo non obstante

Tertio. imperari poterit ex gloriæ intentione. Tertio: nam finis *cui* non exeret aliam causalitatem respectu finis *cuius gratia*, nisi tantum subiecti; at cum hac causalitate stat ab intentione gloriæ imperari: ergo etiã si sit finis *cui* gloria intenditur, imperari potest ex intentione gloriæ.

11 Si fortè respondeatur secundo: ratione facta solum ostendi, posse substantiam

Resp. 2. prædestinati ex intentione gloriæ imperari, & esse prædestinationis effectum, si fiat per providentiam extraordinariã, aut miraculosam, sive aliquomodo supernaturalẽ, non autem si ex vi providentiæ omni modo naturalis causetur; vndè probatio facta, contra secundam sententiam non

Reijcitur solutio. conuincit intẽtum. In contrarium obstat, quod nulla est repugnantia in hoc quod providentia purè naturalis à supernaturali imperetur, cum Deus vt Auctor naturæ sibi quasi subordinetur, vt est Auctor gratiæ: ergo substantia ex vi providentiæ omnimode naturalis producta, poterit ab intentione gloriæ imperari nulla alia supernaturalitate interueniente, nisi quæ ab extrinseco prouenit ab intentione gloriæ imperante.

12 Quod etiam exemplo virtutum moralium probatur, possunt namque actus virtutum acquisitarũ à charitate imperi, quin

Confirm. alia supernaturalitas ponatur in illis, præter illã quæ prouenit à virtute imperante: ergo pariter providentia omnimode naturalis ratione sui poterit à supernaturali providentia imperari absque alia supernaturalitate, præter illã, quæ prouenit à supernaturali providentia imperante. Cum hoc tamen discrimine inter vtrũque casũ, quod cum actus virtutum moralium fiuẽt charitatis intrinsecè attingant, in priori sententia & consequentèr debeant esse intrinsecè supernaturales supernaturalitate medali, requiritur, quod virtus eliciens eleuetur intrinsecè ab imperante: secus autẽ prudentia naturalis, vt à supernaturali imperetur, ob causam oppositam, quia nempè effectus eius non ita ordinatur ad finem imperantis, vt intrinsecè illũ attingat, sed solũ extrinsecè per modũ subiecti.

13 Tertio respondebis ex M. Cornejo vbi *supra n.* 11. quod licet argumẽto facto pro

betur, posse substantiam prædestinati fieri ex vi decreti eligentis ad gloriam, non tamen probatur, posse esse effectum electionis ad gratiam, quæ posterior est electione ad gloriam, nec imperij in quo prædestinationis essentia consistit, & electionem ad gratiam supponit, eo quod illi duo posteriores actus electionem efficacem ad gloriam necessario supponunt, ex vi cuius substantia prædestinati futura constituitur. Ex quo infert implicare contradictionem, quod substantia prædestinati sit effectus electionis ad gratiam, seu imperij, in quo consistit prædestinationis essentia.

Sed contrà, quamvis intentio efficax 14
gloriæ, ex vi cuius gloria futura constituitur, præcedat electionẽ mediorum, & etiã *Reijcitur solutio.*
imperium, potest tamen gloria esse effectus imperij, in quo cõsistit prædestinationis essentia, vt fatetur Cornejo *disp. citata dub. 7.* similiter etiam quamvis electio efficax meritorum, & gratiæ, imperiũ præcedat gratia, & merita ex vi huius imperij causantur: ergo pariter quamvis ex vi intentionis efficacis gloriæ substantia prædestinati constituatur futura; & talis intentio electionem, & imperium præcedat, poterit nihilominus esse effectus imperij, & electionis.

Respondebis fortè, gloriam ex vi intentionis efficacis; & similiter gratiam, & 15
merita ex vi efficacis electionis constitui *Respond.*
futura solum inchoativè, & in ordine intentionis; vndè datur locus, vt imperium, ad illorum existentiam completam concurrat in ordine executionis: cæterum substantia prædestinati ex vi decreti intentivi gloriæ constitui debet futura cõpletè; & ideò tale decreto supposito, non remanet locus causalitati aliorum actuũ, qui hoc decretum supponunt.

Sed contra, nam ex vi decreti intenti- *Contrà.*
vi gloriæ solum requiritur, quod substantia prædestinati constituatur futura, vt sit subiectum gloriæ, quæ intenditur; at vt sit subiectũ gloriæ, vt futuræ solum inchoativè, & in ordine intentionis; sufficit futuritio substãtiæ prædestinati in eodem ordine, & inchoata: ergo ex vitalis decreti necessarium non est, quod substantia prædestinati completè, & in omni ordine constituatur futura, & consequentèr poterit ex vi imperij complete futura constitui.

§. II.

Obiectionibus in contrarium occurritur.

COntrà istam conclusionem obijciunt 16
contrarij Auctores non minus præ- *Arguitur primò.*
supponit subiectum productũ efficax

intentio accidentis, quam accidens ipſum; ſed gloria eſt accidens quoddam ſubſtantiæ prædeſtinati neceſſario ſupponens ſubſtantiam productam: ergo intentio efficax ad illam terminata ſupponit neceſſario ſubſtantiam prædeſtinati productam; & conſequenter nequit eſſe effectus illius, nec prædeſtinationis, quæ talem intentionem ſupponit.

Reſpond. Reſpondeo, ex dictis conceſſa maiori diſtinguendo minorem: ſupponit ſubſtantiam in omni genere cauſæ, nego minorem: in genere cauſæ materialis tantum, concedo minorem, & ſub eadem diſtinctione primi conſequentis, nego ſecundum quod ſub infertur: nam ex eo quod intentio efficax gloriæ ſubſtantiam prædeſtinati ſupponat in vno genere cauſæ, nempè materialis, non ſequitur, quod non ſit effectus illius in allio genere cauſæ, ſcilicèt finalis, quod ſufficit, vt ſit prædeſtinationis effectus.

17 *Replicabis.* Sed dices, vt ſubſtantia prædeſtinati eſſet poſterior intentione gloriæ in genere cauſæ finalis, deberet eſſe medium ordinatum ad gloriam; ſed ſubſtantia prædeſtinati, medium ad gloriam non eſt, ſed glorię ſubiectum: ergo nequit eſſe effectus illius in genere cauſæ finalis. *Cõfir. 1.* Confirmatur, & explicatur primo prædeſtinatio, vtpote providentia, tantum eſt de medijs, ſicuti, & electio, quam prædeſtinatio ſupponit, ſolum ad media terminari poteſt; at ſubſtantia prædeſtinati non eſt medium ad finem prædeſtinationis, ſcilicèt gloriam, ſed ſubiectum illius: ergo eſſe nequit prædeſtinationis effectus.

18 *Cõfir. 2.* Confirmatur, & vrgetur ſecundo, imperium in quo conſiſtit prædeſtinationis eſſentia, ſolum poteſt terminari ad finem, vt in executione cauſatum ex vi mediorum, & ad media, vt efficacitèr inferentia finem; at ſubſtantia prædeſtinati eſſe nequit effectus imperij, vt cauſata in executione ex vi mediorum gratiæ. Tũ, quia aliàs media gratiæ ad cauſandam ſubſtantiam ordinarentur, quod eſt falſum. Tùm etiam, quia ſubſtantia eſt in executione prior medijs, nec poteſt eſſe effectus imperij, rã quã medium inferens finẽ, vt in executione. Tùm, quia medium nõ eſt. Tùm etiam: quia connexione intrinſeca cum gloria nõ gaudet: ergo eſſe nequit prædeſtinationis effectus.

19 *Ad replicam reſp.* Reſpondeo ad obiectionem diſtinguendo maiorem: deberet eſſe medium ſtrictè, nego maiorem: largè, concedo maiorem, & ſub eadem diſtinctione minoris, nego conſequẽtiã: nam licet ſubſtantia prædeſtinati non ſit medium ſtrictè, quod ab extremis debet diſtingui, nempè ſubiecto, & fine *cuius gratia*: eſt tamen large medium, quatenus omne, quod ad alicuius finis exiſtentiam, quovis modo conducit, medium apellari poteſt, ex qua diſtinctione ad primam confirmationem conſtat ſolutio.

Ad 1. & 2. conf. Ad ſecundam conceſſa maiori, nego minorem pro ſecunda parte: ad cuius primam impugnationem conſtat ex dictis. Ad ſecundam dicatur; quod licet ſubſtantia prædeſtinati ratione ſuæ entitatis non ſit medium habens annexam infallibilem gloriæ aſſecutionem, poteſt tamen illam annexam habere ratione aliorum mediorum, cum quibus Deus ſubſtantiam ipſam connectere poteſt, non connexione intrinſeca, ſed ab extrinſeco, quod ſufficere, vt aliquid ſit prædeſtinationis effectus ex dicendis in ſequentibus apperrè conſtabit; præcipuè in noſtrorum Thomiſtarum ſententia.

20 *Inſtabis.* Sed inſtabis, id quod eſt medium non neceſſario ante electionem ſupponitur volitum, at ſubſtantia prædeſtinati neceſſario ſupponitur volita ante electionem mediorũ ex vi intentionis finis; cum hæc terminetur ad finem *cuius gratia*, & ad finẽ *cui*, qui eſt ſubſtantia prædeſtinati: ergo mediũ ad finẽ prædeſtinationis eſſe nõ poteſt. *Reſpond.* Reſpondeo, verã eſſe maiorem de eo, quod eſt mediũ in omni rigore, ſecus autẽ de eo quod largè obtinet rationem medij, quatenus medium eſſe ſubſtantiam prædeſtinati, iam diximus.

21 *Secundo arguitur.* Deinde contra illam poſſumus argumentari: decretum executivum gratiæ, & gloriæ, vtpotè poſterius decreto executivo ſubſtantiæ prædeſtinati, non poteſt ad illius productionem concurrere: ergo nec imperiũ, in quo prædeſtinationis eſſentia conſiſtit, poteſt eſſe cauſa directiva mediata, vel immediata ſubſtantiæ prædeſtinati, & conſequenter effectus prædeſtinationis eſſe non poteſt. Antecedens conſtat, nam decretum executivum commenſuratur quo ad ordinem prioritatis cum executione ipſa, vt *art.* 3. conſtabit. Conſequentia verò probatur, nam imperium eſt de medijs vt iam electis executioni mandandis: ergo ſi voluntas executiva gratiæ non poteſt voluntatem exequẽtem ſubſtantiam prædeſtinati antecedere, non poterit imperium de gratia, & gloria, imperium de ſubſtantia producenda antecedere.

22 *Confirm.* Confirmatur, nam actus imperans prior eſt actu imperato: ergo ſi providentia naturalis, à qua ſubſtantia prædeſtinati, quaſi elicitivè, id eſt vt immediatè dirigẽte procedit, imperatur à providẽtia ſuperna-

naturali prædestinativa in imperio efficaci constitente, debet imperiū prædestinativum, quod est de medijs super naturalibus prius existere, quam imperium naturale de substantia prædestinati; hoc autem est falsum: ergo.

23 *Resp.* Respondeo, prætermisso antecedenti negando consequentiam; & disparitas est; nam imperium est in confinio ordinis intentionis, & ordinis executionis: vnde potest aliquid ab vtroque ordine accipere, ab illo, præcedentiam in genere causæ finalis, & ab isto, posterioritatem in genere causæ materialis. Decretum autem exequens est vnum extremum: vnde præcedentia in genere causæ finalis nullatenus potest respectu alterius decreti executivi gaudere: ac proinde, cum sit in ordine executivo posterius nulla gaudet prioritate.

24 *Ad cōfirmationē.* Ad confirmationem dicatur, non intervenire in præsenti duplex imperium, etiam virtualiter distinctum, sed vnum, & idem cum duplici terminatione, altera ad substantiam prædestinati, vt priorem in genere causæ materialis respectivè ad gratiam, & gloriā, & alia ad gratiam, & gloriam in genere causæ finalis; & quia iste actus proponit voluntati vt viēti substantiam, vt propter gloriam electam, & in ordine ad illam executioni mandandam, est prius in genere causæ finalis secundum terminationem ad gloriam, & in genere causæ materialis, est prius secundum terminationem ad substantiam prædestinati.

§. III.

Quid de facto sit dicendum resolvitur.

25 *Secunda cōclusio. Prob. 1. ex Augustino.* SEcunda conclusio: *substantia prædestinati de facto est effectus prædestinationis cuiuscunque prædestinati.* Probatur primo ex Aug. *Epist.* 105. vbi explicans illud Pauli ad Rom. 8. *vt secundum electionem propositum Dei maneret*, sic ait: *Secundum electionem, qua facit eligendos, non qua inuenit illos*: ergo iuxta Aug. electio ad gloriam causa est substantiæ eligendorum; & consequentèr substantia prædestinatorum est prædestinationis effectus: omne namque, quod ab electione in ordine intentionis causatur est in executione effectus prædestinationis.

Secundo ex D. Tho. Secundo probatur ex D. Thomas *infra art.* 8. vbi in argumento sed contra probat, prædestinationem precibus Sanctorum iuvari ex illo *Genesis* 25. vbi dicitur quod Isaac rogabit Dominum pro Rebecca vxore sua, & dedit conceptum Rebeccæ, ex quo natus est Iacob; at si substantia Iacob prædestinati non esset prædestinationis effectus, argumentum D. Thom. non teneret: ergo sentit Ang. Doctor, substantiam prædestinati esse suæ prædestinationis effectum. Probo minorem: prædestinationem precibus Sanctorum iuvari, est illius effectus orationibus Sanctorum obtineri: ergo ex eo quod nativitas Iacob obtenta fuerit precibus Isaac, non colligitur prædestinationem Iacob, precibus Isaac iuvari nisi nativitas Iacob sit effectus prædestinationis eiusdem.

Si fortè dicatur, quod vt consequentia D. Thom. sit bona sufficit nativitatem Iacob taliter ad illius prædestinationem requiri, quod sine illa eius prædestinatio impleri non possit, etiam si effectus prædestinationis non sit. In contrarium obstant manifestè verba illa D. Thom. in corpore articuli: *Ita prædestinatur à Deo salus alicuius, vt etiam sub ordine prædestinationis cadat quidquid hominem promouet in salutem, vel orationes propriæ, vel aliorum, vel alia bona, vel quidquid huiusmodi, sine quibus aliquis salutem non consequitur*; at substantia prædestinati talis est, vt sine illa prædestinatus salutem non consequatur, imò nec consequi possit: ergo cadit sub ordine prædestinationis; & consequenter est effectus illius; omne namque, quod cadit sub ordine prædestinationis, est effectus illius saltim imperatus, sicut omne, quod cadit sub ordine charitatis, est effectus illius saltim imperatus. Obstant secundo verba D. Thom. *in 1. dist. 41. quæst. 1. art. 4. in corp.* ibi: *Vnde secundum hoc omnis causa cuius operatione interueniente completur effectus prædestinationis, dicitur prædestinationem iuuare.* Et post quam numeraverat causas inferiores de congruo, & de condigno, & per modum oppositionis, sic concludit corpus articuli: *Vel etiam naturali operatione; sicut motus cœli, & omnes causæ naturales iuuant prædestinationem, in quantum earum officio perficitur generatio, & sustentatio electorum.* Ex quibus verbis tale argumentum conficio: eatenus aliqua causa, sivè moralis, sivè naturalis prædestinationem iuvat, quatenus eius operatione perficitur effectus prædestinationis; at motus cœli iuvat prædestinationē, quatenus illo perficitur electorum generatio, & sustentatio: ergo hęc est prædestinationis effectus; & consequenter etiam electorum substantia est ex mente D. Thomæ effectus prædestinationis.

26 *Respōdebis.* *Contra 1.* *27 Secundo.*

Denique suadetur conclusio hac ratione; quidquid aliquomodo ad prædestinationem conducit, est effectus prædestinationis, si fiat ex intentione gloriæ; at substan-

28 *Vltima prob. conclus.*

stantia prædestinati conducit ad prædestinationem, & alias fit ex intentione gloriæ, quæ est finis prædestinationis: ergo de facto est effectus illius. Consequutio est evidens, maior certissima, non enim requiritur, quod aliquid conducat meritorie, aut dispositivè, vt sit effectus prædestinationis; prædicatio namque, exteriores occasiones benè operandi, miracula, & alia quibus homo ad bonum excitatur, effectus sunt prædestinationis in sententia contrariorum; & tamen nec meritorie, nec dispositive conducunt: ergo quivis modus conducentiæ sufficit, vt aliquid sit prædestinationis effectus, si fiat ex intentione gloriæ, quæ est finis prædestinationis.

29 *Minor pro 1. pro batur.*

Minor etiam pro prima parte negari non potest, nam substantia prædestinati est conditio sine qua non potest prædestinatio adimpleri, est etiã causa efficiens, *vt quod* actuum, quibus homo, vel Angelus gloriam meretur, est causa efficiens physica gloriæ meritis potentijs, & formis supernaturalibus elicientibus, potest etiam esse motivum per modum obiecti gratiarum actionis pro beneficio creationis, quem modum conducentiæ sufficere, vt aliquid sit prædestinationis effectus, *infra* constabit: conducit ergo ad prædestinationem substantia prædestinati sufficienti modo, vt sit effectus tacitum imperatus illius.

Pro 2. suadetur.

Pro secunda parte, in qua est difficultas, suadetur, vt enim constat ex prima conclusione, non repugnat ex natura rei & ab intrinseco, quod substantia prædestinati fiat ex intentione gloriæ, & alias sic fieri congruit extensioni prædestinationis in providendo, & magis ostentat amorem Dei erga electos, & curam quam de illis habet: ergo de facto fit ex intentione gloriæ.

30 *Respondebis.*

Respondebis, quod licet non repugnet repugnantia ab intrinseco, repugnat tamen de facto secundum ordinem decretorum Dei, quæ communiter statuuntur à Theologis; datur enim in Deo providentia generalis intra ordinem naturæ reprobis, & prædestinatis communis, cuius effectus est præstimati substantia, & decretum ad gloriam præcedit: providentia etiam supernaturalis omnibus hominibus communis, secundum quam omnes ordinat sufficienter ad gloriam, prior est decreto electivo: decretum etiam permittẽdi originalem culpam prius est prædestinatione; cum iuxta Augustinum, & D. Thomam peccatum originale, hominum, imò, & Christi prædestinationem præcedit, peccatum autem originale, & providentia supernaturalis generalis substantiam prædestinati, præsupponunt: vnde iuxta ordinem horum decretorum, quem negare non possumus repugnat quod de facto substantia prædestinati sit effectus electionis ad gloriam, & prædestinationis.

Sed contra primo: ex eo quod ista decreta, & providentiæ sint priora decreto electivo, & prædestinatione, non sequitur esse independentia ab illis: ergo nec sequitur effectus illorum ex vi decreti electivi, & prædestinationis non causari. Consequentia est bona, si namque cum prioritate stat dependentia decreti prioris ab illo quod præcedit, stabit etiam, quod effectus decreti prioris, à decreto quod præcedit causetur. Antecedens autem non minus certum videtur: stat enim optimè vnum decretum alicd præcedere in vno genere causæ, & in alio dependere ab illo: ergo ex eo quod providentia naturalis creativa, & supernaturalis generalis, & decretum permittẽdi peccatum originale priora sint decreto electivo, & prædestinatione, non sequitur ab illis non dependere. 31 *Contra 1.*

Secundo ad hominem contra nostros Thomistas, qui vniformitèr docent, omnia auxilia sufficiencia in prædestinatis esse effectus prædestinationis; & tamen auxilia sufficientia sunt effectus providentiæ generalis supernaturalis, quæ prior est providentia speciali, in qua prædestinatio consistit, vt fatentur etiam nostri Thomistæ: ergo ex eo quod substantia prædestinati sit effectus providentiæ naturalis, & hæc prædestinatione sit prior, malè colligitur non esse de facto effectum prædestinationis. 32 *Secundo.*

§. IV.

Tribus argumentis occurritur.

CONtra istam conclusionem obijciunt 33 contrarij Authores primo, nam iuxta Aug. prædestinatio est gratiæ præparatio; at substantia prædestinati gratia non est; cum gratia à subiecto, cui fit debeat distingui, substantia autem prædestinati à subiecto non distinguatur: ergo nequit esse prædestinationis effectus. *Arguitur primo.*

Respondeo primo, distinguendo, seu explicando maiorem: est præparatio gratiæ, quæ largè, aut stricte est gratia, concedo maiorem solum stricte gratia, nego maiorem: & sub eadem distinctione minoris, nego consequentiam licet substantia prædestinati, non sit stricte gratia. Tum, quia a subiecto indistincta. Tum, quia non est supra naturam subiecti: est tamen gratia largè, vt enim asseritur in Spirit. quinque Episcoporum ad Innocentium, *qualem non improbanda ratione dicitur gratia Dei, qua* *Respon. 1.*

qua creati sumus. Quod etiam docet Hieronym. *Dialog. 1. contra Pelagianos propè initium, & tract. de grat. & libero arbit. columna vltima*, & Aug. *lib. de spiritu, & litera, cap. 35.* Vbi horum nostrum arbitrium gratiam apellat. Et licet, vt aliquid sit effectus prædestinationis elicitus requiratur quod sit gratia stricte, vt tamen sit effectus imperatus, & remotus, sufficit quod large sit gratia. Et quidem argumentum instatur in casu substantiæ miraculosè formatæ, in quo, fore gratiam per Christum substantiæ generationem fatetur Vazquez *loco allegato ad finem capituli*: & consequenter fateri tenetur forè prædestinationis effectum in eodem casu, vt rectè contra ipsum arguit Alarcon *vbi supra*; & tamen substantia in tali casu, gratia stricte non esset, sed solummodo largè.

Instatur argum.

34 *Resp. 2.* Vel secundo, distinguo maiorem: est præparatio gratiæ, quoad effectus elicitos, in ordine ad quos diffinitur, concedo maiorem: quoad imperatos, sub distinguo: gratiæ, quæ intrinsecè, & ratione sui sit gratia, nego maioremtextrinsecè, & ratione alterius, cui subordinatur, & ad quod ordinatur, concedo maiorem: & sub eadem distinctione minoris, distinguatur consequens, & concedatur non esse effectum prædestinationis elicitum, negetur autem non esse imperatum. Itaque sicut charitas diffinitur penes ordinem ad actus elicitos; non verò ad actus imperatos, & vt aliquis actus impetetur ab illa necessarium non est, quod ratione sui, & intrinsecè actus dilectionis Dei super omnia sit, sed sufficit, quod ad dilectionem illam ordinetur: ita similiter prædestinatio diffinitur ab Aug. penes ordinem ad effectus elicitos, & illi ratione sui debent obtinere rationem gratiæ: hoc tamen non obstante poterit substantia prædestinati esse effectus imperatus prædestinationis, etiam si ratione sui, & intrinsecè gratia non sit per hoc, quod ad id, quod ratione sui gratia est, ordinetur.

35 *Secundo arguitur.* Secundo obijciunt, nam iuxta Aug. Epist. 105. *Christus non pro iustis, vt homines conderentur, sed pro impijs mortuus est, vt iustificarentur*: ergo hominis generatio non est effectus meritorum Christi; & consequenter nec prædestinationis nostræ. Secunda consequentia ex prima euidenter colligitur; omnis namque effectus nostræ prædestinationis est effectus meritorum Christi. Prima autem probatur, nam Christus mortuus dicitur propter omne id, quod ex eius meritis caufatur: ergo si non est mortuus propter hoc, quod homo generetur, hominis generatio effectus meritorum Christi non est.

Et cõfirmatur, nã iuxta Aug. *Epistolitara, & Epist. 90. & 91.* alia est gratia creationis, ac gratia sanctificationis: vndè Pelagius, gratiã, & eius necessitatẽ fuit confessus, dolose *gratiæ* nomine intelligẽs gratiã creationis, & sic PP. Concilij Palatini fefellit propter quod damnatur à PP. & illius retractatio reijcitur, quia non fatebatur necessitatẽ gratiæ iustificationis: at effectus prædestinationis pertinet ad gratiã iustificationis; generatio autem substantiæ prædestinati ad gratiam creationis: ergo hæc, effectus prædestinationis non est.

36 *Confirm.*

Respondeo multa deputari meritis Christi, propter quæ tamen non dicitur mortuus; mervit enim sibi Christus gloriam corporis, & sui nominis exaltationem, vt in confesso est apud omnes Catholicos: meruit etiam illuminationes, & gaudia accidentalia Angelorum, vt fatetur Vazquez, cuius est argumentum 3. part. *disp. 99. cap. 6.* & tamen non dicitur mortuus propter gloriam corporis, & sui nominis exaltationem, nec propter illuminationes, & gaudia Angelorum. Mors etiam præmatura illius, qui rapitur, ne malitia mutet intellectũ eius, effectus est meritorum Christi, & propriæ prædestinationis, vt fatetur Vazquez vbi *supra* relatus. Nativitas etiam parvuli propè fontem ex qua provenit, quod illi ministretur Baptismus, & in gratia decedat, est effectus suæ prædestinationis; & consequenter meritorum Christi, & tamen non dicitur Christum esse mortuum pro aliquo, vt citò moriatur, nec vt propè fontem nascatur. Similiter etiam bona indoles, & bonum ingenium, effectus sunt prædestinationis, vt fatentur plures, qui præfato argumento vtuntur; & tamen non est verum cum proprietate dicere, Christum mortuum esse pro aliquo, vt bona indole, optimoque ingenio dotetur: ergo ex eo quod asserat Aug. Christum non esse mortuum pro hominibus vt homines nascerentur, perperam colligitur nativitatem hominis non esse effectum prædestinationis.

37 *Resp.*

Instatur argum. multis exẽplis.

Et omnium ratio est, quia particula *propter*, & particula *vt* denotat finem præcipuum inter proximos mortis, & Passionis Christi, & quia licet hæc sub merito Passionis Christi comprehendantur, non tamen sunt fines præcipui illius mortis, sed ad præcipuum finem proximum ordinata, scilicèt iustificationem, & gloriam, ideò, licèt meritis Christi deputentur, non dicitur Christus propter illa mortuus.

38 *Ratio doctrinæ & exemplorum traditur.*

Instabis, sequitur ex hac solutione, non dici cum proprietate Christum esse mortuum, vt homines iustificarentur, contra veritatem, & contra secundam partem pro-

39 *Instabis.*

propositionis Augustini; cum iustificatio ad glorificationem, vt ad finem præcipuũ
Resp. ordinetur. Respondeo, quod licet iustificatio ad gloriam ordinetur, tamen propter se ipsam etiam intenditur. Vndè etsi sub priori ratione id cum proprietate verificari nequeat, benè tamen sub secunda: substantia autem prædestinati, & alia entia naturalia propter se ipsa per mortem intendi non possunt, & ideò sub nulla ratione potest cum proprietate verificari Christum propter illa mortuum.

40 Ad conf. Ad confirmationem dicatur, gratiam creationis ratione sui à gratia sanctificationis distingui: hoc tamen non obstat, quin ea, quæ cadunt sub gratia creationis ex vi providentiæ supernaturalis, & iustificativæ imperentur. Nec Pelagius damnatur, quia istam gratiam creationis sub gratia iustificationis posuerit, sed quia solum agnoscebat necessitatẽ gratiæ creationis, & notitiæ legis, & omnis alterius gratiæ intrinsecus moventis necessitatem negabat. Illius autem discipuli, scilicèt Semipelagiani, etsi istius gratiæ necessitatem fatererentur, asserebant tamen ex viribus naturæ obtineri, seu ab operibus viribus naturæ editis, exordium sumere, vel tanquam à meritis congruis, vel tãquam ab occasione, & ansula, quam Deus expectabat, vt vlteriorem gratiam largiretur, quorum vtrumque longè à nostra distat sententia.

41 Tertio arguitur testimonijs D. Thom. 1. est. Secundũ. Tertio obijciunt D. Tho. 3. *part. quæst.* 1. *art.* 4. *ad* 4 vbi docet, quod prædestinatio supponit præsentiam futurorum: ergo à fortiori substantiam prædestinati futuram supponit; & consequentè non est prædestinationis effectus; id namque, quod ad prædestinationem supponitur, effectus illius non est. Et ad Romanos 8. *lect.* 6. explicans illa verba: *Quos prædestinauit, hos & vocauit*, sic ait: *Primum autem in quo incipit prædestinatio impleri, est vocatio hominis, quæ quidem est duplex, vna exterior, quæ fit ore prædicatoris*, &c. At si substantia prædestinati esset effectus prædestinationis, nõ esset vocatio primum in quo incipere prædestinatio impleri, sed prius inciperet impleri in productione substantiæ: ergo ex mente D. Thom. substantia non est prædestinationis effectus. Et *super cap.* 1. *eiusdem epist. lect.* 3. post quam asseruit, prædestinari nihil aliud esse, *quam ante in corde disponere, quid fit de aliqua re faciendum*, hęc verba subiunxit: *Potest tamen aliquis de futura re, seu operatione disponere vno modo quantum ad ipsam rei constitutionem, sicut artifex disponit qualitèr debeat facere domum: secundo modo quantum ad ipsum vsum, vel gubernationem rei, & ad hanc secundam prædispositionem pertinet prædestinatio, non ad primam: id enim, quo aliquis vtitur refert in finem, sed cum res in se ipsa constituitur, nõ dirigitur ex hoc ipso ad aliud. Vnde prædispositio constitutionis rei, propriè prædestinatio dici non potest.* Et paucis interpositis ait: *Relinquitur ergo, quod prædestinatio dicatur propriè eorum solum, quæ sunt supra naturam, in quæ rationalis creatura ordinatur*: at generatio substantiæ prædestinati pertinet ad rei constitutionem, & supra naturam non est: ergo effectus prædestinationis propriè non est.

42 Tertium.

43 Resp. ad 1. testimonium. Respondeo ad primum testimonium, prædestinationem supponere præscientiã futurorum pertinentium ad lineam naturæ, qualis est substantia prædestinati, in vno genere causæ, scilicèt materialis, cũ quo benè stat, ad ipsam, & eius productionem in alio genere causæ supponi, scilicèt ordinantis, & dirigentis; & consequentèr esse effectum illius. Ad secundum (quod etiam contrarij Authores solvere tenentur; cum asserant circumstantias nativitatis, quales sunt nasci tali tempore, & loco, & ex patribus non infidelibus, &c. quæ primam vocationem præcedunt) dicatur vocationem esse primum in quo incipit prædestinatio impleri, vel inter effectus elicitos, si vocatio effectus elicitus sit, vel inter ea, quæ ad prædestinationem, vt propria media ordinantur, non verò absolutè; substantia autem prædestinati, etsi sit prædestinationis effectus, non est effectus tanquam medium in toto rigore, vt in prima conclusione diximus, sed tanquam subiectum. Ad secundum.

44 Ad 3. Ad tertium testimonium dicatur generationem substantiæ, & præ dispositionem illius considerari posse dupliciter, scilicèt præcisè in ordine ad agens, vel prout ad finem dirigitur. Primo modo prædispositio illius non est prædestinatio, sed ars, vt ducuit D. Thom. *quæst.* 5. *de veritate, art.* 1. *ad* 9. Secundo autem modo, si dirigatur ad finẽ naturalẽ, est providentia naturalis, si ad supernaturalẽ sufficiẽtèr, est providẽtia supernaturalis generalis, si efficacitèr, est prædestinatio; & consequentèr substantia prædestinati, vt subest primo ordini ad finem, est effectus providentiæ naturalis, vt subest secundo, est effectus providentiæ supernaturalis generalis, & vt subest tertio, est effectus prædestinationis. Quando aũtem ait D. Thom. prædestinationem propriè, solum esse eorum, quæ excedunt facultatem naturæ, vel intelligendus est de effectibus elicitis, vel si de imperatis debere excedere facultatem naturæ quoad ordinem, non autem quoad substantiam.

Sed

Digitized by Google

45 *Instabis.* Sed instabis: ergo substantia prædestinati solum quoad ordinem erit prædestinationis effectus, non autem secundum suã entitatem. Patet consequentia, nam primo, & non secundo modo excedit naturæ facultatem: ergo solum primo modo erit prædestinationis effectus. *Resp.* Respondeo, aliud esse id ratione cuius effectus prædestinationis constituitur, aliud verò id quod est prædestinationis effectus: solus ordo est id ratione cuius, non tamen solus ordo est id, quod est effectus, sed etiam entitas ipsa substantiæ: sicut ordo ad finem charitatis est id ratione cuius actus Religionis (verbi causa) est effectus imperatus a charitate, non tamen solus ordo est effectus, sed entitas ipsius actus Religionis est, quæ vt *quod* imperatur.

§. Vltimus.

Cætera argumenta soluuntur.

46 *Quarto arguitur.* QVarto obijciunt, nam contentio PP. cum Pelagio, & reliquijs Pelagianorum intendentium probare non dari causam prædestinationis ex parte nostra, intelligitur de causa primi effectus prædestinationis; at si substantia prædestinati esset primus prædestinationis effectus, Pelagius, & ipsius reliquiæ à Patribus non dissentirent; cum nullus illorum decuerit dari ex parte nostra causam doni creationis: ergo substantia prædestinati effectus prædestinationis non est.

47 *Confir. 1.* Confirmatur primo, si substantia prædestinati esset effectus prædestinationis, esset primus effectus, sed hoc dici non potest: ergo. Probatur minor: si namque primus effectus esset, etiã si quis assereret dari ex parte nostra causam primæ vocationis ad fidem, non cogeretur dicere dari ex parte nostra causam prædestinationis; consequens est falsum, & contra communem Theologorum sententiam: ergo & illud ex quo sequitur. Probatur sequela, dari ex parte nostra causam prædestinationis, idem est, ac dari ex parte nostra causam primi effectus illius; at quamvis daretur ex parte nostra causa primæ vocationis, non daretur causa primi effectus prædestinationis; cum substantia prædestinati esset primus effectus, cuius causa non datur: ergo dato quod sit primus prædestinationis effectus sequitur manifestè eum, qui fateretur dari ex parte nostra causam primæ vocationis, non ideò teneri concedere dari ex parte nostra causam prædestinationis.

48 *Confir. 2.* Confirmatur secundo, si substantia prædestinati esset primus prædestinationis effectus, necessarium erat ipsam esse causam aliorum donorum, quæ ex meritis Christi conferuntur prædestinato; at non potest esse causa, seu occasio ad quam Deus aspiciens conferat alia dona, vt in consilio est, apud omnes Catholicos: ergo idem quod prius. Maior probatur, effectus namque prædestinationis sunt inter se connexi; at nisi prior sit causa, vel occasio cæterorum non possunt esse connexi: ergo vt substantia prædestinati sit primus effectus prædestinationis, debet esse causa, & occasio cæterorum.

49 *Resp. Instando argum.* Respondeo hoc argumentum Vazquij cum suis confirmationibus ab ipso esse solvendum; cum asserat circunstantias nativitatis, esse effectum prædestinationis quarum ex parte nostra causam dari Pelagiani non asseruerunt, & hoc non obstãte Patres contra illos contendunt in nullo homine dari causam prædestinationis, id est primi effectus illius, quin Pelagiani in aloquo homine particulari cum Patribus consentire censeantur: ergo ex hoc, quod substantia prædestinati in omnibus sit suæ prædestinationis effectus, & huius causam dari non dicant Pelagiani, non sequitur convenire cum Patribus contra ipsos contendibus non dari ex parte nostra causam prædestinationis, id est primi effectus illius.

50 *Instatur 1. confir.* Et confirmatio evidentèr instatur in eodem exemplo; circunstantiæ namque nativitatis, in eo in quo sunt prædestinationis effectus, sunt effectus priores vocatione; & tamen qui assereret in tali subiecto ex parte sua dari causam primæ vocationis consentiret Pelagio, & Patribus esset advertus, quantumvis negaret talium circunstantiarum causam dari ex pane subiecti prædestinati: ergo paritèr de substantia prædestinati est dicendum.

Et similiter 2. Ex quibus etiam constat inefficacia secundæ confirmationis; nam circunstantiæ sunt effectus prædestinationis; & tamen non sunt occasio, vt Deus hominem vocet ad finem; non enim ideò Deus hominem ex parentibus fidelibus natum vocat ad fidem, quia natum ex illis, vel in tali tempore, aut loco: ergo ex eo quod substantia prædestinati sit primus prædestinationis effectus, non sequitur debere esse occasionem, seu motivum vocationis, & aliorum donorum, quæ per prædestinationem causantur.

51 *Ad arg. resp.* Ad argumentum, ergo respondeo dissensionem PP. cum Pelagio, & eius reliquijs esse de causa primi effectus eliciti, & proportionati prædestinationis, scilicèt internæ motionis supernaturalis ad bonum, quam esse necessariam PP. contra Pe-

Error Pelagij, & Semipelag anorum declaratur.

Pelagium contendunt quin vllam aliam gratiam esse necessariam dicebat nisi gratiam creationis, & externæ legis propositionis. Et contra Semipelagianos huius primæ gratiæ, & primi effectus causam nō dari qua licet illi à Pelagio discesserint affirmantes huius primæ gratiæ intrinsecè moventis necessitatem; asserebant tamen dari causam illius ex parte nostra, scilicèt bona opera ex viribus naturæ profecta, quæ iuxta illos, Deus expectabat & attendebat, vt interiorem gratiam prorrogaret. Vndè iuxta hanc doctrinam admissa maiori, nego minorem; nam licet Pelagius, & Semipelagiani fateantur non dari causam ex parte hominum primi effectus imperati, dissentiunt tamen à PP. cum asserant dari ex parte nostra, causam meritoriam, seu ansulam, & occasionem præbentem primi effectus eliciti, scilicèt internæ motionis, & illuminationis, quod PP. catholice negant.

52 *Ad 1. cōfirm.*

Ad primam confirmacionem concessa maiori, nego minorem: ad eius probationem, distinguo maiorem: non teneretur dicere dari ex parte nostra causam prædestinationis adæquatè, concedo maiorem: causam prædestinationis quoad primum effectum supernaturalem, nego maiorem, & concessa minori, nego consequentiam, quia non solum est inconveniens in Theologia concedere causam primi effectus absolutè, & prædestinationis prout ordinat illud, sed etiam est inconveniens asserere dari ex parte nostra causam primi effectus supernaturalis, & prædestinationis, vt illū imperantis, & de hoc est inter Semipelagianos, & Ecclesiæ PP controversia, vt argumentum solventes dicebamus.

53 *Ad 2.*

Ad secundam, distinguo maiorem: causam physicam, vel moralem, concedo maiorem: causam moralem semper, nego maiorem: & sub eadem distinctione minoris, nego consequentiam: quia vt substantia sit primus effectus, necessarium nō est esse causam aliorum effectuum moralem per modum meriti, impetrationis, aut dispositionis, sivè per modum ansulæ, & occasionis, quam Deus expectat, vt infundat cætera dona, vt aliqui ex Semipelagianis de operibus naturæ asserebant. Nec requiritur esse ab intrinseco cum supernaturalibus donis conexam, sed sufficit esse causam physicam efficientem respectu actuum supernalium, & subiectiva respectu aliorum bonorum, & conditio sine qua non respectu omnium, & aliàs cum illis conexam extrinsecè ratione extrinsecæ ordinationis Dei.

54

Quinto obijciunt, prædestinatio nostra supponit culpam originalem: cum illam supponat prædestinatio Christi, vt ex Aug. docet D. Thom. 3. *part. quæst.* 1. *art.* 4 nostra autem sit prædestinatione Christi posterior, vtpote ab illa exemplata; at peccatū originale supponit substantiam omnium prædestinatorum ex vi providentiæ naturalis productam: ergo de primo ad vltimum prædestinatio nostra supponit prævisam substantiam prædestinati; & consequentèr non est effectus illius. *Quinto arguitur.*

Resp.

Respondeo ex dictis inter probandam nostram conclusionem distinguendo maiorem: supponit prædestinatio peccatum originale in vno genere causæ, scilicèt materialis, concedo maiorem: in omni genere causæ, nego maiorem, & concessa minori, distinguo consequens: supponit prædestinatio substantiam prædestinati, prioritate *à quo* in vno genere causæ, concedo consequentiam in omni genere causæ, seu prioritate *in quo*, nego consequentiam. Ex quo non infertur, quod substantia prædestinati non sit effectus prædestinationis: quia ad hoc, quod sit effectus illius, sufficit quod licet in genere causæ materialis supponatur ad illam, subsequatur in alio, nempè in genere causæ finalis.

55 *Replicabis.*

Sed contra istam solutionem opponēs, substantia prædestinati est prior providentia supernaturali communi, qua Deus de auxilijs sufficientibus providet, at hæc præcedit prædestinationem talitèr quod in nullo genere causæ est illa posterior: ergo substantia prædestinati talitèr prædestinationem præcedit, quod in nullo genere causæ ab illa causatur. Probatur minor; id quod est prius alio subsistendi consequentia, talitèr est prius illo, quod in nullo genere causæ ab illo causatur; eo enim ipso, quod ab illo causetur, valebit consequentia; cū ab effectu ad causā semper cōsequētia subsistat; at providentia super naturalis generalis prior est subsistendi consequentia prædestinatione; cum valeat benè: *Prædestinatur quis: ergo sufficientèr ordinatur ad gloriam:* è contra tamen non valet: *Aliquis sufficientèr ordinatur ad gloriam: ergo prædestinatur;* cum insetur in reprobis: ergo talitèr prædestinationem præcedit, quod in nullo genere causæ est illa posterior.

65 *Resp.*

Respondeo, quod licet providentia supernaturalis sit prior subsistendi consequentia respectu prædestinationis si illa attendatur præcisè, quoad intrinseca, vt instantia reproborum convincit, considerata tamen quoad extrinseca, nempè intōtionem efficacem divinam ex qua in prædestinatis illius effectus scilicèt auxilia sufficientia, imperantur, tali prioritate nō gaudet, & hoc sufficit, vt providentia illa sit posterior prædestinatione in genere can-

causæ finalis, licet præcedat prædestinationem ingenere causæ efficientis, quatenus auxilia sufficientia sunt principia effectiva actuum, quibus pervenitur ad gloriam.

75 *Sexto arguitur.* Sexto arguitur, vt aliquid sit prædestinationis effectus, debet esse proprie medium respectu gloriæ, at substantia prædestinati non est proprie medium, vt primâ conclusionem defendebamus: ergo non est prædestinationis effectus. Probatur maior: prædestinatio, vtpotè in imperio propriæ dicto consistens, electionem propriè dictam suorum effectuum supponit; at electio propriè talis, non nisi circà media, quæ sunt propriè media versatur: ergo effectus prædestinationis esse non potest, quod propriè medium respectu finis prædestinationis non est. *Minor prob. 1.* Minor probatur primo; nam electio specificatur à medio: ergo vt aliquis actus propriè electio sit, debet erga medium propriè tale versari. Secundo, nam sicut intentio est de fine, ita electio est de medijs; at intentio, quæ propriè intentio est, finem propriè talem respicere debet: ergo electio quæ propriè electio est; id quod non est propriè medium, non potest attingere.

58 *Resp.* Respondeo negando maiorem: ad cuius probationem, concessâ maiori, distinguo minores: elicitivè, concedo minorem: imperativè, nego minorem; & distinguo consequens eodem modo. Itaque electio dupliciter potest aliquod obiectum attingere; primo elicitivè, seu quasi elicitivè, & sic solum potest erga media propriè dicta versari. Secundo imperativè, & sic potest attingere omne id, quod ad media quę sunt illius obiectum, quovis modo concurrit: & quia substantia prædestinati habet concursus iam explicatos ad dona gratiæ, quæ sunt effectus eliciti prædestinationis, & electionis; consequens fit, quod ad electionem, & prædestinationem attingatur non elicitivè, sed imperativè.

Ad duas probationes minoris. Ex quo advtramque probationem constat solutio: intentio namque licet immediatè solum sit de fine, mediatè tamen, & imperativè, etiam erga media versatur.

59 *Replica bis.* Sed dices: merita Christi Domini ad finem, & media nostræ prædestinationis maximè conducunt, quin sint effectus nostræ prædestinationis; sed hoc nō alia ratione, nisi quia nō sunt cum proprietate media: ergo nec imperativè, nec elicitivè potest esse prædestinationis effectus: quod propriè medium non est. *Resp.* Respondeo, negando minorē: sed ideò non sunt nostræ prædestinationis effectus, quia Christi merita sunt causa meritoria electionis omnium prædestinatorum ad gloriam; & consequentèr ex illa, præparatio, seu decretum meritorum Christi præparari non potuit: alias principium meriti sub merito caderet.

60 *Septimo arguitur.* Septimo argumentari possumus: voluntas illa, qua Deus vult omnibus hominibus gloriam, est prior voluntate efficaci prædestinativa; sed hæc substantiam prædestinatorum, vel causat, vel supponit: ergo voluntas prædestinativa substantiam prædestinati supponit; & consequentèr illa non est propriè prædestinationis effectus.

Resp. Respondeo, voluntatem illam esse priorem voluntate executivâ prædestinativa, non autem voluntate intentiva, imò potius hac est posterior; nam primum decretum ordinis intentionis post decretum prædestinationis, fuit decretum efficax intentivum gloriæ prædestinatorum. Intentio autem inefficax gloriæ, tàm reprobis, quàm prædestinatis conferendæ, ex intentione gloriæ efficaci respectu prædestinatorum processit; cum omnia auxilia sufficientia, tàm reprobis, quàm prædestinatis concessa, quæ sunt prædictè inefficacis voluntatis effectus, sunt effectus electionis efficacis prædestinatorum ad gloriam.

61 *Replica bis. 1.* Sed contra istam solutionem opponet aliquis primo, Voluntas illa reprobis, & prædestinatis communis, est prior decreto efficaci mittendi Christum, vt Redemptorem; sed hoc decretum est prius electione efficaci prædestinatorum ad gloriam: ergo voluntas illa communis, efficacem electionē prædestinatorum præcedit. Patet maior; Christus fuit decretatus, vt Redemptor ex intentione redimendi omnes homines, & omnes perducendi ad salutem saltim quo ad sufficientiam: ergo voluntas inefficax salutis omnium hominum est principium voluntatis decernentis Christum, vt Redemptorem.

Secundo. Secundo, voluntas illa est voluntas antecedens; sed voluntas antecedens, est prior voluntate consequenti, qualis est electio efficax prædestinatorum ad gloriā: ergo voluntas illa est prior voluntate efficaci electiva. Minor probatur: nam iuxta Div. Thom. *supr. quæst. 19. art. 6. ad 1.* voluntas id circo dicitur antecedens: quia est de obiecto secundum se; consequens autem dicitur, quia est de obiecto cum omnibus circumstantijs; sed consideratio obiecti secundum se est prior consideratione eiusdem cum omnibus circumstantijs: ergo voluntas antecedens prior est voluntate consequenti.

62 *Tertiò.* Tertiò; nam intentione finis solum est posterior electio; sed voluntas illa generalis de omnium hominum salute, non electio, sed intentio est: ergo non est electione

ne intentiva prædestinatorum ad gloriam posterior.

Quarto. Quarto, nam ordo inter divina decreta naicitur ex ordine quem servant obiecta decretorũ inter se; sed gloria, vt est obiectu voluntatis inefficacis, non subordinatur gloriæ, vt est obiectum efficacis intentionis; sed potius est illa prior; cum sit obiectum secundum consideratione antecedentem: ergo voluntas illa generalis non est volentate intentiva efficaci prædestinatorum posterior, sed prior.

63 *Ad 1. replicã respõdetur.* Respondeo ad primam ex his obiectionibus, negando maiorem: ad probationem, nego antecedens: nam licet Christus prædestinatus sit, vt homines quoad sufficientiam redimiret ly *vi* dicente finem *cui* effectus, & vtilitatis, non tamẽ est prædestinatus ad homines perducendos ad gloriam, vt finem *qui*, aut *cuius gratia*, vt docuimus *tom 1. in 3. part. disp. 8. num. 184. & sequent b. s.* Licet autem, id quod decernitur ad aliquid, vt finem *cuius gratia*, illius, intentionem, vt priorem: supponat, id tamen, quod ad aliquid ordinatur, vt ad *finem cui* vtilitatis; & finem effectum, non est necessum quod talem intentionem supponat, & ex illa procedat, sed sufficit quod illam virtualitèr includat, vt *infra articulo tertio* dicemus. Et quia inter illa quæ Christus tanquam finem effectum respexit, prior est gloria, vt efficacitèr electis intenta, & deinde eadem gloria, vt sufficientèr omnibus à Deo desiderata: consequens est, quoc voluntas illa generalis, non sit prior electione ad gloriam.

64 *Ad 2.* Ad secundam, nego minorem: ad probationem dicatur, quod licet obiectum secundum se prius possit attingi, quam vt omnibus circunstantijs vestitum, non tamen est necessarium, quod sic prius attingatur, sed potest Deus, vtpotè libere volens ab illo incipere, vt suis circũstantijs vestito, eique, vt sic, obiectum absolutè sumptum, vt ẽni aliqualitèr subordinatè, & sic de facto contigisse colligimus ex eo quod omnia auxilia sufficientia, quæ sunt effectus vocationis inefficacis ex intentione efficaci gloriæ in electis processerunt.

65 *Ad 3. resp. 1.* Ad tertiam dicatur, non solum electionem intentioni finis subordinari, sed etiã vnam intentionem posse alteri intentioni subesse, ex eo quod finis vnius alteri subordinetur: vndè communitèr dicitur Deum, vt finem naturalem, sibi vt supernaturali, veluti subordinari, Deumque, vt auctotẽ supernaturalem, sibi ipsi vt auctori naturali imperare. Vel secundo potest dici, *Secundo.* quod licet voluntas illa quoad immediatum obiectum, quod est gloria intenta inefficacitèr, non subordinetur electioni efficaci, quia tamen virtualitèr est de medijs sufficientibus, & hæc ex intentione efficaci gloriæ imperativè in prædest. natis proceduot; fit consequens, quod etiam illa voluntas sit electione efficaci posterior.

66 *Ad 4. resp. 1.* Et ex his ad vltimam obiectionem respondeo primo, quod licet ex natura rei gloria, vt est obiectum voluntatis consequetis, non subordinetur gloriæ, vt est obiectum efficacis intentionis, subordinatur tamen ex voluntate divina. Vel secundo respondetur, quod licet in gloria, vt est obiectum illius, & ipsius voluntatis ob defectum intentionis hæc subordinatio non detur, quia tamen in medijs sufficientibus, ad quæ prædicta voluntas virtualiter terminatur, hæc subordinatio invenitur; fit consequens, quod voluntas inefficax efficaci subordinetur. *Secundo resp.*

Sed instabis, de divinis decretis est quoad ordinem discurrendum iuxta modum obiecti magis connaturalem nisi oppositum sit revelatum; sed obiectum secundum se prius petit voluntatem movere, quam vt omnibus circunstantijs vestitum, & aliàs oppositum non est revelatũ: ergo sic de facto contingit. Respondeo, negando minorem: probabilitèr enim revelatum creditur in illis verbis: *Omnia vestra sunt*, &c. Vel secundo negetur illum ordinem esse petitum, sed est tantum permissus. *Vrgebit.*

67 *Octauo arguitur.* Octavo argui potest ex D. Th. *in 3. dist. 10. quæst. 3. quæstiunc. 1. ad 3.* quod ita procedebat: *Humana natura est eiusdem rationis in Christo, & in alijs hominibus; sed in alijs hominibus prædestinatio non est de natura: ergo nec in Christo.* Cui argumento respondet ex solutione ad secundum, negando consequentiam; & consequentèr concessis præmissis; sed vna ex præmissis erat, *quod prædestinatio non est de natura*: ergo tenuit naturam prædestinati non esse effectum suæ prædestinationis.

Resp. Respondeo concessa maiori, quod scilicèt D. Thom. præmissas admiserit, negando minorem: nam minor argumenti, nempè, *prædestinatio nostra non est de natura*, non intelligitur tanquam de effectu, sed tanquam de subiecto prædestinato, quod patet: nam prædestinationem esse de aliquo non dicitur proprie respectivè ad effectus; non enim propriè dicitur prædestinationem esse de gratia, nec de gloria, sed ad gratiam, & ad gloriam: quando ergo D. Tho. admittit, quod prædestinatio non est de natura, non negat esse de illa tanquam de effectu imperato, sed quod sit de illa tanquam de subiecto, ex quo non sequitur non esse prædestinationis effectum.

Sed

68 Sed dices: id negat Divus Thomas de prædestinatione nostra respectu nostræ naturæ, quod concedit prædestinationi Christi respectu humanitatis, sed prædestinatio Christi non est de illius humanitate vt subiecto, sed tantum tanquam de effectu, vt enim docet Divus Thomas 3. *part. quæst.* 24. *artic.* 1. non natura humana, sed hic homo, seu Verbum, vt subsistens in illa est propriæ prædestinationis subiectum: ergo non negat esse prædestinationem hominum de illorum natura, vt subiecto, sed vt de effectu.

Replica.

69 Respondeo, concessa maiori, distinguendo minorem: prædestinatio Christi sumpta completè, scilicèt ad esse Filium Dei naturalem non est de humanitate, vt subiecto, concedo minorem: sumpta inadequatè prædestinatione ad vnionem, seu ad vniendam humanitatem Verbo non est de natura humana vt subiecto, nego minorem, & consequentiam. Itaque prædestinatio Christi ad esse Filium Dei naturalem, non est de humanitate, vt subiecto, quia id sub est subiectum prædestinationis, de quo verè, & cù proprietate affirmatur vltimus terminus prædestinationis: esse autem Filium Dei naturalem non verificatur de humanitate, sed de supposito Verbi, vt in illa subsistente. Quia tamen est alia consideratio prædestinationis Christi, nempè ad esse vnitam humanitatem verbo, quod in tempore factum est, & ab æterno in divina mente dispositum, & de humanitate cum proprietate affirmatur, quod est divino Verbo vnita: fit consequens, quod prædestinatio Christi sumpta sic, sit de humanitate vt subiecto; nam terminus prædestinationis Christi sic sumptæ humanitati convenit vt subiecto, & de illa prædicatur. Prædestinatio autem hominum est ad gloriam quæ in operatione consistit, & quia operari non dicitur propriè vt subsistit de natura, sed tantum de supposito ratione naturæ, fit consequens quod prædestinatio nostra, cuius vltimus terminus non dicitur propriè de natura, non sit de illa, vt subiecto. Et hanc esse ipsissimam D. Thom. mentem litteram legenti manifestè constabit.

Resp.

70 Denique contra nostram conclusionem possumus argumentari: si namque sub tantum omnium prædestinatorum; & consequenter illorum generatio, esset prædestinationis effectus, sequeretur nullam forè generationem deficiente prædestinationis decreto; consequens est falsum: ergo & nostræ solutionis doctrina. Probatur sequela deficiente decreto imperante, etiam deficit decretum imperatum, & hoc deficiente defecit executio; sed decretum substantiæ, & generationis prædestinatorum imperatur ex decreto prædestinativo in nostra sententia: ergo illo deficiente, deficeret illud; & consequenter deficeret etiam executio generationis, nullaque esset generatio. Falsitas autem consequentis probatur, si Christus non veniret, non esset hominum prædestinatio; sed etiam Christo non veniente foret hominum generatio: ergo deficiente decreto prædestinativo hominum, generatio subsisteret: maior est certa loquendo de prædestinatione præsenti: minor autem probatur, nam Adamo non peccante Christus non veniret, iuxta Divus Thomas doctrinam; sed quamvis Adamus non peccaret, homines generarentur: vt enim docet Divus Thomas 1. *part. quæstion.* 98. *articul.* 2. in statu innocentiæ fuisset generatio ad multiplicationem generis humani, alioquin (inquit Divus Thomas) peccatum hominis esset valdè necessarium ex quo tantum bonum consecutum est: ergo Christo non veniente generatio hominum subsisteret.

Vltimo arguitur.

71 Respondeo, Divus Thomas intelligendum esse de hominum generatione futura, Christo non veniente, & prædestinativo decreto cessante, non ex vi præsentis decreti, sed ex vi alterius: ex eo autem quod generatio hominis sit prædestinationis effectus, tantum sequitur non futuram hominum generationem ex vi præsentis decreti, non autem quod ex vi alterius non esse futura.

Resp.

Sed instabis, iuxta D. Thom. *ad Timoth.* 1. *lectione* 4. & frequentem Theologorum sententiam, asserere Christum venturum Adamo non peccante in vi alterius decreti, est mera divinatio; quia cum ex sola Dei libera voluntate dependeat, non potest nobis innotescere quid Deus in alia rerum dispositione foret facturus, nisi nobis reveletur: ergo paritèr asserere futuram esse hominum generationem Adamo non peccante, Christo non veniente, & decreto prædestinativo cessante ex vi alterius decreti, divinare est, quod de D. Th concedendum non est.

Instabis.

72 Respondeo, concesso antecedenti distinguendo consequens; absolutè id asserere, concedo consequentiam: id affirmare sub conditione quod status innocentiæ perseveraret, nego consequentiam. Et D. Thom. non fuit absolutè loquutus, sed sub conditione, quod perseveraret status innocentiæ. Et ratio differentiæ est; nam

Resp. 2.

ad aſſerendum Deum aliud formaturum decretum de Chriſto mittendo Adamo non peccante, nullum eſt fundamentum, quia nihil remanet poſtulans tale decretũ: ex ſuppoſitione tamẽ, quod ſtatus innocentiæ perſeveraret, maneret natura humana ad generationem propenſa; & conſequentèr petens providentiam divinam per quam de illorum generatione diſponeret: & ideò affirmare futuram hominũ generationem, Adamo non peccante ex vi alterius providentiæ, & ex vi alterius

73 decreti, divinate non eſt. Eſt etiam aliud diſcrimen, vt enim docet Div. Thom. 1. *part. quæſtion.* 101. *articul.* 1. de his, quæ ſunt ſupra naturam ſoli authoritati creditur: vndè vbi auctoritas deficit ſequi nos debemus naturæ conditionem. Quia ergo adventus Chriſti ſupra naturam eſt, de illius adventu ſoli auctoritati eſt credendum: generatio autem ſupra hominum naturam non eſt, ſed iuxta naturam: vndè quamvis deficiat auctoritas, naturæ conditionem ſequi debemus: ac proinde ſine divinationis nota affirmare poſſumus futuram eſſe generationem hominum ex vi alterius providentiæ in prædictis ſuppoſitionibus.

74 *Arg. in ſtatur 1.* Et quidem argumentum evidentèr inſtatur, docet enim D. Thom. 1. *part. quæſt.* 100. *art.* 1. homines inſtatu innocentiæ naſcituros in iuſtitia originali, & in gratia, ex quo tamen non licet colligere gratiam, quæ de facto datur hominibus non *Secundo.* eſſe effectum prædeſtinationis. Deinde, nam etiam eſt verum homines in ſtatu innocentiæ forè ſalvandos, & aſſequuturos gloriam, in quo omnes Theologi vnanimitèr conveniunt dubitantes, an plures, an pauciores, quam in ſtatu preſenti, de quo non eſt concors Theologorum ſententia: & tamen exinde non licet inferre gloriam prædeſtinatorum, effectum prædeſtinationis non eſſe. Ac denique iſta conſequentia non valet; *etiam ſi D. Petrus prædeſtinatus non fuiſſet, daret illi Deus auxilia ſufficientia ad ſalutem: ergo auxilia ſufficientia D. Petro collata non ſunt effectus prædeſtinationis illius*: ergo pariter iſta conſequentia non tenet: *prædeſtinatione non exiſtente eſſet hominum generatio: ergo de facto generatio hominum effectus prædeſtinationis non eſt.* *Tertio inſtatur.*

75 *Secundo reſp. ad arg.* Secundo reſponderi poteſt, futuras eſſe hominum generationes in vi preſentis decreti, non abſoluti, ſed conditionati, quod Deus habuit de facto; pepigit enim Deus cum Adamo de amittenda originali iuſtitia, ſibi, & ſuis ſucceſſoribus, ſi tranſgrederetur preceptum de non comedendo de ligno vetito, vel in poſteros tradu-

cenda ſi præceptum ſervaret, quod pactũ claudit, & præſupponit decretum *ſubjectivè* abſolutum, & conditionatum *objectivè* de tranſfundenda iuſtitia in poſteros deſcendentes ex ipſo; & conſequentèr de generatione ſuæ poſteritatis, & in vi huius decreti conditionati *objectivè*, futent.

Sed dices: decretum hoc conditionatum præceſſit decretum permittendi peccatum originale; ſed hoc, præceſſit decretum mittendi Chriſtum: ergo decretum conditionatum prius eſt decreto de mittendo Chriſto, & conſequentèr eſt prius decreto prædeſtinativo, quod fuit poſterius decreto de mittendo Chriſtum; ſed decretum illud conditionatum ſupponit ſubſtantiam Adami: ergo decretum mittendi Chriſtum, & decretum prædeſtinativum Adami ſubſtantiam ſupponunt; conſequentèr ſubſtantia Adami effectus ſuæ prædeſtinationis non eſt. 76 *Replica bis.*

Reſpondeò, decretum illud conditionatum eſſe prius decreto permiſſivo peccati, & hoc, prius decreto executivo incarnationis, & decreto executivo noſtræ prædeſtinationis: non autem eſt prius decreto intentivo prædeſtinationis Chriſti, nec decreto intentivo noſtræ prædeſtinationis: ex quo tantum ſequitur ſubſtantiam Adami eſſe priorem decreto executivo prædeſtinationis Chriſti, & ſuę, non autem, quod ſit prior decreto vtriuſque intentivo, & hoc ſufficit, vt ſit Chriſti, & propriæ prædeſtinationis effectus. *Reſp.*

Inſtabis: ergo decretum illud conditionatum ſupponit efficax decretum intentivum prædeſtinationis Chriſti, vt Redemptoris; & conſequentèr ſupponit infallibilem peccati futuritionem; hæc enim ex decreto efficaci intentivo Chriſti, vt Redemptoris per infallibilem conſequentiam infertur; at ſuppoſita infallibili peccati originalis futuritione ſuperfluit decretum conditionatum de iuſtitia tranſfundenda ſub conditione, quod Adamus præceptum non tranſgrediatur: ergo tale decretum non datur. 77 *Inſtabis.*

Reſpondeo negando hanc minorem: ſicut enim ſuppoſita reprobatione poſitiva ante demerita, ex qua infallibiliter ſequitur futura dãnatio, non ſuperfluit voluntas conditionata de conferenda reprobis gloria ſi in gratia deceſſerint: ita in præſenti ſuppoſita infallibili futuritione originalis peccati, non ſuperfluit voluntas conditionata de tranſfundenda in poſteros originali iuſtitia ſub conditione *Reſp.*

non

non existentiæ peccati. Et ratio vtriusque est eadem, quia nempè cum infallibili futuritione damnationis, & culpæ originalis, stat in reprobis potentia, vt non damnentur, & in Adamo potentia ad vitandum peccatum.

78 *Primū corolarium. Probatur.* Ex dictis in disputationis decursu colligitur primo, omnia bona naturalia in prædestinatis esse effectus prædestinationis. Quod patet, nam omnia bona naturalia ad finem prædestinationis aliqua ratione conducunt, juxta illud Pauli ad Romanos 8. *Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum*: at substantia prædestinatorum est prædestinationis effectus, quia ad illius finem conducit: ergo omnia bona naturalia ad prædestinatos pertinentia sunt effectus prædestinationis illorum; cum hoc tamen discrimine, vt rectè notavit Magist. Sancto Thoma *vbi supra*, quod substantia prædestinati est effectus propriæ prædestinationis, non vt medium, sed vt subiectum, alia verò naturalia bona sunt effectus prædestinationis vt medium, eo quod à subiecto prædestinato distinguuntur.

79 *Secundū. Probatur.* Secundo colligitur, bonam indolem, & bonum ingenium non esse prædestinationis effectus, quia conducant ad facilius credendum, aut ad supernaturales actus facilius eliciendos, sed quia conducunt ad pauciora committenda peccata. Primum patet, quia vt ostendimus tomo præcedenti *disp.* 16. adæquata ratio proxima agendi respectum actus supernaturalis, est virtus supernaturalis infusa: ergo vis naturalis ad quam spectant bona indolens, & bonum ingenium, non possunt ad supernaturales actus facilitatem præstare. Secundum probatur: ex bona hominum inclinatione, & ingenio provenit multoties, vt pauciora committantur peccata; sicuti, & mala hominum inclinatio ad plura committenda maximè iubat: ergo hac ratione sunt prædestinationis effectus.

Denique infertur, actus bonos moralium virtutum acquisitorum, esse effectus prædestinationis. Tùm, quia ad gaudium accidentale, quod prædestinati de illis in gloria percipiunt conducunt. Tùm etiam, quia dum quis benè operatur, si opus in præcepto sit vitatur peccatum. Tùm denique, quia multoties plures gratias Deo agendi dant occasionem, non quia meritoriè etiam de congruo, seu dispositiuè remotè ad finem prædestinationis concurrant, vt contra Vazquium fusè ostendemus 1. 2. *quæst.* 129. *art.* 2. & quod cum sint ordinis naturalis, nullum moralem influxum in supernaturalia dona possunt habere, etiam si admittatur elici ex gratia per Christum; nam per talem gratiam ab ordine inferiori non extrahuntur.

80 *Tertium. Prob. 1. Secundo. Tertio.*

DISPVTATIO SEXAGESIMA TERTIA.

An permissio peccati sit in electis effectus prædestinationis illorum?

§. I.

Relatis sententijs, statuitur, & probatur prima conclusio.

Nu. 1. *Prima sententia.* *Vazq. Arrub. Merat.*

IN hac difficultate tresversantur sententiæ. Prima absolutè negat, quã tenet Vazquez *disp.* 93. *cap.* 2. Arrubal *disput.* 92. *capitulo* 2. & Meratius *disputat.* 39. *assertione* 6. Secunda, distinguit de permissione cognita ante peccatum, & independenter ab illo, vel cognita medio peccato. Si primo modo à prædestinato cognoscatur, affirmat esse prędestinationis effectum, secus verò si secundo modo, & quia de lege ordinaria solum secundo modo cognoscitur, infert posse esse effectum prædestinationis de potentia absoluta, non autem de lege ordinaria. Hanc tenet Herice *Tract.* 3. *dip.* 30. *cap.* 6. quem sequitur Alarcõ *Tract.* 4. *disp.* 4. *cap.* 5. §. 2. in illam nollentem trahens suum Vazquium. Tertia, & vera sententia defendit, permissionem peccati in electis esse de facto effectum prædestinationis illorum. Ita omnes Thomistæ; Nazarius *circa illum art. controversia vnica, conclusione nona.* Albelda *disp.* 71 *sect.* 5. Magist. Sancto Thoma *disp.* 9. *art.* 6. Serra *dub. vnica, conclusione* 4. Salmanticenses *Tract.* 5. *disp.* 6. Pro illa referentes Caietanum, Bañez, Ripam, Curielem, & alios. Tenent etiam ex alienis Molina *circa hunc art. disp.* 3. Suarez *lib.* 3. *de prædestinatione, capitul.* 8. Granadus *Tract.* 6. *disp.* 5. Ruizius *disp.* 23. *sect.* 5. Albiz *tract.* 3. *disp.* 4. *sect.* 13. *Herice. Alarcon. Tertia. Nazar. Albelda. S. Thom. Serra. Salm. Caiet. Bañez. Ripa. Curiel. Molina. Suarez. Granad. Ruizius. Albiz.* *Secunda.*

& frequentius cæteri Theologi. Quam sententiam non omnes vno modo defendunt, quibusdam asserentibus permissionẽ peccati esse effectum prædestinationis ex præintenta pœnitentia, vt medio beatitudini proximiori: alijs verò docentibus, non ex pœnitentia prævolita, sed ex præintenta humilitate, perseverantia, & alijs quæ essentialiter non supponunt peccatum esse prædestinationis effectum. Sed pro explicatione veritatis sit,

Prima Conclusio. *Permissio peccati in electis est effectus prædestinationis illorum.* 2. *Prima cõclusio.* Ante cuius probationem adverto, non de permissione activa, quæ in actione Dei permittentis consistit quæstionẽ procedere, sed de passiva consistente in carentia gratiæ efficacis, qua posita vitaretur peccatum, sivè includat, sivè non includat, collationem auxilij sufficientis. Hoc ita præmisso, suadetur primo conclusio ex Augustino *libro de natura, & gratia, cap.* 27. vbi explicans illa verba Psalmi 29. *Avertisti faciem tuam à me, & factus sum conturbatus*, sic ad finem capitis ait: *Ideò, qui in voluntate sua præsiderat de cordis eius virtutem auertit paululum faciem suam, vt qui hoc dixerat fieret conturbatus, quoniam ipsis est ille tumor sanãdus doloribus.* Ex quibus verbis tale argumẽtum formatur; Deum faciem avertere est suam gratiam denegare, in quo consistit permissio peccati; at iuxta August. ideò faciem suã avertit Deus, vt homo cõturbatus humilis fiat: ergo ideò peccatum permittit, vt homo, humilis, & cautus resurgat, at quod ex fine *Prob. 1. ex D. Augustino.*

salu-

Digitized by Google

salutis spiritualis præparatur à Deo; provenit in electis ex intentione beatitudinis: ergo permissio fit à Deo ex tali intentione; & consequentèr est prædestinationis effectus.

3 Confir. 1. ex eodem

Id ipsum docuerat in *cap. precedentibus*, & *cap.* 28. vbi explicans illa verba Pauli primæ ad Thimothæum 1. *Quos tradidi Satanæ, vt discant non blasphemare*, sic ait: *Desserit aliquantum Deus vnde superbis, vt scias, non tuum, sed eius esse, vt discas superbus non esse.* Hanc eandem doctrinam pluries repetit Augustinus *lib. de correct. & gratia, cap.* 9. & *lib.* 14. *de Ciuitate Dei, cap.* 13. Tradunt etiam eandem doctrinam plures Patres Ecclesiæ. Gregorius *in Psalmum* 2 *pœnitentialem*, Bernardus sermone secundo in Psalmum *Qui habitat.* Hieronymus *in commentario ad Roman.* 8. Ambrosius *sermone* 97. *de fide Petri.* Ireneus *lib.* 9. *aduersus hæreses*, *cap.* 72. Chrysostomus *lib.* 1. *de prouidentia*; ac tandem Damascenus *lib.* 2. *de fide, cap.* 29. veritatem istam expræsit, his verbis: *Permittitur quis quandoque in turpem actionem indicere ad emendationem deterioris affectus, v. c. est quis elatus in virtutibus, & operibus suis, hunc finit Deus in adulterium prolati, vt per casum in propriæ infirmitatis cognitionem veniens cõfiteatur Domino.* Ex quorum Patrũ doctrina tale argumẽtũ formatur: id quod fit à Deo ob fructum spiritualem rationalis creaturæ provenit in prædestinatis ex intentione beatitudinis; & consequentèr est effectus prædestinationis illorum; at iuxta Ecclesiæ PP peccatum à Deo permittitur, vt homo recognoscens per casum infirmitatem propriam discat superbus non esse, & vndè virtutem habeat cognoscat, vt inquit Augustinus, & Domino confiteatur, est, ait Damascenus cautiorque, & humilior resurgat; vt alij fusè prosequuntur alij PP. frequentèr: ergo permissio peccati in electis provenit à Deo ex intentione salutis æternæ, & consequentèr est effectus prædestinationis illorum.

Confir. 2. ex alijs PP.

4

5 Respõdet Vazquez

Respondet Vazquez, Ecclesiæ Patres vulgari modo fuisse loquutos exprimendo eventum, quem Deus ex peccato deducit, ac si esset finis permissionis illius, quod in Scriptura Sacra inconsuetum non est. Cæterum solutionem istam benè impugnat nostri Thomistæ. Primo: nam verba PP. possunt absque incommodo accipi in rigorè quem sonant, vt ex argumẽtorum solutione constabit: ergo absque necessitate in vulgari sensu accipiuntur. Secundo: nam mens PP. erat assignare finem permissionis, non eventum ex ipsa secutum ergo explicare eventum, & non causam finalem, est diminutè procedere, & non solum vulgaris loquutio.

Reijcitur

Secundo.

Tertio: nam difficultas erat de fine permissionis peccati non de eventu, vt cõstat ex Augustino *lib. de natura, & gratia, vbi supra* & hoc inquirebat Pelagius, cur scilicèt Deus peccata permitteret: De quo videatur Mag. Sancto Thoma vbi *supra* relatus: ergo assignare eventum, & non causam finalem permissionis, est potius difficultatem fugere, quam illi satisfacere. Denique: nam PP. quamdoque indifferentèr docẽt Deum permittere peccata propter gloriam suam, & propter bonum nostrum, vt constat ex Damasceno *lib.* 2. *fidei, cap.* 29. vbi docet, Deum aliquando velle permittere peccatum propter gloriam suam, aliquando propter bonum ipsius peccatoris; at ly *propter gloriam suam*, denotat causam finalem: ergo ly *propter bonum peccatoris* non solum eventum, sed finalem causam debet denotare; maximè cum ex hoc nullum inconveniens sequatur, vt ex dicendis apertè constabit.

Tertio:

Quarto:

6 Secundo prob. ratione.

Secundo principaliter suadetur conclusio; permissio peccati est effectus voliti à Deo propter aliquem finem: tùm, quia nihil Deus nisi propter finem vult. Tùm etiam quia est effectus divinæ providentiæ, quæ ordinatio est ad finem præintentum, & ad finẽ prædestinationis in electis conducit, vt constat ex illis verbis Pauli ad Roman. 8. *Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum*, etiam peccata ipsa, vt docet D. Tho. ibi *lectione* 6 Probatque ex glossa ordinaria, illis verbis: *Vsque adeò talibus Deus omnia cooperatur in bonum, vt si qui eorum deuiant, & exorbitant, etiam hoc ipsum facit proficere in bonum. Vndè in Psalm.* 36 *dicitur, cum ceciderit iustus non collidetur, quia Dominus supponit manum suam*; & aliàs ex intentione Beatitudinis præparatur à Deo: ergo est prædestinationis effectus. Consequentiam est evidens; cum in antecedenti recenseãtur omnes conditiones ad effectum prædestinationis exactæ.

7 Antecedens pro tertia parte prob. it

Antecedens quoad priores partes probatum manet, nec ab adversarijs negatur; pro tertia parte, in qua difficultas consistit, ostenditur primo ex D. Thom. 1. 2. *quæst.* 79. *articulo* 4. vbi ait: *Quod excæcatio est quoddam præambulum ad peccatum, peccatum autem ad duo ordinatur, ad vnum quidem per se, scilicèt ad damnationem, ad aliud autem ex diuina misericordia, seu prouidentia, scilicèt, ad sanationem in quantum Deus permittit cadere in peccatum, vt peccatũ suum agnoscentes humilientur, & conuertantur*: & paucis interpositis ait: *Hanc misericordiam non omnibus impendi, sed solum prædestinatis*; ergo iuxta D. Thomas exa-

Digitized by Google

catio; quæ pertinet ad permissionem peccati, est effectus providentiæ divinæ volitus propter bonum prædestinati peccantis; at quod à providentia divina cautatur ex intentione boni ipsius peccatoris, ex intentione beatitudinis præparatur a Deo, quod contrarij non negant: ergo permissio peccati iuxta D. Tho. in electis præparatur à Deo ex intentione beatitudinis.

8 *Secundo.* Secundo, & à priori probatur tertia pars antecedentis; omne enim, quod conducit ad aliquem finem amabile sit, potest ex intentione talis finis præparari, & amari; sed permissio peccati conducit ad finem prædestinationis, & alias à Deo potest amari, & amatur de facto: ergo potest amari; & præparari à Deo ex intentione finis prædestinationis, qui est beatitudo, & de facto sic præparatur; si enim præparari potest ex dicto fine, non est cur de facto non præparetur, imò id maximè cõducit ad ostensionem misericordiæ; & amoris divini, & dilectionem Christi: erga prædestinatos commendat. *Confirm.* Quod amplius confirmo, ideò namque permissio peccati est volita à Deo ob alios fines, quia ad illos conducit vt medium: ergo si ad finem prædestinationis conducit, est à Deo, volita propter illum, & ex illius amore præparata.

9 *Respõdet contrarij.* Respondebis ex contrarijs auctoribus permissionem peccati ex intentione aliorum finium posse à Deo præparari, & de facto amari, quia ad illos conducit ratione sui; ad finem autem prædestinationis, non conducit immediatè ratione sui, sed mediãte peccato; ac proinde ex tali fine non potest præparari à Deo nisi ametur peccatum, quod implicat. *Contra 1.* Cæterum contra hãc solutionem obstat in primis, quod licet permissio peccati ad finem prædestinationis non conducat, nisi medio peccato, potest ex intentione illius à Deo præparari, & amari, quin ametur peccatum, per hoc præcisè quod ab ipso permittatur, vt ex dicendis manifestè apparebit: ergo ex isto discrimine non rectè probatur, posse amari ex intentione alterius finis, & non ex intentione finis prædestinationis.

10 *Secundo.* Deinde: nam vt expresè fatetur Vazquez *disputatione citata, num. 15. & disp. 95. cap. 9* Deus permittit reproborum peccata, ex intentione ostendendi divitias gratiæ erga prædestitos, constatque ex illis verbis Pauli ad Rom. 9. *Quod si Deus volliens ostendere iram, & notam facere potentiam suam, sustinuit in multa pacientia vasa iræ aptata in interium, vt ostenderet diuitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ, quæ præparauit in gloriam, &c.* Expresitque manifestè August. *lib. 4. contra Iulianum, cap. 8.* patum ante medium, his verbis: *Demonstratus in eis, quos damnat, quod omnibus debeatur vt hinc discant, quos liberat, quæ sibi pœna debita relaxetur, & quæ indebita gratia donetur*; sed ad illum finem non conducit nisi medio peccato: ergo quamvis permissio proprij peccati non conducat ad bonum prædestinati, & ad finẽ prædestinationis, nisi medio peccato, poterit ex prædicto fine amari, & præparari à Deo, quin ametur peccatum. Probo minorem, Deus non offendit prædestinatis divitias suæ gratiæ media permissione prædestinatis ignota, sed cognita; at in hac vita secundum communem legem non cognoscitur peccati permissio, sivè proprij, sivè alieni, nisi mediante cognitione peccati: ergo permissio peccati reproborum, non conducit ad prædictum finem in electis nisi medio peccato.

11 *Respondet Vazq.* Respondet Vazquez, quod licet prædestinati in hac vita non possint gratiam congruam reprobis negatam cognoscere, nisi ex eventu peccati; & cõsequentèr illa notitia gratiarum actio indè orta non potuerit a Deo primo intendi: in alia tamen vita per revelationem in Verbo, non ex eventu peccati gratiam congruam reprobis negatam, & sibi concessam cognoscunt, & gratias Deo agunt: vndè hæc notitia, & gratiarum actio potuit esse de primaria intentione diuina, & ex illius intentione peccata reproborum permiti.

12 *Reijcitur 1.* Hæc tamen solutio insufficiens est, & reijcitur primo: nam glossa ordinaria super illum locum explicans illa verba: *Vt ostenderet diuitias gratiæ suæ, &c.* ex Augustino *lib. 1. ad simplicianum, quæst. 2.* sic habet: *Ob hoc tot bona dat malis, vt conuincat eos iustè damnari, vt fideles eum magis diligant, quibus gratiam ipsam conferuauit*: ergo finis remissionis peccatorum in reprobis, est maior prædestinatorum dilectio: at hæc maior dilectio non habetur in Patria, vbi charitas nec eius actus augmentum suscipiunt: ergo est maior dilectio prædestinatorum in via, quæ cum non possit haberi nisi media cognitione permissionis, nec huius cognitio, nisi media cognitione peccati; consequens fit, permissionem peccati reproborum fuisse à Deo volitam ex intentione finis ad quem non nisi mediante peccato conducere potest.

13 *Secundo.* Secundo: nam eadem ratione posset etiam permissio peccati in prædestinatis ex intentione beatitudinis illorum amari: ergo data solutione, argumentum nostrum in suo robore manet. Probo antecedens, potest permissio peccati proprij

cog-

Digitized by Google

cognosci à beato per revelationem in Verbo, & ex illa moveri ad gratias Deo agendum propter gratiam efficacem, quam in alijs occasionibus absque debito, & omnino misericordiæ fuit elargitus: ergo eadem ratione poterit ex hoc fine in patria obtinendo à prædestinatis permissio peccati illorum præparari à Deo in hac vita nihilominus, quam permissio peccati reproborum ex prædicto fine à beatis in patria obtinendo fuit volita à Deo in sententia auctoris, quem impugnamus.

Tertio. Tertio contra Vazquium argumentari possumus; etenim iuxta ipsum, efficacia gratiæ non antecedit consensum, sed ab illo sumitur, vel vt absolutè futuro, vel vt futuro sub conditione; vel vt prævisto in statu conditionato: ergo in efficacia gratiæ aliquo ex his modis sumitur ex negatione consensus, vel ex acta contrario; & consequenter, sicut implicat cognosci efficaciam gratiæ non cognito consensu, ita implicabit in efficaciam gratiæ, aut permissionem peccati, vel in hac vita, vel in alia cognosci non cognita negatione consensus, vel dissensu contrario, in quorum aliquo consistit peccatum.

§. II.

Argumentis in contrarium occurritur.

14 *Arg. 1.* CONtra istam conclusionem opponit Vazquez primo. Omnis effectus prædestinationis debet esse gratia; imò & gratia per Christum; at permissio peccati non est gratia, sed gratiæ privatio, nec esse potest vllo ratione gratia per Christum; tùm, quia Christus non est mortuus, vt prædestinatis permittatur peccatum & gratia negetur. Tùm etiam, quia aliàs Christus Dominus postulasset à Patre, quod prædestinatis gratiam negaret; cum postulaverit omne præmium suorum meritorum: ergo permissio peccati esse nequit prædestinationis effectus.

15 *Resp.* Respondeo, distinguendo maiorem: debet esse gratia intrinsecè, & ratione sui, vel extrinsecè, & ratione illius, ad quod ordinatur, concedo maiorem: ratione sui, & intrinsecè semper, nego maiorem: & sub eadem distinctione minoris, nego consequentiam: nam licèt peccati permissio, ratione sui, & intrinsecè gratia non sit, sed gratiæ carentia, nec proinde possit esse effectus meritorum Christi; prout tamen extrinsecè ordinatur, vt prædestinatus humilior resurgens perseveret in gratia, gratia est extrinsecè, & gratia per Christum sub illius meritis cadens, & illius terminans petitionem, & gratiarum actionem; nec ad hoc est necessarium, quod dicatur Christus mortus, vt prædestinatis permittatur peccatum, propter rationem in præcedenti disputatione assignatam, quia nimirum hoc denotat præcipuum mortis Christi finem; qualis permissio peccati non fuit. Et quidem hoc argumentum instatur, in permissione peccati reproborum; quam esse effectum prædestinationis electorum, tenetur fateri Vazquez; & tamen est carentia gratiæ & propter illam Christus mortuus fuisse non dicitur. *Instatur arg.*

Sed contra istam solutionem oppones, id quod potest petere Christus, & pro quo potest orare, potest etiã postulari à nobis; cum orationes nostræ orationi Christi Domini possint, & debeant esse conformes; at permissio peccati nequit à nobis postulari à Deo, nec pro illa possumus preces effundere; cum ex hoc videretur nobis complacere peccatum: ergo nec a Christo Domino postulari potest; & consequenter illius meritis deputari non poterit, nec esse prædestinationis effectus. 16 *Replicabis.*

Huic obiectioni Docti Recentiores ex nostris recusant concedere prædestinatum posse permissionem proprij peccati postulare à Deo, inter Christum, & nos disparitatem hanc statuentes; quod voluntas Christi non est ipsa, quæ peccatum est commissura, & id circo permissionem postulare potest, quin ex hoc deducatur, in peccato permisso complacere; voluntas autem nostra commissura est peccatum: vnde si illius permissionem postularet, in peccato sibi complaceret. *Recentiorũ solutio ex parte, à prob.*

Quam doctrinam veram iudico de absoluta petitione permissionis peccati; secus de conditionata. Vnde ad obiectionem factam respondeo, distinguendo maiorem: potest postulari à nobis absolutè; vel sub conditione; concedo maiorem: absolutè semper, nego maiorem, & distinguo minorem: permissio peccati non potest postulari à nobis, absolutè petendo, vt nobis permittat peccatum, concedo minorem: petendo sub conditione, vt ad humilitatem maiorem: & perseverantiam in gratia à Deo iudicetur idonea, nego minorem, & consequentiam. 17 *Vera obiectionis solutio.*

Instoque argumentum in permissione peccatorum in reprobis, quam esse effectum prædestinationis electorum, fateri tenetur Vazquez, vel ergo potest postulari à nobis, & pro illa orare, vel non: si primum; etiam pro permissione proprij peccati orare poterimus. Si secundum: non erit de ratione effectus prædestinationis & gratiæ per Christum, quod sub orationibus nostris cadere possit; & consequenter obiectio facta nullius roboris erit. Et qui- *Instatur obiectio.*

quidem posse nos gratias Deo agere pro permissione propriæ peccati, quatenus ad vberiores effectus vitæ spiritualis fuit ordinata in dubium revocari non potest: quid ergo mirum quod sub conditione posita possit etiam postulari?

18 *Arg. 2.* Secundo arguitur, negatio gratiæ efficacis, in qua permissio peccati consistit, nequit ad finem prædestinationis conducere: ergo nec esse potest prædestinationis effectus. Consequentia est evidens. *Antecedens probatur 1.* Antecedens autem probatur primo: est medium per se conducens ad finem reprobationis, qui est exclusio à gloria: ergo nequit esse medium ad finem prædestinationis conducens, scilicèt gloriam; cum isti duo fines sint inter se oppositi; & consequètèr media ad vnum apta, nequeant esse ad aliud assequendum idonea.

19 *Secundo.* Secundo probatur, nequit conducere ad finem prædestinationis remotum, scilicèt ad manifestationem divinæ bonitatis, & divinæ gratiæ: ergo nec ad finem proximum, scilicèt beatitudinem; consequentia est evidens, antecedēs autem probatur ex D. Tho. 1. *part. quæst.* 104. *art.* 4. *ad finem corporis*, illis verbis: *Redigere etiam aliquid in nihilum non pertinet ad gratiæ manifestationem; cum magis per hoc divina potentia, & bonitas, ostendatur, quòd res in esse conservat: vnde simpliciter dicendum est, quod nihil omninò in nihilum redigetur*: ex quibus verbis sic probatur assumptū, quia anihilatio non est actio, sed carētia actionis conservantis per quam bonitas, & potentia divina manifestatur, infert D. Tho. anihilationem non pertinere ad divinæ gratiæ manifestationem; at negatio gratiæ efficacis, in qua consistit permissio peccati, non est actio, sed carentia actionis exhibentis gratiam, per quam divina bonitas, & potentia manifestantur: ergo ad divina gratiæ, & bonitatis manifestationem, quæ est finis remotus prædestinationis, non pertinet.

20 *Resp. Ad 1. antecedētis probationem.* Respondeo, negando antecedens: ad primam probationem, concesso antecedenti, distinguo consequens: per se, & ex natura sua, concedo consequentiam: ex divina providentia, & misericordia, nego consequentiam; quæ doctrina est D. Tho. 1. 2. q. 79. *art.* 4. verbis relatis inter probādam nostram conclusionem, vbi docet, peccatum, & excecationem, quæ ad illud est præambulum, per se ad damnationem ordinari, ex misericordia verò divina ordinari ad sanationem; & in hoc maximè ostenditur divina misericordia quod ea media, quæ ex natura sua ad damnationem conducunt, in bonum prædestinatorum convertat.

Ad 2. Ad secundam, nego antecedens: ad illius probationem, concessa maiori, & minori, distinguo consequens: ratione sui in se ipsa, concedo consequentiam: ratione illius, ad quod ordinatur à Deo, & respectu illius, cui gratia exhibetur, nego consequentiam. Itaque permissio, quatenus in carentia gratiæ, & actionis, illam infundentis consistit, ratione sui in seipsa, non manifestat gratiam, & bonitatem Dei: manifestat tamen quod illi, cui gratia confertur sit gratia; siquidem absque iniuria negatur; manifestat etiam, quatenus ordinatur à Deo, vt ex illa peccator occasionem sumat maioris humilitatis, & cognitionis principij, à quo dependet, & perseverantiæ in gratia, & hoc sufficit, vt ad finem, tàm proximum, quàm remotum prædestinationis conducat.

21 *Instabis.* Instabis, quia anihilatio est negatio actionis cōservantis, per quā divina bonitas, & potētia manifestatur, nec ratione sui, nec ratione alterius, ad quod ordinatur, potest ad manifestationem divinæ bonitatis pertinere: ergo si permissio peccati est negatio actionis infundētis gratiam, & negatio gratiæ, per quam manifestatur bonitas, & potentia divina nullo modo potest ad divinæ gratiæ manifestationem pertinere. Probatur antecedens: si anihilatio ratione alterius, ad quod ordinaretur, posset Dei potentiam, & bonitatem manifestare, malè ex hoc deduceret D. Tho. Deum numquam forè anihilaturum; siquidem, vt Deus aliquid aliquando permittat, sufficit in nostra sententia, quod consequutivè, & ratione alterius Dei misericordiam manifestet; at ex illa ratione probat D. Tho. Deum nunquam forè anihilaturum: ergo sentit, nec ratione sui, nec ratione alterius ad quod ordinetur posse Dei bonitatem manifestare.

22 *Resp.* Respondeo, negando antecedens: posset enim Deus anihilationem ordinare, ad hoc quod homines terreret à malo, & illis manifestare divinæ gratiæ conservationem: & ad mille alios fines homini proficuos, divinoque intellectui notos, & tunc anihilatio, etsi non ratione sui, ratione illius, ad quod ordinaretur Dei potentiam, gratiam, & bonitatem manifestaret. De facto tamen sic à Deo ordinatum non fuit, quia voluit attendere ad rerum naturas, quarū illæ, quæ purè immateriales sūt postulant, quod semel productæ numquā destruantur, eo quod carent contrario, à quo res naturalitèr destruuntur. Illæ autem, quæ materiales sunt, licet ratione formæ contrarium habeant, & sic corrumpantur, materia tamen, ex qua componuntur, nullum sibi contrarium agnoscit,

Tacita obiectioni occurritur.

Digitized by Google

cit, & petit ſucceſivę rerum generationi ſubeſſe; vndè in nihilum aliquid redigere miraculoſum foret. Cum autem miracula ordinentur ad gratiæ manifeſtationem, & hæc melius per conſervationem cognoſcatur, quæ ratione ſui gratiam manifeſtat, quam per anihilationem: rectè reddit D. Thom. congruentiam huius, quod eſt Deum numquam forè anihilaturum, per hoc, quod anihilatio eſt negatio conſervationis, per quam Dei bonitas, & potētia manifeſtantur. Nec eſt eadem ratio de permiſsione. Permiſsio nāque peccati miraculoſa non eſt, ſed potius conformis naturæ deffectibili, ſicut cōforme eſt naturæ corruptibili quod corrumpatur.

Inſtatur obiectio. Et quidē obiectio iſta ſi aliquid probaret, convinceret, non ſolū permiſsionē peccati effectum prædeſtinationis non eſſe, ſed nec providentiæ generalis, quod nullus aſſervit probaret etiā Deum non ſolum non anihilare de facto, ſed etiam non poſſe anihilare de potentia abſoluta, quod pluſquam abſurdum eſt.

23 Tertio arguitur, non eſt prudentis providoris maius malum ex intentione minoris boni permittere; at peccatum eſt maius malum, quam beatitudo bonum; cum ſit infinitè odibile ratione infinitatis qua gaudet in ratione offenſæ: beatitudo autem ſolum finitè amabilis ſit: ergo ex intentione beatitudinis permitti non poteſt, & conſequentèr nec eſſe prædeſtinationis effectus. *Arg. 3.*

Prima ſolutio. Huic argumento reſpōderi ſolet primo, quod licet peccatū in ratione offenſæ excedat in bonitate beatitudinem formalem ratione ſui; quia tamen involuit divinam eſſentiam, vnitam per modum ſpeciei, quæ eſt aliquid ſimplicitèr infinitum; hinc fit quod poſsit ex illius intentione permitti. *Secundo.* Secundo, quod licet beatitudo particularis huius, à malitia peccati excedatur, conſiderata verò huius beatitudo, vt eſt pars vniverſi excedit gravitatem illius: vndè ex illius intentione permitti poteſt.

24 Sed contra primam ſolutionem facit, quod licet divina eſſentia ſecundum ſe ſit bonitas infinita ſimplicitèr, prout tamen mentibus beatorū finito modo vnita, infinitæ æſtimabilitatis non eſt; aliàs ſub merito condigno noſtrorum operum cadere nō poſſet peccatū in ratione offenſæ eſt infinitæ odibilitatis: ergo excedit beatitudinem, etiam prout involuit Dei eſſentiam finito modo vnitam ex parte principij. *Confirmo* Et cōfirmari poteſt, nam remiſſio peccati eſt maioris æſtimabilitatis, quam vnio divinæ eſſentiæ per modū ſpeciei; cum iſtam prometeantur iuſti de condigno per bona opera, illam autem nec ſibi, nec alijs poſſunt de condigno pro meriti iuxta frequentiorem Theologorum ſententiam 1. 2. *quæſt.* 114. & 3. *p. quæſt.* 1. at remiſsio offenſæ non excedit in ratione æſtimabilis odibilitatem offenſæ, vt omnes fatētur: ergo odibilitas offenſæ maior eſt æſtimabilitate divinæ eſſentiæ vt vnitæ mentibus beatorum, per modum ſpeciei. Contra ſecundam ſolutionem idem argumentum militat. Beatitudo namque nec ratione ſui, nec vt pars vniverſi, eſt infinitæ æſtimabilitatis; cum nec totū vniverſum, prout ex omnibus creaturis cōpoſitū gaudeat æſtimabilitate infinita: ergo non eſt tantæ bonitatis, quanta eſt malitia, ſeu gravitas offenſæ quę infinitè odibilis eſt. *Secunda ſolutio impugnatur.*

His ergo ſolutionibus omiſsis ad argumentum factum reſpondeo primo, probare Deum ex nullo fine poſſe peccatum permittere, ſi namque ex aliquo, maximè ex intentione manifeſtationis ſuorum attributorum, hæc autem infinita non eſt; cū per aliquid creatum fiat, & conſequentèr exceditur a gravitate peccati: ergo ſi ex intentione minoris boni maius permitti non poteſt, vt argumentum contēdit, ex nullius finis intentione poterit à Deo permitti, & conſequentèr nullo modo poterit permitti; nam vt permittatur, ex aliquo fine permitti eſt neceſſarium. 35 *Inſtatur argumentum.*

Secundo reſpondeo, diſtinguendo maiorem: ſi ſit maius malum reſpectivè ad ſubiectum, cuius bonum intenditur, omitto maiorem: ſi reſpectu alterius, nego maiorem, & diſtinguo minorem: eſt maius malum in ratione malitiæ, & reſpectu ſubiecti prædeſtinati, nego minorem: in ratione offenſæ & reſpectu Dei, concedo minorem, & nego conſequentiam: nam licet peccatum prout eſt malum Dei, ſub ratione offenſæ excedat bonitatem beatitudinis, ſub ratione tamen malitię, & prout eſt malum hominis nō eſt ita malum, ac beatitudo bona: nā prout ſic ſolum privat hominē gratia effectivè, & formaliter moràli rectitudine actus, quorum vtrumque exceditur à beatitudine, & perſeverantia finali in bonitate, & in hoc maximè Deus ſuum amorē oſtendit, quod malum ſui infinitum ex amore hominum propter maius illorum bonum permittit. 26 *Reſp. 2. ad arg.*

Sed contra iſtam ſolutionem oppones ſequi ex illa non poſſe Deum peccata permittere ex intentione manifeſtandi ſua attributa, & conſequētèr nec ex beatitudinis intentione; cū hæc debeat eſſe finis ſubordinatus manifeſtationi attributorū Dei; cōſequens eſt falsū: ergo & tradita ſolutio. Probatur ſequela, ex intentione minoris 27 *Inſtabis.*

noris boni non potest maius malum permitti, quando comparantur cum eodem subiecto; at Deus, vt operans ex intentione manifestandi sua attributa proprium bonum intēdit, scilicèt manifestationē, & peccatum, vt est malum Dei excedit in gravitate bonitatem manifestationis suorum attributorum, vt instando argumentum dicebamus: ergo ex illius intentione non potest prudenter permitti.

28 *Resp. ad obiectionem.* Respondeo, negando sequelam: ad illius probationem, distinguo maiorem: si maius malum sit in nocumento de facto illato concedo maiorem: si maius sit solum in nocumento illato *affectivè*, nego maiorem, & sub eadē distinctione minoris, nego consequentiam: quia licet peccatum in affectu inferat Dei destructionem, quæ maius malum est, quam bona attributorum manifestatio, in effectu tamen nocumentum Dei non infert: manifestatio autem attributorum de facto est bona Deo, licet illa non indigeat, & ideò ex illius intentione potest peccatum prudentissimè permitti.

29 *Secundo resp. principali argumento.* Vel secundo responderi potest principāli argumento, omittendo maiorem de malo alias non permittendo, secus autem de illo, quod ob alios fines permittendū foret, quale est peccatum, quod ex vi generalis providentiæ permitendum erat. Tùm ob suæ providentiæ suavitatem ad quam pertinet naturas defectibiles aliquando deficere. Tùm ad ostendendum esse gratiam indebitam, hoc autem malum aliàs permittendum, ob finem alicui homini proficuum permittere ad quod ex natura sua non ordinabatur, prudentissimi, & amantissimi est providoris.

30 *Arg. 4.* Quarto arguitur: peccatum ipsum ratione malitiæ ad finem prædestinationis conducit, vt materia pœnitentiæ, & tamen effectus prædestinationis non est, nec ex intentione talis finis procedit: ergo ex eo quod permissio peccati ad finem prædestinationis conducat, perperam colligitur ex illius intentione præparari, & esse prædestinationis effectum.

Respond. Respondeo, permissionem peccati esse prædestinationis effectum, non probari tantum, ex eo quod ad finem prædestinationis conducat, sed ex hoc, & insuper, quia potest esse effectus volitus à Deo; & consequentèr ex intentione finis Peccatum autem licet ad finem prædestinationis conducat, vt materia pœnitentiæ, & humilitatis occasio, quia tamen nequit esse effectus omnipotentiæ, nec obiectum à Deo volitum, consequens fit quod non possit esse prædestinationis effectus. Et argumentur evidenter instatur in communi sententia asserente permissionem peccati esse effectum providentiæ divinæ, cum tamen peccatum ipsum, effectus providentiæ esse nequeat, sicuti nec omnipotentiæ causalitatem potest terminare. *Instatur argumentum.*

Sed contra illam solutionem oppones, estò formale peccati non sit effectus Dei, materiale tamen est effectus illius, & ad finem prædestinationis conducit, & tamen effectus prædestinationis non est: ergo quamvis permissio peccati ad finem prædestinationis conducit, & sit effectus omnipotentiæ, & obiectum voluntatis divinæ, non rectè colligitur esse prænestinationis effectum. Huic obiectioni respondeti solet primo materiale peccati ideo non esse effectum prædestinationis Divinæ: quia ad illud non concurrit nisi solum concursu concomitante, non præveniente, seu ex speciali amore, quoad actus meritorios concurrit: ad permissionem autem ex speciali affectu concurreret valet, & id circo inter permissionem, & materiale culpę disparitatio invenitur, vt illa sit prædestinationis effectus, secus autem materiale peccati. 31 *Replicabis.* *Prima huius obiectionis solutio.*

Secundo, respondent alij quod licet ad materiale peccati non solum concomitante, sed etiam prævio concursu concurrat, quia tamen secundum omnes circunstantias in tali materiali repertas non causatur à Deo scilicèt secundum malitiam, consequens fit, quod esse nequeat prædestinationis effectus, permissio autem nulla circunstantia vitiatur, quæ terminare nequeat concursum divinum, & ideò effectus divinæ prædestinationis existit. *Secundo.*

Sed neutra solutio satisfacit, non quidem prima: nam estò ad materiale peccati concurrat Deus solo concursu cōcomitante, est tamen effectus divinæ providentiæ, quia ad illius finem conducit: ergo si etiam conducit ad finem prædestinationis, estò ad illud concurrat Deus solo concursu concomitante, esse poterit, & de facto erit prædestinationis effectus. Eadem ratione, secunda solutio reijcitur, vt enim materiale peccati sit effectus providentiæ divinæ necessarium non est quod secundum omnes suas circunstantias ametur, & causetur à Deo: ergo pariter vt sit prædestinationis effectus necessarium cēseri non debet, quod secūdum omnes suas circunstantias terminet amorem divinum, & eius causalitatem. 32 *Prima solutio impugnatur* *Secunda reijcitur.*

Deinde vtraque solutio reijcitur, etenim materiale peccati ad finem præ- 33

de-

Contra vtramq; solutionẽ arg.

destinationis conducit. Tùm ex illo Pauli ad Rom. 8. *Diligẽtibus Deo omnia cooperantur in bonũ*, quod iuxta Aug. glossam verũ est de formali peccati. Tùm etiam, quia materiale culpæ solet esse pœna peccati, & vexare solet peccatorem multaque incommoda, & infirmitates inducere quibus à peccando deterretur. Tùm denique, quia potest esse occasio considerandi Dei benignitatem, qui ad id, quo ipse offenditur suum parat, & exhibet concursum, & aliàs potest ex prædicto fine amari, & præparari a Deo, quin ex hoc sequatur amari formale, sicut ex intentione aliorum finium, in omnium sententia præparatur, & amatur, quin præparetur à Deo, & eligatur formale: ergo de facto ex illius finis intentione præparatur à Deo; & consequentèr est prædestinationis effectus, vel corruit fundamentum, quo id de permissione monstravimus. Et confirmari potest: omnes enim prædestinatorum generationes sunt prędestinationis effectus, vt *disputatione præcedenti* docuimus; at multorum generationes sunt peccaminosæ; & consequẽtèr materiale peccati, vt cõstat in illis, qui ex ilicito cõcubitu sunt pro creati: ergo materiale peccati; cum aliàs ad finem prædestinationis conducat, esse poterit, & est de facto prædestinationis effectus, quod maximè verum est in sententia nostrorũ Thomistarum, qui docent Deum prævio concursu ad materiale peccati cõcurrere.

Confirm.

34 *Contra verã solutionem oppones 1.*

Vnde ad obiectionem factam respondeo, negando minorem. Sed oppones primo, ad effectus prædestinationis concurrit Deus speciali concursu, cum ex illius speciali amore procedant, sed ad materiale peccati solum concurrit concursu generali: ergo effectus prædestinationis nõ est.

Secundo.

Secundo, quia vt dicebamus solutione ad primum, omnes prædestinationis effectus possumus desiderare, & petere à Deo; at materiale peccati desiderare non possumus, nec illud postulare à Deo, quin desideremus formale: ergo effectus prædestinationis non est.

35 *Ad 1. respondetur.*

Respondeo, ad primam ex his obiectionibus, quod licet ad materiale peccati solum concurrat Deus concursu generali eliciente, concurrit tamen concursu speciali ordinante, quatenus specialis providentia prædestinatiua imperat generalem, quoad omnes effectus prout ad illius finẽ cõducunt, & hoc sufficere, vt sit prædestinationis effectus. Ad secundam dicatur, effectus prædestinationis esse in duplici differentia, alij sunt, qui ratione sui ad finem prædestinationis conducunt, & istos possumus absolutè desiderare, & petere à Deo. Alij verò solum ex divina misericordia ad prædictum finem ordinantur, cum tamen ex natura sua ad oppositum finem conducant, & istos non possumus absolutè petere, sed solum sub conditione, quod Deus vellit illos ad prædictum finem ordinare, & huius generis est materiale peccati. Vndè concedo posse postulari à Deo, & desiderari non absolutè, sed sub prædicta conditione.

Ad 2.

§. III.

Explicatur modus quo permissio peccati est effectus prædestinationis.

SEcunda Conclusio. *Permissio peccati est effectus prædestinationis præparatus à Deo ex intentione pœnitentiæ.* Hanc statuo contra secundum modum defendẽdi secundam sententiam, quam tenet Suarez, & sequuntur Plures Recentiores. Nostra tamen conclusio suadetur primo ex Damasceno *libro 2. de Fide, cap. 29.* illis verbis: *Permittitur quis quandoque in turpem actionem incidere ad emendationem deterioris affectus, v. c. est quis elatus in virtutibus, & operibus suis hunc fierit Deus in adulterium probabi, vt peccatum in propriæ infirmitatis cognitionem veniens confiteatur Domino*: ergo iuxta Damascenum ex intentione confessionis, & pœnitentiæ permittit Deus peccatum, & consequentèr est effectus prædestinationis peccati permissio, vt volita ex intentione confessionis, & pœnitentiæ.

36 *Secunda conclusio.*

Prob. 1. ex Dam.

Secundo suadetur ex D. Thom. *quæst. 5. de veritate, art. 4.* vbi post quam *solutione ad 4.* docuerat Deum prudentissimè permittere mala, ne impediatur magnum bonum, opponit quintum argumentum his verbis: *Bonum est potentius, quã malum: ergo magis ex bono potest elici bonum, quam ex malo: ergo non est necesse, quod mala permittat fieri, vt ex eis eliciat bona.* Cui argumento in hunc modum respondet ad 5. dicendum: *Quod aliquod bonum est, quod non potest elici nisi ex malo, sicut bonum patientiæ non nisi ex malo perpessionis elicitur, & bonum pœnitentiæ ex malo culpæ, nec hoc impedit infirmitas mali respectu boni, quia huiusmodi non eliciuntur ex malo, quasi ex causa per se, sed quasi per accidens.* Ex quibus verbis tale pro nostra sententia argumentum conficio: argumentum 5. D. Thom. intendebat probare non permitti prudenter peccatum ex intentione boni, quia melius ex bono, quam ex malo potest elici bonum, & respondet esse aliquod bonum, quod non potest elici nisi ex aliquo malo, sicut bonum pœnitentiæ non elicitur nisi ex malo culpæ; ergo sentit

37 *Secundo prob. ex D. Tho.*

D.

D. Thom. ex intentione huius boni, quod est pœnitētia permitti peccatum, & ideò prudenter permitti. Ex quo vlterius per consequentiam aduersarijs manifestam colligitur, permissionem peccati esse effectum prædestinationis, vt ex præintenta pœnitentia ad finem prædestinationis volitam, & præparatam.

38 *Tertio probatur ratione.* Tertio probatur conclusio: medium remotum non eligitur in ordine ad finem, nisi ex amore, & intentione medij proximioris, si hoc sit amabile ab intendente finem; at permissio peccati est medium remotum ad finem prædestinationis, pœnitentia verò est mediū proximius, & alias amabilis à Deo: ergo permissio non elicitur, vt ad finem prædestinationis conducens, nisi ex præintento bono pœ- *Respond.* nitentiæ. Respondebis, veram esse maiorem, quando medium proximius fini, nō solum est amabile, sed etiam per se amabile, & nō occasionatè, quasi occasionatū bonū, sicut enim quando bonū proximius amabile non est absolutè, non debet amari, vt ametur bonū remotius, vt constat in peccato, quod non amatur à Deo licet proximius ad finem prædestinationis conducat, quam eius permissio ametur ab ipso: ita quando, etsi amabile sit, non tamen est amabile nisi occasione mali prævisi, non potest prius amari, quam ametur permissio, & consequentèr permissio ex illius intentione amari non potest.

39 *Contra 1* Sed contra primo, etsi Christus, vt Redemptor non ametur nisi occasione peccati, potest permissio peccati esse effectus prædestinationis Christi ex illius intentione prout Redemptoris volita, & electa, vt multis doctissimis placet 3. p. *quæst.* 1. *art.* 4. & nos fusè ostendimus *tom.* 1. *in* 3. *partem, disp.* 8. §. 6. ergo quamvis pœnitentia non nisi occasione peccati prævisi ametur à Deo, potest ex intentione pœ- *Secundo.* nitentiæ permitti peccatum. Secundo, & à priori: nam cum posterioritate in genere causæ materialis stare potest posterioritas in genere causę finalis, vt *disputatione præcedenti* monstravimus; at posterioritas peccati respectu pœnitentiæ est in genere causæ materialis per modum materiæ destruendæ: ergo stare optimè potest, quod pœnitentia nō nisi ex occasione peccati prævisi ametur à Deo, cum quo salvabitur esse occasionatū bonū, & quod permissio peccati ex amore pœnitentiæ sit à Deo volita.

40 *Vltima prob. conclusio.* Denique suadetur conclusio: permissio peccati potest esse volita ex intentione gloriæ, quia ad illam conducit, & ex intētione humilitatis eadem de causa, vt Auctores, contra quos in hac conclusione dis- putamus fatētur, at etiam ad bonum pœnitentiæ cōducit: ergo potest ex illius intentione amari, & sic de facto amabitur à Deo; & consequenter erit prædestinationis effectus, vt volita ex intentione boni pœnitentiæ. Respondebis, ex fine consequibili indiferenter medio peccato, & illo non mediante, posse permissionē amari; quia ex præintentione talis finis, ante prævisum peccatū non sequitur Deū vellè peccatū: pœnitentia autē esse nequit, saltim quoad suum actum, nisi supponatur peccatū, ob essentialē connexionē quam habet cū illo; vndè si ante prævisum peccatum intendatur pœnitentia; necessum est quod ametur peccatum, sine quo pœnitentia esse nequit; ac proinde permissio peccati non potest à Deo amari ex præintenta pœnitentia. *Respond.*

Sed contra primo: ex præintentione pœnitentiæ essentialitèr cum peccato cōnexæ non sequitur amor peccati; sed solum positiva voluntas permissionis illius: ergo ex ratione facta non tollitur, quod permissio peccati ex præintenta pœnitētia eligatur. Consequentia est evidens. Antecedens autem ostenditur primo: non minus est connexa cum peccato, illius permissio, quam pœnitentia; & tamen ex eo quod Deus permissionem vellit ante prævisum peccatum non sequitur vellè peccatum: ergo ex intentione pœnitentiæ præcedente peccati prævisionē non sequitur Deum vellè peccatum. Explicatur, & vrgetur, supposita scientia conditionata peccati futuri, si detur gratia in hac occasione, voluntas dandi gratiam in hac occasione non est minus connexa cū futuritione peccati, quam voluntas pœnitentiæ; sed in sententia Auctoris contrarij, ante prævisionem absolutā peccati vult Deus dare gratiam supposita scientia conditionata peccati, quin ex hoc sequatur vellè peccatū: ergo eadem scientia conditionata supposita poterit ante absolutam peccati prævisionem vellè pœnitentiam, quin virtualitèr vellit peccatum.

41 *Contra 1* *Antecedēs prob. 1.* *Confirm.*

Secundo, si existentia peccati, vt amata, necessaria esset ad amorē pœnitentiæ, non minus esset amor virtualis peccati, amor pœnitentiæ prævisso peccato, quam amor pœnitentiæ prævisionem peccati præcedēs; at quia non est necessaria existētia peccati, vt amata, amor pœnitentię peccato prævisso non est amor virtualis peccati: ergo eadem ratione amor pœnitentiæ, peccati provisionem præcedens non erit amor virtualis peccati, etsi illius existentia ad pœnitentiam necessaria sit. Explicatur aliter secunda impugnatio, nō minus est necessarium ad existentiam actuā. *Confirm.*

42 *Secundo.* *Confirm.*

Digitized by Google

actualem pœnitentiæ; peccatum esse præteritum, quam ad futuritionem pœnitentiæ peccatum esse futurum; seu sint Deum velle efficaciter existentiã pœnitẽtiæ, quin vllo modo velit, vel sibi complaceat in præteritione peccati: ergo poterit efficaciter velle pœnitentiam, vt futuram, quin ex hoc inferatur velle futuritionem peccati.

43 *Tertio.* Tertio, & à priori: nam tunc solum intentio finis est virtualis amor eorum, quæ desiderantur ad existentiam finis, & infert formalẽ illorum amorem, quando existere non possunt nisi ex vi amoris intendentis finem, secus autem, quando solum illius permissionem terminare possunt; at vt peccatum existat non requiritur terminare amorem divinum, sed solum eius permissionem: ergo intentio pœnitentiæ ante prævisum peccatum non est virtualis amor peccati, nec infert in Deo formalem amorem illius. *Quarto.* Quarto, & explicatur magis hoc ipsum. Vt peccatum existat non requiritur amor Dei terminatus ad illud, sed solum ad eius permissionem: ergo ex eo quod Deus prævidet ad peccatum prævisum pœnitentiam intẽdat, non sequitur voliturum, aut causaturum peccatum, sed solum permissionem illius. Probo consequentiam: ex eo quod Deus pœnitentiam intendat, solum sequitur infallibilis futuritio peccati: ergo solum sequitur forè ex parte Dei quidquid requiritur ad peccati existẽtiã; at vt peccatũ existat non requiritur ex parte Dei amor peccati, sed solũ permissionis illius: ergo ex eo quod Deus prævidet ad peccatũ pœnitentiam intendat, non sequitur Deum amaturum, aut causaturum forè peccatum; sed solum permissionem illius.

44 *Quarto.* Deinde impugnatur solutio, sicut efficax intentio finis est virtualitèr efficax voluntas illorum, quæ ad eius assequutionem desiderantur, ita intentio inefficax finis est virtualitèr amor inefficax illorum, quæ ad finis existentiã sunt necessaria, sed potest ante prævisum absolutè peccatum intẽdi pœnitentia inefficacitèr, quin virtualiter amore inefficaci diligatur à Deo peccatum: ergo efficaciter etiam poterit intendit pœnitentia à Deo ante prævisionẽ absolutam peccati absque amore virtuali efficaci peccati. *Confirm.* Vrgetur amplius: nam iuxta Auctorem contrarium, ad effectum prædestinationis non est necessarium, quod ex efficaci amore finis prædestinationis procedat, sed sufficit ex inefficaci: ergo pariter, vt permissio peccati ità prædestinationis effectus ex præintẽta pœnitentia, non requiritur ex illius efficaci, sed tantũ inefficaci præintentione procedere; sed præintendi inefficacitèr pœnitentiã, ante prævisum absolutè peccatũ non repugnat: ergo præintenditur. Denique: *Sexto in* sic posset simplex complacentia obiecti *oppugnatur* ad complacentiã simplicem illorum, quæ *solutio.* ad ipsum desiderantur, sicut efficax voluntas ad efficacem voluntatem, sed ex complacentia Dei in pœnitentia, non sequitur complacentia in peccato: ergo ex efficaci amore pœnitentia non sequitur amor efficax peccati.

§. IV.

Diluuntur contraria argumenta.

45 *Arg. 1.* CONtra istam conclusionem obijciunt contrarij Auctores primo: ex intentione sanitatis morbum permittere, non est prudentis providoris; at peccatum est morbus pœnitentia sanandus: ergo prudens non est, & consequentèr Deo repugnat permissio peccati ex intentione pœnitentiæ. *Respond.* Respondeo, distinguendo maiorem: ex intentione solius sanitatis, concedo maiorem: ex intentione robustioris salutis, vel maioris perseverantiæ in sanitate, nego maiorẽ, & concessa minori, distinguo consequens: ex intentione pœnitẽtiç, vt præcisè sanantis, concedo consequentiam: ex intentione illius, vt robustiorem sanitatem præstantis, vel vt conducentis ad perseverantiam maiorẽ, seu finalem in gratia, nego consequẽtiam. Itaque si medicus prævidens se habere medicamẽta, quibus applicatis homo robustiorem salutem foret consequuturus, vel longiorem sanitatem, morbum pertitteret, non præcisè ex intentione sanandi morbum, sed ex intẽtione dandi robustiorum salutem, vel maiorem perseverantiam in illa, prudentissima esset morbi permissio, & vtilis infirmo curando. Quia ergo Deus prævidet se ex peccato prædestinati posse, vel maiorem gratiam, vel perseverantiã finalem media pœnitentia, humilitate, aliarũque virtutum exercitio elicere: hinc fit, quod prudentissimè peccatũ permittat, nõ ex intentione pœnitentiæ præcisè, vt sanantis, sed ex intentione illius, vt ad perseverandũ in gratia cõducat, & illius permissio ex isto fine electa, vtilis est peccatori.

46 *Replicabis 1.* Sed oppones primo: Deus potest perseverantiã in gratia cõsequi per alia media: ergo imprudẽter ex illius intentione, ideſt ex intentione pœnitentiæ, vt ad illam cõducẽtis permittit peccatum. *Secundo.* Secundo, ad perseverãdũ in gratia, vt illius mediũ, magisque proportionatũ est ad impletio præcepti instantis, & auxilia ad talem adimpletionẽ quã peccatũ, & permissio illius; ergo

ergo ex prædicto fine, vt media pœnitentia obtinendo, imprudenter eligitur permissio peccati. Respondeo ad primam ex his obiectionibus, concesso antecedenti, negando consequentiam. Cum enim possit Deus per diversa media finem illum consequi libere potest, & absque imprudentia hanc, vel illa eligere. Ad secundam dicatur adimpletionem præcepti per se, & ex natura sua, esse medium accommodatius ad perseverandum in gratia, quam permissio peccati, quę solum ex misericordia divina ad prædictum finem conducit: cæterum ex parte subiecti, aliàs in superbiam efferendi occasione adimpletionis præcepti, accommodatius medium est permissio, quatenus ex ordinatione divina, cum futura pœnitentia, & humilitate conjungitur, & ideò, vt homo non superbiat in virtutibus, vt dicit Damasc. & vt cognoscat, vnde habeat, quod observet præcepta, vt inquit Aug. prudentissimè Deus eligit permissionem peccati, quatenus postea ex eius occasione ad pœnitentiam, & humilitatem excitatur.

Ad 1. replicam resp.

Ad 2.

47 *Arg. 2.*

Secundo, & vrgentius obijciunt: intentio pœnitentiæ ante prævisionem peccati est virtualis amor peccati, & ex se infert illius amorem formalem; at Deo repugnat virtualis, & formalis amor peccati: ergo & pœnitentiam intendere ante illius prævisionem; & consequenter ex præintenta pœnitentia eligi non potest peccati permissio. Secunda consequentia ex prima evidenter colligitur, vt enim ex præintenta pœnitentia permittatur peccatum, debet ante illius prævisionem intendi. Minor etiam cum prima consequentia probatione non indiget.

Maior prob. 1.

Maior autem in qua est difficultas ostenditur primo, intentio efficax finis est virtualis amor omnium, quę ad eius existentiam sunt necessaria; at existentia peccati necessaria est, vt pœnitentia existat: ergo intentio pœnitentię ante prævisionem peccati, est virtualis amor peccati & infert illius amorem formalem. Secundo, licèt existentia panis ad conversionem eius in Corpus Christi, solum sit necessaria, vt materia destruenda, Deus intendens prædictam conversionem, vult virtualitèr panis existentiam, & tenetur illam velle formaliter; at peccatum necessarium est, vt pœnitentia existat: ergo quamvis requiratur, vt materia destruenda, intentio pœnitentię ante prævisionem peccati, est virtualis amor illius, & inferat formalem.

Secundo.

48 *Tertio.*

Tertio ex vi intentionis efficacis pœnitentię constituitur peccatum radicaliter. Eorum; cum non possit finis esse futurus absque futuritione, saltim radicali, omnium sinè quibus non potest existere; at futuritio remota peccati ex vi pœnitentia esse nequit, nisi intentio pœnitentię sit virtualis amor peccati, & ex se inferat formalem: ergo intentio pœnitentię ante prævisionem peccati ex virtualis amor illius ex se inferens formalem.

Quarto: intentio pœnitentię est virtualis amor permissionis, vt vtilis ad pœnitentiam, & caulat amorem formalem illius sub ista ratione; at permissio, vtilis ad pœnitentiam per peccatum constituitur; non enim est vtilis nisi, vt materia pœnitentię, nec est materia illius ratione sui, sed ratione peccati: ergo intentio pœnitentię ante prævisum peccatum est virtualis amor peccati, & ex se infert eius amorem formalem.

Quarto.

49 *Quinto.*

Denique maior argumenti suadetur: virtuale odium negationis existentię peccati est virtualis amor existentię peccati; at intentio efficax pœnitentię ante prævisionem peccati est virtuale odium negationis existentię peccati: ergo est virtualis amor existentiæ illius. Maior cum consequentia tenet. Minor autem probatur: intentio efficax pœnitentię est virtuale odium omnis, quo posito prædicta intentio redderetur frustranea, at ponita negatione peccati, intentio pœnitentiæ frustranea redderetur: ergo intentio efficax pœnitentię est virtuale odium negationis existentię peccati.

50 *Confirm.*

Quæ omnia confirmari possunt: nam sequeretur, quod ex duobus extremis oppositis Deus vnum illorum simul magis, & minus alio diligeret; sed hoc implicat: ergo etiam implicat Deum efficaciter intendere pœnitentiã ante prævisum peccatum. Probatur sequela: nam in primis Deus pœnitentiam intendens, vt finem permissionis peccati, magis illam diligeret, quam carentiam existentiæ peccati, cum illam efficaciter amet prævidens ex illo amore, necessario futurum peccatum; & consequenter magis diligit pœnitentiam, quam carentiam existentię peccati; sed etiam illam minus diligeret: ergo simul magis, & minus pœnitentiam diligeret quam carentiam existentiæ peccati: probatur minor. Deus tantum diligit carentiam existentię peccati, quantum odio habet peccatum, si existeret; sed magis odio habet peccatum, quam diligat pœnitentiam: ergo carentiam existentię peccati magis diligit, quam pœnitentiam; & consequenter minus pœnitentiam diligit, quam carentiam existentię peccati.

51 *Resp.*

En vobis argumentum, quo Alarcon innaniter gloriatur nos vsque ad mortem premere, forte, vt more solito, argumen-

tis

Ad 1. probationem minoris.

tis Doctorum suæ familiæ, non robur, sed rethorica tantum verba superaddat. Ad illud respondeo: negando maiorem: ad primam illius probationem ex dictis distinguo maiorem: omnium, quæ sunt necessaria, vt amata ab intendente finem, concedo maiorem: quæ necessaria sunt, vt permissa, nego maiorem, & sub eadem distinctione minoris, nego consequentiam: quia licet existentia peccati necessaria sit, vt permissa, non est necessaria, vt amata à Deo pœnitentiam intendere, imò illius amorem terminare repugnat: vndè solum sequitur intentionem pœnitentiæ esse virtualem amorè permissionis peccati, non autem colligitur esse virtualem amorem peccati.

52 *Ad 2.*

Ex quibus ad secundam probationem constat solutio: panis namque existentia requiritur ad sui conversionem in Corpus Christi, & alias petit pro sui causa voluntatem approbativam Dei nec permissiva sufficit, & ideo Deus intendens conversionem illam, vult virtualiter panis existentiam, & teneretur illam velle formaliter, cuius oppositū in existentia peccati opposita de causa contingit.

53 *Ad 3.*

Ad tertiam probationem, nego maiorem: quando namque ea, quæ desiderantur ad existentiam finis non causantur ab intentione finis, nec ab intendente sunt causabilia, non constituuntur radicaliter futura ex vi intentionis finis futuritione physica, sed illativè tolum, ideſt, quod valet benè, *est intentio ergo ea quæ desiderantur ad existentiam finis sunt futura*, & quia peccatum non causatur ab intentione pœnitentiæ, nec à Deo illam intendente, hinc fit, quod ex vitalis intentionis, non cōstituitur *physicè* peccatū futurum; sed tātū permissio peccati, ex cuius futuritione evidenter infertur, quod peccatum erit.

54 *Replicabis 1.*

Sed instabis primo, in intentione efficaci pœnitentiæ cognoscitur à Deo peccatum futurum; at nihil vt futurum cognoscitur, nisi in causa determinata ad dandam illi existentiam: vt cum communi Thomistarum sententia fusè ostēdimus *Tract. de scientia conditionatorum disp. 33.* ergo intentio illa causam existentiæ peccati determinat; & consequenter dat illi physicè futuritionem itchoatam.

Secundo.

Secundo, vt pœnitentia sit futura ex vi intentionis ad illam terminatæ, necessum est, quod peccatum sit ab æterno futurum; sed non potest futurum ab æterno constitui, nisi ab intentione efficaci pœnitentiæ: ergo per illam constituitur physicè futurum. Probatur minor: futuritio in nostra sententia consistit in extrinseca denominatione à determinatione causarum, vt late ostendimus *loco vbi proximè, & disp. 35.* at qui ab æterno non est determinatio causæ creatæ; sed tolum voluntatis divinæ: ergo non à determinatione voluntatis creatæ, sed à determinatione voluntatis divinæ constituitur futurum; cumque alia determinatio voluntatis divinæ non sit, nisi intentio efficax pœnitentiæ: consequens fit, quod ex vi illius constituatur futurum.

55 *Ad 1. replicam resp.*

Respondeo, ad primam ex his obiectionibus, omissa maiori distinguendo minorem: determinatione dante existentiam, nego minorem: dante, vel inferente concedo minorem, & nego consequētiam. Itaque, vt in aliquo decreto cognoscatur futurum, sufficit; quod vel determinet causam, vel inferat causæ determinationem, & quia intentio efficax pœnitentiæ causat electionem permissionis ex qua, licet non causetur peccatum, evidenter tamen infertur voluntatem creatam se ad illud determinaturam: consequens fit quod in decreto intentivo cognoscatur peccatum, vt remotè futurum, & in permissivo, vt futurum proximè, non quia decretum, permissivum det futuritionem peccato, sed quia infert infalibiliter eius futuritionem in voluntate creata ob illius defectum.

56 *Ad 2.*

Ad secundam, distinguo maiorem, sit futurum *logicè* concedo maiorem: *physicè*, nego maiorem: & sub eadem distinctione minoris, nego consequentiam: itaque, sicut decretum determinans causam ad causandum dat vel futuritionem physicam; ita decretum determinans causam, non vt causet existentiam rei, sed vt causet aliquid, ex quo rei existentia infertur dat illi futuritionem veluti logicam, & quia ex vi intentionis efficacis pœnitentiæ determinatur divina voluntas, vt vellit permissionem, & illam in tempore causet, qua posita sequitur infallibiliter peccatum ex voluntatis creatæ defectu, hinc fit, quod ab æterno sit futurum *logicè* ex vi prædictæ intentionis, licet non *physicè*, & hoc sufficit, vt pœnitentia intendatur ab æterno.

57 *Instabis. Respond.*

Sed instabis, vt pœnitentia intendatur efficaciter necessariū est, quod ab æterno sit verum dicere, *peccatum physicè erit*: ergo ab æterno debet gaudere futuritione physica; patet consequentia: nam istæ duæ propositiones, *peccatum est futurum*, & *peccatum erit*, idem significant: ergo si est verum ab æterno dicere quod physicè erit, ab æterno est verum dicere, quod est physicè futurum. Respondeo concesso antecedenti, negando consequentiam: vt enim ex D. Thom. ostendimus *disp. cita-*

Digitized by Google

citata; de aliquo est verum dicere esse futurum de quo non est verum dicere quod erit. Et ratio est, nam propositio ista *hodie lectio est futura*, enuntiat futuritionem præsentem, hæc autem enunciata hodie *lectio erit*, non enunciat futuritionem præsentem, sed existentiam lectionis pro crastino, ad hoc autè, quod ab æterno verũ sit dicere peccatũ erit *physicè*, vel erit realitèr, non est necessarium, quod ab æterno sit illius futuritio physica, sed sufficit logica, quæ habetur ex vi decreti intentivi pœnitentiæ, & electivi permissionis. Loquimur autem in hac solutione de peccato in ratione malitiæ, ratione enim materialis est effectus divinæ voluntatis habens decretum existens ab æterno in Deo determinans voluntatem divinam ad dandam illi existentiam in tempore. Et quidem probatio ista, in cuius solutione versamur, pari efficacia militat contra omnes; cum asserere debeant Deum velle permissionem peccati ab æterno; & consequentèr peccatũm esse ab æterno futurum, quin per talem voluntatem in ratione futuri constituatur. Videantur quæ diximus *disp.* 31. vbi fusius in istius argumenti solutione fumus divagati.

Instatur obiectio.

58 *Ad 4. prob. maioris.* Ad quartam maioris probationem, concessa maiori, nego minorem: quam non convincit probatio ibi facta; permissio namque peccati non est vtilis, vt materia, sed quatenus præambula est ad materiam, scilicèt ad peccatum, quod verò peccatum præcedat, non habet ratione peccati, sed ratione sui: vndè ratione sui, & non ratione peccati est ad pœnitentiam vtilis: ac proinde amari potest, vt ratione sui vtilis ad illam, quin ametur peccatum. Nec refert quod peccatum mediet inter permissionem, & pœnitentiam: tunc namque solum medium immediatus debet prius amari, quam medium remotius, quando vtrumque amabile est. Et insto argumentum: Deus namque peccato prævisso ordinat permissionem ad pœnitentiam, prout est ad illam vtilis; & tamen peccatum non ordinat; alias illud vellet; cum non magis extendatur illius ordinatio, quam illius amor: ergo non constituitur permissio vtilis ratione peccati, nec ex amore illius, prout vtilis ad pœnitentiam rectè colligitur amor peccati.

Instatur argumentum.

59 *Replicabis.* Sed oppones, permissionem esse ad peccatum præambulam: nihil aliud est, quam esse illativam peccati; at non potest amari, prout infert peccatum, quin ametur peccatum: ergo nec, vt præambula ad culpam amari potest, quin culpa ametur, & consequentèr nec, vt vtilis ad pœnitentiam amari poterit, quin ametur peccatum; siquidem est vtilis ad pœnitentiam, quatenus est ad culpam præambula.

Respond. Respondeo distinguendo minorem, non potest amari, vt infert peccatum, secundum rectum, & obliquum, quod dicit, prout infert, quin ametur peccatum, concedo minorem; secundum id, quod dicit in recto nego minorem, & consequentiam. Itaque sicut materiale peccati amatur à Deo secundum totum id, quod, vt materiale dicit in recto, quin ametur peccatum, quia peccatum, & materiale, secundum omne, quod importat non continetur intra lineam amabilitatis Diuinæ. Ita similiter permissio, vt illativa culpæ secundum totum id quod dicit in recto potest amari, quin obliquũ, scilicèt culpa ametur, & eadem ratione, quia nimirum rectum amabile est; secus autem peccatum, quod in obliquo importatur.

60 *Ad 5. prob. maioris.* Ad vltimam probationem maioris, concessa maiori, nego minorem: ad illius probationem dicatur, quod sicut amor pœnitentiæ, non est amor omnium, sinè quibus esse, non potest, sed solum illorum quæ, vt existant petunt amari à Deo, & ideò non est amor virtualis peccati, sed solum permissionis illius, ita odium efficax frustrationis decreti pœnitentiæ, non est virtuale odium omnium quibus positis frustraretur, nisi ad sui positionem petant odium divinum, & quia negatio peccati vt existat, non petit odium divinum imò potius illud terminare repugnat, negatio verò permissionis odium divinum, seu negationem amoris permissionis ad sui positionem desideret; consequens fit, quod odium frustrationis decreti pœnitentiæ sit virtuale odium negationis existentiæ permissionis, secus autem negationis existentiæ peccati.

61 *Ad conf.* Ad confirmationem respondeo, negando sequelam: ad cuius probationem, nego antecedens, nec sequitur ex eo quod Deus intendat efficacitèr pœnitentiam prævidens ex amore pœnitentiæ inferri extiturum peccatum: & consequentèr non extituram carentiam existentiæ peccati, magis deligere pœnitentiam, quam carentiam existentiæ peccati, magis diligere pœnitentiam, quam carentiam existentiæ peccati, loquendo de excessu amoris, quoad estimationem, sed solum excessu quoad efficaciam; quia pœnitentiam efficacitèr diligit, carentiam autem existentiæ peccati, non diligit efficacitèr: hoc autem inconveniens non est, nam

Deus

Deus volens efficaciter permissionem peccati, magis quoad efficaciam vult permissionem, quam carentiam existentiæ peccati, liquidem illam vult efficaciter, secus vero istam. Quod autem non sequatur Deum magis *appretiativè* diligere pœnitentiam, quam carentiam existentiæ peccati, patet ex eadem doctrina: Deus namque volens efficaciter permissionem peccati prævidet ex illo amore inferri infallibiliter futurum peccatum; & consequentèr non extituram carentiam existētię peccati, & tamen ex hoc non infertur, Deum magis appræciativè diligere permissionem, quam carentiam existentię peccati: ergo pariter ex intentione efficaci pœnitentię cum prævisione, quod ex prædicta intentione infertur infallibiliter extiturum peccatum, non sequitur Deum magis diligere *appreciativè* pœnitentiam, quam prædictam carentiam; sed solum quoad efficaciam, quod inconveniens non est, sicut nec est inconveniens quod permissio peccati efficaciter volita à Deo magis quoad efficaciam diligatur ab ipso, quam carentia existentię peccati, quod ex amore permissionis infallibiliter prævidetur futurum.

62 *Vltimo arguitur.* Denique arguitur: intentio pœnitentiæ necessario præsupponit prævisionem peccati; at peccatum prævidetur in sui permissione: ergo necessario præsupponit permissionem; & consequentèr hæc ex illius intentione non ponitur. Consequentia cum minori tenet. *Maior prob. 1.* Maior autem ostēditur primo, pœnitentia non est de primaria intentione, sed bonum occasionatum, vt docet Damasc. *lib. 2. de fide, cap. 29.* & alij PP. frequenter; at bonum occasionatum; cum non ametur nisi occasione mali, illius prævisionem necessario supponit: ergo intentio pœnitentię necessario præsupponit prævisionem peccati.

Secundo. Secundo, pœnitentia non aliter potest amari, nisi ex fine destruendi peccatum; habitus enim propter suum actum, vt finem debet amari; actus autem primus pœnitentię est detestatio destructiva peccati, vt frequentius docent nostri Thomistę *3. part. quæst. 85. art. 2.* ergo necessario supponit destructionem peccati, vt prævisam; at hæc prævideri non potest, nisi prævideatur peccatum: ergo nec intendi valet pœnitentia, nisi ex prævisione peccati.

Tertio. Tertio, pœnitentia amatur ex intentione remissionis peccati, ad hoc enim eligitur, vt disponat ad gratiam, quatenus remissivam peccati; & consequentèr gratiam; vt remittentem culpam prævisam supponit; at gratia vt remittens, supponit prævisum peccatum: ergo etiam intentio, & amor pœnitentię.

Denique probatur maior: quia namque Christus Dominus prædestinatus fuit; vt Redemptor; & consequenter ex intentione redimendi à peccatis, eius prædestinatio supponit culpam originalem prævisam, vt cum nostris Thomistis contra Schotum docuimus *tomo 1. in 3. partem, disp. 8.* at pœnitentia eligitur, vt destructiva peccati, in quo eius essentia constitit; & consequentèr ex intentione destructiva peccati: ergo illius prævisionem supponit. 63 *Quarto.*

Confirm. Confirmatur, & explicatur amplius; quia namque Christus Dominus prædestinatus fuit, vt Redemptor; & consequentèr ex fine Redemptionis, inferunt nostri Thomistæ *loco allegato* permissionem culpæ originalis non esse effectum prædestinationis Christi, nec volitam ex intērione illius; at pœnitentia eligitur: vt destructiva culpę; & consequentèr ex fine destructionis illius: ergo culpæ permissio ad illam supponitur nec ex intentione pœnitentię eligitur.

64 *Prima solutio.* Ad hoc argumentum responderi solet primo: in pœnitentia duplex bonum posse considerari, bonum, scilicèt remissionis peccati, & bonum manifestationis virtutis, qua pœnitentia gaudet reparandi à peccatis; & aflerit, primum bonum intendi non posse sinè prævisione peccati, & occasione illius: secundum autem bonum esse posse de primaria intentione, & ante prævisionem peccati intendi, sicut medicus intendere potest ante morbum prævisum ostendere virtutem alicuius medicamenti, & ex intentione illam manifestandi permittere morbum; non autem potest primario intendere bonum curationis nisi prævisso morbo, vt existente: vndè imprudenter morbum causaret ex intentione sola liberandi ab illo. Ità Deus potest primario intendere manifestare virtutem reparativam pœnitentiæ, & ex hac intentione permittere culpas, & postea velle pœnitentiam quatenus remissivam.

65 *Reijcitur.* Acuta sanè distinctio & doctrina: sed contra illam facit intentionem manifestandi virtutem pœnitentię, illius amorem secundum suam essentiam supponere; sicut intentio manifestandi virtutem attributorum, ex illorum amore procedit in Deo; at essentia virtutis pœnitentię est esse destructivā, & detestativam peccati: ergo si prout sic nō potest amari, seu intēdi ante prævisionem peccati, nec bonum manifestationis virtutis reparativę, qua pœnitentia

tentia gaudet, potest ante illius præviſsionem intendi. Explicatur, & vrgetur, ſi attributum aliquod divinum amari non poſſet ante culpam præviſſam, nec bonum manifeſtationis talis attributi poſſet ante culpę præviſsionem intendi: ergo ſi pœnitentia ante culpam præviſſam non poteſt prudenter amari, etiam intentio boni, quod in manifeſtatione virtutis invenitur, neceſſario præviſsionem culpę debet ſupponere.

Confirm.

66 *Secunda ſolutio.*

Secundo reſpondeti ſolet, pœnitentiam non poſſe intendi ante præviſsionem peccati, vt poſsibilis, & ideo à Damasc. & aliis PP. bonum occaſionatum appellatur, quia ſcilicèt amari à Deo non poteſt niſi occaſione ſumpta à noſtra fragilitate, vt potente peccare, & a culpa vt poſsibili, non autem occaſione ſumpta à peccato actuali: ac proinde illius præviſsionem nō ſupponere. Contra hanc tamen ſolutionem obſtat, quod licèt pœnitentia ſumpta pro habitu ſolum ſupponat culpam, vt poſsibilem, & ideo intendatur ex præviſsione illius, actus tamen pœnitentię culpam exiſtentem ſupponit; & conſequenter non niſi ex illius præviſsione poteſt amari, & intendi; ſicut quia habitus ſupponit peccatum poſsibile, ex illius occaſione ſolum poteſt intendi iuxta iſtam ſolutionem; at permiſsio peccati non amatur à Deo ex præintentione ſolius, habitus pœnitentię; ſed etiam ex præintentione actus, ſiquid probat noſtrę ſententię ratio, & auctoritas D. Thom. ſuperius adducta: ergo argumentum factum tradita ſolutione non ſolvitur. Quod autem D. Thom. loquatur de bono pœnitentię actualis; patet manifeſtè, nam loquitur de intentione boni, quod elici non poteſt niſi ex peccato; at hoc bonum non eſt pœnitentia habitualis; ſed actualis, cum habitus pœnitentię fuerit in Beatiſsima Virgine, & in Adamo ante peccatum: ergo.

Impugnatur.

67 *Reſp.*

Igitur ad argumentum reſpondeo notando pœnitentiam conſiderari poſſe tripliciter primo prout præcisè remiſsiva, ſecundo prout oſtendit omnipotentiam Dei, quę paccendo maximè, & miſerando manifeſtatur, & ex malis, qualia ſunt peccata, eliciendo bona tertio, prout vtilis ad vberioris gratię conſecutionem, & finalem perſeverantiam in gratia quo poſito, ad argumentum factū. Reſpondeo diſtinguendo maiorem: intentio pœnitentię, vt purè remiſsivę peccati, concedo maiorem: vt omnipotentiam Dei manifeſtat, & ad vberiorem gratiam, & perſeverantiam conducit, nego maiorem, & conceſſa minori, nego conſequentiam: vel diſtinguo conſequens: ex intentione pœnitentię, ſub priori ratione, concedo conſequentiam: ſub ſecunda, & tertia, nego conſequentiam. Ad primam probationem dicatur Damaſcenum, & alios Eccleſiæ PP. loqui de pœnitentia, ſub prima ratione, qualiter concedimus eſſe bonum occaſionatum, nec intendi poteſt niſi ex præviſsione peccati, non autem negant ſub alijs conſiderationibus poſſe à Deo amari ante præviſsionem peccati, licèt tunc, non tàm vt finis, quàm vt medium pœnitentia attingatur.

Ad 1. prob. maioris.

Ad ſecundam reſpōdeo habitum propter actum amari, cæterum in actu triplex illa conſideratio eſt diſtinguenda, ſcilicèt, vt remittens, vel deſtruens offenſam, vt manifeſtativus omnipotentię Dei, & vt vtilis ad vberioriem gratiam, & perſeverantiam conſequendam, pœnitētia vt remiſsiva amatur ex intentione ſui actus, vt deſtruentis peccatum, & vt ſic illius præviſsionem ſupponit, prout tamen ad fines aſsignatos eſt vtilis amatur ex intentione ſui actus, vt ad eoſdem fines conducunt, qualiter poſſe amari abſque præviſsione peccati iam diximus.

68 *Ad 2.*

Et ex his ad tertiam probationem conſtat ſolutio: nam licèt verum ſit poſſe pœnitentiam ex fine remiſsionis amari, & tunc ſupponat præviſsionem peccati, non tamen eſt neceſſarium ſic amari, ſed poteſt amari ex intentione aliorum finiū, ad quos pœnitentia conducit, & ſic amari de facto conſtat ex dictis, & vt ſic ametur, præviſsionem peccati neceſſariam non eſſe, iam vidimus.

Ad 3.

Ad vltimam probationem dicatur Chriſtum Dominum potuiſſe prædeſtinari dupliciter ſcilicèt reduplicativè, vt Redemptorem, quod nihil aliud eſt, quam ex fine Redemptionis, & vt redimeret, prædeſtinari; vel vt Redemptorem ſpecificativè, hoc eſt non ex fine redemptionis, ſed propter propriam excellentiam, & gloriam. Primo modo, præviſsionem peccati neceſſario ſupponit, ſecus autem ſecundo modo. Qualiter autem prædeſtinatus fuerit non poteſt nobis niſi ex ſcripturæ teſtimonijs innoteſcere: vndè cum ex illa habeamus propter nos homines, & propter noſtram ſalutem carnem ſumpſiſſe, & prædeſtinatum fuiſſe: hinc fit quod prædeſtinatio illius, culpæ præviſsionem ſupponat: pœnitentia autem, etſi peccati deſtructiva ſit, non eligitur, vt deſtructiva reduplicativè, ſed ſpecificativè ſub reduplicatione explicata, nimirum, vt vtilis ad prædictos fines.

69 *Ad 4.*

Et ex his ad confirmationem conſtat *Ad confirmationē ſolu-*

solutio. Vndè iuxta hanc solutionem posit decretum manifestandi propria attributa, & decretum gloriæ prædestinatorum eligit Deus perseverantiam finalem in gratia, & ad hunc finem omnia media conducentia, inter quæ pœnitentiam eligit non reduplicativè vt destructivam peccati, sed vt vtilem ad perseverantiam; & omnipotentiæ manifestationem, & hoc fine eligit permissionem peccati, & peccato prævisto pœnitentiam eligit, vt remissivam ex fine destructionis peccati.

70 *Replicabis.* Sed contra istam solutionem objicies: pœnitentia habet essentialiter, esse destructivam peccati: ergo non potest amari, nisi reduplicative, vt destructiva, sicut eadem de causa intelligi non potest perfectè pœnitentia, nisi vt destructiva intelligatur. *Resp.* Respondeo, concesso antecedenti, negando consequentiam: licèt enim amari debeat, vt destructiva specificativè, non tamen est necessarium, quod ametur, vt destructiva reduplicativè; cum enim vtilitates iam explicatæ pœnitentiæ conveniant, potest amari reduplicativè sub illis, & vt destructiva solum specificativè, sicut licèt gloria, vt corona sit essentialitèr effectus meritorum, non est necessarium per omnem actum amari reduplicativè vt effectum, sed per actum intentionis, etsi specificativè ratio effectus attingatur in illa, reduplicativè tamen amatur, vt causa meritorum in genere causæ finalis.

71 *Instabis.* Instabis, non aliter est vtilis pœnitentia ad fines prædictos, nisi destruendo, & detestando peccatum: ergo si amatur reduplicativè, vt vtilis, amatur reduplicativè, vt destructiva peccati. *Resp.* Respondeo distinguendo antecedens, ita, vt ratio vtilitatis, & destructionis peccati formaliter confundantur, nego antecedens: materialiter, cum diversitate formali, concedo antecedens, & nego consequentiam: sicut non valet: *Pœna non aliter ostendat punitivam iustitiam, nisi afligendo peccatorem: ergo si amatur à Deo, vt manifestativa iustitiæ, amatur reduplicativè, vt mala peccatori*: Deus enim illam amat sub prima consideratione, & non sub secunda, vt docet D. Thom. *quæstione 19 artic. 9. in corpore*. Sed vrgebis adhuc, vtilitas pœnitentiæ ad fines prædictos fundatur suprà vim destructivam culpæ: ergo prius debet amari reduplicativè, vt destructiva, quam vt vtilis ad illos. *Resp.* Respondeo negando consequentiam: cuius instantiam habemus in exemplo pœnæ proximè adducto; nam licèt ordine executionis fundamentum præcedere debeat, ordine intentionis potest è converso se habere: Vndè quia in hoc ordine ante culpæ prævisionem, vt destructiva reduplicative amari non potest, bene tamen, vt vtilis; consequens est, vt ametur, vt vtilis, non vero, vt destructiva in hoc ordine ante culpæ prævisionem.

Adverto tamen, quod quando in hac solutione negamus prævisionem culpæ præcedere, intelligendum est in genere causæ finalis; nam quod in genere causæ materialis destruenda præcedat nullum est inconveniens, imò forsam necessarium erit. Et quod de Christo Domino diximus, scilicèt prædestinatū fuisse, non vt finem redemptionis, sed ob illam tamquam finem, disputationis gratia, & ex aliorum sententia est accipiendum, nam fortè verius est quod alij ex Thom. affirmat 3. p. *quæst. 1. artic. 3. & 4.* Christum, vt redemptorem esse finem *cuius gratia* redemptionis à peccato, & hanc esse finem *cui*, sed finem effectum decreti mittendi Christū, & sic prævisam fuisse culpam originalem, vt priorem in vno genere causæ; posteriorem tamen in alio; & consequentèr illius permissionem fuisse effectum prædestinationis Christi, quam sententiam fusè defendimus *tom. 1 in 3. part. disp. 8.*

73 *Explicatur solutio.*

An autem idem de pœnitentia, quatenus destructiva possit affirmari; quod scilicèt prius intendatur, vt finis *cuius gratia* ex prævisione culpæ destruendæ; vt finis effectus? In dubium, revocari potest. Et sanè ob impossibilitatem mutuæ causalitatis, non repugnabit, quia tamen ex fine tantum destructionis peccati culpam permittere; non videtur prudens providentia: dicendum existimo sic intendi non posse; & insuper ex eo quod remissio culpæ maius bonum est, quam culpæ destructio: ergo esto esset possibile remissionem culpæ, pœnitentiam, vt purè destructivam, vt finem *cuius gratia* respicere, non esset asserendum ita contingere, nisi ex testimonijs scripturæ constaret: Christus autem, vt Redemptor, adeò excellens bonum est, vt esse possit finis *cuius gratia* redemptionis nostræ à peccatis; & congruentissimè ita constituatur.

74 *Quædam difficultas resolvitur.*

72 *Vrgebis.* Sed contra doctrinam traditam instari potest; non intenditur vberior gratia, vt consequibilis indifferenter per actum pœnitentiæ, & charitatis, sed vt consequibilis per actum pœnitentiæ reduplicativè, vt distinctum ab actu charitatis; sed distinguitur solum per habitudinem destructionis peccati: ergo intenditur pœnitentia reduplicativè, vt destructiva peccati; & consequentèr ex illa, vt sic præintēta permissio

75 *Replicabis contra dicta.*

missio peccati est prædestinationis effectus; est enim finis permissionis eo modo quo amatur in ordine ad vberiorem gratiam. Patet minor actus charitatis, & actus pœnitentiæ conveniunt in ratione vtilis ad vberiorem gratiam: ergo solum distinguntur per habitudinem destructivę peccati constituentem actum pœnitentię, & non charitatis. Respondeo distinguendo antecedens. Cõveniunt in vtilitate sumpta genericè: concedo antecedens, sumpta specialitèr, nego antecedens, & consequentiam.

Resp.

76 *Oppones.* Sed oppones vtilitas specifica pœnitentiæ constituitur per habitudinem destructivæ: ergo per illam solum distinguitur actus pœnitentię in ratione vtilis ab vtilitate actus charitatis: sicut quia animal per rationalitatem contrahitur ad esse hominis, per illam animalitas hominis ab animalitate bruti distinguitur. Respondeo, vtilitatem in actu pœnitentię repertam non esse prædicatum illi essentiale nec specificum, sed accidentale distinctum à tendentia talis actus in obiectum, & super illam fundatum: vnde peculiaris tendentia destructivi in actu pœnitentię, reperta, & distinguens essentialiter actum pœnitentię ab actu charitatis, non est differentia vtilitatis actus pœnitentię ab vtilitate actus charitatis, sed quid præsuppositum, & distinctivum formale vnius vtilitatis ab alia, est præsupponere talem, vel talem tendentiam, & super illam fundari, scilicèt talis ordo ad vberiorem gratiam, quę peculiaritas ordinis ex ordine peculiari ad obiectum caulatur, non per illam constituitur, sicut solet à simul istis dici de relatione fundata super vocem significativam, quæ non distinguitur à relatione fundata in voce non significativa per ipsam significationem formalitèr, sed tantum fundamentalitèr.

Resp.

77 *Vrgebis.* Sed vrgebis adhuc: ergo vtilitas actus pœnitentię distinguitur ab vtilitate actus charitatis per hoc, quod est supponere pro sui fundamento habitudinem destructivę peccati: sed præintenditur ad permissionem peccati actus pœnitentię reduplicativè, vt vtilis vtilitate distincta ab vtilitate actus charitatis: ergo intenditur reduplicativè vt præsupponens in actu habitudinem destructivi: at intendi reduplicativè, vt supponentem habitudinem destructivi est intendi, quia præsupponit: ergo intenditur illa vtilitas, quia supponit habitudinem destructivi, at sic non potest intendi, quin prævideatur peccatum: ergo intentio pœnitentiæ, vt sic præsupponit prævisum peccatum. Probatur minor, non potest intendi, quia destructivus peccati, nisi ex prævisio peccato: ergo non potest intendi, vt vtilis, quia supponens habitudinem destructivi, nisi ex prævisio peccato.

Respondeo, concedendo primam consequentiam, & minorem subsumptam: & diuinguendo consequens: ergo intenditur reduplicativè, vt supponens in actu habitudinem destructivi peccati, distinguo consequens, vt supponens præcise, nego consequentiam: vt supponens suppositione vtili ad vberiorem gratiam consequendam, concedo consequentiam. Licèt enim vtilitas illa amata, vt præcisè supponens, præsupponere deberet prævisionem peccati, eo quod præsuppositio destructionis peccati amata præcisè, quia talis, supponit amorem destructionis peccati terminatum ad illam vltimo ratione sui; qualiter non potest prudenter amari nisi prævisio peccato: præsuppositio tamen destructionis peccati amata, quia vtilis, non supponit amorem destructionis peccati terminatum ad illam vltimo ratione sui, sed amorem terminatum ad illam cum ordine ad vberiorem gratiam, qualiter posse prudenter amari ante prævisum peccatum ex *proximè* dicendis constabit. Cui doctrinę non obstat minoris subsumptę probatio.

78 *Resp.*

Itaque, sicut honestas specifica pœnitentię non potest prudenter amari propter se vltimo, nisi prævisio peccato, potest tamen amari propter se non vltimo sed in ordine ad vberiorem gratiam, sine peccato prævisio, vt statim dicemus: ita suppositio illius honestatis præcisè quia suppositio illius est non potest prudenter amari, nisi prævisio peccato: sumpta verò non præcisè quia suppositio honestatis actus pœnitentię, sed quia suppositio vtilis est ad vberiorem gratiam, prudenter potest amari, & de facto sic amatur à Deo ante prævisum peccatum: quia sic sumpta, non sistit in honestatè specifica pœnitentię, sed illam ordinat ad vberiorem gratiam vt finem.

79 *Explicatur solutio.*

Denique argumentari possumus: pœnitentia, vt ex illa eligitur permissio, non terminat puram electionem; alias solum esset medium, & non finis permissionis: ergo attingitur intentione in remedia; at attacta pœnitẽtia solum, vt vtilis ad vberiorem gratiam, non terminat nisi puram electionem; vtile namque in quantũ tale solam electionem terminat: ergo quatenus amatur ante prævisionem peccati reduplicativè attingitur non solũ ratione vtilitatis, sed etiam ratione proprię honestatis spe-

80 *Deinde arguit. & instatur cõtra dicta.*

Digitized by Google

specificæ : sed propria specifica honestas per habitudinem destructivè peccati constituitur, & ab alijs distinguitur : ergo habitudo destructivè amatur pro illo priori non solum specificativè, sed etiam reduplicativè.

81 *Resp.* Respondeo distinguendo consequens, amatur reduplicativè habitudo destructivi sola, nego consequentiam vt vestita vtilitate, concedo consequentiam. Itaque permittere ex fine destruèdi tantum peccatum, imprudentis Provisoris est : ex fine autem non tendendo in tali fine, sed viterius tendendo ad vberioris gratiæ consequutionem imprudentia non est. Et tunc habitudo destructivi formaliter, vt *quo* comparatur ad actum illum sub ratione intentionis : cæterum quia ratio illa intentionis vestitur formalitate electionis, & ab illa formalizatur; fit vt habitudo destructivi formaliter motivè ad illum actum prout intentio est comparata, ad eundem actum, vt subinduit rationem electionis respectu vberioris gratiæ comparatur solum materialiter, & vt *quod*, & imprudentia in providendo in eo sita est, quod ex intentione non intermedia, sed vltima destruendi peccatum, eligitur illius permissio : non verò si eligatur ex intentione non vltima destructionis, sed viterius ordinata per formalitatem electionis.

§. Vltimus.

Corollarium ex dictis.

82 *Corollarium.* EX dictis in disputationis discursu colligitur, permissionem peccatorum in reprobis esse effectum prædestinationis electorum. Conducit namque ad finem prædestinationis illorum, & ex hac intentione præparatur à Deo, vt constat ex Paulo ad Romanos 9. verbis *supra* relatis, & ex Augustin. ibi ; Nec defitetur Vazquez. Cuius rei rationem dedit nobis D. Thom. ad Roman. 8. *lect.* 6. *Nam sicut malum quod in vniuerso accidit non semper ordinatur ad bonum illius, cui accidit, sed ad bonum vniuersi ; ita malum culpæ, seu illius permissis, non semper in bonum eius, cui permittitur, ordinatur, benè tamen in bonum nobilissimarum partium, scilicèt electorum. Vndè permissio peccati reproborum, non cedit in illorum vtilitatem, sed in vtilitatem Sanctorum iuxta illud Prob. 11. qui stultus est seruiet sapienti, quia scilicèt* (inquit D. Thom.) *etiam mala peccatorum in bonum iustorum cedunt, eo quod illos propter se diligit, secus autem peccatores, qui sicut per culpam iumenta facti sunt, iuxta illud Psalmi homo cum in honore esset non intellexit comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis* : vt iumenta tractantur à Deo illos propter se non diligendo : *Sed omnia illorum in vtilitatem Sanctorum ordinat, sicuti nec iumentis aliquid vult beneuolentiæ amore propter se ipsa, sed propter hominem, cui omnia subiecta fuere.*

Sed pro complemento disputationis inquires, an permisso peccati sit effectus prædestinationis elicitus an verò imperatus? Mag. Albelda, *vbi supra concl.* 2. distinguit inter permissionem consistentem in negatione auxilij supernaturalis, & illam quę consistit in negatione auxilij ordinis naturalis, alleritque primam esse effectum prædestinationis quasi elicitum, secundam verò solum imperatum, ea ductus ratione, quia nempè negatio ad eandem pertinet providentiam cum forma cuius est negatio ; at forma cuius negatio est prima permissio ; cum supernaturalis sit, à prædestinatione elicienda foret, si esset, secus autem forma, quam negat secunda permissio, vtpotè naturalis; ergo prima permissio est effectus prædestinationis elicitus, secunda verò solum imperatus.

83 *An sit effectus, elicitus vel imperatus? Prima sententia.*

84 *Secunda.* Alij per oppositũ vtramque istam permissionem ad providẽtiam naturalem, vt ad elicientem reducunt, & ad prædestinationem, vt ad imperantem, eo quod neutra ex his permissionibus est ratione sui gratia supernaturalis, sed negatio gratię : à providentia autem supernaturali solum potest elicitivè causari, quod ratione sui est gratia supernaturalis.

85 *Resolutio trimembris.* Verius tamen existimo permissionem consistentem in negatione auxilij ordinis naturalis esse elicitivè à providentia naturali, illam verò quę consistit in negatione auxilij supernaturalis, non esse elicitivè à providentia naturali, sed à supernaturali, non prædestinativa, sed generali. *Prima pars probatur.* Prima pars probatur argumento Mag. Albeldę; negatio namque, & forma, cuius est negatio ad eandem pertinent providentiam; at auxilium naturale eliciendum erat à naturali providentia : ergo negatio illius provenit elicitivè à providentia naturali.

Secunda suadetur. Et ex eadem ratione convincitur secundam permissionem non à providentia naturali, sed à supernaturali elici. Nam auxilium cuius est negatio si existeret, non à naturali, sed à supernaturali providentia foret elicitivè: ergo permissio, in illius negatione consistens non à naturali, sed à supernaturali providentia venit elicitivè.

Confirm. Confirmatur; solus namque ille dicitur, negationem ponere, & causare qui communicare potest formam negationi oppositam: at Deus, vt auctor naturæ, non potest supernaturale auxilium infunderere: ergo nec illius negationem causare; & consequenter permissio in tali negatione consistens non provenit elicitivè a providentia naturali.

86 *Quoad tertiam partem Prob.* Quod autem non sit elicitivè à prædestinatione, sed à providentia generali, ex eadem ratione tantisper protracta probatur: nam auxilium supernaturale, in cuius negatione huiusmodi permissio consistit, non esset effectus prædestinationis elicitus secundum suam substantiam nude consideratam; cum prout sic multoties reprobis concedatur, sed prout efficacitèr conducit ad gloriam cum effectu consequendam; at permissio non consistit in negatione illius, vt efficacitèr ad gloriam conducentis, sed in negatione illius secundum suam substantiam taltim primario, efficacem autem conducentiam auxilij ad gloriam, ad summum secundario removet: ergo talis negatio substantialiter cõsiderata, non est effectus prædestinationis elicitus, sed providentiæ supernaturalis generalis.

87 *Oppones primo.* Sed oppones primo non est necessarium, quod negatio, & forma ad idem principium pertineant: ergo nec ad eandem providentiam debent spectare; & consequenter ruit fundamentum, cui tradita doctrina fidit. Antecedens probatur, gratia habitualis à solo Deo efficienter causatur; & tamen illius negatio causatur à nobis iuxta illud *perditio tua ex te Israel, tantummodo ex me auxilium tuum*: ergo verum est antecedens. Secundo, negatio gloriæ non est effectus prædestinationis elicitus, sed reprobationis, & tamen gloriæ collatio est effectus prædestinationis elicitus: ergo non semper negatio est effectus eiusdem providentiæ cum forma, quam negat. *Secundo.*

Respondeo ad primam ex his obiectionibus primo: negationem formæ posse dupliciter poni: primo solum negative, & tunc est à non dante, & potente dare; & consequenter solum ab illo, qui dare potest formam oppositam, & ab eadem providentia. Secundo potest poni non negative, sed destructivè per appositionem formæ cum illa incompatibilis, illamque destruentis, & hoc modo potest ab alio, quam à potente dare provenire; cũ enim facilius sit destruere, quam ædificare, stat aliquid esse potentius ad destruendum, quam ad ædificandum. 88 *Ad 1. obiectionem resp. primo.*

Vel secundo potest dici carentiam gratiæ posse dupliciter considerari, privativè, scilicèt, & negativè. Primo modo est à nobis, secũdo autem modo est à Deo: cum enim peccatum destruat effectivè, & de meritorie gratiam, illius carentia pœna est peccati; & consequenter à Deo pœnam infligente: vndè iam semper salvatur, quod negatio formæ, & forma ad eandem pertinet providentiam. Ad secundam concessa maiori, & minori distinguo consequens: quando providentia essentialiter est connexa cum forma positiva, concedo consequentiam: quando est indifferens ad formam: & eius negationem, nego consequentiam. 89 *Secundo resp.* *Ad 2.*



DIS-

Digitized by Google

DISPVTATIO SEXAGESIMA QVARTA.

An omnia dona supernaturalia sint in prædestinatis effectus prædestinationis illorum?

§. I.

Re atis sententijs, statuitur prima conclusio.

Nu. 1. *Prima sẽtentia.*

PRIMA sententia est negativa, quam tuentur Durandus *in 1. dist. 41. qu. 2. contendens* glorificationem ab effectibus prædestinationis excludere. Gabriel *quæst. unica artic. 3. dub. 2. ad 1. obiectionem*, asserens, solam gloriam esse prædestinationis effectum. Bonaventura *art. 1. quæst. 1.* docens solam gloriam, & gratiam iustificatem inter prædestinationis effectus contineri, excludens ab illis dispositiones ad gratiam, & vocationes etiam efficaces. Vasquez *disp. 93. cap. 1. & 3.* Alarcon *tract. 9. in 9. cap. 2. & 3.* negãtes vocationes inefficaces, & gratias non congruas, gratiam quæ habitualem per peccatum interruptam, quatenus primo collatam, esse prædestinationis effectus: consentiunt quoad vocationes, & gratias non cõgruas. Valentia *in hac quæst. disp. 1. punct. 3.* Albiz *tract. 3. disp. 4. sect. 2. &* Ruicius *disp. 21. sect. 2. & disp. 22. sect. 2.* Tenent etiam hanc sententiam Henricus *quodlib. 9. quæst. 19. &* Molina *in hac quæst. artic. 4. & 5. disput. 5. membro 8.* asserentes actus supernaturales, etsi prout à gratia procedunt sint prædestinationis effectus, prout tamen sunt ex libero arbitrio, effectus prædestinationis non esse.

Durãdus *Gabriel.* *Bonauẽt.* *Vasq.* *Alarcon.* *Valentia* *Albiz.* *Ruicius.* *Henriq.* *Molina.*

2. *Secunda.*

Secunda sententia est affirmativa, quam tuentur omnes discipuli D. Tho. quos lato calamo referunt, & sequũtur PP. Salmanticenses *tract. 5. disp. 4. à dub. 1. usque ad 3.* Albelda *disp. 71. à sect. 1. usque ad 4.* Cornejo *tract. 2. disp. unica, à dub. 7. usque ad ultim.* M. S. Thom. *tit. 9. art. 1. 2. & 4.* quam sequentibus assertionibus explico.

Salm. *Albelda* *Cornejo.* *S. Thom.*

Prima sit. *Glorificatio, iustificatio non interrupta, & vocationes efficaces sunt effectus prædestinationis:* ita omnes Theologi contra Durandum, Gabrielem, & Divum Bonamventuram, & quoad omnes partes ostenditur primo, ex illis verbis Pauli ad Romanos 8. *Quos autem prædestinauit, hos & vocauit, & quos vocauit, hos & iustificauit, quos autem iustificauit, illos, & glorificauit:* ergo ex mente Pauli, ex vi prædestinationis causantur à Deo aliqua vocatio, aliqua iustificatio, & æternæ gloriæ consequutio, cumque de vocatione ineffica., & de iustificatione interrupta dubium sit inter Theologos, indubitanter debet admitti vocationem efficacem, & iustificationem per peccatum non interruptam, & glorificationem esse in prædestinatis prædestinationis effectus.

Prob. 1 ex D. Paulo quoad omnes partes.

Respondebis in favorem Durandi, nomine glorificationis, non æternam felicitatem, sed gloriosam celebritatem nominis à quibusdam intelligi: vnde ex prædicto testimonio non constat Beatitudinem æternam esse prædestinationis effectum. Sed contra primo ex Augustino *lib. de prædest. cap. 17.* illis verbis: *Glorificauit, illo vtique fine, qui non habet finem:* ergo ex mente Augustini glorificationis nomine

4. *Resp.*

Contra 1.

intelligitur æterna fælicitas, licèt etiam nominis celebritas, qua Deus aliquos ex prædestinatis illustrat, vel etiam virtutis profectus, provt explicat D. Thom. *ibi lect. 6. post medium*, vbi ait: *Glorificationis nomine, & virtutis profectum, & gloriæ exaltationem intelligi*. Secundo, nam verba Pauli de omni prædestinato verificantur; at non de omni prædestinato verificatur celebritas nominis; nam potest aliquis adultus recenter conversus, & iustificatus salvari, de quo nominis celebritas non verificatur: ergo verba Pauli non intelliguntur solum de glorificatione sumpta pro nominis celebritate, sed etiam, & potiùs de æterna fælicitate, & de fine finem non habente, vt dicebat Augustin. Tertio. Tertio: nam licèt aliqui ex Ecclesiæ Doctoribus glorificationis nomine celebritatem illam, vel virtuosum profectum intelligant nullus tamen negat intelligi etiã fælicitatem æternam: ergo hæc comprehendenda est inter prædestinationis effectus.

Secundo.

5 *Secundo prob. conclusio.* Secundo principaliter suadetur conclusio: prædestinatio est præparatio mediorum efficaciter inferentium finis consecutionem; & consequenter non solum causat media, sed etiam ad finem causalitas eius extenditur, sicut medicus applicans efficacia remedia salutis, non solum causat media, seu ordinat illa, sed etiam sanitatem, quę est finis; at vocationes efficaces, & iustificatio per peccatum non interrupta sunt media efficaciter inferentia finis consecutionem, & gloria consequenda est finis: ergo vocatio efficax, iustificatio non interrupta, & glorificatio sunt effectus prædestinationis.

6 *Tertio prob.* Tertio suadetur specialiter contra Durandum. Beatitudo namque est effectus providentię supernaturalis; cum sit à Deo, non, vt auctore naturę, sed, vt supernaturali: & consequenter media supernaturali providentia; at non est effectus providentiæ supernaturalis generalis, cum hæc, prout à prædestinatione distinguitur, solum sit de mediis sufficientibus respectu finis: nec est effectus reprobationis; cum illius vltimus effectus sit gloriæ negatio: ergo est prædestinationis effectus. Patet consequentia, nam providentia supernaturalis adæquatè per prædicta membra partitur.

7 *Vltimo prob. conclusio.* Denique probatur specialiter contra Gabrielem, & Bonamventuram: taliter enim debent constitui prædestinationis effectus, quod non detur ex parte nostra nec causa dispositiva, nec meritoria primi effectus prædestinationis: tùm, vt cum hæreticis, nec in modo loquendi conveniamus: tùm etiam, quia ita communiter docetur à Theologis, scilicèt ex parte nostra causam præcognitionis non dari, quia non datur in nobis causa meritoria primi effectus prædestinationis, at si sola gloria esset prædestinationis effectus, daretur ex parte nostra causa meritoria primi effectus prædestinationis, scilicèt gloriæ, cum illam bonis nostris operibus condigne promereamur: si autem sola gloria, & gratia formaliter sanctificans sint effectus prædestinationis, dabitur ex parte nostra causa dispositiva primi effectus prædestinationis; cum ad gratiam sanctificantem actus nostri dispositivè concurrant in omnium Theologorum sententia, quę in præfatâ sententiâ est primus prædestinationis effectus: ergo nec sola gloria, nec sola gratia à peccato formaliter mundans, sunt effectus prædestinationis, sed etiam actus disponentes ad gratiam, & auxilia, & vocationes ad illos necessariæ.

§. II.

Argumentis contra istam conclusionem occurritur.

COntra istam conclusionem militat primo argumentum Durandi, prædestinatio namque non est de fine, sed de mediis, quibus ad finem pervenitur; sed gloria est finis, & non medium perducens ad finem; idem namque nequit esse finis, & medium perducens ad illum: ergo gloria non est prædestinationis effectus. 8 *Arg. 1.*

Confirmari potest primo: nam prædestinatio supponit efficacem electionem ad gloriam, vt vidimus *supra*; at ex vi electionis, cum efficax sit, constituitur Beatitudo futura; ergo actus inquo essentia prædestinationis consistit, Beatitudinem, vt futuram supponit; & consequenter gloria esse nequit effectus illius. Confirmatur secundo, omnis prædestinationis effectus debet esse obiectum illius; at glorificatio, non est obiectum prædestinationis: ergo nec effectus. Probatur minor, id, quod est obiectum prædestinationis debet esse obiectum electionis; at Beatitudo non est electionis obiectum; cum sit finis, obiectum autem electionis sit medium, vt medium: ergo nec est obiectum prædestinationis. *Cõfirm.* *Cõfirm. 2*

Denique confirmatur: nam esto causa mediorũ physicè causantium finem, causet finem etiam in executione, causa tamen mediorum solum moraliter finem causantium, finem in exequutione non causat; at media quę immediatè per prædestinationem causantur non causant physicè gloriam, sed solum moraliter: ergo 9 *Cõfirm. 3*

Digitized by Google

prædestinatio causans huiuscemodi media, non causat gloriam in exequutione: minor videtur certa, nam media sunt gratia, & merita, hæc autem solum moralem concursum exercent in gloriam: maior autem probatur, nam causans finem in executione, physicè debet illum causare; at permedia physicè causantia finem, potest mediatè physicè finis causari, secus autem per media moraliter solum causantia; cum causalitas ad terminum mediarum debeat esse mediante causalitate termini immediati; hunc autem non physicè, sed moraliter causet; ergo licèt causans media physicè causantia finem, causet finem in executione mediatè, causans autem media causantia finem moraliter, non potest causare finem physicè in executione. Explicatur & vrgetur amplius, licèt nostris actibus promereamur condigne gloriam, non elicitur causari à nobis glorificationem: ergo prædestinatio, quæ immediatè est de meritis non potest dici medijs illis causare glorificationem: patet consequentia, nam causalitas solum mediata, non potest immediatam excedere.

Explicatur.

10 *Prima solutio.* Huic argumento responderi solet primo, quod, vt Beatitudo sit medium sufficienti modo, vt sit effectus prædestinationis sufficit, quod non sit finis vltimus obiectivus licèt obtineat rationem finis vltimi formalis: nam finis formalis *quo*, in assequutione finis obiectivi consistens, est propter vltimum finem obiectivum; & ideò esse potest prædestinationis effectus.

Secunda. Secundo, quod vt sit effectus prædestinationis sufficit esse causam formalem constituentem Beatum in concreto, nam hoc ipso est medium ad suum effectum formalem. Verum si istę solutiones contendant, id sufficere, vt sint effectus immediati prædestinationis non satisfaciunt argumento facto, nam id non sufficit, vt sint obiectum immediatum electionis; quis enim dixit finem formalem *quo* esse obiectum electionis per modum medij ordinati ad finem *cui* obiectivum, aut causam formalem eligi propter suum effectũ formalem electione rigorosa? ergo nec terminare possunt prædestinationem, vt effectus immediati, & immediata obiecta.

Petitur de vtraque solutione iudicium

11 *Vera argumenti solutio.* Ad argumentum ergo respondeo communi solutione, quam in probatione conclusionis insinuavimus, prædestinationem esse immediatè de medijs, quia tamen hæc in executione sunt causa finis, mediatè, & in executione est de fine: vnde licèt, glorificatio sit finis prædestinationis, non tollitur, quin sit prædestinationis effectus mediatè in exequutione.

Ad primam confirmationem, concessa maiori, distinguo minorem: illamque concedo de futuritione remota, inchoata, & in ordine intentionis; secus autem de futuritione completa & in ordine executionis, cum quo bene stat concursus prædestinationis, quę posterior est electione ad gloriam ad præcendam completam futuritionem in ordine executionis; alias eodem argumento probaretur potentiam executivam ad glorificationem non concurrere, siquidem etiam hæc electionem ad gloriam supponit; & consequentèr eius futuritionem. *Ad 1. confirm.*

Ad secundam, nego minorem, loquèndo de effectu, & obiecto prædestinationis mediato, id est illato ex aliquo, quod est immediatum prædestinationis obiectum. Ad impugnationem dicatur etiam esse effectum, & obiectum mediatum electionis; siquidem in executione causatur à medijs ordinatis ad gloriam, & ad illam electis. 12 *Ad 2.*

Ad tertiam confirmationem, omissa maiori, nego minorem; ad cuius probationem dicatur, media ad gloriam consequędam, non solum esse merita, sed etiam gratiam consumatam, & lumen Beatificum; licèt autem merita solum moraliter influant in gloriam: gratia tamen consumata per modum radicis, & lumen Beatificum per modum principij proximi physicè influunt in visionem Beatam, in qua nostrę Beatitudinis essentia est constituta, & quia gratia consumata, & lumen Beatificum immediatè causantur per prędestinationem; fit consequens, quod ergo gloriã duplicem mediatam causalitatem exercear prædestinatio, vnam moralem mediantibus meritis, & alteram physicam mediante gratia consumata, vt radicè & lumine Beatifico, vt principio proximo. *Ad 3.*

Verum contrà istam solutionem obijciet aliquis primo: gratia, vtpotè natura in ordine supernaturali, est perfectior visione Beata & lumen gloriæ, est principiũ effectivum principale illius, & consequentèr eam in perfectione adæquat, quod licèt, non sit certum, est tamen probabile, & vt probabilius (saltim loquendo de excessu gratiæ respectu visionis) aliquando defensavi; at id quod perfectius est altero, nequit esse medium rigorosum: & consequentèr nec obiectum electionis, quę propriè sit talis, nec prædestinationis; quæ electionem rigorosam supponit: ergo nullus est immediatus prædestinationis effectus, ex quo physicè causetur nostra formalis Beatitudo in executione. 13 *Relicabis 1.*

Secundo, nam iuxta à nobis dicta, datur *Secundo:*

in

Digitized by Google

in Deo duplex voluntas erga gloriam, altera in ordine intentionis, & altera in ordine executionis; at hæc duplex voluntas immediatè erga gloriam versatur: ergo etiam prædestinatio, vt Beatitudo, sit effectus illius debet immediatè circa gloriam versari. Patet consequentia: nam imperium, in quo essentia prædestinationis consisti, non tur vt regula voluntatis executivæ: ergo debet immediatè attingere quid quid per decretum executivum attingitur immediatè.

14 Respondeo ad primam ex his obiectionibus, quod licèt gratia, vt principium radicale excedat gloriam excessu entitativo, & lumen Beatificum illam adæquet, possunt tamen rationem medij obtinere respectu illius, & ab ea in genere causæ finalis causari, quia excessus entitativus finis ad media solum est necessarius in fine *qui*, non autem in fine *quo* per modum assequutionis, sed ad hunc modum finalizandi sufficit, quod alia omnia excedat in ratione assecutionis, & sit excedatur ab illis in ratione entitatis: cuius rei evidentem instantiam habemus in Beatitudine naturali hominis in puris naturalibus conditi, quæ in ratione entitatis à substantia animæ rationalis absque dubio excederetur; & tamen hæc ad illam, vt ad finem vltimum *quo* formalem esset ordinata, eo quod animam rationalem excederet in linea assequutionis.

Ad 1. replicam resp.

Instatur argumentum.

15 Ad secundam dicatur, quod sicut eadem actione producitur essentia primatio, & secundario passiones, ita eodem decreto executivo vtrumque producitur: vnà cum gratia consummata, & visio beatifica, & lumen gloriæ comparentur tanquam passio, & essentia, non est necessarium duplex decretum in Deo; in ordine executionis, sed vnum sufficit terminatū immediatè ad gratiam consummatam, & secundario, & mediatè ad lumen gloriæ, & visionem Beatificam.

Ad 2.

16 Instabis: decretum executivum obtinens rationem vltimi, distinguitur ab electivo per essentialem connexionē cum obiecto volito, vt realitèr habito, sicut *loco allegato* diximus; at decretum executivum terminatum immediatè ad gratiam consummatum, & lumen Beatificum, non conectitur essentialitèr cū visione Beata: ergo non est decretum executivum respectu illius: & cōsequentèr aliud est assignandum immediatè ad illam terminatū.

Instabis.

Resp. Respondeo discrimen illud intelligendum esse respectu immediatè voliti, non respectu voliti mediatè, qualis est visio Beatifica respectu prædicti decreti.

17 Contra eandem conclusionem minori tamen efficaciā militat argumentum Gabrielis de sumptum ex eo quod effectus prædestinationis non possint esse reprobis, & prædestinatis communes; at sola visio Beatifica est prædestinatis propria; cum omni alia præpter ipsam reprobis multoties conveniant, scilicet iustificatio, & vocatio: ergo sola glorificatio est prædestinationis effectus. Respōdeo pro nunc, quod licèt iustificatio, & vocationes ineficaces, seu efficaces cum effectu vsque ad finem non perseverantes, sint communes reprobis, & prædestinatis, iustificatio tamen non interrupta, & vocationes efficaces in suo effectu vsque ad finem perseverantes, non sunt reprobis communes, sed propriè prædestinatorum, & de his in ista conclusione contra D. Bonamventuram, & Gabrielem sumus loquuti. Et quidem esse Auctor ne are non potest donum perseverantiæ esse prædestinatorum primum: ergo hac ratione convincere suum intentum non potest, scilicet solam gloriam esse prædestinationis effectum. Ex dictis in hac conclusione colligitur amorem Beatificum, & omnia, quæ essentialem Beatitudinem consequuntur esse effectum prædestinationis; cum hæc omnia ad eandem providentiam pertineant, ad quam pertinet gloria, sivè vt proprietates necessario cōsequutę, sivè, vt accidentia exornantia.

Secundo ex Gabriel.

Resp.

Instatur argum.

Corollarium.

§. III.

De gratia per peccatum non interrupta.

18 Sit secunda conclusio: *Gratia interrupta per peccatum est effectus prædestinationis, non solum, vt recuperata per pœnitentiam, sed etiam, vt primo collata, & quatenus interrupta, non per culpam, sed à Deo.* Hanc statuo contra Vazquez, & per paucos Theologos ipsum sequutos. Et quidem, quod pro ut recuperata sit prædestinationis effectus non negat Vazquez, nec Theologi, qui illum sequuntur loquēdo de recuperatione numquam interrumpenda, nam si recuperata, iterum amittatur, idem est dicēdum de illa ac de gratia primo collata, semel interrupta. Quod autem prout primo collata sit effectus prædestinationis ostenditur primo ex D. Thom. ad Rom. 8. *lect. 6.* vbi loquens de iustificatione, quam ex verbis Pauli effectum prædestinationis constituit, sic ait: *Hæc autem iustificatio, etsi in aliquibus frustretur, quia non perseverant vsque in finem, in prædestinatis tamen numquam frustratur*: ergo sentit D. Thom. nullam iustificationem electorum ab effectu frustrari; at si iustificatio per peccatum semel interrupta effectus prædestinationis non

Secunda conclusio.

Prob. 1. ex Diuo Thom.

non esset, iam aliqua electorum iustificatio frustraretur: ergo ex mente D. Thom. gratia, seu iustificatio per peccatum interrupta est prædestinationis effectus.

19 *Secundo prob.* Secundo probatur, gratia interruptâ, quatenus primo collata, cum effectu conducit ad finem prædestinationis. (Supponimus enim cum communi Theologorum sententia gratiam, & merita per peccatum mortificata: per subsequentem pœnitentiam revivisc ere, cum eodem iure ab gloriam; & consequenter aliquos gradus gloriæ huic gratiæ quatenus primo collatæ correspondere,) & alias ex intentione gloriæ collatio illius imperatur: ergo etiã, vt primo collata sit effectus prædestinationis. Consequẽtia est ev dens; omne enim, quod est effectus Dei ad glorificationem concurrens, & ex vi intentionis gloriæ præparatur à Deo, est effectus prædestinationis: ergo si omnes istæ conditiones cõveniunt gratiæ interruptæ, quatenus primo collatæ, erit profut sic prædestinationis effectus.

20 *Antecedens pro 1. parte prob.* Antecedens pro secundâ parte probatur non enim obstat, vt prima illius collatio ex efficaci intentione gloriæ proveniat, quod solum mediatè, scilicèt media recuperatione, & perseverantia, ad finem prædestinationis conducat. Tum, quia gratia continuata vsque ad mortem ex intentione gloriæ procedit non solum, vt continuata, sed etiam, vt primo infusa; & tamen non conducit ad gloriam, quatenus primo infusa, nisi media continuatione, & perseverantia. Tum etiam, quia gratia congrua est effectus prædestinationis ex intentio gloriæ præparatus à Deo; & tamen non nisi mediante actu à se elicito ad glorificationem conducit, maximè in sententia Vazquez & aliorum, qui non agnoscunt in gratiâ prout in actu primo, efficaciam, sed solum connotato cõsensu. Nec obstat interruptio per culpam, quominus, vt primo collata ex intentione efficaci glorificationis fiendæ interveniente pœnitentia tanquam cõditione procedat. Tum etiam, nam culpa interrumpens non tollit quin gratia perseveret in acceptatione divina: ergo non interrumpit D. acceptationem; & consequenter nec eius voluntatem.

21 *Confirm.* Et confirmari potest ad hominem cõtra Vazquez, vt enim aliquid sit prædestinationis effectus, non est necessarium, in sententia illius, quod ex efficaci intentione gloriæ procedat; sed sufficit procedere, ex inefficaci gloriæ intentione; at gratia interrupta quatenus prius collata, procedit ex inefficaci intentione glorificationis: ergo cum alias conducat, licet media recuperatione, & cum ordine ad perseverantiam, erit prædestinationis effectus.

22 *Resp. Alarcon.* Respondebis ex Alarcon *vbi supra* gratiam primo collatam considerari posse dupliciter, scilicèt præcisso ordine ad electum finalem in gratia, vel vt dicit ordinem ad illum. Priori modo (inquit) ex intentione, seu speciali ordine gloriæ non provenit; ac proinde effectus prædestinationis non est, benè autem secundo modo. Et Vazquez solũ negare esse priori modo effectum prædestinationis. Sed contra primo. Nam Theologi sequẽtes sententiam, quam propugnamus, nõ asserunt, gratiam vt primo collatam, esse effectum prædestinationis præcisso ordine ad perseverantiam finalem, sed vt talem ordinem dicit: ergo si Alarcon hoc concedit, sucumbit oneri, & argumento, veræque adhæret sententiæ. *Reijcitur 1.*

23 *Secundo.* Secundo, nam vt iste auctor fatetur, eadem est ratio quoad hoc de gratia continuanda vsque ad mortem, & de gratiâ interruptâ per culpam; sicut enim ista non est effectus prædestinationis, nisi cum ordine ad perseverantiam finalem, ita gratia numquam interrumpenda, non est quatenus primo collata est eius prædestinationis præcisso ordine ad perseverantiam finalem. sed tali ordine incluso; at Vazquez expræse statuit discrimen inter gratiam interruptam, & gratiam numquam interrumpendam, quoad hoc quod est esse effectum prædestinationis quatenus primo collatam, vt apertè fatetur de gratiâ nunquam interrumpenda *disput. citata, cap. 3. numer.* 20. ergo prædictum effugium ad mentem Vazquij non est.

24 *Alia pars conclusionis prob.* Quod autem gratia hæc, etiam vt interrupta sit prædestinationis effectus interruptione sumpta prout à Deo; facile suadetur notando amissionem gratiæ cõsiderari posse dupliciter; primo quatenus ex peccato voluntariè procedit; qua ratione consistit in macula animæ, quæ vel est essentia peccati habitualis, vel eius cõplementum iuxta varios Theologizandi modos: secundo eadem gratiæ carentiâ, prout est à Deo qualitèr esse pœnam peccati sæpè docuit D. Thom. hoc ità permisso facile suadetur conclusio; nam carentia prout sic, est à Deo, vtpotè pœna peccati, & ad finem prædestinationis conducit, iuxta verba Pauli sæpius repetita, *diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum*, & ex intentione Beatitudinis præparatur ab ipso: cum sic præparetur omne, quod ad finem prædestinationis conducit, vt

vt iapè iam vidimus: ergo gratia, vt interrupta, interruptione prout à Deo est effectus prædestinationis.

25 *Confirm.* Confirmatur, nam permissio peccati consistens in carentia auxilij, quo posito non sequeretur peccatum, est effectus prædestinationis, vt *disp. præced.* ostendimus: ergo carentia gratiæ quatenus est à Deo, erit prædestinationis effectus. Patet consequentia: ideò namque permissio est effectus prædestinationis, quia eligitur à Deo ex fine humilitatis, seu pœnitentiæ; sed etiam carentia gratiæ prout à Deo eligi potest ex isto fine; cum ad illum cõducat; & consequentèr ex hoc fine eligatur: ergo si permissio peccati est effectus prædestinationis, etiam carentia gratiæ prout à Deo.

26 *Corollarium.* Ex ista conclusione colligitur, etiam auxilia sufficientia, & efficacia, quibus homo ad gratiam interruptam, quatenus primo collatam disponitur esse effectus prædestinationis. Quod patet primo qua interruptio illorum, quantum ad suos effectus non obstat, vt sint prædestinationis effectus. Tùm etiam, nam illa auxilia præparantur à Deo ex fine prædictæ iustificationis: ergo si iustificatio non obstante interruptione, est effectus prædestinationis, etiam præfacta auxilia inter effectus prædestinationis connumerari debent.

§. IV.

Argumenta soluuntur.

27 *Contra 2 partem conclusionis arg. 1.* COntra secundam partem huius conclusionis opponit Vazquez primo: gratia interrupta per peccatum est effectus communis reprobis, & prædestinatis, quatenus primo collata: ergo effectus prædestinationis non est. Patet consequentia: nam per omnem effectum prædestinationis discriminatur prædestinatus à reprobo: ergo quod vtrique est commune, effectus prædestinationis esse non potest. *Resp.* Respondeo, gratiam illam, quatenus primo collatam, esse quoad substantiam reprobis, & prædestinatis communem, non verò quatenus subest intentione gloriæ, & ordinem ad perseverantiam involuit, & hoc sufficit, vt sit prædestinationis effectus. Et quidem hoc argumentũ siquid probat, convincit solam beatitudinem, & perseverantiam finalem esse effectũ prædestinationis, nam cætera omnia, si ordinem ad ista secludas, reprobis, & prædestinatis possunt esse communia. *Instatur argumentum.*

28 *Arg. 2.* Secundo sic arguit: esto gratiæ Adami in statu innocentiæ correspondeat aliquis gradus gloriæ; & consequentèr ad finem prædestinationis conducat, effectus tamen prædestinationis Adami non est, vt primo Adamo collata, sed solum, vt reparata; at hoc non alia ratione, nisi quia per peccatum fuit interrupta: ergo gratia hominum in hoc statu per peccatum interrupta, effectus prædestinationis non est, quatenus primo collata, sed solum, vt reparata, etiam si illi, quatenus primo collatæ correspondeat aliquis gradus gloriæ. Maior ex inde constat: nam cum prædestinatio Christi peccatum Adami prævisum supponat, gratia illa, quæ antecesit peccatum, non fuit effectus prædestinationis Christi; & consequentèr nec propriè prædestinationis; cum omnium hominum prædestinatio posterior sit prædestinatione Christi, vt pote ab illa exemplata, & ex Christi meritis habita.

Respondeo, prætermissa maiori, negando causalem minoris; sed ideò gratia status innocentiæ, quatenus primo collata, effectus prædestinationis non fuit, quia cum non supponat Christi prædestinationem; & consequentèr nec intentionem beatificandi Adamum, quæ fuit Christi prædestinatione posterior, prima illius gratiæ collatio ex intentione efficaci gloriæ non fuit imperata. Vnde ex vi primæ infusionis ad finalem perseverantiam ordinem non dicebat, sed solum ex vi reparationis. In nostra autem gratia opportũ contingit ratione iam assignata; quia scilicèt ordinem ad gloriam, & ad finalem perseverantiam dicit, non solum vt reparata, sed etiam ex vi voluntatis, qua primo confertur, & id circo effectus prædestinationis est. 29 *Resp.*

Sed instat Vazquez, & est tertium argumentum: gratia interrupta non conducit ad finem prædestinationis ex vi voluntatis qua primo confertur à Deo: ergo vt primo collata effectus prædestinationis non est. Probatur antecedens, primo: permissio peccati, qua interrumpitur gratia non est ex intentione gloriæ, quod probatum supponit: ergo gratia interrupta non conducit ad gloriam ex vi voluntatis, qua primo confertur. Probatur consequentia: nam si permissio interrumpens non est ex intentione gloriæ: ergo interrumpit voluntatem primo infundentem gratiam; & consequentèr ex vi illius non conducit ad gloriam. Confirmatur, & probatur secundo: nam effectus prædestinationis debent esse continui: ergo si permissio intercedens inter primam infusionem, & reparationem effectus prædestinationis non est, nec ex intentione gloriæ causatur, gratia interrupta, quatenus primo causata esse non potest prædestinationis effectus. 30 *Tertium instatur, & replicatur cõtra dicta.* *Antecedẽs prob.* *Secundo:*

Respondeo, negando antecedens, ad 31

cuius

cuius primam probationem respondetur primo, negando antecedens. De que *disputatione precedenti vidimus*. Secundo prætermisso antecedenti, nego consequentiam: ad primam probationem dicatur permissionem interrumpere existentiam physicam gratiæ, non autem permanentiam eius in acceptatione divina: ac proinde nec voluntatem remunerandi merita, & coferendi gloriam, quę vt hæreditas respondet gratię, vt ex probatione nostræ conclusionis colligitur. Ad secundam dicatur, non requiri cōtinuationem physicam in existendo, sed sufficere, quod omnes prædestinationis effectus continuentur in divina intentione cum perseverantia, & cum gloria & hanc habet gratia interrupta, licèt primam continuationem cum perseverantia non habeat.

Respond. ad 1. antecedenti probationem.

Ad 2.

§. V.

De vocatione inefficaci.

32 *Tertia cō clusio.*

TErtia Conclusio. *Vocatio inefficax est effectus prædestinationis, etiam prout inefficax, non reduplicativè, sed specificativè.* Probatur; vocationes inefficaces sunt illæ, quę à voluntate non extorquent consensum; at licèt illa non conducant ad gloriam media operatione, ad quam dantur cōducunt tamen dispositivè mediatè, quatenus paulatim cor hominis emoliunt, vt tandem Deo vocanti respondeat, vel obiectivè, quatenus in memoriam reddactę excitant ad gratiarum actiones Deo, qui toties vocauit reddendas, & ad humilitatem propter resistentiam præteritam: ergo præparantur à Deo ex intentione gloriæ; & consequenter sunt prædestinationis effectus; secunda consequentia ex prima evidenter colligitur. Prima autem ex tæpè repetitis habetur, videlicèt, ex eo quod omne, quod ad finem prædestinationis cum effectu cōducit est effectus illius.

33 *Minor pro 1.*

Minor autem, in qua est difficultas suadetur. Tùm, quia id sæpè contingere experientia testatur, quod scilicèt Deo quis gratias agit propter vocationes illas, quibus respōsum non præstat; constatque ex August. *lib. 5. c. ufelsi nu, cap. 14. & lib. 6. cap. 11.* vbi commemorans vocationes divinas, quibus restiterat excitatus est ad pœnitentiam, humilitatem, & gratiarum actionem. Tùm etiam ex illis verbis Pauli ad Roman. 8. *Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum his, qui secundum propositum vocati sunt sancti.* Quod vt *disputatione precedenti vidimus* gloſa ex August. desumpta ad peccata prædestinatorum extenditur: ergo cum vocationes inefficaces aliquo ex prædictis modis ad bonum prædestinatorum conducere possint, ita de facto conducunt; & consequenter erunt prædestinationis effectus.

Secunda pars conclusionis, quod scilicèt, etiam vt inefficaces, sint effectus prædestinationis. Probatur, permissio peccati, quę in negatione efficacis gratię supposita sufficienti, committit, est effectus prædestinationis, quatenus ad excitandam humilitatem conducit, vt *disputatione precedenti vidimus*, sed etiam inefficacia intrinseca vocationi ad illum finem conducere potest, & conducit de facto, non minus quam negatio gratiæ efficacis quatenus ex illa movetur homo ad cognoscendam infirmitatem propriam, & indigentiam vberioris auxilij: ergo inefficacia vocationis est prædestinationis effectus; & consequenter vocatio ipsa, vt inefficax, inter prædestinationis effectus computanda erit.

Quod autem non in sensu reduplicativo, sed specificativo inefficaciæ, sortiatur rationem effectus prædestinationis: probatur. Tùm, quia permissio peccati non est effectus prædestinationis reduplicativè prout est carentia gratię, sed sub reduplicatione conducentię ad actus humilitatis, & pœnitentię: ergo pariter gratia inefficax non erit effectus prædestinationis sub reduplicatione inefficaciæ, sed quatenus efficacia mediata vestitur, qua ad excitationem prædictorum actuum conducit. Tùm etiam, nam reduplicatio denotat rationem formalem ob quam convenit alicui esse prædestinationis effectus; at licèt vocationi inefficaci conveniat quod sit prædestinationis effectus, ratio tamen ob quam illi convenit non est inefficacia respectu actus, ad quem immediatè præstatur, sed efficax conducentia respectu aliorum actuum: ergo vocatio inefficax non est effectus prædestinationis sub reduplicatione, sed solum sub specificatione inefficaci.

§. VI.

Occurritur argumentis in contra.

COntra primam partem huius conclusionis opponunt contrarij Auctores primo. Nam iuxta Augustinum *libro de prædestinat. Sanct. cap. 16. lib. 1. ad Simplicianum, & lib. 1. contra duas Epistolas Pelagianorum, cap. 10.* sola illa vocatio est effectus prædestinationis, quę est vocatio secundum propositum; at vocatio inefficax non est vocatio secūdum propositum: ergo non est effectus prædestinationis. Minor probatur. Tùm, quia vocationi secundum propositum nemo resilit; vocationi autem inefficaci resistimus. Tùm etiam;

etiam: nam Augustinus *primo loco* relatus, contra ponit vocationem secundum propositum, vocationi, qua vocantur, qui venire nolunt; vocatione autem inefficaci vocantur, qui nolunt venire: ergo non est vocatio secundum propositum: & consequenter, nec effectus prædestinationis.

37 *Resp.* Respondeo, negando minorem: ad cuius probationes dicatur, vocationes inefficaces, non esse secundum propositum respectivè ad actus proximos, ad quos immediatè comparantur: benè tamen respectivè ad illos, ad quos concurrunt, vel dispositivè mollendo cor hominis, vel objectivè quatenus in memoriam reductæ excitant ad gratiarum actiones, & humilitatem, quos actus infallibiliter consequuntur, licèt non immediatè, mediatè tamen, quatenus cum vocationibus efficacibus coniunguntur, quod ad rationem effectus prædestinationis sufficere constat in correctionibus ad monitionibus, & exteriori prædicatione, quę ratione sui efficaciam non habent, sed solum, vt coniuncta cum alijs; non enim valent consensum voluntatis extrahere nisi mediis auxilijs efficacibus intus moventibus; & tamen sunt effectus prædestinationis.

38 *Secundo arg. & replicatur contra datam solutionem.* Sed contra istam solutionem opponunt secundo: peccata in memoriam redacta, excitant ad humilitatem, & pœnitétiam; & tamen non sunt effectus prædestinationis: ergo quod vocationes inefficaces in memoriam reductę excitent ad humilitatem, & gratiarum actionem, non sufficit, vt sint prædestinationis effectus. Respondeo, hoc solum non sufficere: sed insuper est necessarium, quod id, quod sic conducit sit effectus præparatus a Deo, & quia peccato repugnat, secus autem vocationibus inefficacibus; consequens sit quod peccatum non sit effectus prædestinationis, benè autem vocationes inefficaces.

Resp.

39 *Arg. 3.* Tertio sic arguunt: non omnes vocationes inefficaces offeruntur memoriæ, nec omnes paulatim cor hominis liniunt: ergo nō omnes sunt prædestinationis effectus. Consequentia tenet, vt enim omnes sint effectus prædestinationis, debent aliquo exprædictis modis ad prædestinationis finem conducere; antecedens autem probatur: nam contingere potest, quod aliquis vitijs longo tempore deditus, & multoties interius, & exterius vocatus, repente convertatur, & statim moriatur, vel ad martyrium raptus sponte sub finem cōsequatur gloriam; at in tali casu, non omnes vocationes occurrunt memoriæ; cum hoc in tam brevi tempore, sit moraliter impossibile, nec dispositivè cor emolliendo extraxerunt consensum: ergo non omnes vocationes inefficaces aliquo ex prædictis modis ad finem prædestinationis conducunt.

40 *Prima solutio.* Huic argumento Cornejo *vbi supra dub. 9.* respondet concedēdo antecedens, & consequentiam. Vndè nostram conclusionem restringendam existimat, ad illas vocationes, quę in memoriam reductæ excitant ad prædictos affectus. Magis tamen placet aliorum solutio, qui nostram conclusionem vniversaliter accipientes propter verba Pauli, quę vniversalia sunt, quando asserit prædestinatis omnia in bonum cooperari: respondent, negando antecedens: ad probationem, quidam respondent, credendum esse aliquo ex prædictis modis semper concurrere in vita præsenti, quam credulitatem deducunt ex propositione vniversali Pauli, & ex speciali amore quo erga prędestinatos fe gerit Deus. *Secunda.*

41 *Vera solutio.* Sed ne divinare potius, quam solvere argumentum videamur, dicendum existimo, quod licèt in hac vitā non omnes vocationes inefficaces memorię occurrant, in patria tamē per visionem in verbo omnes suas vocationes, sivè efficaces, sivè inefficaces cognoscunt, & ex cognitione illarum ad gratias Deo agendas excitantur; quem modum conducentię ad effectū prædestinationis sufficere, constat primo: eo quod illa gratiarum actio est effectus prædestinationis, sicuti, & omnia alia consequentia beatitudinem, vt ad finem primæ conclusionis vidimus: ergo vocationes inefficaces ex conducentia ad illam gratiarum actionem, rationem effectus prædestinationis sortientur. Secundo, quia vt vidimus *disputatione precedenti* inter probandam primam conclusionem, permissiones peccatorum in reprobis sunt effectus prędestinationis electorum in sententia Vazquij, quem in hac conclusione impugnamus, eo quod in Verbo cognitæ excitant beatos ad gratiarum actiones pro gratia efficaci illis collata: ergo iste conducentię modus sufficiens debet reputari; vt vocationes inefficaces sint effectus prædestinationis.

42 *Arg. 4.* Quarto objiciunt, cum enim detur aliqua providentia reprobis, & prædestinatis communis, dari debent aliqui effectus huius providentię; at si vocationes inefficaces omnes sint effectus prædestinationis, nullus effectus poterit prædictę providentię assignari vt consideranti constabit: ergo vocationes inefficaces non sunt effectus prædestinationis. Respondeo distinguendo maiorem: aliqui effectus huius providentię, cum exclusione prædestinatio-

Resp.

Digitized by Google

tionis, vt elicientis; concedo maiorem; vt imperantis, nego maiorem: & omissa minori nego consequentiam. Vel distinguo consequens distinctione maioris. Etenim in prædestinatis omnis effectus cuius bis providentiæ est effectus prædestinationis imperativè, id est, quod licèt proximè ab alia providentia quasi eliciatur, provenit ab illa, vt prædestinationi subordinata, & ex illius finis efficaci intentione, & ita in vocationibus inefficacibus accidit; sunt enim proximè à providentia generali, vt prædestinationi subordinata.

43 *Contra 2. partem conclusionis arg.* Denique contra secundam partem nostræ conclusionis arguitur: vocationis inefficacia, potius retrahit, quam iuvet ad finem prædestinationis: ergo ex intentione illius imperari non potest; & consequentèr, nec esse prædestinationis effectus; non enim nisi imprudenter ex intentione finis eligi possunt; quæ ab illo retardant, aut retrahunt, imò fortè non est possibile. *Confirm.* Et confirmari potest: nam inefficacia vocationis ad præcepti adimpletionem formaliter constituitur per negationem actus ad implentis, quæ peccatum est; at peccatum non potest esse effectus prædestinationis: ergo nec inefficacia vocationis, seu vocatio prout inefficax adhuc specificativè.

44 *Resp.* Respondeo, distinguendo antecedens: ratione sui, & in ordine ad actum quem proximè respicit: concedo antecedens: ratione aliorum, & in ordine ad actum, ad quem comparantur mediate, scilicèt ad recognitionem propriæ parvitatis, & dependentiæ vberioris auxilij, quam habemus à Deo, nego antecedens, & consequentiam: quia vt sit effectus mediatus, & improportionatus sufficit ille modus conducentiæ, vt constat in permissione.

Ad confirmationē. Ad confirmationem, nego maiorem: licèt namque in aduersariorum sententia gratia inefficax constituatur connotatione dissensus, sivè absolutè futuri, sivè sub conditione, sicuti, & efficax connotatione simili consensus: in nostra tamen, sicuti gratia ratione sui, & intrinsecè efficax prout in actu primo omnem consensus præuisionem præcedit; ita inefficax per intrinsecum prædicatum omnem præuisionem consensus præuincendo, constituitur. De quo fusè in tractatu de auxilijs. Præter quam quod, etiam in sententia Auctorum scientiæ mediæ in gratia efficaci datur aliquid, quod in nostra potestate non est, scilicèt in occasione congrua præstari: vndè vt inefficax ex aliquo in nostra potestate non existente debet prouenire, & quoad hoc esse poterit prædestinationis effectus.

§. VII.

De actibus supernaturalibus.

45 *Quarta conclusio.* QVarta Conclusio: *Actus supernaturales sunt effectus prædestinationis, non solum prout à gratia procedit, sed etiam prout à libero arbitrio.* Hæc conclusio statuitur contra Molinam *infra artic. 4. & 5. disp. 1. membro 10.* vbi ait, quòd licèt nihil sit in actu supernaturali, quod non sit effectus gratiæ, & prædestinationis, tamen actus supernaturalis consideratus prout præcisè à libero arbitrio procedit, effectus prædestinationis non est. *Sententia Molinæ.* Ductus primò, quia gratia, & liberum arbitrium concurrunt ad actum supernaturalem tanquam duæ causæ partiales partialitate causæ; at actus supernaturalis consideratus prout procedit à gratia, non est effectus liberi arbitrij: ergo consideratus prout à libero arbitrio, non est effectus gratiæ; & consequentèr nec prædestinationis. *Primum motiuū.* Secundò, quia quod actus supernaturalis sit liber, non habet à gratia, sed à libero arbitrio; nam id debet habere à principio libero; gratia autem non est principium liberum, sed determinatum: ergo quod liber sit, solum habet à libero arbitrio præcisè; & consequentèr sub hac præcisione effectus prædestinationis non est. *Secundū.*

46 *Secunda sententia & vera.* Nostram tamen conclusionem, defendunt communiter Theologi, non solum qui negant concursus partiales gratiæ, & liberi arbitrij creati, sed etiam illi qui defendunt partiales concursus. Ante cuius probationē aduerto propositionem istam, *actus supernaturalis prout a libero arbitrio procedit est effectus prædestinationis*, posse facere duplicem sensum; reduplicativum, & specificativum: in priori est falsa, nec à nobis defenditur; nam reduplicativè accepta, idem valet, ac dicere rationem cur sit effectus prædestinationis esse, quod à libero arbitrio procedat, quod falsissimum est: ratio namque, cur sit prædestinationis effectus, non est, quod à libero arbitrio procedat, sed quod procedat à gratia. *Explicatur.* Accipitur ergo conclusio nostra in hoc sensu, quod licèt, ratio cur actus liber supernaturalis, sit effectus prædestinationis, non sit liberum arbitrium creatum, tamen actus iste, non solum, vt supernaturalis, sed etiam, vt liber, ab arbitrio creato causatur, non ratione sui præcisè, sed vt elevato per gratiam; & consequentèr, quod sub nulla ratione ab arbitrio procedat subqua non sit effectus prædestinationis.

47 *Prob. 1.* Conclusionem istam, sic intellectam fusè ostendunt ab Auctoritate Recentiores

Thomistę. Videantur Albelda
entes, & Magister Sancto Tho-
p. a relati. Ratione ostenditur
ula vt contra Molinam, & alios
Doctores, fuse monstravimus
o, in primam partem, disp. 16. po-
ltræ virales, & gratia non con-
partialiter ad supernaturales ac-
u adæquata virtus proxima agen-
us supernaturalis, potentia autem
ratione sui solum gaudet virtute
: ergo nulla est formalitas in actu
urali, quę à libero arbitrio proce-
one sui immediatè; sed omnis eius
tas à libero arbitrio procedit, qua-
evato per gratiam. Ex quo per
em consequentiam colligitur sub
tione à libero arbitrio procedere,
non sit prædestinationis effectus.
ndo: actus supernaturalis sub nulla
procedit à libero arbitrio ratione
utis præcisè: ergo sub omni ra-
st effectus gratię, & prædestinatio-
nsequentiam non negabit, nec ne-
gerit Molina. Antecedens autem
ur. Actus supernaturalis sub omni
, qua procedit à libero arbitrio,
it ab illo, vt subordinato Deo, non
nti naturali; aliàs in actu superna-
aliqua formalitas naturalis reperi-
ergo vt agenti supernaturali; &
quentèr quatenus media gratia
m arbitrium applicat ad operatio-
supernaturalem; at sub formalitate
a procedit à libero arbitrio, vt sub-
ato Deo, quatenus agēti per gratiam
procedit à libero arbitrio præcisè:
i sub omni ratione est à libero arbi-
ic subordinato, sub nulla est à libero
rio præcisè.

Tertio, actus supernaturalis est effectus
estinationis sub omni ratione, sub qua
ffectus gratię; sed quatenus procedit
ero arbitrio est effectus gratiæ: ergo
est effectus prædestinationis. Probo
orem: nam esto admittatur gratiam
esse adæquatam virtutem proximam
di, vt contendunt Doctores Societa-
egari tamen non potest, quod sit adæ-
a ratio elevandi, & proportionandi
rum arbitrium, cum actum superna-
li quantum ad omnem formalitatem
nulla formalitas reperiatur in illo,
qua voluntas creata habeat propor-
nem ratione sui; at actus vt procedit à
ero arbitrio, procedit ab illo, vt pro-
tionato ad agendum; cum agere ac-
liter supponat necessario agens propor-
natum cum actione: ergo vt procedit
ibero arbitrio est effectus gratię, vt ele-
ntis, & proportionantis; & consequen-
ter vt sic est effectus Dei prædestinantis.

Quarto probatur, quod actus supernaturalis sit liber, & libere eliciatur ab homine habet à gratia: ergo id habet per prædestinationem. Consequentia etiam Molinę est nota; cum omne, quod à Deo per gratiam supernaturalem causatur, sit ab illo media prædestinatione præparatum in electis, & prædestinatis. Antecedens autem ostenditur primo, quod actus supernaturalis libere eliciatur ab homine non est volentis hominis, sed miserantis Dei, vt ait Apost. *ad Roman. 9.* at si hoc, quod est, actum supernaturalem libere ab homine elici, non haberetur per gratiam, non esset miserentis Dei, sed volentis, & currentis hominis, vt contra Semipelagianos arguit August. *in Enchiridione, c.* cum id, quod est effectus Dei miserentis, debeat esse effectus gratię: ergo hoc ipsum, quod est actum supernaturalem libere ab homine elici habetur per gratiam. 50 Quarto. Antecedens probatur primo.

Secundo probatur antecedens: Deus per suam gratiam non solum facit nobiscum nostram operationem, sed etiam facit, quod faciamus illam, vt constat ex illo Ecechielis 36. *Faciam, vt in præceptis meis ambuletis*, & ex August. *lib. de gratia, & libero arbitrio, cap.* 15. illis verbis: *Certum est nos velle cum volumus, sed ille facit vt velimus: certum est nos facere cum facimus, sed ille facit, vt faciamus præbendo nobis efficacissimos voluntates*: ergo quod actus nostri libere eliciantur à nobis, habetur per gratiam, per quam Deus facit, vt faciamus. 51 Secundo.

Tertio, concursus gratię in actus nobiscum non est concursus gratię prævenientis, sed concomitantis; at prævenientem concursum simultaneum debet recognoscere in Deo aliquis concursus prævius, sive physicus, sivè moralis, vt abstrahamus, pro nunc à sententiarum diversitate: ergo isto non agit Deus nostrum actum immediatè cum, sed agit in arbitrium nostrum, vt libere exeat in actum; & consequentèr actus liberos supernaturales ab homini elici est effectus divinæ gratiæ. 52 Tertio.

Denique probatur antecedens: quidquid prædestinationis proportionatè ad finem est effectus gratię, & per prædestinationem concurrit præparatur à Deo; sed actum supernaturalem liberum elici ab homine, ad finem prædestinationis cum proportione conducit: ergo habetur per gratiam, & per prædestinationem præparator. Quarto. Antecedens probatur.

§. VIII.

Occurritur fundamentis Molinæ.

53 Ad arg. Molinæ resp.

EX quibus ad primum fundamentum Molinæ respondeo, negando maiorem: quod scilicèt actus supernaturales à gratia, & libero arbitrio partialitèr partialitate causæ causentur. Virtus enim adæquata proxima agendi, & causa agens media tali virtute, nõ dicuntur causæ partiales; gratia autem, & liberum arbitrium, sic comparantur, quod illa est adæquata virtus proxima agendi, & dandi continentiam proximam actus supernaturalis, & liberum arbitrium ratione sui solum gaudet virtute remota; seu coaptatione essentiali, vt *loco allegato* latissimè ostendimus, & ideò non concurrunt partialitèr.

54 Replic.

Sed oppones: ad minus est probabile liberum arbitrium, & gratiam concurrere per partiales virtutes, ad actus supernaturales: ergo etiam erit probabile, actus supernaturales liberos, quatenus procedunt à liberò arbitrio non esse effectus prædestinationis. Respondeo omisso antecedenti, negando consequentiam; quia ad hoc in illa sententia illius Patroni tenentur fateri, quod licet gratia non sit adæquata virtus proxima agendi, est tamen adæquata ratio elevandi, & proportionandi. Et insuper non sic esse partialis virtutes, vt vna alteri nõ subordinetur; aliàs actus supernaturalis sub aliqua ratione procederet à libero arbitrio, vt non subordinato Deo, vt supernaturali agenti; & consequentèr sub nulla ratione cõparatur actus supernaturalis cũ virtute arbitrij præcisse, sed cũ illo, vt subordinato gratiæ, & per illam proportionato, quod sufficit, vt sit prædestinationis effectus, adhuc illa sententia admissa.

Resp.

55 Instabis.

Instabis: hac sententia admissa, liberum arbitrium, & gratia non concurrunt ad actum supernaturalem sub eadem ratione: ergo actus iste sub ea ratione, sub qua procedit à libero arbitrio, non procedit à gratia, & consequentèr sub tali ratione erit prædestinationis effectus. Respondeo, distinguendo antecedens: sub eadem ratione *subqua*, concedo antecedens: sub eadem ratione *qua*, nego antecedens, & distinguo consequens, non est affectus gratiæ, aut prædestinationis sub ratione qua procedit à libero arbitrio tanquam sub ratione *subqua*, concedo consequentiam. Licet enim ratio *subqua* procedit à libero arbitrio non sit ratio *subqua* respectu gratiæ, est tamen ratio *qua* à gratia cau-

Respond.

sata vt stat sub ratione supernaturali sub ratione *subqua* causatur à gratia hoc sufficit, vt sub nulla ratione à libero arbitrio procedat, sub qua non sit effectus gratiæ, & prædestinationis.

Sed vrgebis adhuc: contrarius actor nihil aliud intendit, nisi quod sub ratione, sub qua procedit à libero arbitrio non procedat à gratia, tanquam sub ratione *subqua*; cum expressè fateatur nullam formalitatem in actu supernaturali esse formalitatem, quod non sit effectus gratiæ, & prædestinationis; ergo si hoc fatemur, ab illo non sentimus, & consequentèr sine causa sententiam contrariam ei imponimus.

Respondeo, negando antecedens. Tùm, quia ad hoc, vt actus supernaturalis non esset effectus prædestinationis sub qua procedit à libero arbitrio, tãquã sub ratione attingibilitatis prædestinationem, necessarium non est concurrere ad concursus partiales; cum admittatur ab omnibus, qui partiales concursus negant: cum ergo Molina ad hoc recurrat, vt suam sententiam defendat, aliquid amplius intendit. Tùm etiam probans suam sententiam recurrit ad hoc, quod actum supernaturalem libere esse, nõ habetur ex gratia; at esse liberum formalitas aliqua in actu supernaturali ergo iam recognoscit formalitatem quam in illo, nec à gratia, nec à prædestinatione causatum. Tùm denique: nam libertatem actus supernaturalis reducit ad arbitrium ratione suæ naturalitatis à gratia præcisè quod autẽ à libero arbitrio isto modo causatur, effectus prædestinationis non est; iam ergo aliquam formalitatem in actu supernaturali recognoscit fugientem gratiæ, & prædestinationis falsitatem, quidquid antea affirmauerit contrarium.

Ad secundũ fundamẽtũ Molinæ, dico distinguendo antecedens: non potest gratia, vt potentia, concedo antecedens: vt potentiæ adæquata, & proximo antecedens, & consequentiã, ad hanc distinctionem quatenus huic distinctioni potest dicatur quod licet gratia actualis non sit libera vt *quod*, sicut nec vt *vitalis*; est tamen libera vt *quæ*, vtpote capatio libertatis, & vitalitatis civi-

Sed dices, principium *quo* liberandi esse indifferens saltim vt *quo* ad quæ extremum libertatis; at gratia non est indifferens, etiam vt amotẽ præceptum, & illius omissionis odium contrarium: ergo non est etiam vt *quo*. Probatur minor: principium *quo* indifferens potest vtrumque mum suæ indifferentiæ principiare

tia auxilians non poteſt principiare omiſſionem culpabilem, ſeu odium amori contrarium: ergo non eſt principium indifferēs, adhuc vt quo reſpectu actus, & omiſſionis, ſeu actus contrarij.

59 *Reſpond.* R. ſpondeo, negando minorem: ad cuius probationem, diſtinguo maiorem: principium *quo* liberum per modum potentiæ liberæ: concedo maiorem: per modum virtutis principij, ſeu applicationis illius, nego maiorem: & conceſſa minori, nego conſequentiam, vel diſtinguo conſequens eodem modo: nam licet gratia auxilians ſufficiens, vel efficax, non poſsit cauſare omiſsionem culpabilem, ſeu actum contrarium illi, ad quem datur, & conſequentèr non ſit libera libertate potentiæ, quæ petit ad vtrumque extremum contradictionis, vel contrarietatis poſiti vèl comparari per modum cauſę ſufficientis: eſt tamen libera per modum virtutis, ſeu applicationis principij, ad quod ſufficit, quod licet non det vires ad extrema oppoſita, taliter tamen iubet, ad vnū, quod relinquat in voluntate potentiam ad oppoſitum. Sicuti, vt actus ſit liber non eſt neceſſarium quod ad obiecta oppoſita poſſit terminari, ſed ſufficit terminari ad vnum relinquendo in potentia facultatem ad oppoſitum, de quo fuſe egimus *tom. præcedenti, diſputatione citata.*

60 *Corollarium. Prob.* Ex dictis colligitur, quod etiam ſi in actu ſupernaturali aliqua formalitas naturalis reperiretur, poſſet eſſe effectus prędeſtinationis improportionatus. Quod patet: nam de facto talis formalitas ad finem prædeſtinationis iubaret, vtpotè, ſine qua aliæ formalitates ſupernaturales non poſſent exiſtere; at quidquid quomodolibet ad finem prædeſtinationis conducit per prædeſtinationem præparatur à Deo, excepto peccato, vt conſtat ex diſcurſu tractatus: ergo, ſi in actu ſupernaturali aliqua eſſet naturalis formalitas, eſſet effectus prędeſtinationis, non proportionatus, vtpotè non exiſtens in eodem ordine, ſed improportionatus, eo quod ratione ſui ad ordinem inferiorem ſpectaret.

§. IX.

Explicatur modus, quo prædicti effectus à prædeſtinatione procedunt, & quinta concluſio ſtatuitur, & probatur.

61 *Quædam difficultas propo nitur.* PRo complemento diſputationis inquirendum reſtat, an ea, de quibus in illa actum eſt, ſint effectus prædeſtinationis eliciti? De quo parum, aut nihil attigerunt Auctores, quos viderim. Et quidem omnes videntur ſupponere eſſe effectus à prædeſtinatione elicitus, ad differentiam permiſsionis peccati, ſubſtantiam prædeſtinati, & aliorum entium naturalium, quæ ſolum imperativè prædeſtinati adſcribuntur.

Sub diſtinctione tamen reſpondendum exiſtimo, & ſit quinta concluſio. *Gloria, & perſeverantia finalis ſunt effectus prædeſtinationis eliciti; cætera autem de diſputatione recenſita, licet ſupernaturalia ſint, ſolum ſunt effectus prædeſtinationis imperati, proportionati tamen cum illius fine.* Et quidem poſſe effectum imperativum ad virtutem aliquam ſpectare, & in eodem ordine cum fine talis virtutis conſtitutus manifeſtè conſtat in actibus virtutum electivarum ſupernaturalium. Sicut ergo actus iſtarum virtutum imperantur cum Charitate imperante, & etiam actus virtutum acquiſitarum imperantur ab illa, cum hoc tamen diſcrimine quod illi ratione ſui ſunt proportionati imperio charitatis, quia in eodem ordine ſupernaturali cum illo conſtant, actus autem naturales ſunt improportionati, quia in inferiori ordine: ſic in præſenti dicimus, entia naturalia, quæ prædeſtinatione imperativè cum illis improportionata, ſupernaturalia autē prætereā perſeverantiam, & gloriam, effectus prædeſtinationis imperatos, licet improportionatos, quia in eodem ordine conſtant cum illa.

Concluſio ſic explicata probatur. Quia eſt effectus prædeſtinationis elicitus, qui per ſe petit prædeſtinationem pro ordinante; ſicut ille ſolus actus elicitus ab aliqua virtute, qui per ſe petit procedere; ſed nullum ex donis gratiæ præter perſeverantiam finalem, & gloriam petit per ſe prędeſtinationem pro ordinante; cum omnia prętęr perſeverantiam, & gloriam, poſsint reprobis dari, & multoties concedantur: ergo ex donis gratiæ, exceptis perſeverantia & gloria, ſunt effectus prædeſtinationis eliciti, ſed tantum imperati.

Reſpondebis, quod licet dona quoad ſubſtantiam, poſsint repro communicari, vt efficaciter tamen conducentia ad gloriam, illis communicar ſunt; & conſequenter prout ſic prędeſtinationis effectus eliciti. S primo: ergo conſiderata quoad tiam, non ſunt effectus prędeſ eliciti, ſed tantum imperati, qu dit noſtra concluſio. Patet conſ vt ſic non petunt prædeſtinati cauſa ordinante; ſed poſſunt re generalem providentiam prępa quoad ſubſtantiam non ſunt eff citi prędeſtinationis.

Secundo, etsi actus aliarum virtutum
65 non possint finem charitatis attingere, nisi
Secundo. vt subordinati charitati, quia tamen quoad substantiam non petunt ab illa procedere, non elicitivè, sed imperativè comparantur ad illam: ergo licèt dona gratiæ, vt efficaciter ad gloriam conducentia, subordinentur prædestinationi, quia tamen illam pro causa non petunt secundum suam substantiam, non elicitivè, sed imperativè procedunt ab illa.

Tertio: licèt entia naturalia, vt efficaciter conducentia ad gloriam, petant
Tertio. prædestinationem pro causa ordinante, quia tamen quoad substantiam illam pro causa non postulant, non elicitivè, sed imperativè à prædestinatione proveniunt: ergo licèt præfata dona gratiæ, vt efficaciter inferentia gloriam, petant per prædestinationem præparari, quia tamen id non petunt secundum suam substantiam, non elicitivè, sed imperativa ab illa procedent.

Respõdebis, quod entia naturalia quoad
66 suam substantiam non conducunt ad gloResp. riam, & ideò non possunt elicitivè à prædestinatione procedere: dona autem supernaturalia, verbi causa gratia habitualis, & merita, secundum suam substantiam ad gloriam, quæ est finis prædestinationis, conducunt, & ideò possunt esse secundum suam substantiam effectus prædestinationis eliciti.

Sed contra: prædestinatio non differt
Contra. à providentia generali per respicientiam gloriæ, & præparationem mediorum conducentium ad illam, sed per efficaciam consequutionis gloriæ; at gratia habitualis, & merita secundum suam substantiam non habent efficaciam cõsequutionis gloriæ, sed solum dant sufficientiam ad illam consequendam: ergo secundum suam substantiam inspecta, non petunt à prædestinatione procedere.

Respondebis, non habere secundum
67 suam substantiam efficaciam absolutam
Resp. ad infallibilem gloriæ consecutionem habendam tamen efficaciam conditionatam consequendam, sub conditione decessus in gratia, & hoc sufficere, vt per se petant à prædestinatione procedere. Sed contra
Contra. istam solutionem obicio. Ius conditionatum ad infallibilem gloriæ consecutionem datur in multis reprobis; si enim reprobus in gratia existens in illa decederet, infallibiliter gloriam consequeretur: ergo per se non petit per prædestinationem præparari, sed potest à sola generali providentia procedere.

§. Vltimus.

Obiectionibus occurritur.

SEd contra istam conclusionem opp
aliquis primo: auxilia supernatu
efficacia non possunt a providenti
nerali procedere: ergo hæc saltim
effectus prædestinationis eliciti. Co
quentia est bona, & antecedens prob
Electio enim efficax non potest ex in
tione inefficaci procedere; at electi
xilij efficacis efficax est: ergo non p
procedere ex inefficaci intentione
& consequentèr nec a providentia g
rali imperari, quæ solum inefficacem
intentionem supponit.

Respondeo negando antecedens,
ab omnibus debet negari, si quidem i
probis dantur plura auxilia efficacia,
tamen respectu illorum solum detu
Deo in ordine ad gloriam providentia
neralis. Ad illius probationem dica
veram esse maiorem de electione effi
obiectivè, id est efficaciter inferent
nem: falsam autem de illa, quæ solum
fectivè est efficax. Electio autem auxi
rum efficacium ad actum, ad quem d
tur, non tamen infallibilitèr glo
inferentium, solum gaudet secundo
cacię genere, & ideò potest ex inefti
intentione gloriæ procedere, quia au
electa licèt efficacia sint ad actũ ad q
proximè dantur; non tamen sunt efic
respectu gloriæ, sed solum dant suffic
tiam ad illam consequendam.

Oppones secundo: multa auxilia
tię præparat Deus electis, quæ non præ
raret nisi essent specialitèr dilecti,
Deo prædestinati: ergo hæc auxilia qu
substantiam sunt effectus prædestinat
eliciti. De antecedenti dubitari non
test. Consequentia verò probatur: n
providentia generalis est communis p
destinatis, & reprobis; at auxilia ista, c
munia non sunt; ergo non sunt effe
eliciti providentiæ communis, sed spe
lis, quæ est prædestinatio.

Respondeo, concesso antecedenti,
gando consequentiam: nam solum co
gitur esse effectus prædestinationis im
rativè, id est, vt imperantis provide
generali & sibi illam subordinatis. S
non valet ista consequentia. *Multas a*
virtutum electiuarum eliciunt iusti dili
tes Deum, quas non elicerent, si Deum
diligerent: ergo tales actus à charitate
ciuntur; antecedens enim verisim
& consequens falsum. Sed tantum i
tur Charitatem imperare aliis virtu

Digitized by Google

vt prædictos actus eliciant, ita in nostro casu. Ad probationem consequentiæ, distinguo maiorem; est communis quoad effectus omnes, quos causat, nego maiorem: & quoad aliquos concedo maiorem: & minorem, & nego consequentiam. Et quidē certum est voeriora auxilia sufficientia Deum concedere prędestinatis, quam reprobis, & tamē hæc auxilia quatenus sufficientia, non sunt effectus prædestinationis eliciti, sed tantum imperati.

72 Arg. Tertio obijcies: auxilia supernaturalia sunt in eodem ordine cum fine prædestinationis, & aliàs illorū executio per prædestinationem imperatur: ergo sunt effectus prędestinationis eliciti, eo modo, quo prędestinatio effectus elicitos habere potest. Probatur consequentia: nā causalitas prędestinationis non est per modum principij exequentis, seu elicientis, sed imperantis: ergo imperat huiusce modi auxilia, & aliàs sunt in eodem ordine cum illa: dicētur ergo effectus prædestinationis eliciti eo modo, quo prædestinatio potest habere effectus elicitos.

73 Respond. Respondeo, negando consequentiā: ad cuius probationem dicatur, tunc effectum aliquem dici à prædestinatione elicitum, quando immediatè imperatur ab illa, sicut imperatur perseverantia finalis, & gloriæ assecutio. Secus autem, quando ab alia providentia immediatè imperatur, & à prædestinatione mediatè, vt sibi sub ordinans providentiā immediatè imperantē. Et quia auxilia supernaturalia immediatè, non per prædestinationem, sed per aliā providentiam imperantur: hinc est quod non dicantur effectus illius eliciti, sed tantum imperati.

74 Replic. Replicabis, non est ratio cur auxilia supernaturalia præcipuè efficacia petant per providentiam supernaturalem à prædestinatione distinctam immediatè imperari, & non possint immediatè subesse prædestinationis imperio: ergo immediatè imperantur ab illa; & consequenter futurus prędestinationis effectus elicitus.

Respondeo, negando antecedens. Distinctio autem habetur ex dictis. Omnis effectus petit ab aliqua providentia immediatè imperari; cumque auxilia supernaturalia quantum ad suā substantiam petant per se providentiam specialem prædestinativam, petunt per se aliam, & consequentèr per illam immediatè imperantur, quandocumque imperantur: vbi intervenit prędestinationis imperium non erit immediatum, sed mediatum.

Instabis, non est ratio cur huiusmodi auxilia non sint, quantum est de se, efficacia, vt quandoque à providentia ordinali, & quandoque à prædestinatione immediatè imperentur: imò hoc ita esse probatur: nam possunt efficacitèr conducere ad gloriam, & possunt tali efficacia imperari: cum autem efficax conducens ad gloriam sit ratio obiectiva prædestinationis; videtur dicendum huiusmodi auxilia prædicta indifferentia gaudere: ergo non sunt esse effectus prædestinationis electi.

Respondeo, negando antecedens. Ratio autem est, nam cum hæc auxilia ad finem conferent sufficientiam consequendi gloriæ, infallibilem autem gloriæ consequutionem non dent, nisi rationem perseverantiæ: hinc fit, quod ab illa petant per providentiam respicientem hanc gloriam, vt consequibilem immediatè imperari, per prędestinationem autem mediatè, & consequentèr non efficaciter, sed imperativè spectabunt ad illam. Quæ de ista disputatione applicanda essent præcedentis, art. littere Magistri 40. §. 3. ad illa verba. *Sicut prædestinationis effectus* &c.

DISPVTATIO SEXAGESIMA QVINTA.

An electio efficax prædestinatorum ad gloriam merita prævisa supponat, an verò merita prævisa præcedat?

§. 1.

Relatis sententijs statuitur prima conclusio, & auctoritate probatur.

Nu 1. Catherini sententia refertur, & rejicitur.

IN hac difficultate prætermissa Catherini sententia, qui distinguens inter eximiè sactos, & alios non ita evectæ Sanctitatis asserebat, illos ante meritorum prævisionem efficaciter eligi ad gloriam, istorum autem efficacem electionem merita prævisa supponere. Prætermissa, inquam, ista sententia, vtpotè fere communi Theologorum consensu ab Scholis reiecta, duas celebres, & extremè inter se oppositas reperio.

2 Prima sententia.

Prima docet, electionē efficacem prædestinatorū ad gloriā merita prævisa supponere: vndè pro priori ad merita prævisa solū recognoscit in Deo voluntatē ineffacē reprobis, & prædestinatis cōmunē, qua omnibus hominibus salutē exoptat. Hanc tenent alijs relatis Molina *in præsenti disputatione prima, memb. sexto* Vazquez *disp. 89.* Lesius *disp. de prædest. sect. 2.* Beccanus *cap. 14. de prædest. quæst. 4.* Hericc *disp. 23. per 14. capita*, Alarcon *Tractatu quarto, disputatione prima à capitulo sexto vsque ad finem, & disputatione secunda à capitulo vndecimo*, Meracius *disputatione quadragesima prima, sectione secunda; & sequentibus*, quos alij Recentiores sequuntur.

Molina. Vazquez Lesius. Hericc. Alarcon. Merac.

3 Secunda.

Secunda docet electionem efficacem prædestinatorum ad gloriam, non supponere merita prævisa, nec illa vt motivum respicere, sed vt effectus in genere causæ finalis. Ita antiquiores Thomistæ. Capreolus *in primo distinctione quadragesima prima, quæstione prima* Caietanus, & Bañez *circa articulum quartū huius quæstionis*, Soto *super Epistolā ad Rom. 9. capitulo*, Alvarez *disputatione trigesima septima de auxiliis*, Gonçalez *disputatione 73. sect. 2.* Nazarius *in præsenti art. 5. controv. 2.* Cornejo *art. 4. disputatione vnica, dub. 2.* Salmanticē ses *disputatione nona, dub. 1. 2. & 3.* Sancto Thoma *disp. 8. art. 4.* Marcus de la Serra *dubio vnico.* Tenent etiam ex alienis Scotus *in 1. distinct. 41. quæst. 1.* Scotum sequuntur eius discipuli. Et ex PP. Societatis Belarminus *lib. 2. de gratia, & libero arb. cap. 10. & 15.* Toletus *ad Roman. 6. cap.* Henriquez *de vltim. fine hominis, cap. 11.* Suarez *lib. 1. de prædestinatione, cap. 8.* Granadus *Tract. 7. disp. 4. sect. 2.* Ruticus *Tomo de prædestinatione, disp. 10.* Et alij plures quos referunt Salmant. *vbi supra.*

Hanc tamen sententiam non omnes vno modo defendunt, quibusdam asserentibus nullum dari decretum ab æterno in Deo merita prævisa supponens. Alijs affirmantibus quod licet decretum intentivum, meritorū prævisionē præcedat; decretum tamen executivum ab intentivo distinctum merita pro motivo respicere, & illa, vt prævisa supponere, quem modum dicendi frequentius sequuntur Thomistæ. Pro illius explicatione sit.

Prima conclusio. *Electio efficax prædesti-*

Digitized by Google

Prima cō clusio. natorum ad gloriam *per modum intentionis, meritorum prævisionem, vt moventium præcedit, nec sub merito cadit.* Conclusionem istam esse expressam D. Thom. luce meridiana est clarius, nec probatione indiget, vt contra Vazquez manifestè ostendunt Recentiores nostri in præsenti. Videatur Sancto Thoma *vbi supra.* Licet autem non possit ex Scriptura Sacra evidenter ostendi, cum omnia, quæ in eius fauorem eius defensores adducunt aliqualiter possint explicari, esse tamen testimonijs Scripturę conformiorem pluribus ostendunt Salmanticenses, & Magister Sancto Thoma vbi supra, ex quibus vnum, vel alterū

Est expressa D. Th.

6 breuitatis causa proponam. Primum est,

Prob. quod habetur Lucæ *capitulo* 12. illis verbis: *Nolite timere pusillus grex, quia complacuit Patri vestro dare vobis Regnum*, vbi Christū loqui de electione efficaci, quę sola est prędestinatis propria, indicāt illa verba: *Pusillus grex*, quibus datur intelligi, solum cum prædestinatis esse sermonem, qui pusillus grex appellantur comparatione numeri reproborum.

Secundo. Constat secundo, quia Christus intendebat illos exhortari, vt rerum temporalium curam deponerent, quia si complacuit Patri dare illis Regnum cœleste, quanto magis de necessarijs ad præsentem vitam curam habebit? Si autem de simplici, & inefficaci complacentiâ loqueretur, non rectè id suaderet; cum ex illa nō sequatur effectus. Loqui autem de electione ad gloriam; constat ex nomine *regni*: sola enim gloria nomen regni absolutè meretur.

7 Quod autem merita prævilla antecedat: & ex illis non oriatur, indicat nomen *patris*, quo Deus non insignitur, quando ex meritis movetur, sed nomine *iudicis iusti*, Iusta illud: *Quam reddet mihi Dominus in illa die iustus iudex.* Quam locum explicans Nicolaus de Lyra, sic ait: *Ex mera enim liberalitate aliquos eligit ad Regnum cœleste, aliis dimissis, & quos ab æterno eligit, in tempore vocavit ad fidem, & iustificavit per gratiam, vt sic digni efficerentur vita beata, secundum quod dicit Apostolus, quos autem prædestinauit, hos, & vocavit.*

Nec obstat in Apostolorum gremio esse Iudam, qui prædestinatus non erat, ex quo videtur colligi nomine *complacentiæ* non efficacem electionem ad gloriam, sed simplicem, & inefficacem complacentiam intelligi. Respondetur, enim Christum suum sermonem ad maiorem partem direxisse, quæ efficaciter erat electa: vndè necessarium non est sub tali electione Iudam comprehendi.

8 Secundum testimonium habetur ad Ephesios 1. illis verbis: *Elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, vt essemus Sancti.* Vbi Paulum loqui de electione discreta prædestinatorum à reprobis; fatentur contrarij Auctores; sicut etiam quod loquatur de electione gratuita, quod docuit August. *lib. de prædestinatione Sanctorum, cap.* 18. & omnes glossæ in eodem conueniunt, iudicantque illa verba, *vt essemus sancti, non quia eramus Sancti*, vt explicant Augustinus, glossa interlinealis, Lyra, & alij: ergo ex mente Pauli electio efficax prædestinatorum ad gloriam, illorum merita, vt prævisa præcedit.

Respondet contrarij Auctores, negando consequentiam: quia non loquitur Paulus de electione ad gloriam, sed de electione ad gratiam; ex quo solum colligitur efficax electio ad gratiam ante merita prævisa, non autem electio efficax ad gloriā, quā negāt. Loqui autē de electione ad gratiā, nō autē de electione ad gloriam Probāt primo: nā si loqueretur de electione ad gloriam; hæc esset mediū ad nostrā sanctificationem; hoc enim iudicant illa verba: *Vt essemus Sancti.* Quod scilicèt adquod sumus electi ad est mediū ordinatum ad nostram sanctificationē, quod est falsum. Secundo, quia Hieronymus ad illa verba, & August. *lib de prædestinatione Sanctorum, cap.* 19. id explicant de electione ad gratiam.

Sed contra primo: quia iam ad minus videntur admittęre loqui Paulum de electione ad gratiam sanctificantem; siquidem de illa potest verificari esse propter nostram iustificationem; at hęc confertur in tempore ex nostris actibus præcedentibus, licet non vt meritis de cōdigno beatam sententiam; vt meritis de congruo quo non obstante electio ad gratiā merita non supponit: ergo saltim ex loco Pauli instatur manifestè potissimum fundamentum illorū, & consequentèr quamvis gloria *in tempore* conferatur ex meritis, poterit *electi* ad gloriam, meritorum prævisionem præcedere.

Secundo, quia Vazquez, qui dicta interprætatione vtitur, fatetur loco *allegato, cap.* 6. *num.* 44. Augustinum voluisse Pauli expositione de electione ad gloriam *lib.* 1. *ad Simplicianum, quæst.* 2. ergo ipsa interprætatio cum mente August. est. Tertio, quia glossa Angelicus explicans illa verba; *Vt essemus Sancti*, addit *in æterna beatitudine*: ergo sentiunt qui de electione ad gloriam, & non solum de electione ad gratiam.

Quarto: nam si non esset intelligendus Paulus de electione ad gloriam n

mè, quia dicit elegisse nos vt essemus Sancti; sed hæc verba optimè adaptantur electioni ad gloriam: ergo de illa etiam loquitur Paulus. Probo minorem, quia vt illa verba verificentur de electione ad gloriam necessarium non est, quod gloria sit medium ad gratiam, sed sufficit, quod electio ad gloriam sit principium gratiæ, & meritorum: de Christo enim dicitur propter nostram salutem descendisse de cœlis, & tamē nec Christus, nec illius descensus fuit mediū loquēdo in rigore de medio ad nostram salutem; sed principium illius; at electio ad gloriam à nobis constituitur principium gratiæ, & meritorum: ergo.

12 Quinto — Denique nam Paulus loquitur de electione prædestinatis propria; at electio ad gratiam, nec est propria prædestinatorum nisi vt præsupponit electionem ad gloriam, & vt ex illa procedit, vt ex disputationis decursu constabit: ergo de illa loquitur Apostolus. Nec Augustinum oppositum docuit; si autem Hieronymus id asserit interpretandus est de electione ad gratiam consumatam, vel si ad gratiam viæ, loqui de electione ad illam prout in radice, quia electio ad gloriam est radix electionis ad gratiam in nostra sententia. Vel tandem dicatur loqui Paulum de vtraque electione, iuxta varias interpretationes, in eadem enim littera plures sensus litterales admittunt Theologi.

Ad motiva solutionis.

13 Opponet. — Si opponas Augustinum *libro de prædestinatione Sanctorum, cap. 19.* ex prædicto testimonio probare contra Semipelagianos non solam consumationem esse ex Dei gratia, sed etiam fidei initium ex divina gratia habeti dicens: *Non enim, quia credidimus, sed vt credamus eligit nos, ne prieres cū elegisse dicamur, falsumq; fit quod absit, non me eligistis, sed ego eligi vos*: ergo ex mēte Augustini loquitur Paulus de electione ad gratiam. Resp. — Respondeo, loqui de electione ad gratiam, vt efficaciter conducente ad gloriam, non de electione ad gratiam sistente in gratia: electio autem ad gratiam primo modo, electionem ad gloriam supponi, & illam includit. Præterquamquod, cum testimonium Pauli vtramque interpretationem admittat, & in vtroque sensu explicetur, potuit Augustin. in vno illud accipere ad Semipelagianos cōvincendos. Quod autem in sensu à nobis intento ab August. accipiatur fatetur Vazq. & ex dicendus constabit.

14 *Deinde Prob. conclusio Auctoritate Aug. & PP.* — Deinde suadetur conclusio auctoritate PP. & præcipuè Augustini *lib. de Correctione, & gratia, cap. 7.* vbi explicans illa verba Ioannis cap. 6. *non ne ego vos duodecim eligi, & vnus ex vob's Diabolus est?* Hæc ait: *Illos debemus intelligere electos per mī-*

sericordiam, illum per iudicium; illos ergo elegit ad obtinendum regnum suum, istum ad effundendum sanguinem suum; vbi August. loqui de electione efficaci: constat ex eo quod loquitur de electione non communi iudæ, & cæteris Apostolis: inefficax autem electio, cōmunis est omnibus. Quod autē non de electione ad gratiā, sed ad gloriā loquatur, constat ex illis verbis: *Ad obtinendum regnum suum*; at Augustinus docet hanc electionem esse ex misericordia: ergo non ex prævisis meritis gratiæ, sed merita prævisa præcedit; aliàs non ex misericordia, sed ex iudicio, & iustitia foret electio.

Respondet contrarij Auctores primo ex Lugo *sectione quarta, numero 43.* electionem istam, per misericordiam esse ex mente August. per exclusionem meritorum præcedentium naturalium, non per exclusionem meritorum procedentium à gratia. Et hanc esse August. mentem probat primo. Quia rationem reddens cur electi sint per electionem gratiæ, non præcedentium meritorum suorum, ait *Quia sola gratia illis est omne meritum*: ergo sentit ideò esse electionem secundum misericordiam, quia non est ex operibus ex viribus naturę profectis. Secundo, quia Augustinus non solum loquitur in ordine intentionis, sed etiam in ordine executionis; at de fide certū est gloriā in ordine executionis nobis conferri ex meritis protectis ex gratia: ergo solum excludit ab electione ad gloriam opera naturæ, vt motiva.

Tertio, quia mens Augustini erat Pelagianos & Semipelagianos expungere, at illorum error non consistebat in hoc, quod electio ad gloriam esset ex meritis profectis à gratia, sed ex operibus naturæ: ergo solum contrapositivè ad hæc opera vocat liberalem, & secundum misericordiā electionem ad gloriam. Quarto, quia doctrinam ab August. traditam circa hominum prædestinationem sæpe docet esse, vt de fidè tenendam, & omnibus est nota, & conspicua; at, electionem ad gloriam, non esse ex prævisis meritis gratiæ, nō est de fidè, nec mens illius omnibus conspicua: ergo non excludit in electione ad gloriam merita prævisa ex viribus gratiæ, sed solum ex viribus naturæ.

Hæc tamen solutio est omninò insufficiens, & reijcitur primo quia August. non solum ait electionem prædictam esse ex misericordia, quia non est ex meritis; sed etiam quia ipsa est meritorum causa, & quod omnia merita præcedit, etiam fidē: sic enim in eodem capite ait: *Non enim sic sunt vocati, vt non sint electi*: ergo sentit elec-

de qua ibi loquitur, ad fidem
consequentèr sentit non solũ
meritis naturæ, sed nec etiam
ratiæ.

quia in eodem capite antece-
lata verba docet, *quod sit ele-*
electione discretiva, de qua
e electionem ad regnum: Pro
endum Euangelium, & in fide,
itatem operatur, vsque in finem
ergo sentit prædictam ele-
ecedere fidem. Tertio, quia
asiliensibus contra quos dis-
ustinus, asserebant prædesti-
d gloriam esse ex prævisis me
non naturæ, vt constat ex Hy-
la ad Aug. vbi de illis loquens
rum ad nullum opus nedũ perfi-
viendo, quenquã sufficere posse
Et ex Prospero Epist. ad Aug.
rum definitio, atque professio est,
dem hominem Adamo peccante
neminè propter opera sua; sed per
regenerationẽ salvari, qui autẽ
nt qui ve in ea fide, quæ per Dei
servandã mansuri præciſſe ante
itutionem Deum, & eos prædesti-
um suum, quos gratis vocatos dig
electione, & de hac vita bono finẽ
sse præviderit: ergo non omnes
ani pro causa electionis ad reg
te opera naturæ agnoscebant,
opera præmissa ex gratia; ac
ugust. contra illos disputans,
impugnavit.

ent ea; quæ pro se adducit præ-
or: non primum. Tùm, quia
ddit pro causa, cur illa electio
, quia gratia est illis omne me-
et intelligi, quia gratia ex vi ef-
tionis ad regnum præparata il-
e meritum, sic autem accepta
am merita ex gratia, vt prævisa
m electionem excludit. Tùm
etsi illam rationem tradiderit,
n solum excluserit oppera na-
æviſſa: vsus fuit etiam alia, nem-
lis electio ipsam fidem præce-
mus, qua ratione merita ex gra-
iſſa excludit Augustinus. Ad se-
icatur Augustinũ, quando loqui-
na gratia, in vtroque ordine me
dere; quando autem de gloria so
dine intentionis.

ium iam constat aliquos ex Se-
nis electionem ad gloriam non
aturæ, sed ad merita ex gratia
duxisse, & licet in hoc non erra-
os tamen Augustinus impugna-
quartum dicatur, quod licet ele-
oriam, vt à nobis posita, non sit
de fide; est tamen apertè de mente Augu-
stini, & licet omnia quæ circa electionem
ad primam gratiam tradidit asserat esse de
fide tenenda, non tamen omnia, quæ do-
cuit circa electionem ad gloriam, vt de
fide tenenda tradidit, sed tanquam verio-
rem doctrinam, aliàs contrarij Auctores
sententiam suum, de electione ad gloriam
confirmantes ex dictis Augustini, cõtenden-
dent esse de fide, quod si hoc asseruerint, id
ipsum potiori iurè, & nos contendemus.

Alij respondent, loqui in prædicto te-
stimonio Augustinum de electione ad glo
riam in semine, & de electione ad gratiã,
quæ est regnum; & gloria in semine, & de
hac verum est, esse ex misericordia, nec
merita vt prævisa supponere. Sed non
satisfacit ista solutio. Loquitur enim
Augustinus de electione ad gloriam dis-
cernente cæteros Apostolos à Iuda, & à re-
probis; at electio ad gloriam in semine, nõ
discernit sic; cum Iudas electus fuerit ad
gratiam, quæ est semen gloriæ, & conse-
quentèr ad gloriam in semine: ergo non
loquitur de electione ad gloriam in gra-
tia, vt in semine, sed de efficaci electione
ad gloriam in se ipsa.

Respondebis tertio, cum alijs: loqui
Augustinum de electione efficaci ad gra-
tiam, vt perseverantem finaliter: hæc au-
tem non est communis reprobis, & prædes-
tinatis, sed istorum propria, & illorum à
reprobis decretiva. Sed contra primo.
nam si quæ inconvenientia ex efficaci ho-
minum electione ad gloriam inferuntur,
eadem sequuntur ex efficaci electione ad
perseverandum finaliter ante prævisa me-
rita: ergo ista concessa, nullum est incon-
veniens, quod sequatur ex efficaci electio
ne hominum ad gloriam in se ipsa ante
merita prævisa, & consequentèr, cum me-
lius de hac electione, quam de electione
ad perseverantiam explicentur verba Au-
gust. sic sunt accipienda.

Secundo, quia perseverantia *in execu-*
tione non ponitur in adultis, nisi *dependen*
ter à meritis; & tamen electio ad gratiam
vt perseveratem finaliter, est ante prævi
merita: ergo etiam ad gloriam non
stante, quod in executione conferat
adultis dependenter à meritis. Ter
nam gratia, vt perseverans finaliter
medium efficax in ordine ad gloriam
vt ex dicendis constabit, efficax ele
medij efficacis ad finem efficacem
ponit intentionem finis: ergo electi
ficax ad gratiam, vt finaliter perseve
tem, efficacem electionẽ hominũ ad
riã supponere debet, & consequentèr
la ex mente Augustini merita, vt prę
precedit, idẽ sentit de electione ad gl

24 Si fortè ad secundam impugnationem dicatur, perseverantiam initiative sumptam pro primo auxilio continuando vsque ad mortē, non dari in executione dependenter à meritis, benè tamen acceptā completivè, & solum priori modo electionem ad illam præcedere merita, in contrarium obstat, iuxta Augustinum *loco allegato, & alibi sæpe*: electionem discretivam prædestinatorum à reprobis, quam vocat electionem secundum propositum, fidem præcedere, & consequenter omnia alia merita; at electio ista discretiva non est, prout precisse terminatur ad perseverantiam initiativè; sed quatenus completivè terminatur ad illam; cum in auxilio à quo incipit perseverantia, multoties reprobi cum prædestinatis conveniant: ergo ex mente Augustini electio ad gratiam, vt perseverantem finaliter, completivè, & terminativè, meritorum prævisionem præcedit.

Resp. 2a impugnationem.

Contra.

25 Idipsum docuit Augustinus *lib. de correctione, & gratia, cap. 19.* explicans illud primi Regnum, cap. 10. *Et abijt cum eo pars exercitus, quorum retigerat Deus corda*; scilicèt cum Saule, *lib. de bono perseu. cap. 9. & lib. 1. ad Simp. quæstione. 2.* explicans illud Romanorū 9. *Cū non dū nati fuissent, aut aliquid boni, aut mali egissent, Iacob dilexi Esau autem odio habuit.* Idetiā docuerat Fulgentis *lib. de fide ad Petrum, cap. 3.* Prosper *lib. 2. de vocatione gentium, cap. 36.* ac tandem D. Th. ad Romanos 9. *lect. 2. ad Ephesios 1. lect. 1. 3. contra g. cap. vlt. quæst. 2. de verit. art. 1. & 2. in præsenti artic 4.*

Ident sentiunt alij PP.

§. II.

Vera sententia probatur ratione.

26 *Prima, & potissima conclusionis ratio.*

DEinde cōclusio nostra rationibus eū confirmanda: prima omniumque efficacissima in hunc modum formatur. Electio efficax medij efficacitèr conducentis ad finem, prēsupponit efficacem intentionem finis, at electio prædestinatorum ad gratiam, & merita; discretiva illorum à reprobis, est electio efficax medij efficacitèr conducentis ad gloriam: ergo oritur ex efficaci intentione gloriæ, illamque prēsupponit: ac proinde nequit huiusmodi electio merita, vt prēvisa supponere.

27 *Respōdet Vazquez triplicitèr 1. Secundo.*

Hoc est nostræ sententiæ asyllum firmissimum, cuius efficaciam latis ostendit varietas solutionum, quibus adversarij eā occurrere tentant. Vazquez respondet triplicitèr: primo negando absolutè maiorem. Secundo distinguit illam, & concedit de electione medij physici efficacis ad finē negat autem de electione mediorum moralium qualia sunt gratia, & merita respectu gloriæ. Tertio respondet distinguendo maiorem: illamque concedit si media eligantur ad finem, quem quis sibi desiderat; negat autem si finem desideret alijs, vt præmium obtinēdū ab illis. Quod hoc exemplo explicat, & confirmat, Pater v. c. ex inefficaci voluntate, qua filio Episcoparum, aut Catedrā desiderat moveri ad efficacia media ponenda, scilicèt illa, quæ ad studiū sunt necessaria: iam ergo inefficax intentio finis alijs desiderati, & ab illis consequēdi movere potest ad efficacē electionem mediorum, cumque gloria sit finis à nobis consequendus, potest Deus ex inefficaci illius intentione eligere media efficacia.

Tertio.

Nulla tamen ex his solutionibus, argumento facto satisfacit, & contra primā sic insurgo primo: electio medij prēsupponit intentionem finis, quod si non supponatur, à casu, & fortuito medium eligetur, ergo efficax electio medij efficacis, efficacem finis intentionem supponere debet, vt debita proportio seruetur. Secundo: intentio est principium electionis; at intentio inefficax nequit esse principium electionis efficacis: ergo necessario supponit efficacem intentionem finis. Probatur minor: nihil potest terminos suę activitatis transcēdere; at efficacia extra sphęram inefficacię subsistit, ergo intentio inefficax nequit esse principium efficacis ellectionis.

Prima.

Secun.

Tertio: ex inefficaci finis intentione, non nisi à casu potest ad efficacem electionem mediorum efficacium procedi; at iste modus procedendi repugnat Deo: ergo in illo ad minus, ad efficacem electionis mediorum, efficax finis intentio necessario supponitur: probo maiorem: intentio inefficax finis est coniungibilis cū negatione realis assequutionis finis: ergo ex vi illius non per se; sed per accidens: & consequenter à casu potest obtineri realis finis assecutio, quæ ex vi electionis efficacis habetur; & consequenter non nisi à casu potest ad efficacem electionem procedi.

Ter.

Qarto: non minus supponit electio intentionem, quam exequtio electionem, ad realis, & efficax finis executio per media, necessario electionem efficacem supponit: ergo efficax electio necessario præsupponis efficacem intentionem finis. Denique non minus pendet electio ab intentione; quam assensus conclusionis ab assensu præmissarum; at assensus certus, & evidēs cōclusionis necessario supponit assensū certū, & evidentē præmissarū: ex-

Qua.

Qui.

cax electio ſupponit neceſſario
finis intentionem.
è dicatur, aſſenſum concluſio-
er. ab aſſenſu præmiſſarum tan-
principio effectivo, electionem
intentione non, vt à principio
, ſed tanquam à conditione; ac
diſpar eſt ratio. In contrarium ob
o. Quod nulla ratio diſcriminis
ſignari, cur aſſentium concluſio-
deat ab aſſenſu præmiſſarum, vt
io effectivo, & non ſic dependeat
b intentione: ergo ſolutio illa
ndamento traditur.
do: quia dependentia inter actus
es obiecta, ex dependentia obie-
olligitur, & probatur; at non mi
nder obiectiva bonitas medij à
obiectiva finis, quam veritas ob-
onclusionis à veritate obiectiva
rum: ergo non minus dependet
intentione; quam aſſenſus con-
ab aſſenſu præmiſſarum.
o: nam eſto admitatur electio-
ntentione ſolum, vt à conditione
adhuc non ſolvitur argumen-
ò namque communiter docetur à
s aſſenſum fidei Divinæ in fidem
n non reſolvi per ſe, etiã, vt in
nem, quia fides Divina eſt cer-
a autem incerta, & formidoloſ-
aſſenſus certus intellectus, nec,
itione poteſt per ſe ab aſſenſum
ependere: & conſequenter pari-
tracta quamvis electio ab inten-
um, vt à conditione dependeat,
rit efficax electio mediorum ef-
ad finem, ab intentione efficaci
cedere.
de ſecunda ſolutio reijcitur pri-
n tota ratio cur electio efficax
beat ſupponere efficaciam inten-
is, eſt quia finis eſt ratio diligen-
, vel quia amantur in ordine ad
hæc ratio non minus limitrat in
noralibus, quam in phyſicis, &
ous; cum vel medium non ſit, vel
inis, & in ordine ad illum diligi
rgo non ſolum electio efficax me
aturalium, ſed etiam electio effi
orum efficacium moralium, effi-
nis intentionẽ ſupponit. Secũdo,
dia ſint phyſica, vel moralia non
eſſe iſta, non illa eligi, abſque præ
finis intentione; cum fateatur
ad electionem mediorum mo-
onducentium ad gloriam, aliquã
ntentionem in divina voluntate
ergo pariter diſcrimen inter me-
yſicum, & morale non arguet ad
non ad aliud præſupponi debe-
re efficacem intentionem finis.

Tertio, quod media phyſica eligi effi- 34
cacitèr nequeant abſque præſuppoſita in- Tertio.
tentione efficaci finis, non aliunde prove-
nit, quam ne ex intentione inefficaci, à ca-
ſu ad electionem efficacem procedatur; at
hoc inconveniens non minus eſt vitandũ
in mediis moralibus, quam in phyſicis:
ergo. Quarto: in executione non minus Quart
dependet finis à mediis phyſicis, quam à
mediis moralibus, imò fortè magis; & ta-
men in divina intentione iſta dependentia
non datur, ſed potius è contra, media phy-
ſica in tali ordine dependent à fine: ergo
iam ordo actuum in Divina intentione,
non commenſuratur quoad dependentiã,
& ſuppoſitionem ordini executionis; &
conſequetèr ex eo quod finis per media
moralia aſſequendus, in executione depẽ-
deat ab illis, non probatur intentionẽ effi-
cacem illius talia media, vt prævifſa debe-
re ſupponere.

Si fortè dicatur, præſuppoſitionem
mediorum moralium in intentione non 35
probari ex dependentia finis in executio-
ne ab illis, ſed ex tali dependentia, ſcili-
licèt quia dependet ab illis, vt moralitèr
cauſantibus, moralis autem cauſalitas
non eſt immediatè ad finem, ſed ad volun-
tatem cauſaturam illum; ac proinde non
poſſe voluntatem conferentis finem, ſci-
licèt præmium, efficacitèr determinatam
ad illius collationem ſupponi; hac enim
ſuppoſitione facta non datur locus, vt à
mediis ad realem finis aſſecutionem mo-
veatur.

In contrarium obſtat: nam ſi ob ali-
quã rationem ſuppoſita efficaci finis, ſe
præmij intentione ante merita præviſſa
non daretur locus morali excitationi, ma-
ximè, quia ex vi efficacis intentionis
infalibilis finis futuritio; at hæc ratio nõ
probat talem impoſsibilitatem: ergo ta
ratio eſt nulla. Probo minorem. Ex vi
ficacis electionis mediorum efficacium,
eſt infalibilitèr futurus finis ab illis cauſã-
dus: aliàs efficax electio non eſſet; & ta mẽ
illa ſuppoſita datur in Divina volun ate
locus, vt ex citata à mediis, ſeu meriti cõ
ferat finem, ſcilicèt gloriam: ergo, od
ex vi intentionis efficacis ſuppoſita ad
merita, ſit infallibilitèr gloria futura non
probat non poſſe gloriam conferri à divi-
na voluntate à meritis excitata.

Tandem tertia ſolutio reijcitur p imo,
quia exemplum quo ſe Vazquez rote-
git; in nullo paritatem ſervat: ergo lutio
illi innitens eſt inſufficiens omnino. Pro-
bo antecedens: pater namque Epi opatũ
filio deſiderans, non habet Epiſc patum
in ſua poteſtate, nec media effic acia ad
illius

37 Tertia ſo lutio rej citur 1.

illius assecutionem exhibet; at in nostro casu oppositum evenit; nam Deus finem a nobis consequendum habet in potestate sua, conferrque media efficia ad eius assequutionem; ergo exemplum est omninò extra rem, & consequenter solutio illi minimè est insufficiens.

38 *Secundo.* Secundo rejicitur, non enim alia ratione desiderans finem à se consequendū debet prius efficaciter illum intendere, quam ad efficacem electionem procedat, nisi quia habet in sua potestate finem, & media; at Deus in sua potestate habet media efficacia, aliàs illa non posset efficaciter eligere, habet etiam in sua potestate finem: ergo esto finis sit ab alijs consequendus, debet prius illum efficaciter intendere, quam eligat media efficacia. *Minor prob.* Minorem probo primo, quia aliàs falsum esset id, quod Augustinus multoties asserit præcipuè in Enchiritione *cap.* 97. & de correctione, & gratia *cap.* 14. quod scilicèt Deus magis habet in potestate sua voluntates hominum, quam ipsi; suas siquidem non ita in sua potestate haberet voluntates hominum, vt posset facere illos perseverare finaliter.

39 *Secundo.* Secundo in adversariorum sententia: etenim consensu hominum sub conditione quod vocentur prævisso, prout ab ipsis constituitur, est omninò: in potestate Dei eos in illa occasione vocare, in quā prævidit forè, vt vocati, & divina gratia adiuti perseverent finaliter: ergo tali consensu sub conditione prævisso in potestate Dei est constituta finis gloriæ assequutio. *Tertio.* Tertio: nam vt admittit ista solutio, Deus media efficacia eligit ad gloriæ assequutionem, cum quibus est infallibiliter connexa gloriæ assequutio; at si finis assequutionem in sua potestate non haberet, non posset media ad illam efficacia eligere, vt infallibiliter cum gloriæ consequutione connexa: ergo finis gloriæ assequutio, est in potestate Dei constituta. *Confirm.* Et confirmatur, retorquendo exemplum in contrarium Auctorem; si namque esset in patris potestate filium doctum efficere dignum episcopatu, & episcopatum ipsum tribuere posset, imò & deberet ex intentione efficaci dandi filio Episcopatum ei dignitatem, & merita tribuere; at in potestate Dei est hominibus gloriam vt coronam conferre & eisdem merita tribuere: ergo poterit ex efficaci gloriæ intentione merita, & gratiam vt ad illam efficacitèr conducentia eligere: & consequentèr ante prævisa merita datur in Deo efficax hominum ad gloriam electio, licet gloria ab hominibus cum diuino auxilio sit consequenda.

Lesius alijs tribus solutionibus argumento facto occurrit: prima est solutio Vazquij de medijs physicis, aut moralibus quam iam impugnavimus. Secundo respōdet veram esse maiorem, si media non solum sint efficacia, sed etiam formaliter, vt talia eligantur: falsam autem, si quamvis media efficacia sint, non tamen, vt efficacia formaliter amentur, qualiter in præsenti contingere docet, quæ solutio eadē est illa, quam tradit Herice *num.* 92. & *num.* 188. distinguens maiorem, illamque concedens, si efficax sit electio respectu mediorum, & efficaciæ illorum, secus autem si efficax est respectu mediorum, quoad suam entitatem, inefficax verò respectu efficaciæ; & sub eadem distinctione minoris, negat consequentiā. Quia voluntas Dei, qua distribuit auxilia gratiæ prædestinatis adultis solum est efficax respectu entitatis auxiliorū, non autem respectu efficaciæ, quæ accidentaliter convenit auxilijs gratiæ physicè consideratis; cum idem auxilium physicè invariatum, in vno efficax sit, & effectum sortiatur, in alio autem inefficax, & ab effectu frustretur. Tertio respondet Lesius, quod vt media efficacia vt talia, eligantur sufficit intentio efficax gloriæ secundum se, & absolutè, nec est necessaria intentio efficax illius, vt his præ alijs applicatæ.

Verum, hec his solutionibus argumentum factum diluitur, & quia prima impugnata contra Vazquium relinquitur, secunda huius Auctoris solutio rejicitur; non quia auxiliā gratiæ ab intrinseco sint efficacia, & infallibilitèr cum consensu connexa vt male, & minus solidè quidam impugnat. Nam licet auxilia gratiæ ab intrinseco sint efficacia, & infallibilitèr cum consensu connexa, cum gloria tamē non habent ab intrinseco infallibilem cōnexionem; cum eadē auxilia efficacia secundū entitatem intrinsecam, quandoque concedantur prædestinatis, & reprobis, imò aliquando vberiora: & tamen in reprobis non sunt ab intrinseco cum gloria connexa; at efficacia auxiliorum discernens prædestinatum à reprobis, non est efficacia cum consensu, sed efficacia connexionis cū gloria, vt futura: ergo efficacia discernens non est intrinseca entitati physicæ auxiliorum gratiæ; & consequentèr ex intranseitate efficaciæ auxiliorum, parum solidè impugnari potest Lesij solutio.

Aliter ergo rejicienda venit, primo, Nā electio solum efficax auxiliorum gratiæ quoad physicam entitatem, communis est prædestinatis, & reprobis; cum multoties conferantur illius auxilia entitative effi-

ectio diſcernens nequit eſſe il
is: ergo debet eſſe efficax non
ctu entitatis auxiliorum, ſed
ctu efficaciæ, & connexionis,
nt cum gloria.

, quia vel de facto media hac
onferuntur a Deo auxilia cum
nexa, vel non conferuntur, ſi
u .. dicatur, non ponitur de fa-
o inter prædeſtinatos, & repro-
ſe eſt manifeſtum: ſi autem cō-
& non amanter quatenus ſic
ergo à caſu, & præter intentio-
ac ratione conferuntur a Deo,
no repugnat.

; nam hæc electio diſcretiva
torum à reprobis, eſt ſpecialis
pectans benevolentia illorum,
terminetur, vt efficax ad entita
am auxiliorum, & non ad con-
ſeu efficaciam, quam habent
a, eſſe nō poteſt ſpecialis amor,
olentia ſpecialis prædeſtinato-
probis: ergo efficax eſt medium
ntitatis auxiliorum, verum
ctu efficaciæ, & connexionis,
at cum gloria. Probo mino-
ritas amoris deſumenda eſt ex
n, & non alterius voluto; at ſi ſo-
icax reſpectu entitatis phyſicæ
m, & non reſpectu connexionis
a non terminatur ad obiectum,
um reprobis; cum auxiliorum
ns conferatur; & conſequentèr
onnexio autem, quæ illis non
, ſed prædeſtinatis ſolum, volita
hunc actum: ergo huiuſcemo-
pecialis amor, & ſpecialis be-
non eſt.

ondebis primo, efficaciam, ſeu
em auxiliorum cum gloria eſ-
indirectè per hanc efficacem
n, eo quod Deus prævidens per
conditionatam deceſſum futu-
tia, & connexionem auxilio-
loria illa tribuit in præviſſa oc
Reprobis autem non cum hac
e, eadem auxilia impertitur; &
tèr licet non directè velit con-
auxiliorum cum gloria, vult
m indirectè, quod ſufficit, vt
t ſpecialis amor, & benevolen-
s prædeſtinatorum.

tra primo: bonitas obiectiva ſo-
ctè volita, non conſtituit actum
irtutis, vt docet D. Thom. 1. 2.
tic. 7. *ad* 3. & cum illo Theo-
entius, ad differentiam ma-
tivæ, quæ etiam ſi obiectivè
ttingatur ſe in actum transfun-
ecie vitij conſtituit: ergo pari-
pariter ſpecialis bonitas amata ſolum in-
directè, non conſtituit actum voluntatis
in ratione ſpecialis amoris.

Secundo Deus negans vberiorem gratiam homini inſtante præcepto, in occaſione, in qua vidit per ſcientiam (quam mediam vocant) adimplendū præceptum, non vult indirectè ſpecialiter præcepti tranſgreſſionem: ergo pariter largiens gratiam in occaſione, in qua prævidit adimplendum præceptum, non dicitur velle indirectè ſpecialiter præcepti adimpletionem: ſi ſpecialis Dei voluntas terminetur ad illam; & conſequentèr largiens gratiam præviſſam connexam cum gloria, non dicetur indirectè ſpecialitèr volens connexionem cum gloria, niſi ſpecialis Dei amor terminetur formaliter ad illam.

Nec refert ſi dicas gratiam largitam eſſe cauſam adimpletionis præcepti, & collationis gloriæ, ſecus autem negatio gratiæ reſpectu tranſgreſſionis præcepti, & ideò Deus largiens gratiam ſpecialiter indirectè complacet in efficacia illius, & cōnexione actuali cum gloria: quando autē gratiam negat, non complacet ſpecialiter adhuc indirectè, in præcepti tranſgreſſione. Nam in contrariū obſtat; etenim Deus tribuens concurſum ſimultaneum, in occaſione, in qua vidit hominem peccaturum, non dicitur indirectè ſpecialiter volens, nedum malitiam, ſed nec etiam materiale peccati; & tamen concurſus, quem exhibet, eſt cauſa materialis peccati: ergo licet gratia data ſit cauſa entitatis actus, & illationis gloriæ, & exhibeatur ex prævi-ſione conditionata actus; & connexionis futuræ cum gloria, non dicetur Deus ſpeciſiter, adhuc indirectè, complacens in efficacia gratiæ, & connexione, qua gaudet cum gloria.

Reſpondebis ſecūdo, quod vt ille actus ſit ſpecialis benevolentia reſpectu prædicti ſufficit, quod licet terminetur efficaciter ſolum ad phyſicam entitatem auxilij, inefficaciter directè terminetur, ad connexionem, quam habet cū gloria, qualiter non terminatur in reprobo; & conſequenter, vt diſcretivus ſit inter illos; hæc termination inefficax, & directa ſufficit.

Ita Herice *diſp. citata, cap.* 12. 13. & Quod ſic: cuius: auxilium reprobo ſi etiā conferretur à Deo ex complacentia efficaci, quam habet cum gloria: ergo terminatio inefficax ad connexionem auxilij cum gloria nō ſufficit ad benevolentiā ſpecialē, nec ad diſcretionē prædeſtinationis reprobo. Antecedēs probatur: prouenit ex intentione inefficaci gloriæ: ergo inefficaciter directè terminatur ad connexionem auxilij cum gloria.

Reſ-

48 Respondet *num.* 182. concesso antecedenti, negando consequentiam: & disparitatem constituit; nam licet detur in voluntate Dei terminatio complacentiæ inefficax ad connexionem entitatis auxilij cum consensu finali & cum gloria, in reprobo tamen terminatio illa directa, & inefficax non constituit connexionem prædictam in statu futuræ absolutè: complacentia autem inefficax in prædestinato, connexionem entitatis auxilij cum gloria constituit in stata absolutè futuræ; & consequentèr specialis, & inter vtramque discretiva est.

49 Cæterum hæc solutio in ipsis terminis implicationem præfert. Enim actus efficax ab inefficaci distinguitur per hoc, quod ille ratio, ad quam terminatur ab statu possibilitatis transfert ad statum absolutæ futuritionis, & existentiæ: ergo si complacencia ista directè terminata ad connexionem auxiliorum cum gloria, connexionem constituit in statu futuræ absolutè in prædestinato inefficax esse non potest, sed necessario efficax, & consequentèr tradita solutio involuit implicationem in terminis.

Hæc solutio est implicatoria.

50 Respondebis ex prædicto auctore complacentiam istam esse inefficacem per negationem efficaciæ intrinsecæ, & formalis antecedentis: esse tamen efficacem denominatione sumpta ab effectu, quem infert, non quem infert virtute propria, sed quatenus procedit ex complacencia Dei, quam habet de gloria prædestinati, vt prævisa in statu conditionato, & virtute scientiæ mediæ, quam de gloria, vt conditionatè futura supponit: vndè infert esse efficacem virtualitèr, quatenus virtualitèr continet voluntatem Dei de conferenda gloria.

Resp.

51 Sed contra primo. Nam si est efficax virtualitèr, & tamen liberam gloriæ consequutionem à prædestinato non aufert: ergo etiam si efficax ad gloriæ consequutionem formalitèr constituatur, liberam gloriæ consequutionem à prædestinato non aufert; & consequentèr male ex isto capite prædictus auctor impugnat electionem efficacem prædestinatorum ad gloriam ante prævisa merita, quia scilicet cum illorum libertate compati nequit. Probo primam consequentiam. Ratio namque, ob quam electio efficax formaliter, libertatem tollit in gloria consequenda est, quia antecedit, & necessario infert gloriæ existentiam; at hoc idem habet actus virtualiter efficax: ergo si ille libertatem non tollit, nec electio efficax formaliter ab intrinseco libertatem impedire potest.

Contra 1.

Secundo, nam iuxta istum Auctorem omnis denominatio liberi, & efficacis in actibus voluntatis divinæ, extrinsecà est, & ab effectu desumpta: ergo si ista complacencia connexionis cum gloria, merita, vt absolutè futura prævenions constituit pro illo priori gloriã in statu futuritionis absolutæ, ob illa denominabitur efficax intrinsecè, eo modo, quo cæteri actus voluntatis Divinæ esse possunt intrinsecè efficaces. Secun

Tertio, nam actus ab intrinseco efficax non ex alio capite læderet libertatem, nisi quia gloriam vt illorum coronã futuram constitueret ante prævisionem meritorum; at ille actus vndecumque sit efficax, merita vt prævisa in statu absoluto præcedit, & gloriam, vt coronam pro illo priori futuram absolutè constituit: ergo vel tollit a futuris meritis libertatẽ, quod negat, vel electio ab intrinseco efficax illorum libertatem non tollit; & consequenter illam fateri tenetur. Tert

Quarto tradita solutio reijcitur. Ad hoc enim constituit Herice hanc suã complacentiam partim efficacem, & partim inefficacem supra connexionem auxiliorum cum gloria, contra quosdam ex sua familia illam non agnoscentes, vt discretio prædestinati a reprobo non sit ex sola præscientia, sed ex electione Dei, sic arguit *num.* 175. at constituta iuxta solutionem, quam impugnamus, tota discretio ex præscientia est, & non ex electione: ergo solutio tradita non subsistit cum auctoris doctrina. Probo minorem, complacentia ista non discernit prædestinatum à reprobo, prout terminata ad auxilij entitatem; cum etiam in reprobo ad entitatem gratiæ congruæ terminetur, nec discernit quia inefficaciter terminatur ad cõnexionem gratiæ cũ gloria, cum hanc terminationem inefficacem ad connexionem gratiæ cum gloria concedat hic auctor in divina voluntate erga reprobum, vt paulò ante vidimus: ergo solum discernit reprobum à prædestinatis, quia in istis infert gloriam infallibiliter, quam non infert in reprobo; at illatio ista infallibilis gloriæ prædestinati, non convenit prædictæ complacentiæ ratione sui, sed ratione scientiæ mediæ de gloria sub conditione futura: ergo huiusmodi complacentia ratione scientiæ mediæ discriminat; & consequenter discretio non erit ex electione formaliter, sed formaliter ex præscientia, quod vt vitaret, hanc suam complacentiam parum suis Theologis gratiam constituit. Qu

Denique traditam solutionem reijcio: complexũ ex complacentia ista, & scientia me-

Vltimo impugnatur solutio.

media, quam præsupponit erga gloriam sub conditione futurum, antevertit merita, vt futura absolutè, & illa infallibiliter infert; & tamen meritorum libertatem non tollit: ergo etiam si electio efficax, merita, vt absolutè futura præcedat; & illa infallibiliter inferat, poterit cum illorum libertate componi; & consequentèr male ex isto capite à prædicto auctore impugnatur electio ab intrinseco efficax, & ad complacentiam explicatam confugitur.

55 *Resp. Herice.*

Respondet Herice, præcedentiam huius complexi non esse physicam, sed logicam tantum; cum nihil sit in illo, quod habeat vim physicè illativam meritorum in statu absoluto, & ideo libertatem non tollere; præcedentia autem electionis ab intrinseco efficacis, physica foret, & ideo induceret necessitatem antecedentem incompatibilem cum libertate.

56 *Contra 1.*

Sed contra primo: privatio gratiæ ab intrinseco efficacis, cum qua infallibiliter sit annexum peccatum, non minus libertatem tollit in sententia horum auctorum, quam præmotio physica; & tamen non infert necessario physicè culpam, sed logicè tantum: ergo quod complexum illud non physicè, sed logicè inferat, non impedit quominus destruat meritorum libertatem. *Secundo.* Secundo: nam si complexum illud in nostra potestate constitutum non est, & alias necessario infert merita, quid interit, quod logicè, vel physicè inferat, vt tollat, vel non tollat libertatem? Et quidem, si scientia Dei purè speculativa in nostra potestate non sit, nec libertatem nostram supponat non minus libertatem destruit, iuxta istius auctoris, & suæ societatis principia, quam præmotio ab intrinseco efficax; & tamen non physicè, sed logicè inferret nostrorum actuum existentiam: ergo vel physica antecessio libertatem non lædit, vel lædit logica.

57 *Tertia solutio Lessij reijcitur 1.*

Tertia solutio Lessij reijcitur primo: nam esto sit possibilis electio efficax ad gloriam absolutè, & non vt aplicatam illi præ alio, procedere tamen ex electione ad illam, vt peculiariter applicatam est congruentior modus operandi: ergo semel probato efficacem electionē ad gloriam debere ad electionem mediorum præcedere, non debet esse ad illam, absolutè, sed ad illam, vt istis applicatam præ alijs.

58 *Secundo.*

Secundo, nam electio efficax ad gloriam non debet esse ad illam in confuso, prout ab hac, & illa abstrahentem: nam licèt possit efficax electio à modis accidentalibus obiecto præscindere, non tamen à differentijs sivè specificis, sivè individualibus; cum sine illis obiecto repugnet existere, & electio efficax sno obi existentiam communicet; at electi illam visionem Beatificam in particu necessario conotat peculiare subiecti & peculiarem potentiam vitalem; c vna visio numero non possit a duabus p tentijs vitalibus indifferenter procede nec esse in duobus subiectis: ergo eo ipsi quod efficax electio ad gloriam debe efficacem electionem meritorum præc dere, debet esse ad illam non absolutè, se vt vni applicatam præ alio.

Tribus alijs solutionibus solet ad ar gumentum factum occurri. Primo dicen do, quod vt Deus eligat efficaciter medi ad finem: sufficit quod præcedat effica intentio manifestandi divina attributa non autem requiritur præcedentia effica cis electionis ad gloriam. Secundo respon deri solet concessis maiori, & minori, & prima consequentia negando secundam quę subinfertur. Itaque iuxta hanc solu tionem, licèt intentio efficax gloriæ ele ctionem efficacem meritorum, & grati in genere causæ finalis præcedat, subse quitur tamen illorum prævisionem genere causæ efficientis meritoriæ, & m ralis: vndè ex eo quod efficax intentio nis debeat electionem efficacem medi rum præcedere non sequitur election efficacem ad gloriam non cadere sub n ritis nostris. Vltima solutio est, quam t dit Alarcon *vbi supra* asserens veram maiorem in agente creato, quod à creato movetur: secus autem in Deo, ius voluntas non à creaturis, sed solum sua bonitate movetur.

Sed nec his solutionibus argument factum infringitur, & contra primam hunc modum insurgo, manifestatio a butorum Dei non est finis proximus, remotus gratiæ, & meritorum, quat efficaciter conducunt ad gloriam, autem est finis proximus illorum pr sic; at vel ratio facta non probat intent nem efficacem finis debere electione efficacem mediorum efficacium præ dere, vel convincit tam remoti, qu proximi electionē efficacem debere priorem. Tum, quia vterque debet in re: tum etiam, quia in assensu scienti non minus principij proximi, quam re evidens cognitio supponitur, & consi tèr idem de fine proximo, & remo dicendum: ergo dato, quod debeat e intentio manifestandi Dei attribut ctionem efficacem meritorum, & præcedere, debet etiam præcedere electio ad gloriam.

Deinde secunda reijcitur prim intentio gloriæ est prior electio:

& meritorum in genere causæ efficientis; at principium effectivum meriti non potest sub merito cadere, vel de potentia absoluta, vel saltim de lege ordinaria: ergo dato, quod electio efficax ad gloriam, meritorum electionem præcedere debeat, non potest illorum influxum meritorium terminare. Secundo, quia aliàs electio ad primam gratiam caderet sub merito operum procedentium, à gratia; consequens est absurdum, loquendo de facto, & anemine assertum: ergo & tradita solutio. Probo sequelam. Non obstante quod electio ad gloriam sit meritorum radix, & causa, potest iuxta hanc solutionem, dependere ab illis in alio genere causæ: ergo pariter quamvis electio ad primam gratiã sit principium gratiæ, & meritorum, poterit in alio genere causæ (scilicèt meritoriæ) procedere ab illis.

Secundo.

62 *Tertia solutio reijcitur 1.*

Tandem tertia solutio reijcitur primo: nam licet Dei voluntas non moveatur à fine creato, terminatio tamen divinæ voluntatis ad finem est ratio terminationis eius ad media: ergo sicut ob istam causam, etsi non moveatur à bonitate creata debet prius terminari ad finem, quam terminetur ad media, ita hoc non obstante debet prius efficaciter ad finem, quam ad media terminari. Secundo: nam licet scientia Dei non specificetur ab obiecto creato nõ potest Deus in causa creata scientificè, & evidenter effectum cognoscere, non prægnita causa evidenter: ergo licet Dei voluntas non moveatur à bonitate creata, vt tamen media efficaciter amentur in ordine ad aliquem finem; debet prius efficaciter ad finem terminari.

Secundo.

§. III.

Obiectionibus contra istam rationem occurritur.

63 *Contra rationẽ pro sententiam arg. 1. Resp. 1.*

Contra istam rationem obijcies primo: voluntas illa, qua Deus vult omnes homines salvos fieri, est voluntas inefficax; & tamen ex illa Deus exhibet hominibus auxilia sufficientia ad salutem: ergo ex inefficaci intentione potest efficax electio procedere. Respondeo primo, distinguendo consequens: electio efficax mediorum efficacium ad finem, nego consequentiam: electio efficax mediorum sufficientium, quæ improprie electio efficax dicitur, concedo consequentiam. Nostra autem ratio de electione efficaci mediorum efficacium procedit.

64 *Secundo resp. Replic.*

Secundo dicatur collationem illam mediorum sufficientium procedere ex efficaci intentione manifestandi divina attributa. Sed dices: ergo ex eadem poterit procedere electio efficax meritorum ad gloriam. Respondeo, negando consequẽtiam: & ratio discriminis est, nam collatio auxiliorum sufficientium efficaciter conducit ad finem manifestandi attributa divina: ad gloriam autem solum inefficaciter, & ideò primi finis efficacem intentionem supponit, secus verò secundi: at in nostro casu ad vtrumque finem efficacia sunt media, & ideò vtriusque finis efficacem intentionem supponit. *Resp.*

Instabis: auxilia sufficientiam sunt efficacia ad manifestandã suavitatem providẽtiæ divinæ, non nisi media gloriæ: ergo illorũ quatenus efficaciũ finis immediatus est gloria; & consequenter, si nostra ratio subsisteret, debet supponere efficacem gloriæ, intentionẽ Respõdeo negando minorem, sed auxiliorum sufficiẽtium largitio efficacitèr Dei liberalitatem, & suavitatẽ providentiæ divinæ demõstrat, quatenus absque vllis meritis confert nobis sufficientes vires, vt ad gloriã pervenire possimus. 65 *Instabis.* *Resp.*

Obijcies secundo: ex intentione remittendi peccatum originale omnibus, & omnes beatificandi misit Deus filium suum, iuxta illud: *Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendi de Cœlis*: & tamen illa intentio, efficax non erat ante præviſionem meritorum Christi: ergo ex inefficaci intentione potest elegi efficax medium. Respondeo Christum Dominũ pro primo signo non fuisse missum ex intẽtione salvandi, hoc est gloriam conferendi efficacitèr, nec omnibus in particulari dimittendi peccatum originale: vndè pro tunc non intelligitur, vt efficacitèr conducẽs ad gloriam, nec vt efficacitèr omnibus remittens originalem culpam; sed solum vt omnibus prometens sufficientia auxilia, quibus possint gloriam adipisci, & ad hoc erat efficax illa voluntas, ex qua adventus Christi Domini traxit originem. 66 *Secundo arguitur.* *Resp.*

Sed contra istam solutionem oppones. Christus de facto mervit efficacitèr gloriam prædestinatis: ergo illius merita fuerunt electa, vt efficacitèr ad id conducentia; & tamen non præsupposuerunt efficacem intentionem gloriæ: ergo nõ semper efficax electio medij efficacis præsupponit efficacem intentionem finis. Probo minorem, Christus suis meritis, non solum promervit realem collationem gloriæ, sed etiam electionem efficacem ad illam: ergo non præsupposuerunt efficacem electionem ad gloriam, nec ex illa traxerunt originem; aliàs principium meriti sub merito caderet, quod est impossibile. 67 *Replic.*

Huic obiectioni dupliciter respondere solet ab his, qui nostram sententiam de- 68 *Resp. 1.*

Digitized by Google

int. Primo aſſerendo Chriſtum
num promeruiſſe gloriam in exe-
e & efficax decretum exequutivum
non tamen decretum efficax inten-
. Iuxta quam ſolutionem facile ad
ionem factam occurritur, prout
m rationem opugnat. An autem
convenientia ſequantur ex illa? Po-
debimus.

cundo admittendo promeruiſſe de-
m efficax gloriæ intentivum, in
uppoſitione maiorem difficultatem
obiectio. Ad illam reſpondeo: con-
antecedenti diſtinguendo primum
quens; electione propriè dicta ter-
a ad medium propriè tale, nego
quentiam. Ad electione accepta, pro
tate cauſæ efficacitè: inferentis effe-
concedo conſequentiam & conceſ-
ori ſed ſumpta, diſtinguo conſe-
ti electio propriè ſit, & medij pro-
alis, nego conſequentiam: ſi non ſit
hè electio ſed voluntas cauſæ effica-
inferentis effectum, concedo conſe-
iam. Ratio autem cur voluntas effi-
ientorum Chriſti non ſit propriè
o, eſt quia merita Chriſti, vtpotè or-
ſuperioris ad gloriam, non fuerunt
pta, vt proprie medium ad illam, ſed
iæ illius: vnde ratio amandi illa,
ſunt gloria. Noſtra autem ratio tan-
rocedit, quando aliquid amatur, vt
ini, nam cum ratio amandi medium
s, vt efficacitèr medium ametur, de-
ficax amor finis præcedere.

tio obijcies: ſi ob aliquam rationē
x electio ad gloriam deberet effica-
ctionē gratiæ, & meritorū præcede-
aximè quia omnis diſcretio in ele-
mediorū debet ex diſcretione inten
d ſumi; ſed hoc eſt falſū: ergo etiā
eſt, quod electio efficax prædeſtina
ad gloriam debeat electionem effi-
meritorum, & gratiæ præcedere.
probatur: electio efficax prædeſtina
ad gloriam, illos diſcernens à re-
, non eſt prima intentio: nam etſi in
reſpectu gratiæ, & meritorum, eſt
electio reſpectu manifeſtationis at-
rum Dei, & tamen nullam diſcre
in intentione finis ſupponit: ergo
nis electionis mediorum diſcretio
cretione intentionis debet deſumi.
tur minor intentio, quam ſupponit,
nifeſtandi divina attributa; at hæc
is eſt prædeſtinatis; & reprobis nec
o ſigno eſt illorū præ iſtis: ergo in in
e ſuppoſita nulla apparet diſcretio:
hoc argumentum, reſpondeo con-
maiori, negando minorem: ad il-
robationem, nego minorem, cuius probationem dicatur, quod in intentione manifeſtandi attributa divina virtualiter continetur diſcretio, quæ invenitur in electione prædeſtinatorum ad gloriam præ reprobis: nam cum ſit efficax ad manifeſtandam iuſtitiam, & miſericordiam divinam, & vt manifeſtativa eſt iuſtitiæ, ſit radix excluſionis reproborum à regno, & vt eſt voluntas manifeſtandi miſericordiam, ſit radix electionis prædeſtinatorum ad gloriam; conſequens ſit, quod licet diſcretio electionis non præcontineatur in illa formalitèr, præcontinetur tamen illa virtualitèr, & radicalitèr, & hoc ſecundo modo ſufficit præ contineri diſcretionem electionis mediorum in intentione finis.

Sed inſtabis primo: ergo male inferunt noſtri Thomiſtæ ex intentione gloriæ reprobis, & prædeſtinatis communi, non poſſe oriri diſcretionem electionis ad gratiam, quia illa eſt æqualis reſpectu omnium; cum iam habeamus ex æquali intentione derivari in electione diſcretionem. Secundo: ergo ex efficaci intentione manifeſtandi divina attributa potuit Deus immediatè ad electionem hominū ad gratiam, vt efficacitèr conducentem ad gloriam procedere, abſque media electione efficaci ad gloriam. Patet conſequentia: nam in illa intentione continetur virtualitèr diſcrimen electionis ad gratiam, vt efficacitèr conducentem ad gloriam: ergo ſi virtualis continentia diſcriminis electionis in intentione ſufficit, potuit Deus ex efficaci intentione manifeſtandi divina attributa immediatè procedere ad electionem hominum ad gratiam, vt efficacitèr conducentem ad gloriam, abſque media electione efficaci ad gloriam.

Reſpondeo ad primam ex his obiectionibus, illationem factam à Thomiſtis optimam eſſe nam cum intentio gloriæ poſita ab aduerſarijs inefficax ſit, nec virtualitèr poteſt præcontinere diſcretionem electionis ad gratiam, & merita, prout efficacitèr conducentia ad gloriam ob rationes iam traditas, voluntas autem manifeſtandi attributa divina, cum efficax ſit, etſi non reſpiciat peculiariter iſtos alijs, poteſt virtualiter præcontinere diſcretionem.

Ad ſecundam, nego conſequentiam ad probationem diſtinguo antecedens, continetur virtualitèr immediatè, concedo antecedens, mediatè concedo antecedens, & nego conſequentiam: quia ſuppoſitum eſt, ut dixi, & ſuprà dicebam *ſupra*, efficacia intentioni finis debet eſſe finis mediati, ſed ſolum immediati, paritate ſumpta ex ea quæ tia principiorum ad evidentiam co-

sionis exacta: vndè cum manifestatio attributorum sit finis mediatus respectu gratiæ, & meritorum, vt efficaciter conducentium ad gloriam: fit consequens, quod discrimen repertum in electione ista, mediatè solū in electione manifestandi attributa inveniatur, immediatè verò in electione ad gloriam; ac proinde vtriusque finis efficax intentio debet præcedere.

75 Instabis. Sed instabis adhuc: vt discrimen repertum in electione horum præ alijs ad gratiam, & merita quatenus efficaciter conducunt ad gloriam præ contineatur virtualiter in electione ad gloriam, sufficit voluntas efficax gloriæ absolutè, nec requiritur, quod sit horum præ alijs: ergo licèt habeamus ex solutione tradita debere intermediare voluntatem efficacem glorificandi, non tamen habemus debere præcedere electionem efficacem ad gloriam prædestinatorum præ reprobis, quod tamen intenditur in nostra sententia. Probo antecedens: vt intētio manifestandi attributa præcontineat virtualiter electionem efficacem ad gloriam, vt est horum præ alijs, non est necessariū, quod intentio illa, sit manifestandi attributa in his præ alijs, sed sufficit, quod sit manifestandi attributa absolutè: ergo pariter, vt voluntas efficax gloriæ contineat virtualiter discrimen electivum horum præ alijs ad gratiam, & merita, necessarium non erit, quod ipsa formaliter sit horum præ alijs, sed sufficiet esse intentionem efficacē gloriæ absolutè.

76 Resp. Respondeo, negando antecedens, ad cuius probationem nego consequentiam. Ratio autem discriminis est: nam manifestatio attributorum non concernit determinatum subiectum; vndè potest connaturaliter intendi absolutè, absque eo quod subiectum in quo exercenda est designetur: gloria autem; cum accidens sit, & actus vitalis essentialiter concernens subiectum, & principium vitale, vel non potest vllo modo intendi absque concernentia determinati subiecti, vel saltim non potest ita connaturaliter: ac proinde eo ipso, quod probatum maneat debere præcedere efficacem gloriæ intentionem, probatum reliquitur debere esse circa determinatum subiectum.

77 Quarto arguitur. Obijcies sic quarto: gloria, vt corona est finis meritorum; & tamen vt sic præintendi non potest efficaciter ad electionem efficacem meritorum quatenus efficaciter conducentium ad illam: ergo deficit principium assumptum. Probatur minor: gloria, vt corona essentialiter dependet à meritis: ergo implicat præintendi ante merita efficaciter electa, & prævisa.

Respondeo, negando minorem. Ad cuius probationem distinguo antecedens: dependet essentialiter à meritis in ordine executionis, & in genere causæ efficientis, concedo antecedens: in ordine intentionis, & in genere causæ finalis, nego antecedens, & consequentiam: nam vt in ordine intentionis sit prior, sufficit, quod licèt dependeat ab illis in genere causæ efficientis, non tamen ab illis dependeat in genere causæ finalis, sed in hoc genere merita causet. Et insto argumentum in actu vitali, qui essentialiter à principio vitali dependet; & tamen potest in ordine intentionis præcedere principium vitale, quia est finis illius. Resp. Instatur arg.

78 Replic. Sed dices, implicat intelligi coronam, vt coronam sinè ordine ad merita: ergo implicat intendi efficaciter sinè ordine ad illa; & consequentèr antè prævisionem illorum. Resp. Respondeo distinguendo antecedens, sinè ordine ad merita, vt causantia in omni ordine, nego antecedens: sinè ordine ad illa, vt causantia in ordine executionis, & vt causata in ordine intentionis, concedo antecedens, & nego consequentiam.

79 Instabis. Instabis, quia pœna, vt pœna, est effectus de meritorū, implicat in aliquo ordine intelligi, aut intendi efficaciter absque præsuppositis, & prævisis demeritis: at corona, vt corona, non minus est effectus meritorū, quam pœna, vt pœna demeritorum: ergo implicabit intelligi, aut intendi efficaciter in quarū talem, absque prævisis meritis vt causis illius. Resp. Respondeo, quidquid sit de veritate illius quod in antecedenti supponitur, de quo postea agentes de reprobatione dicemus, distinguēdo causalem maioris: præcisè quia est effectus demeritorum, nego maiorem: & quia alias pœna, vt pœna reduplicativè non est bonū de primaria intentione Dei, concedo maiorem: & concessa minori, nego consequētiam: nam corona, vt talis, non est bonum occasionatū, qualitèr pœna, vt pœna; sed per se amabile, & ideò potest per se amari in ordine intentionis, absque occasione, & prævisione meritorū non causata à meritis, sed illa inferendo, & causando, pœna autem quia bonum occasionatū est, & non de intentione primaria, non potest iuxta doctrinam suppositam per se primo amari, hoc est non expectata occasione demeritorū; ac proinde in omni ordine, vt ametur demerita prævisa supponit.

80 Quinto arguitur. Quinto obijcies: habitus ab intrinseco non connexus cum actu efficaciter; potest cum voluntate ad actus elicientiam concurrere: ergo intentio non connexa ratione sui efficaciter cum fine, poterit

luntate ad electionem mediorum
aciter ad finem conducentium cō-
e; & conſequentèr intentio ineffi-
terit eſſe principium electionis ef-
. Reſpondeo conceſſo antecedenti,
do conſequentiam. Ratio autem
miniseſt: nam habitus non concurrit
minando potentiam, ſed ſolum iu-
ad difficultates vincendas; imo po-
abitus à potentia determinatur; iuxta
abitibus vt mutur cum volumus: & ideò
on ſit efficaciter determinatus ad
n poteſt cum potentia ad actus eli-
iã concurrere; intentio autem deter-
t voluntatem ad finem, vt propter
n operetur: vndè vt efficaciter opere-
ropter illum, debet præcedere effi-
intentio.

Sed dices: quando plura ſunt media,
ous finis poſsit obtineri, non determi-
ir voluntas, vt hæc præ alijs eligat ab
entione finis: ergo concurſus intentio-
, relpectu voluntatis, vt eligat, non eſt
erminativus, ſed indifferens; & à vo-
ntate determinabilis; & conſequentèr
ferimen inter habitum, & intentionem
concurrendo cum voluntate non ſub-
ſit. Reſpondeo intentionem determi-
ri ad finem, non autem ad media quãdo
int plura quibus finis poſsit obtineri, &
ntentio non alligat finem ad hæc media
eterminatè, ex quo ſolum ſequitur non
debere in intentione præcedere determi-
nationem formalem ad hæc media præ
alijs, & efficaciam formaliter ad hæc præ
alijs determinatam, non autem quod de-
beat præcedere efficacia determinans ad
finem.

Denique obijcies: nam ſequitur ex
noſtra ratione quod non ſolum de facto,
ſed nec etiam de potentia abſoluta pote-
rit Deus efficaciter eligere homines ad
gratiam, & merita abſque præſuppoſita
efficaci electione ad gloriam; conſequens
eſt falſum; cum aſsignari nequeat implī-
cationis ratio: ergo & ratio facta inſuffi-
ciens. Probatur ſequela: etenim ratio no-
ſtra procedit, ex eo quod id petit ordina-
& ob eſſentialem dependentiam electio-
nis ab intentione; at Deus non poteſt de
potentia abſoluta appetere in ordinatè,
aut eſſentiales rerum dependentias varia-
re: ergo ſi ratio facta quid probat, convin-
cit non ſolum de facto; ſed etiam de po-
tentia abſoluta.

Huic obiectioni quidam ex noſtris con-
cedunt ſequelam, alij abſolutè negant,
ſolu- ſed media via incedendum exiſtimo, no-
e arg. tando dupliciter ſe potuiſſe gerere Deum
a. in collatione gratiæ, & meritorum: vno
modo taliter, quod ex vi primæ volunta-
tis, illa conferendi, non amaret illa, qua-
tenus ad gloriam efficaciter conducentia,
ſed ſolum vt ſufficienter, ſicut in ſenten-
tia multorum fuit voluntas gratiæ, & me-
ritorum ſtatus innocentiæ, & in omnium
ſententia eſt voluntas cõferendi gratiam,
& merita reprobis; & in alio ſigno meritis
prævisis velle intuitu illorum conferre
gloriam: ſecundo non ita, ſed talitèr quod
ex vi primæ voluntatis conferendi gra-
tiam, & merita, amaret illa prout effica-
citer ad gloriam conducentia, & vt infal-
libilitèr cum gloria connexa.

Quo ſic præmiſſo, ad argumentum 84
factũ reſpondeo diſtinguendo conſequens: *Ad illud reſp.*
ſi ex vi voluntatis gratiæ, & meritorum
amentur, vt media ſufficientèr conducen-
tia ad gloriam, nego conſequentiam: ſi ex
vi illius amentur, vt media efficaciter ad
gloriam conducentia, concedo conſequen
tiam: nec in conſequenti aliquod incon-
veniens reperio. Tùm, quia ipſi pro in-
conveniẽti non reputant dicere, Deum
non potuiſſe efficacitèr incipere à gloria,
vt corona, etiam de potentia abſoluta;
quid igitur mirum quos Nos in ordine effi-
caciæ oppoſitum aſſeramus, etiam de po-
tentia abſoluta? Tum etiam, quia incon-
veniens non eſt imò potius neceſſario di-
cendum, non poſſe aſſenſum evidentem
concluſionis ſcientificum haberi ſinè evi-
denti præmiſſarum aſſenſu, nec vitalem
actum exiſtere poſſe ſinè concurſu princi-
pij vitalis: ergo quod electio efficax me-
dij, vt efficacitèr conducentis ad finem
eſſe non poſsit de potentia abſoluta ſinè
prævia efficaci finis intentione, inconve-
niens iudicari non debet; implicatio au-
tem conſiſtit in hoc, quod prædicta electio
eſſet efficax, & non eſſet efficax; eſſet vt
ſupponimus, & non eſſet, vt ratione facta
probamus.

§. IV.

Statuitur in Deo decretum executiuum gloriæ poſt merita præuiſſa.

SIT Secunda concluſio. *Præter decretum* 85
intentiuum gloriæ ante merita, datur aliud *Secunda concluſio:*
executiuum circa gloriam, merita præuiſſa ſupponens. Ita contra Nazarium, Albarez, *Nazarium. Albarez. Salmant. Herrera.*
Salmanticenſes, Magiſtrum Herrera in
manuſcriptis ad iſtum art. Tenetn frequẽ-
tius cæteri ex noſtris Thomiſtis, & præter
quamquod ferè conſtat ex dictis diſp. 60. in
prima concluſione: ſuadenda eſt noſtra cõ-
cluſio primo, illis teſtimonijs ſcripturæ, *Prob. 1. ex ſcriptura.*
quibus Vazquez ſuam nititur ſuadere ſen-
tentiam, quę licèt illam, nec leviter inde-
cent, noſtram tamen concluſionem vehe-
menter ſuadent, vt poſtea videbimus.

Sę-

86 *Secundo ex Augustino.*

Secundo ex Augustino tom. 4. *lib. 1. ad Simplicianum, quæst. 2. folio mihi* 268. *columna* 2. vbi explicans, illa verba Pauli ad Romanos 9. cap. *Non ex operibus, sed ex vocante, &c.* sic ait: *Et ideò quærimus quid dictum est, nisi fortè sic est distinguenda sententia, non vt intelligamus tamquam ideò non ex operibus, sed ex vocante dictum est maior seruiet minori, vt secundum electionem propositum Dei maneret, sed ita potius, vt hoc de natis, & non dum aliquid operatis exemplum datum accipiatur, ne aliqua electio hic possit intelligi: cum enim non dum nati essent, nec aliquid egissent, siue bonum, siue malum, vt secundum electionem propositum Dei maneret, id est nec aliquid egissent bonum, aut malum, vt propter ipsam actionem electio aliqua fieret eius, qui benè egerat. Cum ergo nulla esset electio benè agentis secundum quam maneret propositum Dei, non ex operibus, sed ex vocante, id est ex eo, qui vocando ad fidem gratia iustificat impium, dictum est quia maior seruiet minori, non ergo secundum electionem propositum Dei manet, sed ex proposito electio, id est non quia inuenit Deus opera bona in hominibus, quæ eligat, ideò manet propositum iustificationis ipsius, sed quia illud manet, vt iustificet credentes, ideò inuenit opera quæ iam eligat ad Regnum Cœlorum: nam nisi esset electio, non essent electi, nec rectè diceretur, quis accusabit aduersus electos Dei? Non tamen electio præcedit iustificationem, sed electionem iustificatio, nemo enim eligitur nisi iam distans ab illo, qui reijcitur: vndè quod dictum est, quia elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, non videò quomodo sit dictum nisi præscientia.*

87 *Ex verbis Aug. formatur argumentum.*

Ex quibus verbis sic pro nostra conclusione argumentum conficio: secundum Augustinum, propositum iustificationis non est secundum electionem, sed electio secundum propositum, electio non præcedit iustificationem, sed iustificatio electionem; at hæc verificari nequeunt de electione efficaci ad gloriam pertinente ad ordinem intentionis, cum hæc vt vidimus *in prima conclusione* in doctrina Augustini, iustificationem antecedat, & merita: ergo datur electio ad gloriam ab æterno in Deo, spectans ad ordinem executionis, quę iustificationem non præcedat, sed subsequatur, & merita prævisa supponit.

88 *Confirm.*

Quod amplius vrgetur: iuxta Augustinum in præallegatis verbis, datur electio aliqua in Deo ad gloriam, per quam nemo eligitur nisi iam distans ab eo, qui reijcitur, & secundum quam intellecta verba illa Pauli, *eligit nos in ipso ante mundi constitutionem* nequeunt intelligi nisi præscientia; at hæc vera esse non possunt loquendo de decreto electivo gloriam, spectante ad ordinem intentionis; cum iuxta eundem August. *Epist. 105.* ad fixtum *detur in Deo electio, qua eligendi facit non inuenit.* Et *epistola* 106. ad Paulinum ideò ait: *Non ex operibus sed ex vocante dictum esse intelligitur, vt secundum propositum Dei maneret, non meritum hominis anteiret.* Et *lib. 5. contra Iulianum cap. 3.* loquendo de electione intentiva ait: *Nullum elegit dignum sed eligendo facit dignum*: at loquendo de hoc verba Pauli aliter, quam de præscientia meritorum interpretari possunt: ergo ex mente Augustini, duplex est in Deo circa gloriam constituendum decretum, alterum spectans ad ordinem intentionis liberale, & gratuitum, alterum spectans ad ordinem executionis merita prævisa supponens, & ex iustitia, quod duplex decretum complexus est Augustinus *tom. 10. sermone 7.* de verbis Domini, vbi ait: *Elegit autem Deus sicut dicit Apostolus secundum suam gratiam*, ecce decretum liberale, & gratuitum, *& secundum illorum iustitiam*, ecce decretum executivum merita prævisa supponens.

89 *Resp. ex Belarminio.*

Respondebis primo ex Belarminio *lib. 2. de gratia, & lib. arbitr. cap. 15.* Augustinum libros ad Simplicianum iuvenem scripsisse, & tenem effectum sententiam de electione ad gloriá, quam citato *loco docuerat* retractasse: vndè ex verbis adductis infirmum pro nostra conclusione conficitur argumentum. Cæterum contra hanc solutionem obstat in primis Augustinum *lib. 2. retractationum, cap. 1.* vbi quæ minus veritati consentanea docuerat humiliter retractavit, mentione facta librorum ad Simplicianum, doctrinam in eis contentam non solum non retractasse, sed potius commendasse asserendo *elaboratum esse pro libero arbitrio, sed Diuinam gratiam vicisse*: ergo absque fundamento asserit Belarminius Augustinum in præallegatis verbis, sententiam senem retractasse. Deinde: nam omnia quæ Belarminium *Contr.* movent ex aliis locis Augustini desumpta, distinguendo duplex decretum, alterum intentivum, & alterum executivum erga gloriam cum præallegatis verbis concordant: ergo potius distinguenda sunt hæc duo decreta quam asserere Augustinum sententiam olim tractam retractasse.

Denique: nam cum in quæstionis principio Augustinus electionem sine prævia eligendorum distantia negaret, ad finem eiusdem quæstionis nullam inter eligendos distantiam recognoscit his verbis *Quod si electio hic fuit aliqua, vt sic intelligamus, quod dictum est Romanorum* [illegible]

Digitized by Google

per electionem gratiæ salutæ factæ
on vt iustificatorum electio fiat ad vi-
rnam, sed vt eligantur, qui iustificen-
è ita occultâ est hæc electio, vt in ea
sperſione nobis prorsus apparere non
aut si appàret quibusdam, ego in hac
mitatem meam fateor, non enim ha-
uod intuear in eligendis hominibus ad
n salutarem, nisi vel maius ingenium
Ne ergo dicamus Augustinum in eâ-
quæstione sibi esse contrarium, con-
da videntur duo decretà circa glo-
in Deo, alterum spectans ad ordi-
intentionis liberale, & gratuitum
tiam eligendorum non supponens
ciens, alterum executivum distan-
eligẽdorum à reijciendis supponens
respectu adultorum non gratuitum
ex iustitia est.

Respondebis secundo ex nostris Tho-
is Nobis in hac parte adversarijs. Lo-
Augustinum non de electione æterna
de executione electionis temporalis
qua verum est eligendorum distantiam
ponere, nec liberalem esse, sed ex iusti-
: vndè non colligitur duplex illud de-
ctum, erga gloriam distinguendum in
eo. Sed contra, & vrgenter, ni fallor,
m Augustinus postquam de electione ad
oriam de qua ibi loquebatur, asseruit
stantiam eligendorum a reijciendis sup-
onere, de eadem electione explicans
erba Pauli ad Ephesios primo: *Eligit nos
n ipso ante mundi constitutionem*, asseruit
non posse aliter intelligi nisi præscientia,
quia scilicèt, quanvis ab æterno merita
in re non supponat, supponit tamen illa
ab æterno in divina mente prævisa; at si
loqueretur de electione temporali sumpta
pro executione, hæc explicatio verbis
Pauli adaptari non posset; cum exequu-
tio electionis temporalis sit, & merita
electorum tempore præexistentia sup-
ponat: ergo interpretatio ista, Augustini
contextui non congruit.

Tertio principalitèr suadetur conclu-
sio, & impugnatur solutio præcedens: me-
dia namque moralia, scilicet merita, non
aliter causant finis exequutionem, nisi
movendo voluntatem præmiantis, vt re-
muneret illa: ergo si merita hominum
causant temporalem gloriæ executionem,
movent voluntatem Divinam, illamque
inclinant ad gloriæ exhibitionem; at divi-
na voluntas temporalitèr moveri non po-
test, nec motivum aliquod in tempore
potest incipere habere, sicut nec in tem-
pore aliquid potest incipere velle: ergo
voluntas Dei ab æterno respicit merita
pro motivo; cumque hoc de voluntate
gloriæ intẽtiva verificari nequeat, recog-
noscenda est circa gloriam ab æterno in
Deo voluntas executiva ab intentiva di-
stincta, non liberalis, sed ex iustitia.

Quarto suaderur: non stat actum ex- 93
teriorem esse honestum honestate alicuius
virtutis specialis, quin actus interior vo- Prob. 4.
luntatis tali gaudeat honestate. Tùm, quia
actus interior ab exteriori speciem desu-
mit. Tùm etiam, quia exteriori actui ra-
tione sui, sicut nec libertas formalis com-
petit, ita nec formalis honestas ei potest
ratione sui, sed ratione interioris conveni-
re. Tùm denique ab indutione nostrorum
actuum exteriorũ in quibus honestas vir-
tutis reperiri non potest, quin in actu ali-
quo interiori talis honestas præhabeatur
formalitèr. Ex quo provenit, quod actus
interior, & exterior sunt semper in eadem
specie virtutis, aut vitij; at exterior gloriæ
exhibitio gaudet formalitèr honestate iu-
stitiæ, aut distributivæ, aut commutativæ,
aut vtriusque, sivè strictè iustitia sit, sivè
largè, vt à sententiarum varietate in hac
parte pro nunc abstrahamus: ergo datur
actus aliquis voluntatis divinæ huiusmodi
honestate gaudens formalitèr; cumque
electio efficax ad gloriam spectans ad in-
tentionis ordinem tali honestate non gau-
deat, recognoscendum est decretum exe-
cutivum ab electione distinctum, quod
prædictam honestatem subinduat.

Respondebis fortè: electionem ad glo- 94
riam per modum intentionis esse actum Resp.
iustitiæ, quia licèt non supponat merita,
quibus moveatur Deus vt obligatus, v.c.
sit dare gloriam, non tamen vult illam
dare gratis, sed propter merita, & hoc suf-
ficit vt prædictus actus gaudeat honestate
iustitiæ. Quod patet: tùm, quia actus ille,
quo quis vult ius suum vnicuique tribuere,
actus est iustitiæ, vt ex illius diffinitione
constat, qua dicitur iustitia *est constans, &
perpetua voluntas ius suum vnicuique tri-
buendi*, & tamen actus iste non movetur
ex iure in alio præsuppositio. Tùm etiam:
nam quando quis eligit vnum altero re-
licto, cui vendat equum actus iste electio-
nis, etsi quoad comparationem gratuitus
sit non tamen est actus liberalitatis abso-
lutè, sed iustitiæ, eo quod non vult dare,
sed vendere, etsi non sit obligatus ad vo-
lendum vendere; pari ergo ratione, etsi
Deus obligatus non sit ad volendam effi-
caciter gloriam istis præ alijs, quia tamen
non vult objectivè illam gratis donare,
sed veluti vendere, dando illam vt mer-
cedem intuitu meritorum, actus iste non
erit liberalitatis sed iustitiæ: ac proinde
alius ad ordinem executionis spectans ab
illo distinctus ex illo capite necessarius
non erit.

Sed

Digitized by Google

95 *Contra 1.* Sed contra primo: nam omnis actus virtutis debet pro motivo respicere proprium talis virtutis obiectum, & non solum, vt rationem quæ attactam, vt patet discurrendo per alias virtutes; at obiectum iustitiæ est ius alienum, sive in meritis, sive in præmio, sive in alijs titulis iustitiæ fundatum; ergo eo ipso quod electio efficax ad gloriam non respiciat merita pro motivo, esse nequit actus iustitiæ, nec gratitudinis; cum hæc aliquod debitum, etiam pro motivo respiciat: & consequenter erit *Secundo.* actus liberalitatis. Secundo, nam fere omnes Theologi, qui Deum incapacem debiti rigorosi ex iustitia fatentur consequenter tollunt ab illo virtutem iustitiæ acceptæ in rigore: ergo quia fentiunt omnem actum iustitiæ debere pro motivo ius alterius respicere, & elici à persona obligata: & consequenter eo ipso, quod Deus absque obligatione homines eligat ad gloriam electione spectante ad ordinem intentionis, talis electio esse nequit actus iustitiæ.

96 *Tertio.* Denique: nam esto daremus actum illum aliqualiter esse iustitiæ, quia pro obiecto respicit gloriam dandam, vt coronam; quia tamen non habet merita pro motivo non erit actus iustitiæ rigorosæ, & perfectę, vel non erit actus, ad quem quis ex iustitia tenetur, at constituendus est in voluntate Dei actus aliquis, vel iustitiæ rigorosæ, & perfectę, vel ad quem Deus ex iustitia aliquia ratione teneatur: ergo præter electionem ad gloriam spectantem ad ordinem intentionis constituendus est alius ad executionis ordinem spectans. Probo minorem argumento iam facto: nam omni actui exteriori debet correspondere actus aliquis interior, qui sit eiusdem honestatis cum illo; at exterior gloriæ collatio, vel est actus strictæ iustitiæ, vel ad minus est talis, quod ad illum Deus aliqua ratione ex iustitia tenetur, vel saltim ex fidelitate ratione promissionis: ergo debet constitui in voluntate Dei actus aliquis, qui vel sit perfectę, & rigorosæ iustitiæ, vel ad quem aliq a ratione ex iustitia, vel ad minus ex fidelitate teneatur; cumque prima electio ab omni tali obligatione sit libera, alius actus præter illam est in Dei voluntate circa gloriam recognoscendus.

97 *Ad motiva solutionis respondetur* Nec iuvant solutionem traditam exempla adducta. Non primum: nam actus ille, quo quis absolutè vult ius suum vnicuique tribuere, etsi non moveatur à iure alicuius in particulari prævisso, movetur tamen à iure alterius in communi, quod sufficit, vt sit actus iustitiæ. Nec secundum: nam licèt ille, qui inter emptores eligit vnum, cui præ alio vendat equum; quoad comparationem quę in prædicta electione invenitur, gratiosè aliqua ratione operetur, absolutè tamen à pecunijs movetur, vt vendat equum; Deus autem in prædicto actu nullatenus movetur à meritis, nec in particulari, nec in communi, sed merita vt effectus talis voluntatis respicit, & id circo prædictus actus non est iustitiæ, sed liberalitatis.

§. V.

Tribus argumentis in contrarium occurritur.

COntra nostram sententiam plura opponunt contrarię sententię Auctores: primo obijciunt plura testimonia Scripturę, selectiora sunt, primum illud Matthæi 25. cap. *Venite Benedicti Patris mei percipite Regnum paratum vobis ab origine mundi; esurijt enim, & dedistis mihi manducare, &c.* vbi causalem illam, non solum ad temporalem Regni exhibitionem, sed etiam ad illius æternam præparationem referendam esse ex eo sibi videntur convincere, quod in posterioribus verbis: *Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus est Diabolo, & Angelis eius, esurijt enim, & non dedistis mihi manducare*, causalis illa, nedum ad temporalem pœnæ executionem, sed etiam ad voluntatem puniendi æternam est referenda, cuius oppositum, inquient, Pelagianismũ sapit; ergo pariter prior illa causalis ad æternam Dei voluntatem est referenda, & non solum ad temporalem gloriæ collationem, & consequenter voluntas dandi gloriam ab æterno existens in Deo, merita prævisa supponit.

Secundum est illud Pauli 1. ad Corinthios 2. cap. *Oculus non vidit, nec auris audijt, quæ præparauit Deus diligentibus se.* Vbi illa verba: *diligentibus se* Causam præparationis (inquit Vazquez) subindicat, sicut siquis diceret regem parasse equum, primo ascendentibus muros Civitatis, significaret illum dare statuisse ex merito strenue bellantibus: ergo idem quod præ Tertium est illud Iacobi secundo: *Nonne Deus elegit pauperes in hoc mundo divites fide, & hæredes Regni, quod promisit diligentibus se.*

Quod si adhuc (inquit Vazquez) opponeatur ex Augustino *lib. de Prædestinatione sanctorum, cap. 17.* Quod eligere divites, idem sit quod illos efficere divites, Contra hoc stat quod contextus Apostoli non ita comode illam interpretationem compatitur, ac si dicatur: illos elegisse quos prævidit divites in fide. Quod ita sumpsi namque idem sit eligere divites,

Digitized by Google

upponit necessario re efficacem intentionem finis.

Tertio, quod media physica eligi efficacitèr nequeant absque præsupposita intentione efficaci finis, non aliunde provenit, quam ne ex intentione ineffacaci, ad electionem efficacem proceda-
fu ad electionem efficacem proceda-
hoc inconveniens non minus est vi-
in medijs moralibus, quam in phy-
ergo. Quarto: in executione non minus
dependet finis à medijs physicis, quam à
medijs moralibus, imò fortè magis; & ta-
men in divina intentione ista dependentia
non datur, sed potius è contra, media phy-
sica in tali ordine dependent à fine: ergo
iam ordo actuum in Divina intentione,
non commensuratur quoad dependentiã,
& suppositionem ordini executionis; &
consequetèr ex eo quod finis per media
moralia assequendus, in executione depẽ-
deat ab illis, non probatur intentionẽ effi-
cacem illius talia media, vt prævisa debe-
re supponere.

34 Tertio.

Si fortè dicatur, præsuppositionem mediorum moralium in intentione non probari ex dependentia finis in executione ab illis, sed ex tali dependentia, scilicèt quia dependet ab illis, vt moraliter causantibus, moralis autem causalitas non est immediatè ad finem, sed ad volun-
tatem causaturam illum; ac proinde non posse voluntatem conferentis finem, scilicèt præmium, efficacitèr determinatam ad illius collationem supponi; hac enim suppositione facta non datur locus, vt à medijs ad realem finis assecutionem moveatur.

35 Si respo-

In contrarium obstat: nam si ob aliquã rationem suppositã efficaci finis, seu præmij intentione ante merita præviſſa non daretur locus morali excitationi, maximè, quia ex vi efficacis intentionis est infalibilis finis futuritio; at hæc ratio non probat talem impossibilitatem: ergo talis ratio est nulla. Probo minorem. Ex vi efficacis electionis mediorum efficacium, est infalibilitèr futurus finis ab illis causãdus: aliàs efficax electio non esset; & tamẽ illa supposita datur in Divina voluntate locus, vt ex citata à medijs, seu meritis cõferat finem, scilicèt gloriam: ergo, quod ex vi intentionis efficacis suppositæ ad merita, sit infallibilitèr gloria futura, non probat non posse gloriam conferri à divina voluntate à meritis excitata.

36 Instat contra hoc.

Tandem tertia solutio rejicitur primo, quia exemplum quo se Vazquez protegit, in nullo paritatem servat: ergo solutio illi innitens est insufficiens omninò. Probo antecedens: pater natus Episcopatũ filio desiderans, non habet Episcopatum in sua potestate, nec media efficacia ad illius

37 Tertia solutio rejicitur 1.

Digitized by Google

illius affe
catu op
a nobis
sua, con
quutione
extra te
nitens est
38 Secun
tione d
debet p
quam a
nisi qui a
media; a
dia effic
ter eligi
finem a
quendu
fatidere
florem
esset id
vt præ
correc
Deus
s
h
Ad
Solutione quod vocentur prævisio, prout ab
is constituitur, est omnino: in potesta-
Dei eos in illa occasione vocare, in qua
prævidit forè, vt vocati, & divina gratia
ad sanctè perseverent finaliter: ergo tali con-
se sub conditione prævisio in potesta-
te Dei est constituta finis gloriæ assequu-
rio. Tertio: nam vt admittit ista solutio,
Deus media efficacia eligit ad gloriæ as-
sequutionem, cum quibus est infallibiliter
connexa gloriæ assequutio; at si finis asse-
quutio infallibiliter cum gloriæ conse-
quutione connexa: ergo finis gloriæ asse-
quutio est in potestate Dei constituta. Et
confirmatur, retorquendo exemplum in
contrarium Auctorem, si namque esset in
patris potestate filium doctum efficere dig-
num episcopatu, & episcopatum ipsum
tribuere, posset, imò & deberet ex intentio-
ne efficaci dandi filio Episcopatum ei dig-
nitatem, & merita tribuere; at in potestate
Dei est hominibus gloriam vt coronam
conferre, & eisdem merita tribuere: ergo
poterit ex efficaci gloriæ intentione me-
rita, & gratiam vt ad illam efficacitèr
conducentia eligere: & consequentèr an-
te prævisa merita datur in Deo efficax ho
minum ad gloriam electio, licet gloria ab
hominibus cum diuino auxilio sit conse-
quenda.

Lessius alijs tribus solutionibus arg
mento facto occurrit: prima est solu
Vazquij de mediis physicis, aut moralib
quam iam impugnavimus. Secundo ref
det veram esse malorem, si media non s
lum sint efficacia, sed etiam formalitèr,
talia eligantur: falsam autem, si quan
vis media efficacia sint, non tamen, vt ef
cacia formalitèr amentur, qualitèr in pr
senti contingere docet, quæ solutio ea
est illa, quam tradit Herice num. 92.
num. 188. distinguens malorem, illam
que concedens, si efficax sit electio resp
ctu mediorum, & efficaciæ illorum,
eius autem si efficax est respectu medi
rum, quoad suam entitatem, inefficax v
rò respectu efficaciæ, & sub eadem dist
ctione minoris, negat consequentiã. Q
voluntas Dei, qua distribuit auxilia gra
prædestinatis adultis totum est efficax r
pectu entitatis auxiliorũ, non autem r
pectu efficaciæ, quæ accidentaliter con
nit auxilijs gratiæ physicè considera
tum idem auxilium physicè invariatu
in vno efficax sit, & effectum sortiatur
alio autem inefficax, & ab effectu frus
tur. Tertio respondet Lessius, quod vt m
dia efficacia vt talia, eligantur sufficit
tentio efficax gloriæ secundum se, &
solutè, nec est necessaria intentio effi
illius, vt his præ alijs applicatæ.

Verum, hec his solutionibus argum
tum factum diluitur, & quia prima imp
nata contra Vazquium relinquitur, sec
da huius Auctoris solutio reijcitur;
quia auxiliã gratiæ ab intrinseco sint
cacia, & infallibiliter cum consensu c
nexa vt male, & minus solidè quidam
pugnat. Nam licet auxilia gratiæ ab
trinseco sint efficacia, & infallibi
cum consensu connexa, cum gloria
non habent ab intrinseco infallibilem
nexionem; cum eadẽ auxilia efficacia
cundũ entitatem intrinsecam, quando
concedantur prædestinatis, & repr
imò aliquando vberiora: & tamen i
probis non sunt ab intrinseco cum gl
connexa; at efficacia auxiliorum di
nens prædestinatum à reprobis, non e
ficacia cum consensu, sed efficacia co
xionis cũ gloriã, vt futura: ergo effi
discernens non est intrinseca entitat
ficæ auxiliorum gratiæ; & consec
tèr ex intrinseca efficaciæ auxilio
patum solidè impugnari potest Le
lutio.

Aliter ergo reijcienda venit, prin
electio solum efficax auxiliorum
quoad physicam entitatem, comm
prædestinatis; & reptobis; cum m
conferantur illius auxilia entitat

Digitized by Google

cacia; at electio discernens nequit esse il lis communis: ergo debet esse efficax non solum respectu entitatis auxiliorum, sed etiam respectu efficaciæ, & connexionis, quam habent cum gloria.

Secundo. Secundo, quia vel de facto media hac electione conferuntur à Deo auxilia cum gloria connexa, vel non conferuntur, si hoc secundum dicatur, non ponitur de facto discretio inter prædestinatos, & reprobos, vt per se est manifestum: si autem cōferuntur, & non amantur quatenus sic connexa: ergo à casu, & præter intentionem tub hac ratione conferuntur à Deo, quod omninò repugnat.

43 Tertio. Tertio; nam hæc electio discretiva prædestinatorum à reprobis, est specialis amor, & specialis benevolentia illorum, at is solum terminetur, vt efficax ad entitatem physicam auxiliorum, & non ad congruitatem seu efficaciam, quam habent cum gloria, esse nō potest specialis amor, & benevolentia specialis prædestinatorum præ reprobis: ergo efficax est, nedum respectu entitatis auxiliorum, verum etiam respectu efficaciæ, & connexionis, quam habent cum gloria. Probo minorem, specialitas amoris desumenda est ex obiecto, vni, & non alteri volito; at si solum sit efficax respectu entitatis physicæ auxiliorum, & non respectu connexionis cum gloria non terminatur ad obiectum, non volitum reprobis; cum auxiliorum entitatis illis conferatur, & consequenter ametur, connexio autem, quæ illis non confertur, sed prædestinatis solum, voluta non sit per hunc actum: ergo huiusce modi electio specialis amor, & specialis benevolencia non est.

44 Resp. 1. Respondebis primo, efficaciam, seu connexionem auxiliorum cum gloria esse amatam indirectè per hanc efficacem electionem, eo quod Deus prævidens per scienciam conditionatam decessum futurum in gratia, & connexionem auxiliorum cum gloria illa tribuit in prævisa occasione. Reprobis autem non cum hac prævisione, eadem auxilia impertitur; & consequenter licet non directè velit connexionem auxiliorum cum gloria, vult tamen illam in directè, quod sufficit, vt hic actus sit specialis amor, & benevolentia specialis prædestinatorum.

45 Contra 1. Sed contra primo: bonitas obiectiva solum indirectè volita, non constituit actum in specie virtutis, vt docet D. Thom. 1. 2. quæst. 19. artic. 7. ad 3. & cum illo Theologi frequentius, ad diffirentiam malitiæ obiectivæ, quæ etiam si obiectivè indirectè attingatur sein actum transfundit, & in specie vitij constituit: ergo pariter specialis bonitas amata solum directè, non constituit actum volitionis in ratione specialis amoris.

Secundo Deus negans vbi gratiam homini instante præcepto occasione, in qua vidit per scientiam (quam mediam vocant) adimpletum præceptum, non vult indirectè speciali fractionem: ergo pariter largiens gratiam in occasione, in qua prævidit adimplendum præceptum, non dicitur indirectè specialiter præcepti adimpleti nemmisi specialis Dei voluntas feratur ad illam; & consequentèr gratiam prævisam connexam gloria, non dicetur indirectè specialens connexionem cum gloria cialis Dei amor terminetur ad illam.

Nec refert si dicas gratiam largiri se cautam adimpletionis præceptionis gloriæ, secus autem netiæ respectu transgressionis prideò Deus largiens gratiam specdirectè complacet inefficacia nexione actuali cum gloria: gratiam negat, non complacet adhuc indirectè, in præcepti tione. Nam in contrariū obitas tribuens concursum si multanecasione, in qua vidit hominerum, non dicitur indirectè specens, nedum malitiam, sed neceriale peccati; & tamen concuexhibet, est causa materialis licet gratia data sit causa entitillationis gloriæ, & exhibe sione conditionata actus; & futuræ cum gloria, non dicetur ciali ter, adhuc indirectè, coefficacia gratiæ, & connexiodet cum gloria.

Respondebis secūdo, quod sit specialis benevolentia respnati sufficit, quod licet terminetur solum ad physicam entitatem, inefficaciter directè terconnexionem, quam habet etiā gl non terminatur in reprobo sed ter, vt discretivus sit inter illanatio inefficax, & directa suf

Ita Herice disp. citata, c. p. Quod si cui obijcias: auxilium tū etiā confertur à Deo ex co efficaci, quam habet cum gl terminatio inefficax ad con xilij cum gloria nō sufficit specialē, nec ad discretionem reprobo. Antecedēs probatur intentione inefficaci gloriae citer directè terminatur ad auxilij cum gloria.

48 Resp. Respo… det *num.* 182. conceſſo antece-
…denti, ne… ando conſequentiam: & diſpa-
…ritatem … nſtituit; nam licet detur invo-
…luntate … i terminatio complacentiæ in-
…efficax ad … connexionem entitatis auxilij
…cum con… nſu finali & cum gloria, in re-
…probo ta… en terminatio illa directa, &
…inefficax … non constituit connexionem
…prædicta … in ſtatu futuræ abſolutè: com-
…placentia … autem inefficax in prædestina-
…to, conn… exionem entitatis auxilij cum
…gloria co… ſtituit in ſtata abſolutè futuræ;
…& conſeq… entèr ſpecialis, & inter vtram-
…que diſcr… tiva eſt.

9 Cæte… um hæc ſolutio in ipſis termi-
…nis impl… ationem præſefert. Etenim actus
…efficax a… inefficaci diſtinguitur per hoc,
…quod ill… rim, ad quam terminatur ab
…ſtatu p… ſibilitatis transfert ad ſtatum
…abſolut… uturitionis, & exiſtentiæ: ergo ſi
…compla… ncia iſta directè terminata ad
…connex… nem auxiliorum cum gloria,
…connex… nem conſtituit in ſtatu futuræ
…in prædeſtinato inefficax eſſe
…t, ſed neceſſario efficax, & conſe-
…quenter … tradita ſolutio involuit implica-
…tionem … terminis.

…ſolutio… ndebis ex prædicto auctore com
…ſi illam … m illam eſſe inefficacem per ne-
…efficaciæ … cretio prædeſtinati à reprobo
…ſi … antecedentis: eſſe tamen efficacem de-
…finitione … minatione ſumpta ab effectu, quem in-
…fert, … t, non quem infert virtute propria, ſed
…quatenus … quatenus procedit ex complacentia Dei,
…quam … quam habet de gloria prædeſtinati, vt præ-
…viſa … viſa in ſtatu conditionato, & virtute ſcien-
…tiæ … tiæ mediæ, quam de gloria, vt conditiona-
…tè … tè futura ſupponit: vndè infert eſſe effi-
…cac… cacem virtualitèr, quatenus virtualitèr
…contra… contra et voluntatem Dei de conferenda
…gloria.

Sed contra primo. Nam ſi eſt efficax
…virtua… virtua… dixèr, & tamen liberam gloriæ con-
…ſequa… ſequa… ſequentem à prædeſtinato non aufert:
…ergo … ergo … ergo nam ſi efficax ad gloriæ conſequu-
…tionem … tionem … tionem formalitèr conſtituatur, liberam
…gloriæ … gloriæ … gloriæ conſequutionem à prædeſtinato
…non auf… non auf… non auf conſequentèr male ex illo
…capite … capite … capite & conſequentèr impugnat ele-
…gantiam … gantiam … gantiam dictus auctor
…gloriam … gloriam … gloriam efficacem prædeſtinatorum ad
…cum illo… cum illo… cum illo ante prævifa merita, quia ſcilicet
…Probo pr… Probo pr… Probo pr um libertate compati nequit.
…nunquca… nunquca… nunquca mam conſequentiam. Ratio
…ter, liberta… ter, liberta… ter, liberta b quam electio efficax formali-
…da eſt, quia… da eſt, quia… da eſt, quia tem tollit in gloria conſequen-
…gloriæ exi… gloriæ exi… gloriæ exi tiam; at hoc idem habet
…actus virtua… actus virtua… actus virtua liter efficax: ergo ſi iſte li-
…bertatem … bertatem … bertatem non tollit, nec electio efficax
…formaliter … formaliter … formaliter ab intrinſeco libertatem im-
…pedire poteſt.

Secundo, nam iuxta iſtum omnis denominatio liberi, & actibus voluntatis divinæ, ex & ab effectu ad ſumpta: ergo li cencia connexionis cum glo vt abſolute futura prævenien pro illo priori gloriâ in ſtatu abſolutæ, ſ illa denominab intrinſecè, eo modo, quo cæte luntatis Divinæ eſſe poſſunt in ficaces.

Tertio, nam actus ab intri cax non ex alio capite lædere tem, niſi quia gloriam vt illorum futuram conſtitueret ante pra meritorum; at iſte actus vnde efficax, merita vt prævifa in ſta to præcedit, & gloriam, vt co illo priori futuram abſoluta ergo vel tollit a futuris meritis quod negat, vel electio ab intri cax illorum libertatem non tol ſequenter illam fateri tenetur.

Quarto traddita ſolutio Ad hoc enim conſtituit Heric complacentiam partim efficac tim inefficacem ſupra connexi liorum cum gloria, contra qu ſua familia illam non agnoſce cretio prædeſtinati à reprobo ſola præſcientia, ſed ex electio arguit *num.* 175. at conſtituta tionem, quam impugnamus, tio ex præſcientia eſt, & non ex ergo ſolutio tradita non ſubſi ctoris doctrina. Probo minor placentia illa non diſcernit tum à reprobo, prout termin. lij entitatem; cum etiam in entitatem gratiæ congruæ nec diſcernit quia inefficacit tur ad cõnexionem gratiæ cũ g hanc terminationẽ inefficacem xionem gratiæ cum gloria c auctor in divina voluntate e bum, vt paulò ante vidimus: diſcernit reprobum à prædeſt in iſtis infert gloriam infallib non infert in reprobo; at illati bilis gloriæ prædeſtinati, ne prædictæ complacentiæ ratio tione ſcientiæ mediæ de glori tione futura: ergo huiuſmodi tia ratione ſcientiæ mediæ & conſequenter diſcretio no ctione formaliter, ſed forma ſcientia, quod vt vitaret, han placentiam parum ſuis Th tiam conſtituit.

Denique traditam ſoluti complexũ complacentia

Digitized by Google

ponit erga gloriam
m, antevertit me-
ce, & illa infallibili-
meritorum liberta-
etiam si electio effi-
lutè futura præce dat;
inferat, poterit cum
ponni; & consequen-
pite à prædicto auctore
ab intrinseco efficax,
iam explicatam confu-

erice, præcedentiam
: esse physicam, sed lo-
am nihil sit in illo, quod
cè illativam meritorum
, & ideo libertatem non
ntia autem electionis ab
is, physica foret, & ideo
sistratem antecedentem
cum libertate.

rimo: privatio gratiæ ab
is, cum qua infallibiliter
catum, non minus liber-
entëtia horum auctorum,
physica; & tamen non
physicè culpam, sed lo-
go quod complexum illud
logicè inferat, non impe-
struat meritorum libertа-
: nam si complexum illud
nte constitutum non est, &
infert merita, quid interit,
l physicè inferat, vt tollat,
ibertatem? Et quidem, si
rè speculativa in nostra po-
, nec libertatem nostram
minus libertatem destruit,
toris, & suę societatis prin-
ræmotio ab intrinsecoe effi-
non physicè, sed logicè in-
rum actuum existëtiam: ergo
ntecessio libertatem non la-
logica.

lutio Lessij reijcitur primo:
possibilis electio efficax ad
olutè, & non vt applicatam isti
rocedere tamen ex electione
t peculiariter applicatam est
r modus operandi: ergo semel
cacem electionē ad gloriam
lectionem mediorum præce-
ebet esse ad illam, absolutè,
, vt istis applicatam præ aliis.
, nam electio efficax ad glo-
bet esse ad illam in confuso,
c, & illa abstrahentem: nam
efficax electio à modis acci-
biecto præscindere, non ta-
entijs sivè specificis, sivè in-
ò cum sinè illis obiecto repug-

net existere, & electio efficax ilico obiecto
existentiam communicet; at electio ad
illam visionem Beatificam in particulari,
necessario connotat peculiare ibi obiectum,
& peculiarem potentiam vitalem; cum
vna visio numero non possit à duabus po-
tentijs vitalibus indifferenter procedere,
nec esse in duobus subiectis: ergo eo ipso,
quod efficax electio ad gloriam debeat
efficacem electionem meritorum praece-
dere, debet esse ad illam non absolutè, sed
vt vni applicatam præ alio.

Tribus alijs solutionibus solet ad ar-
gumentum factum occurri. Primo dicen- 59
do, quod vt Deus eligat efficaciter media *Alia tri-*
ad finem: sufficit quod præcedat efficax *plex arg.*
intentio manifestandi divina attributa, *solutio.*
non autem requiritur præcedentia effica-
cis electionis ad gloriam. Secundo respon- *Secunda.*
deri solet concessis maiori, & minori, &
prima consequentia negando secundam,
quę subinfertur. Itaque iuxta hanc solu-
tionem, licèt intentio efficax gloriæ elec-
tionem efficacem meritorum, & gratiæ
in genere causæ finalis præcedat, subse-
quitur tamen illorum prævisionem in
genere causæ efficientis meritoriæ, & mo-
ralis: vndè ex eo quod efficax intentio fi-
nis debeat electionem efficacem media-
rum præcedere non sequitur electionem
efficacem ad gloriam non cadere sub me-
ritis nostris. Vltima solutio est, quam tra- *Tertia.*
dit Alarcon *vbi supra* asserens veram esse
maiorem in agente creato, quod à fine
creato movetur: secus autem in Deo, cu-
ius voluntas non à creaturis, sed solum à
bonitate movetur.

Sed nec his solutionibus argumentum 60
factum infringitur, & contrà primam in *Prima so-*
hunc modum insurgo, manifestatio attri- *lutio im-*
butorum Dei non est finis proximus, sed *pugnatur*
remotus gratiæ, & meritorum, quatenus
efficaciter conducunt ad gloriam; hæc
autem est finis proximus illorum prout
sic; at vel ratio facta non probat intentio-
nem efficacem finis debere electionem
efficacem mediorum efficacium præce-
dere, vel convincit tam remoti, quàm
proximi electionē efficacem debere esse
priorem. Tùm, quia vterque debet influe-
re: tùm etiam, quia in ordine scientifico
non minus principij proximi, quam remoti
evidens cognitio supponi tur, & consequē-
tèr idem de fine proximo, & remoto est
dicendum: ergo dato, quod debeat efficax
intentio manifestandi Dei attributa ele-
ctionem efficacem meritorum, & gratiæ
præcedere, debet etiam præcedere efficax
electio ad gloriam.

Deinde secunda reijcitur primo: nam 61
intentio gloriæ est prior electione gratiæ, *Secundo*
& la- *reijcitur*

& merito [illegible] m in genere causæ efficientis; at princip[illegible] im effectivum meriti non po- test sub me[illegible] ito cadere, vel de potentia ab- soluta, ve[illegible] altim de lege ordinaria: ergo dato, quod [illegible] electio efficax ad gloriam, me- ritorum e[illegible] ct onem præcedere debeat, non pote[illegible] llorum influxum meritorum terminare. Secundo, quia aliàs electio ad primam g[illegible] tiam caderet sub merito ope- rum proce[illegible] entium, à gratia; consequens est absurd[illegible] n, loquendo de facto, & ane- mine asser[illegible] um: ergo & tradita solutio. Probo seq[illegible] lam. Non obstante quod ele- ctio ad gl[illegible] iam sit meritorum radix, & causa, por[illegible] t iuxta hanc solutionem, de- pendere ab[illegible] illis in alio genere causæ: ergo pariter qu[illegible] mvis electio ad primam gratiã fit princip[illegible] im gratiæ, & meritorum, po- rit in a[illegible] genere causæ (scilicèt merito- (æ) proc[illegible] ere ab illis.

Tand[illegible] n tertia solutio reijcitur pri- mò: nat[illegible] licet Dei voluntas non movea- tur à fine[illegible] creato, terminatio tamen divi- nu[illegible] tis ad finem est ratio termina- ca[illegible] ad media: ergo sicut ob istam [illegible] tsi non moveatur à bonitate [illegible] et prius terminari ad finem, [illegible] tinetur ad media, ita hoc non debet prius efficaciter ad finem, ad media terminari. Secundo: nam scientia Dei non specificetur ab ob- creato, nõ potest Deus in causa crea- nosc[illegible] ientificè, & evidenter effectum cog- [illegible] ere, non præcognita causa evidenter: ergo [illegible] licet Dei voluntas non moveatur à bon[illegible] ate creata, vt tamen media efficaci- ter a[illegible] mentur in ordine ad aliquem finem; debet [illegible] prius efficaciter ad finem terminari.

§. III.

Obiectionibus contra istam rationem occurritur.

Contra istam rationem obijcies pri- mò: voluntas illa, qua Deus vult omnes homines salvos fieri, est vo- luntas efficax; & tamen ex illa Deus ex- hibet hominibus auxilia sufficientia ad sa- lutem: ergo ex inefficaci intentione po- test efficax medium procedere. Respondeo primò, distinguendo consequens: electio efficax medij consequitur ex omnibus auxilijs sufficientibus ad finem, ne- go consequentiam: electio efficax medio- rum efficacium ad finem, ne- gatur. Secundo dicatur collationem illam sufficientium procedere ex ef- ficaci intentione manifestandi divina at- tributa. Sed dices: ergo ex eadem potentia procedere electio efficax ad gloriam. Respondeo, negando consequentiam: & ratio discriminis est, quia auxilia sufficientium efficacium ducit ad finem manifestandi attributa: ad gloriam autem solum ducit & idcò primi finis efficacem intentionem supponit, secus verò secundi. In nostro casu ad vtrumque finem sunt media, & ideò vtriusque finis efficacem intentionem supponit.

Instabis: auxilia sufficientia non sunt efficacia ad manifestandã suavitatem misericordiæ divinæ, non nisi media gloriæ: ergo non nisi media glorię quatenus efficaciũ finis ipsius gloriæ est gloria; & consequenter, si non subsisteret, debet supponere efficacem intentionẽ gloriæ, intentionẽ Respõdeo negando antecedens, sed auxiliorum sufficiẽtiũ ratio est efficacitèr Dei liberalitatem, & sapientiã providentiæ divinæ demõstrandi, quæ absque vllis meritis confert media efficacientes vires, vt ad gloriã perveniamus.

Obijcies secundo: ex intentione tendi peccatum originale omnibus ne beatificandi misit Deus filium iuxta illud: *Qui propter nos homines et propter nostram salutem descendit de Cœlis*. Attamen illa intentio, efficax non est præviſsionem meritorum Christi inefficaci intentione potest esse medium. Respondeo Christum pro primo signo non tuille missionis salvandi, hoc est gloriam dimittendi efficacitèr, nec omnibus in dimittendi peccatum originale tunc non inteligitur, vt efficaciter ad gloriam, nec vt efficacitèr remittens originalem culpam; vt omnibus prometens sufficientia, quibus possint gloriam adipisci hoc erat efficax illa voluntas, ex ventus Christi Domini traxit ori

Sed contra istam solutionem. Christus de facto mervit gloriam prædestinatis: ergo illi fuerunt electa, vt efficacitèr ad sentia; & tamen non præsuppo- ficacem intentionem gloriæ: ergo per efficax electio medij efficax ponit efficacem intentionem fi minorem, Christus suis meri- lum promervit realem collati- riæ, sed etiam electionem effi- lam: ergo non præsuppositum electionem ad gloriam, nec e- runt originem; aliàs princip- sub merito caderet, quod est

Huic obiectioni duplicit- ri solet ab his, qui nostram

asserendo Christum
ille gloriam in exe-
cretum exequutivum
cretum efficax inten-
solutionem facile ad
am occurritur, Prout
n opugnat. An autem
ia sequantur ex illa? Po-

ittendo promervisse de-
gloriæ intentivum, in
e maiorem difficultatem
Ad illam respondeo: con-
ti distinguendo primum
ectione propriè dicta, ter-
ium propriè tale, nego
li electione accepta, pro
efficacitèr inferentis esse-
consequentiam. & conces-
umpta, distinguo conse-
propriè sit, & medij pro-
consequentiam: si non sit
sed voluntas causæ efficax
effectum, concedo conse-
io autem cur, voluntas effi-
m Christi non sit propriè
merita Christi, vt potè or-
is ad gloriam, non fuerunt
opriè medium ad illam, sed
s: vndè ratio amandi illa,
ia. Nostra autem ratio tan-
quando aliquid amatur, vt
cum ratio amandi medium
cacitèr medium ametur, de-
nor finis præcedere.

)cies: si ob aliquam rationē
o ad gloriam deberet efficax
gratiæ, & meritorū præcede-
quia omnis discretio in ele-
orū debet ex discretione inten
nis; sed hoc est falsū: ergo etiā
quod electio efficax prædestina
oriam debeat electionem effi-
torum, & gratiæ præcedere.
atur: electio efficax prædestina
loriam, illos discernens à re-
est prima intentio: nam etsi in
ectu gratiæ, & meritorum, est
tio respectu manifestationis at-
n Dei, & tamen nullam discre
intentione finis supponit: ergo
electionis mediorum discretio
ione intentionis debet desumi.
minor intentio, quam supponit,
standi divina attributa; at hæc
st prædestinatis; & reprobis nec
no est illorū præ istis: ergo in in
ppositā nulla apparet discretio;
argumentum, respondeo con-
ri, negando minorem: ad il-
tionem, nego minorem, Ad

cuius probationem dicatur, quod in intentione manifestandi attributa divina virtualiter continetur discretio, quæ inveniatur in electione prædestinatorum ad gloriam præ reprobis: nam cum sit efficax ad manifestandam iustitiam, & misericordiam divinam, & vt manifestativa est iustitiæ, sit radix exclusionis reproborum à regno, & vt est voluntas manifestandi misericordiam, sit radix electionis prædestinatorum ad gloriam; consequens sit, quod licet discretio electionis non præcontineatur in illa formalitèr, præcontinetur tamen illa virtualitèr, & radicaliter, & hoc secundo modo sufficit præcontineri discretionem electionis mediorum in intentione finis.

Sed instabis primo: ergo male inferunt nostri Thomistæ ex intentione gloriæ reprobis, & prædestinatis communi, non posse oriri discretionem electionis ad gratiam, quia illa est æqualis respectu omnium; cum iam habeamus ex æquali intentione derivari in electione discretionem. Secundo: ergo ex efficaci intentione manifestandi divina attributa potuit Deus immediatè ad electionem hominū ad gratiam, vt efficacitèr conducentem ad gloriam procedere, absque media electione efficaci ad gloriam. Patet consequentia: nam in illa intentione continetur virtualitèr discrimen electionis ad gratiam, vt efficacitèr conducentem ad gloriam: ergo si virtualis continentia discriminis electionis in intentione sufficit, potuit Deus ex efficaci intentione manifestā di divina attributa immediatè procedere ad electionem hominum ad gratiam, vt efficacitèr conducentem ad gloriam, absque media electione efficaci ad gloriam.

72 *Replic.* *Secundo.*

Respondeo ad primam ex his obiectionibus, illationem factam à Thomistis optimam esse nam cum intentio gloriæ posita ab adversarijs ineficax sit, nec virtualitèr possit præcontinere discretionem electionis ad gratiam, & merita, prout efficacitèr conducentia ad gloriam ob rationes iam traditas, voluntas autem manifestandi attributa divina, cum efficax sit, etsi non respiciat peculiariter istos præ alijs, potest virtualiter præcontinere electivum discrimen.

73 *Ad 1. replicam resp.*

Ad secundam, nego consequentiam ad probationem distinguo antecedens: continetur virtualitèr immediatè, nego antecedens, mediatè concedo antecedens, & nego consequentiam: quia vt antea dicebam *supra*, efficacia intentionis non solum debet esse finis mediati, sed etiam immediati, paritate sumpta ex evidentia principiorum ad evidentiam conclusionis

74 *Ad 2.*

Digitized by Google

sionis exa[illegible] à: vndè cum manifestatio at-
tributorum[illegible] sit finis mediatus respectu gra-
tiæ, & m[illegible] ritorum, vt efficaciter conducentium
[illegible] gloriam: sit consequens, quod
[illegible] repertum in electione ista, me-
diatè solu[illegible] in electione manifestandi attri-
buta inv[illegible] iatur, immediatè verò in elec-
tione ad [illegible] gloriam; ac proinde vtriusque
finis effic[illegible] x intentio debet præcedere.

75 Sed i[illegible] tabis adhuc: vt discrimen re-
Habis. pertum i[illegible] electione horum præ alijs ad
gratiam [illegible] & merita quatenus efficaciter
conducun[illegible] ad gloriam præ contineatur
virtualit[illegible] in electione ad gloriam, sufficit
voluntas [illegible] efficax gloriæ absolutè, nec re-
quiritur [illegible] quod sit horum præ alijs: ergo
licèt hab[illegible] amus ex solutione tradita debe-
re inte[illegible] mediare volunt-tem efficacem
glorific[illegible] di, non tamen habemus debere
præced[illegible] e electionem efficacem ad glo-
riam p[illegible] destinatorum præ reprobis, quod
tamen [illegible] tenditur in nostra sententia. Probo
antece[illegible] ns: vt intētio manifestandi attri-
buta [illegible] contineat virtualiter electionem
horum [illegible] ad gloriam, vt est horum præ
alijs [illegible] est necessariū, quod intentio illa,
qua [illegible] festandi attributa in his præ alijs,
feratur [illegible] it, quod sit manifestandi attributa
in his [illegible] e: ergo pariter, vt voluntas efficax
gloriæ [illegible] contineat virtualiter discrimen
horum [illegible] cativum horum præ alijs ad gratiam, &
merita [illegible] erita; necessarium non erit, quod ipsa
formaliter [illegible] rmaliter sit horum præ alijs, sed sufficiet
esse [illegible] e intentionem efficacē gloriæ absolutè.

Respondeo, negando antecedens, ad
cuius probationem [illegible] s probationem, nego consequentiam.
Ratio autem discriminis est: nam mani-
festatio attributorum non concernit de-
terminatum subiectum; vndè potest con-
natur [illegible] aliter intendi absolutè, absque eo
quod [illegible] subiectum in quo exercenda est de-
signetur: gloria autem; cum accidens sit,
& ac[illegible] us vitalis essentialiter concernens
subiectu[illegible] um, & principium vitale, vel non
potest [illegible] llo modo intendi absque con-
mentia [illegible] determinati subiecti, vel saltim
non po[illegible] Vt ita connaturaliter: ac proinde
eo ipso [illegible] quod probatum maneat debere
præceda[illegible] efficacem gloriæ intentionem,
probatum [illegible] reliquitur debere esse circa de-
terminat[illegible] m subiectum.

76 Resp. Obiic[illegible] es sic quarto: gloria, vt corona
est finis m[illegible] eritorum; & tamen vt sic præ-
cedit [illegible] n potest efficaciter ad electio-
nem effica[illegible] em meritorum quatenus effi-
caciter [illegible] cientium ad illam: ergo de-
fficit p[illegible] pium assumptum. Probatur
minor: [illegible] gloria, vt corona essentialiter
dependet [illegible] meritis: ergo implicat præin-
tendi ante[illegible] Merita efficaciter electa, &

77 Quarto intendi ne[illegible]
vgebitur. [illegible]

Respondeo, negando mi[illegible]
cuius probationem distinguo
dependet essentialiter à meri[illegible]
executionis, & in genere cau[illegible]
tis, conc[illegible] do antecedens: in or[illegible]
tionis, & in genere causæ fin[illegible]
antecedens, & consequentiam
ordine intent[illegible] ionis sit prior, sut
licèt dependeat ab illis in ge[illegible]
efficientis, non tamen ab illis
in genere causæ finalis, sed in h[illegible]
merita causet. Et instò argum[illegible]
actu vitali, qui essentialitèr à pr[illegible]
tali dependet; & tamen potes[illegible]
intentionis præcedere principi[illegible]
quia est finis illius.

Sed dices, implicat intelligi[illegible]
vt coronam sinè ordine ad me[illegible]
implicat intendi efficacitèr sinè
illa: & consequentèr antè pra[illegible]
illorum. Respondeo distinguen[illegible]
dens, sinè ordine ad merita, v[illegible]
in omni ordine, nego antece[illegible]
ordine ad illa, vt causantia in o[illegible]
curionis, & vt causata in ordin[illegible]
nis, conced[illegible] antecedens, & n[illegible]
quentiam.

Instabis, quia pœna, vt pœna
de meritorū, implicat in aliquo
telligi, aut intendi efficacitèr a
suppositis, & prævisis demerit[illegible]
na, vt corona, non minus est eff[illegible]
torū, quam pœna, vt pœna de[illegible]
ergo implicabit intelligi, aut i[illegible]
cacitèr in quantū talem, abs[illegible]
meritis vt causis illius. Respo[illegible]
quid sit de veritate illius quoc[illegible]
denti supponitur, de quo potte[illegible]
reprobatione dicemus, distinguo
lem maioris: præcisè quia est
meritorum, nego maiorem:
pœna, vt pœna reduplicativè
de primaria intentione Dei, c[illegible]
iorem: & concessa minori,
quētiam: nam corona, vt talis
num occasionatū, qualitèr po[illegible]
sed per se amabile, & ideo
amari in ordine intentionis, a[illegible]
sione, & prævisione meritorū
à meritis, sed illa inferendo,
pœna autem quia bonum oc[illegible]
& non de intentione primar[illegible]
iuxta doctrinam suppositam
ama-i, hoc est non expectata
meritorū; ac proinde in or[illegible]
ametur demerita prævisa si[illegible]

Quinto obiicies: habitus
non connexus cum actu ef[illegible]
test cum voluntate ad act[illegible]
concurrere: ergo intenti[illegible]
ratione sui efficacitèr cu[illegible]

ſtionem mediorum, modo taliter, quod ex vi primæ voluntatis, illa conferendi, non amaret illa, quatenus ad gloriam efficaciter conducentia, ſed ſolum vt ſufficienter, ſicut in ſententia multorum fuit voluntas gratiæ, & meritorum ſtatus innocentiæ, & in ſententia eſt voluntas cōferendi gratiam, & merita reprobis; & in alio ſigno meritis prævisis velle intuitu illorum conferre gloriam: ſecundo non ita, ſed taliter quod ex vi primæ voluntatis conferendi gratiam, & merita, amaret illa prout efficaciter ad gloriam conducentia, & vt infallibiliter cum gloria connexa.

Quo ſic præmiſſo, ad argumentum factū reſpondeo diſtinguendo conſequens: ſi ex vi voluntatis gratiæ, & meritorum amentur, vt media ſufficienter conducentia ad gloriam, nego conſequentiam: ſi ex vi illius amentur, vt media efficaciter ad gloriam conducentia, concedo conſequentiam: nec in conſequenti aliquod inconveniens reperio. Tùm, quia ipſi pro inconvenienti non reputant dicere, Deum non potuiſſe efficacitèr incipere à gloria, vt corona, etiam de potentia abſoluta; quid igitur mirum quos Nos in ordine efficaciæ oppoſitum alleramus, etiam de potentia abſoluta? Tum etiam, quia inconveniens non eſt imò potius neceſſario dicendum, non poſſe aſſenſum evidentem concluſionis ſcientificum haberi ſinè evidenti præmiſſarum aſſenſu, nec vitalem actum exiſtere poſſe ſinè concurſu principij vitalis: ergo quod electio efficax medij, vt efficacitèr conducentis ad finem eſſe non poſſit de potentia abſoluta ſinè prævia efficaci finis intentione, inconveniens iudicari non debet; implicatio autem conſiſtit in hoc, quod prædicta electio eſſet efficax, & non eſſet efficax; eſſet vt ſupponimus, & non eſſet, vt ratione facta probamus.

84 *Ad illud reſp.*

§. IV.

Statuitur in Deo decretum executivum gloriæ poſt merita præviſſa.

SIT Secunda concluſio. *Præter decretum intentivum gloriæ autem merita, datur aliud executivum circa gloriam, merita præviſſa ſupponens.* Ita contra Nazarium, Albarez, Salmanticenſes, Magiſtrum Herrera in manuſcriptis ad iſtum art. Tenent frequē. quamquod ferè conſtat ex dictis diſp. 60. in prima concluſione: ſuadendo eſt noſtra cōcluſio primo, illis teſtimonijs ſcripturæ, quibus Vazquez ſuam nititur ſuadere ſententiam, quę licèt illam, ne cui viter inducent, noſtram tamen concluſionem vehementer ſuadent, vt poſtea videbimus.

85 *Secunda concluſio: Nazarium. Albarez. Salmant. Herrera. Prob. 1. ex ſcripturæ.*

Sę-

Digitized by Google

86 Secun

Secundo ex Augustino

Simplician
lumna 2.
Romanos
vocante,
dictum est
tentia, n
non ex op
maior ser
Propositu
hoc de na
exemplu
ctio hic p
nari esse
siuè malu
tum Dei
bonum,
remclec
Cum er
cundum
ex oper
vocand
dictum

o ex Augustino tom. 4. lib. 1. ad
m, quæst. 2. folio mihi 268. co-
bi explicans, illa verba Pauli ad
. cap. Non ex operibus, sed ex
. sic ait: Et ideò quærimus quid
nisi fortè sic est distinguenda sen-
vt intelligamus tamquam ideò
ribus, sed ex vocante dictum est
et minori, vt secundum electionem
Dei maneret, sed ita potius, vt
s, & non dum aliquid operatis
datum accipiatur, ne aliqua ele-
sit intelligi: cum enim non dum
nec aliquid egissent, siuè bonum,
, vt secundum electionem propositi
maneret, id est nec aliquid egissent
t malum, vt propter ipsam actio-
aliqua fieret eius, qui benè egerat.
nulla esset electio benè agentis se-
uam maneret propositum Dei, non
s, sed ex vocante, id est ex eo, qui
d fidem gratia iustificat impium,
quia maior seruiet minori, non
ndum electionem propositum Dei
ed ex proposito electio, id est non
ait Deus opera bona in hominibus,
r, ideò manet propositum iustifica-
us, sed quia illud manet, vt iusti-
entes, ideò inuenit opera quæ iam
ad Regnum Cælorum: nam nisi esset
lectio, non essent electi, nec rectè diceretur,
is accusabit aduersus electos Dei? Non
men electio præcedit iustificationem, sed
ectionem iustificatio, nemo enim eligitur
iam distans ab illo, qui reijcitur: vndè quod
um est, quia elegit nos in ipso ante mundi
itutionem, non videò quomodo sit dictum
nisi præscientia.

Ex quibus verbis sic pro nostra conclu-
argumentum conficio: secundum
stinum, propositum iustificationis
t secundum electionem, sed electio
dum propositum, electio non præ-
stificationem, sed iustificatio ele-
; at hæc verificari nequeunt de
ne efficaci ad gloriam pertinente
em intentionis, cum hæc vt vidi-
ma conclusione in doctrina Augu-
ificationem antecedat, & merita:
electio ad gloriam ab æterno in
étans ad ordinem executionis,
ationem non præcedat, sed sub-
& merita præuisa supponit.
amplius vrgetur: iuxta Augusti-
allegatis verbis, datur electio
eo ad gloriam, per quam nemo
, qui reijci-
ndum quam intellecta verba
eligit nos in ipso ante mundi con-
stitutionem, nequeunt intelligi nisi præsciẽ-
tia; at hæc vera esse non possunt loquendo
Illust. Episc. GODOY in 1. 2. Tom. 2.

87 Ex ver- sion
bis Aug. Aug
formatur non
argumen- secun
cedit
ationem
electio
ad ordi
mus in
stini, iu
ergo ju
Deo, ip
que justifi
sequatur.
Quod

88 num in pr
confirm- aliqua in D
eligitur nisi
tur, & sec
illa Pauli,
stificationem
tia; at hæc
Illust. Episc.

87 decreto electivo gloriam, sp
ordinem intentionis; cum iux
Aug. Epist. 105. ad tixtum a
electio, qua eligendi facit non
epistola 106. ad Paulinum ideò a
operibus sed ex vocante dictum esse
tur, vt secundum propositum De
non meritum hominis anteiret.
contra Iulianum cap. 3. loquenc
dione intentiva ait: Nullum eleg
sed eligendo facit dignum: at loc
hoc verba Pauli aliter, quam de
tia meritorum interpretari posu
ex mente Augustini, duplex e
circa gloriam constituendum d
alterum spectans ad ordinem in
liberale, & gratuitum, alterum
ad ordinem executionis merit
supponens, & ex iustitia, quod c
cretum complexus est Augustinu
sermone 7. de verbis Domini, vbi
autem Deus sicut dicit Apostolus
suam gratiam, ecce decretum lib
gratuitum, & secundum illorum
ecce decretum executivum me
visa supponens.

Respondebis primo ex B
lib. 2. de gratia, & lib. arbitr. cap
gustinum libros ad Simplician
nem scripsisse, & tenem effectu
tiam de electione ad gloriá, qu
loco docuerat retractasse: vndè
adductis infirmum pro nostra c
conficitur argumentum. Cæter
hanc solutionem obstat in prim
num lib. 2. retractationum, cap.
minus veritati consentanea do
militer retractavit, mentione f
rum ad Simplicianum, doctri
contentam non solum non retr
potius commendasse asserendo
esse pro libero arbitrio, sed Diuin
vicisse: ergo absque fundame
Belarminius Augustinum in p
verbis, sententiam senem
Deinde: nam omnia quæ Be
movent ex alijs locis August
ta, distinguendo duplex decre
rum intentivum, & alterum
vum erga gloriam cum præall
bis concordant: ergo potius d
fiunt hæc duo decreta quam a
gustinum sententiam olim tr
tractasse.

Denique: nam cum in quæ
cipio Augustinus electionem
eligendorum distantia negasse
eiusdem quæstionis nullam i
dos distantiam recognoscit
Quod si electio hic fuit aliqua
ligamus, quod dictum est R

Digitized by Google

em gratiæ saluæ facta
torum electio fiat ad vi-
eligantur, qui iustificen-
est hæc electio, vt in ea-
bis prorsus apparere non
et quibusdam, ego in hac
am fateor, non enim ha-
in eligendis hominibus ad
, nisi vel maius ingenium,
camus Augustinum in eã-
bi esse contrarium, con-
r duo decreta circa glo-
lterum spectans ad ordi-
s liberale, & gratuitum,
endorum non supponens,
terum executivum distan-
m à reijciendis supponens,
dultorum non gratuitum,
st.

is secundo ex nostris Tho-
hac parte aduersarijs. Lo-
n non de electione æterna,
ione electionis temporalis
est eligendorum distantiam
liberalem esse, sed ex iusti-
colligitur duplex illud de-
gloriam distinguendum in
tra, & vrgenter, ni fallor,
us postquam de electione ad
ia ibi loquebatur, asseruit
gendorum a reijciendis sup-
eadem electione explicans
d Ephesios primo: *Eligit nos*
mundi constitutionem, asseruit
er intelligi nisi præscientia,
quanvis ab æterno merita
pponat, supponit tamen illa
divina mente prævisa; at si
electione temporali sumpta
one, hæc explicatio verbis
ri non posset; cum exequu-
is temporalis sit, & merita
tempore præexistentia sup-
interpretatio ista, Augustini
on congruit.

principaliter suadetur conclu-
gnatur solutio præcedens: me-
moralia, scilicet merita, non
ant finis exequutionem, nisi
voluntatem præmiantis, vt re-
la: ergo si merita hominum
mporalem gloriæ executionem,
oluntatem Diuinam, illamque
d gloriæ exhibitionem; at divi-
temporaliter moueri non po-
notiuum aliquod in tempore
ere habere, sicut nec in tem-
d potest incipere velle: ergo
ei ab æterno respicit merita
; cumque hoc de voluntate
va verificari queat, recog-

noscenda est circa gloriam ab æterno in
Deo voluntas executiva ab intentiva di-
stincta, non liberalis, sed ex iustitia.

Quarto suadetur: non stat actum ex-
teriorem esse honestum honestate alicuius 93
virtutis specialis, quin actus interior vo- Prob. 4.
luntatis tali gaudeat honestate. Tum, quia
actus interior ab exteriori specie mu-
mit. Tùm etiam, quia exteriori actui ra-
tione sui, sicut nec libertas formalis com-
petit, ita nec formalis honestas ei potest
ratione sui, sed ratione interioris conveni-
re. Tùm denique ab inductione nostrorum
actuum exteriorũ in quibus honestas vir-
tutis reperiri non potest, quin in actu ali-
quo interiori talis honestas præhabeatur
formaliter. Ex quo provenit, quod actus
interior, & exterior sunt semper in eadem
specie virtutis, aut vitij; at exterior gloriæ
exhibitio gaudet formaliter honestate iu-
stitiæ, aut distributivæ, aut commutativæ,
aut vtriusque, sivè strictè iustitia sit, sivè
largè, vt à sententiarum varietate in hac
parte pro nunc abstrahamus: ergo datur
actus aliquis voluntatis diuinæ huiusmodi
honestate gaudens formaliter; cumque
electio efficax ad gloriam spectans ad in-
tentionis ordinem tali honestate non gau-
deat, recognoscendum est decretum exe-
cutivum ab electione distinctum, quod
prædictam honestatem sibi induat.

Respondebis fortè: electionem ad glo- 94
riam per modum intentionis esse actum Resp.
iustitiæ, quia licèt non supponat merita,
quibus moueatur Deus vt obligatus, v.c.
sit dare gloriam, non tamen vult illam
dare gratis, sed propter merita, & hoc suf-
ficit vt prædictus actus gaudeat honestate
iustitiæ. Quod patet: tùm, quia actus ille,
quo quis vult ius suum vnicuique tribuere,
actus est iustitiæ, vt ex illius diffinitione
constat, qua dicitur iustitia est constans, &
perpetua voluntas ius suum vnicuique tri-
buendi, & tamen actus iste non movetur
ex iure in alio præsupposito. Tùm etiam:
nam quando quis eligit vnum altero re-
licto, cui vendat equum, actus iste electio-
nis, etsi quoad comparat ionem gratuitus
sit non tamen est actus liberalitatis abso-
lutè, sed iustitiæ, eo quod non vult dare,
sed vendere, etsi non sit obligatus ad ve-
lendum vendere; pari ergo ratione, etsi
Deus obligatus non sit ad volendam effi-
caciter gloriam illis præ alijs, quia tamen
non vult obiectivè illam gratis donare,
sed veluti vendere, dando illam vt mer-
cedem intuitu meritorum, actus ille non
erit liberalitatis sed iustitiæ: ac proinde
alius ad ordinem executionis spectans ab
illo distinctus ex illo capite necessarius
non erit.

Sed

Digitized by Google

95 Contra 1.

Sed contra primo: nam omnis actus virtutis debet pro motivo respicere proprium obiectum, & non solum, verationem quæ attractam, vt patet discurrendo per alias virtutes; at obiectum iustitiæ est ius alienum, sive in meritis, sive in alijs titulis iustitiæ fundatis; eo ipso quod electio efficax ad gloriam non respiciat merita pro motivo, esse nequit actus iustitiæ, nec gratitudinis; cum hæc aliquod debitum, etiam pro motivo respiciat: & consequenter erit actus liberalitatis. Secundo, nam fere omnes Theologi, qui Deum incapacem debiti rigorosi iustitia fatentur consequenter tollunt illo virtutem iustitiæ acceptæ in rigore: ergo quia sentiunt omnem actum iustitiæ debere pro motivo ius alterius respicere, & elici à persona obligata: consequenter eo ipso, quod Deus obligatione homines eligat ad gloriam, tali electione spectante ad ordinem in-

96 Tertio.

que: nam esto daremus actum æqualiter esse iustitiæ, quia pro motivo respicit gloriam dandam, vt co-, quia tamen non habet merita pro non erit actus iustitiæ rigorosæ, & , vel non erit actus, ad quem quis iustitia tenetur, at constituendus est in voluntate Dei actus aliquis, vel iustitiæ gorosæ, & perfectè, vel ad quem Deus x iustitia aliquia ratione teneatur: ergo ter electionem ad gloriam spectan- ad ordinem intentionis constituen- est alius ad executionis ordinem spe- ns. Probo minorem argumento iam o: nam omni actui exteriori debet respondere actus aliquis interior, qui idem honestatis cum illo; at exte- rior gloriæ colatio, vel est actus strictæ iustitiæ, vel ad minus est talis, quod ad illum Deus aliqua ratione ex iustitia tenetur, vel saltem ex fidelitate ratione promissionis: ergo actus debet constitui in voluntate Dei ex iusti- quis, qui vel sit perfectè, & rigo- ritè, vel ad minus ex fidelitate te- meatur, cumque prima electio ab omni tali obligatione sit libera, alius actus præ- rem respiciat in Dei voluntate circa glo- riam est. Nec ignoscendus.

Ad secundum solutionem traditam exemplis respondetur. Nam primum: nam actus illi, quo quis tribuere, & ius alterius particulari prævisio, movetur tamen à iure alterius in communi, quod sufficit, vt sit actus iustitiæ. Nec secundum: nam licèt ille, qui inter emptores eligit vnum, Illust. Epis. GODOY in 1.p. Tom. 2.

97 Ad mo- tua solu- nis re- deretur

alio vendat æquum; parationem quæ in prædicta gratiosè aliqua ratio- tamen à pecunijs ab vendat æquum; Deus autem actu nullatenus movetur à me particulari, nec in communi, vt effectus talis voluntatis resp circo prædictus actus non est iu liberalitatis.

§. V.

Tribus argumentis in contra occurritur.

COntra nostram sententiam ponunt contrariè sententi res: primo obijciunt plura t Scripturę, selectiora sunt, prim Matthæi 25. cap. *Venite Benedi mei percipite Regnum paratum vo gine mundi; esurijt enim, & de manducare, &c.* vbi causalem il solum ad temporalem Regni c pem, sed etiam ad illius æterna rationem referendam esse ex e dentur convincere, quod in pos verbis: *Ite maledicti in ignem æte paratus est Diabolo, & Angelis eius enim, & non dedistis mihi manduc* lis illa, nedum ad temporale executionem, sed etiam ad vo puniendi æternam est referenc oppositum, inquiunt, Pelagiani ergo pariter prior illa causalis ad Dei voluntatem est referenda, c lum ad temporalem gloriæ coll & consequenter voluntas dand ab æterno existens in Deo, me visa supponit.

Secundum est illud Pauli 1. a thios 2. cap. *Oculus non vidit auditit, quæ præparauit Deus dilig* Vbi illa verba: *diligentibus se* Ca parationis (inquit Vazquez) sub ficut si quis diceret regem paras primo ascendentibus muros Civi indicaret illum dare statuisse e strenue bellantibus: ergo idem q Tertium est illud Iacobi secund *Deus elegit pauperes in hoc mundo fide, & hæredes Regni, quod prom diligentibus se.*

Quod si adhuc (inquit Vazq pondeatur ex Augustino *lib. de P tio Sanctorum, cap. 17.* Quod e vites, idem sit quod illos efficer Contra hoc stat quod contextus non ita comode illam interpra comparitur, ac si dicatur illos el prævidit divites in fide. Quod si namque idem sit eligere divi

Digitized by Google

idem etiam erit eli-
llos ad pauperiem &c.
non designat Dotatio-
eres effecisse, quia vis
e: ergo pariter non ig-
cisse dicendo, sed illos in
isse, & id circo elegisse.
lud Pauli ad Romanos 8.
s & prædestinauit, hos &
ificauit, conformes fieri
id est quos præscivit benè
onformes futuros imagini
destinavit, &c. ergo præ-
operam fuit electionis, &
occasio. Quæ omnia con-
oritate negativa Scripturæ,
a non potest aliquo tem-
i voluntas efficax electiva
evertens merita, cum ta-
a subsequitur tot testimo-
ta: ergo absque vllo firmo
dio ad trahendum illa voluntas
meritis prout prævisis à

primum, & secundum te-
obare electionem executi-
n ex prævisis meritis, &
lectionis rationem, & mo-
illæ designant, quoci au-
m alia non detur ad intren-
n spectans, merita causans
ponens prævisa, nec leviter
. Tertium testimonium
; cum idemdum sit magis
, in istis mysteriis, nedum
o, sed quam toti Scholastico.
Aug. ultimus autem lib. de prædest.
rum, cap. 17. verba ex
sic explicat: Eligendo ergo
fide, sicut hæredes Regni, rectè
ec eligere dicitur, quod vt fieri
egit. Cum ergo Augustinus
r verba illa de electione cau-
non supponente, omnino ex-
le testimonium adducitur pro
gloriam supponente merita,
eniens aliquod debet censeri
erba elegit pauperes in hoc
ensu accipiantur causali, sicut
eglorię quosdam divites facit,
pauperes efficit; paupertas
divitię, effectus sunt prædesti-
electis.

m etiam testimonium extra
stit; cum constructio illa ex-
elico Præceptori adversetur
. vbi allegans constructionem
illamque impugnans, ita con-
è convenientius, sic ordinatur
præscivit hos, & prædestinauit
es imagini filij sui. vt ista con-

formitas non sit ratio prædestinationis; sed terminus, vel effectus: dicit enim Apost. Ephesiorum 1. Prædestinauit nos in adoptionem Filiorum Dei, nihil enim aliud est adoptio Filiorum, quam ipsa conformitas. Quam interpretationem insinuat Augustinus lib. de prædest. Sanctorum cap. 17.

Si opponas D. Thom. parum ante relata, qui postquam adduxit opinionem quorundam verba Pauli sic verentium: Quos præscivit conformes fieri imaginis filij sui hos prædestinauit, iuxta quam versionem, meritorum prævisio est ratio prædestinationis, sic ait: Et hoc quidem rationabiliter diceretur si prædestinatio respiceret tantum vitam æternam quæ datur ex meritis, sed sub prædestinatione cadit omne beneficium salutare, quod est homini ab æterno diuinitus præparatum. Vnde eadem ratione omnia beneficia, quæ nobis confert in tempore præparauit nobis ab æterno: vnde ponere quod aliquod meritum ex parte nostra præsupponatur, cuius præscientia sit ratio prædestinationis, nihil est aliud, quam gratiam ponere dari ex meritis nostris, & quod principium bonorum operum est ex nobis, & consummatio ex Deo: vnde conuenientius, &c. Ergo ex mente Diui Thomę constructio illa Diuo Paulo posita à Recentioribus secundam quam datur ex parte nostra ratio prædestinationis, si fiat relatio ad vitam æternam, vera est; & consequenter electio efficax ad gloriam merita prævisa supponit. 104 Replic.

Respondeo, distinguendo consequens illudque concedendo de prædestinatione ad vitam æternam secundum quod importat voluntatem executivam gloriæ, negando autem secundumquod importat electionem efficacem ordinis intentionis, & ratio est, nam D. Thomas non admittit versionem illam absolutè, sed sub conditione, scilicèt si prædestinatio tantum respiceret vitam æternam; cum ergo electio executiva ad gloriam, tantum gloriam respiciat, electio autem ordinis intentionis, nō solum respiciat gloriam, sed etiam gratiam, & meritas consequens fit versionem prædictam veram ex loquendo de electione ad gloriam ordinis executionis, falsam autem de electione ad gloriam ordinis intentionis. Ad confirmationem ex Auctoritate negativa de tota impiam constat ex probationibus nostræ sententiæ. 105 Resp. Ad confir.

Deinde obijciunt plura Patrum testimonia præcipuè Augustini, quem ita totum arrogat sibi Vazquez, vt nullibi adhuc leviter oppositæ sententiæ patrocinium præstiterit. Licet autem plura Augustini congerat testimonia, quod aliquam difficultatem videtur ingerere, est illud lib. 1. ad Simplicianum, Quæstione 2. cuius verba retu- 106 Arg. 2. ex PP. Augustin.

Digitized by Google

reulima[illegible] inter probãdam secundam con-
clusion[illegible]. Vbi Augustinus docet electio-
nem no[illegible] præcedere iustificationem, sed
quod iu[illegible]ficatio electionem præcedit; at
eadem [illegible]tio est de præcedentia meritorum: e[illegible]go hæc, electionem ad gloriam
præcedu[illegible]t, non vero electio, meritorum
Prosp. præcedit[illegible] prævisionem. Quod etiam Prosper
per tib. [illegible] de vocatione gentium, cap. 35. ex-
Presit ha[illegible] verbis: Deus ergo his, quos eligit
sine meri[illegible]s, dat vndè ornentur, ex meritis,
& frust[illegible] dicitur, quod ratio operandi non
sit in ele[illegible]is; cum ad hoc operentur, vt electi
sint. Q[illegible]bus verbis duplicem electionem
distingu[illegible], aliam ad gratiam sinè prævisis
meritis [illegible] alteram vero ad gloriam ex me-
ritis præ[illegible]visis.

Su[illegible]raddunt etiam Ambrosium ad
Rom. [illegible]sic dicentem: Quos præuidit deuo-
tos, e[illegible]n elegit ad promissa præmia capienda.
Et lib[illegible] de fide, cap. 3. Quorum merita præ-
uidit [illegible]orum merita præelegit. Et tan-
S. Am[illegible]eronymũ Epist. 150. ad hevidiam
[illegible]is: Non saluat Deus irrationabili-
Hieron[illegible]que iudicij meritate, sed ex præce-
dentib[illegible]causis: ergo sentit Hieronymus
[illegible]em ad gloriam non supponentem
[illegible]Prævisas, irrationabilem esse, ac
[illegible]Secundò, nec in ordine intentionis, nec
[illegible]ecutionis posse dari electionem effica-
[illegible]m ad gloriam, vt coronam, non suppo-
[illegible]ntem merita prævisa.

Respondeo, prædictos Patres loqui de
electione ad gloriam in ordine executio-
nis, non autem de illa, quę in ordine in-
tention[illegible]is præcedit; hanc enim merita
præ[illegible]visa præcedere in sententia Augustini,
& [illegible]liorum Patrum vidimus confirmantes
prim[illegible]am conclusionem, & de hac verum
est, [illegible]on esse irrationabilem, id est, cui ex
parte [illegible]nostra ratio reddi non possit, quali-
ter in[illegible]telligendus venit Hieronymus; quod
vero [illegible]lectio efficax per modum intentio-
nis in[illegible]Hoc sensu sit irrationabilis, incon-
venien[illegible]censeri non debet, imò necessa-
rio ab[illegible]omnibus fatendum de electione ad
gratian[illegible], cuius ex parte nostra non datur
ratio; &[illegible]cõsequentèr comparativè ad nos
irration[illegible]dilis est, etsi cõparativè ad Deum,
non pos[illegible]non esse rationi conformis.

Sed opponit [illegible]contra hanc interpretationem
quidam [illegible]azquez duplicem istam volun-
tatem [illegible]habere: [illegible]tum in Augustino fundamentũ
argumenti [illegible]rgo absque illo confingitur, &
quam obiectionem facto accommodatur. Ad
disputationis [illegible]constat solutio, & quam sine
fundamento Vazquez loquatur.

Secundo abijciunt alij: nam Augusti-
nus lib. de gratia, & libero arbitrio, cap. 9.
explicãs illa verba: Gratia Dei vita æterna,
Illustr. Episc. GODOY in 1. p. Tom. 2.

& inquirens cur gratia appell
detur vt merces ob merita:
quæ merita fundantur in gratia;
tur electio efficax ad gloriam pe
intentionis gratuita, & liberal
recurritur pro causa, cur gratia
quia gratis ad illam eligantur, q
merita in gratia fundantur: ergo
Augustini talis electio efficax pe
intentionis merita prævisa an
constituenda non est.

Respondeo Augustinum in pra
loco sic respondisse: Gratia autem
æterna in Christo Iesu Domino no
prius dixisset Apostolus stipendu
mers, vbi cum posset dicere, & re
stipendium autem iustitiæ vita æter
dicere gratia Dei vita æterna, vt hi
geremus non pro meritis nostris De
æternam vitam, sed pro sua miseri
ducere; at verum esse non pot
nos non pro meritis nostris ac
perducere perductione inspecta
executionis: ergo loquitur Aug
perductione ad gloriam quater
actu spectante ad ordinem inten
sic consideratam ait, non pro mer
esse, sed ex sua misericordia, & id
æternam gratiam appellari: v
monium prædictum tantum abe
nostræ officiat sententiæ, quod po
manifestissime exprimit.

Tertio sic arguunt à priori,
in divinis decretis non aliunde
medit[illegible]mur, nisi vel ex analog
quod in humanis contingit, ve
causalitatis inter obiecta repert
nullo ex his capitibus potest con
ctio efficax ad gloriam in De
prævisa antevertens: ergo reij
huiusmodi electio.

Minorem pro prima parte
modum ostendunt: si Rex præ
quod proponeret dandum strenu
tibus ea lege, vt nullus, nisi ob
labores illo potiretur, numquam
ficaciter dare decerneret, nisi o
prævisos; at gloria cõferenda pe
vt bravium, & corona meritoru
rum: ergo ex analogia desump
manis electio efficax ad gloriam
in Deo, nisi ex meritis prævisis

Pro secunda parte sic proba
nam esto in naturalibus, finis pr
intentione medium, in morali
non ita contingit, sed medium
intentione finem præcedit, ec
causat finem per actionem rea
sum, sed impetratoriè move
tatem præmiantis, vt finem
nat; at o. do decretorum in D

Digitized by Google

obiectorum debet deſumi: ergo ex iſto capite decretum efficax glorię non præcedit ordine intentionis voluntatem meritorum, nec illorum prævisionem. Secundo: nam Maſilienſes, qui primam gratiam ex noſtris operibus vt meritis de cõgruo conferri cenſebant, etiam reſpectu æternę electionis ad gratiam, ſimilem præcedentiam ponebant; Auguſtinus autem illos impugnans numquam hoc argumẽto fuit vſus, quod videlicet finis in intentione media præcedere debeat: ergo, quia hoc principium in medijs moralibus verum non tenet; & conſequentèr argumento ex illo deſumpto, & ex ordine obiectorũ, non convincitur in Deo electio efficax ad gloriam in ordine intentionis merita prævisa præcedens.

Sic brevius argumentum proponitur: ordo inter Divina decreta ſumitur ex ordine, & cauſalitate obiectorum; at gloria non eſt meritorum cauſa in ordine intentionis, ſed cauſatur ab illis: ergo nec executivum, nec intentivum decretum gloriæ merita vt prævisa præcedit. Minor probatur ex differentia, quæ verſatur intermedia phyſica, & moralia, quod illa cauſant finem in ſe ipſo, hæc autem non aliter cauſant, niſi movendo voluntatem præmiantis, vt velit conferre præmium; at merita non ſunt media phyſica reſpectu gloriæ, ſed moraliter docunt in illam: ergo movent voluntatem Divinam vt velit gloriam conferri; & conſequenter non cauſantur à gloria in ordine intentionis, ſed cauſant illam, adhuc in iſto ordine.

Reſpondeo concedo maiori, negando vtranque partem minoris. Ad primę probationem dicatur: Regem ante viſos labores proponere præmium conferre, quod ſi efficaciter non decernit præmium huic potius, quam alteri dare, eſt ob ſui impotentiam, ratione cuius aliorum labores in ſua poteſtate non habet; analogia autem ex humanis deſumpta, debet eſſe in Deo ab omni imperfectione depurata; ac proinde ſalvabitur quoad præcedentiam propoſiti præmiãdi, non autem quantũ ad inefficaciam ortam ex impotẽtia: nam ſicut Rex ſi ob labores eſſet collaturus præmiũ, & illos in ſua haberet poteſtate, poſſet, & deberet prius efficaciter voluntatem efficacem formare de conferendo præmio, quam velle labores conferre, vt efficaciter conducentes ad præmium; ita Deus ad quem non ſolum attinet conferre gloriam, ſed etiam merita, vt efficaciter conducentia ad illam, & in cuius poteſtate perfectiſſimè merita continentur, debet prius efficaciter decernere gloriam, quã merita, vt media efficaciter illativa illius.

Ad primam probationem minoris pro ſecunda parte, nego maiorem; vt enim argumentabat *ſupra*, vel media moralia media non ſunt, vel ſunt poſteriora fine in ordine intentionis, & ratione illius, ſeu in ordine ad illum debent amari; cum hoc ſit de ratione medij ex communi conceptu. 115 *Ad 1. prob. minoris pro 2. parte.*

Nec oppoſitum probatione ibi facta convincitur: licèt namque media moralia debeant voluntatem præmiantis movere, non ſequitur quod debeant movere omnem eius voluntatem, ſed ſufficit quod moveant voluntatem executivam, cum quo rectè compatitur voluntatem intentivam præcedere, non motam à meritis, ſed illa cauſantem.

Ad ſecundam probationem dicatur, quod ſi Auguſtinus non fuit vſus hoc medio ad impugnandos Maſilienſes, de quo nihil ſcio, ideò eſt quia cum gratia primũ principium ſit meriti; & conſequentèr eadem ratio ſit de illa, ac de intentione finis, vt ſub meritis non cadat, non fuit Auguſtino neceſſarium hoc argumẽto vti pro expungendis Maſilienſibus, & ideò non mirum ſi illo non fuit vſus. *Ad 2. probationem.*

Sed adverſus ſolutionem primę probationis obijcies: ſuppoſita voluntate efficaci gloriæ in ordine intentionis non mota à meritis, non adeſt locus voluntati executivę à meritis motę, & ſub illis cadenti: ergo ſi merita movere debent voluntatem præmiantis, movere debent primam voluntatem intentivam. Probatur antecedens: voluntas illa intentiva eſt infallibiliter cum executione cõnexa, ita vt illa poſita implicet executionem non eſſe; at ſuppoſita voluntate infallibiliter inferente executionem non cadente ſub merito repugnat mediare voluntatem executivam præmiativam à meritis motam: ergo ſuppoſita voluntate efficaci gloriæ in ordine intentionis non mota à meritis, non adeſt locus voluntati executivę à meritis motę, vel ſub illis cadenti. 116 *Inſtabis.*

Minor probatur triplicitèr, primo: id ipſum requiritur ad rationem præmij, ſi detur ex meritis, quod eſt neceſſarium ad rationem beneficij exigentis gratiarum actionem, ſi detur gratis; at ſuppoſita voluntate efficaci infallibiliter cum executione connexa, non datur locus novę voluntati liberali obliganti ad gratiarum actiones: ergo nec voluntati remunerativæ. 117 *Minor prob. 1.*

Secundo: id ipſum requiritur ex parte præmiantis, vt voluntas eius ſit præmiativa, quod requiritur ex parte merentis, vt voluntas eius ſit meritoria; at ſuppoſita efficaci voluntate infallibiliter cum exe- 118 *Secundo.*

cu-

cutione [illegible] connexa ex parte merentis, non adest lo[illegible]us novę voluntati meritorię, etsi illa me[illegible]itoria non esset, voluntas illam subsequ[illegible]ens meritoria esse non posset: ergo suppo[illegible]ta efficaci voluntate ex parte præmiati[illegible] infallibiliter cum executione connexa [illegible]n remunerativa, non adest locus nova[illegible] voluntati meritoriæ.

Tertio. 118 Secundo, non minus connectitur voluntas executiva cum voluntate intentiva, quam executio cum executiva; at ob connexionem infallibilem executionis cum *voluntate* exequente, si hæc non cadat sub *merito, nec* ab illo moveatur, executio non potest sub merito cadere nequit: ergo si voluntas efficax intentiva non moveatur à meritis, *voluntas* executiva moveri nequit *à illis.*

119 *Resp.* Respondeo, negando antecens: ad cuius *probationem* concessa maiori, nego *minorem*. Ad cuius primam probationem: concessa *maiori*, distinguo minorem: non adest locus novæ voluntati liberali novitate *excludēte connexionem* cum priori voluntate, concedo minorem: novitate dicente solam distinctionem, nego minorem, & nego consequentiam: vel distinguo consequens eodem modo. Ad secundam: concessa maiori, distinguo minorem: novę voluntati meritorię novitate excludente connexionem cum priori voluntate, concedo minorem: novitate distinctionis nego minorem, & distinguo consequens eodem modo.

120 *Replic.* Si dicas, si voluntas merentis infallibiliter cum executione connexa, meritoria non esset, voluntas medians inter illam, & executionem, meritoria esse nō posset: ergo si voluntas se tenens ex parte præmiantis infallibiliter cum executione connexa remuneratoria non est, voluntas medians inter illam, & executionem remuneratoria esse non poterit. *Resp.* Respondeo, concesso antecedenti, negando consequētiam, & ratio disparitatis est: nam voluntas ex parte merentis non meritoria, non esset libera, eo autem ipso, nec voluntas medians inter illam, & exequutionem libera esse non posset; & consequenter nec meritoria: voluntas autem efficax existens in præmiante non remuneratoria, libera est; & consequenter voluntas altera consequens libera erit, & cum sit libera libertate distincta licèt cum priori connexa, poterit mediare meritum, vt movens ad illam, etsi ad primam, motivum non fuerit: ac proinde esse poterit præmiativa, etsi prima præmiativa non sit *subiectiue*.

121 *Ad 3.* Ad tertiam Probationem concessa maiori, nego causalem minoris: non enim loco executio sub merito nequit cadere, si voluntas exequens non cadat sub meritis, quia cum illa sit infallibiliter connexa, sed quia executio nequit a meritis immediate moveri, sed mediatè, scilicèt mediante voluntate præmiantis à merito mota: vnde si hæc à meritis non moveatur, executio ipsa sub meritis cadere non poterit; voluntas autem exequens capax est ratione sui, meritorię motionis: vnde etsi voluntas intendens, cum qua connectitur, non moveatur à meritis, poterit voluntas exequens meritorum motionem terminare.

Sed dices, vt voluntas præmiantis moveatur a meritis debet supponi indifferens, & non determinata ad præmiandum; at supposita voluntate efficaci intentivā, non est indifferens voluntas præmiantis ad præmiandum, & non præmiandum: ergo illa supposita nequit Dei voluntas à meritis moveri. Respondeo, distinguendo maiorem: indifferentia excludente necessitatem simpliciter, quę cum libertate non compatitur, concedo maiorem: indifferētia excludente necessitatem suppositionis compatibilem cum libertate, nego maiorem; & sub eadem distinctione minoris, nego consequētiam: quia necessitas, quam habet Deus supposita voluntate intentiva non est talis simpliciter tollens libertatem a voluntate exequēte remunerativa, sed secundumquid, & cum libertate prædictę voluntatis composita. Instatur. *Instat. argumentum.* Itaque argumentum: tùm in voluntate infundendi gratiam, vt iustificantem quę sub impetratione cadit vltimę dispositionis; & tamen est necessario connexa cum voluntate auxiliandi ad talem dispositionem per gratiam sub conceptu auxiliantis. Tùm etiam; in voluntate tollendi gratiam habitualem, quę pœna est peccati in frequētiori sententia; & tamen est connexa cum voluntate permittendi primum peccatū, quæ peccati pœna non est, in communi Theologorum sententia.

§. VI.

Cæteris argumentis occurritur.

122 *Arg. 4.* QVarto sic arguunt: gloria in executione non confertur adultis nisi vt præmium meritorum: ergo ab æterno Deus non aliter illam conferre decrevit, nisi ex prævisis meritis. Probatur consequentia: non enim aliter ab æterno fuit decretata gloria, ac in tempore executioni mandatur: ergo si in tempore confertur dependenter à meritis, etiam ex illis, vt prævisis fuit intenta ab æterno; & consequenter nullum datur in Deo decretum efficax circa gloriam, quod non

t meritorum præviſsionem.

ondeo ex dictis duplex erga glo-
ſtitue finem eſſe decretum effi-
terno in Deo, alterum ſpectans
em intentionis, alterum ad ordi-
ecutionis, primum cum execu-
modo attingendi obiectum non
tur, imò potius oppoſito modo
t, vndè enim incipit intẽtio, ſiſtit,
inatur executio: vndè loquendo
ſalſum eſt dicere eſſe gloriam co-
odo intentam, & executioni man-
, imo oppoſito modo ſe habuit: ſi
e ſecundo decreto, ſcilicèt execu-
loquamur verum eſt ab æterno per
ſle volitam gloriam, eo modo quo
mpo eſſet executioni mandata: vndè
n tempore conferatur ex meritis, ex
etiam præviſsis fuit ab æterno de-
ta executivo decreto.

Æterum contra hanc ſolutionem,
is inſurgunt contrariæ ſententiæ Au-
es. Primo: quia namque merita Chriſti
nini in re præcedunt noſtræ gloriæ, &
ię exhibitionem, ab æterno fuerunt
viſta nedum ad decretum exequti-
, ſed etiam ad intentivum efficax
ię, & gloriæ: ergo cum noſtra merita
cedant temporalem gloriæ collatio-
, vt in re poſita, præcedent, vt ab
rno præviſa omne decretum efficax
ię, tàm intentivum, quam exequti-
.

Secundo, apud Auguſtinum, & alios
leſię Patres bene valet, *promeretur quis*
am gratiam: ergo promeretur prædeſti-
nem, ac per eam electionem ad illam, at
ret gloriam conferri in tempore me-
um intuitu, & decretum efficax in-
ivum non cadere ſub merito, conſe-
tia illa frivola eſſet: ergo eo ipſo
gloria in tempore conferatur ex
itis, omne efficax decretum illius,
intentivum, ſivè exequtivum meri-
præviſſa debet ſupponere.

ertio, impugnant traditam ſolutio-
ab inutilitate primi decreti; vt
gloria conferatur in tempore ſuffi-
ecretum exequtivum; cum nam-
ſit efficax, infallibiliter ex vi illius
a eſt conferenda: ergo ſecundum ſuf-
& primum ſuperfluit. Quarto ab im-
bilitate decreti intentivi, quod libe-
it, & gratuitum: omni enim decreto
ci divino debet ex parte effectus ali-
reſpondere; at in gloria prout in re
ertur, nihil relucet quod correſpon-
decreto intentivo liberali, & gra-
: ergo tale decretum erga gloriam
nat in Deo, ſuppoſito, quod in tem-
conferatur ex meritis. Probatur

minor: gloria prout in re ex iuſtitia con-
fertur, & non liberaliter: ergo in illa prout
in re confertur nihil relucet, quod correſ-
pondeat decreto efficaci intentivo libe-
rali, & gratuito.

Denique impugnant ab incompoſibi-
litate prædicti duplicis decreti: repugnant
namque inter ſe prædicta duo decreta:
ergo non ſunt in voluntate divina erga
gloriam conſtituenda. Probatur antece-
dens, implicat gloriam dari gratis, & dari
ex meritis, vt coronam iuſtitiæ: ergo im-
plicat etiam intendere efficaciter dari
gloriam gratis, & ſimul intendere dare
illam ex meritis. Patet conſequentia:
tanta enim repugnantia eſt inter decreta
quando efficacia ſunt, quanta reperitur in
decretorum exequtione: ergo ſi repug-
nat dari gloriam gratis, & dari, vt coro-
nam ex meritis, repugnabit etiam intẽdi
efficaciter gloriam gratis, & intendi effi-
caciter gloriam ex meritis.

Sed non vrgent obiectiones iſtæ. Ad
primam reſpondeo, negando cauſalem:
nam licèt ſit verum, merita Chriſti præ-
viſa fuiſſe ad decretum omne, ſivè exe-
quativum, ſivè intentivum gloriæ, & gra-
tiæ, vt efficaciter conducentis ad glo-
riam, cauſa autem cur ſic fuerunt præ-
viſa non eſt, quia promeruerunt gratiam,
& gloriam, quatenus in re conferuntur,
ſed quia non fuerunt electa, vt media ad
gloriam, & gratiam, vt *ſuperius* dicebam;
vnde potuerunt omne decretum circa illa
præcedere, & ſic precisè de facto fuit
congruum vt plus deberemus meritis
Chriſti. De quo plura *Tomo tertio, in*
tertiam partem, Tractatu de merito Chri-
ſti.

Ad ſecundam dicatur ex merito pri-
mæ gratiæ, prout in exequtione per con-
ſequentiam formalem, & immediatam
inferri meritum decreti exequtivi gra-
tiæ, meritum autem decreti intentivi
illius non inferri conſequentia formali,
ſed à paritate rationis: ſinamque non ob-
ſtante quod prima gratia ſit principium
intrinſecum meriti, ſub merito cadere
poteſt, etiam ſi decretum illius ad inten-
tionis ordinem ſpectans ſit principium
extrinſecum meriti, ſub illo poterit com-
prehendi. Cæterum ex merito gloriæ vt
in exequtione confertur, etſi inferatur
meritum decreti exequtivi gloriæ con-
ſequentia formali, non tamen infertur
meritum decreti intentivi, quia eſt diſi-
milis ratio: nam decretum intentivum
gloriæ eſt principium & radix merito-
rum, gloria verò, vt in exequtione
confertur, non eſt merendi principium,
ſed terminus: vndè ex eo quod gloria

128 *Ad 1. obiectionem reſp.*

129 *Ad 2.*

vt in exec[illegible]cutione conferatur ex meritis,
non colli[illegible]tur adhuc per materialem co-
sequentia[illegible]m, decretum intentivum illius
sub meri[illegible]is cadere.

130 Ad t[illegible]rtiam, nego antecedens: nam
Ad 3. licèt sec[illegible]undum decretum sit efficax; cum
ordo d[illegible]ad propter finem exposcat, vt
praeco[illegible]ordo intentionis ordinem exe-
equalit[illegible]& quod finis in intentione prae-
cedat [illegible] executionis ordine subse-
quatur [illegible] diversa amabilitas sit ob objectiva
in gl[illegible]ria, vt exequibili, atque in illa, vt
inte[illegible]dibili: consequens sit, quod non
supe[illegible]hmat, sed necessario exigatur de-
cretum intentivum ab executivo distin-
ctum.

Ad 4. Ad quartam: concessa maiori, nego
m[illegible]inorem: ad illius probationem, distin-
g[illegible]o antecedens pro secunda parte; & non
l[illegible]beraliter proximè, & formaliter, con-
edo antecedens: & non liberaliter in
adice, & virtualiter, nego antecedens,
& consequentiam: vt enim decreto efficaci intentivo liberali, & gratuito aliquid correspondeat in re; sic facit, quod licet exterior gloriæ collatio sit formaliter ex iustitia, & non liberalis formaliter, sit tamen in radice ex motivo liberalitatis, scilicèt in collatione gratiæ inciantis merita gloriæ, quæ ex illius intentione gratuita traxit originem, ex quo provenit, vt ipsa gloriæ collatio sit gratuita virtualiter.

131 Sed dices: actus interior, & exterior
Oppones. sunt eiusdem honestatis formaliter; at decretum intentivum gloriæ (si datur) comparatur ad exteriorem gloriæ collationem, sicut actus interior cum exteriori: ergo debet exterior gloriæ collatio esse eiusdem honestatis formaliter; & consequenter si illud gaudet honestate liberalitatis, exterior gloriæ collatio honestate liberalitatis gaudebit, nedum virtualiter, sed etiam formaliter.

Resp. Respondeo, veram esse maiorem, loquendo de actu interiori immediatè imperante exteriorem, falsam autem de actu interiori solum mediatè imperante, intentio autem efficax gloriæ, immediatè non imperat gloriæ exhibitionem, sed voluntatem collativam meritorum, & exterior gloriæ collatio imperatur immediatè a voluntate exequtiva gloriæ: vndè solum sequitur, quod sicut intentio efficax gloriæ liberalis est, & gratuita, ita electio gratiæ, & meritorum gratuita, & liberalis sit, & sicut exterior gloriæ collatio est formaliter ex iustitia, ita voluntas exequtiva gloriæ gaudet formaliter honestate iustitiæ.

132 Instabis: eo ipso quod charitas impe-
ret actus aliarum virtutum, sivè mediatè, sivè immediatè imperet, actus imperatus gaudet honestate charitatis participata formaliter: ergo actus exterior non solum debet esse honestus formaliter honestate actus imperantis proximè, sed etiam honestate imperantis remotè, & mediatè.

Respondeo, concesso antecedenti, negando consequentiam, vel distinguo consequens: quando sunt honestates compatibiles in eodem actu formaliter, concedo, consequentiam: quando sunt incompatibiles in eodem actu formaliter, nego consequentiam. Itaque ex vi huius quod est imperari mediatè, solum petitur, virtualis participatio honestatis actus imperantis, hoc enim sufficit ad rationem effectus, quod virtualiter participet causæ perfectionem, si verò aliquando participatur formaliter, est, quia ex parte actus repugnantia non adest: vndè cum honestas charitatis non sit incompatibilis subesse formali cum actu aliquo moralium virtutum, fit vt sivè mediatè, sivè immediatè imperetur ab illa, participet eius honestatem formaliter. Honestas autem liberalitatis, & honestas iustitiæ, formaliter in eodem actu reperiri non possunt, & ideo quando actus aliquis exterior iustitiæ ab actu liberali mediate imperatur, non est necessarium cum illo in honestate formali convenire, sed sufficit eius honestatem virtualiter participare.

Et iusto argumentum evidenter, ni fallor, in adversariorum sententia: ipsi namque fatentur dari in Deo voluntatem inefficacem gloriæ liberalem, & gratuitam, & ex ista Deum ad electionem mediorum immediatè moveri; & consequenter mediatè ad gloriæ collationem; & tamen exterior gloriæ collatio ab illa intentione, etiã inefficaci mediatè imperata, eius honestatem non habet formaliter: non ergo est necessarium, quod honestas omnis actus imperantis in omni actu imperato reperiatur formaliter.

Ad vltimam impugnationem, nego antecedens, ad eius probationem, concesso antecedenti, distinguo consequens: repugnat intendi gloriam gratis, & ex meritis ly *gratis* determinante obiectum; concedo consequentiam: ly *gratis* determinante actum, & explicante motivum illius, nego consequentiam; itaque ista duo decreta: *Volo efficaciter dare gloriam gratis*, ita vt ly *gratis* obiectum determinet, & vt quod appetatur; & *volo efficaciter dare gloriam, vt coronam*, non minus re-

Digitized by Google

gnant, quam exibitio gloriæ, vt co-
, & exibitio gloriæ gratuita :] hæc
n duo decreta gratis volo dare glo-
, vt coronam ly gratis determinante
n, & excludente merita, non à glo-
exhibenda, sed à motivo voluntа-
tentivæ dandi gloriam, & ex meritis
sis volo efficaciter gloriam conferre
rate exequutivus, non pugnant aliqua
ne inter se : decretum autem inten-
n efficax gloriæ, quod Nos consti-
us liberale, & gratuitum, & cum
nutivo decreto, non liberali, sed ex
ia cum ponimus, non priori modo
rtat ly gratis, sed posteriori : vndè
hæc duo decreta, vt à nobis consti-
tut, nulla est incomparibilitas.

Sed oppones primo : decretum illud
ntivum efficax gratis dandi gloriam,
efficax ex motivo gratuito : ergo exé-
tionis mandandum ex motivo grati-
inis ; & consequenter incompatibile
cum decreto exequutivo dandi glo-
m ex motivo iustitiæ. Patet prima
nsequentia ex qua evidenter secunda
ligitur : in hoc namque decretum ef-
ax ab inefficaci distinguitur, quod illud
bet infallibiliter annexam exequtio-
m : ergo si decretum est efficax ex
otivo liberalitatis, habet infallibiliter
nexam exequutionem ex eodem mo-
vo.

Oppones secundo : eo ipso, quod de-
etum illud gratuitum, & liberale sit,
bet ly gratis determinare obiectum :
go ly gratis determinante obiectum im-
nponitur prædictum decretum alteri
ecutivo ex motivo iustitiæ, eo ipso,
od liberale fit, est cum illo incompati-
e. Antecedens probatur : decretum
nque gratuitum speciem à suo obiecto
umit, at specificatur ab eo, quod per
raris explicatur : ergo eo ipso, quod
rale sit debet ly gratis determinate
ectum, & non solum voluntatis ac-
.

Tertio non stat decretum efficax esse
citum, & liberale, & terminati ad
iam vt coronam : ergo vel liberale
est ; vel illam respicit vt in re confe-
dam per modum beneficij gratuiti ;
onsequenter cum altero decreto exe-
tivo ex iustitia componi non potest.
batur antecedens : non stat decretum
od efficax esse ex motivo iustitiæ,
erminari ad obiectum, vt exequen-
gratis : ergo pariter stare non potest
etum efficax esse ex motivo libe-
tis, & terminari ad obiectum exe-
dum, vt coronam ex motivo iusti-

Respondeo, ad primam ex his obje-
ctionibus, concello antecedenti, negan-
do consequentiam. Ad illius proba-
tionem, concello antecedenti, distinguo con-
sequens : habet infallibiliter annexam exe-
quutionem ex eodem motivo, ly *ex eodem*
motivo dicente rationem obiectivam ex
qua efficaciam habet, & motivum radi-
cale, & remotum exequutionis, conce-
do consequentiam : dicente motivum
formale, & proximum exequutionis, nego
consequentiam : obrationes tractas inter
solvendam quartam obiectionem.

Ad secundam, nego antecedens : ad
illius probationem, concessa maiori, & 138
minori, distinguo consequens : debet se
tenere ex parte obiecti vt *quo*, concedo
consequentiam : vt *quod* tanquam quid
volitum : nego consequentiam, & hoc
tantū in nostra solutione negabimus, quod
scilicèt velit Deus per talem actum glo-
riam dare gratis in tempore, non autem
negamus quod motivum gratitudinis, vt
quo ingrediatur ex parte gloriæ, vt volitæ
in ordine intentionis.

Ad vltimam, nego antecedens : ad
illius probationem, nego antecedens : vt 139
enim *inferius* agentes de reprobatione
videbimus, peccatum originale fuit mo-
tivum ad actum voluntatis, quo voluit
exclusionem à Regno, etiam in illis, qui-
bus fuit dimissum, & tamen exclusio exe-
quutiva in illis, quibus fuit dimissum, non
habuit pro motivo culpam originalem :
potuit ergo Deus moveri à meritis in de-
creto intentivo, & in exequutivo, vel non
attendere merita, vel illa extinguere ; &
consequenter stare potest decretum in-
tentivum esse ex iustitia, & executivum
esse liberale.

Denique opponunt plura inconvenien- 140
tia contra nostram sententiam. Primò *Vltimo*
ex illa sequitur homines ad pigritiam, & *arg. ab in*
desperationem invitari ; consequens est *cōvenien*
absurdum : ergo *illud*, ex quo sequitur *tibus.*
falsum est. Probatur sequela ; quivisnam- *Primum*
que poterit intra se ita Theologizare, vel *est.*
sum efficaciter electus ad gloriam æterno
illo efficaci decreto merita antevertēte,
vel non sum electus ? Si primum, *infalli-*
biliter adipiscar salutem : ergo *dormia-*
mus : si secundum, *infallibiliter illam non*
consequar ? vt quid ergo benè *operabor*,
comedamus, & bibamus, potiamur vo-
luptatibus huius mundi : si quidem à *deli-*
tijs alterius iam efficaciter excluſi inve-
nimur : ergo ex illo modo electionis se-
quitur in electis ignavia, & in non electis
desperatio.

Secundo : ex illa sequitur nullum fru- *Secunda*
ctum ex nostris bonis actibus esse obtinen-
dum ;

Digitized by Google

dum; consequens est falsum: ergo & antecedens. Probatur sequela: gloria est obtinenda infallibiliter; qualiter fuit ab æterno decretata: ergo si fuit decretata ab æterno ante nostra merita prævisa, etiam si merita non sequantur, gloriam consequemur; & consequenter quoad finem obtinendæ frustraneus redditur noster, & bonorum operum exercitium.

141 Tertium. Tertio sequitur Dei promissiones esse falaces, quod est hæreticum. Probatur sequela: propositum Dei æternum fuit gloriam conferendi absolutè, vtpotè ante merita, promissiones autem sunt dandi gloriam sub conditione, quod benè operemur, & in gratia moriamur: ergo Dei promissiones cum divina mente, & æterno proposito non conformantur: & consequenter erunt falaces.

Quartū. Quarto sequitur ex nostra sententia hominem non electum æterno illo efficaci decreto, non posse salvari; & consequenter illi ad culpam non imputari salutem non consequi, quod est absurdum. Probant sequelam: electio illa efficax est per nos inculpabiliter requisita, vt homo consequatur salutem; at illam non habet, qui efficaciter ad gloriam non est electus: ergo deficit illi aliquid necessario requisitum ad salutem consequendam: ac proinde in illius potestate non erit salutem adipisci.

142 Si resp. Si respondeatur solutione communi apud nostros Thomistas, electionem efficacem esse necessariam, vt homo consequatur salutem de facto, non tamen vt possit salutem adipisci: vndè ex illius defectu tantummodo colligitur ō electum efficaciter, non consequuturum salutem de facto, non tamen quod non possit adipisci illam; & hoc secundum sufficere, vt imputetur homini non electo, non consequutio gloriæ.

In contrarium obstat. In contrarium objiciunt: esto prædicta electio non requiratur ex parte principij per modum dantis posse, requiratur tamen indispensabiliter, vt homo de facto consequatur salutem; at electionem illam non habet homo in sua potestate: ergo nec consequutionem meritoriam salutis dependentem ab illa. Minor est certa: nam esto homo possit eligi ad gloriam à Deo, non tamen potest electionem efficacem ad gloriam in se ipso causare: ergo illam in sua potestate non habet. Consequentia vero probatur: nam, qui non continet in sua potestate id, à quo aliquid essentialiter pendet, nec hoc aliquid potest præ continere: ergo si consequutio libera gloriæ essentialiter pendet ab electione ad illam, & hanc homo in sua potestate non habet, nec consequutionem gloriæ potest habere in sua potestate.

Denique sequitur ex nostra sententia, libertatem prædestinati pœnitus destrui. Probant sequelam posita efficaci electione ad gloriam, necessarium est hominem electum consequi illam; nec potest illa non consequi: ergo tollitur ab illo libertas in consequenda gloria. Probatur consequentia: quia illud libere solū quis agit, quod positis omnibus requisitis, potest agere, & potest non agere; at electio necessaria est, vt homo consequatur gloriam, & posita illa, non potest non consequi illam: ergo necessario, & non libere gloriam consequitur.

Si respondeatur: necessitatem istam consequendi gloriam esse ex suppositione, & impotentiam non consequendi, electione suppositā, esse consequentem, & in sensu compositō, non antecedentem, & in sensu divisso, necessitatem autem ex suppositione, & impotentiam consequentem, libertatem non destruere. Si

In contrarium sic opponit Vazquez: illa necessitas, secundum Anselmum, libertatem destruit, quæ est antecedens: at necessitas consequendi salutem orta ex electione efficaci, est necessitas omninò antecedens: cum nostram libertatem non subsequatur, sed illam præveniat: ergo inducit impotentiam antecedentem ad illius oppositum, & libertatem pœnitus destruit.

Respondeō: nullum ex prædictis inconvenientibus inferri ex nostra sententia. Ad primum, nego sequelam: ad illius probationem, nego dicursum illum posse rationabiliter fieri: electio namque ad gloriam non excludit merita, sed potius illa infert, & causat: vndè, vt aliquis gloriam, ad quam electus est, consequatur, necessarium est, quod benè operetur, quia non est electus ad gloriam nisi mediis operibus consequendam: vndè, sicut non nisi irrationabiliter posset agricola argumentari; *vel fructus futuri, sunt determinati à Deo, vel non sunt decretati? Si primum: ergo non seminemus*, quia non aliter sunt fructus decretati à Deo nisi medio agricolæ labore: ita in nostro casu.

Et quidem hoc argumentum pati efficacia militat in adversarios, qui licèt negent efficacem electionem ad gloriam ante prævisa merita, efficacem tamen electionem ad gratiam efficaciter conducentem ad gloriam ante prævisa merita fuisse fatentur, contra quam electionem idem argumentum confici posse tantisper me-

Digitized by Google

meditanti facilimo negotio constabit.

Ad secundum: nego etiam sequelam. Ad illius probationem distinguo antecedens: est obtinenda qualiter fuit ab æterno decreta ly *qualiter* dicente modum ex parte obiecti, concedo antecedens: dicente modum ex parte actus, nego antecedens, & consequentiam, quia licèt fuerit ante merita volita, non tamen fuit volita ex parte obiecti, vt conferenda in exequutione ante merita, sed post merita, & propter illa, & hoc modo est infallibiliter conferenda, ex quo non colligitur dandam esse sinè meritis, sed potius oppositum.

Ad tertium inconveniens dicatur, promissiones conditionatas gloriæ, prout respiciunt reprobos conformari voluntati antecedenti, qua Deus vult omnes homines salvos fieri quantum est ex se, prout verò prædestinatos respiciunt, ei voluntati esse conformes, & insuper voluntati efficaci intentivæ, & executivæ gloriæ: nam licèt istæ voluntates sint absolutæ, quia tamen, & conditionem, scilicèt perseverantiam finalem, & insuper gloriam ipsam efficaciter inferunt, sunt virtualiter conditionatæ, & sic possunt promissiones conditionales esse illis conformes. Et quamvis posset prædestinatis gloria absolutè promitti, non tamen oportuit. Tùm, quia hoc esset illis suam prædestinationem revelare quod de lege ordinaria non fit. Tùm etiam, vt cum timore, & tremore suam salutem operentur, nondum in via de sua prædestinatione securi. Tùm denique, quia ex hoc non electis occasio desperationis, & multorum peccatorum daretur si eis solum sub conditione, electis autem gloria absolutè promitteretur.

Ad quartum inconveniens respondeo, solutione ibi data: Ad cuius impugnationem respondeatur primo: electionem efficacem ad gloriam antevertentem merita, non esse necessariam de potentia absoluta, vt homo illam meritoriè assequatur, vt diximus §. *tertio, ad vltimam obiectionem*, sed solum est necessaria, vt Deus eligat media efficacia, vt efficacia ad gloriam, & ex suppositione quod isto modo procedat: vndè ex eo quod prædicta electio in nostra potestate non sit, non sequitur actus gloriæ meritorios in nostra potestate non esse, prout meritorij sunt quoad substantiam, sed solum colligitur in nostra potestate non esse actualem illorum coniunctionem cum gloria formaliter, quæ dependet ex perseverantia finali, prout à non finali distinguitur, quam prout sic in nostra potestate non esse, docebimus *Tractatu de Gratia.*

Vel secundo: admisso prædictam electionem esse indispensabiliter necessariam ad actualem gloriæ consequutionem, sicut de voluntate conferendi auxilium efficax ad quemlibet actum necessario est dicendum, quod scilicèt ad eliciendum actus necessaria indispensabiliter sit, hoc inquam admisso, ad obiectionem factam respondeo, omissa maiori, & concessa minori, negando consequentiam: ad cuius probationem, distinguo antecedens: potentia omnis ordinis, potentia agentis primi, & ab alio independentis, concedo antecedens: potentia vnius ordinis, scilicèt agentis secundi, & dependentis à primo, nego antecedens, & distinguo consequens eodem modo. 149 *Resp. 2.*

Quam doctrinam velint nolint tenentur contrarij admittere: omnes enim tenentur fateri, quod ad cuiusvis actus elicientiam præter concursum agentis secundi, necessarius sit concursus causæ primæ, & voluntas concurrendi, & tamen agens secundum liberum, nec primæ causæ concursum, nec voluntatem concurrendi in sua continet potestate: ergo continet in sua potestate libera actum secundum absque continentia omnis prærequisiti, à quo essentialiter dependet actus secundus. *Infertur obiectio in contrarios sententia.*

Ad vltimum inconveniens, assertores scientiæ mediæ Nobis in hac parte assentientes, ideo asserunt per prædictam efficacem electionem libertatem non tolli, quia non datur in Deo nisi prævisso per scientiam conditionatã actu libero nostro conditionate futuro: vndè necessitas orta ex illa est consequens, & non antecedens nostram libertatem; ac proinde insufficiens ad eius destructionem. 150 *Ad quintũ inconveniens, resp. quidam.*

Cæterum solutione ista non rectè occurri difficultati ponit obtendo sic primo: esto per scientiam mediam prævideantur actus nostri liberi futuri sub conditione, quod tamen electio efficax ad gloriam ponatur in Deo in nostra potestate non est, & illa posita infallibiliter sequuntur actus meritorij futuri: ergo infallibilitas orta ex aliquo in nostra potestate non constituto, libertatem non tollit; & consequentèr, sivè præcedat, sivè non præcedat scientia media, liberras nostrorum actuum, cum prædicta infallibilitate illa sta subsistit. 151 *Reiicitur primo.*

Secundo: nam in statu illo conditionato præsupponitur homo sub conditione perseverans finaliter, & sub conditione cum gloria coniunctus: ergo vel mediante electione efficaci ad gloriam, vel sinè illa? 152 *Secundo.*

Si

Si primum : ergo electio efficax ad gloriam non libertatem non supponens scientiam mediam non evertit; ac proinde fundamentum libertatis cum prædictione ad scientiam mediam convolvitur. Probo hanc consequentiam: scientiam mediam non supponit; cum secundum huius scientiæ illam antecedat. Vt fatentur eius assertores; & tamen actus non destruit: ergo iam electio efficax ad gloriam à scientia media independens cum libertate compatitur. Si verò alteratur secundum: ergo prædicta efficax electio necessaria non est, vt homines in statu absoluto sint glorificandi & consequenter superflue ab ipsis electio efficax ad gloriam in Deo constituitur.

153 Consequentia prob. 1.

Probo hanc consequentiam: tùm, quia à eisdem causis dependet futurum conditionatum, vt conditionatim futuris, à quibus, vt præsentibus, vel futuris absolutè, dependet absolutè futurum: ergo si homines in statu conditionato supponuntur absque prædicta electione beati, quod illorum beatitudo sit absolutè futura, à prædicta electione non pendet. Tùm etiam: nam conditionatum transit in absolutum per solam puritatem conditionis: ergo si in statu conditionato prædicta electio non importatur pro conditione, absque illa poterit hominum glorificatio transire ad statum futuritionis absolutæ: & consequenter superflue à prædictis Auctoribus electio efficax ad gloriam pro negotio prædestinationis in Deo constituitur.

Secundo.

154 Tertio reijcitur solutio.

Tertio traditam solutionem reijcio, estò electio efficax nostram libertatem in statu conditionato prævisam supponat, non tamen supponit illam, vt prævisam in statu absoluto; & consequenter ab illa, vt in hoc statu est omninò independens; & tamen, quamvis actus nostros liberos infallibiliter inferat vt futuros absolutè, tamen futuritionis illorum est nobis liber: ergo quamvis nullo modo nostram libertatem supponat, & actus nostros infallibiliter inferat, cum illorum libertate componitur. Denique ad hominem contra illos Auctores illorum solutionem reijcio: quia namque qualitas ab intrinseco efficax libertatem destruit, sivè ante, sivè post scientiam mediam conferatur, illam evertit in eorundem sententia: ergo è contrario, si electio ab intrinseco efficax scientiam mediam supponens libertatem non destruit; nec destruet libertatem; quamvis scientiam mediam antevertat.

Quarto.

Hæc igitur solutione reiecta. A timum inconveniens respondeo so ne ibi data: ad cuius impugnati concessa maiori, nego minorem. quia necessitas antecedens non ef quæ libertatem nostram actualem supponit, sed illa, quæ nec supponit tatem nostram actualem, nec illius cipia, scilicèt iudicium liberum, n bertatem actus causat, connotat & i electio autem efficax, etsi non supp actus liberos nostros, supponit tame bertatis principia, scilicèt iudicium differens, & libertatem nostrorum act causat, infert, & connotat. Tùm et quia vt necessitas antecedens non sit, consequens, sufficit libertatem no rum actuum supponere, non in se, se voluntate divina, quæ vt multoties do Augustinus, magis continet in potes sua voluntates hominum, quam ipsi s vndè ta necessitas, quæ voluntates ho num liberas supponit in se, non est an cedens destruens libertatem illorum, illam destruere poterit necessitas sup nens actus nostros prout in Dei pote contentos, & iuxta hanc co tinent ad operationes nostras inclinans. De fusse *in Tractatu de auxilijs*, vbi etiam debent plura, quo contra illam solu nem opponi possunt.

§. Vltimus.

Corollaria præcedentis doctrinæ.

EX dictis in discursu disputationis ligo primo, electionem efficace gloriam merita antevertêrem, ad gradum determinatum gloriæ, confertur in tempore. Tùm, quia g in gradu determinato est finis merito ergo vt sic debuit electio ad illam torum prævisionem præcedere, sepius repetita *in hac disputatione*. etiam, quia electio illa terminatur te obiecti ad omnes modos, quibus confertur in tempore: ergo termi ad gradum determinatum gloriæ. denique: nam ex isto modo electio gloriam nullum sequitur inconvenie aliàs est cõformior modo efficacis tatis divinę ad differentiam simplic placentię, quæ non omnes circunst & modos sui obiecti attendit.

Secundo colligitur, gloriam, rita non esse à Deo efficaciter vo dem actu, sed distinctis virtualitèr. quia electio ad gloriam, vt finem

Digitized by Google

net rationem intentionis, voluntas autem gratiæ, & meritorum, electionis rationem sortitur; at electio, & intentio in nobis distinguntur realiter, in Deo autem virtualiter; vt constat ex eo, quod in nobis intentio realiter causat electionem, in Deo virtualiter, sicut actus luminis principiorum in nobis causat realiter actum scientificum, in Deo autem virtualiter; ex quo in Deo virtualiter differt actus scientificus ab assensu principiorum, & in nobis realiter: ergo electio efficax ad gloriam, & voluntas efficax gratiæ, & meritorum virtualiter distinguuntur. Tum etiam: nam electio efficax ad gloriam, & voluntas gratiæ, & meritorum, habent distincta obiecta, quorum vnum est ratio alterius: ergo eundem ordinem servant, & eandem distinctionem virtualiter inter se.

Sed oppones primo: iuxta D. Thom. 1.2. *quæst.* 8. *articulo* 3. voluntas eodem actu fertur in media, & in finem prout est ratio volendi media. Et *quæstione* 12. *articulo* 4. eodem motu fertur in finem, & in id, quod est ad finem; at intentio fertur in finem, vt est ratio volendi media, & electio fertur in media, vt stant sub fine, vt ratione formali: ergo idem actus realiter est in nobis intentio, & electio; & consequenter in Deo idem actus virtualiter erit, qui terminatur ad gloriam, & ad gratiam, & merita.

Secundo, intellectus eodem actu realiter, quandoque attingit principia, & conclusiones, cum sint obiecta ordinata inter se; & consequenter eodem actu possint attingi ab intellectu, qui licèt plura sine ordine requeat vno actu intelligere, benè tamen plura ordinata; at eodem modo comparantur ad voluntatem finis, & medium, quoad intellectum, principia, & conclusiones: ergo potest voluntas vnico indivisibili actu attingere finem, & media; & consequenter vnus actus erit adhuc virtualiter, quo Deus amat gloriam, & gratiam.

Tertio: nullus actus voluntatis diuinæ potest immediatè, vt *quod* terminari ad creaturas, vt cum frequentiori Thomistarum sententia docuimus *Tractatu de scientia Dei*: ergo respectu actus voluntatis, quo Deus diligit gratiam, & gloriam, obiectum immediatum non sunt gratia, & gloria, sed bonitas essentiæ diuinæ; at hæc vna, & indivisibilis est virtualiter, non divisibilis in plura attributa: ergo idem etiam virtualiter erit actus, quo Deus elegit homines ad gloriam, & quo elegit illos ad gratiam.

Respondeo ad primam ex his obiectionibus notando voluntatem in finem, vt finis, & vt dicit ordinem ad media, & ad media, vt talia, & quatenus dicunt ordinem ad finem, posse ferri dupliciter: primo taliter, quod ad finem, & media terminetur in recto, & vt *quod*: secundo non in recto, & vt *quod*, sed ad vnum, vt *quod*, & in recto, ad aliud verò, vt *quo*, & in obliquo: priori modo non potest vnico actu circa finem, & media versari, benè autem secundo modo. Qua doctrina suppositâ, & iuxta illam mente D. Tho. explicata, distinguo minorem: intentio fertur in finem, vt est ratio volendi media terminatione ad finem, vt *quod*, & in recto; ad media autem in obliquo, & electio ad media, vt stant sub fine terminatione ad media, vt *quod*, & in recto, ad finem verò, vt *quo*, & in obliquo, concedo minorem: ita vt vterque motus habeat idem obiectum in recto, & vt *quod*, nego minorem, & consequentiam. 161 *Ad 1. obiectionem resp.* 162

Dices: actus, qui terminatur ad media ratione finis, non solum, vt *quo*, & in obliquo, sed etiam, vt *quod*, & in recto, terminatur ad finem: ergo ille actus realiter, & formaliter est intentio; & consequenter intentio, & electio realiter non distinguntur in voluntate creata. Probatur antecedens: quia lux est ratio videndi colores non solum, vt *quo*, sed etiam, vt *quod* videtur eodem actu, quo videtur color; at finis est ratio diligendi media: ergo actus quo amatur medium, terminatur ad finem, nō solum, vt *quo*, & in obliquo, sed etiam, vt *quod*, & in recto. 163 *Instabis*

Respondeo, negando antecedens: ad illius probationem dicatur causalem in maiori contentam non esse adæquatam, sed insuper, quia potentia visiva non movetur ad videndum colores media visione lucis: si enim hoc ita contingeret, non posset lux, & color eadem visione vt *quod* attingia potentia visiva; voluntas autem à fine, vt *quod* volito media intentione movetur realiter in nobis, virtualiter in Deo ad volenda media; & ideo non potest idem actus realiter in nobis, & in Deo virtualiter vt *quod* determinari ad finem, & media, quia vbi adest motio, seu causalitas actus in actū, debet esse actuum distinctio, si realis causalitas, distinctio realis, & virtualis distinctio, si causalitas fuerit virtualis. 164 *Respondeo*

Ad secundam, nego antecedens: quod non cōvincitur probatione ibi facta: nam licèt principium, & conclusio, sint obiecta cum ordine, quando vtrumque in recto, vt *quod* attingitur non fit vno actu in nobis, vnitate simplicitatis, sed ordinis, co

ad intellectus medio actu attingen-
incipia moventur discursivè ad attin-
conclusiones; in Deo autem vtrum-
recto cognoscitur vnitate simplici-
compositioni opposita, non tamen
vnitate, vt excludat virtualem actuum
nem, eo quod Deus ex cognitio-
principiorum virtualiter discurrit ad
nem conclusionum, vt fusè do-
Suarez tract. de scientia Dei, disp. 28. si au-
non cognoscantur principia, & con-
lusiones in recto, & vt *quod*, sed vnum vt
quod, & in recto, & alterum, vt *quo*, & in
obliquo, vno actu vtrumque attingitur:
nam actus luminis principiorū principia,
vt quod attingens, in obliquo circa conclu-
siones versatur, & actus scientificus vt *quo*
attingens conclusiones, vt *quo* attingit
principia, quę sunt medium, quo intelle-
ctus *conclusionibus* assentitur.

165 Ad *tertiam* dicatur, quod sicut licèt
Ad omnes *actus voluntatis* diviną non à creaturis, *sed* à *bonitate* Dei speciem desumant, *dantur tamen* in Deo virtutes elective *distinctę*, v.c. *misericordię*, & *iustitię*, *per hoc*, *quod* iustitia specificatur à Dei bonitate, vt *est ratio obiectiva* puniēdi, & *misericordia* ab eadem bonitate, vt *est ratio obiectiva* elevādi miseriam alienam, inter quas rationes, etiā in esse entis non sit virtualis *distinctio*, in ratione tamen obiecti *distinctio virtualis* intervenit: ita divina bonitas *prout* virtualiter continet gloriam, vt finem *meritorum*, virtualiter in ratione *obiecti* distinguitur à seipsa prout continente merita, & gratiam, quę sunt medium ad gloriam, & ex illa sub his diversis rationibus sumitur inter electionem gratię, & electionem ad gloriam virtualis *distinctio*.

166 *Vltimum corollarium.* Denique infero, *intentionem* gloriæ, vt coronæ, in obliquo attingere merita, & gradus meritorum determinatos quasi specificè, non autem merita hæc in individuo, & in particulari. Ita Suarez *tib* 1. *de essentia, & actu. cap.* 8. *num.* 4 Et Cornejo *in præsenti, disp. unica, dub.* 4 contra Molinam *artic.* 3. *sequenti memb.* 8. Granados *tract.* 5. *disp.* 8 *num.* 10 *& tract.* 7. *disp.* 4. *num.* 20 Albiz *disp.* 5. *sect.* 6. *&* 7. Et Salmanticenses *in præsenti disp.* 9. *à num.* 101. qui affirmant voluntatem gloriæ, vt corona ferri in hæc determinata numero media, per quæ consequenda est gloria.

Suarez. *Cornejo.* *Molina.* *Granad.* *Albiz.* *Salmant.*

167 *Prima pars probatur* 1. Prima pars corollarij probatur: tùm, quia intentio finis, vt finis, in obliquo terminatur ad media, vt constat ex dictis; at gloria, vt corona, est finis meritorum: ergo attingit in obliquo merita. *Secundo.* Tùm etiam: nam amor efficax alicuius obiecti non potest non in obliquo saltim attingere terminum connexionis essentialis; at gloria, vt corona essentialem connexionem habet cum *meritis*, vt effectibus in ordine intentionis, & causis in ordine executionis: ergo *intentio* efficax gloriæ, vt coronæ non potest à meritis in obliquo præcindere. Et ex his secunda pars constat: intentio namque gloriæ, vt coronæ, terminatur ad illam in gradu determinato, vt constat ex primo corollario; at gloria, vt corona secundum tot, vel tot gradus essentialem connexionem habet cum tot idem gradibus meritorum: ergo intentio ad illam, vt coronam, terminata, in terminetur obliquo ad merita secundum similem gradualem intensionem saltim in communi.

Bluſ. Epiſc. GODOY in 1. p. Tom. 2.

Denique tertia pars eiusdem corollarij suadetur: actus namque efficax voluntatis ex vi obiecti primarij ad aliud secundarij terminatus, totum terminatur ad illud secundum quod est terminus essentialis connexionis; sicut etiam actus intellectus ex vi causæ attingens effectum, vel ex vi effectus terminatus ad causam, totum terminatur in obliquo ad illam secundum eam rationem, secundum quam cum primario cognito connectuntur; at gloria secundum octo gradus, v.c. non connectitur essentialitèr cum meritis secundum rationes individuales, sed secundum gradus similes in communi, cum nec gradualis gloriæ intensio individuetur à meritis, nec gradualis intensio meritorum à gloria individuetur: ergo electio efficax ad gloriam secundum gradum determinatū per modum coronæ non terminatur in obliquo ad hæc, vel illa merita secundum rationes particulares, sed secundum rationem communem. *Tertia pars suadetur.*

169 *Vltimum probatur* 1. Qua ratione tantisper protracta facilè intelligitur ex vi talis voluntatis non attingi merita, etiam secundum specificas differentias illorum, v.c. vt sunt actus misericordiæ, humilitatis, &c. Quod patet: nam gradus gloriæ, v.c. vt octo, non connectitur essentialitèr cum his, aut illis meritis secundum rationes suas specificas, sed tantum petit totidem gradus intensionis in meritis, intensionis, in quam, aut valoris; cum conferri possint intuitu huius, aut illius virtutis: ergo amor terminatus ad gloriam, non tamen secundario, & in obliquo ad merita secundum suas differentias, & rationes specificas: si autem ratio meriti in actibus aliarum virtutum sinè relatione charitatis reperiri no possit, vt tenet Frequentior Thomistarū sententia, amor efficax gloriæ, vt coronę secundario, & in obliquo attinget actū charitatis in cōmuni, quod patet ex eadem ratione,

quia scilicèt gloria, vt præmium essentiale petit actum charitatis ad meritum: ergo actus efficax terminatus ad illam, vt sic secundario, & in obliquo attingit actum charitatis in communi.

170 *Oppones primo.* Si opponas contra vltimam partem primo: non minus repugnat voluntati diuinæ terminatio confusa, quam intellectui; at diuinus intellectus non potest confusè cognoscere terminum, sed necessario cognouit obiectum secundum vltimas differentias vsque ad individuationem; alias Deus faceret præcisionem obiectiuam, & ens rationis confingeret: ergo nec diuina voluntas; & consequenter si ex vi gloriæ terminatur ad merita, attinget illa non solum in communi, sed etiam in particulari. *Secundo.* Secundo: intellectus Diuinus proponit absque consultatione voluntati omnia media quibus gloria est consequibilis secundum particulares, & individuales rationes: ergo voluntas illa amplectitur non in communi, sed in particulari.

171 *Tertio.* Tertio; velle media prius in communi, & postea in particulari, est voluntatis prævia consultatione regulatæ; at Dei voluntas consultatione non regulatur, sed iudicio certo diuino: ergo non prius terminatur ad media in communi & postea secundum peculiares, & individuales rationes.

Quarto. Quarto: prioritas inter actus voluntatis diuinæ sumitur ex obiectorum prioritate; at inter merita in communi, & merita in particulari nulla est prioritas à quo: ergo non potest actus voluntatis diuinæ prius prioritate à quo terminari ad merita in communi, & posterius à quo ad merita in particulari; & consequenter cum detur in voluntate Dei actus, qui terminatur ad merita in particulari debet esse primus; ac proinde erit ille, qui terminatur ad gloriam.

172 *Ad 1. obiectionem resp.* Respondeo ad primam ex his obiectionibus concessa maiori, distinguendo minorem: terminatio confusa *subiectiuè* ex parte cognoscentis, concedo minorem: obiectiva seu ex parte obiecti cognitis negо minorem, & distinguatur consequens eodem modo. Nec ex hoc diuinum intellectum præscindere rationem obiectiuam: ab alia quia à Nobis posita, non est præcisiuis communis à ratione particularis disiuntiva, id est terminata ad hæc merita, taliter tamen, quod in parte disiuntivè omnes rationes ones, & particulares vsque ad individuum ingrediantur.

Ad secundam concesso antecedenti inguo consequens: ex vi actus quiam terminatur primario, negoquentiam: ex vi alterius actus directem instanti terminati ad merita, tinet rationem electionis, concedoquentiam. Ad tertiam, distinguorem; velle prius tempore, aut prioquo reali, concedo maiorem: prioritate à quo virtuali, nego maiorem, cessa minori distinguo consequensritate temporis aut à quo reali, conconsequentiam: prioritate à quo vnego consequentiam.

Ad quartam: concessa maiori, diminorem: inter merita in communerita in particulari non est priorition sui, concedo minorem: rationriæ primario dilectæ, nego minoreconsequentiam: nam quod prius diluntas terminetur ad merita in com& posterius ad merita in particulaprovenit ex meritis, sed quia prius gloriam efficacitèr intendere, & media eligere, & quia gloria intentarona, connexionem habet cum mecommuni, & non in particulari, ideoest quod voluntas diuina ex vi intergloriæ terminetur ad merita in coni, quam ex vi electionis ad eadem iticulari terminetur. Et hæc de ista tatione applicanda litteræ Magist

primo dist 41. §. 1. ad illa verb.

Si autem quærimus meritum ob durationis, &c.

***

DISPVTATIO SEXAGESIMA SEXTA.

An detur ex parte nostra causa prædestinationis quantum ad primum effectum, vel possit dari?

§. I.

Quibusdam præsuppositis referuntur sententiæ.

Nu. 1. In adultis datur causa meritoria prædestinationis quoad vltimum effectum prout in executione confertur.

IN hac disputatione aliqua, vt explorata apud omnes Catholicos sunt præmittenda. Primum est, prædestinationis quoad vltimum effectum, scilicèt glorificationem, dari in adultis causam meritoriam quatenus in executione confertur. Quod patet: est namque de fide gloriam non conferri in tempore adultis, nisi vt corona, & præmium meritorum, vt constat ex illis verbis Pauli: *Reposita est mihi corona iustitiæ, quã reddet in illa die mihi Dominus iustus iudex*; at quod cõfertur, vt præmium, & corona, merita recognoscit pro causa: ergo datur ex parte adultorum causa meritoria prædestinationis quo ad vltimũ effectũ prout in executione confertur.

2 Ex quo per evidentem consequentiam colligitur in sententia Maioris, & aliorũ, quos *supra disp. 65.* retulimus asserentes nihil præter gloriam esse prædestinationis effectum esse necessario affirmandum dari causam prædestinationis secundum primum prædestinationis effectum; & voluntatis executivæ illius secundum terminationem. Quod patet: nam in hac sententia primus, & vltimus prædestinationis effectus est sola gratia; at huius prout in executione datur ex parte nostra causa meritoria: ergo & prædestinationis quoad primum effectum.

Secundo exploratum est apud omnes Catholicos dari causam dispositivam gratiæ habitualis ex parte nostra; & consequentèr prædestinationis quatenus terminatur ad illam. Quod constat ex Tridentino *sessione 6. de iustificatione*, illis verbis: *Iustitia in nobis recipientes vnusquisque secundum mensuram, quam Spiritus sanctus partitur singulis prout vult, & secundum propriam cuiusque dispositionem*: vndè in sententia Bonaventuræ, qui vt *in eadem dist.* retulimus solum iustificationem, & glorificationem pro effectu prædestinationis constituit, consequentèr asserendum est dari ex parte nostra causam dispositivam prædestinationis secundum terminationem ad primum effectum. Quod patet: nam iuxta hanc sententiam primus prædestinationis effectus est iustificatio; at huius in adultis datur causa dispositiva: ergo & prædestinationis secundum terminationem ad primum effectum: imò qui asseruerint dari causam meritoriam de congruo gratiæ habitualis iustificantis, & cum Bonaventura defenderint solam gratiam habitualem, & gloriam esse prædestinationis effectum; consequentèr fateri tenentur dari ex parte nostra causam meritoriam de congruo prædestinationis secundum terminationem ad primum effectum. Quod patet ex eadem ratione.

3 Datur ex parte nostra causa dispositiua gratiæ habitualis.

Tertio supponendum est dari ex parte nostra causam physicam materialem omnium effectuum prædestinationis, qui in entitate physica in nobis recepta consistunt,

4 Et causa physica materia-

Digitized by Google

stunt, & finalem omnium præter quam vltimi. Primum patet: nam omnes tales effectus vel sunt actus, habitus, vel auxilia; at actus, & auxilia immediatè resident in potentijs, habitus etiam, præter habitualem gratiam, quæ immediatè subiectatur in anima, & consequentèr ab anima, & potentijs in genere causæ materialis dependet, & ex illarum obedientiali potentia in sententia veriori educuntur: ergo omnes huiusmodi effectus habent causem physicam materialem in nobis.

Secundum probatur: nam auxilia, & habitus supernaturales sunt propter actus eliciendos à nobis, actus autem, & vocationes, sivè interiores, sivè exteriores, omneque, quod per prædestinationem causatur, est propter Beatitudinem nostram formalem, hæc autem, quæ est vltimus prædestinationis effectus nihil nobis intrinsecum habet pro fine, nec à se ipsa finalizatur, sed solum manifestationem attributorum Dei: ergo omnium prædestinationis effectuum, præter quam vltimi, datur in nobis causa finalis.

Denique certum est apud omnes, adeò vt nec hæretici, vt arbitror negent, quod si omne, quod ad finem prædestinationis conducit, sit prædestinationis effectus, non dabitur ex parte nostra causa meritoria primi effectus prædestinationis. Quod patet: nam hæretici asserentes initium fidei esse ex nobis, & ob hoc tanquam ob meritum gratiam ad consummationem necessariam largiri non negabant huius inirij, in actu à nobis elicito consistentis dari aliquod principium proveniens à Deo, saltim per generalem concursum; at huiusmodi principij causam meritoriam ex parte nostra dari nunquam Pelagius nec Semipelagiani asserverunt: ergo si omne, quod ad prædestinationis finem conducit sit prædestinationis effectus, certissimum est, & exploratum, adhuc hæreticis, causam meritoriam ex parte nostra non dari prædestinationis quoad primum effectum. Lis ergo & controversia præsens est de prædestinatione quoad primum effectum proportionatum, scilicèt vocationem supernaturalem, an huius detur ex parte nostra causa meritoria, aut dispositiva?

Circa quod cum hæreticis, & catholicis est Nobis ad manus veniendum. Primus illorum error affirmat, animas hominum, separatas à corpore fuisse creatas, & iuxta merita, vel demerita ab illis in hoc statu patrata, fuisse diversos status prædestinationis, aut reprobationis sortitas, in statu coniunctionis cum corpore. Ita Otigenes à Div. Thom. *relatur in præsenti art. 5.* quem S. Doctor reijcit ex illis verbis Pauli ad Roman. 8. *Cum nondum Addit. nati fuissent, aut aliquid egissent: boni, vel mali, non ex operibus, sed ex vocante dictum est, quia maior seruiet minori.* Vbi cum Paulus omne opus pro causa vocationis excludat, opera facta, sivè ante, sivè post statum coniunctionis animarum ad corpus exclusa debent censeri dato, & non concesso, quod animæ prius fuerint ante corpus creatæ, & post modum corpori vnitæ.

Secundus, & præcipuus hæreticorum error, alijs pluribus omissis affirmat opera ex viribus naturæ ab hominibus facta, esse causam meritoriam primæ vocationis, & primi effectus prædestinationis. Ita Pelagius ab Angelico Doctore relatus in præsenti articulo, cuius erroris, sepè ab August. fit mentio, & in Concilio Palestino, vbi inter alios articulos hæresis Pelagianæ damnatos, vnus erat, gratiam Dei secundum merita nostra dari. 8 *Error Pelagij.*

Huic errori adhæsere Massilienses, qui fatentes contra Pelagium gratiæ necessitatem ad gloriæ consequutionem, satis per hoc illius damnationem evitare iudicantes, docuere, hominē ex viribus proprijs posse aliquid facere, propter quod Deus primam gratiam subrogaret, ar Deū ex bono motu nostri liberi arbitrij ab æterno prævisso conferre decrevisse primam gratiam auxiliantem. Huius erroris meminere Hilarius, & Prosper in epistolis ad Aug. quem latè prosequuti fuere Cassianus Præsbyter Massilienſis *lib. 12. de institutis Cœnobiorum, à cap. 11. & collatione 13.* per totam contra quem, vt gratiæ Dei adversarium acriter Prosper pugnavit *lib. contra collatorem*, & Faustus Regiensis Episcopus *in duobus libris de gratia, & libero arbitrio*, quem Petrus Diaconus *in lib. de incarnat. & grat.* Et Hormisda Papa *in Epist. ad Posessorem* damnarunt, quis contra Apostoli, & Patrum doctrinam labori humano gratiæ adiutorium subiungebat. In eodem etiam errore fuit aliquando August. docens hominem ex proprijs viribus credere posse, & ex meritis fidei præviſsis Deum præparare homini gratiam ad benè operandum, & gloriam promerendam, quem errorem postea damnavit *lib 1. retractationum, cap. 23. lib. 1. ad Simplicianum, quæst. 2. & lib. de prædestinatione Sanctorum, cap. 3.* 9 *Massilienſium error.* *Massil. Prosper. Regiensis*

In quo autem opere ex viribus naturæ profecto meritum primæ gratiæ Massilienses posuerint, & quale meritum tali operi attribuerint? Non est consona Theologorum sententia, quibusdam asserentibus, in quolibet opere bono morali, tale meritum statuisse, & non in sola fide, seu cre- 10 *Hæreticorum dissidium.*

Digitized by Google

dulit… te, quam fidei initium vocabant, sui dispositiones physicæ, aut **morales** ad
ritui… autem non condignum, sed primam gratiam auxiliantem, **ex lege ta-**
agru… m his operibus respectu supernatu- **men divina**, & pacto inito cum **Christo de**
aris… ratiæ concessisse. Alijs vero affir- **non deneganda gratia facienti quod** (ſi
anti… s, tũ in quibuscumque operibus, **in se, habere connexionem cum illa.** Pro
d in … ola fide, seu credulitate, seu oratio- hac sententia referunt Recentiores so-
sed… postulatione orta ex fide, meritum cietatis Albertum *in 4. dist. 28. art. 1. ad 4.* Alb…
im… gratiæ constituisse, non solum con- eo quod asserverit facientibus **quod in se**
…sed etiam condignum, à Pelagio, est, Deum infallibiliter gratiam conferre.
…discedentes, sed in alio, videli- Altisiodorensem *lib. 3. Summæ tract. 5.* Altiss.
Et … quod ille affirmabat ad omne opus, ne *quæst. 5.* asserentem hoc argumentum esse
…incipiendum, sed etiam consumandum necessarium, ille facit, quod **in se est: ergo**
…, & gloriam promerendam, quen- **dat illi Deus gratiam.** Aragonem 2. 2. Aragon…
…ut … sufficere, nec divina gratia inte- *quæst. 2. art. 3 ad 2.* quos falso allegari, & in
…in S… adiubante indigere: Massilienses verò sententia oppositâ fuisse, & illorum ali-
…o … negabant, solum ad fidei inicium suf- quor minus caute fuisse loquutos, fusè
…ficientiam concedentes libero arbitrio ostendit Alvarez *lib. 6. responsio. cap. 6.* Alvarez
…im… indigentia gratiæ interius adiubantis Referuntque alios plures ne vnicum hu-
…alia. Videantur Commentatores Div. ius sententiæ assertorem facian Molinam,
…hom. ad illum articulum vsque ad nau- qui expræsè illam tenet in concordia *disp.*
…eam id ventilantes, nobis namque nec 10. Cæterum allegati Authores, cum ex-
…per tempus licet, nec placet in hoc immo- præsè non asserant illud axioma *facienti*
…rari, sicut nec in alijs Hæreticorum deli- *quod est in se Deus non denegat gratiam*, in-
…rijs recitandis, quæ fusè commemorat telligendum esse de facientibus ex viribus
Herice *disp. 25. cap. 2.* naturæ, non est cur huic sententiæ adiun-
gantur, nisi velint omnes Theologos illi
adhærere, qui prædictum axioma in ali-
quo sensu veritatem habere vniformitèr
docent Referuntur etiam pro illa Pe- Penotus,
notus *lib. 6 cap. 13.* Lesius *de auxilijs appendice* Lesius.
ad capit decimum, quos alij Moderniores
sequuntur.

Secunda igitur sententia, & inter Ca-
tholicos prima, operi bono morali
virtutis adquisitæ meritum congruum, &
fationem remotè dispositionis respectu
supernaturalium concedit, in hoc à Semi-
pelagianis discedens, quod huiusmodi
opera, non à libero arbitrio sine speciali
gratia per Christum exhibita, sed media
Christi gratia procedere affirmat. Ita
Vazquez *in præsenti disp. 91. cap. 14. &*
cap. 16. & prima secundæ disput. 189. &
disput. 190.

Quinta sententia docet, quod licet 14.
prima gratia non cadat sub merito ope- Quinta.
rum naturalium, cadit tamen sub merito
operum supernaturalium illam subse-
quentium. Pro hac referuntur Alensis 1. Alensis.
Parte quæst. 28. memb. 3. art. 3. Et Sadoletus Sadolet.
super epist. ad Rom. 9. cap. Vltima sententia Sexta sẽ-
tenet, quod licet prima gratia non cadat tentia.
de facto nec possit cadere de lege ordina-
ria sub merito operum subsequentium ex
ipsa potuit tamen id fieri de potentia ab-
soluta: ac proinde fateri tenetur primum
prædestinationis effectum de potentia
absoluta posse sub merito supernatura-
lium operum cadere. Ita Suarez *lib. 2. de* Suarez.
Prædestinatione, cap. 20. & tertia parte, dis-
puta 10. sectione 4. Canichius *lib. 1. de vir-* Conich.
tutib. disput. 8. dub. 7. Granadus *prima par-* Granad.
te, tractatu 7. disput. 6. & 1. 2. tractat. 12.
controuer. 8. disput. 4. & 3. part. tractatu 14.
disput. 2. sect. 1. num. 7. Veram senten-
tiam sequentibus assertionibus
explico.

Tertia sententia, docet dari ex viribus
naturæ causam dispositivam primi auxi-
lij supernaturalis. Pro hac referuntur Ri-
cardus *in 2. distin. 28.* Durandus *ibidem,*
quæst. 5. Sabellius *tract. de prædest. quæst. 23.*
cap. 5. Referuntur etiam Scotus *in 4.*
dist. 14. quæst. 2. §. de secundo. Gabriel
in eadem distinctione quæst. 1. art. 2. post.
5. conclusionem, littera s. Eo quod asserve-
rint opera naturalia sufficientèr ad gra-
tiam iustificantem disponere, ex quo cla-
rè colligi videtur admittere in eisdem ope
ribus sufficientem dispositionem ad pri-
mam auxiliantem gratiam. Caietanus
etiam tomo 1. opusc. tract. 4. quæst. 1. Vega
lib 6 in Trident. cap. 20. & lib. 13. cap. 25.
Sotus *in 4. sentent. dist. 18. quæst. 3. art. 3.* Et
Canus *reiect. 3. de pœnit.* eidem sententiæ
adiunguntur, quatenus censent dolorem
naturalem ad iustificationem sufficientèr
disponere intra Sacramentum Baptismi,
& pœnitentiæ.

13 Quarta sententia, docet quod licet ope- Quarta.
ra bona naturalis ordinis, non sint ratione

Illust. Episc. GODOY *in 1. p.* Tom. 2. Nn 3 §. II.

Digitized by Google

§. II.

Hæreticorum sententia refellitur.

PRima conclusio sit: *Opera ex viribus naturæ profecta, nec de condigno, nec de congruo primam, gratiam auxiliantem, seu primum prædestinationis effectum merentur.* In prima parte conclusionis vt in fide et dogmate omnes Catholici vniformi plausu contra Pelagium consentiunt. Et merito: nam hæc veritas definita est in Concilio Arausicano secundo *can.* 3. 6. 7. 8. & 25. à Tridentino *sessione* 6. *cap.* 16. & *sessione* 14. *cap.* 8. à Celestino Papa *epist. ad Episcop. Galiæ, cap.* 12. Et à Pio Quinto, & Gregorio XIII. in Bulla contra Michaelem Baium edita propositione 4. 7. & 24. Mitto Patrum testimonia, quæ fusè referunt Recentiores nostri in præsenti, & Suarez *Prolegomeno* 6. *de grat. cap.* 6. mitto etiam testimonia scripturæ, quia ex his, quæ pro secunda parte adducemus à fortiori hæc prima pars nostræ conclusionis evidenter constabit.

Ratio autem pro nostra conclusione communis, & efficax est: nam meritum cõdignum debet esse æquale cum præmio non physicè, sed in æstimatione morali, de quo 1. 2. *quæst.* 114. *art.* 1. at huiusmodi æqualitas operibus naturæ cum supernaturali præmio repugnat; cum res ordinis inferioris, non queat in æstimatione morali, rem superioris ordinis æquare vt per se manifestum apparet: ergo & quod sint cõdigne meritoria præmij supernaturalis.

Si forte dicatur, æqualitatem à merito condigno petitam esse solius proportionis, quam proinde poterit obtinere supremum opus naturæ, saltim respectu infimi ex donis supernaturalibus. Incontrariũ obstat primo, opera purè naturalia esse improportionata respectu supernaturalium: ergo admisso illam æqualitatem sufficere, adhuc operibus naturæ respectu supernaturalium concedenda non est. Secũdo: nã si prædicta æqualitas esset sufficiens, & ob hanc causam posset operibus naturæ convenire condignitas respectu supernaturaliũ donorũ, possent opera supernaturalia hominis iusti de condigno mereri incarnationem verbi; consequens est contra communem Theologorum sententiam vno, vel altero excepto: ergo æqualitas proportionis cum præmio non est sufficiens ad meritum condignum.

Si opponas, illa verba Pauli: *Non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, &c.* Quibus Paulus æqualitatem mathematicam operibus iustorũ respectu gloriæ videtur negare, & tamen esse merita condigna illius, est cõmunis Theologorũ sententia: ergo non requiritur ad meritum condignum maior æqualitas, quã proportionis. Respondeo Paulum loqui de iustorum passionibus, quatenus à libero arbitrio egrediuntur, ex quo æqualitatem, aut condignitatẽ non habent respectu beatitudinis, benè tamẽ à gratia, quod Paulus non negat. Et quidem verba Pauli non solum negant æqualitatem; sed etiã condignitatem iustorum operibus: ergo sicut hoc non obstante, omnes Theologi condignitatem illis concedunt, verba illa dicta interpretatione explicantes, ita illis non obstantibus, æqualitate morali cum æterna Beatitudine gaudent.

Quod autem: nec de congruo primam auxiliantem gratiam mercantur quod asserit secunda pars nostræ conclusionis ostenditur primo testimonijs scripturæ. Primum habetur ad Romanos, *cap.* 9. vbi dicitur *non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei*; at si homo ex solis naturæ viribus aliquod opus efficeret, quo primam auxiliantem gratiam meretur de congruo, salus spiritualis, de qua ibi Paulus loquebatur, non esset solius miserentis Dei, sed volentis, & currentis hominis; cũ aliquid libero responderet arbitrio sine gratia scilicèt initium vitæ spiritualis; & aliquid Deo miserenti per gratiam, scilicèt consumatio: ergo tale meritum congruum operibus naturæ est negandum. Quo argumento vsi sunt Aug. *l.* 1. *ad Simplicianum, quæst.* 2. & *l. de grat.* & *l. arbit. cap.* 7. & D. Dh. super illum locum *lect.* 3. & 1. 2. *quæst.* 109. *art.* 2.

Secundum habetur 1. *Corinthiorum, cap.* 4. vbi Paulus Corinthiorum elationem confundens, sic ait: *Quis te discernit, quid habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis?* Ex quibus tale argumentum formatur: omnis discretio vnius ab alio in ordine ad spiritualem salutem est ex Dei gratia per Christum; aliàs de aliquo ad supernaturalem salutem conducente possumus, vt de nostro, id est per gratiam non accepto gloriari, contra Pauli sententiam; at si homo ex proprijs viribus efficeret aliquid, quo primum divinæ gratiæ auxilium meretur de congruo, iam se ab alio non sic operante in ordine ad spiritualem salutem discernet discretione non habita ex gratia: ne ergo in hoc inconveniens incidamus, relegandum est ab operibus liberi arbitrij, non adiuti gratia divina, meritum congrum respectu primæ gratiæ auxiliantis. Quo argumento vsus est Augustinus *lib. de prædest.* & *grat. cap.* 3. & contra Semipelagianos alibi sæpè. Cyprianus

l Quirinum, cap. 4. illis verbis: *In* nis ad vitam æternam proficuis. In eadem
andum quando nostrum nihil est. sententia sunt Prosper contra collatorem
a testimonium habetur 2. Co- *cap. 38. & lib. de ingratis, cap.* 19. vbi ait:
13. illis verbis: *Non quod sufficien-* *Quod non sit a gratia, non bene facit.* Gregorius
sus cogitare aliquid ex nobis quasi *hom. 9. in Ezechielem*; & alij Ecclesiæ Pa-
ed sufficientia nostra ex Deo est. Ex tres communiter.
le argumentum deducitur: omne
um ad vitam æternam condu- Quarto ostenditur duplici ratione. 24
et sancta cogitatio præcedere; at Prima sit: quod non datur purè gratis, Quarto
di cogitationem ad vitam æter- non est gratia simpliciter. Tùm ex Paulo prob. ra-
oficuam habere ex nobis non pos- *Romanorum* 11. illis verbis: *Si autem gratia,* tionibus
id est sine Dei gratia per Christum *iã nõ ex operibus alioquin gratia, iã nõ ex gra-* 1. est.
us apertè testatur; ergo nec bonum *tia.* Secũdo ex Fulgẽtio *lib. de grat. Christi,*
d opus ad vitam æternam condu- *capit.* 18. *in principium*, vbi ait: *Si au-*
ieritoriè de congruo, quo argumen- *tem secundum opinionem illorum nostrum est*
scit Augustinus *libro de prædestina-* *velle credere prius quam gratia Dei incipiat*
Sanctorum, cap. 2. *lib.* 2. *contra duas* *adjubare, iniustè gratia dicitur, quia non gra-*
Pelagianorum, cap. 8. Et Concilium *tis datur homini, sed bonæ retribuitur volun-*
ficanum secundum *capitulo* 7. & D. *tati; hanc enim, sicut ipsi volunt, gratia in no-*
m. quodlib. 1. *art.* 7. *bis invenit, quam ipsa non dedit, imò si sic est,*
cundo probatur testimonijs Conci- *nos priores Deo voluntatem damus, ad-*
ani Arausicani secundi Milevitani, *que istam gratiam non miseratione tribuentis,*
alestini in quibus Pelagio præcipitur, *sed æquitate Dei retribuentis accipimus*
ateatur gratiam Dei non secundum *Verumtamen, quis prior dedit illi, & retri-*
rita nostra conferri: vbi illa vniversa- *buetur ei? Nemo vtique.* Denique ex Augu-
negativa omne meritum excluait; & stino *lib. de bono perseverantiæ, cap.* 20 &
nsequenter meritum congruum, alias 21. & *libro de prædestin. Sanct. cap.* 2.
ncilia contra multos ex Semipelagia- illis verbis: *Quæ vtique non est gratia, si eam*
is nihil differrent, si solum condignum *vlla merita præcedunt*; at si primum divi-
eritum ab operibus naturæ excluderent; næ gratiæ auxilium daretur intuitu ope-
um in sententia valde probabili plures rum naturalium, non daretur purè gratis.
x Semipelagianis, non condignum, sed Tùm ex August. *lib. de prædest. Sanctorum,*
solum congruum meritum in illis respe- *cap.* 6. vbi ait: *Dari aliquid gratis esse*
ctu supernaturalium statuerint. Quod *dari pronihilo.* Tùm etiam; nam quod da-
etiam in Concilio Tridentino *Sessione* 6. tur in compentationem, non datur pu-
cap. 5. his verbis expressè definitum vide- rè gratis, quod autem confertur intuitu
tur: *Declarat præterea Sancta Synodus ipsius* operis merentis de congruo, in compen-
Sanctificationis exordium per Iesu-Christi sationem datur. Tùm denique: nam, quod
prævenientem gratiam in adultis esse sumen- datur ex debito gratitudinis, purè gratis
dum hoc est ab eius vocatione, qua nullis eorũ non confertur; quod autem datur intui-
existentibus meritis vocantur: ergo prima tu operis meritorij de congruo, confertur
vocatio, ex qua exordium Iustificationis ex gratitudine: ergo cum primum divinæ
delumitur, nullum in naturæ operibus me gratiæ auxilium sit verè gratia, non cadit
ritum recognoscit, & consequenter nec sub merito operis puræ naturæ.
meritum congruum.

Quarto argumento vsi sunt Aug. *lib.* 25
de prædestin. Sanct. cap. 2. Fulgentius *libro* *Hac ra-*
de gratia Christi, cap. 18. & Prosper contra *tione vsi*
Collatorem *cap.* 6. illis verbis: *Quomodo sunt, S.*
non aduertis, te illud damnatum inducere, PP.
quod velis, nolis conuinceris dicere gratiam
Dei dari secundum merita, cum aliquid præ-
cedere boni operis, propter quod gratiam con-
sequantur affirmas. Et *cap.* 16. referens Se-
mipelagianorum sententiam, sic ait: *Quis*
non videat, quod hæc doctrina meritum libe-
ro assignet arbitrio, quo preveniatur gratia;
quæ ei famuletur redens debitum, non confe-
rens donum.

Tertio probatur testimonijs Sancto- 3
rum. Cypriani *lib.* 3. *ad Quirinum, cap.* 4. io
vbi ait: *In nullo est gloriandum, quando* natur
nostrum nihil est. Ambrosij *lib.* 2. in Lucã mo-
cap. 12. vbi ait: *Neminem quidquam sine Do-* S.PP.
mino incitare posse. Augustini *libro primo*
contra duas epistol. Pelagianorum, capi-
tulo vltimo, libro secundo, capitulo quinto,
libro primo, de grat. Christi, cap. 47. *lib. de*
correctione, & grat. cap. 2. illis verbis: *Sine*
gratia nullum prorsus siuè cogitando, siuè vo-
lendo, & agendo faciemus bonum. Et pluribus
aliis, in locis, quæ referemus *tractatu de*
gratia Dei in quibus affirmat, liberum ar-
bitrium de suo nihil bonũ efficere posse,
quod ibidem explicabimus de operibus bo

Secunda ratio sit: meritum etiam 26
congruum facit sibi aliqua ratione debi- Secunda
tũ præmium; at nihil purè naturale potest ratio
supernaturalem gratiam sibi debitã face-

Digitized by Google

te: ergo nec illam potest promereri de congruo. Probo minorem primo: nam, vt illam sibi debitam faceret, deberet ad illam, vt ad finem ordinari; meritum namque pro fine sui respicit præmium; at opus purè naturale nequit finem supernaturalem respicere; cum finis, & principium debeant proportionari, eius autem principium sit pura natura: ergo nequit sibi debitam facere gratiam supernaturalem auxiliantem.

Secundo illa minor suadetur: forma enim supernaturalis petit super excedere totius naturæ exigentiam, & connexionem; at si deberetur operibus purè naturalibus non excederet exigentiam illorum, cum meritum petat, & connexionem habeat cum debito præmio: ergo opus purè naturale non potest supernaturalem gratiam sibi debitam facere. Tertio: de ratione formæ supernaturalis est excedere debitum physicum puræ naturæ: ergo etiam debitum morale; & consequentèr nullum opus ex viribus naturæ profectum potest sibi illam debitam facere.

Denique ostenditur evertendo duo precipua hæreticorum fundamenta. Primum est: quod si Deus non expectato humano consensu, suam gratiam subrogaret, esset personarum acceptor, & irrationalis distributor, eo quod huic suam gratiam concederet, & non alteri, absque vllo ex parte illorum præcedente discrimine; at hoc inconveniens non sequitur: ergo opera purè naturalia non merentur de congruo primam gratiam auxiliantem. Probo minorem primo: nam absque vitio acceptionis personarum, & irrationabilis distributionis, Deus ex pluribus possibilibus, quosdam decrevit producere, alijs in statu possibilitatis relictis; & tamen ex parte illorum, quæ de facto produxit, nulla ratio inducens ad sui productionem præcessit: ergo etiam si Deus huic, & non alteri suam gratiam largiatur nullo ex parte illorum præcedente discrimine, nec vitium personarum acceptionis incurret, nec irrationabilis distributionis.

Secundo, vt Deus humanitatem verbo copularet, nullum ex parte illius meritum præcessit; & tamen ex hoc, quod aliàs humanitates copulabiles verbo reliquerit, tale vitium non incurrit: ergo etiam si Deus non expectato humano consensu suam gratiam vni, & non alteri largiatur nullo ex parte illorum præcedente discrimine, non erit personarum acceptor, nec irrationalis distributor. Tertio ad hominem contra Semipelagianos minorem ostendo: nam ad illud bonum opus, quo vnus homo sibi primam gratiam auxiliantem meretur, Deus suo auxilio, sivè generali concursu concurrit, quod alij opus illud non efficienti non præstat; & tamen ex hoc non dicitur personarum acceptor, nec irrationalis distributor: ergo idem quod prius.

Denique à priori suadetur: vitium namque personarum acceptionis tunc solum incurritur, quando quod debetur pluribus, vni soli confertur, non propter conditionem, aut dignitatem, sed propter personam, vt docet D. Tho. *ad Rom. 2. cap. lect. 2.* explicans illud Pauli: *Non enim est acceptio personarum apud Deum.* Tunc enim alijs irrogatur iniuria; at divina gratia nulli debetur, aliàs gratia non esset: ergo Deus eam vni tribuens, & alteri negans, etiam nullo ex parte illorum præcedente discrimine, acceptor personarum non est, nec irrationalis distributor. 30 Quarto.

Secundum illorum fundamentum erat: nam si Deus homini suam gratiam conferret non præcedente voluntatis consensu, periret libertas arbitrij, & in incertum divinæ voluntatis duceretur, vt refert Hilarius *epist. ad August.* at hoc inconveniens non sequitur: ergo opera purè naturalia, non sunt meritoria de congruo primæ gratiæ auxiliantis. Probo minorem ad hominem ex ipsorum doctrina: Cassianus namque inter Semipelagianos præcipuus apertè fatetur, quosdam nihil de salute cogitantes, imò etiam nolentes, gratia Dei præveniri, quosdam autem nō ita, vt constat ex illius doctrina *collatione 13. cap. 15.* illis verbis: *Quod etiam Euangelicarum vocationum exemplis possumus aprobare: Andream namque, ac Petrum, cæteroſque Apostolos, nihil de salutis suæ remedi cogitantes spontanea gratiæ suæ dignatione præelegit.* Et post pauca subnectit: *Inuitum, ac repugnantem atrahit Paulum, alium ira præcepit sibi inseparabiliter adhærere, vt ei postulanti, breuissimas pro sepultura patris non concedat inducias.* Contra cuius doctrinam definitum videtur in Arausicano *canone 8.* illis verbis: *Si quis alium misericordia, alium verò per liberum arbitrium quod inest omnibus, qui de præuaricatione primi hominis nati sunt constanti sententia hominem ad gratiam Baptismi posse venire contendat, à recta fide probatur alienus*; at in his à divina gratia præventis, libertas arbitrij subsistit: ergo ex eo quod in omnibus divina gratia bonum opus præcedat, non rectè probatur illorum libertatem everti. 31 Quinto probatur principalis.

***

§. III.

...eticorum argumentis occurritur.

...ra veritatem Catholicam oppo-
...t hæretici primo, plura testimonia
...pturæ. Primum est illud Davidis:
...oratio mea præveniet te, & alibi: *Prævenerunt oculi mei ad te diluculo*, & alibi:
...*t in maturitate, & clamavi*: ergo ho-
...*t liberum* arbitrium aliquando suis
...*operibus* prævenit gratiam, & con-
...ntèr illam promeretur de congruo.
...ndum est illud Matthæi 25. *cap. Uni dedit quinque talenta, alij verò duo, alij verò unum: unicuique secundum propriam virtutem*: ergo dona supernaturalia gratiæ, ta-
...torum nomine intellecta, vnicuique
...minum distribuitur attentis bonis ope-
...is ex naturali, & sibi propria virtute
...fectis, & consequentèr in his operibus
...meritum congruum respectu superna-
...ralium donorum. Tertium est illud Pau
...ad Rom. 7. *Velle adiacet mihi, perficere autem non invenio*: ergo bona voluntas, qua
...ncipimus salutis negotium, est in homi
...nis naturali virtute, etsi ad perficiendum
divina gratia sit opus, & consequentèr talis bona voluntas divinam promerebitur gratiam.

Respondeo ad tria priora testimonia, hominem, Deum ad sequentia gratiæ do-
d na prævenire non autem ad primum gra-
...- tiæ donum, sec hoc, omne opus bonum sa-
no lutare præcedere iuxta illud Psalmi: *misericordia eius prævenit me* Ad quartum di-
es- catur primo cum D. Thom. 2 2. *quæst.*
1. 24. *art.* 3. nomine talentorum intelligi dona gratiæ habitualis, quæ cuilibet distri
buuntur iuxta vnius cuiusque dispositio-
ndo. nem. Vel secundo: talentorum nomine intelligi dona supernaturalia in alio-
rum vtilitatem ordinata, vt sunt prædicatio, prælatio, & doctoratus, &c. Quæ vnicuique dispertiuntur à Deo secundum suã virtutem, id est secundum proportionem ad propriam virtutem, vt ibi explicat Ca-
id vlti- ietanus, non verò secundum propria opera, tanquam merita aut dispositiones. Ad
mum. vltimum testimonium dicatur: tàm velle, quàm perficere homini conuenire præ gratiam, iuxta illud eiusdem Apostoli: *Deus est qui operatur in nobis velle, & perficere pro bona voluntate sua.* Voluit tamen Apostolus explicare reluctantiam appetitus, quam patitur homo, quando divina gratia præuentus vult facere bonum, in qua pugna datur velle, sed non adhuc perficere, nisi vel perseueret, vel augeatur diuinæ gratiæ auxilium, vt de facto perficiat.

Opponunt secundo: in potestate cuiuscunque hominis est constitutum adipisci salutem, at hoc saluari nequit, nisi per actus bonos naturales auxilio gratiæ possit promereri, sine quibus salus obtineri non potest: ergo opera purè naturalia, sunt meritoria de congruo primæ gratiæ auxiliantis. Respondeo: esse constitutum in potestate hominis adipisci salutem ratione auxiliorum sufficientium gratiæ, quæ Deus sua benignitate largitur: vndè minor argumenti est neganda. 34 Secundo arguitur. Respondet

Tertio in fauorem illorum arguitur auctoritate Chrisostomi, qui pluribus suæ doctrinæ locis Semipelagianorum errori fauorem præstitisse videtur *tom.* 1. *homilia* 27. *in Genes. circum.* 8. *homil.* 42. *in princ.* vbi ait: *Vidisti quomodo ab initio Abraham, quæ à semetipso erant, attulerit, atque sic diuinum meruerit præsidium*, & statim: *eodem modo dilecti etiam nos si voluerimus superna frui gratia, imitemur Patriarchas, etenim, qui scit arcana mentis nostri, cum viderit nos conari, & eniti ad virtutis agonem statim, & nutu suo nos adiuuat.* Et *tom.* 3. *homil.* 17 *in Ioan.* conuersus autem Iesus, vbi ait: *Hinc admoneri possumus, Deum suis in nos beneficijs nostras non præuenire voluntates, sed à nobis incipiendum esse; sed cum nos prompto paratoque animo ad suscipiendam gratiam exhibemus, tunc multas nobis offert occasiones salutis*, id ipsum apertè docuisse videtur *tom.* 4. *hom.* 12. *in epist. ad Hebræos, & alibi.* 35 Tertio arguitur ex Chrisost.

Respondet Vazquez *disp.* 89. *cap.* 3. & *disp.* 91. *cap* 8 Et Molina *in concordia, disp.* 41 re vera Chrisostomum à Semipelagianis in hac parte stetisse. Chrisostomo adiungit Vazquez ex Græcis Patribus Theophylactum, Æcumenium, Clementē Alexãdrinum, Origenem, Damascenum, & alios Nec mirum inquiunt prefati Doctores, quod ante detectum, & damnatum Semipelagianorum errorem ei Chrisostomus patrocinium præstiterit, cum D. Th. post iam damnatam Semipelagianorum doctrinam ab illa steterit *in lib. sententiarum.* Cæterum D. Thom. numquam Semipelagianismo faviſſe postea constabit. 36 Respond. Vazquez

Omissa tamen ista solutione quia partũ pia, negandum est cum alijs Chrisostomum à Semipelagianorum sententia stetisse. Et quidem Catholicam tenuisse sententiam clarè constat ex ipso *tom.* 1. *homil. in psalm.* 118. *Nullus bonitati suæ assignet, quod habet, aut vendicet sibi quasi proprium quod à Deo accepit*, & statim: *Qui estis boni assignate illud dono Dei ne perdatis, quod habetis, & dicat vobis veritas, quid habetis, quod non accepistis, si autem accepistis* 37 Vera so-lutio.

quid

quid gloriamini quasi non acceperitis? Assignatè ergo Deo bonitatem. Id ipsum docuit *tom. 2. homil. 25. in cap. 7. Matthæi, & homil. 9. in cap. 11. tom. 4. homil. 1. Ioannis epist. ad Ephesios, & hom. 4. in eadem epist.* explicans illa verba: *gratis enim estis salvati*, & alibi sæpè.

Vndè ad ea, quæ in contra adducuntur: Respondendum est: quando ait Chrisostomus voluntatem incipere, & quod suum est offerre, vt Deus illi suam gratiam largiatur, loqui de voluntate non destituta, sed adiuta gratia, cui benè vtenti prioribus diuinæ gratiæ auxilijs Deus vberiora impartitur; quando autem affirmat, Deũ nostras non prævenire voluntates, sed à nobis incipiendum esse, interpretandus est de præventione per gratiam ad vnum determinantem, & per modum naturæ, qualitèr D. Thom. explicuit Damascenum *in hac quæst. artic. 1.* Nec in contrarium obstat quod ait: *Sed à nobis incipiendum est*, vbi initium ex nobis, Dei gratiam prævenire videtur fatere. Nam respondendum est, à nobis incipiendum esse, id est à nobis, non sine diuina gratia adiubante, sed illo determinante ad vnum per modum naturæ, vt Deus nobis multas offerat occasiones salutis.

Sed opponesprimo, Cassianum non fuisse expræsius pro libero arbitrio, & cõsequenter D. gratiam loquutum, quam Sanctus Chrisostomus in locis adductis: ergo, hoc non obstante, explicamus Chrisostomum, Cassianum etiam explicare potuisse. Secundo, nam eam gratiam negat præcedere voluntates, quam operibus præcedentibus voluntatis agit; at hæc non est determinans ad vnum per modum naturæ: ergo negat gratiam determinantem ad vnum volũtates nostras prævenire. Tertiò: nam Chrisostomus non solum ait, gratiam non præcedere voluntatem, sed etiam voluntatem ipsa offerre aliquid suum, quod remuneret dominis gratiæ, quæ sua ergo non solum excludit gratiam determinantem per modum naturæ, sed etiam quancumque gratiam, vt necessariam adhoc quod liberum arbitrium

o: Chrisostomus ait voluntatem sua sunt offerre, & posteà Deum subiungere, at si loqueretur de à divina gratia prevenia non et proprium voluntatis, quod m id, quod Deus adiungit, cum illius sit per gratiam, & neuter naturam: ergo idem, quod

eo ad primam ex his obiectio-

nibus omisso antecedenti, negando consequentiam: nam licet sint eadem Cassiani, & Chrisostomi verba, non tamen eandem inerentem fuisse coniectamur. Tùm primo, quia præsumptio Catholica, non ita Cassiano, ac Chrisostomo debet favere. Et quidem eisdem fere verbis negavit Chrisostomus paruulos nasci infectos peccato, ac id negavit Iulianus; & tamen Augustinus *lib. 1. contra Iulianum cap. 5.* sic contra Iulianum pro Chrisostomo fatur: *In sane ista verba sancti Ioannis Episcopi audes tanquam è contrario, tot taliumque sententijs collegatum eius opponere, cumque ab illorum concordissima societate seiungere, & eis adversarium constituere? Absit, absit; nec malum de tanto vtro credere, aut dicere adsit inquam, vt Constantinopolitanus Ioannis de Baptismate parbulorum, eorumque à paterni Chirographi liberatione per Christum, tot ac tantis Coepiscopis suis, maximeque Romano Innocentio Cartaginensi Cypriano, Capadotij Basilio, Gregorio Nacianceno, Gallo Hillario, Mediolanensi resistat Ambrosio; alia sunt, in quibus interse aliquando etiam doctissimi, adque optimi regulæ Catholicæ defensores salua fidei compagine non consonant, & alius alio de vnaquaque re melius aliquid dixit, & verius.* *Ad 1. obiectionem resp.*

Et quidem si Iulianus Augustino obiectasset Cassianum, aut alium eiusdem Farinæ, nihil de illius auctoritate curasset, sed facile in illo errore consistere concessisset, cum tamen Chrisostomum totis viribus in bonum sensum explicare conten derit, cuius rei alia ratio esse nequit nisi quia vbi aliàs de sana, & Catholica alicuius mente constiterit, si quando verba minus benè sonantia protulerit, in sanum, & Catholicum sensum sunt adducenda, & maximè vbi doctrinam Sanctitas commitatur. Tùm etiam vtriusque mentem eandem non fuisse colligitur eo quod Chrisostomus *locis adductis* Catholicam profitetur sententiam, cum tamen Cassianus nunquam benè de diuina senserit gratia. *Simili confirmatio soluitur.*

Ad secundam dicatur: negasse Chrisostomum eam gratiam præcedere, non quoad substantiam, sed quoad modum, id est negavit præcedere modo determinante ad vnum per modum naturæ non autem negavit præcedere, expectando voluntatis consensum, & attemperando se modo libertatis, vt postea liberò consensu præviso, vberiora adiungat auxilia. *Ad 2.*

Ad tertiam dicatur aliter suum esse quod offert, & id, quod à Deo recipit: primum enim est suum, id est à se libere mediante gratia elicitum, id autem, quod recipit est vberius auxilium, quod suum est tantummodo *Ad 3.*

ieſti- è ; non elicitivè, non li-
rtan- dicatur, verba Chryſoſto-
42. lla eſſe. Et iſtud ipſum, quod
a, qu- ante gratiæ tempus, & ante
it ia ſe ipſo, & à ſcientia, quæ natu-
ta e t) in tantum pervenit virtutis
, ſuffi cit, vt omnes noſtras excuſa-
eſſe t. Quibus verbis non ait, id
de per ſcientiam naturalem, ſed
ntiam naturę inditam, id eſt non
m per legem ſcriptam, vel per le-
ratię, vt conſtat ex eo, quod ait: qui
rati a tempus, & ante legem fuit, non
per ſcientiam inditam naturę à na-
ſed ſupernaturaliter à Deo: ſicut illa
a P- auli Romanorum 2. Gentes, quæ
n w- en habent, naturaliter ea, quæ legis
faciunt explicuit D. Tho. ibi lect. 3.
per naturam gratia reformatam, & qui-
n . ſi nomine ſcientiæ naturalis intelli-
ret Chryſoſtomus nudam naturam,
aſquam Maſilienſis erraſſet; iſti enim
lum attribuebant naturæ quædam virtu
s initia: Chryſoſtomus autem ratione
ci entię inſitæ naturę tribuit Abrahamo
vi rtutis faſtigium; cum autem hoc aſſe-
ndum non ſit, ſtandum eſt traditę inter-
retationi.

Quarto arguitur: magis diſtat ordo hy-
poſtaticus ab ordine gratiæ, quam ordo
gratię ab ordine naturæ; cum illa ſit diſtā-
tia infinita, hæc verò finita; & tamen po-
teſt ordo hypoſtaticus cadere ſub merito
congruo actuum pertinentium ad ordinē
gratiæ; vt enim docetur à pluribus Theo-
logis 3. p. quæſt. 2. artic. 11. antiqui Pa-
tres promeruerunt de congruo ſubſtan-
tiam incarnationis, & ad minus prome-
ruiſſe incarnationis circunſtantias conce-
datur ab omnibus: ergo ordo gratiæ ter-
minare poterit meritum congruum actuū
ſpectantium ad ordinem naturæ. Patet
conſequentia: ſola enim diſtantia poterat
obſtare: ergo ſi maior illa diſtantia non
obſtat, hęc minor, id impedire non
potuit.

45 Reſpondeo veram eſſe maiorem de di-
Reſpond. ſtantia entitativa, falſam autem de diſtātia
proportionis, & ordinis: nam hoc modo
plus diſtat ordo naturę ab ordine gratię,
quam ordo hypoſtaticus ab ordine gra-
tię, cum iſti duo ordines intra genus ordi-
nis ſupernaturalis contineantur, & vnus
poſſit terminare ordinem actuum ad aliū
ſpectantium; hæc autem ſecunda in di-
ſtantia eſt quæ ad meritum congruum at
tenditur.

Et iſto argumentum: plus enim diſtat
Inſtatur. Deus ab intellectu illuſtrato lumine glo-
argum: rię, quam ſubſtantia ſpiritualis ab oculo
corporeo, & tamen poteſt Deus ab intelle
ctu perfuſio lumine intuitivè cognoſci,
ſecus autem ſubſtantia ſpiritualis ab ocu-
lo corporeo videri. cuius reialia ratio eſt
ſe nequit, niſi quia illa maior diſtantia eſt
in genere entis: ſecus in ratione habitudi-
nis potentię, & obiecti pariter ergo dici-
mus in prętenti. Et ratio à priori eſt, quā
dedimus pro vera ſententia, quia nempè
ordo hypoſtaticus non petit non eſſe de-
bitum, ſeu exactum ab ordine gratię, or-
do autem gratię petit excedere debitum,
ſeu exigentiam naturę, & ideò poteſt or-
do hypoſtaticus cadere ſub merito con-
gruo actuum ſpectantium ad ordinē gra-
tię, ſecus autem ordo gratię ſub merito
actuum ſpectantium ad ordinem purę na-
turę.

Sed dices potentia obedientialis eſt en- 46
titativè ordinis naturalis, & tamen habet Replic.
connexionem cum ſupernaturalibus, his
enim repugnantibus potentia obedientia-
lis non eſſet: ergo diſtantia ordinis ſuper-
naturalis, & gratię ſupra naturę ordinem,
non petit excluſionem connexionis cum
illo. Reſpondeo diſtinguendo minorem: Reſp.
habet connexionem cum ſupernaturali-
bus per modum non repugnantis. conce-
do minorem; per modum poſitivè inclī-
nantis, & exigentis, nego minorem, & di-
ſtinguatur conſequens eodem modo, ex
quo non infertur poſſibilitas meriti con-
grui, hęc namque connecti debet cum prę
mio ſupernaturali per modum poſitivè in
clinantis, & exigentis illud.

Inſtabis ſententia eſt multorum Tho- 47
miſtarum, potentiam obidientialem non Inſtabis.
ſolum terminativè, ſed etiam intrinſecè, &
formaliter eſſe ſupernaturalem, & in di-
ſtinctam realiter à potentia naturali, at
formalitas illa ſupernaturalis, intrinſecè,
& poſitivè eſt connexa cum entitate om-
ni ordinis naturalis; cum neceſſario ſequa
tur ad quamlibet entitatem creatam: ergo
non eſt de ratione ordinis ſupernaturalis
excluſio connexionis ordinis naturæ,
cum illo per exigentiam poſitivam.

Reſpondeo illa ſententia admiſſa, & 48
conceſſa minori, diſtinguendo conſequēs: Reſp.
de ratione formæ ſupernaturalis entitati-
vè, & perfectè, nego conſequentiam; ſolū
formaliter, & imperfectè, concedo conſe-
quentiam. ſtaque illius ſententiæ Autho-
res, ideirco aſſerunt formalitatem illam,
etſi ſupernaturalem intrinſecè, cum enti-
tate naturali poſitivè conecti, quia tenet
gradum infimum in linea ſupernaturali,
tanquam primum ſubiectum receptiuum
formarum ſuper naturalium: vndè vt non
detur proceſſus in infinitum ex parte ſu-
biecti ſupernaturales formas recipientis,
illam

Digitized by Google

illã formalitatẽ cum omni entitate creata identificatam constituunt; & consequentèr exactam ab illa positivè, quæ ratio cũ non militet respectu formarum entitativè, & perfectè supernaturalium; consequens sit quod licet illa terminare possit positivam entitatis naturalis exigentiam, illis repugnet illam terminare; & quidem facta obiectio si quid probat, non solum convincit debitum morale in natura respectu supernaturalium, sed etiam physicum, quod nullus concessit.

49 *Vltimo arg.* Denique arguitur, in hæreticorum favorem, cum hoc quod est dari ex operibus vt meritis de congruo, salvatur ratio gratiæ simpliciter talis: ergo ex eo quod primum auxilium sit gratia simpliciter, non rectè probatur non dari ex naturæ operibus, vt meritis de congruo; etsi rectè inferatur non dari ex illis, vt meritis de condigno. *Antecedens probatur 1.* Antecedens offenditur primo: ideò enim dari ex meritis opponitur gratiæ, quia illi opponitur debitum: ergo debitũ tale simpliciter excludit rationem gratiæ talis simpliciter; debitum autem secundum quid tale cum ratione gratiæ simpliciter non opponitur; at debitum ortum ex meritis de congruo, est debitum secundũ quid tale: ergo cum hoc, quod est dari ex operibus vt meritis congruis, comparietur rectè ratio gratiæ simpliciter talis.

50 *Secundo.* Secundo probatur ex Tridentino *sess. 6. cap. 8.* vbi explicans quomodo intelligatur hominem per fidem & gratis iustificari, docet, ideò per fidem iustificari, quia fides est humanæ salutis initium fundamentum, & radix omnis iustificationis, & paucis interpositis ait: *Gratis autem iustificari ideò dicimur, quia nihil eorum, quæ iustificationem præcedunt, siuè fides, siuè opera ipsam iustificationis gratiam promeretur, si enim gratia est, iam non ex operibus, alioquin, vt idem Apostolus inquit, gratia iã non est gratia.* Ex quibus verbis sic probo antecedens: gratia iustificationis est simpliciter talis, & gratis simpliciter iustificari dicimur, & tamen fides, iustificationis gratiã meretur de congruo, vt non obscure colligitur ex Augustino *Epist. 105.* illis verbis: *sed nec ipsa remissio peccatorum sine aliquo merito est, si fides hanc impetrat, nec enim nullum est meritum fidei.* Et epist. 106. *Si quis dixerit quod gratiam benè operandi fides mereatur, negare non possumus, imò gratissimè confitemur*: ergo aliquid dari ex merito de congruo, non incompatitur cum ratione gratiæ simpliciter talis.

51 *Confirm.* Et confirmatur amplius: ex eo quod Concilium in prælegatis verbis affirmet nihil eorum, quę iustificationem præcedunt iustificationis gratiam promereri, etsi colligatur nihil iustificationem præcedens mereri de condigno gratiam iustificantem, non tamen colligitur illam non promereri de congruo: ergo ex eo quod in eadem sessione *cap. 5.* doceat, exordium iustificationis sumi a vocatione Dei, qua nullis eorum existentibus meritis vocantur, etsi rectè inferatur, vocationem primam condigna merita non præcedere, non tamen colligitur rectè, illam non præcedere merita de congruo.

52 *Resp. 1. Ad 1. probationem antecedentis.* Respondeo primo, distinguendo antecedẽs: ratio gratiæ simpliciter talis, prout ly *simpliciter* opponitur cum *secundum quid* tali, concedo antecedens: prout simpliciter est idem quod omnibus modis, nego antecedens, & consequentiam: nec amplius prima antecedentis probatio convincit. *Ad 2.* Ad secundam dicatur: data illa sententia, quod scilicèt dispositiones vltimæ ad gratiam iustificantem, illam promereãtur de congruo, etsi iustificatio sumpta adæquatè à prima vocatione vsque ad formam iustificantem sit gratia simpliciter, id est omnibus modis, sumpta verò inadæquate pro forma formalitèr expelente peccatum, nõ est gratia simpliciter, id est omnibus modis, sed simpliciter, id est non *secundumquid*, ad quod sufficit, quod licet fides, & opera ipsam præcedentia, eam promereantur de congruo, non tamen de cõdigno; quia verò prima vocatio est gratia simpliciter, id est omnibus modis, ideo nõ solum excludit ab operibus antecedentibus rationem meriti de condigno, sed etiam de congruo.

53 *Ratio solutionis traditur.* Si autem inquiras vndè Nos colligamus primam vocationem esse gratiam simpliciter, id est omnibus modis, cum cõcilia, & Patres intelligi possent de gratia simpliciter; id est non secundum quid tali Respondeo, id primo colligi ex testimonijs Scripturæ *superius* adductis in cuius explicatione id Patres asseruere, & quibus innixa suas deffinitiones edidere concilia; in quibus asseritur nos non esse sufficientes aliquid ad vitam æternam proficuum ex nobis cogitare, &c. Secundo: nam cum gratia debitum excludat, etsi gratia aliam priorem supponens, cum qua connectatur, aliquale debitum admittat, prima autem gratia, omne debitum, & omnem cõnexionem, cum quobis antecedenti excludere debet.

54 *Resp. 2.* Respondeo secundo, distinguendo antecedens: cum merito de congruo habito ex gratia: concedo antecedens: habito ex viribus naturæ, nego antecedens. & consequentiam, nam merita à Semipelagianis respectu primæ gratiæ recognita, habebantur ex naturæ viribus; ratio autem distinctio-

Digitized by Google

: nam gratia omnis, ad minus in
ine meritum, & omne debitum
e debet, ne illam naturæ debitã,
la connexam aliqualiter consti-
& qua cum hoc, quod est confer-
tus habitis ex gratia componi-
ulsio omnis debiti in sui radice,
in primo gratiæ auxilio, cum hoc
quod est dari ob merita habita ex
propriis, hoc non componitur,
idix talis meriti gratia non est: con-
is fit, quod cum hoc, quod est dari
erit cum de congruo habitum ex viri-
tatis, ratio gratiæ simpliciter talis
pol atur, secus autem cum hoc, quod
tari intuitu meriti habiti ex viribus
priis.

Ad primam antecedens probationem, pondeo, concedo antecedenti, distin-
endo consequens. si debitum secundum
id fundetur in gratia, concedo conse-
ientiam: si in natura fundetur, nego con-
:quentiam. Ad secundam concessa maio-
i, & omissa minori distinguo consequens,
Itadque concedo de merito de congruo
n gratia fundato, nego autem si in natura
fundetur. Ad confirmationem dicatur
quod licet vniversalis concilij vtrobique
sit eadem, sensus tamen debet esse diver-
sus ob rationes traditas.

Sed dices etiam si prima vocatio detur intuitu operũ naturalium salvatur, quod sit gratia in radice: ergo salvatur, quod sit gratia simpliciter. Antecedens probatur: opera naturalia fundantur in beneficio creationis, quod in Pelagij, & in Semipelagianorum sententia est indebitum: & cõsequenter gratia: ergo etsi prima vocatio detur intuitu operum naturalium, salvatur quod indebita sit in radice, & consequenter gratia simpliciter. Respondeo, ne gando antecedens: ad cuius probationem dicatur donum creationis esse gratiam, nõ stricte, sed large gratia creans, non gratia salvans, & iustificans: vnde quod ratione alicuius orti ex solo beneficio creationis debetur, non potest, esse in radice gratia stricte, & in sensu Theologico; sed large, & secundum quid; cum autem prima vocatio gratia sit simpliciter secundum Scripturam, concilia, & Patres, nequit deberi ratione alicuius fundati in solo beneficio creationis.

Ex dictis colligitur quid dicendum de sententia Vazquij, quem fuisse reijcimus *Tract. de gratia Dei*, cum enim auxilium quod Vazquez esse gratiam per Christum defendit naturalis ordinis sit, & alias ex eo, quod conferatur per Christum, nihil ei perfectionis accrescat, & consequenter æque improportionata, relinquat opera elicita, ac si non daretur per Christum, consequenter est dicendum ob. ribus medio illo elicitis, etiam si per Christum datum esse admittatur, nec condignum, nec congruum meritum respectu primæ vocationis inveniri.

57 *Iudicium de sententia Vazquij.*

573 *Christum, con-*

Christum datum

primæ vocatio-

§. IV.

Reijcitur tertia sententia.

SECVNDA CONCLVSIO. *Opera bona ex naturæ viribus habita, nec remotè ad primam supernaturalem gratiam disponunt.* Ita frequenter Theologi contra quartam sententiam in eo gradu certitudinis, vt oppositam, quidam erroneam alij hæreticam, alij in Concilijs damnatam existiment. Ante cuius probationem adverto, non de negativa dispositione hoc est impediente peccatum, sed de positiva intelligendam esse; cum enim peccatum impediri possit per actus bonos adquisitæ virtutis, & istos sine speciali gratia elici posse, sit frequens Theologorum sententia 1. 2 *quæst.* 109. *art.* 2. consequens fit posse hominem absque speciali gratia se negative ad primam gratiam recipiendam disponere non vitando omnia peccata collective, hoc enim speciale gratiæ auxilium requirit, sed aliquod *vagè* vitando. Et quidem D. Thomas *quodlibeto* 1. *art.* 7. sic sentit de prædicta sententia in corpore art. *Vndè ad Pelagianum errorem pertinet dicere quod homo possit se ad gratiam præparare absque auxilio divinæ gratiæ, & est contra Apostolum, qui dicit ad Philipenses primo. Qui cœpit in vobis opus bonum ipse perficiet.*

58 *Secunda conclusio*

Sensus ēt clusionis exponenda

59 *Prob. 1ª*

Hoc ita præmisso ostenditur nostra conclusio, primo: actibus quibus homo ad primam gratiam auxiliantem disponitur, concurrit ad spiritualem salutem, illisque à subiecto non ita disposito in ordine ad finem supernaturalem discernitur; at iuxta Paulum, *non est currentis hominis*, scilicèt, currere, vt ibi explicat D. Tho. *sed miserentis Dei*, & omnis discretio vnius hominis ab alio in ordine ad spiritualem salutem habetur per gratiam: ergo actus quibus homo ad gratiam primam habendam disponitur, non sunt à libero arbitrio ratione sui, sed ab illo elevato per gratiam.

Confirm.

Et confirmatur: nam actus sic disponentes ad gratiam, ad vitam æternam, remotè saltim, conducunt; at nihil ad vitam æternam conducens sumus ex nobis sufficientes efficere, imò nec cogitare, iuxta verba Pauli *superius* relata, id est sine divinæ gratiæ adiutorio: ergo opera bona ex naturæ viribus habita nequeunt positive ad primam gratiam recipiendam disponere.

60 Secundo probatur ex Tridentino sessione

Secundo prob. ex Conciliis,

sione 6. canon. 3. illis verbis: *Siquis dixerit sine prævenientе Spiritus Sancti inspiratione, atque eius adiutorio posse hominem credere, sperare, diligere, aut pœnitere sicut oportet, vt ei gratia iustificationis conferatur, anathema sit.* Et ex Arausicano 2. canone 5. illis verbis: *Siquis initium fidei ipsumque credulitatis affectum, quo in eum credimus, qui iustificat impium non per gratiæ donum, id est per Spiritus Sancti inspirationem, sed naturaliter in esse dicit, Apostolicis dogmatibus contradicit.*

61 *Formatur ratio ex prædictis Auctoritatibus.*

Ex quibus deffinitionibus tale pro nostra conclusione argumentum conficio: omnis dispositio, etiam remota ad gratiã iustificationis, debet esse ex diuinę gratiæ adiuntorio, & inspiratione Spiritus Sancti; at actus, qui disponerent ad primum diuinę gratiæ auxilium recipiendum, ad iustificationis gratiam dispositivè remotè concurrerent, vt per se est manifestum: ergo nullus actus ex viribus naturę absque diuina gratia profectus potest ad primum gratiæ auxilium recipiendum disponere. Consequentia cum minori tenet. Maiorem autem probo: actus credendi, etiam sicut oportet, & fidet initium, plusque credulitatis affectus non sunt dispositiones proximæ, sed remotę ad iustificationem; & tamen ex Tridentino, & Arausicano, vt hoc modo ad illam disponant, requiritur quod procedant ex Diuinæ gratiæ adiutorio, & inspiratione Spiritus Sancti, & oppositum asserentes anathemare ferit: ergo omnis actus ad iustificationem, etiam remotè disponens, ex diuinæ gratiæ adiutorio; & inspiratione Spiritus Sancti procedere debet; & consequentèr nullum opus bonum ex nudo libero arbitrio ideſt diuina gratia non adiuto procedens poterit ad iustificationem adhuc remotè disponere.

62 *Confir. 1.*

Confirmari potest primo ex Tridentino *sessione 6. canone 8.* asserente, primum initium, & radicem nostræ iustificationis esse fidem; at si opera ex nudo libero arbitrio profecta ad primam gratiam auxiliantem disponerent, initium & radix omnis nostrę iustificationis fides non esset, sed huiusmodi opera fidem antevertentia; primũ enim initium formæ inducendæ est id, quod primo ad illam dispositivè concurrit: ergo opera purè naturalia nec remotè ad primam auxiliantem gratiam disponunt.

63 *Confir. 2.*

Confirmatur secundo ex eodem Tridẽtino *sessione citata, cap. 5.* vbi docet: *Sanctificationis exordium per Iesu Christi prævenientem gratiam in adultis esse sumendum*; at si ad huiusmodi gratiam homo ex viribus propriis se disponeret, non à præveniente Iesu Christi gratia, sed à libero arbitrio ex se dispositiones istas eliciente sumendum foret: ergo liberum arbitrium ex propriis nullum opus efficere valet, quo se ad primam gratiam suscipiendam præparet, & disponat.

64 *Tertio probatur ratione D. Tho.*

Denique suadetur conclusio duplici ratione. Primam sumo ex D. Th. 1. 2. *quæst.* 109. *art.* 6. ad hanc formam redactam. Finis, & principium alicuius effectus debent proportionari quoad ordinem; at finis omnis dispositionis, etiam remotæ, est Deus, non vt Auctor naturę, sed gratiæ: ergo principium illius debet esse Deus, vt Auctor gratiæ, & non vt Auctor naturæ, & consequenter nullus actus ad gratiam, etiam remotè disponens poterit à libero arbitrio procedere, vt non elevato per gratiã. Secunda consequentia, ex prima evidenter colligitur. Prima ex præmissis. Maior est indubitata, & minorem probo: omnis effectus, cuius finis proximus est supernaturalis, respicit pro fine vltimo Deum, non vt Auctorem naturæ, sed vt supernaturalem; at omnis dispositio, etiam remota ad gratiam supernaturalem, habet pro fine proximo aliquid supernaturale; scilicèt gratiam ipsam, quæ supernaturalis est: ergo respicit pro fine vltimo Deum vt finem supernaturalem.

65 *Confirm.*

Et potest amplius comfirmari: omnis enim effectus, cuius principium aliquod excedit exigẽtiam totius naturæ, excedit totius naturæ exigentiam; & consequentèr est supernaturalis; at omnis dispositio ad formã supernaturalẽ est effectus alicuius causæ excedẽtis totã naturę exigẽtiã: ergo excedit exigentiã totius naturæ; & consequẽtèr est supernaturalis, in maiori dubitatio esse nõ potest: etenim naturæ exigentia terminari nequit ad aliquid, quin etiam terminetur ad omnia principia sine quibus esse non potest, & consequentèr eo ipso quod causa alicuius effectus subterfugiat exigentiam totius naturæ, effectus ipse nequibit exigentiã naturæ terminare. Minor autem probatur: nam dispositio, etsi careat formam in genere causæ materialis, causatur tamen ab illa in genere causæ finalis: ergo omnis dispositio ad formam supernaturalem ab illa dependet in genere causæ finalis; at forma supernaturalis excedit totius naturæ exigẽtiam: ergo omnis dispositio ad formam supernaturalem est effectus alicuius causę excedentis facultatem naturæ.

66 *Quarto prob.*

Secunda ratio sit: omnis dispositio dispositiva ad formam supernaturalem, positivè cum illa connectitur, & illius saltim possibilitatem exposcit; at nihil naturale potest connecti cum forma supernaturali, nec positivè petere formam supernatu-

de ratio ne entis supernaturalis,
re totius naturæ exigentiam, vt
est manifestum: ergo nulla dispo
ormam supernaturalem potest et-
alis, & consequentèr nullum, bo-
us ex viribus liberi arbitrij profe-
test nec remotè, nec proximè ad
supernaturalem disponere. Probo
primo exiam dictis: omnis enim
s petit positivè omnium suarum
um possibilitatem, & cum illis cō-
ur: ergo omnis dispositio positiva ad
am supernaturalem positivè petit il
possibilitatem, & cùm illa connecti-
Secundo probatur: dispositio nam-
vel moralis est, vel physica; si primum,
cit moralem debitum formæ ad quam
parat, & disponit subiectum: Si secun-
debitum physicum; at nullum ex his
itis (et at absque positiva exigentia phy-
vel morali debitæ formæ: ergo omnis
positio ad formam supernaturalem po-
ivè exposcit illam, & cum illius saltim
ossibilitate connectitur.

Tertio probatur ex differentia in modo
auſandi inter subiectum, & dispositiones
respectu formarū supernaturalium: illud
natum quod solum concurrit ratione poten-
tia obedientialis, quæ consistit in non re-
pugnantia ad illas recipiendas; dispositio-
nes autem non causant ratione potentiæ
obedientialis per non repugnantiam vt
forma inducatur, aliàs æque indispositum
remaneret subiectū illis positis, ac antea;
siquidem solum haberet ex adventu dispo
sitionum non repugnantiam, quam ratio-
ne sui habebat: causant ergo dispositiones
positivè inclinando, & aproximando sub-
iectum ad supernaturales formas recipiē-
das; at positivè inclinare, est positivè pete-
re formam inducendam: ergo omnis dis-
positio ad formam supernaturalem positi-
vè cum illa connectitur, & illam expos-
cit.

69 Exquibus obiter impugnata relinqui
entia tur sententia Gabrielis Vazquez consti-
Vazq. tuentis in actibus moraliter bonis virtu-
impugna- tis adquisitæ elicitis medio auxilio natu-
tur. rali entitativè, concesso tamen per Chri-
stum, rationem dispositionis remotæ ad
gratiā iustificationis: nam eſtò cōcedamus
excedere exigentiā huius, aut illius natu-
ræ in particulari, ob quam rationem ob-
tineant rationem gratiæ specialis, quia ta-
men in sua entitate prædicti actus natura-
les sunt, nequeunt totius naturæ exigen-
tiam excedere: ergo finalizari nequeunt à
forma supernaturali totius naturæ supe-
rante exigentiam, nec illam positivè exi-
gere, & consequentèr nec ad illam dis-
ponere.

Respondebis tamen pro tertiæ sententiæ, his omnibus argumentis non dis-favorē sententiæ Auctoribus
solum convinci opera naturalia auxi-
ponere ad primum Divinæ Gratiæ
lium dispositione intrinseca, id est ratio-
ne sui exigente formam, & cum illa con-
nexa, nō autē quod non disponant dispositi-
tione extrinseca, hoc est exacta ab ipsa
gratia exigentia decentiæ, & congruitatis:
solum enim opponitur gratiæ primus mo
dus dispositionis in naturæ operibus, eo
quod petit gratia totius naturæ exigentiā
excedere, non autem destruit rationē gra-
tiæ, quod ipsa petat pro dispositione ex
parte subiecti actus aliquos naturales, &
consequentèr nec cum ratione gratiæ re-
pugnat, quod ex viribus propriis possit li-
berum arbitrium se ad gratiam disponere
dispositione extrinseca, hoc est exacta à
gratia non intrinseca, hoc est gratiam exi-
gentem. Sic docti Recentiores putantes
Doctores Catholicos distinctione data pos
se benigne explicari, & ad sanum, & Catho
licum sensum reduci ne illos cum Semi-
pelagianis erroris damnemus.

Laudo benignitatem nec reprobo: cæte- 71
rum contra solutionem datam insurgo Contra;
sic primo, dato namque quod gratia exige
ret ad sui infusionem actus bonos mora-
les ex parte subiecti, tales actus ad vitam
æternam conducerent, & subiectum illos
eliciens à non eliciente discerneret: ergo
liberum arbitrium ex propriis eliciens ta
les actus, & sine Dei gratia, se discerneret
in ordine ad vitam æternam, contra Pau-
lum 1. *Corinth.* 4. & ex se aliquid ad vitā
æternam de facto conducens valeret cogi-
tare, & efficere contra eundem Paulum 2.
Corinth. 3.

Secundo: nam tales actus, nec exigun- 72
tur à prima gratia ex natura rei, nec ex Secundo;
aliqua lege divina: ergo nec sunt dispositi-
ones intrinsecæ ad gratiam hoc est ob in
trinseco illam postulantes, nec dispositio-
nes extrinsecæ, hoc est postulatæ à gratia
ex parte subiecti. Consequentia est evi-
dens in hoc enim iuxta illos auctores ra-
tio extrinsecæ dispositionis consistit, quod
licet non postulet formam, ab illa postu-
letur ex parte subiecti. Antecedens au- Antece-
tem pro prima parte manifestum vice- dens pro
tur, tùm quia si ex natura rei tales actus 1. parte
postularentur à gratia, non nisi miraculosè prob.
infundi posset illis non præcedentibus
ex parte subiecti, sicuti, quia in nostra sen-
tentia dispositiones supernaturales ex
natura gratiæ exiguntur in peccatore ad
infusionem gratiæ, non nisi miraculosè po
test sine illis infundi, hoc autem nullus
dicet: ergo tales actus non exiguntur à
prima gratia ex natura rei. Tùm etiam

nam,

riam formæ supernaturalis, rei natura exspectata, supernaturales dispositiones petit ad sui introductionem, quando talis est conditionis vt petat antecedenter dispositiones: ergo prima gratia auxilians, vel nullas petit dispositiones, quod verum existimo, vel si aliquas petit, erunt non naturales, sed supernaturales; & consequenter ex natura rei prædictos actus ex parte subiecti postulare non potest.

73 *Pro secunda suadetur.*

Quod autem nec ex lege statuta tales actus postulet ex parte subiecti, probatur: tùm, quia de his, quę pendent ex sola voluntate Dei, non aliter, quam ex revelatis discurrere possumus; at nullum est testimonium in Sacra Scriptura, ex quo vel apparenter colligi possit lex ratione cuius gratia tales actus postulet ex parte subiecti: ergo absque fundamento confingitur. Tùm etiam: nam vel talis lex esset de infundenda prima gratia omni homini tales actus moraliter bonos elicienti, vel de non infundēda, nisi tales actus præcedant, licèt non sit infallibilis primæ gratiæ collatio illis actibus potitis? Primum est sententię Molinę *infra* ex communi sententia Thomistarum reijcienda: Secundum facit gratiam naturę pedisequam, & contradicit verbis Isaiæ cap. 65. *Inventus sum à non quærentibus me, palam apparui his, qui me non interrogabant.* Et in Paulo manifestæ falsitatis convincitur, qui dum furens, & fremens Christi nomen persequeretur, voce de Cœlo lapsa in terram prostratus mirabiliter fuit ex Saulo in Paulum conversus, & ex persequutore vas electionis effectus est: ergo gratia, ex aliqua divina lege statuta tales actus non postulat ex parte subiecti; & consequenter huiusce-modi actus ex solis naturæ viribus orti, nec sunt dispositiones intrinsecę, nec extrinsecæ ad gratiam.

§. V.

Argumentis in contrarium occurritur.

74 *Arg. 1. testimoniis D. Thom.*

COntra istam conclusionem difficultatem ingerunt primo plura Angelici Doctoris testimonia. Primum habetur *in 1. dist. 41. quæst. 1. art. 3. in corpore, & expressius solutione ad 2.* quam postquam asseruerat dari causam vltimi effectus prędestinationis vel glorię, prout in executione confertur ex iustitia distributiva, his verbis concludit: *Sed respectu primi effectus, scilicèt gratiæ, habet rationem magis liberalitatis, quam iustitiæ, quia gratia datur gratis, & non redditur meritis: vndè ex parte recipientis non est assignare causam, quare dignus sit gratis, sed solum dispositionem quandam.* Quæ verba explicari non posse de gratia habituali, ad quam per actus supernaturales disponimur, ex eo manifestè convinci videtur: nam gratia habitualis non est primus prædestinationis effectus; loquitur autem Sanctus Doctor de primo effectus prædestinationis: ergo non de gratia habituali, sed de prima gratia auxiliante eius verba procedunt; cumque primam gratiam opera supernaturalia præcedere nequeant, manifestè sentire videtur actus naturales ex viribus arbitrij procedens ad primam gratiam auxiliantem disponere, etsi primam gratiam non promereantur.

Primum est.

75 *Secundi.*

Secundum habetur in secundo *dist. 5. quæst. 1. art. 1.* vbi inquirit an Angeli indiguerint gratia ad hoc vt converterentur in Deum? Et postquam aliorum retulit sententiam aientium, ad conversionem meritoriam duplicem gratiam necessariā esse, alteram gratum facientem informantem actum, & meritorium redentem, alteram gratis datam, à qua elicitur substantia actus, sic ait: *Sed istam gratiam ponere non videtur necessarium nisi ipsa libertas arbitrij gratia dicatur, quæ proculdubio nobis à Deo est, vel aliquæ occasiones, &c. Sine quibus possibile est gratiam consequi.* Et probat D. Thom. quia, si huiusmodi gratia esset necessaria ad substantiam actus, non esset in hominis potestate facere: illud enim, ad quod non potest per se liberum arbitrium, in eius potestate non est. Ac tandem concludit: *Et ideò aliter est dicendum, quod ad eliciendum actum conversionis sufficit liberum arbitrium, quod se ad habendam gratiam per hunc actum præparat, & disponit, sed efficacia conversionis ad meritum non potest esse nisi per gratiam: vndè vnus, & idem motus est conversionis liberi arbitrij, in quo gratia infunditur, qui est dispositio ad gratiam secundum quod exit à libero arbitrio, & meritorius secundum quod gratia informatur.* Sentit ergo D. Thom. actus mere naturales esse dispositiones ad gratiam.

76 *Tertium mi*

Tertium habetur in secundo sententiarum *dist. 28. quæst. 1. artic. 4. in corpore*, illis verbis: *Quidam enim dicunt, quod nullus potest se ad gratiam gratum facientem præparare nisi per aliquod lumen menti infusum, quod est donum gratiæ gratis datæ: istud autem non videtur conveniens, quia præparatio, quæ est ad gratiam non est per actus, qui sint ipsi gratiæ æquandi æqualitate proportionis, sicut meritum æquatur præmio, & ideò non oportet, vt actus, quibus homo se ad gratiam habendam præparat, sint naturam humanam excedentes, sicut enim natura humana se habet in potentia materiali ad gratiam, ita actus virtutum naturalium se habent, vt dispositiones ad ipsam: vndè non exigitur ad hoc vt*

homo

homo ad gratiam habendam se præparet aliquod aliud lumen gratiæ præcedens. Et præterea secundum hoc esset abire in infinitum, quia illud etiam lumen gratiæ gratis datæ non datur alicui, nisi quia ad illud recipiendum se præparavit, aliàs omnibus daretur, &c. ergo actus mere naturales sunt præparationes ad gratiam. Patet consequentia: tùm, quia sunt actus procedentes à libero arbitrio absque lumine gratiæ præcedente, vt docet D. Thom. Tùm etiam, quia sunt actus non excedentes humanam naturam, vt statim affirmat. Tùm denique, ex ratione, quam tradit D. Thom. quia scilicèt daretur processus in infinitum: ad illud enim lumen gratiæ, à quo procederet actus præparativus deberet dispositio præcedere, & sic de aliis vsque in infinitum, vel tandem deveniendum est ad actus mere naturales disponentes gratiã.

77 Aliquorum Solutio. Respondeo D. Thom. Catholicam docuisse sententiam, negantem dispositiones ad gratiam ex libero arbitrio, pluribus ex suę doctrinæ locis, *quod libeto 1. art. 7.* vbi vt *superius* vidimus Pelagiani erroris oppositа damnat 1.2. *quæst.* 109. *art.* 9. *quæst.* 112. *art.* 2. & 3. *ad Roman.* 10. *lect.* 3. & alibi passim, testimonia autem in contrarium adducta à deo sunt difficilia, vt plures ex doctis Thomistis cum Caietano 1.2. *quæst.* 112. *art.* 3. non aliam solutionẽ invenerint, nisi quod D. Thom. sententiam, quam in libris sententiarum iunior docuerat, doctior factus in summa retractavit. Quæ solutio sustineri posset si sententia illã quando D. Thom. librum sententiarum scripsit damnata in Concilijs, & ab August. contra Semipelagianos reprobata non fuisset; cæterum cum illa sententia Pelagianismum saperet, vt expressè D. Tho. fatetur, ferendum non est Angelicum Præceptorẽ illã aliquando docuisse.

Reijcitur.

78 Ad 1. testimoniũ Resp. 1. Vndè ad primum testimonium dicatur loqui D. Thom. non de prima gratia auxiliante, sed de gratia habituali, ad quam homo se præparat per actus procedentes à libero arbitrio elevato per gratiam auxiliantem, vt D. Thom. de cui *locis* à nobis adductis. Nec refert D. Thom. loqui de primo prædestinationis effectu, qui est prima vocatio. Nam debet intelligi non de primo effectu simpliciter, sed de primo inter principales effectus prædestinationis qui sunt gratia, & gloria, inter quos primus effectus est habitualis gratia.

Oppones 1. Nec refert secundo: D. Thomam causam dispositivam in ordine ad primum effectum posuisse, vt salvaret prædestinationem esse rationalem, sic enim concludit corpus articuli: *Vndè patet, quod prædestinatio causam non habet, sed habet rationem*

Resp. ex parte effectus, *secundum quam* ratio & iusta dicitur; at respectu primi effectus simpliciter rationalis est, & iusta præstitutio: ergo datur ex parte nostra causam dispositiva primæ gratiæ auxiliantis. Respondetur namque: prædestinationem respectu primi effectus simpliciter esse rationalem ratione desumpta solum ex parte voluntatis liberæ Dei quia scilicèt voluit; vndè nullam ex parte nostri causam desiderat, respectu autem gloriæ est rationalis simpliciter ex parte nostra, quia merita in executione supponit, & respectu gratiæ habitualis est aliqualiter rationalis, ratione ex nobis desumpta, quatenus dispositiones supponit.

Oppones 2. Vel secundo respondeti potest admisso D. Thom. loqui de dispositionibus ad primam gratiam auxiliantem, tales dispositiones non esse mere naturales, sed supernaturales ab eadem gratia auxiliante procedentes in genere causę efficientis, & ad illam præsupositæ in genere causæ materialis; cum enim inter duo mutua possit exercen causalitas in diverso genere causæ, non mirum, quod actus à prima gratia auxiliante efficienter causari, ad illã recipiẽdã in genere causę dispositionis cõcurrãt.

79 Resp.

Ad secundum testimonium dicatur: sententiam illorum Doctorum, quam ibi Angelicus Doctor refert, & impugnat, dicentium ad rationem meriti requiri gratiã gratum facientem, & ab substantiam actus, gratiam gratis datam, non procedere de gratia gratis data fluida, & transeunte, sed de gratia gratis data habitu permanente: vndè quando necessitatem gratiæ, ad actus elicientiam impugnat, non excludit necessitatem gratiæ intrinsecè auxiliantis transeuntes, sed necessitatem gratię habitualis.

80 Ad 2. testimoni

Quod autem hęc sit mens illorum Auctorum, & mens D. Thom. constat manifestè: nam sententia hic relata, & impugnata, eadem est cum illa, quam refert, & impugnat Sanctus Doctor *in* 2. *dist.* 28. *quæst.* 1. *art.* 4. *in corpore*, ex quo loco tertium testimonium desumitur; at sententia, quam hic refert, & impugnat expressè loquitur de gratia pro dono habituali: ergo sententia Doctorum in secundo testimonio relata non procedit de gratia gratis data transeunte, sed de gratia gratis data habituali, nec D. Thom. necessitatem gratiæ intrinsecè auxiliantis transeuntes excludit, sed solum necessitatem gratiæ habitualis. Probo manifestè minorẽ: postquam enim D. Thom. *in corpore art.* expresse docuerat gratiã sumptam pro excitativo, & motivo voluntatis ad bonum necessariam esse, vt homo se ad gratiam

81 Solutionem el dementa D. Thom probã

Digitized by Google

disponat, hæc verba subiunxit: *Si autem accipitur gratia pro aliquo manere habituali animæ influxo, sic duplex est opinio: quidam enim dicunt, quod nullus potest se ad gratiam gratum facientem præparare, nisi per aliquod lumen menti infussum, quod est donum gratiæ gratis datæ.* Ecce vbi Auctores illi necessitatem doni habitualis exposcunt menti infusi, vt homo se præparet ad gratiam gratum facientem habendam, quam statim D. Thom. impugnat verbis adductis in *tertio testimonio*: ergo tam, in secundo, quam in tertio loco in contrarium adducto, sententia, quam reijcit, est de dono habituali requisito, vt homo se ad gratiam disponat.

Quod etiam exinde videtur suaderi: nam ratio, qua id probat Angelicus Doctor, scilicèt, quia aliàs daretur processus in infinitum, nempè si ad actum disponentem præsupponeretur lumen influxum, & ad lumen actus, solum convincit de dono habituali, actuale namque donum dispositiones ex parte subiecti non petit vt docet idem D. Thom. 1. 2. *quæstione* 109. *articulo tertio*; ergo sistendo in illo vitatur processus. Asserendum est ergo in secundo, & tertio testimonio quando ait Angelicus Doctor ab substantiam actus disponentis ad gratiam non requiri gratiam nisi *gratiæ* nomine liberum intelligamus arbitrium gratis concessum, non excludere gratiam actualis auxilij, sed doni habitualis; & nomine *liberi arbitrij* non vti contrapositiuè ad gratiam actualem, sed habitualem, quæ constituit naturam, & statum.

Sed oppones primo: nam D. Thom. in secundo testimonio, inde probat non requiri gratiam, quia aliàs in liberi arbitrij potestate non esset facere, quod in se est, per quod se ad gratiam disponit; *illud enim, ad quod non potest per se liberum arbitrium, in eius potestate non est*; at hæc ratio pari efficacia militat contra indigentiam gratiæ actualis auxilij, ac doni habitualis; ad neutrum enim valet liberum arbitrium per se: ergo vtriusque gratiæ necessitatem exclusit.

Secundo obijcies: nam Divus Thom. *in 3. testimonio* inde probat non exigi gratiam, vt homo se ad gratiam disponat, quia cum dispositio non sit ęquenda formæ, non est necessarium quod actus disponentes ad gratiam sint excedentes naturam, at hæc ratio pari efficacia excludit necessitatem doni actualis, ac habitualis; cum ad actus non excedentes naturę facultatem, nec actuale, nec habituale supernaturalis ordinis exigatur auxilium: ergo vt homo se ad gratiam disponat, nec actuale, nec habituale gratiæ donum requiritur.

Tertio: nam expresse docet Sanctus Doctor, quod sicut natura humana se habet in potentia materiali ad gratiam, ita actus virtutum acquisitarum se habent: vt dispositiones ad ipsam; at vt natura humana se habeat in potentia materiali ad gratiam, nec actuale, nec habituale donum exigitur: ergo vt actus virtutum acquisitarum se habeant, vt dispositiones, nec actuale, nec habituale gratiæ donum pro principio requirent. *Tertio.*

Respondeo ad primam ex his obiectionibus, concessa maiori, negando minorem: loquitur enim D. Thom. de libero arbitrio intra ordinem gratiæ, & ad illum elevato, in quo gratias auxiliantes intrinsecè habet receptas, vel extrinsecè oblatas: vndè licèt ad istā gratiā liberum arbitrium non valeat, valet tamen ad actum media gratia auxiliante eliciendum; si verò gratia habitualis necessaria esset, cum illa careret, & aliàs illam in se causare nō posset, non haberet actum in sua potestate. 85 *Ad 1. obiectionem resp.*

Ad secundam dicatur D. Thom. non asseruisse, quod actus disponentes ad gratiam non sint illi adæquandi absolutè, æqualitas enim quoad ordinē saltim, exigitur, sed dixit non esse illi æquandos, sicut meritum adæquatur cum præmio: vndè quando intulit non debere excedere naturam humanam, cum eodem addito est accipiendum, scilicèt sicut illam excedit actus meritorius, & hoc verum est: nam actus meritorius taliter excedit humanam naturam, quod petit illam elevatam esse ad aliam naturam per donum scilicèt gratiæ habitualis, quo fit homo divinæ naturæ consors, & particeps, quem excessum non habent actus tantum dispositivi, cum isti non petant humanam naturā ad altiorem naturam elevatam, sed tantum in supernaturali ordine constitutam per auxilia non constituentia naturam in ordine supernaturali. *Ad 2.*

Ad tertiam dicatur, ly *sicut* non dicere omnimodam paritatem sed aliquam, consistentem in eo quod, sicut natura humana se habet in potentia receptiua ad gratiam, ita actus virtutum adquisitarum se habent in potentia dispositiva remota tamen, quatenus possunt impetari per gratiam; & recipiendo in se perfectionem ex illa, induere rationem dispositionis remotæ ad gratiam habitualem: discrimen autem consistit in hoc, quod vt actus isti induant rationem dispositionis adhuc remotæ, indigent elevari per gratiam; vt autem natura exerceat rationem causæ recipientis non indiget elevari per 86 *Ad 3.*

per formam supernaturalem receptam: hæc namque, etsi naturam perficiat, & in ordine supernaturali constituat, non tamen eam constituit in ratione causæ receptivæ sui, sed illam constitutam supposita in genere causæ materialis causatur.

87 Vel secundo respondeti potest ad duo vltimam testimonia, D. Thom. loqui iuxta communem sententiam, tunc temporis asserentem actus virtutum infusarum esse quoad substantiam naturales, iuxta quam verum est *liberum arbitrium ex proprijs ad conversionem quæ ad substantiã valere*, & quod si ad illam requiritur gratia actualis auxilij, *non est in potestate hominis*, videlicet naturalis; & *quod se habet in potentia, vt sit dispositio ad gratiam, sicut natura humana in potentia receptiva* per hoc, quod substãtia actus induatur modo supernaturali, vt actus aliter ad gratiam disponat, non tamẽ negavit, quod egeret liberum arbitriũ gratia actualis auxilij dante modum supernaturalitatis, vt actus quoad substantiam naturales, & non excedentes facultatem naturæ fortiantur rationem dispositionis vltimæ ad gratiam. Pro qua solutione videatur Herice *disputatione citata, capitulo tertio*, & quidem cum D. Thom. in secundo testimonio loquatur de vltima dispositione ad gratiam habitualem, si omnem gratiæ necessitatem ad illam eliciendam excluderet, plusquam Semipelagiani libero arbitrio concederet; cum isti non dispositionem vltimam, sed remotam, & mediatam libero arbitrio ex proprijs attribuerent.

88 Secundo arguitur: causalitas dispositiva pertinet ad genus causæ materialis; at ad causandam materialiter gratiam non indiget natura supernaturali forma elevante: ergo nec ad causandam gratiam dispositivè; & consequentèr actus mere naturales poterunt exercere rationem dispositiones respectu primæ gratiæ auxiliantis. Maior cum consequentia tenet. Minor autem probatur: natura namque rationalis se ipsa absque forma supernaturali elevante recipit formas supernaturales, & ex eius potentia educuntur: ergo ad causandam materialiter gratiam forma supernaturalis elevans necessaria non est.

Confirm. Et confirmatur amplius: principalior est causalitas materiæ, aut subiecti in genere causæ materialis, causalitate dispositiva, sicut in genere causæ efficientis principalior est causalitas principij remoti quam proximi: ergo si illa potest in natura nuda absque omni forma elevante reperiri, dispositiva etiam actibus entitativè naturalibus aliqua forma elevante poterit venire.

Respondeo, concessa maiori distinguendo minorem: in causandam materialiter gratiam per modum subiecti recipientis, concedo minorem: in omnigenere causæ materialis, nego minorem, & consequentiam: ratio autem discriminis inter causam materialem per modum recipientis, & causam materialem disponentem, cur vna possit entitati naturali ratione sui competere, secus autem alia, habetur ex dictis: quia nempè causa materialis recipiens concurrit ratione potentiæ obedientialis præcisè per non repugnantiam ad recipiendam formam, dispositio autem positivè inclinando, & consequentèr positivè exigendo vel physicè, si physica sit, vel moralitèr si sit dispositio moralis, & quia non est de ratione entis supernaturalis excedere non repugnantiam naturæ, benè autem, quod excedat positivam naturæ exigentiam, consequens fit, quod possit entitas naturalis ratione sui esse in potentia receptiva, & causativa gratiæ, vt subiectum recipiens, secus verò vt disponens.

90 Ad confirmationem respondeo: verum esse antecedens ad summum, quando vtraque exercetur respectu formæ proportionatæ, secus autem quando forma est improportionata subiecto, & proportionata dispositioni: eo quod in tali casu subiectum causat solum, non repugnando, dispositio autem positivè exigendo. Nec paritas in probatione adducta efficit nobis, sed potius favet. Nam licet principium radicale sibi subordinans proximum principalius illo in genere causæ efficientis concurrat ad actum, quo contingit, quando vtrumque influit in actum proportionatum, principium autem remotum, à quo non profluit proximum, nec illi subordinatur, sed potius illud sibi subordinat elevando ad actum improportionatum remoto principio, & proximo proportionatum, principalius concurrit ad actum, quam principium remotum, vt in lumine gloriæ, & alijs habitibus supernaturalibus licet videre.

91 Tertio arguitur: non minus repugnat entis supernaturalitati contineri in potentia activa naturæ, quam in potentia illius dispositiva; at licet supernaturalitas actus excludat sui continentiam in facultate naturæ proximè activa, nõ tamen ei repugnat contineri in facultate naturæ activa mediatè, & remotè: vt enim cũ communi Thomistarum sententia docuimus.

Tomo primo, tractatu de visione Dei, disputatione 16. intellectus noster gaudet potentia activa remotè, & mediatè respectu visionis beatificæ, etsi non virtute proxima: ergo esto repugnet formæ supernaturali contineri in potentia proximè dispositiva naturæ, non tamen repugnabit illi contineri in potentia remotè dispositiva, & consequenter, quamvis actus naturales nequeant esse dispositiones proximæ ad gratiam, poterunt tamen ad illam remotè ad sponere, quod in nostra conclusione negamus.

92 Resp. Respondeo; aliud esse potentiam remotè dispositivam, & aliud dispositionem remotam, primum concedimus convenire naturæ, tùm quia potentia remotè elicitiva actuum supernaturalium dispositivè concurrentium est potentia remotè dispositiva; cum sit remotè causativa formæ disponentis formaliter. Tùm etiãnam actus virtutum adquisitarum habent potentiam remotè dispositivá quatenus, sunt elevabiles per modos supernaturales ratione quorum sortiũtur munus dispositionum in ordine ad gratiam, secundum autem negamus posse naturæ competere. Ratio autem discriminis inter potentiam activam remotam, & remotam spositionem est: nam potentia activa remota non influit ratione sui in actu, sed vt elevata per formam supernaturalem dantem vires proximè elicitivas: dispositio autem remota ratione sui causalitatem exercet in formam, quin ad illam exercendam elevetur per proximas dispositiones: licet namque istæ desiderentur, vt forma causetur, & ex potentia subiecti educatur, non tamen requiruntur vt elevantes remotas dispositiones, & ideò dispar est inter vtramque ratio.

93 4. Quarto arguitur: prima gratia auxilians supernaturalis indiget ex parte subiecti aliqua dispositione; at talis dispositio supernaturalis esse non potest, quia nec supernaturalis antecedens, alias daretur processus in infinitum, nec subsequens ad primam gratiam; cum hæc primam gratiam vt efficienter causantem, & consequenter vt existentem physicè necessario supponat: ergo dispositione naturali; & consequenter actus entitativè naturales dispositivè causant primum prædestinationis effectum. Maior probatur primo ex D. Thom. *supra quæstione* 12. *articulo* 5. vbi docet: *Omne quod elevatur ad aliquid excedens naturam oportere, vt præparetur aliqua dispositione*; at gratia prima auxilians excedit naturam subiecti: ergo, vt elevetur ad illam, dispositio aliqua debet præcedere. Secundo probatur: ideò namque gratia habitualis dispositiones petit, quia est forma supernaturalis: ergo cum prima gratia auxilians supernaturalis sit, dispositiones exigit ex parte subiecti.

Respondeo primo, negando maiorem. Ad cuius primam probationem dicatur, veram esse Divi Thomæ doctrinam, quando id, ad quod elevatur subiectum, se habet, vt terminus generationis, & forma in suo ordine completa; secus autem, quando id, ad quod elevatur, est via ad terminum, & quia gratia auxilians non se habet, vt terminus, sed vt via ad terminum: hinc est quod ad illam dispositio prę via non requiratur, benè tamẽ ad gratiam habitualem, quia habet rationem naturę terminantis generationem in ordine supernaturali. Per quod ad secundam probationem constat solutio desumpta ex D. Tho. 1. 2. *quæst.* 109. *artic.* 6. *ad* 3. & *quæst.* 1. 2. *art.* 2. *in corpore*. 94 *Resp.* 1.

Vel secundo responderi potest, prętermissa maiori, negando minorem: sicut enim plures ex Thomistis affirmant 1. 2. *quæstione* 113. *articulo octavo*, actus contritionis, & charitatis vltimo disponentes ad gratiam procedere ab illa, ita vt gratia quatenus ex parte agentis se tenet, sit principium talium actuum, & actus illi præcedant gratiam prout in passo receptam: ita similiter possumus in præsenti affirmare gratiam auxiliantem præcedere actum supernaturalem in genere causæ efficientis prout ex parte Dei moventis se tenent, & actum supernaturalem præcedere in genere causę materialis ex parte subiecti gratiam auxiliantem prout in passo receptam. 95 *Resp.* 2.

Oppones. Si dicas gratia auxilians, vt recepta in subiecto præcedit actum supernaturalem: ergo nequit gratiam auxiliantem prędcedere, vt in passo receptam; consequentia est bona. *Antecedens probatur primo*: præcedit, vt existens; non vt existens per se: ergo vt existens in subiecto; & consequenter, vt in illo recepta. *Secundo*, prędcedit vt principium illius, non vt *quod*: ergo vt *quo*; at non potest intelligi, vt principium *quo*, nisi intelligatur, vt actuans, & informans subiectum, neque vt informans intelligi potest, quin intelligatur, vt recepta: ergo necessario prędcedit, vt recepta in subiecto.

Respondeo, negando antecedens: ad primam probationem, concessa maiori, & minori, distinguo primum consequens; vt existens secundum habitudinem causæ formalis, concedo consequentiam: secundam habitudinem effectus in genere causę materialis recipientis, nego con-

96 *Resp. ad 1. probationẽ antecedẽtis*

consequentiam: & secundam, quæ sub in-
fertur. Ex quo ad secundam probatio-
nem constat solutio. Itaque forma super-
naturalis dupl[icem] habitudinem dicit ad
subiectum, al[iam] ad formæ informantis, al[iam]
terami[am] in genere causæ materialis,
& licet vtra[que] fit inseparabilis pro initā
ti in quo, non autem vtraque debet exerce
ri pro omni priori a quo dicimus ergo, pro
priori ad actum supernaturalem dispo-
nentem exercere munus formæ, non ef-
fectus materialis, & sub tali munere con-
stituere potentiam proximè elicitivam
actus disponentis ad causandam gratiam,
vt pro alio posteriori in subiecto recipien-
dam, & in genere causæ materialis causan
dam. Sed de his fusius dum de iustificatio-
ne tractemus, vbi huius solutionis veritate
m examinabimus.

97 Quinto arg. Quinto arguitur dispositio naturalis non exigens ad intrinseco gratiam, sed ex parte subiecti a gratia petita, perfectioni gratiæ non derogat: ergo ne ad minus erit constituenda. Probatur antecedens primo: nam gratia, absque detrimento propriæ excellentiæ petit aliquid naturale, petit enim pro subiecto sui intellectualem naturam: ergo quod petat dispositionem aliquam naturalem, dummodo hæc cum gratia non connectatur illam exigendo, excellentiæ gratiæ non derogat. Secundo, species, quibus fidelis vtitur ad assentiendum revelatis per fidem, non tam infusæ sed naturales, & tamen postulantur a fide ex parte subiecti, tanquam dispositiones ad illam, melius enim dispositus est homo habens species credendorum, quam carens illis: ergo dispositio naturalis a forma supernaturali petita, illam tamen non petens, perfectioni gratiæ non officit. Denique à priori probatur: non enim opponitur gratiæ, postulare naturam sed postulari ab illa; cum de illius ratione tantummodo sit naturæ exigentiam excedere, nō verò, quod natura, illius exigentiam excedat: ergo quod detur in natura dispositio exacta à gratia, gratiam tamen non exigens, excellentiæ gratiæ non derogat.

Antecedens probatur 1. Secundo. Tertio.

98 Resp. 1. Respondeo primo, negando suppositum, scilicet dabilis sit dispositio, quæ verè dispositionis munus exerceat, & non postulet proximè, vel remotè formā ad quā disponit ob rationem discriminis traditā *solut. ad 2.* inter causam materialē per modum subiecti, & causam materialem dispositivam. Et ex eadem ratione discriminis constat ad primam antecedentis probationem quatenus obstare posset negationi suppositi: etenim rationalis natura postulatur à gratia per modum subiecti, quod scilicet dabilis sit dispositio naturalis, quæ verè dispositionis munus exerceat, & non postulet proximè, vel remotè formam ad quam disponit ob rationem discriminis traditam *solut. ad 2.* inter causam materialem per modum subiecti, & causam materialem dispositivam. Et ex eadem ratione discriminis constat ad primam antecedentis probationem quatenus obstare posset negationi suppositi: etenim rationalis natura postulatur à gratia per modum subiecti, quod scilicet dabilis sit dispositio naturalis, quæ verè dispositionis munus exerceat, & non postulet proximè, vel remotè formam ad quam disponit, non tamen postulatur ab illa per modum exigentis, & connexi, sed per modum non repugnantis, & non exigentis, quod sufficit ad gratiam non deroganda. Ad 1. pro-
batio-
nem ante-
cedentis.

Ad 1. Ad primum igitur antecedentis probationem, negando consequentiam, & ad probationem eius, negando primum antecedens, & ad probationem eius, negando primum antecedens, & ad probationem eius, negando primum antecedens

innititur gratiæ : ergo impetratio nullum inducit debitum, & consequentèr actibus naturalibus respectu primæ gratiæ vis impetratoria competere poterit. Patet consequentia: gratiæ enim tantum opponitur esse debitam naturæ: ergo si impetratio debitum non inducit, non derogabit excellentię gratiæ cadere sub naturæ impetratione.

101 *Tertio.* Tertio probatur eadem minor: quod datur intuitu impetrationis omninò liberalitèr datur, vt constat: tùm ex verbis adductis D. Thom. Tùm etiam indivitè erogante eleemosinam pauperi, qui licet ab eius præcibus moveatur, omninò liberalitèr eleemosinam præbet: ergo quod gratia intuitu operis naturalis, vt impetratorij conferatur, illius dignitati nō derogat.

Quarto. Denique, quod enim Deus cognita nostra miseria ab illa ad gratiam elargiendā moveatur, non obstat conditioni gratiæ: ergo quod moveatur à præcibus nostris ad gratiam largiendam, illius dignitati non derogat.

102 *Prima solutio.* Huic argumento varie respondetur à Theologis. Quidam absolutè concedunt actus mere naturales habere, vim impetratoriam primę gratiæ auxiliantis ob rationes probativas minoris, quia scilicèt impetratio debitum non inducit, sed efficatiam habet ex liberalitate Divina, sola autem conditio debiti derogat gratiæ. Ita Magister Soto *lib. 7. de natura, & gratia, cap. 3.* & noster Rafael de la Torre 2. 2. *q. 83. art. 16. disp. 6. assert. 1.* suppositio, quod detur oratio mere naturalis vndequaque honesta.

103 *Reijcitur 1.* Cæterum contra hanc solutionem facit in primis: opus de facto primam gratiam auxiliantem impetrans esse salutare, ideſt ad salutem conducens, & illud elicitem à non eliciente discernere; at iuxta Concilia, Scripturam, & Patres ad omne opus salutare indigemus Divinæ gratiæ auxilio, omnisque in ordine ad salutem discretio habetur per gratiam, aliàs de aliquo ad salutem proficuo adversus alterum gloriari possemus, tanquam de nostro, contra Paulum vbi *supra* relatum: ergo sine gratia non possumus aliquid super naturale impetrare; & consequentèr prima gratia sub impetratione operum naturalium cadere nequit.

104 *Secundo.* Facit secundo: quod si in naturæ operibus vis impetratoria primæ gratię inveniatur, dabitur in illis causa, & occasio, & aliquale salutis initium, quod, & nihil aliud plures ex Semipelagianis docuere, & tamen à Concilijs damnantur.

Tertio. Facit tertio D. Thom. 2. 2. *quæst. 83. art. 15. ad 1.* illis verbis: *Et tamen oratio, quæ impetrat gratiam gratum facientem, procedit ex aliqua gratia.* Et *solutione ad 3.* illis verbis: *Dicendum, quod oratio innititur principalitèr fidei, non quantum ad efficatiam merendi, sed quantum ad efficatiam impetrandi*: ergo ex mente D. Thom. oratio, vt sit impetratoria ex Divinæ gratiæ auxilio procedere debet, fidemque supponere, & consequentèr primam gratiam auxiliantem impetrare non potest; cum illam supponat.

105 *Secunda aliorum solutio.* Secundo alij respondent, meritum congruum ab impetratione distinctum non esse; vndè sicut meritum congruum operum puræ naturæ, debitum inducit conditioni gratiæ repugnans, ita vis impetratoria competens naturæ operibus cum dignitate gratiæ in comparitur. Cæterum contra hanc solutionem obstat in primis D. Tho. 1. 2. *quæstione 114. articulo nono ad primum*, vbi concedit donum perseverantiæ cadere sub impetratione, & negat sub merito cadere.

Contra 1.

Secundo. Secundo obstat idem D. Thom. 2. 2. *quæstione 83. articulo 16.* vbi concedit peccatores petendo aliquid à Deo impetrare, cum tamen 1. 2. *quæstione 14. articulo 5.* omne meritum neget peccatoribus respectu primæ gratiæ. Et in eadem 2. 2. *quæstione 83. articulo 15. ad tertium*, distinguens in oratione vim meritoriam ab impetratoria ait: secundum efficatiam meritì Charitati inniti, & quantum ad impetrationem inniti principalitèr fidei. Et *articulo decimosexto solutione ad secundum*, expresse fatetur meritum inniti iustitiæ, impetrationem verò inniti gratiæ: ergo ex mente D. Thom. non sunt idem formalitèr meritum congruum, & impetratio.

Tertio. Tertio: nàm D. Thom. *in quarto, distinct. 45. quæstione tertia, articulo 3. ad quartum*, affirmat Beatos, etsi non sint in statu merendi, esse tamen in statu impetrandi: ergo meritum ab impetratione distinguitur.

106 *Tertiorej pōdētalij impugnatur 1.* Tertio alij respondent: primam gratiam esse supra impetrationem operum naturalium secundum providentiam præsentem, secundum, quam omne opus salutare à divina gratia procedit, hoc testantibus Concilijs, & Ecclesiæ Patribus, at secundum alium providentiæ ordinem posibilem potuisse cadere sub impetratione naturæ ob rationes, quibus minorem argumenti probavimus. Sed contra hāc solutionem obstat primo, quod semel concessa operibus naturæ vi impetrativa supernaturalium donorum, non videtur consonum divinæ bonitati, ac suavitati providentiæ suæ, numquam ab illorū bonitate ad suam gratiam largiendam moveri: ergo illa concessa, asserendū videtur,

Digitized by Google

tur, etiam secundum præsentem providentiam cadere primam gratiam sub impetratione.

107 Secundo vim meriti supernaturalium donorum, fatemur etiam secundum providentiam præsentem sub illorum merito cadere; vnde vt hoc negamus, denegamus illis vim sufficientem meritoriam respectu supernaturaliū: ergo pariter de impetratione est dicendum. Deniquenam iuxta Auctore huius solutionis, non magis opponitur gratiæ dari intuitu impetrationis naturalis, quā intuitu nostræ miseriæ; at quia sic dari non opponitur conditioni gratiæ, nemo negabit Deum à nostra miseria moveri ad gratiam distribuendam, imò suprema omnium gratiarū, Verbū scilicèt incarnatum, dedit hominibus motus à miseria peccati: ergo pariter, si conditioni gratiæ non obstat dari intuitu impetrationis naturæ, dabitur sic multoties secundum providentiam præsentem.

Secundo

Tertio.

108 Missis igitur his respondendi modis, ad argumentum factum respondeo concessa maiori, negando minorem. Ad primam probationem dicatur D. Tho. loqui de desiderio naturæ, non nudè, sed eleuatæ per gratiam auxiliantem, & in fide fundato, vt cōstat ex testimonijs adductis cōtra primam solutionem, tale autem desiderium, etsi naturæ sit, non tamen est naturale, sed supernaturale. Ad secundā dicatur, impetrationē inniti gratiæ largiētis quoad efficaciam, & infallibilitatem cōsequutionis doni postulati, non autem quoad sufficiētiam, sed supponitur aliqua proportione gaudere cum re postulata, vt constabit ex solutione ad tertiam probationem.

Vera vltimi argumenti solutio.

Ad 1. minoris probationem.

Ad 2.

109 Ad quam respondeatur, impetrationem posse dupliciter movere, primo, vt conditio solum innotescendi miseriam, & indigentiam postulantis, & quando ita concurrit, quod intuitu illius datur, omnino liberaliter datur: secundo modo potest movere ratione propriæ honestatis, & quando sic movet, etsi non tollat rationem liberalitatis, tollit tamen rationem doni omninò liberalis, quia licet non inducat debitum iustitiæ, vt meritum condignum, nec gratitudinis, quæ est pars iustitiæ potentialis, vt meritum congruum, quod movet, quia fit in obsequium aliquale præmiantis, inducit tamen debitum cōducentiæ, & id circo tollit à re douata rationē doni omninò liberalis, quod petit dari non ratione alicuius extrinseci moventis, sed omninò ab intrinseco.

Ad 3.

110 Ad vltimam probationem, concesso antecedenti, distinguo consequens: si præces concurrant, vt conditio tantum innotescendi propriam miseriam, & indigentiam, concedo consequentiam; si vt motiva concurrant ratione propriæ honestatis, nego consequentiam, ratio autem discriminis est; nam quando primo modo concurrunt, nihil extrinsecum debitum inducens, ad gratiam largiendam constituitur, sed solum obiectum misericordiæ, quod est aliena miseria, & ideò donum datur omninò liberaliter; quando autem præces movent ratione propriæ honestatis, non omninò ab intrinseco movetur dans gratiam, sed ab aliquo potenti oneroto, & ideò non omninò liberaliter donat; quo circa communiter dicitur; *caro emi, quod petitur.*

Ad 4.

Si autem rationem à priori inquiras, cur scilicèt impetratio donorum supernaturalium nequeat operibus naturæ competere. Respondeo esse duplicem. Prima, quia inducit aliquale debitum, dona autem supernaturalia omne debitum naturæ excedunt. Secunda, quia licet inter impetrationem, & rem impetratam non requiratur tanta proportio, quanta inter meritum congruum, & præmium, ad hoc enim requiritur proportio amicabilis; & consequenter, quod à persona grata procedat; quo circa in peccatore à D. Thom. non admittitur meritum congruum respectu Dei, aliqua tamen proportio requiritur inter opus impetrans, & donum impetratum: vnde, vt inquit D. Thom. 2. 2. quæst. 83. art. 15. ad 3. *Meritum quoad efficaciam merendi charitati innititur principaliter, impetratio autem fidei*; quia ergo inter opus naturale, & donum supernaturale, proportio non est: consequens fit, quod nequeat operibus naturæ efficatia impetrandi dona supernaturalia competere.

111 *Impetratio donorū supernaturalium non competit operibus naturæ.*

§ VI.

Reijcitur sententia Molinæ.

PAter Molina in concordia *disp.* 10. etsi à Pelagio, & Semipelagianis discesserit, negando naturæ operibus vim meritoriam de condigno, & de congruo respectu primæ gratiæ auxiliantis, asserit tamen quotiescumque liberum arbitrium ex suis viribus naturalibus conatur, præstò vè est ad conandum totum id, quod ex se potest, tàm circa fidei credenda, quàm circa dolorem de peccatis, conferri à Deo gratiam prævenientem, auxilia vè, quibus id faciat sicuti ad salutem oportet, non quia suo conatu præstita promereatur auxilia, sed quoniam id no-

112

Digitized by Google

nobis suis meritis Christus obtinuit, nempè, vt Deus ita tueret libero arbitrio ex proprijs ad bonum conanti adesse gratia prævenienti: vndè axioma Theologorum commune, *facienti quod in se est Deus non denegat gratiam*, de faciente quod in se est ex viribus naturæ intellexit; & consequenter cum naturali cōnatu gratiam auxiliantem non ex natura rei, sed ex divina lege annexam cōstituisse videtur.

113 *Prima explicatio sententiæ Molinæ.*

Sententiam istam Molinæ varijs modis explicarunt societatis Doctores Herice *disp. 27. cap. 2.* illam explicat non intensu prævio conatus ad gratiam sufficientem, sed in sensu concomitanti, id est non ita quod liberum arbitrium facere quod est in se præcedat, & gratia sequatur, sed ita, quod homini facienti quod potest per vires arbitrij gratia Dei sufficiens assistat.

114 *Secunda.*

Secundo alij non de gratia sufficienti, sed de gratia efficaci intelligunt, & explicant sententiā Molinæ, non tamen in sensu prævio conatus ad gratiā, sed è cōtra, in sensu prævio gratiæ efficacis supernaturalis respectu naturalis cōnatus, id est, quod semper atque homo per liberū arbitriū facit totum, quod potest, adest illi gratia divina efficax, vt efficiat opus salutare, vel efficiendo opus naturale intrinsecè, extrinsecè tamen supernaturale, denominatione sumpta à gratia supernaturali, vel efficiendo solum opus supernaturale intrinsecè, vel tandem, quod verius iudicat, eliciendo simul actum naturalem, & supernaturalem circa idem obiectum, ita vt in potestate arbitrij cogitatione naturali, & supernaturali circa idem obiectum suppositis, non sit vnum actum sine altero elicere, & ab illo dividere. Ita Ripalda de ente supernaturali *disp. 20.* vbi per plures sectiones vlq; ad causā sētētiā istā prosequitur.

115 *Tertia.*

Tertio alij explicant dictam sententiam in sensu prævio operis naturalis ad gratiam, & subsequenti gratiæ ad opus naturale, ita vt liberum arbitrium facere, quod ex se potest per vires naturales præcedat, & Deus ex lege inita cum Christo ob merita illius, gratiā auxiliantē ad opus supernaturale ad iustificationē disponens hominī, sic operanti infallibiliter præstet, non quia liberum arbitrium facit totum quod potest, vt per hoc Semipelagianus error vitetur, sed facienti totum, quod potest absque aliqua causalitate morali operis naturalis in gratiam. Ita Herice *disp. citata cap. 5.* explicat prædictum axioma non de mente Molinæ, sed de mente plurium antiquorum, quos refert, in quorum gratiam addit posse concedit opus bonum naturale præcedens exercere causalitatem dispositivam physicam in gratiam subsequentem, quatenus melius dispositus est ad gratiam recipiendam homo faciens, quod potest ex viribus propriis, quam non faciens, sed pluribus irretitus peccatis: sicut natura humana est capax gratiæ physicè, cuius tamen capax non est natura equina: vndè sicut potest concedi Deū dare homini gratiā, & nō equo, quia ille est capax gratiæ, non autē equus quin per hoc derogetur excellentiæ gratiæ, ita concedi potest homini sic facienti, Deum gratiam dare, quia facit, sy *quia* non dicente causalitatē moralē opus in gratiam, sed physicam. Dicendū tamen est, & sit tertia conclusio: nullo ex prædictis modis explicatum prędictum axioma verum tenere, sed intelligendū esse, de faciente quod in se est ex viribus gratiæ. Ita præter omnes discipulos D. Thom. in præsenti, & 1. 2. *quæst. 109. & quæst. 112.* & Magistrum Alvarez. *lib. 6. de auxilij, disp. 56.* tenent ex Patribus societatis Vazquez *disp. 91. cap. 14* Suarez, *lib. 3. de auxilijs, cap. 2. num. 3. & lib. 2. de prædestinatione, cap. 6. 7. & 18.* Granados *controversia 8. de gratia, tractatu sexto, disputa primera, numero cinquenta y ocho* Alarcon *tractatu quarto, disputat. tertia cap. secundo*, & Meratius.

116 *Tertia conclusio, & vera axiomatis explicatio.*

Et quidem primum modum dicendi non esse de mente Molinæ ex eo manifestè convincitur: etenim Molina discrimen constituit quoad infallibilem assistentiam gratiæ inter facientem totum, quod potest ex viribus liberi arbitrij, & non facientem totum, quod potest; at in assistentia infallibilis gratiæ sufficientis nullum recognoscit discrimen; cum nulli hominī quantumcumque indurato etiam in sylvis nutrito, ad cuius notitiā prędicatio Euangelij non venit, Deum gratiam sufficientē negare constanter fateatur, in eadē disputatione §. *semper tamen vera*; ergo intelligentia prædicta menti Molinæ adversatur. An autem nulli hominum negetur à Deo auxilium supernaturale sufficiens Agentes de reprobatione videbimus.

117 *Prima explicatio Molinæ impugnatur.*

Quod etiam secundus modus dicendi menti Molinæ congruere minimè possit, hoc argumento convincitur: etenim in secundo modo dicendi nullum est opus naturale honestum, quod salutare non sit; at iuxta Molinam in concordia *disp. 5.* plura opera bona moralia eliciuntur ab homine lapso cum solo generali concursu: quæ *disp. 6.* expresse fatetur nullatenus ad salutem conducere sivè meritorie, sivè dispositivè remotè: ergo secundus modus explicandi prædictam sententiam Molinæ menti adversatur.

Secunda reijcitur.

Quidquid tamen sit de mente Molinæ, modus ille dicendi reijcitur primo ex sup-

118

Sententia Molinæ reiicitur

suppositione naturalis cogitationis honestæ non est infallibilis assistentia cogitationis supernaturalis circa idem obiectum: ergo nec assistentia gratiæ efficacis præuenientis operanti bene moraliter. Consequentia est bona: data enim cogitatione honesta naturali potest homo operari bene moraliter, & negata cogitatione supernaturali non operabitur bene supernaturaliter: ergo si assistentia cogitationis supernaturalis non est infallibilis ex suppositione cogitationis honestæ naturalis, non erit infallibilis assistentia gratiæ efficacis præuenientis operanti bene moraliter ex motivo naturali. Antecedens autē probatur; assistentia cogitationis supernaturalis non est absolutè infallibilis ratione alicuius legis obtentæ ex meritis Christi; cum multoties homo capax vsus rationis supernaturali honesta cogitatione non tangatur: ergo nec est infallibilis ex suppositione cogitationis naturalis honestę habitę ex occursu, & concursu naturalium causarum. Patet consequentia: si namque ex elevatione hominis ad finem supernaturalem, & suppositione Christi Redemptoris, & meritorum eius non est fundamentum, vt adstruatur lex obtenta ex meritis Christi de assistentia cogitationis supernaturalis honestæ, quod fundamentum erit ad asserēdam legem, ex meritis Christi mediatoris obtentam de assistentia infallibili cogitationis supernaturalis ex suppositione cogitationis naturalis honestæ de aliquo obiecto.

Respondet.

Dices rationem discrimnis esse, quia data cogitatione naturali honesta, homo est potens proximè completè ad operandum bene moraliter, & ratione elevationis ad finem supernaturalem, fit congruum, vt ex meritis Christi constituatur potens proximè ad operandum bene supernaturaliter, & proficue ad salutem, ad quam elevatus existit, quæ congruentia non militat, non insurgente cogitatione honesta circa obiectum bonum.

Contra.

Sed contra, adhuc data elevatione non ponitur sufficiens congruentia, vt adstruatur lex infallibilis ex meritis Christi de assistentia continua cogitationis supernaturalis, qua homo semper fit potens proximè ad operandum opus ad salutem proficuum: ergo nec ad asserendam legem infallibilem de assistentia cogitationis supernaturalis, qua potens completè reddatur ad opus proficuum ex suppositione potentiæ completæ ad opus naturale honestum ad salutem inutile.

Respo.

Dices fortasse, Christum suis meritis obtinuisse, vt quidquid boni ageremus nobis ad salutem conduceret elevatione supposita, & congruentia existente de sumpta, quæ non potest fieri, nisi detur cogitatio honesta naturalis, sit assistentia infallibilis assistentia cogitationis supernaturalis circa idem obiectum. Sed contra suppositio elevationis, & decretum de Christo Redemptore non est fundamentum ad asserendam cogitationem honestam pro omni instanti, vt semper homo possit vndequaque completè supernaturaliter bene operari: ergo nec ad asserendam legem Dei de infallibili assistentia cogitationis supernaturalis vt benè supernaturaliter operetur, ex suppositione, quod bene operetur.

Secundo reiicitur modus ille dicendi: nam dato, quod assistentia cogitationis supernaturalis sit infallibilis ex suppositione naturalis cogitationis honestę, adhuc non sequitur, quod semper atque bene moraliter operatur, operetur bene supernaturaliter: ergo adhuc illo admisso non est infallibilis assistentia gratiæ efficacis operāti bene moraliter. Probo antecedens: si cogitatio supernaturalis excitata non esset, posset homo operari bene moraliter, quin operaretur bene supernaturaliter, quia simultanea præscientia cogitationis supernaturalis, hanc potentiam non tollit: ergo adhuc illa suppositā potest homo operari bene moraliter, & non supernaturaliter.

Respo.

Dices, assistentiam cogitationis supernaturalis non tollere homini cogitatione honesta naturali prævento potentiam operandi bene moraliter; tollere tamen potētiam operandi bene moraliter divisive ab operando bene supernaturaliter. Sed contra, cogitatio supernaturalis non necessitat hominem ad operandum bene supernaturaliter absolutè: ergo nec ad operandum bene supernaturaliter ex suppositione, quod operetur bene naturaliter; & consequenter non tollet potēriam ad operandum bene naturaliter divisivè à bona operatione supernaturali. Antecedens est certum, secunda consequentia ex prima evidenter colligitur. Prima autem consequentia probatur: ratio namque, cur non necessitat ad opus supernaturale absolutè, est quia cum illo necessariam connexionem non habet; at tali connexione nō gaudet, etiam ex suppositione, quod voluntas operetur bene moraliter ex motivo naturali: ergo adhuc ex tali suppositione non necessitabit ad operandum bene supernaturaliter.

Tertio reiicitur nam in infidelibus negativis aliqua bona opera vndequaque honesta negare non possumus; cum in privative infidelibus esse concedenda absque controversia sit certum, nec in Theologia totum asserere omnia infidelium opera esse

esse peccata; at isti non eliciunt opus bonũ honestum supernaturale: ergo non est infallibilis assistentia gratiæ efficacis supernaturalis operãti bonè moraliter honestate naturali. Probo minorem primo ex D. Thom. *in 7. dist. 41. art. 1. ad 2.* vbi docet, quod sicut sine directione rationis naturalis nullum opus bonũ naturale efficitur, ita sine fidei directione nihil potest fieri ordinatum ad finem supernaturalem; at infidelibus negativis, fidei directio non adest; alias in fideles negativi non essent: ergo nullum opus supernaturale efficere valẽt.

Minor prob. 1.

124 *Secundo.* Secundo probatur minor: nam iuxta Tridentinum *sess. 6. cap. 8.* idcò per fidem iustificari dicimur, quia fides est humanæ salutis initium; & radix omnis iustificationis, & *cap. 5.* iam definiens iustificationis exordium sumi à vocatione Dei, quã vocationem *cap. 6* declarat, his verbis: *Disponuntur ad ipsam iustitiam, dum excitati divina gratia, & adiuti fidem ex auditu concipientes libere mouentur in Deum*; at si infideles negativi aliquod opus bonum supernaturale efficerent, primum initium, & fundamentum nostræ iustificationis fides non esset; cum tale opus à fidei lumine, & illius illustratione destitutis elicitum fidem anteverteret, & ad iustificationem remote disponeret: ergo negativi infideles nullum opus supernaturale eliciunt. Quod argumentum fusius prosequemur, dum tractemus, an aliquando Deus neget hominibus supernaturale auxilium sufficiens.

125 *Vltimo reijcitur ex Aug. primo.* Denique reijcitur ex Augustino *lib. 3. Hipognosticom cap. 4.* illis verbis: *Esse fatemur liberum arbitrium omnibus hominibus habens quidem iudicium rationis, nõ per quod sit idoneum, quæ ad Deum pertinent sine Deo, aut inchoare, aut certè per agere, sed tantum in operibus vitæ præsentis, tàm bonis, quàm etiã malis, bonis dico quæ de bono naturæ oriuntur, id est velle laborare, &c.* At si omne opus bonum esset ad salutem præficuum ex assistẽtia gratiæ efficacis, distinctio Augustini inter bona, quæ pertinent ad Deum, & bona huius vitæ locum non teneret, sed omne opus ad Deum pertineret; siquidem ad salutem disponeret: ergo contra Augustinum asseritur assistentia infallibilis gratiæ efficacis reddens omne opus honestum ad salutem proficuum.

Secundo. Secundo, & expræsius induco Augustinum *lib. de spiritu, & littera, cap. 27. & 28.* illis verbis: *Ad salutem æternam nihil prosunt impio aliqua bona opera sine quibus difficilime vita cuiuslibet pessimi hominis inuenitur*: ergo ex mente Augustini dantur in hominibus impijs bona opera honesta honestate naturali, ad salutem non conducẽtia; & consequenter falso, & contra Augustinum adstruitur lex infallibilis de assistẽtia gratiæ efficacis reddentis salutare quod libèt bonum opus honestum honestate naturali.

126 *Tertius modus explicandi sententiã Molinæ reijcitur primo.* Denique tertius modus explicandi sententiam Molinæ reijcitur primo ex Concilio Arausicano 2. *can. 6.* illis verbis: *Si quis dixerit sine gratia Dei credentibus, volentibus desiderantibus, conantibus, laborantibus, vigilantibus, studentibus, petentibus, quærentibus, pulsantibus nobis misericordiam Dei conferri, non autem diuinitus, vt credamus, velimus, vel hæc omnia, vt oportet, agere valeamus, per infusionem Spiritus Sancti in nobis fieri confiteri, resistit Apostolo, &c.* Ex quibus verbis tale argumentum cõficitur: Concilium enumerat omnia bona opera naturalia, quibus contraria sententia adiũgere potest infallibilem primæ gratiæ assistentiam; & tamen damnat, vt contradicentes Apostolo illos, qui asserverint talia facientibus adiungi misericordiam Dei: ergo asserere homini facienti totum, quod ex se potest, infallibilitèr gratiam adiungi diffinitioni positæ contrarium videtur.

127 *Resp.* Dices Concilium damnare eos, qui asserverint conantibus, vigilãtibus, &c. quia hæc faciunt, misericordiam, & divinam gratiam conferri, non tamen illos, qui etsi adiungant misericordiam facienti totum quod potest, non tamen adiungunt facienti, quia facit, sed omnem moralem causalitatem meritoriam, seu dispositivam à naturæ operibus in gratiam excludunt.

Cõtra 1. Sed contra primo: nam Concilium dãnat asserentes adiungi misericordiam conantibus, nulla causalitate explicata conatus in gratiam: ergo non solum damnat annectentes gratiam operi naturali cum causalitate, sed etiam connectentes illam operi naturali infallibilitèr absque causalitate.

128 *Secund.o* Secundo, nam si semel datur locus huic interpretationi, sequitur posse impune affirmari opera naturalia esse occasionem, & ansam, vt Deus suam conferat gratiam; consequens est falsum; nam plures ex Semipelagianis hoc tantum docuerat, quo non obstante à Concilijs, & communi Patrum doctrina damnantur: ergo tradita interpretatio verbis Concilij adaptari nequit. Probo sequelam: si namque non obstante, quod Concilium asserat, gratiam no adiungi naturalibus conatibus, explicatur de annexione gratiæ cũ causalitate conatus in gratiã, nõ tamẽ ita vt excludat absolutã annexionẽ, poterit explicari talitèr, quod excludat causalitatẽ meritoriã condignã, aut congruam conatus in gratiam, non tamen causalitatem antæ, seu occasionis, vt Deus conferat gratiam, asserendo

primam salitatem repugnare cum cō-
ditione gratiæ, secus autem secundam.

129 Secundo rejicitur, nullum opus salutare, discernens hominem in ordine ad spiritualem salutem, illamque initiās, ponens Concilia, scripturam, & Patres effici ab homine absque auxilio gratiæ; at constituta huiusmodi lege, de annectenda infallibiliter prima gratia auxiliante; consequentèr ad conatus naturales posset homo efficere absque divinæ gratiæ adiutorio opus aliquod salutare, illumque discernens ab alio in ordine ad spiritualem salutem, illamque initians: ergo talis lex concedenda non est. Probo minorem: ista lege suppositā, opus naturale ad salutem conduceret: ergo esset salutare: itē eliciēs tale opus poneret aliquid, adquod adiungeretur infallibiliter gratia, quod non eliciens non poneret: ergo se discerneret in ordine ad gratiam, à non eliciente. Itē tali opere posito, infallibiliter ad esset gratia, qua se ad salutem spiritualem disponeret: ergo esset salutis spiritualis initium; & tamē hoc opus eliceretur ab homine absque divino gratiæ adiutorio: ergo absque illo se ab alio discerneret in ordine ad spiritualem salutem, opus salutare efficeret, & illam initiaret.

130 Confirmatur primo: circumcisio namque, ad cuius prætentiam Deus in antiqua lege gratiam conferebat, non causabat gratiam physicè nec moraliter in sententia pluritū Theologorum; & tamen negabit circumcisionem eis, quibus applicabatur fuisse salutarem, & ad illorū salutem contulisse, quia circūcisione posita Deus gratiam adiungebat: ergo quāvis conatus boni naturales primam gratiā non cauterent si tamen illis positis Dei misericordia adiungatur, tales conatus erunt salutares; & consequentèr homo ex proprijs viribus illos eliciens, efficiet sine adiutorio gratiæ opus ad salutem proficuū.

131 Confirmatur secūdo: asserere ex meritis Christi esse legem statuta de adiungenda maiori, seu intensiori gratia auxiliante iuxta maiorem, vel minorem intensionē naturalis conatus, est prorsus chimerichū, & absque fundamento somniatum: ergo asserere esse legem statutam ex meritis Christi de adiungenda gratia auxiliāte conanti quantum potest ex propri js viribus, omni prorsus fundamento caret.

Confir. 3. Denique confirmatur: non datur lex statuta ex meritis Christi de adiungenda gratia iustificante homini facienti, quod potest ex viribus proprijs, etiam negata cautelitate operis naturalis in gratiam iustificantem: ergo nec de infallibiliter adiungenda prima gratia auxiliante, etiam negata cautelitate operis naturalis initia-

Tertio rejicitur: lex ista est adiungēda gratia sufficienti supernaturali cuivis operi naturali honesto, vel nō operi, sed quibusda operibus, seu generosis cōnatibus; neutrū potest dici: ergo nec prædicta lex est cōstitutiua. Minor pro prima parte cōstat primo ex Molina disp. cit. vbi tolū conanti, & quod est in se facienti erga fide credenda, & dolorem de peccatis adiūgit ex lege Dei infallibilem assistentiam gratiæ auxiliantis. Constat secundo: nō enim est lex de adiungenda gratia ad alium actū elicienti vnum supernaturalem circa materiam alicuius virtutis; & tamen actus supernaturalis perfectior est actu naturali: ergo absque fundamento statuitur lex infallibilis de adiungenda gratia supernaturali ad actum supernaturalem honestum, elicienti actum naturalem circa aliquod obiectum.

Pro secunda etiam parte probatur primo: quia asserere ex meritis Christi, elevatione suppositā, esse infallibiliter anexam gratiam ad supernaturalem actum erga vnam materiam conanti quantum ex se potest ad illam, & non esse eandem legem de assistentia infallibili gratiæ ad actum supernaturalem erga aliam materiam conanti quantum ex se potest, vt actum erga illa meliciat, est volūtarium omninò, nec aliqua vel apparenti ratione discriminis potest suaderi: ergo negata lege vniversali, negari etiam debet lex de adiungēda gratia infallibiliter his conatibus, aut bonis operibus præ alijs.

Secundo: nam quod hæc lex statuatur de adiungenda gratia conanti erga fide credenda, & non erga alia, vt contendit Molina, vel servanti totam legem naturæ toto illo tempore, quo est possibile in homine lapso per proprias vires, non verò pro brevioritempore illam servanti, vt arbitratur Herice, arguit Deum in largiendā gratia moraliter à bonitate actus honesti naturalis moveri; at hoc est vt Semipelagianum vitandum: ergo lex ista de assistentia peculiari gratiæ vni operi, & non alteri admittenda nō est. Probo maiorem: lege ista, sic statuta vt Deus illam adimpleret, deberet ad opus attendere, an sit talis bonitatis, taliſque perfectionis, qualis pro conditione legis est posita, vt si talis sit, gratiam auxiliantem impendat infallibiliter, si autem tali bonitate non gaudeat, non teneatur ex lege statuta ad gratiæ exhibitionem, at quod cognitum, vt bonum, & vt magis bonum, conducit ad aliquid, concurrit moraliter movendo voluntatem largientis: ergo sic statuta præfata lege, constituitur in operibus naturæ mo-

ta:

ralis concurſus ad infallibilem gratiæ aſſiſtentiam.

135 *Confirm.* Quod amplius confirmo: ſi lex iſta eſſet de adiungenda gratia, opus tali bonitate gaudens elicienti, & de non largienda illud non efficienti, bonitas talis operis cognita à largitore gratiæ, moraliter illũ moveret, imò & obligaret, vt gratiam impenderet, licet non virtute propria, virtute tamen legis ſtatutæ: ergo lege iſta poſita de infallibili aſsiſtentia gratiæ tale opus efficienti, etſi non ſtatuatur lex de neganda non facienti, opus cognitum vt tali gaudẽs bonitate movebit moraliter legislatorẽ, vt infallibiliter gratiam impendat.

136 *Vltimo prob. concluſio.* Denique ſuadetur cõcluſio: etenim lex iſta, cum pendeat ex libera voluntate Dei, non poteſt nobis innoteſcere niſi ex teſtimonijs ſcripturæ, Conciliorum, aut Patrum; at ex Patribus nihil tale colligitur, imò Auguſtinus cuius auctoritas eſt præ oculis ſemper habenda præcipuè in materia de gratia, eſt in ſententia oppoſita, vt fatetur Molina in citata diſputatione, & ex Concilijs nullum, vel ap parens teſtimoniũ adducitur, & quæ in ſui favorem ex ſacra ſcriptura congerit, talem legem non inſinuant: ergo abſque omni prorſus fundamento ſtatuitur. Minor pro vltima parte probatur: teſtimonia namque ſcripturæ, quibus Molina legem iſtam firmare conten-dit, ſunt illud Ioannis *cap.* 1. *Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri*: quod (inquit) non eſt intelligendum, ſolum de illis, qui per gratiam iam facti ſunt filij, ſed etiam de alijs, qui ad eum ſtatum nondum pervenerunt, hæc autem poteſtas, in nullo alio conſiſtere poteſt, quam in eo, quod ſi quantum eſt in ſe conentur, præſto illis ad ſit Deus, vt fidem conſequantur, & gratiam. Secundũ eſt illud Pauli 1. ad Timotheum 2. *vult omnes homines ſaluos fieri*, quod verificari nequit, inquit Molina, ſi conanti quantũ poteſt præſtò non adſit divinæ gratiæ adiutorium; at ex nullo ex his teſtimonijs lex prædicta colligitur: ergo teſtimonia ſcripturæ, quæ in ſui favorem adducit Molina, talem legem non inſinuant.

137 *Minor pro 1. pro batur.* Probo minorem, non enim ex primo, quod patet ex Auguſtino *lib.* 1. *contra duas epiſt.* Pelagianorum *capitulo* 3. illis verbis: *Datur ergo poteſtas, vt filij Dei fiant, qui credunt in eum, cum hoc ipſum datur, vt credant in eum, quæ poteſtas niſi detur à Deo nulla eſſe poteſt ex libero arbitrio.* Id ipſum docet *lib. de dono perſeuerantiæ, cap.* 8. illis verbis: *Non itaque in homine, ſed in Dei eſt poteſtate, vt habeant homines poteſtatem filios Dei fieri ab ipſo; quippe accipiunt eam, qui dant cordi humano cogitationes pias, per quas habeat fidem, quæ operetur per dilectionem.* Idẽ docet *cap.* 13. *& lib.* 1. *retract. cap.* 9. *& lib.* 2. *cap.* 1. Quod etiam ex eodem teſtimonio colligitur: nam explicans Ioannes, quibus hæc poteſtas confertur ait: *His, qui credunt in nomine eius*: ergo ante Dei illuſtrationẽ huiuſmodi poteſtas non datur; & conſequenter male ex iſto teſtimonio deducitur facientem quod eſt in ſe per vires liberi arbitrij habere in ſua poteſtate filium Dei fieri per infallibilem gratiæ aſsiſtentiam.

138 *Pro 2. ſua detur.* Quod etiam ex ſecundo teſtimonio minimè colligatur, in hunc modum oſtenditur primo: nam hæc voluntas communis eſt homini facienti, quod poteſt, & non facienti; & tamen lex infallibilis aſsiſtentiæ gratiæ illis communis non eſt, iuxta contrarium auctorem: ergo ex voluntate in prædicto teſtimonio contenta, non colligitur lex de infallibili aſsiſtentia gratiæ.

Secundo. Secundo: nam lex iſta in ſententia huius auctoris fundatur in meritis Chriſti, at voluntas in prædicto teſtimonio contenta merita Chriſti antecedit, & Chriſtum prævisſum, in frequentiori ſententia; cum ex illa fuerit decretum de Chriſto Redemptore mittendo: ergo lex præfata non deducitur ex illo teſtimonio. Vnde axioma Theologorum commune: *Facienti quod eſt in ſe Deus non denegat gratiam*, intelligendũ eſt de facienti quod eſt in ſe, non ex viribus naturæ, ſed gratiæ, vt explicuit D. Th. 1. 2. *quæſt.* 109. *art.* 6. *ad* 2. *quæſt.* 112. *art.* 3. *in corpore* 3. *Contra Gentes, cap.* 149. *ad Rom.* 10. *lect.* 3. vbi loquẽs de illis, quæ in ſyluis nutriuntur, ſic ait: *Siqui tamen eorum feciſſent, quod in ſe eſt, Dominus eis ſecundum ſuã miſericordiam prouidiſſet mittendo eis prædicatores fidei, ſicut Petrum Cornelio act.* 10. *& Paulum Macedonibus, vt habetur act.* 16. *ſed tamen hoc ipſum, quod aliqui faciunt, quod in ſe eſt conuertendo ſe ſcilicet ad Deum, ex Deo eſt mouente corda ipſorum ad bonum. Thren.* 5. *conuerte nos Domine ad te, & conuertemur.*

Vera intelligentia axioma-tis.

§. VII.

Occurritur argumentis Molinæ.

139 *Opponit Molina primo.* PRimo opponit verba illa Ioannis 1. *cap. Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri*: quæ verba intelligenda ſunt non ſolum de iuſtis, qui per gratia ſunt filij Dei, ſed etiã de illis, qui ad hunc ſtatum non pervenerunt, quod probat ex Roſenſe; at his non aliter data eſt hæc poteſtas, vt filij Dei fiãt, niſi quatenus ſi faciant quantum in ſe eſt, præſto illis aderit Deus, vt fidẽ conſequantur, & gratiam, ne ſuo deſiderio fraudẽtur: ergo homini facienti quod poteſt ex viribus liberi arbitrij, Deus ex lege infallibili confert gratiam prævenientem ad opera ſalutaria.

Reſ-

Resp. Respondeo concessa maiori, negando minorem: hæc enim potestas datur hominibus ante statum gratiæ habitualis, non tamen ante statum omnis gratiæ sed tunc quando datur illustratio sufficiens, vt credant in eum, & ipsum dilligere possint, vt inquit August. vbi *supra* relatus, *& lib. de dono perseuerãtiæ, cap.* 8. *&* 13. *lib.* 1. *retract. cap.* 9. *& lib.* 2. *cap.* 1. vndè si faciãt quãtum in se possunt non ex proprij viribus, sed ex viribus gratiæ collatæ, efficientur filij Dei.

140 Replic. Sed dices, potestas, vt filij Dei fiant non solum datur hominibus in eum crædentibus, sed etiam illis quibus Evangelium prædicatum non est, qui omni supernaturali illustratione sunt destituti; cum enim isti possint salvari; aliàs essent extra statum salutis, & pœnitentiam agere de peccatis media qua filij Dei possunt dispositive cõstitui, aliàs non tenerentur pœnitentiæ præcepto, potestatem habent, vt filij Dei fiant; at illis hæc potestas competere nequit nisi quatenus, si faciant quantum possunt ex naturæ viribus, præstò illis aderit gratia prævenies necessaria ad credendum, & dolendum de peccatis: ergo lex ista infallibilis est admittenda. Patet minor: in his namque potestas ista reperiri non potest, quatenus si faciant, quod possunt ex viribus gratiæ constituentur filij Dei; cũ supponamus illos destitutos omni divinæ gratiæ auxilio: ergo solum eis convenire potest prædicta potestas quatenus si faciant quantum ex se possunt per vires naturæ, præstò eis aderit divinæ gratiæ prævenientis auxiliũ.

141 Resp. Respondeo, ex Augustino nobis constare potestatem vt sint filij Dei tunc dari hominibus, cum illis datur, vt credant in eũ, cum autem hominibus nutritis in syluis, & alijs gentibus, ad quorum aures prædicatio Evangelij nondum pervenit, aliquã potestatem debeamus concedere, vt argumentum factum convincit, distinguendam existimo duplicem potestatem, alterã proximam, & activam dispositivè, id est, per quam possint proximè suis actibus, se ad gratiam disponere, & hanc ait Augustinus tunc dari, quando datur hominibus, vt credant in Deum: alteram remotam, & quasi passivam, id est, per quam homines sunt in potentia obedientiali, vt per divinæ gratiæ assistentiam illustrari constituantur proximè potentes, vt se ad gratiam habendam disponant, & hanc potestatem asserimus omnibus hominibus esse communem, & per potestatem proximam datã, id est gratiam in communi, non tamen receptam, & omnibus aplicatam.

142 In forma resp. Ex quibus ad obiectionem factam dicitur maiorem: potestas remota, & passiva, concedo maiorem: potestas proxima, & activa, subdistingo maiorem: datur, id est offertur omnibus in communi, concedo maiorem: datur, id est recipitur in omnibus, & omnibus in particulari applicata, nego maiorem: & minor argumenti concedenda, sed hæc potestas proxima datur, id est offertur omnibus in communi quatenus pro omnibus mortuus est Christus, & omnibus est patens Ecclesia, in qua sunt sufficientia remedia ad salutem, etsi aliquibus in particulari non applicentur in pœnam præcedentium peccatorum, vel originalis, vel personalium: quomodo autem cum hoc compaciatur, quod homines non sint extra statum salutis, & quod obligentur pœnitentiæ præcepto? Dicemus, Deo dante, agentes de reprobatione.

143 Instabis, Instabis, non stat verificari Deum omnibus offerre gratiam prævenientem quantum est ex parte sua & negare illam, vt ipsi particulari applicatam, & receptam homini faciẽti, quod potest ex viribus proprijs: ergo vel fatendũ est homini facienti quãtum potest ex proprijs viribus, infallibiliter adesse divinæ gratiæ auxilium, vel Deũ nec dare nec offerre omni homini auxilia gratiæ prævenientis necessaria ad salutem. Antecedens probatur non stat Deum, quãtum est ex se gratiam omnibus offerre, nisi illam non dare sit ob culpam præcedentẽ; at homini facienti, quod potest in legis naturæ adimpletione, supposito, quod careat auxilio sufficienti recepto, negare illam non potest in pœnam præcedentis peccati; cum supponamus totam naturæ legem pro captu, & pro posse adimplere: ergo nõ stat omnibus hominibus gratiam offerre, & illã negare homini faciẽti quod potest.

144 Resp. Respondeo, quod licet in homine facienti quantum ex se potest non supponatur peccatum personale, propter quod à Deo negetur divinæ gratiæ auxilium, supponitur tamen peccatum originale, quod est sufficiens motivum ad talem denegationem: vndè stat optimè Deum offerre quantum est ex se omnibus gratiam, & illam homini facienti quantum potest negare, quia quantuncumque faciat, quod potest, non valet à se aufferre culpam originalem, quæ est motivum sufficiens prædictæ denegationis.

145 Vrgebis. Sed vrgebis adhuc: ergo homini semel iustificato, si faciat totum quod potest ex proprijs, infallibilitèr aderit auxilium divinæ gratiæ. Patet consequentia: isti namque negari non potest ob culpam originalem, cum iam dimissa supponatur per gratiam, nec ob culpam personalem: faciens enim quod potest ex viribus proprijs nullam culpam personalem committit: ergo homini iustificato facienti totum, quod potest

test ex viribus liberi arbitrij, adest infallibiliter auxilium divinæ gratiæ; & consequenter saltim in illo verum erit prædictum axioma.

146 *Resp.* Respondeo, hominem à peccato mundatum per gratiam ligni nedum præceptis naturalibus, sed etiam supernaturalibus inescusabiliter: vndè vt non apponat impedimentum sufficiens, vt Deus deneget auxilia suæ gratiæ omnia hæc præcepta est necessarium; cumque licet præcepta legis naturalis pro brevi tempore possit ex propriis viribus observare, præcepta tamē supernaturalia adimplere nequeat nisi per vires gratiæ, imò nec collectionem naturalium per multum temporis; consequens sit non verificari Deū infallibiliter ad esse per gratiam auxiliantem facienti, quod potest ex propriis sed facienti, quod potest ex viribus gratiæ.

147 *Replic.* Sed insistes adhuc: potest contingere, vt homini iustificato pro brevi aliquo tempore non occurrat præceptum supernaturale observandum ad cuius adimplectionem gratia sit necessaria, sed solum naturalia præcepta, quæ ex propriis viribus possit adimplere; at tunc casus homini facienti, quod potest infallibiliter aderit divinæ gratiæ auxilium; cum sic faciendo omne peccatum vitet, ob quod solū potest Deus negare suæ gratiæ assistentiam: ergo saltim in aliquo casu homini facienti, quod potest ex propriis, est infallibilis divinæ gratiæ assistentia.

148 *Resp.* Respondeo in talli casu forè infallibilē divinæ gratiæ sufficientis assistentiam, si præceptum aliquod post breve illud tempus, vel intra illud observādum occurrat, non ex lege infallibili dandi suam gratiā homini facienti, quod potest ex viribus propriis, sed ex alia, nempè non denegandi gratiam sufficientem nisi in pœnam præcedentis peccati, quam esse in Deo colligimus ratione elevationis, & ordinationis ad finem supernaturalem; & quia est per accidens, quod vitatio peccati habeatur pro illo brevi tempore ex viribus liberi arbitrij, scilicèt, vel quia non occurrit adimplendum præceptum, cuius observantia gratiam requirat, vel pauca naturalia observanda occurrerunt: fit consequens, per accidens tunc coniungi divinæ gratiæ assistentiam cum hoc, quod est facere hominem totum, quod ex propriis potest: nec mirum hoc censendum; cum eodem modo verificari possit in casu posito Deum conservare habitualem gratiam in homine faciente, quod potest ex propriis viribus, quia scilicèt ex propriis vitat in tali casu omnia peccata mortalia, quibus vitatis gratia habitualis conservatur.

Hinc interprætationē accipiunt alia stimonia scripturæ, quæ in sui favorem ducit Molina, *prima ad Timotheum secu Vult omnes homines saluos fieri, & ad a tionem veritatis venire*: Apocalypsis *ste sto ad ostium, & pulso*: id est, inquit Mol sine vlla intermissione ad ostium stat stri cordis paratus nostros iubare cona & consequentèr benè conanti divinæ tiæ auxilium abesse non poterit.

Hæc tamen non probant divinæ gr assistentiam ex lege infallibili homin nerosè conanti, & quod est in se ex vir naturæ facienti, sed indicant sincerum fectum, quo Deus ex sua bonitate alle auxilia suæ gratiæ omnibus homin offert, cum quo tamen stat, vt ea den de facto homini facienti, quod ex se p ratione alicuius præcedentis peccati, ti, & non facienti, quod potest, quantu ex se offert suam gratiam Deus, cum tamen stare potest, vt aliquando gra nedum efficacem verum etiam suffic tem deneget in pœnam alicuius præc tis peccati vt tractantes de reproba videbimus.

Hinc etiam lucem capiūt, vel vt m dicam, præstant huic doctrinæ lucem ba D. Thom. *tertio Contra Gentes*, cap 159. vbi ait: quod licet in potestate l arbitrij non sit diuinæ gratiæ auxiliū mereri, nec acquirere, potest tamen sum impedire ne gratiam recipiat: *E hoc fit in potestate liberi arbitrij impedi uinæ gratiæ receptionem, vel non impe non immerito in culpam imputatur ei, qu pedimentum præstat gratiæ receptioni, enim quantum in se est paratus est omnibu tiam dare, sed illi soli gratia priuantu in se ipsis gratiæ impedimentum præstan sole mundum illuminante in culpam im tur ei, qui oculos claudit, si ex hoc aliquo lum sequatur, licet videre non possit, n mine solis præueniatur*. Ex quibus ver fert Molina, quod si soli illi diuina g privantur, qui impedimentum culpa gratiæ receptioni apponunt, illi, qu quantum potest per vires naturæ, inf lis erit diuinæ gratiæ assistentia; cu faciens vitet impedimentum, nempè catum.

Sed certè iste Auctor ad pauca res & luci D. Tho. oculos clausisse videt in sequenti capite expressè affirmet licus Doctor solum in potestate libe bitrij integri hominis esse constitutu pedimentum gratiæ non ponere vi omne peccatum: secus autem impo hominis lapsi: mens ergo D. Th. tam ab est, vt Nobis adversetur, vt potius legato testimonio tota nostra doctri

sumpta videatur: eius igitur intelligentia est, Deum ex se omnibus hominibus gratiam offerre, & solos illos non recipere, qui culpæ impedimentum præstant: quia tamen culpæ impedimentum non ponere non est in potestate hominis lapsi, nisi per gratiam: fit vt solum per gratiam possit homo lapsus gratiæ impedimentum non ponere, omne peccatum vitando: ac proinde quod assistentia gratiæ non sit infallibilis homini facienti, quod potest ex viribus propriis, sed homini facienti, quod potest ex viribus gratiæ.

152 *Replic.* Si dicas, saltim sequi ex D.Th. doctrina, in prælegato loco, in homine integro forè infallibilem divinæ gratiæ assistentiam, si faceret totum, quod posset ex naturali arbitrij facultate; at hoc nō dicemus: ergo explicatio tradita menti D. Th. non congruit. Probatur sequela, homini integro non peccanti, nec ponenti impedimētum gratiæ receptioni, infallibilis foret divinæ gratiæ assistentia; at in eius potestate constitutum esset non peccare; & consequentèr gratiæ impedimentum non ponere: ergo si faceret totum, quod posset ex facultate liberi arbitrij, foret ei infallibilis divinæ gratiæ assistentia.

153 *Resp.* Respondeo loqui D.Th de homine integro non integritate purè naturali, in hac enim non fuit de facto creatus, nec si in illa concederetur, ei foret oblata gratia aliqua super naturalis; cum hæc oblatio elevationem hominis ad finem supernaturalē supponat, sed de homine integro integritate iustitiæ originalis, quæ partem inferiorem superiori subijciebat, & superiorem Deo, nedum, vt auctori naturæ, sed etiam, vt auctori gratiæ: cum ergo in homine sic constituto, & essent supernaturalia præcepta, ad quorum observantiā gratia egebat, vt principio eliciente, & collectio naturalium, ad quorum observantiam gratia indigebat, non qua carebat, sed quam possidebat, non vt eliciente principio, sed vt expediente, id est appetitum inferiorem frenante, ne contra rationem insurgeret: fit, quod etiam in homine sic constituto non verificetur forè infallibilem gratiæ assistentiam, si faceret totum, quod posset ex solis naturæ viribus, sed si faceret totum, quod posset ex viribus gratiæ. Vndè in forma neganda est sequela: ad probationem, concessa maiori, distinguo minorem; esset constitutum in eius potestate naturali nuda, nego minorem: vt per gratiam adiuta *elicitiuè* ad supernaturalia præcepta ad implenda, & *expeditiuè* ad naturalia, concedo minorem, & nego consequentiam: vel distinguatur consequens: si faceret totum, quod posset ex facultate naturali arbitrij non adiuta gratia, nego consequentiam: adiuta gratia concursu explicato, concedo consequentiam.

Secundo alij obijciunt D.Th. *quæst. 14. de verit. art. 11.* illis verbis: *Dicendum, quod non sequitur inconueniens, posito quod aliquis teneatur explicitè credere, si in syluis, vel inter bruta animalia nutriatur; hoc enim ad diuinam prouidentiam pertinet, vt cuilibet prouideat de necessarijs ad salutem, dummodo ex parte eius non impediatur: si enim aliquis taliter nutritus ductum naturalis rationis sequeretur in appetitu boni, & fuga mali, certissimè est tenendum, quod ei Deus vel per internam inspirationem reuelaret ea, quæ sunt necessaria ad credendum, vel aliquem fidei prædicatorem ad eum dirigeret, sicut misit Petrum ad Cornelium actuum 10.* Id ipsum docet *ibi solutione ad 2. & quæst. 24. de verit. art. 1. ad 2.* vbi de libero arbitrio loquens, sic ait: *Quod quāvis gratiā, quæ opera meritoria facit, homo non possit ex libero arbitrio acquirere, potest tamen ad gratiā habendam se præparare, quæ ei à Deo non denegabitur, si fecerit, quod in se est, & ideò non est omninò extra potestatem liberi arbitrij opera meritoria agere.* Docuit etiam hoc ipsum D.Th. *in 2. dist. 28 quæst. 1. art. 4. circa fin. corp. & solutione ad 4.* ergo ex mente D.Th. homini facienti, quod potest ex viribus propriis, est infallibilis divinæ gratiæ assistentia. 154 *Opponunt alij D. Thom.*

Nec respondere sufficit D.Th locis *superius* adductis sententiam, quam in prælegatis testimonijs adductis ducuerat retractasse: nam in contrarium obstat, tùm solutionem illam admitendam non esse ni si quando expressè Angelicus Præceptor aliquam sententiam retractat. Tùm etiā: nam testimonia adducta cum alijs quibus veram sententiam docuit facile componi possunt. Tùm denique, nam idem quod docuit in quæstionibus de veritate, & in libris sententiarum affirmavit etiam de puero perveniente ad vsum rationis 1. 2. *quæst. 89. art. 6.* cum tamen, quod ibi docuit, nullus Thomistarum asserat, Doctorem Angelicum retractasse. 155 *Resp.* *Cōtra 1.* *Secundo.* *Tertio.*

Relicta igitur hac solutione, respondeo in omnibus his testimonijs loqui D. Th. de faciente, quod est in se non ex viribus naturæ nudæ, sed in vi auxilij gratiæ. Tū, quia loquitur de homine non ponente impedimentum gratiæ per totius legis naturæ observantiam, ad quam in statu lapsus non sufficere vires naturæ, sed vires gratiæ requiri, est constans Theologorum sēntentia, & D.Th expressa 1.2. *quæst. 109 art. 4.* Tùm etiam, nam id clare docuit D.Th. *in 2.* ad Anibaldum *dist. 28. art. 4 solutione ad 1.2. & 3.* his verbis: *Ad tertium dicendū, quod potestas nostra nihil operari potest sine* 156 *Vera obiectionis solutio.*

Deo,

Deo, qui operatur in omni natura, & voluntate: vndè cum dicimus aliquid esse in nobis, non excludimus Dei auxilium. Et 2. 2. *quæst.* 2. *art.* 5. *ad* 1. quod erat idem argumentum ex quæst. 14. de veritate adductum, his verbis respondet: *Dicendum, quod si in potestate hominis esse dicatur aliqui id excluso auxilio gratiæ, sic ad multa tenetur homo, ad quæ non potest sine gratia præparante, sicut ad diligendum Deum, & proximum, & similitèr ad credendum articulos fidei: sed tamen hoc potest cum auxilio gratiæ, quod quidem auxilium quibuscumque diuinitus datur, misericorditèr datur, quibus autem non datur, ex iustitia non datur in pœnam præcedentis peccati, & saltim originalis, vt Augustin. dicit in libro de correctione, & gratia, cap. 5. & 6.*

158 *Oppones* 1. Sed oppones primo, D. Th. in secundo testimonio asserere admotum meritoriũ per se non sufficere, benè autem, vt se ad gratiam præparet; at ex viribus gratiæ vtrũque potest: ergo nullum erit discrimen nisi intelligatur de potentia ex se ad præparationem cum exclusione indigentiæ gratiæ. *Secundo.* Secundo; homo in sylvis nutritus, de quo agitur in testimonio primo, supponitur impotens operari ex vi auxilij gratiæ, at de illo ait D. Th. quod si faciat, quod est in se, certissimè illuminabitur de necessarijs ad salutem: ergo debet intelligi de illo faciente quod potest ex naturæ viribus non verò ex viribus gratiæ. Maior probatur: supponitur destitutus illustratione fidei, quæ est primum auxilium supernaturale sufficiens; & consequentèr omni alio auxilio gratiæ sufficientis: ergo impotens supponitur ad operandum ex auxilio gratiæ. *Ad* 1. *obiectionẽ resp.* Respondeo ad primam obiectionem, requiri habitualem gratiam ad motum meritorium non autem ad præparationẽ, sed ad hanc sufficit auxilium gratiæ actualis: vndè dicitimẽ D. Th. in hoc stat, quod ad motum meritorium vires habitualis gratiæ exiguntur, ad præparationem autẽ vires arbitrij sufficiunt per exclusionem indigentiæ gratiæ habitualis, non verò exclusa gratia auxiliante. *Ad* 2. Ad secũdam, quid sit dicendum, agentes de reprobatione videbimus.

159 *Vltimo arg. potest in favorem Molinæ.* Denique argui potest in favorem Molinæ: dari primam gratiam auxiliantem ex lege infallibili facienti totum, quod potest ex viribus liberi arbitrij absque efficiẽtia morali meritoria, aut dispositiva operis naturalis in gratiam, sed solum quia Deus sic voluit pacisci, non est contra rationẽ, aut conditionem gratiæ: ergo asserenda est infallibilis gratiæ assistentia facienti totũ, quod potest ex viribus proprijs. Patet cõsequentia: nam, quod talis lex non detur, non aliunde potest probari, nisi quia conditioni gratiæ repugnet. Antecedens autẽ probatur: etenim conditioni gratiæ solum obstat connexio, seu exigentia operum naturaliũ in ipsam; at lege sic posita, nulla talis connexio constituitur: ergo nihil asseritur repugnans gratiæ conditioni.

160 *Resp.* Respondeo, etiam non obstare conditioni gratiæ legem statutam de non conferẽda gratia, nisi facienti totum, quod potest ex viribus liberi arbitrij, si omnis excludatur causalitas, & tamen huiusmodi legem adstruere, foret erroneum: nec etiã obstat conditioni gratiæ infallibilis assistentia ex lege diuina sub conditione antecedenti cuiuscumque operis boni moralis in singulari; & tamen talis lex absque fundamento constitueretur: dicimus ergo quod si lex intelligatur cum omnibus conditionibus in antecedenti enumeratis non obstat conditioni gratiæ ex natura rei, obstat tamen conditioni illius secundum quod de ea loquuntur concilia, & absque fundamento constituitur, vt constat ex dictis.

161 *Non posse aliquẽ ex proprijs viribus negatiuè se ad gratiam disponere, prob.* Ex quibus infertur, nec etiam dispositione negativa posse quem piam ex proprijs viribus se ad gratiam disponere. Quod patet: nam tunc potest aliquis se negativè disponere, quando potest ex proprijs omne impedimentum positioni formæ excludere; at homo ex proprijs viribus non potest vitare omne peccatum mortale, per quod ponitur sufficiens impedimentum ad gratiam: ergo nec potest se negativè ad primam gratiam auxiliantem disponere. Et hæc de ista Disputatione applicanda litteræ Magistri in 1. *dist.* 4. §. 2. ad illa verba: *Opinati sunt tamen quidam, & in* 2. *dist.* 28. §. 1. ad illa verba: *Id verò in concusse, & incũtanter teneamus.* *M. Sent.* Poterat etiam hinc disputari an prima gratia, seu primus prædestinationis effectus cadat, seu cadere possit sub merito operum procedentium ex ipsa? Cæterum quæstio ista proprium locum habet 1. 2. *quæst.* 114. & 3. *part. quæst.* 2. vbi late tractatur an principium meriti possit cadere sub merito.

***

***

DISPVTATIO SEXAGESIMA SEPTIMA.

Quomodo certitudo prædestinationis cum Prædestinatorum libertate cohæreat?

§. I.

Relatis sententijs vera eligitur, & ex Augustino probatur.

Nu. 1. *Pred. esse certa certitudine præscientiæ prob. primo.*

IN HAC CELEbri disputatione, vt ad id, in quo punctus difficultatis consistit, veniamus, tria supponenda sunt, in quibus Theologi vnanimi consensu conueniunt, & indubitata sunt apud ipsos. Primum est prædestinationem esse certam certitudine præscientiæ, quod patet primo ex illis verbis Ioannis 6. *cap. Omne, quod dedit mihi Patet non perdam ex eo, & cap.* 10. illis verbis: *Nemo rapiet eos de manu mea* id est prædestinatos; at si aliquis ex illis à consequutione æternæ salutis, ad quam ex vi prædestinationis sunt ordinati, defficeret, vt evenire posset, si prædestinatio certa non esset, aliquid à Patre Christo tradditum perderetur ab ipso, & ab illius manu eriperetur; nempè ille prædestinatus, qui à consequutione salutis æternæ defficeret, & qui speciali curæ Christi dicitur à Patre tradditus, iuxta illud Christi ad Patrem: *Serua illos, quos traddidisti mihi*: ergo prædestinatio est certa certitudine præscientio.

2 *Secundo prob. ex August.*

Quæ veritas constat ex deffinitione prædestinationis traddita ab Augustino *lib. de bono perseverantiæ, cap.* 14. vbi ab August. sic deffinitur: *Prædestinatio est præparatio, & præscientia beneficiorum Dei, quibus certissimè liberatur quicunque liberantur*: si autem prædestinatio certa certitudine præscientiæ non esset, prædestinati nō liberarē tur certissimè: cum posset carentia æternę salutis, in qua illorum libertas consistit, cū prædestinatione coniungi: ergo asserendū est, & indubitate adstruendum prædestinationem esse certam certitudine præscientiæ. Et quidem si prędestinatio certitudine præscientiæ caret, Deus cæco, & ignoranti modo in prædestinando procederet; cum ordinaret prædestinatos ad æternam beatitudinem ignorando eventum, quem esset illius ordinatio habitura, quo nihil absurdius, & illius summę perfectioni in providendo magis repugnans. Præterea nā prędestinatio, vt à communi providentia distincta includit efficax divinę voluntatis propositum, vndecumque illius efficacia proveniat, sed voluntati efficaci Dei nemo potest resistere, saltim in sensu composito, iuxta illud: *omnis voluntas mea fiet*, & illud: *voluntati eius quis resistet*? Ergo prędestinatio huic proposito, & efficaci decreto innitens certissima est, saltem certitudine prędscientię. *Tertio.* *Quarto.*

3 *Esse etiā certā certitudine ordinis; prob. 1.*

Secundo, vt indubitatum suppono prędestinationem esse certam certitudine ordinis, & causalitatis cuius contrarium, D. Th. *qu. 6. de ver. art.* 3. docet esse contradictoria Sanctorum, & constat primo, vt enim supra *disp.* 59. & 65. docuimus? Prędestinatio essentialiter supponit electionem efficacem prędestinatorum ad gloriam in quo omnes Theologi cōveniunt, prędscindēdo ab ea quęstione, an scilicèt prędvisio nem meritorū prędcedat, vel subsequatur, claudit etiam essentialiter electionem efficacem ad gratiam, & merita: est enim iux-

ta Auguſt. *præparatio beneficiorum Dei*, ſed voluntas efficax Dei infallibiliter inferret, & cauſat etiam ſuum obiectum: ergo prædeſtinatio dictam voluntatem includens, eſt cauſa infallibilis meritorũ, & gloriæ; & conſequente eſt certa non ſolum certitudine præſcientiæ, ſed etiam certitudine ordinis, & cauſalitatis.

Secundo. Secundo, vt enim vidimus *diſp.* 60. prædeſtinatio conſiſtit in imperio practico intellectus divini; ſed imperium practicum Dei eſt infallibilis cauſa mediorum efficaciter conducentium ad finem: ergo prædeſtinatio eſt cauſa infallibilis mediorum efficacium, quibus prædeſtinati ordinantur ad gloriam; & conſequenter infert, & cauſat infallibiliter gloriam in executione, in quo certitudo ordinis, & cauſalitatis eſt poſita.

4 *Tertio.* Denique id ipſum probatur: ſi prædeſtinatio non eſſet certa certitudine cauſalitatis, non eſſet ſpeciale beneficium divinum; ſed hoc aſſerendum non eſt, inter omnia enim beneficia divina, prædeſtinatio exaltatur, & pro illa inter omnia ſpecialis gratiæ Deo benefactori debentur, quo circa ſpecialis amor eſt, vel ſpecialiſſimum amorem includit: ergo aſſerendũ eſt, eſſe certam certitudine cauſalitatis. Probatur ſequela. Deus dicitur benefactor in quantum nobis beneficia communicat, & illa cauſat in nobis: ergo ſpecialis benefactor eſt in quantum cauſat ſpecialia beneficia; ſed ſi prædeſtinatio non eſſet cauſa infallibilis mediorum inferentium gloriam, Deus vt prædeſtinans non eſſet ſpecialis benefactor reſpectu predeſtinatorum: ergo prædeſtinatio non eſſet ſpeciale beneficium.

5 *De fide eſt infallibilitatem prædeſtinationis non lædere libertatem.* Tertium, quod ſupponimus eſt, infallibilitatem divinæ prædeſtinationis non tollere, nec lædere noſtram libertatem, in quo omnes Catholici, vt in veritate omnino certa, & indubitata fide tenenda, conveniunt, contra Pelagium, & Aſſeclas, qui vt refert Auguſt. *lib.* 2. *contra duas epiſtolas Pelagianorum*, efficaciam gratiæ, & prædeſtinationis negabant, eo quod cum illa noſtram libertatem non componi exiſtimabant; contra Calvinum, Lutterum, & alios hæreticos, qui efficaciam gratiæ, & divinæ prædeſtinationis admittẽtes, libertatẽ noſtrã pœnitus everti aſſerebãt: contra quos omnes firmiter eſt aſſerendũ prædeſtinationem non lædere prædeſtinatorum libertatem: licet enim non ſtet prædeſtinatum damnari, poteſt tamen à ſalute deficere, non quidem in ſenſu compoſito, hoc eſt coniungendo damnationem cum prædeſtinatione, ſed in ſenſu diviſſo, hoc eſt damnatione inſpecta ſecundũ ſe; vt autem prædeſtinatio libertatem in prædeſtinatis non lædat, ſufficit, quod cum illa componatur potentia vt prædeſtinatus damnetur, & à ſalute deficiat, etſi actualis damnatio non poſsit cum prædeſtinatione coniungi, in quo vt dixi omnes Doctores Catholici vnanimi conſenſu contra Hæreticos conveniunt.

Et conſtat primo: nam de fide eſt prædeſtinatos ſuis bonis operibus gloriam mereri, ſi in Deo ſint facta vt definit Tridentinum *ſeſſione 6. de iuſtificatione, cap.* 16. ſed meritum abſque libertate ſubſiſtere nequit de quo 1. 2. *quæſt.* 1. 4. *art.* 1. conſtatque ex diffinitione Innocencij decimi cõtra Ianſenium anno milleſimo ſexcenteſimo quinquageſimo tertio, qua tertiam propoſitionem Ianſenij aſſerentis: *Ad merendum, & demerendum in ſtatu naturæ laſſæ non requiri libertatem à neceſsitate, ſed ſufficere libertatem à coactione*, hæreticam declaravit: ergo prædeſtinatio non tollit libertatem à prædeſtinatis. 6 *Prob.* 1.

Conſtat ſecundo ex illo 1. Petri 2. *cap.* *Satagite, vt per bona opera certam veſtram vocationem, & electionem faciatis*: at ſi prædeſtinatio libertatem in operando à prædeſtinatis tolleret fruſtranea eſſet exortatio ad benè operandum: ergo prædeſtinatio illæſam relinquit in prædeſtinatis libertatem. 7 *Secundo.*

Tertio. Denique: nam de fide eſt, Divum Petrum eſſe prædeſtinatum, & de fide etiam eſt peccaſſe, Chriſtum negando; at ſi prædeſtinatio tolleret à prædeſtinatis libertatem, prædeſtinati numquam peccarent; peccatum enim libertatem requirit, nec cum neceſsitate ad benè operandum, & merendum compati poteſt: ergo prædeſtinatio conſervat libertatem in prædeſtinatis, qua poſsint benè, & male operari, & à ſalute deficere, tametſi infallibile ſit non defecturos ab illa, & æternam conſequuturos ſalutem.

Quod igitur in examen vertimus eſt, qualiter cum certitudine, & infallibilitate prædeſtinationis libertas prædeſtinati in bonis operibus ab æterno à Deo, per prædeſtinationem præordinatis componatur. Qua in re duplex è regione oppoſita verſatur ſententia. Prima docet, ideò certitudinem prædeſtinationis cum noſtra libertate componi, quia noſtrum conſenſum ſub conditione per ſcientiam mediam præviſſum neceſſario ſupponit, ita vt non poſsit Deus actum liberum prædiffinire, & de illo diſponere, quim prius auſcultet, quid voluntas creata, ſi vocetur, & divina gratia tangatur ſit operatura. Ex quo naſcitur, & voluntas creata poſſet prædiffinitiones divinas impedire cum potuerit ſub cõditione vocationis nõ cõſen- 8 *Prima ſententia.*

tiens

tiendo impedire scientiam mediam affirmantem consensum sub conditione vocationis, qua impedita prædiffinitio consensus illam necessario supponens etiam impediretur. Et ex hoc vlterius sequitur necessitatem ex prædestinatione, aut prædiffinitione divina non esse antecedentem, sed consequentem nostras liberas operationes: & quia sola necessitas antecedens opponitur libertati, hinc fit, vt certitudo, & infallibilitas prædestinationis, aut prædiffinitionis divinæ, etsi ex illis necessario inferatur consensus libertatem voluntatis in eius elicientia non impediat.

9 Ita omnes professores scientiæ mediæ cũ Molina in concordia *quæst. 23. art. 4. & 5. disp. 1.* fere per totam, & præcipuè membro 6. 9. *& vltimo.* Licet autem in dependentia prædestinationis, & prædiffinitionis divinæ à scientia media omnes illius professores conveniant, quidam tamen illorum, scientia media præsupposita admittunt in Deo decreta ab intrinseco efficacia prædiffinitiva nostrorum actuũ, quim ex hoc illorum libertas læuatur, aut impediatur. Ita omnes, quos *disputa 65.* recensuimus pro sententia affirmante electionem efficacem ad gloriam, vt coronam, merita, vt instatu absoluto prævisa antevertere. Alij verò huiusmodi decreta prædiffinitiva ab intrinseco efficacia reijciunt, etiam scientia media præsuppositi arbitrantes non posse cum libertate nostrorum actuum componi. Ita P. Vazquez, & alij quos *disp. allegata* pro oppositi sententia retulimus.

10 *Secunda sententia.* Secunda, & vera sententia defendit ad conciliandam libertatem cum certitudine prædestinationis, & efficacia gratiæ, scientiam mediam necessariam non esse nec posse salva libertate divina, Deique supremo dominio, & supræma potestate, dependere à scientia consensus in statu cõditionato, in prædestinando, & prædefinien do efficacitèr liberum creaturæ consensum, sed id circo prædestinationis certitudinem, vt efficaciam gratiæ, & prædiffinitionis divinæ cum libertate nostra compo ni, quia prædestinatio summe efficax est, & decretum divinæ voluntatis includit efficax, nedum ad substantiam actus, sed etiam ad modum libertatis; quia nempè Dei voluntas efficaciter decernit, quod actus fiat, & quod libere fiat. Ita omnes discipuli D. Thom. *in præsenti, & in tractatu de auxilijs, & supra, quæst. 14. art. decimotertio.*

11 *Conclusio prob. 1.* Quorum sententia pro nostra conclusione statuitur, & ostenditur primo: etenim Augustinus rectè cum nostra libertate certitudinem prædestinationis, & efficaciam gratiæ conciliavit; & tamen, vt hæc componeret, scientiæ mediæ non meminit, nec illa fuit vius: ergo absque illa, cõponenda, & conciliandæ est certitudo prædestinationis, & efficacia gratiæ cum libertate creata. Consequentia benè infertur, id enim sine quo finis aliquis obtinetur, ad illius adquotionem necessarium non est: ergo si absque scientiæ mediæ interventione, bene componitur nostra libertas cum certitudine prædestinationis, & efficacia gratiæ, necessaria ad istam conciliationem non est. Maiorem non negabunt contrarij, quidquid vellit Molina; nec tute negari potest; cum doctrina Augustini in materia prædestinationis, & gratiæ, ab Ecclesiæ Pontificibus sit approbata, de quo videndus M. Sancto Thoma *tom. primo, in 1. partem, disp. 20. art. 6.*

Minorem in qua sola est posita difficultas apertè concedit Molina vbi *supra* in concordia olysipone, edita anno millesimo quingentesimo octuagesimo octavo, *tag. 487.* cuius verba retulimus *supra disp. 38 §. 1.* Et præter ea, quibus ibi minorem probavimus ostenditur primo, ex August. *lib. de correctione, & gratia, cap. 4.* illis verbis: *Volenti salvum facere nullum hominis resistit arbitrium, sic enim velle, & nolle in vollentis, & nollentis est potestate, vt diuinam voluntatem non impedire, nec superet potestatem.* Ex quibus in hunc modum arguitur: si vt Deus vellet voluntate efficaci salvum facere, necessarium esset prævidere consensum nostrum in statu cõditionato, quod Deo salvum facere vollẽti non resisteret humanum arbitrium, non deberet August probare ex eo quod arbitriũ humanum non superat potestatem divinam; sed hac causali vtitur August. ergo sentit Deum in prædestinando, & in volendo efficaciter, nostrum liberum consensum non supponere necessario illum prævisum in statu conditionato, nec huiusmodi præscientia indigere, vt consensum liberum velit, & efficaciter prædiffiniant; ac proinde sine præscientia consensus libeni in statu conditionato conciliavit Augustinus efficaciam gratiæ, & prædiffinitionis divinæ, & prædestinationis certitudinem cum libertate creata. Secunda consequentia ex prima evidenter colligitur. Prima ex præmissis infertur. Minor constat ex verbis Augustini. Maior autem probatur sic: ad hoc enim statuitur prædicta necessitas, vt impotentia resistendi Deo volenti efficaciter non sit antecedens, sed consequẽs libertatem creatam: ergo prædicta necessitate suppositi, quod arbitrium humanũ non resistat, nec possit Deo efficaciter

12 *Minor prob.*

ter volenti resistere, non est referendum ad supereminentiam potestatis divinę, sed ad libertatem creatam, quia nempè antequā Deus efficacitèr vellit, vt voluntas creata consentiat, consentiens libere in statu conditionato supponitur, & hac suppositione prævisa, Deus efficaciter vult quod consentiat.

13 Conf. 1. Quod amplius vrgetur: nam etiam si potestas divina non supereminereret, nec esset supra voluntatem creaturæ, dummodo vt illius consensum vellet, illam consentientem in statu conditionato supponeret, Deo volenti salvare, non pollet humanum arbitrium resistere: ergo sicut Deus vellit salvare prædicta suppositio, & illius prævisio requiritur, vt Deo volenti salvare, humanum non resistat arbitrium, superflue ab Augustino recurritur ad supereminentiam potestatis Divinę, & sine necessitate vtitur prędicta causali, quia nempè arbitrium humanum non supperat potestatem divinam.

Conf. 2. Confirmatur, & vrgetur secundo: nam indigere ad decernendum consensum liberum voluntatis creatæ prescientia determinationis liberę illius in statu conditionato tollit à Deo supereminentiam potestatis supra voluntatem creatam, vt ex dicendis constabit: ergo hac indigentia suppositā, vt omnes professores scientiæ mediæ supponunt, non est probandum, quod Deō volenti salvum facere, humanū non resistat arbitrium eo quod non superat potestatem divinam, & consequentèr Augustinus sic probans, indigentiam prædictam excludit, & sine illa libertatem nostram cum efficacia gratiæ, & certitudine prędestinationis componit.

14 Secundo prob. minor. Secundo minor principalis suadetur: nam iuxta August. *lib. de correct. & gratia, cap.* 14. efficacia vocationis Divinæ oritur ex omnipotentissima potestate, qua magis habet in sua potestate voluntates hominum quam ipsi suas; at si vt vocaret vocatione efficaci indigeret prę-sciētia concursus liberi in statu conditionato, non magis haberet in sua potestate voluntates hominum, quam ipsi suas, nec Dei potestas in vocando, & decernendo omnipotentissima esset: ergo iuxta Augustinum, vt Deus efficaciter vocet, & decernat efficaciter consensum liberum voluntatis creatæ ductu scientiæ mediæ non indiget, sed potest vocare vocatione efficaci, & decernere efficacitèr consensum liberum voluntatis creatę, quin illum præcognoscat in statu conditionato.

Minor pro 1 parte prob. Minor pro prima parte exinde colligitur: nam eo ipso quod Deus non posit efficaciter vocare, & efficaciter liberum consensū decernere, nisi prius per scientiā mediam cognoscat voluntatem creatam libere vocationi consentientem, supponitur voluntas creata se determinans ad consensum, & determinans vocationem divinam cum impotentia in Deo ad determinandum voluntatem creatam, vt libere vocationi consentiat, & vt suam vocationem determinet: ergo voluntas creata magis habet in sua potestate propriam determinationem, & consequentèr consensum, quam Deus illam in sua potestate contineat, quandoquidē in continendo effectivè conveniunt, & aliàs voluntas creata excedit, continens proprium consensum effectivè, & determinativè.

15 Pro 2. suadetur. Deinde pro secunda parte probatur: nam eo ipso quod præscientia consensus liberi in statu conditionato necessaria sit, vt Deus efficaciter de illo disponat, illumque efficaciter decernat, mediante illa cognitione costituitur proximè completè potens ad decernendum, & disponendum de illo, & ad vocandum vocatione efficaci; sed cū hoc stare non potest, quod Dei potestas omnipotentissima sit in vocando vocatione efficaci, & in decernendo efficaciter consensum liberum voluntatis creatæ: ergo cum indigentia prę-sciētię consensus liberi in statu conditionato non stat omnipotentissima libertas divina invocando vocatione efficaci, & in decernendo efficaciter nostrum liberum consensum. Maior constat: nam cognitio proponens voluntati obiectum constituit illam proxime completè potentem ad tale obiectum amandum; sed præscientia cō sensus conditionati ad hoc necessaria supponitur, vt proponat voluntati divinæ vocationem, vt efficacem, & cum consensu coniunctam: ergo illa mediante constituitur voluntas Divina proximè completè potens, ad decernendum consensum, & vocationem efficacem ad illum. Minor autem probatur primo: si Deus non à se, sed ab alio constitueretur proxime completè potens ad aliquid efficiendum, non esset omnipotens in efficiendo, etsi non à se, sed ab alio redderetur potens proximè ad intelligendum, non esset infinitus in intelligendo; sed prę-scientia consensus liberi in statu conditionato non convenit Deo à se, sed ab alio; nempè à voluntate creata, aliàs esset Deo libera, quod illius Auctores renūt: ergo si per illam constituitur Deus completè proximè potens ad vocandum vocatione efficaci, & ad efficaciter decernendum consensum liberum voluntatis creatę, illius potestas in vocando efficaciter, & in efficaciter decernendo omnipotens esse nequit.

Minor prob. 1.

Se-

16 Secundo probatur: si Deus posset ab alio à se reddi impotens, ad aliquid efficiendum, non esset in efficiendo omnipotens, etsi posset ab alio à se reddi impotens proximè ad intelligendum, non esset in intelligendo infinitus: ergo pariter si ab alio à se potest impotens constitui ad vocandum vocatione efficaci, & ad decernendum efficacitèr cõsensum liberum voluntatis creatę non erit summe potens invocando vocatione efficaci, nec indecernendo consensum liberum efficacitèr; sed dato, quod per scientiam mediam constituatur potens proximè ad vocandum, & efficacitèr decernendum, per carentiam scientiæ mediç constituitur impotens vocare, & decernere, quç carentia non convenit Deo à se, sed ab alio, nempè à voluntate creatâ; alias esset libera Deo, quod non minus repugnat, quam quod scientia conditionata Deo libera sit: ergo admisso quod per scientiam conditionatam constituatur Deus potens proximè ad vocandum, & efficacitèr decernendum, non est illius potestas omnipotens in vocando vocatione efficaci, & in decernendo efficacitèr nostrum liberum consensum.

Secundo prob. minor.

17 Explicatur, & urgetur amplius: etenim iuxta adversarios per præscientiam consensus in statu conditionato constituitur divina voluntas complete proximè potens ad illum efficacitèr decernendum: ergo per carentiam scientiæ affirmantis consensum in statu conditionato redditur impotens proximè ad vocandum, & efficacitèr decernendum consensum; sed carentia scientiæ cõditionatæ non est libera Deo, sed voluntati creatæ: & consequentèr non convenit Deo à se, sed à voluntate creata: ergo ab alio à se constituitur impotens proximè ad vocandum, & ad efficacitèr decernendum, quod cum summa, & infinita potestate in vocando, & decernendo efficacitèr non potest componi vt probavimus.

Conf. 1.

18 Confirmatur, & urgetur secundo: nam quidquid sit an præscientia consensus in statu conditionato regulet, aut non regulet decretum prædiffinitivum illius, certum tamen est in sententia omnium Auctorum, qui scientiam mediam sectantur, non posse Deum efficacitèr prædiffinire cõsensum nisi prædicta scientia præcedat; sed hanc scientiam non habet Deus à se, sed à voluntate creata: ergo à se non est potens prædiffinire efficacitèr consensum liberum voluntatis creatę; sed de ratione summæ, & omnipotentissimæ potestatis est, quod à se, & ratione sui habeat potentiam ad amnia, vt ex terminis est per se notum: ergo divina voluntas non habet omnipotentissimam potestatem in prædiffiniendo nostrum liberum consensum efficacitèr: & consequentèr efficatia in vocatione divina non oritur ex omnipotẽtissima potestate, qua Deus in se continet volũtatem creatam, contra Augustinũ vbi *supra*, & contra manifestissimã veritatem.

Conf. 2.

Respondis fortè: Deum de se, & à se esse radicalitèr potentem prædeffinire consensum liberum voluntatis creatæ; complete autem proximè potentem non esse, nisi illum per scientiam mediam cognoscat sub conditione suæ vocationis futurum, & quod si voluntas creata fuerit vocata, consentiet, ex quo non sequitur Dei potestatem, omnipotẽtissimam in vocando, & prædiffiniẽdo non esse: non enim potest velle efficacitèr vocare, nisi præsciat efficaciam suæ vocationis, hanc autem præscire non potest, nisi cognoscendo voluntatem vocatam consensuram fore; ac proinde sinè huiusmodi præscientia non potest decernere efficacitèr consensum, nec vocationem efficacem ad illum, hoc autem non præiudicare summæ Dei potestati, in vocando, & prædiffiniendo efficacitèr, à Nobis asserendum est: non enim potest Deus prædiffinire efficacitèr consensum, nisi præcognoscat, quod si voluntas fuerit efficacitèr vocata consentiet; alias cæco, & ignoratiti modo procederet; cum ignoraret, quem effectum vocatio efficax sit habitura; & tamen ex hoc non infertur Dei potestatem summam, & omnipotentem in vocando, & prædiffiniendo non est: ergo pariter ex eo quod oppositi Auctores sentiant sine præscientia consensus in statu cõditionato non esse Deum proximè, & completè potentem ad vocandum efficaci vocatione; & ad efficacitèr prædiffiniẽdum consensum liberum voluntatis creatæ, non est contra ipsos inferendum potestatem Dei; summam, & omnipotentissimam non esse in vocando vocatione efficaci, & in prædiffiniendo efficacitèr consensum liberum voluntatis creatæ.

19 *Resp.*

Sed contra primo, ad hominem contra Auctores oppositos: ipsi namque ex eõ quod prædeterminatio physica sit ad actũ necessaria, & in nostra potestate non sit, nec nobis in sit à nobis, sed à Deo, inferunt actum secundum in nostra potestate non esse, nec proximè, nec radicalitèr, cũ inferant nostram libertatem destrui; sed iuxta illos scientia media necessaria est, vt Deus decernat vocationẽ efficacem, & efficacitèr prædiffiniat consensũ liberũ volũtatis creatę, & aliàs fateri tenentur scientiam mediã in Dei potestate non esse, nec Deo cõvenire à se, sed à voluntate creata; cum

20 *Contra 1.*

cum asserant non Deo, sed voluntati creatæ esse liberam: ergo tenentur fateri Deum non esse radicaliter potentem ad vocandum vocatione efficaci, nec ad prædiffiniendum efficaciter nostrum consensum.

21 *Secundo.* Contra secundo, & ad hominem: ex eo namque, quod carentia physicæ prædeterminationis, ex qua infallibiliter sequitur carentia actus, nobis libera non sit, nec nobis insit à nobis, sed à Deo physicam prædeterminationem non conferente, inferunt contra Nos adversarij carentiam actus in nostra potestate non esse, nec proximè, nec radicaliter; sed ex carentia scientiæ mediæ affirmantis consensum in statu conditionato, infallibiliter sequitur carentia vocationis efficacis, & prædiffinitionis consensus in Deo, & carentia dictæ præscientiæ in Dei potestate non est, nec Deo convenit à se, sed à voluntate creata cum non Deo, sed voluntati creatæ libera sit: ergo carentia vocationis, & prædiffinitionis efficacis in divina potestate non est, nec proximè, nec radicaliter; & consequenter, nec prædiffinitio efficax est radicaliter in potestate divina.

22 *Oppones.* Si fortè aliquis opponat consequentias illas, quæ ab adversarijs fiunt contra physicam prædestinationem à nobis ineficaces reputari, libertatemque nostram à discipulis D. Th. salvari, etsi physica prædeterminatio sit necessaria ad actum, & in nostra potestate non sit, sed nobis insit à Deo, & quamvis ex eius carentia nobis conveniat à Deo sine nostra libertate infallibiliter actus carentia sequatur: ergo similes consequentiæ à nobis contra adversarios factæ de scientia media, & illius carentia loquendo, debent à nobis reputari inefficaces contra potestatem divinam, & illius libertatem in vocando, & prædiffiniendo efficaciter.

23 *Confir. 1.* Explicatur, & vrgetur: etsi physica prædeterminatio sit ad actum necessaria, & in nostra potestate nõ sit nec nobis insit à nobis, asseritur à nostris Thomistis actũ esse in nostra potestate: ergo pariter, quamvis scientia media sit omninò necessaria, vt Deus decernat vocationem efficacem, & efficaciter prædefiniat consensum liberũ voluntatis creatæ, & scientia prędicta in Dei potestate non sit, nec libere Deo cõveniat, poterit vocatio efficax, & prædiffinitio nostri consensus in divina potestate radicaliter contineri ratione sui, & proximè ratione præscientiæ conditionatæ.

Confir. 2. Explicatur, & vrgetur secundo: etsi ex carentia physicæ prædeterminationis infallibiliter inferatur carentia actus, & carentia prædeterminationis, nobis libera non sit, non sequitur in nostra sententia carentiam actus nobis liberam non esse: ergo pariter, ex eo quod carentia scientiæ mediæ affirmantis consensum liberum in statu conditionato Deo libera non sit, & ex illa infallibiliter inferatur carentia vocationis, & prædiffinitionis efficacis in Deo, non sequitur, carentiam vocationis & prædiffinitionis efficacis, Deo liberam non esse.

24 *Resp. 1.* Respondeo primo: concesso antecedenti, distinguendo consequens: debent reputari ineficaces absolutè transeat cõsequens: vt factæ cõtra adversarios ad hominem, & ex illorum principijs arguendo, nego consequentiam: vt enim argumentum ad hominem teneat, sufficit quod in principijs contrariorum convincat. Quia tamen non solum prout argumentum factum formatur contra professores scientiæ mediæ, ex his, quæ adversus physicam prędeterminationem objiciunt; sed etiam absolutè efficacissimum à nobis reputatur, ideò respondeo secundo, concesso antecedenti, negando consequentiam: ob plures rationes discriminis. Prima est: *Resp. 2.* *Prima disparitas.* nam actus liber continetur in potestate voluntatis creatæ tanquam in causa subordinata primæ, de cuius ratione non est continere activè in se omne requisitum ad actum, & ideò, etsi physica prędeterminatio requiratur, vt actus liber existat, & carentia illius, vt existat omissio actus, & in potestate activa voluntatis nostrę non sit, nec prędeterminatio, nec carẽtia illius, possint actus, & omissio actus in eius libera potestate contineri: vocatio autem efficax, & efficax prędiffinitio sunt à Deo tanquam à prima causa, de cuius ratione est, vt ab illa sit, & in illa contineatur omne, quod necessarium est ad existentiam, & non existentiã effectus, & ideò, eo ipso, quod scientia media, & illius carentia non conveniant Deo à se, & scientia media necessaria sit, vt Deus efficaciter prędefiniat, & per illius carentiam impediatur ad prędefiniendum, tollitur ab ipso suprema in prędiffiniendo potestas, & ratio primæ causæ respectu consensus liberi voluntatis creatæ.

Secunda ratio discriminis est: nam physica prædeterminatio, licet non consequatur ad nostram libertatem in se ipsa formaliter, consequitur tamen ad illã eminenter, nẽpè, vt contentã in voluntate divina, quæ iuxta Augustinum magis continet in sua potestate voluntates creatas quam ipsæ suos actus contineant, & connotat libertatem nostram, vt in se ipsa formaliter, & ideò quamvis nobis libera non sit quantum ad suum esse formale, & necessario inferat actum, & illius negatio carẽtiam

tiam actus, nostram libertatem non lædit, sed perficit, infert, & causat; scientia autem media nec connotat libertatem divinam, vt à se illatam, & causatam, nec consequitur ad illam in se ipsa formaliter, aliàs esset libera Deo nec eminenter, cum Dei libertas non possit eminenter in aliquo contineri, & ideò, necessitas orta ex illa, est respectu Dei totaliter antecedens, nec potest cum divina libertate, nec cum suprema Dei potestate in vocando, prædiffiniendo, & prædestinando componi.

26 *Tertia.* Tertia ratio discriminis est: nam præmotio divina, & voluntas Dei efficax illã præparans, non se tenent ex parte actus primi in voluntate creata, vt *illi* præstantes posse proximum, & expeditum per ordinem ad consensum, sed illam proximè potentem, & per modum actus primi expeditam supponentes applicant ad actum secundum applicatione efficaci infallibiliter, & indeclinabiliter, *illum* inferentes, quoad substantiam actus, & quoad modum libertatis: vndè carentia physicæ prædestinationis non est carentia potentiæ potentis proximè, nec expeditionis in ordine ad actum secundum; ac proinde non reddit voluntatem impotentem consentire, sed solum non consentientem de facto, & hoc non præstat formaliter, sed vsaliter, & inchoativè, carentia autem actualis cõsensus constituit formaliter voluntatem non consentientem: ex quo vlterium fit, vt sicut voluntas non consentiens actu, est potens proximè consentire; ita voluntas non applicata efficacitèr ad cõsensum est proximè, & expedite potens consensum elicere; & consequentèr, quamvis careat applicatione efficaci libere consentit. Scientia autem media in volũtate divina, vt prædeffinitiva efficacitèr, se tenet ex parte actus primi ita, vt sine illa non sit Deus potens proximè expeditè ad vocandum vocatione efficaci, & ad efficacitèr prædiffiniendum consensum liberum voluntatis creatæ; ac proinde illius carentia non solum reddit Deum non vocantem actu vocatione efficaci, & non prædiffinientem de facto, sed etiam illum constituit impotentem proximè ad vocandum, & efficacitèr prædiffiniendum, cum quo non stat in Deo libertas in prædiffiniendo, & in vocando efficaci vocatione.

27 *Ad motiua cõtra riorum resp.* Nec doctrina, qua se protegunt aduersarij ad probandum nullum inconveniens esse quod Deus per scientiam mediam constituatur expedite potens vocare vocatione efficaci, & efficacitèr prædiffinire, instando in nostra sententia, iuxta quam non potest Deus efficacitèr decernere consensum voluntatis creatæ, nisi præ cognoscendo, quod si voluntas fuerit efficacitèr vocata consentiet, illis in aliquo favet, sed est prorsus extra rem ad solvendum argumentum; nam cognitio, quæ in nostra sententia est omninò requisita, vt Deus efficacitèr decernat consensum liberum voluntatis creatæ pertinet ad scientiam simplicis intelligentiæ, quæ necessaria est in Deo, nec potest Deo non convenire, ideoque nihil, illius supremæ potestati præiudicat, quod sine tali cognitione non sit eius voluntas potens proximè ad vocandũ vocatione efficaci, & ad efficacitèr prædiffiniendum; sicut infinitæ perfectioni voluntatis divinæ, nullum præiudicium fit, in eo quod non possit amare absque prævia cognitione: scientia autem media est respectu Dei contingens; & consequentèr non convenit Deo necessario, nec à se, sed à voluntate creata, cui est libera, & in hoc totum robur nostri argumenti consistit, quod nempè esset contra supremam potestatem voluntatis divinæ non esse à se proxime & expedite potentem prædiffinire efficaciter, sed ab alio à se expedite potentem constitui, & posse in expeditam, & proximè impotentem ad prædiffiniendum constitui ab aliquo à se distincto.

Respondebis forte, repugnare supremæ potestati divinæ voluntatis constitui proxime, & expedite potentem ad prædiffiniendum ab allo à se sibi non subordinato; quod autem ab allo sibi subordinato reddatur proximè potens, & ad prædiffiniendum expediatur, non præiudicat supremæ illius potestati; & quia scientia media, per quam expeditur, & potens proximè ad prædiffiniendum constituitur, est à voluntate creata, vt subordinata voluntati divinæ: fit consequens quod absque detrimento supremę potestatis suę reddatur per scientiam mediam potens proximè ad prędiffiniendum, & ad vocandum efficaci vocationi. 28 *Resp.*

Sed contra in hunc modum insurgo primo: quod enim est à voluntate creata, vt subordinata Deo, est etiam à Deo; consequenter non contingens, sed liberum ipsi, vt fusse ostendimus *supra disp. 73. §. 3.* sed scientia media non est Deo libera, sed contingens respectu Dei, vt illius professores tuentur: ergo non est à voluntate creata, vt subordinata Deo; & consequenter si per illam constituitur voluntas diuina potens proximè ad vocandum vocatione efficaci, & ad efficaciter prędiffiniendum, constituitur proximè potens ab alio sibi non subordinato. 29 *Cõtra 1.*

Secundo: nam scientia media non est à voluntate creata, vt subordinata voluntati, diuinę, vt liberę, nec vt necessario vo- *Secundo.*

lenti : ergo nequit esse à voluntate creata, vt subordinata voluntati divinæ. Consequentia est bona. Antecedens pro secunda parte notum. Pro prima verò probatur : quia namque scientia futurorum in statu absoluto est à voluntate creata, vt subordinata voluntati divinæ, vt libere, talis scientia non est cõtingens, sed libera Deo: ergo si scientia media est à voluntate creata, vt subordinata voluntati Dei, vt liberę, non est contingens Deo, sed libera; & consequentèr non est media inter liberam, & necessariam.

30 *Tertio.* Denique tradita solutio reijcitur: nam etiam si scientia media sit à voluntate creata, vt subordinata voluntati divinæ, est libera voluntati creatæ, & non est libera Deo, vt illius Auctores fatentur; & cõsequentèr si per illam constituitur divina voluntas proximè expedite potens prædiffinire efficacitèr consensum liberum voluntatis creatæ, hoc posse expeditum proximè, convenit voluntati divinæ ab aliquo libero creaturæ, & sibi non libero; sed hoc non compopatitur cum omnipotentissima potestate in prædiffiniendo, quam Augustinus recognoscit in voluntate divina supra voluntatem creatam : ergo iuxta Augustinum Deus in prædiffiniendo efficacitèr consensum liberum voluntatis creatæ non dependet à sciẽtia media, nec vt illum efficacitèr prædiffiniat, supponit cognitionem consensus in statu cõditionato. Antecedens continet adversariorum doctrinam. Prima consequentia ex illo evidentèr infertur. Secunda ex præmissis colligitur. Minor autem subsumpta, cui inest tota difficultas probatur: nam de ratione summæ potestatis in prædiffiniendo est summa in prædiffiniendo libertas, sicut de ratione primi, & supræmi efficientis est summa libertas in efficiendo; sed constitui voluntatem divinam proximè expedire potentem prædiffinire efficacitèr per aliquid creaturæ liberum, & non liberum sibi, non compatitur cum summa libertate in prædiffiniendo efficacitèr : ergo non componitur cum summa & omnipotente potestate in prædiffiniendo. Maior cum consequentia tenet. Minor autem probatur : impedibile ad prædiffiniendum per aliquid liberum creaturæ, & non liberum sibi, non est summe liberum in prædiffiniendo; sed eo ipso quod voluntas divina constituatur potens proximè prædiffinire per aliquid liberum creaturæ, & sibi non liberum, est impedibilis ad prædiffiniendum per aliquid liberum creaturæ, & sibi non liberum : ergo eo ipso summe libera in prædiffiniendo non est; & consequentèr non compatitur cum summa libertate in prædiffiniendo, quod ad prædiffiniendum expediatur per scientiam conditionatam creaturæ liberam, & non liberam Deo. Consequentia benè infertur. Minor constat: nam eo ipso, quod voluntas divina constituatur expedite potens prædiffinire per scientiam mediam, v.c. quæ iuxta Auctores oppositos est libera creaturæ, & nõ libera Deo, per carentiam scientiæ mediæ affirmantis consensum in statu conditionato constituitur impotens ad prædiffiniẽdũ, quod ex terminis est notum; sed carentia scientiæ mediæ affirmantis consensum est libera creaturæ; & nõ libera Deo, quod etiam est notum in principijs cõtrariorũ: ergo eo ipso quod voluntas divina expedita ad prædiffiniendum constituatur per aliquid liberum creaturæ, & non liberũ Deo, est impedibilis ad prædiffiniendum per aliquid liberum creaturæ, & sibi non liberũ. Maior autem probatur: nam de ratione libertatis non minus est inimpedibilitas, quam inneceſsitabilitas, non enim minus opponitur libertati mei brachrij ad motũ posse impediri, vt moveatur, quam posse ad motum necessitari, & ratio est: quia vtrũque æque opponitur indifferentiæ ad extrema contrarietatis, vel contradictionis, in qua libertas consistit; sed necessitabile ad prædiffiniendum ab aliquo libero creaturæ, & non libero sibi, non esset summe liberum in prædiffiniendo: ergo impedibile ad prædiffiniendum per aliquid liberum creaturæ, & sibi non liberum, summe liberum in prædiffiniendo non est.

31 *Confir. 1.* Explicatur, & vrgetur primo : libertati in prædiffiniendo non minus opponitur posse ad prædiffiniendum impediri, quam posse necessitari ad prædiffiniendũ: sed si divina voluntas posset necessitari ad prædiffiniendum per aliquid liberum creaturæ simplicitèr, & non liberum simplicitèr sibi, non esset summe libera in prædiffiniendo : ergo si est impedibilis ad prędiffiniendum per aliquid liberum creaturæ simplicitèr, & non liberum simplicitèr sibi, summe libera in prædiffiniendo non erit; sed posita necessitate scientiæ mediæ ad prædiffiniendum, sequitur posse impediri voluntatem divinam ad prædiffiniendum per carentiam talis sciẽtiæ, quæ est libera simplicitèr voluntati creatæ, Deo autẽ non est simplicitèr libera: ergo ex tali positione consequitur volũtatem divinam, non esse summe liberã in prędiffiniendo. Vtraque consequentia ex præmissis infertur. Minor in vtraque assumpta non indiget probatione. Maior autem in qua est difficultas, probatur: libertas in prædiffiniendo consistit in indifferen-

tia

itized by Google

tia ad actum prædiffiniendi,& ad negationem illius; & consequentèr æqualiter illi opponitur posse necessitari ad negationem prædiffinitionis, ac posse necessitari ad actum prædiffiniendi;sed posse impediri ad prædiffiniendum est posse necessitari ad negationem prædiffinitionis: ergo libertati in prædiffiniendo æque opponitur posse impediri ad prædiffiniendum,ac posse ad prædiffiniendum necessitari.

32 Explicatur, & vrgetur secundo: quia
Conf. 2. scientia media non est libera Deo,non esset summe liber in prædiffiniendo si posset per illam necessitari ad prædiffiniendum; sed carentia scientiç mediæ non est Deo libera,vt constat ex dictis,& Auctores oppositi fateri tenentur: ergo si per illam potest Deus necessitari ad non prædiffiniendum non est summe liber in prædiffiniendo efficaciter consensum liberum voluntatis creatæ; sed eo ipso quod Deus possit per carentiam scientiæ mediæ impediri ad prædiffiniendum potest per illam ad non prædiffiniendum necessitari: ergo eo ipso quod per carentiam prædictam impediri possit,non est summe liber in prædiffiniendo; & consequenter, nec summe potens prædiffinire, cum de ratione potestatis supremæ in aliqua linea, sit summa,& suprema libertas in illa.

33 Confirmatur,& vrgetur tertio: si vt sal-
Conf. 3. varetur libertas voluntatis creatæ requireretur, quod voluntas divina esset necessitabilis per scientiam mediam ad prædiffiniendum, non posset libertas creata cum suprema libertate divinæ voluntatis in prædiffiniendo componi: ergo si vt salvetur humana libertas requiritur quod voluntas divina sit per carentiam scientiæ mediç necessitabilis ad non prædiffiniendum, non potest humana libertas componi cum suprema libertate voluntadivinæ in prædiffiniendo. Antecedens,& consequentia constant ex dictis. Tùm sic; sed eo ipso quod Deus non possit prædiffinire efficacitèr consensum liberum voluntatis creatæ absque præsupposita scientia media prædicti consensus, potest Deus ad prædiffiniendum impediri;& consequenter ad non prædiffiniendum necessitari per carentiam scientiç mediæ: ergo adstruentes necessitatem scientiæ mediç ad prædiffiniendum efficacitèr consensum liberum voluntatis creatæ, & ad conciliandam nostram libertatem cum efficacia prædiffinitionis divinç, tollunt à Deo supremam in prædiffiniendo libertatem.

(.˙.)

§. II.

Fundamentum secundum pro nostra sententia expenditur,& iterum Augustinus in illius confirmationem adducitur.

SEcundo principalitèr probatur nostra conclusio:si prædestinatio ad sui certitudinem necessario præsupponeret eò sensum humanum in statu conditionato prævisum,sequeretur esse casum metaphysice possibilem,in quo Deus aliquem hominem prædestinare non posset de sua potentia absoluta; consequens est falsum, & contra Augustinum in Enchiridione cap. 97. illis verbis: *Vbi est illa omnipotentissima voluntas,qua in Cœlo,& in terra omnia quæcumque voluit,fecit,si colligere filios Israel voluit,& non potuit?* Est etiam contra Dei supremum dominum ratione cuius vt inquit idem Augustinus, in Enchiridione,cap. 98. *Quis tam impie desipiat, vt dicat Deum malas hominum voluntates, quas voluerit, quando voluerit, vbi voluerit non posse in bonum convertere?* nam tunc casus malam illius hominis voluntatem non posset in bonum convertere. Est etiam contra supremam libertatem Dei, vt prædestinantis, vel in prædestinando, tunc enim Deus in non prædestinando illum hominem liber non esset, quandoquidè extremum positivum, scilicèt prædestinationem,in sua libera potestate non haberet,quod ad libertatem in non prædestinando requiritur: ergo prædestinatio ad sui certitudinem non supponit necessariò prævisionem consensus in statu conditionato. Sequela probatur, est casus metaphysicè possibilis in quo aliquis homo omni Dei vocationi, & in omni occasione in statui conditionato prævideatur resistens; siquidem nec singulæ, nec omnes vocationes simul, superant resistentiam arbitrij creati, aut gaudent efficacia ab intrinseco connexa infallibilitèr cum consensu futuro; at iuxta sententiam oppositam Deus non potest efficacitèr decernere consensum liberum voluntatis humanç, nisi prius illam in statu conditionato auscultetur libere consentientem: ergo in tali casu non posset Deus vellè illum hominem consentire, nec ad bonum convertere,& consequentèr non posset talem hominem prædestinare ad gloriam tanquam coronam; ex quo vlterius sequitur Deum in non prædestinando illum hominem non esse liberum.

34 *Secundo prob. conclusio.*

35 Huic argumento responderi solet pri-
Prima so lutio. mo; negando sequelam,& quod sit adhuc metaphysicè possibilis casus in quo homo in statu conditionato prævideatur resistens toti collectioni vocationum,& au-

xiliorum gratiæ, eoquod licet in ſingulis non inveniatur efficacia intrinſeca, & cõnexio metaphyſicè infallibilis cum conſenſu libero voluntatis creatæ: ſed illis poſsit hominis arbitrium reſiſtere, & cum illis diviſivè ſumptis negationem conſenſus coniungere, intellectione tamen efficacia intrinſeca, & infallibilis connexio cum conſenſu libero repetitur; ac proinde nec in ſtatu conditionato, nec in ſtatu abſoluto poteſt voluntas creata cum tota collectione auxiliorum negationem conſenſus coniungere. Ex quo vlterius, ſequitur implicare, quod detur aliquis homo, quẽ Deus non poſsit in bonum convertere, & ordinare ad gloriam, vt coronã per merita conſequendam; ideò autẽ iſtius ſolutionis Auctores aſſerũt prædeſtinationis efficaciã cũ noſtra libertate cõponi, quia licet gaudeat efficacia infallibili ordinis ratione totius collectionis auxiliorũ gratiæ in qua ſimilis efficacia invenitur, non tamen mandatur exequutioni efficacia prædeſtinationis media tota collectione auxiliorum ſimul applicata, cui homo non poteſt reſiſtere, ſed mediantibus auxilijs gratiæ diviſivè, quorum ſingulis poteſt humana voluntas reſiſtere. Pro iſto modo dicẽdi referuntur Suarez *lib. 8. de auxilijs, cap. 4.* & Ruiz *diſp. 8.* de providentia, quos aliqui Recentiores ſequuntur, & aliquoties in publicis diſputationibus defenſatum vidi.

36 *Iſta ſolutio reijcitur 1.*

Sed contra illum obſtat primo: nam licet ex plurium collectione, quorũ ſingula ſunt poſsibilia reſultare poſsit moralis impoſsibilitas, metaphyſica tamen impoſsibilitas reſultare non poteſt; vndè obſervantia totius collectionis præceptorũ non eſt homini lapſo metaphyſicè in poſsibilis, imò nec omniũ peccatorũ venialiũ collectiva vitatio, quia ſingula diviſivè ſunt vitabilia, vt cũ veriori Theologorũ ſententia docebimus *tract. de grat. Dei art. 4. & 8.* ſed iuxta ſolutionis doctrinã ſingulis Dei vocationibus poteſt homo reſiſtere: ergo omnibus collectivè sũptis reſiſtere poteſt potentia phyſica, aut metaphyſica, & conſequentèr tota collectio vocationũ, & auxiliorũ gratiæ, non eſt efficax, efficacia infallibili ad extorquendum liberũ voluntatis conſenſum. Ex quo vlterius ſequitur eſſe caſum metaphyſicè poſsibilem, in quo aliquis homo prædeatur in ſtatu conditionato non ſolũ huic, aut illi vocationi, ſed etiam toti collectioni vocationum, & auxiliorum gratiæ reſiſtens.

37 *Secundo,*

Obſtat ſecũdo: nã auxilia gratiæ de quibus Auctores iſtius ſolutionis loquuntur, non movẽt phyſicè, ſed ſolũ moralitèr voluntatẽ creatã ad bonũ; at ex pluribus quorũ ſingula moralitèr, & non phyſicè mouent ſolũ poteſt moralis efficacia conſurgere, non autẽ phyſica, aut metaphyſica, vt conſtat intentationibus inducentibus ad malũ, ex quibus quia ſolum mouent moralitèr non poteſt efficacia metaphyſica conſurgere: ergo cũ inefficacia in ſingulis vocationibus, non ſtat in illorũ collectione efficacia metaphyſice infallibilis.

38 *Tertio.*

Tertio: nam huiuſmodi auxilia non conſiſtunt in qualitate phyſice prẽmovente, & applicante voluntatem ad actũ; aliàs ſingulis deberet efficacia intrinſeca, & infallibilis connexio cum conſenſu libero voluntatis concedi, ſed conſiſtunt in ſanctis cogitationibus ſuadentibus bonum, & pijs affectionibus ſuaue facientibus, quod prius non delectabat; at nec ſingulæ cogitationes honeſtæ, nec omnes ſumptæ collective poſsunt phyſice, aut metaphyſice neceſsitate voluntatem ad bonum, & idem de pijs affectionibus erit dicẽdũ: ergo nec in ſingulis auxilijs gratiæ, nec in tota collectione auxiliorum eſt intrinſeca efficacia, aut infallibilis connexio cũ cõſenſu libero voluntatis. Probatur minor, vt enim D. Th. docet 1. 2. q. 10. *art. 2. & 3.* ſolũ bonũ infinitũ per eſſentiam clare viſũm poteſt voluntatem neceſsitare ad amorẽ; ſed nec per ſingulas, nec per omnes cogitationes honeſtas collective, proponitur voluntati bonum per eſſentiam infinitum clare viſsum: ergo nec ſingulæ, nec omnes cogitationes honeſtæ collective poſsunt neceſsitare phyſice voluntatem, & conſequenter nec intrinſeca efficacia mera phyſice infallibili ad conſenſum extorquendum gaudere.

39 *Conſ. 1.*

Explicatur, & vrgetur primo: quia namque tentationes graves obiective incitant voluntatẽ ad malũ, illud ſuadendo, & moraliter ſolum movẽdo, nec in ſingulis, nec in omnibus collective ſumptis eſt efficacia phyſica, nec connexio metaphyſice infallibilis cũ cõſenſu voluntatis in malũ; ſed cogitationes honeſtæ movent voluntatẽ ad bonũ obiective ſuadẽdo, & pię affectiones moraliter incitando: ergo nec in ſingulis, nec in omnibus collective sũptis datur efficacia intrinſeca, & connexio metaphyſice infallibilis cũ conſẽſu volũtatis in bonũ.

40 *Conſ. 2.*

Cõfirmatur, & vrgetur ſecundo: nã eſtò daremus in tota collectione auxiliorũ gratię moraliter ſolũ moventiũ tantã efficaciã eſſe, vt illis per multũ tẽpus, & per plures actus contrarios nõ poſſet phyſica potentia reſiſtere voluntas creata; quod autẽ per vnũ actũ, & per breve tẽpus ſit phyſice impotens ad reſiſtendũ illis, defendi nõ poteſt; ſed ſolutio, quã impugnamus, efficaciã infallibilẽ toti collectioni concedit ad ſingulos actus, & per tempus quantũcumque

Digitized by Google

que breve, vt illã tantisper meditanti constabit, aliàs argumentũ à nobis factum non solveret: ergo illud non solvit. Probo maiorem: efficacia collectionis auxiliorũ gratiæ, de qua Auctores traditę solutionis loquuntur, similis est efficaciæ tentationum vrgentiũ ad malũ; at licet homo lapsus toti collectioni tentationũ vrgentiũ ad malum per multum tẽpus erga plures actus resistere nequeat, erga aliquem tamen actũ in particulari, & per breve tempus toti collectioni tentationum resistere potest: ergo estò daremus toti collectioni auxiliorum gratiæ moraliter moventium ad bonum, esse hominem physicè impotentem resistere per multum tempus, & erga plures actus, & materias virtutum, per breve tamen tempus, & erga vnum actum, & singularem materiam non potest voluntas creata, physica potentia ad resistendum toti collectioni auxiliorum gratiæ privari.

41 *Quarto Reijcitur*

Quarto reijcitur: nam estò admittamus posse cum inefficacia in singulis gratiæ auxilijs, in tota illorũ collectione metaphysicam efficaciam, & infallibilem cõnexionem cum consensu libero voluntatis nostræ defendi, hoc tamen concesso, scientia media ad nihil est necessaria: ergo istius solutionis Auctores inconsequentèr procedunt, admittendo ex vna parte efficaciam metaphysicè infallibilem in tota collectione auxiliorum, & ex alia necessitatem scientiæ mediæ in negotio prędestinationis adstruendo. Probatur antecedens: eo ipso, quod in tota collectione auxiliorum sit efficacia infallibilis ad consensum liberum à voluntate extorquendum, potest Deus independenter à scientia media actum liberum in singulari efficaciter decernere: ergo eo ipso quod toti collectioni auxiliorum gratię concedatur dicta efficacia, scientia media superfluit, & ad nihil est necessaria. Probatur antecedens: si non posset efficaciter actum liberum in singulari decernere, vel esset, ne exponeretur periculo frustrationis decreti, vel ne cæco, & ignoranti modo decerneret, vel ad componendam nostram libertatem cum efficacia decreti: non ad primum, nec secundum; dum Deus id decerneret sciens se habere in sua potestate media infallibilitèr cum consensu libero connexa: ergo posset efficacitèr consensum decernere absque periculo frustrationis decreti, & absque ignorantia eventus ex vi decreti futuri. Nec ad tertium esset necessaria, quod probo: nam vt fatentur istius solutionis Auctores, absque lęsione libertatis, & absque vllo præiudico illius datur in tota collectione auxiliorum efficacia infallibilitèr cum consensu connexa, eo quod executioni non mandatur tota collectio, sed singula collectionis auxilia, quibus potest voluntas creata resistere; sed decretum efficax Dei non est reducendum ad actum media tota collectione auxiliorum simul voluntati applicata, sed mediantibus singulis, quibus potest voluntas creata resistere: ergo efficacia talis decreti non potest libertati creatę aliquod præiudicium inferre, etiam si cognitionem consensus in statu conditionato non supponat, nec per illam reguletur.

Confirmatur, & vrgetur primo, quia namque in tota collectione auxiliorum dicta efficacia, & infallibilis connexio cum consensu; vt futuro invenitur, potest Deus in collectione auxiliorum consensum vt futurum cognoscere cognitione metaphysicè infallibili, scientiam mediã non supponente, quin per talem cognitionem libertas nostra impediatur: ergo pariter absque libertatis læsione poterit à Deo consensus liber efficacitèr decerni, decreto non supponente cognitionem terminatam ad consensum in statu conditionato. 42 *Conf. 1.*

Confirmatur, & vrgetur secundo: admisso namque huiusmodi decreto, vt possibili independenter à scientia media, & absque læsione libertatis creatę, admittitur principium infallibiliter inferens actũ à nobis inimpedibile, nostram libertatem non lędens; sed hoc admisso cessat tota necessitas scientię mediæ pro conciliandaefficacia gratiæ cum libertate voluntatis creatæ: ergo prędicto decreto concesso debet necessitas scientię mediæ negari. Maior cũ consequentia tenet. Minor autẽ probatur: indè namque professò res scientię mediæ probant illius necessitatem ad conciliandam efficaciam gratię cum libertate creata, quia gratia efficax infert infallibiliter actũ; vnde vt possit cũ libertate nostra componi, debet illius efficacia esse à nobis impedibilis, & consequens nostram libertatem: principium enim infallibiliter inferens actum, nisi à nobis impedibile sit, destruit nostram libertatem, & quia nisi efficacia gratiæ necessario supponat consensum prævisum in statu conditionato, non potest esse impedibilis à nobis, sequitur scientiã mediam esse necessariam, vt efficacia gratiæ componatur cum libertate voluntatis creatæ; sed decretum illud est à scientia media indepẽdens, & infallibiliter inferens actum, & libertatem non destruens: ergo illo admisso, deficit veritas illius propositionis, nempè, quod principiũ infallibiliter inferens actũ à nobis in impedibile destruit nostrã liber- 43 *Conf. 2.*

Digitized by Google

tatem; & consequenter prædicto decreto admisso, cessat necessitas scientiæ mediæ pro concilianda efficacia gratiæ cum libertate creata.

44 *Resp.* Respondebis, quod licèt scientia media affirmans consensum in statu conditionato non sit necessaria ad existentiam decreti est tamen necessaria ad eius executionem, ne cæco, & ignoranti modo procedat in applicatione auxiliorum: cum enim singula nō sint efficacia, & tota collectio auxiliorum, in qua efficacia invenitur, non sit simul, & pro eodem instanti applicanda, si Deus non sciret perscientiam mediam hoc auxilium singulare esse coniungendum cum actu, cæco, & ignoranti modo procederet, ignorans eventum, quem esse hoc auxilium habiturum, ideòque, vt inconveniens hoc vitetur, pro priori ad voluntatem concedendi hoc auxilium, debet Deus per sciētiam mediam cognoscere, quod voluntas nostra huiusmodi auxilio præventa Dei vocationi cōsentiet.

45 *Contra.* Sed contra: non enim frustratur auxilium, quod in eodem instāti coexistit cum consensu ad quem ordinatur, sed eo ipso quod Deus decreverit efficacitèr consensum in singulari, cognoscit cognitione infallibili, quodlibet auxilium coexistiturum in eodem instanti cum illo: ergo eo ipso cognoscit infallibilitèr nullum auxiliū esse frustrandum; & consequentèr potest velle quodlibet auxilium conferre absque frustrationis periculo. Consequētia est bona. Maior videtur certa: nam in simultanea coexistentia gratiæ cum actu, ad quem datur, & in coniunctione vtriusque, consistit, quod non frustretur: ergo non frustratur auxilium, quod in eodem instanti coexistit cum actu, ad quem ordinatur. Minor autem probatur: coexistentia namque auxilij cum actu, ad quem ordinatur, consistit in simultanea vtriusque existentia; sed eo ipso, quod Deus decreverit efficacitèr consensum pro instanti determinato, cognoscit certo, & infallibilitèr consensum pro tali instanti extiturum; & consequentèr cognoscit simul extiturum cum ipso quod cumque auxilium pro eodem instanti existens: ergo eo ipso cognoscit infallibilitèr quodcumque auxilium existens pro illo instanti coextiturum esse cum consensu; & consequentèr certo cognoscit nullum auxilium frustrandum.

46 *Quinto reijcitur principalis solutio.* Denique principalis solutio reijcitur: si namque non concedatur singulis auxilijs gratiæ efficacia intrinseca, & infallibilis, non vitatur inconveniens, quod ex necessitate scientiæ mediæ ad efficaciam gratiæ cum libertate nostra componendam intulimus: ergo recursus ad efficaciam infallibilem in collectione auxiliorum non sufficit ad solvendum argumentum. Consequentia est bona. Antecedens autem probatur: negata efficacia intrinseca singulis auxilij gratiæ, non potest Deus extorquere consensum à voluntate creata media gratia auxiliante in singulari, nisi prævideat illam consentientem in statu conditionato; & consequentèr si voluntas in eo statu dissentiens, aut non consentiens prævideatur, Deus est impotens ad extorquendum consensum: ex quo vlterius sequitur negationem consensus, vt ex hac gratia singulari obtinendi esse necessariam Deo; sed inconveniens, quod inferebam; hoc erat: ergo nisi concedatur singulis auxilijs gratiæ efficacia intrinseca, & infallibilis non vitatur inconveniens, quamvis in collectione auxiliorum efficacia infallibilis, constituatur.

47 *Resp.* Respondebis: negata efficacia infallibili toti collectioni auxiliorum, esse Deo impossibilem consensum liberum voluntatis creatæ absolutè suppositā resistentia illius in statu conditionato prævisa toti auxiliorū collectioni, & hoc inconveniens maximum esse; cæterum ex negata efficacia in singulis gratiæ auxilijs, solum sequitur, suppositā resistentia in statu conditionato huic auxilio singulari non esse Deo possibilem consensum liberum voluntatis creatæ per hoc singulare auxilium, quod determinatè videt inefficax, in quo nullū est inconveniens, nec Dei potestas, & libertas minuitur, sicut in sententia Thomistarum non minuit potestatem, & libertatem Dei, quod non possit extorqnere consensum liberum à voluntate creata per solū auxilium sufficiens, nec quod ex suppositione, quod negaverit auxilium efficax, impossibilis reddatur consensus.

48 *Contra 1.* Hæc tamen solutio est omninò insufficiens, & reijcitur primo: nam inconveniens maximum est, & Dei potestatem, & supremam libertatem evertit id, quod erat Deo absolutè possibile, reddi absolutè impossibile ipsi ex suppositione libera creaturæ, & non libera Deo; cum in hoc Dei potestas, & libertas subijciatur potestati, & libertati creaturę; sed propriori ad scientiam cōditionatam erat Deo absolutè possibilis cōsensus liber voluntatis creatę per hoc singulare auxilium, & ex suppositione prævisionis resistētiæ voluntatis in statu conditionato, redditur impossibilis Deo absolutè consensus liber per illud singulare auxilium, quod inefficax prævidet, quæ suppositio est libera creaturę, & non libera Deo, vt constat ex supra dictis: ergo nisi in singulis gratiæ auxilijs intrinseca effi-

Digitized by Google

fficaci admittatur, minuitur Dei potestas, & suprema Dei libertas destruitur.

49 Contra 2. Secundo reijcitur: est enim contra potestatē divinā, quod aliquid sit possibile absolute creaturæ; & non sit Deo absolutè possibile, cū ex hoc sequatur creaturā esse potentiorē Deo; sed hoc sequitur si Deus nō possit per prævisum auxiliū inefficax ex libertate voluntatis creatæ extorquere liberū consensum ab illa: ergo huiusmodi impotentia non cōparitur cū suprema potestate divina. Maior cū consequentia tenet. Minor autem probatur: quod enim est impossibile ex suppositione subiecto non libera, est absolute impossibile, secus autē, si ex suppositione subiecto libera sit impossibile; sed suppositio prævisionis inefficaciæ auxilij singularis in statu cōditionato est libera volūtati creatæ, & nō libera Deo: ergo impossibilitas cōiunctionis cōsensus cū auxilio ex suppositione, quod inefficax prævideatur per scientiā cōditionata, est absoluta respectu Dei; secus autē respectu voluntatis creatæ, & consequēter ex eo quod Deus non possit per tale auxiliū extorquere consensū sequitur quod aliquid sit possibile absolute creaturæ, & non sit Deo absolute possibile. Patet consequentia: nam coniunctio consensus cū illo auxilio, singulari est absolute possibilis volunti creatæ; cum solum sit impossibilis ex suppositione libera ipsi, Deo autē est impossibilis absolute; cū sit impossibilis ex suppositione non libera Deo: ergo aliquid absolutè creatæ possibile, non est absolutè possibile Deo.

50 Contra 3. Tertio reijcitur: est enim contra summam Dei libertatem, quod aliquid in statu absoluto sit liberum creaturæ, & non sit liberū Deo; sed hoc sequitur ex solutione tradita: ergo non salvat, sed destruit Dei suprema libertatē. Cōsequentia est bona. Maior certa: nā suprema Dei libertas petit sibi subijcere, & subordinare libertatē creatā, & quod nihil sit creaturę liberum nisi vt subordinatæ libertati divinæ; sed si aliquit esse in statu absoluto liberum creaturæ, & nō liberū Deo, non conveniret creaturæ vt subordinatæ voluntati divinę: ergo esset contra Dei supremam libertatē, quod aliquid in statu absoluto sit liberum creaturæ, & non sit liberum Deo. Minor autē probatur: carentia coniunctionis consensus cum auxilio prævisso inefficaci est libera creaturæ, & non est libera Deo: ergo aliquid in statu absoluto est liberum creaturæ, & non liberum Deo. Probatur antecedens primo: necessitas consequens libertatem non opponitur libertati, benè tamen necessitas antecedens; sed carentia coniunctionis consensus cum auxilio prævisso inefficaci est consequens libertatem creaturę, non autem libertatem divinam; cum oriatur ex suppositione scientiæ conditionatæ, quæ est libera creaturæ, & non libera Deo: ergo carentia illa est libera creaturæ, & non libera Deo. Secundo idem antecedens probatur: vt enim carentia sit libera, requiritur quod extremum positivum, cui opponitur, sit absolute possibile; sed coniunctio consensus cui vt extremo positivo opponitur carentia coniunctionis, est in illa suppositione possibilis absolute creaturæ, Deo autem absolute impossibilis: ergo carentia coniunctionis consensus cum auxilio singulari prævisso inefficaci per scientiam conditionatam, est libera voluntati creatæ; & non libera Deo.

Antecedens probatur 1. Secundo.

Ex his apparet, quam inepte, & præter rem argumentum nostrum instetur in auxilio sufficienti per quod solum non potest Deus extorquere consensum liberum à volūtate creata in sentētia Thomistarum: fatemur enim Deum non posse id efficere, habet tamen in sua libera potestate gratiam ab intrinseco efficacem, & quod istam gratiam non conferat, est Deo voluntariū, & liberum; & consequenter impossibilitas orta ex carentia gratiæ efficacis, est consequens libertatem divinam qui modus impossibilitatis non prę iudicat supremæ potestati, & libertati voluntatis divinę, quinimo oritur ex illa; at impossibilitas coniungendi consensum liberum cum auxilio prævisso inefficaci per scientiam conditionatam, non est consequens libertatē divinam; cum non oriatur ex suppositione libera Deo: ergo quod non minuat, nec destruat potestatem, & libertatem divinam, inepte, & præter rem omninò per instantiam auxilij sufficientis probatur.

§ 1 Ad instantiā auxilij sufficientis respondetur

Respondet contrarij Auctores, etiam esse in potestate Dei auxilio prævisso inefficaci superaddere aliud, quod videt esse efficax, quin Deo vnquam deficiat auxilium sic efficax, quod pro sua libera voluntatē superaddere possit. Qua solutione vtentur aliqui Auctores, qui nec toti auxiliorum collectioni concedunt intrinsecam efficaciam, & connexionem infallibilem cum consensu libero voluntatis creatæ. Sed contra, & in primis contra istos Auctores: eo enim ipso, quod in tota collectione auxiliorum non sit efficacia intrinseca, est casus metaphysice possibilis in quo aliqua voluntas supponatur in statu conditionato resistens toti collectioni auxiliorum, & cōsequenter tota collectio auxiliorū inefficax prævideatur per scientiā conditionatā, vt *superius* argu. bamus;

§ 2 Resp.

Contra 1

sed

sed in tali casu esset Deus impotens, auxilium efficax supp eradere auxilio ineffica-
ci pr çvillo, quæ impotentia esset in Deo impotentia absolutè; cum oriatur ex suppo-
sitione non libera ipsi: ergo in illo casu erit Deo absolutè impossibilis coniunctio consensus cum auxilio prævisso ineffica-
ci, quæ voluntati creatæ est absolutè pos-
sibilis, & carentia coniunctionis consen-
sus cum auxilio sic prævisso erit Deo ne-
cessaria, & libera voluntati creatç.

53 *Confirm.* Quod amplius vegetur: nam auxilium illud efficax, quod Deus videt in sua pote-
state se habere, vel est efficax ab intrinse-
co, vel solum ex prælcientia consensus in
statu conditionato? Si primum dicatur, admittitur efficacia intrinseca gratiæ à scientia media independens, & nostram li-
bertatem non lædens; & consequenter ne-
cessitas scientiæ mediæ pro conciliandâ libertate nostra cum efficacia gratiæ delle
ritur. Si secundum asseratur, potest vt proximè arguebam tale auxilium ineffica
præsupponi in statu conditionato, & vt ta-
le prævideri, & consequenter erit dabilis casus, in quo Deus careat omni auxilio ef-
ficaci ad extorquendum consensum, ca-
rentia ipsi necessaria, & libera voluntati creatæ, quod est inconveniens à nobis illa-
tum ex contraria sententia.

54 *Secundo rejicitur.* Deinde rejicitur: nam admissa efficacia in tota collectione auxiliorum, quæ singu
lis auxilijs negatur solum infertur con-
sensum liberum voluntatis creatç esse Deo absolutè possibilem, quia poterit illũ medijs alijs auxilijs elicere, non autem quod coniunctio consensus cum auxilio præuisso ineffica maneat Deo possibilis absolutè ex suppositione præscientiæ divi
næ, quia inefficax prævidetur; sed in hac suppositione est voluntati creatæ possibi-
lis absolutè huiusmodi coniunctio: ergo aliquid absolute possibile voluntati crea-
tæ est Deo absolutè impossibile.

55 *Tertio.* Tertio: nam etiam si Deus media tota collectione auxiliorum habeat in sua po-
testate consensum liberum voluntatis creatæ suppositio tamen, quod voluntas huic singulari auxilio prævideatur resi-
stens in statu conditionato, iam non est in potestate Dei, quod voluntas huic singula-
ri auxilio, aut vocationi consentiat; sed suppositio scientiæ, qua voluntas in statu conditionato prævidetur huic auxilio sin-
gulari resistens non est libera Deo, nec li-
bera Deo redditur per potestatem, quam habet ad eliciendum consensum media collectione auxiliorum: ergo quod volun-
tas huic auxilio, aut vocationi in singula-
ri consentiat facta illa suppositione, est Deo absolutè impossibile, & aliàs in eadẽ suppositione est possibile absolutè volun-
tati creatæ, ergo aliquid absolutè impossi-
bile Deo, est voluntati creatç absolutè pos-
sibile, etiam si media tota collectione au-
xiliorum habeat liberum consensum in sua infinita potestate.

Denique rejicitur: nam pro priori ad prçvisionem resistentiæ voluntatis creatæ huic auxilio singulari in statu conditiona
to erat Deo absolutè possibile, quod vo-
luntas creata huic soli auxilio, aut voca-
tioni consentiret prçvisione resistentiæ suppositâ non est Deo absolutè possibile quod voluntas creata huic soli auxilio consentiat; sed prçvisio, quç supponitur non est libera voluntati divinæ, sed solum voluntati creatæ: ergo per suppositionem liberam voluntati creatç, & non liberam Deo, redditur aliquid absolutè Deo impos
sibile, quod ante talem suppositionem erat ipsi absolutè possibile.

56 *Quarto.*

§. III.

*Aliæ solutiones nostri argumenti exclu-
duntur.*

57 *Secunda facti argumenti solutio.* ALiorum solutio est: dupliciter posse Deum ordinare hominem ad gloriam in qua ordinatione prædestinatio con-
sistit: vno modo per merita, & actus libe-
ros, quibus gloria, vt corona respondet, alio modo ad gloriam, vt hæreditatem, vel sine vllo actu hominis, vel per actus necessarios, & priori modo nullum in-
conveniens esse, quod sit casus metaphy-
sicè possibilis, in quo Deus hominem prædestinare non possit, esset tamen in-
conveniens, quod in aliquo casu meta-
physicè possibili nullatenus posset homi-
nem prædestinare, ab illo consensum eli-
cere, & illi gloriam conferre. Solutionem istam amplectuntur communiter Auctores negantes intrinsecam efficaciam, & metaphysicam connexionem cum con-
sensu libero voluntatis creatç non solum singulis auxilijs gratiç, sed etiam toti col
lectioni auxiliorum. Quam tenet Suarez *libro* 1. *de prædestinatione, cap.* 7. Herice *in hac prima part. tractatu* 3. *disp.* 22. Albertinus in quinto principio Philosophy-
co *corollario* 3. Arriaga *disputat.* 35. *sect.* 1. & frequentius alij Societatis Recentiores.

58 *Infertur* 1. Sed contra illam facit primo: si Deus in casu metaphysicè possibili esset impo-
tens ad extorquendum ab homine sub-
stantiam consensus, & ad dandam homini gloriam, non esset supremus Dominus glo
riç, nec consensus quoad substantiam: ergo si est casus metaphysicè possibilis in quo Deus non possit efficacitèr decerne-
re consensum, vt liberum, & gloriam, ve

co-

coronam cōferre, non est supremus Dominus gloriæ, vt coronæ, nec consensus liberi voluntatis creatæ, quatenus liberi.

Secundo. Secundo: non esset Deus summe liber in salvando hominem absolutè, si esset casus metaphysicè possibilis in quo hominem non posset absolutè salvare: ergo nō erit summe liber in salvando hominem per media libera, si est possibilis metaphysicè casus, in quo illum per media libera

Tertio. non possit salvare. Tertio reijcitur data solutio: sequitur nāque ex illa quod aliquid ex se non repugnans, implicans cōstituatur indepēdēter à voluntate liberaDei; consequens absurdum videtur: ergo solutio tradita est falsa. Probatur sequela: propriori ad scientiā conditionatam erat non repugnans illius hominis conversio libera & illa scientia suppositā redditur implicans; sed suppositio scientię non dependet à libera voluntate Dei; alias esset Deo libera: ergo aliquid ex se non repugnans redditur implicans ex suppositione non libera Deo; ac proinde independenter a libera voluntate divina.

59 *Quarto.* Præterea reijcitur: nā iuxta Augustinum in Enchiridione, cap. 98. *Est impie desipere asserere malas hominum voluntates non posse Deum in bonum convertere*; sed loquitur Augustinus de conversione libera in bonum: ergo affirmare esse casum metaphysicè possibilem, in quo non possit Deus malam alicuius hominis voluntatem conversione libera in bonum convertere est impie desipere in Deum, Augustinoque

Quinto. contradicere. Denique reijcitur: nam sequitur quod in casu illo metaphysice possibili, negatio libertatis consensus non sit libera Deo; consequens est falsum: ergo, & tradita solutio. Falsitas consequentis constat: nam negatio libertatis consensus in casu illo metaphysicè possibili esset libera homini; sed non tanquam primo libero: ergo tanquam secundo libero; & consequentèr, vt subordinato Deo, vt primo libero; cū quo non compatitur quod Deo libera non esset. Sequela autem probatur: tunc enim negatio est libera quando est in potestate non agentis, extremum positivum cui opponitur; sicut enim non stat actum esse liberum sine potentia subiecto ad carentiam actus, ita non stat carentiam actus esse liberam sine potentia in subiecto ad actum, cuius est carentia, sed in casu illo metaphysicè possibili libertas consensus voluntatis creatæ in Dei potestate non esset; quandoquidem, vt supponitur, non posset Deus illum hominem in bonum convertere libera conversione: ergo negatio libertatis consensus non esset libera Deo, sed necessaria,

Mihi publice sic disputandi respondebatur: negationem consensus huius in particulari, vt liberi in statu conditionato prævisam, non esse necessariam Deo, sed voluntariam, & liberam: vnde necessitas negationis consensus, vt liberi, & impossibilitas illius, quæ ex illa orirentur, non essent antecedētes; sed cōsequētes ad divinā libertatem; necessitas autem consequens libertatem, & similiter impotentia illam consequens, non repugnat cum libertate; ac per consequens negatio libertatis consentus in statu absoluto, non esset Deo necessaria, sed libera absolute, & simpliciter, quamvis esset in casu illo metaphysice possibili necessaria Deo secundum quid, & ex suppositione. 60 *Resp.*

Sed contra primo: nam impotentia extorquendi consensum liberum à voluntate creata Deo in illo casu conveniens, oriretur ex prævisione resistentiæ voluntatis ad totam collectionem auxiliorū in statu conditionato; sed prævisio hæc non est libera Deo; cum sit ipsa scientia media, quæ iuxta Auctores oppositos Deo libera non est, sed necessaria, aut contingēs: ergo prędicta impotentia non est consequens libertatem divinam, & consequentèr necessitas negationis consensus, vt liberi, Deo in prædicto casu conveniens, non esset consequens, sed antecedens, cum qua stare non potest esse Deo voluntariam, & liberam. 61 *Contra 1.*

Contra secundo: negatio consensus voluntatis creatæ toti collectioni auxiliorum in illo casu prævisa in statu conditionato non esset libera Deo: ergo necessitas ex illa orta in Deo in statu absoluto ad non causandum, & extorquendum consensum liberum voluntatis, non esset consequens libertatem divinā, & idem dicendum est de impotentia ad consensum liberum extorquendum, & consequentèr, quod Deus in illo casu non extorqueret consensum, non esset ipsi liberum, sed necessariū absolutè, & simpliciter. Probatur antecedens; negatio illa est obiectum scientię mediæ, sed obiectum scientiæ mediæ nequit esse liberum Deo: ergo prędicta negatio, prout in statu conditionato prævisa, non esset libera Deo. Maior cum consequentia tenet. Minor autem probatur: scientia enim, cuius obiectum est alicui subiecto liberum est libera eidem subiecto: tùm, quia scientia non potest aliūde esse libera, nisi ex libertate obiecti. Tùm etiam: nam ideò est Deo libera scientia visionis, quia eius obiectum est liberum & ideò scientia, media est libera voluntati creatæ, quia obiectum talis scientię est liberū ipsi, sed scientia media non est Deo li- 62 *Secund.*

Digitized by Google

libera: ergo obiectum scientiæ mediæ nequit esse liberum Deo.

63 *Tertio.* Tertio reijcitur: vt enim in prædicto casu supponitur, vt Deus extorqueret illum singularem consensum vsus fuit omnibus medijs efficacibus in sua omnipotentia contentis, illumque non extorsit à voluntate creata ob illius resistentiam; sed vtens omnibus medijs efficacibus sibi possibilibus ad effectum aliquem consequendum, & illum non consequens non habet illum in sua potestate: ergo Deus est impotens ad extorquendum consensum in statu conditionato: & consequenter negatio consensus in statu conditionato prævisa non est libera Deo, negatio enim vel carentia actus nequit esse libera subiecto, quod in sua potestate extremum positivum non continet.

64 *Si resp.* Respondebis Deum in prædicto casu vsum fuisse omnibus medijs sibi possibilibus efficacibus efficacia antecedenti, non tamen efficacia consequente, quæ consistit in coniunctione gratiæ cum consensu, quã efficaciam consequentem, vel concomitantem, Deus habet in sua potestate antecedenti; cum enim ille homo, qui omnibus auxilijs gratiæ collectivè sumptis non consentiens, sed resistens supponitur in casu metaphysicè possibili, habuerit potentiam ad consentiendum vocationibus divinis medio quo consensu auxilia illa redderentur efficacia potuit etiã Deus sua auxilia efficacia constituere; & de facto non fecit, ac proinde non fuit vsus omnibus medijs efficacibus efficacia consequenti, & concomitanti in sua omnipotentia cõtentis. Ex quo vlterius sequitur, quod negatio consensus liberi voluntatis creatæ prævisa in statu conditionato fuerit voluntaria, & libera Deo.

65 *Cõtra 1.* Sed contra primo, quod enim gratia Dei efficax efficacia antecedenti non fuerit efficax efficacia concomitanti, non fuit quia Deus noluit, sed quia noluit voluntas creata, & ob eius resistentiam quã Deus vincere non potuit: ergo quod auxilia Dei efficacia antecedenti, cæperint efficacia concomitanti, non fuit Deo liberum, & voluntarium, & consequentèr negatio, seu carentia consensus in voluntate creata non fuit libera voluntati diuinæ. *Secundò.* Contra secundo: quod enim Deo volenti volũtate efficaci efficacia antecedẽti possit voluntas hominis resistere est contra omnipotentiam divinam, & contra supremam Dei libertatẽ, sed in casu admisso, vt possibili metaphysicè, supponitur volũtas creata resistens Deo volenti efficaciter efficacia antecedenti: ergo quamvis non resistat Deo volenti efficaciter efficacia concomitante, destruitur per illã omnipotentia divina, & suprema Dei libertas, & consequẽter carentia consensus liberi in voluntate creata non est libera voluntati divinæ, & consensus liber voluntatis creatæ non cõtinetur in divina omnipotẽtia. Antecedẽs, in quo solo potest esse difficultas, probatur: etenim iuxta August. *in enchiridione, cap. 97.* Deus non esse omnipotens: *si aliquid voluisset faceret* (voluntate scilicet efficaci) *& non fecisset, quia vt non faceret per humanum stetit arbitrium*; at hæc verba Augustini non possunt intelligi de voluntate efficaci Dei efficacia concomitanti: nam Deum velle aliquid efficacitèr efficacia concomitanti, & illud non effici est complicatorium in terminis: ergo iuxta Augustinum est contra divinam omnipotentiam, quod Deus vellit aliquid efficaciter efficacia antecedenti, & quod non fiat, quia hominis resistit arbitrium, & vt non fieret stetit per ipsum.

66 *Resp.* Respondebis, Augustinum intelligendum esse de casu moraliter non impossibili, Deusque non esset omnipotens si posset aliquid velle voluntate efficaci antecedenti, & moraliter contingeret, quod in re non poneretur. *Contra.* Sed contra: quia non est minus de ratione potentiæ, efficacia, quã infallibilitas de ratione scientiæ; at de rationæ scientiæ divinæ est infallibilitas nõ solum moralis, verum etiam metaphysica: ergo de ratione omnipotentiæ est efficacia moralis, & metaphysica.

Confir. 1. Confirmatur primo, non enim est minus de ratione omnipotentiæ non posse vinci, aut superari à creatura quam si de ratione scientiæ Dei, non posse aliquando fali; sed Deus supreme sapiens non esset, si in aliquo casu metaphysicè possibili posset fallibilis esse: ergo nec supreme potens si in aliquo casu metaphysicè possibili posset à creatura vinci, at si posset Deus vtens tota sua efficacia antecedenti, non extorquere illum singularem actum, vinci posset à creatura: ergo supremè potens non esset. Probatur minor, ille vincitur ab alio, qui faciens totum, quod potest, & quantum est ex parte sua vt aliquid ab alio consequatur ex non cõsensione alterius, suum intentum non assequitur; at in illo casu Deus faceret totum quod posset quantum est ex parte sua, & non assequeretur intentum ex non consensione hominis: ergo ab illo vinceretur.

67 *Confir. 2.* Confirmatur secundo, si esset casus moraliter possibilis in quo Deus vtens tota sua efficacia antecedẽti, ab homine cõsensum singularem non extorquere, esset possibile moraliter Deum ab homine vinci: ergo si est possibile in casu aliquo me-

ta-

Digitized by Google

taphysicè Deum vrentem tota sua efficacia antecedenti non elicere consensum ab homine, est possibile metaphysicè Deum ab homine vinci.

68 *Tertio respond. alij.* Tertio respondetur ab alijs etiam, negando sequelam, & metaphysicam possibilitatem casus, in quo Deus non possit liberum extorquere consensum à voluntate creata: nam licèt in tota collectione auxiliorum non sit metaphysica connexio antecedens, cum nostro consensu libero, est tamen connexio moralis, quæ sufficit, vt resistentia ad totam auxiliorum collectionem numquam sit de facto extitura; & consequentèr sufficit vt Deus in vi collectionis auxiliorum cognoscat scientia metaphysicè infallibili voluntatem non resistutã, sed consensuram esse toti collectioni auxiliorum, cum quo non stat metaphysica possibilitas casus, in quo homo toti collectioni supponatur resistens; & cõsequentèr nec possibilitas metaphysica casus in quo Deus hominem non possit convertere in bonum. Pro hac referuntur Ruyz *disp.* 10. *de providentia, sect.* 4 Granados 1. *part. controversia* 2. *tract.* 4. *disp.* 4 Et ex nostris Albelda *in hac prima parte, quæst.* 19. *artic.* 8. *dissut.* 57. & 58.

69 *Reijcitur primo.* Hæc tamen solutio displicet communiter nostris, & extraneis, & reijcitur primo: nam moralis connexio collectionis auxiliorum cum consensu nostro libero solum constituit illum moraliter certò futurum, & consequentèr illius oppositum solum moraliter impossibile; sed impossibilitas solum moralis claudit, vel supponit metaphysicam possibilitatem: ergo in vi solius cõnexionis moralis collectionis auxiliorum cum nostro consensu libero non redditur metaphysicè impossibilis resistẽtia voluntatis creatæ toti collectioni auxiliorum; & consequentèr manet metaphysicè possibilis casus in quo Deus non possit à voluntate creata liberum extorquere consensum.

70 *Secundo.* Secundo: nam certitudo scientiæ non potest excedere certitudinem obiectivam medij, cui innititur, vt mõstravimus *supra disp.* 34. & 35 sed tota collectio auxiliorum solum infert certò moraliter existentiam consensus: ergo scientia illi innitens non potest gaudere certitudine metaphysica; & consequentèr non potest Deus in vi collectionis auxiliorum cognoscere liberum consensum futurũ scientia metaphysicè certa, sed solum certa moraliter: nam certitudo metaphysica maior est certitudine morali; sed cum cognitione certa moraliter consensus liberi vt futuri stat metaphysica possibilitas resistentiæ, & negationis consensus: ergo in vi scientiæ divinæ consensus liberi vt futuri, innitentis toti collectioni auxiliorum, non redditur resistentia metaphycè impossibilis; & consequentèr nec redditur metaphysicè impossibilis casus, in quo Deus non possit hominem in bonum convertere.

§. IV.

Alijs argumentis probatur nostra sententia.

71 *Tertio prob. conclusio.* TErtio principalitèr suadetur conclusio: nam sequitur ex contraria sententia prædestinationem prout à generali providentia distinguitur, solum esse certam certitudine præsciẽtiæ, non autem causalitatis, & ordinis mediorum: consequens est falsum, & contra dicta Sanctorum, vt docet D. Tho. *quæst.* 6. *de veritate, artic.* 3. ergo absque scientia media potest componi certitudo prædestinationis, illiusque efficacia cum nostra libertate. Probo sequelam ex D. Thom. *artic. citato in corpore*, illis verbis: *Non enim potest dici, quod prædestinatio supra certitudinem prouidentiæ nihil aliud addit nisi certitudinem præscientiæ, vt si dicatur, quod Deus ordinat prædestinatum ad salutem, sicut, & quemlibet aliam, sed cum hoc de prædestinato scit, quod non deficiet à salute, sic enim dicendo non diceretur prædestinatus differre à non prædestinato ex parte ordinis, sed tantum ex parte præscientiæ euentus, & sic præscientia esset causa prædestinationis, nec prædestinatio esset per electionem prædestinatoris, quod est contra authoritatem scripturæ, & dicta Sanctorum: vndè præter certitudinem præscientiæ, ipse ordo prædestinationis habet infallibilem certitudinem.*

72 Ex quibus verbis sic probo sequelam: nam ordinare prædestinatum ad salutem cum scientia huius, quod est à salute non defecturum, vel illam consequuturum non sufficit, vt prædestinatio addat supra generalem providentiam certitudinem ordinis, & causalitatis; at in aduersariorum sententia, tota differentia prædestinationis à generali providentia, quam Deus habet erga reprobos, consistit in hoc, quod Deus ordinat prædestinatum ad salutem cum certa scientia, quod illam consequetur: ergo in illorum sententia, prædestinatio prout à generali providentia distinguitur non dicit certitudinem ordinis, seu causalitatis mediorũ, sed solũ præscientiæ.

73 *Resp.* Dices, in sententia, quam impugnamus, non solum ordinare Deum hominem ad salutem, sciendo illam fore cõsequuturum, sed simul dando media, quibus illam cõsequatur de facto: vndè in hac sententia

non ſolùm gaudet prædeſtinatio certitudine præſcientiæ, ſed etiam ordinis, & cauſalitatis; nam hæc certitudo conſiſtit in cauſando media cum fine prædeſtinationis connexa.

Contrà. Sed contra, ad certitudinem ordinis, prout à certitudine præſcientiæ diſtinguitur, non ſufficit ordinare per media cauſantia finem, ſed requiritur, quod ſit per media cauſantia infallibiliter finem; at in ſententia adverſariorum, tota infallibilitas mediorum ſumitur ex præſcientia conditionata, qua vidit Deus voluntatem in tali, vel tali occaſione conſentientem: ergo tota certitudo eſt præſcientiæ, & non cauſalitatis, ſeu ordinis. Maior conſtat: ſi namque per impoſſibile Deus daret homini media prout à ſe ſufficientia, reducta tamen ad actũ per liberam determinationem voluntatis creatæ quin præſciret eventum, quem eſſent habitura, daret tunc media cauſantia finem; & tamen talis providentia non eſſet certa certitudine ordinis, ſeu cauſalitatis; ſiquidem non haberent infallibilem connexionem cum effectu cauſando: ergo ad certitudinem ordinis non ſufficit ordinare ad finem per media cauſantia, ſed debet eſſe per media infallibiliter inferẽtia. Minorem etiã probo: media namque data prædeſtinatis non diſtinguũtur ab illis, quæ per generalẽ providentiam reprobis cõferuntur, niſi per hoc quod illis conferantur occaſione, in qua Deus prævidit ex libertate creatæ voluntatis eſſe cõiungenda cũ actu; at ab actu non accipiunt infallibilitatem cauſalitatis: cum actus ſit cauſandus ab illis, nec à præſcientia infallibilitatem cauſalitatis poſſunt obtinere, ſed ſolum præſcientiæ: ergo prædeſtinatio ſupra generalem providentiam tantũ addit certitudinem præſcientiæ.

74 *Reſp.* Reſpondebis, quod licèt auxilia data prædeſtinatis non gaudeant infallibilitate antecedenti, gaudent infallibilitate conſequenti, ſi quidem de facto coniunguntur cum actu ſecundo, & hoc ſufficere, vt prædeſtinatio ſit certa certitudine ordinis, & non ſolius præſcientiæ. Sed contra primo: *Contra 1.* nam eo ipſo, quod Deus ordinaret hominem ad ſalutem daret illi media ſufficientia, & eo ipſo, quod ſciret à ſalute non defecturum, hæc media coniuncta erant cum actu ſecundo: ergo eo ipſo, quod Deus ordinaret hominem ad ſalutem ſciens ab illa non defecturum, media ordinata haberent infallibilitatem conſequentem: & tamen D. Thom. docet verbis relatis, quod ſi Deus ordinaret hominem ad ſalutem, ſciens cum hac ab illa non defecturum, prædeſtinatio non gaudere certitudine ordinis, ſed tantum præſcientiæ: ergo infallibilitas conſequens non eſt infallibilitas ordinis, ſeu cauſalitatis, ſed tantum præſcientiæ, vel ſi eſt, aliam tamen prædeſtinatio petit, ſcilicèt ordinis, ſeu cauſalitatis antecedentis, quam non concedunt huius ſolutionis Authores.

Secundo, certitudo ordinis, ſeu cauſalitatis mediorum propria prædeſtinationis debet haberi ex vi prædeſtinationis; at hæc infallibilitas conſequens non convenit illis ex vi prædeſtinationis, ſiquidem illam haberent etiam ſi media prædeſtinatione non conferentur, ſed media generali providẽtia: ergo talis infallibilitas non eſt illa, quam petit prædeſtinatio, prout à generali providentia diſtinguitur. 75 *Secundo.*

Tertiò id ſine quo poteſt effectus exiſtere, non gaudet certitudine ordinis, & cauſalitatis reſpectu talis effectus; at præſuppoſita futuritione gloriæ, & meritorum eius, in ſtatu conditionato poteſt totum hoc poni in ſtatu abſoluto abſque prædeſtinatione: ergo prædeſtinatio non eſt certa certitudine ordinis, & cauſalitatis reſpectu mediorum, & finis ſui. Probo minorem: conditionatum tranſit in abſolutum purificata conditione; at ſuppoſita ſcientia conditionata de gloria, & eius meritis, prædeſtinatio non eſt conditio ad gloriæ aſſecutionem: ergo poſitæ conditione, & prædeſtinatione non poſita, erit gloria futura in ſtatu abſoluto; & conſequentèr prædeſtinatio ad futuritionem in ſtatu abſoluto neceſſaria non eſt. Probo minorem: ſi namque prædeſtinatio poneretur ex parte conditionis in ſtatu conditionato non eſſet conditionatum contingens, ſed neceſſarium neceſſitate illationis; hæc enim propoſitio neceſſaria eſt: *Si prædeſtinat vero Petrum, ſaluabitur*: ergo non eſſet obiectum ſcientiæ mediæ, ſed naturalis; ac proinde, vt obiectum ſcientiæ mediæ conſtituatur, prædeſtinatio pro conditione importari non debet. Tertio. 76 *Quarto prob. concluſio à priori.*

Denique: nam ſi prævideantur in ſtatu conditionato merita ſub conditione præviſa, tota ſpecialitas prædeſtinationis in purificatione conditionis conſiſteret, ſcilicèt in eo quod Deus velit hominem in ea occaſione ponere, in qua prævidit fore, vt mereretur; at hæc ſpecialitas eſt ſolius præſcientiæ: ergo idem quod prius. Maior conſtat, nam purificata ſolum conditione tranſit conditionatum in abſolutum: ergo ſola voluntas purificandi conditionem ſufficit, vt merita conſtituantur futura abſolutè. Minor autem probatur: ſi Deus ſciẽtia media non dirigatur, & oferat omnibus auxilia ſufficientia in varijs occaſionibus vnus cõſentiat, & alius non conſentiat, vnus merebitur, & alter nõ merebitur abſ-

absque aliquâ providentia speciali: ergo providentia specialis prædestinativa solum distinguitur ab illo providentiæ modo per hoc quod Deus prædestinando conditionem purificat cum præscientia eventus: in illo autem modo providendi sine tali præscientia conditionem poneret; & consequenter prædestinatio, prout à generali providentia distincta non dicet certitudinem causalitatis, sed solius præscientiæ.

77 *Resp. 2. principali arg.*

Respondebis secundo principali argumento: quod licèt sequantur ex illorum sententia, qui suppositâ scientiâ mediâ non constituerent in Deo decreta efficacia prædiffinitiva actuum liberorum, non autem infe untur ex sententia quæ huiusmodi decreta concedit; etenim iuxta illam sententiam; cum prædestinatio fiat secundum propositum efficax inferendi, ex vi cuius media causantur cum fine prædestinationis connexa, gaudebit prædestinatio certitudine non solum præscientiæ, sed etiam ordinis, & causalitatis.

78 *Contra 1.*

Sed contra primò; nam vel propositum illud efficax ad futuritionem mediorum prædestinationis, vt illorum causa requiritur, vel non? si hoc secundum dicatur: ergo prædestinatio ex vi illius causalitatem non exercet in media; & consequenter non est certa, certitudine ordinis, seu causalitatis mediorũ: si primum: ergo debet etiam tale propositum statum futuritionis conditionatæ mediorum prædestinationis constituere, quod vt supra arguebamus destruit obiectum scientiæ conditionatæ. Patet hæc consequentia: nam futuritio ab eisdem causis dependet, vt sub conditione futuris in statu conditionato, à quibus, vt præsentibus, vel futuris absolutè, dependet in statu absoluto: ergo si futuritio meritorum, quæ sunt media ad finem prædestinationis conducentia dependent in statu absoluto ab hoc efficaci proposito, ab eodem etiam in statu conditionato dependent.

79 *Secundo.*

Secundo: nam admissis huiusmodi decretis prædiffinitivis scientia media supposita admitti debent i dependenter ab illa: ergo illis admissis, scientia media necessaria non est ad conciliandam libertatem nostram cum certitudine prædestinationis. Probo antecedens: eo ipso, quod per hæc decreta libertas non lædatur, nec etiã læditur per auxilia intrinseca efficacia ex se, & ab intrinseco; at hoc concesso, scientia media necessaria non est ad salvandam libertatem cum certitudine prædestinationis, vt in confesso est apud omnes illius professores: ergo admissis huiusmodi decretis tollitur scientiæ mediæ necessitas pro concilio libertatis. Probo maiorem: ex eo qualitas ab intrinseco efficax libertatem evertit, quia illa ponta non possumus contrarium actum, seu negationem actus, ad quem datur in sensu composito; at huiusmodi decretis admissis non possumus ad actum oppositum, seu ad negationem eius ad quem datur decretum, quo non obstante subsistit libertas: ergo huiusmodi decretis admissis, stat ur adversariorum ratio, qua probant auxilium ab intrinseco efficax libertatem nostram destruere; & consequenter illam non destruit.

Dices fallam esse maiorem, sed ideò qualitas ab intrinseco efficax libertatem evertit, quia nec cum illa componere possumus extremum oppositum, nec illius existentiam possumus impedire: decreti autem efficacis ab intrinseco existentiam impedire potest libertas humana; cum enim huiusmodi decretum nequiret existere in Deo si voluntas hominis in statu conditionato non se determinasset ad actum, hinc est, quod fuerit in potestate illius impedire existentiam decreti; ac proinde quod necessitas ex illa proveniens non sit antecedens, sed consequens nostram libertatem & quod cum illo libertas nostra illæsa subsistat.

80 *Resp.*

Sed contra: ergo etiam si Deus qualitate ab intrinseco efficaci voluntatem determinet, salvari poterit illæsa eius libertas, per hoc quod existentiam præcisæ qualitatis possit voluntas impedire per non determinationem ad actum in statu conditionato; consequens non admittunt cõtrarij: ergo nec antecedens. Probo sequelam: esto decretum sit efficax ab intrinseco cum libertate nostra componitur ratione iam dicta, quia scilicet potuit voluntas, non se determinando ad actum in statu conditionato, impedire existentiam decreti: ergo id ipsum dici poterit de qualitate efficaci ab intrinseco.

Contra.

Tertio principalis solutio reiicitur, quia qualitas ab intrinseco efficax libertatem nostram destruit in sententia adversariorum, sivè detur ante, sivè post consensum prævisum, cum libertate nostra non potest in eorundem sententia componi: ergo è contra si decretum ab intrinseco efficax, consensum supponens in statu conditionato, cum libertate nostra compatitur, componi etiam poterit cum illa quamvis, in statu conditionato consensum prævisum non supponat; & consequenter huiusmodi decretis prædiffinitivis admissis, superfluit scientia media ad compositionem libertatis nostræ cum prædestinationis certitudine, & efficacia.

81 *Tertio principalis solutio reiicitur.*

Dices esse discrimen maximum inter

82

Resp. vnum, & aliud; consistens in eo quod decretum ab intrinseco efficax non determinat voluntatem, nec applicat ad actum se ipso immediatè, sed mediante vocatione congrua: vndè si hæc ab intrinseco efficacia non gaudet, sed illi possit voluntas resistere, componitur cum decreto libertas. Cæterum qualitas physicè præmovens ab intrinseco efficax, se ipsa immediatè applicat voluntatem ad actum: vndè si voluntas illi non potest resistere, tollitur indifferentia principij; ac proinde libertas destruitur.

83 *Contra 1.* Sed contra primo: decretum debet mandari executioni per media sibi proportionata: ergo cum decretum sit ab intrinseco efficax, vocationes, quib⁹ medijs ad executionem accedit, debent esse ab intrinseco efficaces, & non ab extrinseco ratione præscientiæ. *Secundo.* Secundo: nam si vocatio efficax, non ex se, sed ratione consensus prævisi in statu conditionato sufficit, vt voluntas applicetur ad actū, & illum constituat in statu absoluto: ergo etiam decretū divinum non efficax ab intrinseco, sed solum efficacia desumpta à cōsensu prævisso in statu conditionato sufficiens erit ad mediatè applicandā voluntatem ad actum; & consequenter vel admitti debet vocatio ab intrinseco efficax, vel excludi debet decretum efficax ab intrinseco

84 *Tertio.* Tertio, etiam si apprehensio obiecti, non immediatè, sed mediatè ad actum voluntatis concurrat, si iudicium sit necessarium, & obiectum absque indifferentia proponat non minus destruit libertatem, quam in sententia opponta illam destruit qualitas ab intrinseco efficax posita à Tho missis: ergo discrimen pænes mediatum, aut immediatum cocursum ad actum volantis, non probat decretum ab intrinseco efficax, scientia media supposita, libertatem servare, & illam destruere qualitatem efficacem ab intrinseco; ac proinde, vel tenentur admittere, qualitatem physicam ab intrinseco efficacem cum libertate componi, vel asserere decretum ab intrinseco efficax in quacumque suppositione, illam non conservare.

85 *Quarto.* Denique tradditam solutionem reijcio: non minus requiritur ad indifferentiam voluntatis creatæ prout in actu primo, quod Deus habeat paratum cōcursum ad extremum oppositum, quam quod non sit determinatam ad vnum extremum; at ex vi decreti efficacis concurrendi, cum voluntate ad vnum extremum, tollitur paratio concursus ad eius oppositum: ergo si hoc non obstante, illæsa relinquitur nostra libertas cum illo decreto quia supponit consensum, vt cōditionatè prævisum, relinquitur etiam posita qualitate determinante ab intrinseco ad vnum indifferentiæ extremum, per eandem suppositionem. Probo minorem: non minus repugnat Deum esse determinatum efficaciter ad vnum extremum cum indifferentia ad oppositum, quam quod voluntas creata sit efficacitèr determinata ad vnum, & indifferens ad eius oppositum; at ex vi decreti efficacis concurrendi, v.c. ad amorem, determinatur efficacitèr voluntas divina ad concursum illum: ergo si repugnat in adversariorum sententia esse voluntatem determinatam intrinsecè ad actum, & esse indifferentem ad actum contrarium, aut eius negationem, repugnabit etiam Deum esse determinatum per decretum ad dandum concursum necessariū ad amorem, & habere paratum concursum ad odium, vel amoris negationem.

86 *Resp.* Dices, ex vi decreti, quo Deus decernit amorem non concurrere immediatè ad illum, sed mediante alio decreto quo præparat voluntati vocationes ex se ineffícaces, & solum efficaces ex vi præscientiæ consensus in statu conditionato; & consequenter mediante hoc decreto præparat indifferentem concursum.

Cōtra 2. Sed contra primo: ergo stat optimè esse voluntatem divinam determinatam efficacitèr ad concurrendum indifferenter: ergo etiam stabit benè, esse voluntatem creatam determinatam efficacitèr intrinsecè à Deo ad concurrendum concursu indifferenti: ac proinde stare benè poterit, quod per qualitatem ab intrinseco efficacem sit voluntas nostra determinata ad amandum, & ad libere amandum, quod asserit nostra sententia.

Secundo. Secundo, licèt ex vi decreti, quo Deus decernit amorem, non concurrat immediatè ad amorem, ex vi tamen illius est determinata voluntas divina immediatè ad decernendum concursum, quem debet præstare; & tamen decretum concurrendi indifferens est: ergo stat benè principium immediatum determinatum esse, & id quod immediatè ab illo procedit esse indifferens; & consequenter etiam si vocatio ab intrinseco efficax determinata sit, & immediatè ad actum concurrat, stare optimè poterit cum illius determinatione libertas in actu immediatè ab illa causato.

87 *Quinto prob. conclusio à priori.* Quinto, principalitèr suadetur conclusio ratione à priori: certitudo, aut efficacia inferens, aut causans libertatem consensus non potest libertatem destruere; at certitudo, aut efficacia divinæ prædestinationis à scientia media independens causat, & infert libertatem consensus: ergo illam non destruit; & cōsequenter, vt sint simul

simul certitudo prædestinationis, & libertas prædestinati necessaria non est scientia media. Consequentia cum maiori tenent. Minor autem probatur: certitudo prædestinationis nascitur ex summa efficacia voluntatis divinæ, sed hæc expoſcit, vt non solum inferat substantiam consensus decretati, verum etiam modum libertatis illius, Deus enim vult quod fiat, & quod libere fiat: ergo certitudo prædestinationis in efficacia divinæ voluntatis innitens, non solum infert, & causat in medijs ad illius finem ordinatis substantiam illorum, sed etiam modum libertatis, qua ratione vius est D. Thom. vt efficaciam gratiæ cum nostra libertate conciliet, *quæst. 6. de verit. artic. 3. ad 3. in 1.* ad Anibaldum *dist. 47. quæst. 1. art. 4. ad 4. 3. contra gent. cap. 89. & 94. circa finem in hac 1. p. supra quæst. 19. art. 8. quæst. 22. art. 4. in hac quæst. art. 6. in fin. quæst. 83. art. 1. ad 3. 12. quæst. 10. art. 4. ad 1.* & pluribus alijs in locis, ex Anselmo *lib. de concordia præscientiæ prædestinationis, & gratiæ, capit. 1* illis verbis: *Quoniam quod Deus vult non potest non esse, cum vult hominis voluntatem nulla cogi, vel prohiberi necessitate ad volendum, vel ad non volendum, & vult effectum sequi voluntatem, tunc necesse est esse liberam, & esse quod vult.* Et ex August. *libr. de correctione, & gratia, cap. 8.* vbi ait: *Voluntas humana non libertate consequitur gratiam, sed gratia libertatem*: ac si appertius dicat, gratiam, & efficaciam eius esse libertatis radicem, & *cap. 14.* illis verbis: *Magis habet Deus in potestate sua voluntates hominum, quam ipsi suas*: ergo sicut homines se determinantes ad actū, propriam libertatem non ledunt; ita potestas Dei, in qua magis, quam in propias voluntates hominum continetur, non potest sua determinatione efficaci lædere libertatem humanam, sed potius roborare, & perficere.

88 *Explicatur.* Vel potest aliter eadem ratio explicari: independentia efficaciæ gratiæ à prævisione consensus in statu conditionato non potest inferre ablationem libertatis: ergo per gratiam ab intrinseco efficacem non tollitur nostra libertas. Antecedens probatur: independentia efficaciæ voluntatis divinæ à prævisione consensus non infert ablationem libertatis: ergo nec independentia efficaciæ gratiæ. Antecedens probatur: incrementum perfectionis in voluntate divina in ratione inferendi libertatem non potest inferre ablationē illius; sed independentia efficaciæ voluntatis divinæ à prævisione consensus, est incrementum perfectionis in ratione inferendi libertatem: ergo antecedens subsistit. Maior videtur certa. Minor autem probatur: nam iuxta D. Thom. *1. part. quæst. 19. art. 8.* efficacia voluntatis divinæ, est ratio, cur ad illam sequatur effectus secundum substantiam, & modum, sicut è contrario debilitas virtutis activæ, aliquādo est in causa, vt effectus non sequatur ad agens secundum substantiam, & modum; sed independentia efficacis voluntatis divinæ à prævisione consensus in statu conditionato, est incrementum perfectionis in ratione efficaciæ: nam maior est efficacia à tali prævisione independens, quam ab illa dependens: ergo dicta independentia non potest inferre ablationem libertatis.

Confirmatur primo; necessitas consequens libertatem nostram æquivalenter, illam aufferre non potest; sed necessitas orta ex efficacia gratiæ independente à prævisione in statu conditionato consequitur ad nostram libertatem, & consensum æquivalenter: ergo illius libertatem non tollit. Probo minorem: consequitur ad nostrum consensum, vt contentum eminenter in voluntate, & omnipotentia divina, quæ vt inquit Augustinus, magis habet in potestate sua hominum, quam ipsi suas habeant voluntates: ergo consequitur ad consensum nostrum æquivalenter. 89 *Confir. 1.*

Secundo: quia voluntas continet in se sui actus libertatem potest se determinare ad illum absque suæ libertatis læsione; sed multo magis continet Deus actum nostræ voluntatis, quam ipsa suum actum contineat: ergo potest illam prædeterminare ad actum absque libertatis læsione. Tertio: dependentia efficaciæ gratiæ à prævisione consensus, in statu conditionato non est perfectio, sed debilitas efficaciæ; tod libertas nostra, & contingentia reducuntur ad efficaciam voluntatis divinæ non ratione debilitatis, sed ratione perfectionis efficaciæ: ergo non reducitur ad efficaciam à scientia media dependentem. *Confir. 2.* *Confir. 3.*

§. V.

Vltimum fundamentum pro nostra sententia expenditur.

90 *Vltima prob. conclusio.* DEnique probatur conclusio: præter voluntatem, qua Deus omnipotentiam suam applicat voluntati creatę, eamque in actu primo constituit, vt voluntas actu operetur, est necessaria efficientia, licèt ex parte Dei nova, & distincta voluntas; sed hæc infallibiliter infert cōsensum, & illius libertatem non lædit: ergo ex determinatione antecedenti infallibiliter inferente consensum non læditur eius libertas; & cōsequentèr ruit vnicum contrariæ sententiæ fundamentum, nempè, quod prin-

principium infallibilitèr inferens consensum, à scientia media independens, illius libertatem evertit. Vtraque consequentia evidenter infertur. Minor est certa: nam illa nova voluntas non dat posse solum: ergo non est compossibilis cum carentia operationis, sicut illa, quæ dat posse: & consequentèr est, connexa infallibilitèr cum consensu libero voluntatis creatæ.

91 *Maior prob. 1.* Maior autem ostenditur primo: præter libertatem Dei in applicanda omnipotentia voluntati creatæ, vt possit rectè operari, requiritur, vt de facto operetur nova libertas Divina: ergo essentialitèr requiritur nova, & diuincta voluntas.

Consequentia est evidens: nam sine nova voluntate nequit esse nova libertas. Antecedens autem probo: consensus voluntatis creatæ, est Deo liber per modum effectus immediatè formalitèr; sed ex vi applicationis Omnipotentiæ constituentis in actu primo voluntatem creatam, non est Deo liber immediatè formalitèr, sed solum mediatè, & virtualitèr: ergo præter libertatem Dei in constituendo voluntatem creatam in actu primo requiritur, vt de facto operetur nova, & distincta libertas. Consequentia est bona. Minor certa in doctrina adversariorum docentium concursum Omnipotentiæ determinari à voluntate creata, solumque esse Deo liberum libertate antecedenti, qua liberè voluit suam Omnipotentiam voluntati creatæ applicare.

92 *Maior prob.* Maior autem probatur: consensus liber voluntatis creatæ est sub dominio Dei immediatè, & formalitèr; sed dominium est facultas libera vtendi re sua sine iniuria alterius: ergo est immediatè, & formalitèr liber Deo per modum effectus.

Maior, quam contrarij negant; probatur: Deus est supremus Dominus voluntatis creatæ, & consensus liberi illius; sed si consensus non esset liber Deo immediatè, & formalitèr, non esset supremus Dominus illius: ergo est immediatè, & formalitèr sub dominio Divino. Maior est certissima, consequentia bona, & minor probatur: si non esset immediatè formalitèr sub dominio Dei, solum esset sub illo virtualitèr, & mediatè; sed subiectio mediata, & virtualis non sufficit ad supremum Dei dominium: ergo si consensus liber voluntatis creatæ non est sub dominio Dei immediatè formalitèr, Deus non est supremus Dominus illius.

Probatur minor: non minus est de ratione dominij subiectio rei sub dominio cadentis, quam de ratione causæ efficientis dependentia effectus ab illa; sed non salvatur ratio primæ, & supremæ causæ efficientis, per dependentiam mediatam, & virtualem; vnde omnes Theologi contra Durandum docent, Deum immediatè influere in omnes effectus creatos, quia sine influxu immediato nequit ratio primæ causæ subsistere: ergo non salvatur ratio supremi dominij per subiectionem mediatam, & virtualem; & consequentèr, si consensus liber voluntatis creatæ non est subiectus immediatè, & formalitèr dominio Divino, Deus supremus Dominus talis consensus non est.

Mihi sic publicè disputanti respondebatur negando consequentiam, & disparitatem dabant: nam de ratione primæ causæ est omnis modus efficientiæ non chimericæ & non implicantis, & de ratione supremi dominij est omnis subiectio non chimerica, nec implicans, est autem hæc differentia, quod dependentia immediata omnis effectus à Deo, ex nullo capite implicat, & ideò sine illa non salvatur ratio primæ causæ in Deo: Implicat autem subiectio immediata consensus liberi voluntatis creatæ, libertati, & dominio Divino, quia ex hoc tollitur eius libertas; & ideò salvatur in Deo ratio supremi dominij, absque subiectione immediata, & formali per solam subiectionem virtualem, & mediatam. 93 *Resp.*

Sed contra primo: nam Theologi non aliundè damnant sententiam Durandi negantis Deo immediatum influxum in effectus causarum secundarum, nisi quia immediatè in illos influere, est de ratione primæ causæ efficientis: ergo non probant esse de ratione primæ causæ immediatam efficientiam, quia hæc non repugnat, nec implicat; sed quia sine illa non salvatur ratio primæ, & supremæ causæ efficientis. 94 *Contra 1.*

Deinde: nam sequitur ex hac solutione sententiam Durandi nulla censura esse dignam; consequens est falsum: ergo, & tradita solutio. 95 *Secundo.*

Probo sequelam: nam in primis non esset hæretica; cum verba illa Ioannis: *Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil*, propriè possent explicari per efficientiam mediatam, doctrina solutionis admissa asserente salvari dominium cum proprietate per mediatam subiectionem. Nec esset erronea, quod probo: nam ad hoc est necessarium, vt immediatus Dei influxus inferretur evidenter, vel ex duplici præmissa de fide, vel ex vna de fide, & alia ex terminis nota, aut evidenter demonstrabili; sed nullo ex his modis probaretur: Immediatus Dei in-

Digitized by Google

Influxus: ergo sententia Durādi, nec erronea, nec hæretica esset; & consequenter nulla censura esset digna, nisi ad summum temeritatis, eo quod adversatur communi Theologorum consensui.

Minor pro prima parte est certa; non enim datur duplex præmissa de fide, ex qua evidenter inferatur immediatus Dei influxus. Pro secunda parte probatur: nam si aliqua esset præmissa, ex qua simul cum præmissa fidei inferretur immediatus Dei influxus, maximè illa, nempè, *immediata dependentia à Deo nulli creaturæ repugnat*; sed hæc non est immediata propositio ex ipsis terminis nota; cum à Durando negetur, & Philosophi illam probent, nec potest evidenter demonstrari, nec Durandus illam negans potest evidenter convinci, si semel ratio primæ causæ salvatur sine immediata efficientia: ergo sententia Durandi non debet erronea censeri, quod communi sententiæ adversatur.

96 *Tertio.* Præterea contra solutionem arguitur: nam ex illa solum sequitur Deum supremum Dominum esse respectu aliorum effectum, quamvis consensus liber creatus non sit illi immediatè subiectus, non autem, quod hac subiectione negata, sit supremus Dominus consensus liberi voluntatis creatæ; sed de fide est Deum esse supremum Dominum nostri liberi consensus: ergo solutio tradita non subsistit.

Probo maiorem: si esset aliquis effectus creatus non dependens immediatè à Deo, Deus prima, & suprema causa talis effectus non esset, quamvis respectu aliorum, prima, & suprema causa maneret: ergo si consensus liber creaturę non subijcitur immediatè dominio Divino, Deus non erit supremus illius Dominus, quamvis aliàs maneat eius supremum Dominū respectu aliorum effectuum.

97 *Quarto.* Quarto reijcitur prædicta solutio: nam sequitur ex illa Deum non esse ita perfectè Dominum actus liberi voluntatis creatæ, ac est dominus aliarum entitatum, & aliorum actuum, qui sub dominio voluntatis creatæ non cadunt; consequens est falsum, aliàs esset imperfectè dominus actus liberi voluntatis creatæ, quod sine absurditate concedi non potest: ergo solutio tradita non subsistit. Probatur sequela: aliarum rerum, quæ sub dominio voluntatis creata non cadunt, est dominus immediatè, & formalitèr; actus autem liberi voluntatis creatæ solum est dominus virtualitèr, & mediatè, iuxta solutionis doctrinam; sed dominatio immediata, & formalis, perfectior est intra sphæram dominij, dominatione solum virtuali, & mediata: ergo Deus non est ita perfectè dominus actus liberi voluntatis creatæ, ac est dominus aliarum entitatum, quæ sub dominio voluntatis creatæ non cadunt.

Denique reijcitur: nam sequitur ex doctrina solutionis, eum, qui pertinaciter assereret, esse duos Deos, non posse ratione naturali convinci; consequens absurdum est: ergo solutio tradita est falsa. Probatur sequela: nam ratio, qua vtuntur Theologi ad demonstrandum repugnare plures Deos, est, quia de ratione Dei est cōtinere formaliter, aut eminenter omnem realem perfectionem; vnus autem Deus non potest cōtineri in alio, aliquo ex prædictis modis; at hæc ratio solutionem habet, admissa traditæ solutionis doctrina: ergo ex illa sequitur assererētem duos Deos, non posse ratione naturali demonstrativè convinci. Probo minorem: nam doctrina solutionis est non esse de ratione supremi dominij immediatè dominari supra omnem perfectionem creatam, eo, quod dominium supremum non petit subiectionem implicantem, est autem aliqua entitas, cuius immediata subiectio ad libertatem divinam est implicatoria omninò, nempè entitas actus liberi volūtatis creatæ; sed, qui multitudinem Deorum assereret, posset eodem modo argumento facto occurrere, nempè asserendo de ratione Dei esse continere eminenter, vel formalitèr omnem aliam perfectionem, cuius continentia in alio implicatoria non est; quod autem vnus Deus contineatur in alio est implicatorium omninò: ergo ex doctrina traditæ solutionis infertur asserentem plures Deos non posse ratione naturali convinci, nec oppositum evidenter demonstrari.

98 *Secundo probatur principale assumptum, & sequitur maior.* Secundo principale assumptum probatur; nempè præter voluntatem Dei cōstituentem in actu primo voluntatem creatam esse omninò necessariam novam, & distinctam voluntatem Divinam, vt voluntas creata de actu primo transeat ad actum secundum; nam voluntatem creatam consentire in actu secundo est novum beneficium Divinum distinctum à constitutione illius solum in actu primo; sed novitas beneficij, novam, & distinctam voluntatem requirit: ergo in transitu voluntatis creatæ de actu primo ad actum secundum nova Dei voluntas necessario intercedit.

100 *Resp.* Dices: transitum voluntatis creatæ de actu primo ad actum secundum esse novum, & distinctum beneficium effectivè, quia actus secundus fit à voluntate creata adiu-

Digitized by Google

adiuta gratia Dei, & cum illa concurrente, & effectivè influente in actum liberum voluntatis creatę, non verò esse novum beneficium affectivè. Solum autem beneficium novum, & distinctum affectivè, novam, & distinctam voluntatem Dei requirit; ac proinde vt voluntas creata de actu primo transeat ad actum secundum, non requiritur essentialitèr ex parte Dei nova, & distincta voluntas.

101 *Contra.* Sed contra: nam consensus, vt in re existens, essentialitèr fundat novum debitum gratiarum actionis ad Deum, in consentiente præ alio, qui non consentit; sed novum debitum gratiarum actionis, essentialitèr supponit in benefaciente novam benefaciendi voluntatem: ergo consensus, vt in re existens, essentialitèr supponit in Deo novam distinctamque voluntatem ab illa, per quam voluntas in actu primo constituitur potens ad elicientiam consensus.

Maior probatur: si namque fundare maius debitum gratiarum actionis non esset essentiale cōsensui, vt in re existenti, sequeretur posse de potentia absoluta vnū hominem salvari, & alterum condemnari, quin in illo, qui salvaretur consurgeret maior obligatio ad Deum præ alio, qui damnaretur; consequens videtur absurdum: ergo maius debitum fundare, est essentiale consensui, vt in re existenti.

102 *Tertio probatur assumptum.* Denique principale assumptum probatur: homo in actu primo potens ad consensum salutarem vtiliter petit à Deo ipsum salutarem consensum, iuxta illud: *Conuerte nos Domine ad te, & conuertemur*; sed si vt actu consentiret, nova Dei libertas, novaque voluntas Divina non requirerentur, inutilis esset oratio pro consensu salutari, sed tolum ad hoc esset vtilis, vt Deus illum in actu primo potentem conservaret, nec à decreto constituente in actu primo cessaret: ergo præter voluntatem Dei requisitam, vt voluntas creata possit in actu primo, necessaria est nova voluntas, vt in actu secundo consentiat.

Minor prob. 1. Minor ostenditur primo: id quod aliquis in sua continet potestate, inutilitèr petit ab alio; sed si præter voluntatem Dei requisitam ad posse, necessaria non esset nova, & distincta voluntas ex parte Dei, vt homo consentiret de facto, quidquid necessariū est ad consensum de facto exercendum, est in potestate hominis cōstituti in actu primo: ergo sic constitutus, inutilitèr postularet à Deo salutarem consensum.

103 *Secundo.* Secundo ex Hieronymo *lib.* 2. adversus Pelagianos, vbi adducens illa verba Matthæi 26. *Surgite, vigilate, & orate ne intretis in tentationem*; sic Pelagianos vrgebat, *debuisset dicere iuxta vos, surgite, & resistite, liberum enim habetis arbitrium, & semel concessa vobis à Domino potestate, nullius alterius indigetis auxilio.* Ex quibus verbis tale argumentum conficio: quia iuxta Pelagianos homo per liberum arbitrium sine Dei gratia poterat gravi tentationi resistere, infert Hieronymus; iuxta illos, Deum orandum non esse, vt homo tentationi non cedat, sed ipsum hominem exortandum, vt tentationi resistat: ergo si homo ex vi voluntatis Dei ipsum in actu primo constituentis, est potens ad consensum salutarem sine novo speciali adiutorio, & sine volūtate Dei superaddita speciali, non est Deus ab homine orandus pro salutari consensu exequendo, sed solum, vt à decreto requisito in actu primo non desistat.

104 *Tertio.* Tertio: nam oratio non causat immediatè effectū, sed solum mediatè ad illum conducit, movendo alterius voluntatem; sed si nova voluntas ex parte Dei necessaria non est pro consensu salutari exequendo, non potest nostra oratio Dei voluntatem movere: ergo si talis nova voluntas non datur, superfluit omninò oratio.

Patet minor: oratio hominis constituti in actu primo non movet voluntatem Divinam requisitam, vt possit, nec orat pro illa, cum ista iam supponatur: ergo si præter illam non requiritur nova voluntas; vt de facto operetur, non potest sua oratione voluntatem Dei movere; & consequentèr inutilis erit; cum oratio, vt potè causa moralis, nequeat aliter ad effectum conducere, nisi Dei voluntatem movendo, vt vellit hominem ad consensum iuvare.

§. Vltimus.

Diluuntur contraria argumenta.

105 *Arg. 1. ex Tridentino.* CONtra nostram sententiam; militant argumenta, quę fecimus *supra disput.* 36. §. 5. *& vltimo, & disput.* 38. §. 3. vbi vnicum principium, cui innituntur Authores oppositi, scilicèt, quod efficacia gratiæ à nostra voluntate independens, & ab illa inevitabilis, reddit inevitabilem actum; & consequentèr non liberum, falsum esse, & contra D. Thom. monstravimus, & quatuor medijs, quibus id probant, occurrimus faciunt etiam argumenta, quę *disp.* 54. §. 2. *& sequenti diluimus.* Modo suppon endo eandem difficultatem esse de efficacia intrinseca gratiæ intrinsecè voluntati inhærentis, ac de efficacia intrinseca prædestinationis, & decreti independentis à prævisione consensus liberi vo-

lun-

luntatis creatæ in ſtatu conditionato ? arguitur contra noſtram ſententiam primo, vulgari argumento ſumpto ex Tridentino *Seſsione 6. de iuſtificat. can. 4.* illis verbis? *Si quis dixerit, liberum hominis arbitrium à Deo motum, & excitatum; nil cooperari aſſentiendo Deo excitanti, atque vocanti, quo ad obtinendam iuſtificationis gratiam ſe diſponat, ac præparet, nec poſſe diſſentire, ſi vellit, &c. anathema ſit.* Ex quibus verbis, ſic arguunt Authores oppoſiti; iuxta Trident. liberum hominis arbitrium motum, & excitatum à Deo diſſentire poteſt gratię Dei prævenienti; ſed non poteſt diſſentire gratiæ ab intrinſeco efficaci, nec efficaci decreto independenti à prævisione conſenſus in ſtatu conditionato: ergo gratia intrinſecè efficax neceſſaria non eſt ad conſenſum ſalutarem, nec decretū ab intrinſeco efficax à ſcientia media independens. Conſequentia eſt bona. Maior continet doctrinam Tridentini. Minor autem probatur: nam diſſentire, ſi propriè accipiatur, vt debet, denotat ſenſum compoſitū reſiſtentiæ cum gratia prævenienti; ſed voluntas noſtra non poteſt componere reſiſtentiam cum gratia ab intrinſeco efficaci, nec cum decreto efficaci ab intrinſeco, aliàs poſſet vtrumque fruſtrare, quod implicat in noſtris principijs: ergo non poteſt gratię præmoventi, nec decreto ab intrinſeco efficaci diſſentire.

106 *Duplex Thomiſtarum ſolutio.*

Huic argumento variè occurritur à noſtris Thomiſtis in tractatu de auxilijs, quibuſdam aſſerentibus Concilium accipiendum eſſe de diſſenſu materialitèr, & ſpecificativè ſumpto pro actu contrario illi, ad quem gratia præmovens applicat voluntatem creatam, non in ſenſu reduplicativo, & formali, & in priori acceptione, non dicere ſenſum compoſitum reſiſtentiæ cum gratia efficaci.

Alijs docentibus accipiendum eſſe de diſſenſu reduplicativè, & formalitèr, in qua acceptione denotat ſenſum compoſitum reſiſtentiæ cum gratia efficaci; licèt autem voluntas creata non poſsit quoad ſubſtantiam coniungere reſiſtentiam cum gratia, aut cum decreto efficaci, poteſt tamen ex parte modi, quo fertur per actum liberum in obiectum indifferenter propoſitum.

107 *Vera Tridentini intelligẽtia.*

Solutio tamen, quam veriorem iudico, eſt Concilium accipiendum eſſe de diſſenſu reduplicativè, & formalitèr, non tamen comparato cum Deo, vt efficacitèr decernente conſenſum, & ad illum efficacitèr præmovente, ſed cum Deo excitante, & vocante, ſufficienterque auxiliante; ita, vt ſenſus ſit, liberum hominis arbitrium à Deo motum, & excitatum diſſentire poteſt Deo vocanti, & excitanti, illique vocanti, & excitanti reſiſtere, non autem Deo efficacitèr præmoventi, ita vt motio efficax ſubiectivè ingrediatur, non autem obiectivè, & terminativè, quę explicatio ex verbis Tridentini colligitur, quibus diſſenſus comparatur cum Deo; prout illi liberum arbitrium cooperari aſſentiendo aſſeruerat nempè Deo excitanti, adque vocanti, vt conſtat ex verbis relatis, & inſuper eadem explicatio probatur ex mente Concilij, quæ erat noſtram libertatem in cõſenſu ſalutari contra Hæreticos diffinire; vt autem hæc ſalvetur ſufficit potentia in voluntate ad diſſentiẽdum, & reſiſtendum Deo excitanti, ſufficienterque auxiliãti, quia gratia ſufficiens ex parte actus primi ſe tenet, non autem requiritur potentia ad reſiſtendum gratiæ efficaci applicanti ad actum ſecundum; ſicut enim, vt voluntas libere conſentiat non requiritur potentia in illa ad coniungendum diſſenſum cum conſenſu; ita neceſſaria non eſt potentia ad coniungendū diſſenſum cum præmotione efficaci ad conſenſum, quæ ſe tenet ex parte actus ſecundi, tanquam inchoatio illius.

Et ex his in forma reſpondeo diſtinguendo, & explicando maiorem: poteſt voluntas humana diſſentire gratiæ præmoventi efficaci, nego maiorem: gratiæ excitanti, & ſufficiẽti, concedo maiorem, & conceſſa minori, nego conſequentiam. Et quidem Tridentinum nullatenus noſtræ refragari ſententię, ſed potius illi maximè ſufragari probatur: nam ſe opponit contradictoriè hæreticis aſſerentibus libertatem noſtram per gratiam prævenientem auferri; & conſequentèr propoſitio Concilij, cum docet liberum arbitrium motum, & excitatum à Deo poſſe Deo vocanti, & excitanti diſſentire, accipienda eſt de libero arbitrio moto per eandem gratiam, per quam hæretici libertatem noſtram everti aſſerebant, hoc exigente eſſentia contradictionis, nempè, quod propoſitiones contradictoriè oppoſitę ſint de eodem ſubiecto, & eiuſdem prædicati; ſed gratia, per quam hæretici noſtram libertatem deſtrui aſſerebant, non eſt gratia purè ſufficiens, nec gratia efficax efficacia extrinſeca ſumpta ex præſcientia conditionata, ſed gratia ab intrinſeco efficax: ergo de arbitrio creato moto per huiuſmodi gratiam loquitur Tridentinum, cum docet poſſe diſſentire, ſi velit; & conſequentèr ſentit gratiam ab intrinſeco efficacem non lædere, ſed omninò illæſam conſervare libertatem creatam.

108 *Soluitur in forma argumẽtum, & retorquetur in doctores oppoſitos.*

Cæterum contra hanc doctrinam inſtant quidam Recentiores ex Innocentio

109

Dea

Opponitur Bulla Innocentij.

Decimo, in Bulla contra Ianſenium edita, vbi inter aliàs propoſitiones contra Ianſenium damnatas, ſecũda propoſito hæc erat: *Interiori gratiæ in ſtatu naturæ lapſæ nunquam reſiſtitur*, quam Innocentius his verbis damnavit: *Secundam interiori gratiæ in ſtatu naturæ lapſæ numquam reſiſtitur, hæreticam declaramus, & vti talem damnamus.* Quartam etiam Ianſenij propoſitionem, his verbis condemnavit: *Quartam, Semipelagiani admittebant prævenientis gratiæ interioris neceſsitatem ad ſingulos actus, etiam ad initium fidei: & in hoc erant hæretici, quod vellent eam gratiam talem eſſe, cui poſſet humana voluntas reſiſtere, vel obtemperare: falſam, & hæreticam declaramus, & vti talem damnamus.*

110 *Ex doctrina Innocentij, ſic arg.*

Ex qua doctrina, ſic arguunt contra noſtram ſolutionem: etenim iuxta Innocentium poteſt voluntas humana omni gratiæ prævenienti reſiſtere; ſed gratiæ efficaci præmoventi, & decreto Dei ab intrinſeco efficaci non poteſt reſiſtere voluntas humana: ergo gratia præmovens ab intrinſeco efficax, & decretum efficax Dei a ſcientia media independens non debent computari inter gratias prævenientes. Maiorem, in qua eſt difficultas, ſic probant: nam propoſitio Innocentij, qua aſſerit poſſe voluntatem humanam interiori gratiæ reſiſtere eſt indefinita, & doctrinalis; ſed propoſitio indefinita æquivalet propoſitioni vniverſali: ergo iuxta Innocentium poteſt voluntas humana omni gratiæ Dei prævenienti reſiſtere.

111 *Innocentius fauet doctrinæ Thomiſticæ.*

Reſpondeo negando maiorem: Ad probationem, nego etiam maiorem. Nec video vndè Recentiores præfati inferunt Innocentium inſenſu indiffinito, & vniverſali fuiſſe locutum Innocentius, namque non aſſeruit poſſe voluntatem humanam interiori gratiæ reſiſtere, ſed ſolum propoſitionem Ianſenij hæreticam declaravit; ſed ex hac declaratione non infertur quod fuerit in ſenſu indiffinito, & vniverſali locutus nec potentia in voluntate humana ad reſiſtendum omni gratiæ prævenienti, ſed ſolum, quod alicui gratiæ prævenienti reſiſtere poſsit: ergo abſque vllo prorſus fundamento inferunt ex Innocentio potentiam in voluntate humana ad reſiſtendum omni gratiæ prævenienti Dei. Maior conſtat ex Bulla Innocentij ab Ipſis relata. Minorem autem probo manifeſtè, ni fallor, nam Pontifex condemnans aliquam propoſitionem non diffinit, vt Catholicam propoſitionem contrariè oppoſitam propoſitioni damnatæ; cum propoſitiones contrariè oppoſitæ poſsint eſſe ſimul falſæ, ſed ſolum diffinit illius contradictoriam; ſed propoſitio contradictoriè oppoſita propoſitioni Ianſenij nũ eſt vniverſalis, ſed particularis: ergo ex eo quod Innocentius damnaverit propoſitionem Ianſenij, vt hæreticam, non ſequitur definiſſe voluntatem humanam poſſe vniverſalitèr omni gratiæ prævenienti reſiſtere, ſed ſolum, quod alicui gratiæ prævenienti reſiſtere poſsit. Conſequentia eſt nota. Maior certa, & minor non minus evidens; nam propoſitiones Ianſenij ſunt vniverſales. Secunda nanque propoſitio eſt. *Interiori gratiæ in ſtatu naturæ lapſæ nunquam reſiſtitur*, in quo etiam ſenſu quarta propoſitio accipitur, cum aſſerat: *Semipelagianos in hoc hæreticos fuiſſe, quod vellent, eam gratiam talem eſſe, cui poſſet voluntas humana reſiſtere.* Quæ propoſitio indiffinita eſt; & cõſequentèr æquivalens vniverſali, ſed propoſitio cõtradictoriè oppoſita propoſitioni vniverſali, non eſt vniverſalis, ſed particularis; vt Tyronibus dialecticæ, conſtat: ergo propoſitio contradictoriè oppoſita propoſitioni Ianſenij ab Innocentio damnatæ, non indefinita, nec vniverſalis eſt, ſed particularis; & conſequentèr ſine vllo fundamento inferunt Recentiores præfati ex Bulla Innocentij contra Ianſenium edita poſſe voluntatem humanam omni gratiæ prævenienti reſiſtere.

112 *Inſtatur arg. in doctrina adverſariorum.*

Et quidem velint, nolint, tenentur doctrinam iſtam ipſi Recentiores admittere: docent enim ſupoſita ſcientia media dari in Deo decreta ab intrinſeco efficacia, quæ non poſſunt non recenſeri inter gratias prævenientes; ſed his decretis non poteſt voluntas humana reſiſtere reſiſtentia propriè accepta, qualiter accipi debet in decreto Tridentini, & in definitione Innocentij: ergo tenentur fateri non poſſe voluntatem humanam omni gratiæ prævenienti reſiſtere reſiſtentia propriè accepta. Probo minorem: reſiſtere propriè acceptum eſt actum oppoſitum, vel negationem actus honeſti cum Divina gratia coniungere, vt fatẽtur adverſarij, ſed non poteſt voluntas humana cum decreto prædiffinitivo efficaci, ſcientiam mediam ſupponente diſenſum, aut negationem conſenſus coniungere: ergo non poteſt illi reſiſtere reſiſtentia propriè accepta.

113 *Cõmune refugium excluditur.*

Nec vincitur difficultas refugio ad ſcientiam mediam communi, aſſerendo potuiſſe voluntatem humanam vitare decretum efficax Dei diſentiendo vocationi in ſtatu conditionato; cum eo ipſo, quod in prædicto ſtatu prævideretur à Deo ſuæ vocationi diſentiens, non poſſet Deus vocationem, aut conſenſum efficacitèr decernere. Non inquam difficultas noſtri argumenti hac ſolutione evacuatur: nam tota hac doctrina admiſſa, non ſalvatur,

quod

quod voluntas humana posſit decreto efficaci reſiſtere reſiſtentia propriè accepta. Quod probo: nam reſiſtere decreto reſiſtentia accepta propriè, eſt coniungere cum illo deſenſum, aut negationem conſenſus; ſed quod voluntas humana potuerit exiſtentiam decreti efficacis impedire, non infert, quod poſsit diſenſum, aut negationem conſenſus, cum decreto efficaci coniungere: ergo non ſalvat, quod poſsit voluntas humana decreto efficaci reſiſtere reſiſtentia propriè accepta.

114 *Secundo arguunt ratione.* Secundo principaliter arguitur: de ratione agentis liberi, eſt potentia ad ſe determinandum; ſed ſuppoſito decreto efficaci prædeterminante, aut determinante voluntatem, non ſtat in illa potentia ad ſe determinandum: ergo cum tali decreto non poteſt libertas componi. Minor probatur: quod enim non poteſt cauſare formam determinantem, non poteſt determinationem cauſare; ſed voluntas non poteſt cauſare formam, ipſam determinantem: ergo nec poteſt ſe ipſam determinare. Minor probatur: nam forma voluntatem determinans eſt decretum efficax Dei; ſed hoc non poteſt à voluntate cauſari: ergo non poteſt voluntas cauſare formam, ipſam determinantem.

115 *Reſp. arg* Reſpondeo conceſſa maiori, negando minorem. Ad illius probationem, nego etiam minorem: ad illius probationem, diſtinguo maiorem: forma voluntatem determinans eſt decretum efficax ſolum, nego maiorem: eſt decretum efficax, & etiam actus, quem poteſt voluntas elicere, concedo maiorem, & conceſſa minori, nego conſequentiam: vt enim voluntas ſit potens ad ſe determinandum, non requiritur, quod poſsit omnem formam ipſam determinantem cauſare, ſed ſufficit, quod aliquam poſsit; eſt autem in noſtra ſententia duplex forma voluntatem creatam determinãs, vna ex parte Dei, nempè decretũ efficax prædeterminativũ illius; alia ex parte ipſius voluntatis, nempè actus ipſe voluntatis, qui cum liber ſit, & libertatem voluntatis exerceat: eſt etiam determinatio illius; & conſequentèr vt in voluntate creata ſit potentia ad ſe determinandum non requiritur, quod poſsit cauſare decretum efficax Dei ſed ſufficit, quod poſsit actum proprium ipſam determinantem efficere.

116 *Oppones primo,* Sed oppones contra iſtam ſolutionem primo, ſuppoſito decreto efficaci prædeterminante, aut determinante voluntatem, non manet voluntas determinabilis per proprium actum: ergo tale decretum, ſi datur, eſt quod vnice voluntatem determinat; & conſequentèr ſine potentia cauſativa illius, non ſtat in voluntate potentia ad ſe determinandum. Probatur antecedens: nam principium determinabile debet indifferens ad formam determinãtem ſupponi; ſed dato decreto efficaci prædeterminante, aut determinante voluntatem, no manet voluntas indifferens: ergo hoc decreto ſuppoſito non manet determinabilis. Probatur minor: nam determinatio non ſtat cum indifferentia; ſed decreto efficaci conſtituitur voluntas determinata: ergo ſub tali decreto non manet voluntas indifferens.

Oppones ſecundo: non ſtat voluntatem creatam poſſe ponere propiam determinationem, quin poſsit ponere determinationem divinam; ſed non poteſt iſtam ponere, ſi prædeterminatio ſit, vt ſupponitur: ergo nec determinationem propriam. Maior probatur: non minus implicat determinatio creaturæ ſine determinatione Dei, quam determinatio Dei ſine determinatione creaturæ; ſed non poteſt Deus ponere determinationem ſuam, ſine eo quod ponat, & cauſet determinationem creaturæ: ergo non poteſt creatura cauſare determinationem propriam, ſine eo quod cauſet determinationem Dei, alias poſſet aliquid creatura, quod non poſſet Deus. 117 *Secundo.*

Reſpondeo ad primam replicam, negando antecedens. Ad probationem diſtinguo maiorem: debet præſupponi indifferens indifferentia ſuſpenſionis, nego maiorem: indifferentia liber.atis, concedo maiorem, & ſub eadem diſtinctione minoris, nego conſequentiam. Nec obſtat traditę diſtinctioni probatio minoris: nam determinatio præſtita voluntati à decreto efficaci prędeterminante, licèt opponatur indifferentię ſuſpenſionis, eo quod voluntas illo poſito non manet ſuſpenſa, non tamen opponitur indifferentię libertatis, ſed potius illam inchoativè exercet applicans voluntatem ad actum, per quem exercetur formaliter: cum enim decretum prædeterminans voluntatem ſit cauſa efficax actus, non ſolum quoad ſubſtantiam, ſed etiam quoad modum libertatis; fit conſequens, vt illam taliter determinet, quod licèt ſuſpenſionem tollat, potentiam tamen antecedentem ad actum oppoſitum, vel ad negationem actus non auferat; & conſequentèr non tollat indifferentiam libertatis, nec cum illa opponatur. 118 *Ad 1. rę-plicam reſp.*

Et quidem voluntas actu volens non eſt indifferens indifferentia ſuſpenſionis, ſed determinata determinatione ſuſpenſioni oppoſita; eſt tamen indifferens indifferentia libertatis, quia taliter eſt determinata ad volendũ, quod poteſt potentia an- 119 *Inſtatur in voluntate actu volente*

antecedenti non velle: quia ergo voluntas sub decreto efficaci ipsam prædeterminante talitèr est ad volendum determinata, quod est potens non velle potentia antecedenti; fit consequens, vt licèt per decretum efficax indifferentia suspensionis tollatur, non tamen auferatur per ipsum indifferentia libertatis, sed omninò illæsa conservetur; & consequentèr sub illo manet voluntas determinabilis per proprium actum.

120 *Ad 2. replicã respondetur.*

Ad secundam replicam respondeo, negando maiorem. Ad probationem, concessis maiori, & minori, nego consequentiam: nec sequitur posse creaturam aliquid quod Deus non possit, nec quod possit aliquid implicatorium; nam voluntas creata non potest ponere determinationem propriam, sine determinatione Dei posita ab ipso Deo, benè tamen sine determinatione Dei posita ab ipsa creatura, licèt autem implicet determinatio creaturę sine determinatione Dei, non autem implicat determinatio creaturæ sine determinatione Dei posita ab ipsa creatura: imò talem determinationem non potest ponere, cum enim sit secundum movens, & secundum determinans, supponit necessario determinationem primi moventis, quam ipsa causare non potest, alias esset prima causa, & agens omninò independens. Deus autem non potest ponere determinationem propriam sine determinatione creata posita, & causata ab ipso, eo quod sit primum agens, & prima, & suprema causa, de cuius ratione est continere, & efficienter causare omne id sine quo effectus nequit existere.

121 *Tertio obiciunt.*

Tertio arguunt Recentiores: non stat potentia ad dissensum sine potentia destructiva gratiæ præmoventis efficacitèr ad consensum; sed hæc potẽtia non convenit voluntati creatæ: ergo nec potentia ad dissensum; & consequentèr sub gratia, aut decreto efficaci illam prædeterminãte ad consensum, non manet voluntas libera. Maior, in qua sola esse potest difficultas, probatur. Dissensus est essentialitèr destructio gratiæ efficacitèr præmoventis ad consensum: ergo non stat potentia antecedens ad dissensum sine potentia ad destructionem gratiæ prædeterminantis ad consensum. Consequentia patet: nam potentia, quamvis sit antecedens, non potest præscindere ab his, quę conveniunt essentialitèr termino talis potentię. Antecedens autem probatur. Dissensus est essentialis dependentia à præmotione oppositа præmotioni ad consensum: ergo est essentialitèr destructio talis præmotionis, probatur antecedens: nam dissensui convenit essentialitèr dependere à Deo, vt physicè præmoventi: ergo de essentia dissensus est dependentia à physica præmotione ad ipsum; sed physica præmotio ad dissensum est essentialis destructio physicę præmotionis ad consensum: ergo dissensus est essentialis dependentia à prę motione oppositа, seu destruente præmotionem ad consensum.

122 *Resp. & doctrina solutionis prob.*

Respondeo, negando maiorem. Ad probationem, nego antecedens, cuius falsitas patet evidenter: nam potest Deus efficacitèr præmovere ad dissensum, quin præcedat præmotio efficax ad cõsensum, & de facto sæpè id accidit, tunc autem nec dissensus, nec præmotio physica ad ipsum destruunt præmotionem physicam ad consensum; & consequentèr non est illis essentiale talem præmotionem destruere. Ad antecedentis probationem, concedo antecedens, & nego consequentiam: quę non tenet, primo, quia præmotioni ad dissensum non convenit essentialitèr, quod destruat præmotionem ad consensum cum possit existere, & illam non destruere: ergo quamvis dissensus à præmotione ad ipsum essentialitèr dependeat, non sequitur quod sit illi essentiale destruere physicam præmotionem ad consensum.

123 *Malitia consequẽtiæ prob. secundo.*

Secundo: nam dissensus, quamvis essentialitèr dependeat à præmotione physica ad ipsum non tamen est adquisitio physicę præmotionis, cum sit effectus illius; & cõsequentèr licèt esset essentiale physicæ præmotioni ad dissensum destruere physicam præmotionem ad consensum, consequentia facta non teneret, *nempè dissensus est dependentia essentialis à physica præmotione alteri præmotioni oppositа: ergo est essentialis destructio oppositæ præmotionis*, sed tantum inferri potest, quod sicuti vt existat dissensus petit essentialitèr præmotionem terminatam ad ipsum, non ab illo, sed à Deo positam, ita petat essentialitèr destructionem oppositæ præmotionis, non ab illo factam, sed præsuppositam, vt factam à Deo.

124 *Replica.*

Sed contra primam rationem, qua probavimus non esse essentiale dissensui, quod sit destructio physicæ præmotionis oppositæ, quia nempè præmotioni ad dissensum non convenit essentialitèr, quod destruat physicam præmotionem oppositam, obiicies, licèt non sit essentiale physicæ præmotioni ad dissensum destruere absolutè præmotionem physicam oppositam, est tamen illi essentiale prædictam præmotionem destruere, supposito quod in voluntate præexistat: ergo hac præexistentia suppositа, est dissensui essentiale, quod sit destructio physicæ præmotionis ad consen-

Digitized by Google

sensum; & consequenter voluntas efficaciter præmota ad consensum, non erit potens potentia antecedenti ad dissentiendum; cum non possit; etiam potentia antecedenti physicam præmotionem ad cōsensum destruere.

125 *Resp.* Respondeo, negando consequentiam; sed solum sequitur, vt proxime dicebamus, quod sit illi essentiale supponere physicam præmotionem ad ipsam, destruentem physicam præmotionem oppositam: nam consensus non destruit illam formaliter; cum non opponatur cum illa oppositione formali, nec destruit illam effectivè, cum non causet efficienter physicam ad se præmotionem, destruentem formaliter præmotionem oppositam, sed ab illa causetur: ergo dissensus nullatenus destruit, sed destructam supponit oppositam præmotionem, si præexistat.

126 *Instabis.* Quod si hinc arguas: nam saltim est dissensui essentiale supponere destructam præmotionem oppositam si in voluntate præexistat; sed voluntas creata est impotens ad destructionem præexistentis præmotionis impotentia antecedenti: ergo est impotens ad positionem dissensus.

Resp. & instatur obiectio. Respondeo, negando consequentiam: & instatur in simili arguendo: *Dissensus, vt existat, essentialiter supponit physicam præmotionem ad ipsum; sed voluntas creata est impotens in potentia antecedenti ad causandam physicam præmotionem: ergo est impotens ad causandum dissensum.* Quæ consequentia non tenet, vt constat ex dictis in solutione secundi argumenti, & eadem ratione, quia scilicèt potestas voluntatis creatæ est potestas agentis secundi, de cuius ratione non est continere, & causare omnia requisita ad effectum; sed potius oppositum. Sicut ergo hac ratione est potens ad actum dependentem essentialiter à physica præmotione, sine potentia activa, & causativa physicæ præmotionis, ita etiam est potens ad dissensum supponentem essentialiter destructam physicam præmotionem ad consensum, sine potentia activa destructiva huius physicæ præmotionis.

127 *Denique arguitur.* Denique arguitur, coexistentia consensus cum decreto efficaci non est libera voluntati creatæ: ergo existentia consensus illi libera non est. Consequentia tenet. Non enim fiat existentia consensus sine coexistentia cum decreto efficaci, supposito quod decretum efficax necessarium fit ad existentiam consensus vt nostra sententia tenet: ergo si coexistentia non est libera voluntati, nec existentia consensus esse potest voluntati libera. Antecedens autem probatur: carentia coexistentiæ consensus cum decreto efficaci est voluntati necessaria necessitate non solum consequentiæ, sed etiam consequentia, quę est necessitas simpliciter oppositа libertati, in omnium Theologorum sententia; sed extremum oppositum carentię sui, simpliciter necessariæ, non potest esse liberum, vt per se est manifestum: nam libertas ad extremum positivum petit potentiam in actu primo expeditam, ad non esse, aut carentiam illius, vt patet in libertate ad amorem, quę stare nequit sine potentia in actu primo expedita ad non esse amoris vel ad eius carētiam: ergo coexistentia consensus cum decreto efficaci libera non est voluntati. Maior probatur: cui est necessaria necessitate consequentis carentia existentiæ vnius partis alicuius totius, vel alicuius complexi, est necessaria eadem necessitate carentia existentiæ totius, vel complexi; sed carentia decreti efficacis, quod est vna ex partibus, ex quibus constat eo existentia consensum cum ipso decreto, est necessaria voluntati creatæ necessitate cōsequentis, seu necessitate simpliciter oppositа libertati: ergo carentia coexistentiæ consensus cum decreto efficaci est etiam voluntati necessaria necessitate simpliciter oppositа libertati. Consequentia est bona. Minor certa: nam decretum non est liberum homini, nec vllo modo est ab illo, sed tantum à Deo: ergo carentia decreti non est homini libera, sed necessaria necessitate oppositа libertati ipsius carentię.

128 *Maior ostēditur primo.* Maior autem ostenditur primo: quia non esse partis est formaliter non esse totius: ergo cui est necessarium non esse partis, est etiam necessarium non esse totius. *Secundo;* Secundo probatur: nam esse totius essentialiter dependet à partibus, ita vt quilibet non existente, totum desinat existere; ergo cui est necessaria carentia existentiæ partis, necessaria est carentia existentiæ totius. *Tertio.* Tertio: quia namque homo essentialiter dependet ab vnione materię cum forma, cui esset necessaria non existentia vnionis, etiam esset necessaria non existētia hominis; sed totum essentialiter à qualibet sui parte dependet: ergo cui est necessaria non existentia partis componentis aliquod totum, vel carentiam existentiæ illius, est etiam necessaria non existentia, vel carentia existentiæ totius.

129 *Denique prob. minor.* Denique probatur: absoluta necessitas carentiæ existentiæ partis est absoluta necessitas carentiæ existentiæ totius: si namque repugnaret absolutè existentia materiæ, vel formæ, ex quibus componitur homo, repugnaret etiam absolutè homo: ergo necessitas respectiva carentiæ existentiæ partis, est necessitas respectiva

eas

carentiæ existentiæ totius; & consequenter, si voluntati creatæ est necessaria simpliciter carentia existentiæ decreti efficacis componentis coexistentiam consensus cum ipso decreto, est etiam volũtati creatæ necessaria simpliciter carentia coexistentiæ consensus cum decreto efficaci; ac proinde carentia huius coexistentiæ non est libera voluntati creatæ.

130 *Resp. explicando qualiter coexistentia cõcursus cum decreto sit libera.*

Respondeo: coexistentiam consensus cum decreto efficaci importare in recto consensum, & decretum in obliquo, & esse liberam voluntati creatæ inadæquatè, & pro recto; non autem adæquatè, scilicèt pro recto, & obliquo: decretum namque, quod in obliquo in prædicta coexistentia importatur non est liberum voluntati creatæ, idemque de carentia coexistentiæ est dicendum; nempè carẽtiam decreti nobis liberam non esse, benè autem carentiam contentus, & sicut stat libertas consensus, cum quo decretum efficax necessario conectitur, absque eo quod decretum sit liberum voluntati creatæ, quia est id quo voluntas creata subordinatur Deo, quod in eius potestate esse nequit, & alias libertatem nostram infert, connotat, & causat: ita stat necessitas carentiæ decreti, cum libertate carentiæ consensus, quia mediante carentia decreti subordinatur voluntas creata Deo in libere non operando, seu in libera carentia consensus; non enim potest voluntas à consensu cessare, nisi prius Deus decretum suspendat. Et sicut decretum, licèt sit necessarium vt *quod*, est tamen liberum vt *quo*, quia connotat, causat, & infert, non solum substantiam consensus, sed etiam libertatem illius: ita carentia decreti, licèt sit vt *quod* necessaria voluntati creatæ, est eidem libera vt *quo*, quia etiam connotat, infert, & causat liberam carentiam consensus.

131 *Necessitas coexistentiæ solũ est necessitas ex suppositione.*

Iuxta quam doctrinam, negando est antecedens: necessitas enim existentiæ consensus, & coexistentiæ illius cum decreto efficaci non est necessitas absoluta, nec necessitas consequentis, quæ cum libertate opponitur, sed est necessitas ex suppositione, & consequentiæ, quæ cum libertate cõponitur, & hoc ideò quia, licèt decretum ex quo nascitur prædicta necessitas non sit nobis liberum vt *quod*, est tamen nobis liberum vt *quo*, quia causat non solum substantiam consensus, sed libertatem illius. Ad probationem antecedentis, quatenus huic doctrinæ obstare potest, distinguo maiorem: carentia coexistentiæ consensus cum decreto efficaci est nobis necessaria simpliciter, sumpta adæquatè, nego maiorem, inadæquatè sumpta, concedo maiorem, & concessa minori, distinguo consequens: ergo coexistentia consensus cum decreto efficaci non est nobis libera adæquatè sumpta, nego consequentiam: inadæquatè concedo consequentiam: sicut enim carentia coexistentiæ prædictæ, prout provenire potest ex carentia decreti, non est libera nostræ voluntati, benè tamen prout provenire potest ex carentia contentus; ita coexistentia consensus cum decreto efficaci, pro ea parte, qua importat decretum non est nobis libera, benè tamen pro ea parte, qua existentiam consensus importat.

132 *Resp. ad probationem maioris.*

Ad probationem maioris, quatenus distinctioni traditæ obstare potest, distinguo maiorem: cui est necessaria carentia partis, est necessaria carentia totius totaliter sumpti, nego maiorem: carentia totius sumpti inadæquatè, & partialitèr, concedo maiorem, & concessa minori, distinguo consequens: est necessaria carentia coexistentiæ totalitèr, & adæquatè acceptæ, nego consequentiam: acceptæ inadæquatè, & partialitèr, cõcedo consequentiam. Cum enim coexistentia prædicta constet ex decreto nobis necessario, & ex consensu nobis libero, necessitas carentiæ decreti solum arguit necessitatem carentiæ coexistentiæ inadæquatè sumptæ, non autem sumptæ adæquatè, nam constat ex alia parte libera nobis, nempè ex carentia consensus.

133 *Nec obstat tres probationes.*

Nec amplius probationes maioris convincunt. Non prima, quæ falsum assumit, sicut enim esse partis, non est formalitèr, sed tantum causalitèr esse totius: ita non esse partis non est non esse totius formalitèr, sed causalitèr tantum. Secunda, etiã verum assumat, solum infert necessitatem carentiæ totius sumpti inadæquatè, & partialitèr, non autem necessitatem carentiæ totius sumpti adæquatè. Ad tertiam, distinguo maiorem: quia vnio essentialitèr est necessaria, & alias non connotat libertatem in partibus, nec carentia vnionis in carentia partium, concedo maiorem: præcisè quia necessaria est, nego maiorem: & concessa minori, distinguo consequens distinctione maioris.

134

Ad vltimam probationem, concesso antecedenti, nego consequentiam: ratio autem discriminis est, nam repugnantia essentialis, & absoluta vnius partis, non potest connotare libertatem in carentia alterius partis, & ideò, repugnante vna parte essentialitèr: & absolutè, non potest in toto aliqua reperiri libertas. Necessitas autem respectiva carentiæ decreti connotat libertatem in carentia consensus, vt constat ex dictis, & ideò quamvis talis carentia necessaria sit voluntati creatæ, non in-

Digitized by Google

infert necessitatem simpliciter carentiæ totius coexistentiæ sumptæ totaliter, sed non totam sumptæ partialiter.

135 *Replic.* Replicabis: necessitas carentiæ partis infert necessitatem carentiæ totius prout distinguitur à partibus: ergo necessitas carentiæ decreti infert necessitatem carentiæ coexistentiæ cum illo, vt totum est à partibus condistinctum. Ex quo vlterius sequitur coexistentiam consensus cum decreto, sumptam vt totum prout à partibus distinctum non esse liberam voluntati creatæ, ratione superius facta: quia nempè, cui carentia est necessaria non potest esse liberum extremum carentiæ oppositum.

136 *Resp.* Respondeo: carentiam prædictæ coexistentiæ, prout totum est distinctum à suis partibus esse necessariam, non vt dependet ab vtraque parte, sed prout dependet ab vna, nempè à decreto efficaci; vt sic enim non potest a volũtate creata causari. Prout tamen dicta coexistentia à decreto dependet, carentia illius non est necessaria, sed libera, cum sit libera carentia consensus, ex qua carentia coexistentiæ coalescit: ex quo solum sequitur totam coexistentiam non esse constitutam in nostra potestate totaliter, & ex omni parte; non autem quod tota, non totaliter, sed partialiter in nostra potestate constituta non sit: nam ad hoc sufficit, quod vna ex partibus in nostra sita sit potestate.

137 *Instatur vltima probatio maioris.* Et quidem, quod non sit eadem ratio de necessitate absoluta carentiæ partis, vt inferat absolutam necessitatem carentiæ totius, ac de necessitate respectiva carentiæ partis, ad inferẽdum necessitatem respectivam carentiæ existentiæ totius, patet clare; nam absoluta impossibilitas existentiæ materiæ infert absolutam impossibilitatem existentiæ hominis; & tamen impossibilitas respectiva materiæ non infert respectivam hominis impossibilitatem; nam homini est impossibilis materia prima, cũ non possit illam efficere; & tamen vni homini non est impossibilis alius homo cum vnus alium generare possit: ergo pariter ex eo quod necessitas absoluta carentiæ existentiæ partis, quæ idem est ac impossibilitas absoluta illius, inferat necessitatem absolutam carentiæ existentiæ totius, non sequitur necessitatem respectivam carentiæ existentiæ partis arguere necessitatem respectivam carentiæ existentiæ totius; & consequenter ex eo quod carentia existentiæ decreti, sit voluntati nostræ necessaria absolutè, & simpliciter, non sequitur eadem necessitate esse illi necessariam carentiam coexistentiæ consensus cum decreto efficaci ex vtroque cõpositę.

Sed contra doctrinam istam obijcies: sequitur namque ex illa posse voluntatem creatam destruere coexistentiam consensus cum decreto efficaci; consequens est falsum: ergo & doctrina tradita in solutione argumenti. Consequentia est bona, præmissæ autem indigent probationem. Maior aut sequela probatur: destruens enim partem alicuius totius, aut alicuius complexi destruit totum aut complexum; & consequenter potens partem complexi destruere, potest etiam destruere complexum; sed coexistentia consensus cum decreto efficaci est complexum constans ex decreto, & consensu, & voluntas decreto suppositio potest consensum destruere, sed non esse consensus causare, vt constat ex dictis: ergo ex illis sequitur posse voluntatem creatam destruere coexistentiam cõsensus cum decreto efficaci. Minor etiam probatur: nam coexistentia consensus cum decreto est complexum ex vtroque resultans; sed voluntas creata non potest destruere complexum resultans ex decreto efficaci, & consensu: ergo non potest destruere coexistentiam vtriusque. Maior cum consequentia tenet. Minor autem probatur: si posset volũtas creata destruere complexum resultans ex decreto, & consensu, posset decretum frustrare, & illius efficaciam impedire; sed implicat efficax decretum frustrari, aut ab aliquo impediri: ergo non potest voluntas creata destruere cõplexum resultans ex decreto efficaci, & consensu.

138 *Contra doctrinã solutionis arg.*

Respondeo primo, concedendo sequelam, & negando minorem ad illius probationem, concessa maiori, distinguo minorem: non potest voluntas creata destruere prædictum complexum, componendo carentiam, seu non existentiam consensus cum existentia decreti, cõcedo minorem: componendo non esse consensus cum non esse decreti, nego minorem, & consequentiam. Nec probatio minoris obstat tradita distinctioni. Vt enim posset voluntas creata frustrare decretum deberet habere potentiam ad componẽdam negationem consensus cum decreto existente, quę potentia in voluntate creata non datur, sed solum potest prædictum consensum destruere, coniungendo non esse consensus cum non esse decreti: quod non est decretum frustrare: Deus namque suum decretum efficax frustrare non potest; & tamen suspendendo decretum coniungi non esse consensus cum non esse decreti: ergo ex eo quod voluntas creata possit coniungere non esse consensus cum non esse decreti efficacis, non sequitur posse efficax decretũ frustrare, aut illius efficaciam impedire.

139 *Resp. 1.*

In-

140 *Instabis primo.* Instabis primo: posse componere non esse consensus cum non esse decreti, est posse ponere vtrumque; sed voluntas creata non potest ponere non esse decreti: ergo non potest componere non esse consensus cum non esse decreti. Minor cum consequentia tenet. Maior autem probatur: implicat componi non esse consensus cum non esse decreti, nisi ponatur vtrumque non esse: ergo non stat potentia ad componendum non esse consensus cum non esse decreti, sine potentia ad ponendum vtrumque non esse.

141 *Resp.* Respondeo negando maiorem. Ad probationem; concedo antecedens, & nego consequentiam: licèt enim non fiet cōpositio vtriusque negationis sine vtriusque positione, non tamen est necessarium, quod vtraque negatio ab eadem causa ponatur; sed negatio consensus causatur à voluntate creata, non causando, aut ponendo negationem decreti, sed illam, vt à Deo ponitam supponendo: sicut componit consensum cum decreto efficaci, non ponendo decretum, sed illud supponendo positum à Deo. Et vtriusque ratio est eadem, quia nempè potentia causativa consensus, & negationis illius conveniens voluntati creatæ est potentia agentis secundi subordinati Deo, tanquam primo agenti; de ratione autem agentis secundi non est continentia activa omnium, quæ desiderantur ad existentiam effectus, sed potius oppositum, vt sæpè iam diximus: vndè sicut hac ratione potest causare consensum, & illum cum decreto componere, non causando decretum, sed illum supponendo existens à Deo; ita potest causare non existentiam consensus, & illam componere cum non existentia decreti, non ponendo, sed supponendo non existentiam decreti à Deo causatam, vel positam.

142 *Instabis secundo.* Instabis secundo, & vrgentius: eo ipso, quod voluntas creata supponat carentiam existentiæ decreti supponit destructam coexistentiam consensus cum decreto, & complexum ex illis resultans; cum totum destruatur, aut desinat esse quavis sui parte destructa: ergo si vt ponat, & componat voluntas creata non esse consensus cum non esse decreti, supponit necessario carentiam existentiæ decreti, supponit necessario destructam coexistentiā vtriusque, & complexum ex vtroque resultans; & consequentèr, quamvis possit consensum destruere, & illius non existentiam causare, non tamen causare poterit carentiam coexistentiæ, consensus cum decreto efficaci, nec destruere complexum resultans ex consensu, & decreto.

143 *Resp.* Respondeo distinguendo antecedens: supponit destructum complexum adæquatè, & secundum omnem partem, nego antecedens; inadæquatè, & secundum aliquam partem, concedo antecedens, & nego consequentiam. Cum enim prædicta coexistentia sit complexum resultans ex decreto, & consensu, Deus suspendens decretum, non destruit complexum adæquatè, & totalitèr, sed inadæquatè, & partialiter; ac proinde, quamvis voluntas creata, vt causet non existentiam consensus supponat necessario non esse decreti, potest nihilominus complexum destruere, destruendo aliam partem, nempè consensum.

144 *Replicabis.* Sed dices, destructa vna parte non manet existentia totius, prout à partibus distinguitur; sed quod non existit non potest destrui; destructio namque alicuius rei supponit existentiam illius: ergo supposita carentia existentiæ decreti, non potest voluntas creata destruere complexum resultans ex decreto, & consensu, nec coexistentiam vtriusque.

145 *Resp.* Respondeo: complexum ex decreto, & consensu, non esse aliquam essentiam abvtroque extremo distinctam, sicut essentia hominis distinguitur ab essentia partium ex quibus componitur, sed consistere in agregato ex decreto, & consensu, & à decreto per consensu distinguitur, à consensu autem per decretum; & consequentèr non existente decreto, manet complexum, non adæquatè, sed inadæquatè, nec prout distinguitur à consensu; cum non existat decretum per quod à consensu distinguitur, benè tamen, prout distinguitur à decreto; cum perseveret consensus, per quem distinguitur ab illo: vndè licet voluntas creata, præsupposito non esse decreti non possit complexum ex decreto, & consensu sumptum adæquatè destruere, potest tamen illud destruere inadæquatè acceptum.

146 *Resp. 2.* Secundo responderi potest obiectioni factæ *numer.* 138. negando sequelam: ad illius probationem, distinguo maiorem: destruens partem alicuius totius, vel alicuius complexi non præsupponendo destructionem alterius compartis, destruit totum, vel complexum, concedo maiorem: destruens supponendo aliam compartem, destructam destruit totum, vel complexum, nego maiorem: & sub eadem distinctione secundæ partis minoris, nego consequentiam. Nam voluntas creata, vt destruat existentiam consensus, supponit necessario non existentiam decreti, ex quo, & consensu, vtriusque coexistentia cōponitur, & cōplexum ex vtroque resultans; ac

Digitized by Google

ac proinde ex eo quod possit consensum destruere, non sequitur posse destruere cõplexum ex decreto, & consensu resultans, nec vtriusque coexistentiam. Ratio autem huius doctrinæ traditur in obiectione facta *num.* 142. contra primam solutionẽ, nempè, quia eo ipso quod compars supponatur nõ existẽs, aut destructa, supponitur totum vel complexum destructum, vel nõ existens; quod autem destructum est, non potest iterum destrui; quia ergo voluntas creata destruit existentiam consensus, supponendo necessario non existentiã decreti, fit vt quamvis consensum destruat, quæ est pars complexi resultantis ex decreto, & consensu, non tamen destruat complexum, nec possit illud destruere.

147 *Contra istã solutionẽ obijcies.*

Cæterum contra hanc solutionem obijcies: sequitur namque ex illa coexistentiã consensus cum decreto, prout est totum, aut complexum resultans ex illis, non esse liberam voluntati creatæ; consequens est falsum: ergo & tradita solutio. Consequẽtia est bona. Minor videtur certa: nam voluntas libere causans consensum, libere illum cum decreto coniungit, ex qua coniunctione complexum ex vtroque resultat; sed voluntas decreto suppolito, libere ponit consensum: ergo libere illum coniungit cum decreto efficaci; & consequentèr coexistentiam consensus cum decreto efficaci, prout est totum, vel complexum ex vtroque resultans est libera voluntati creatæ. Sequela autem probatur ex dictis; vt enim extremum positivum sit liberũ, debet esse libera carentia illi opposita; sed voluntati creatæ nõ est libera carentia coexistentiæ consensus cum decreto efficaci, prout est cõplexum resultans ex illis: ergo coexistentia prædicta vt est cõplexum resultans ex consensu, & decreto nõ est libera voluntati creatæ; & consequẽtèr coexistentia, vt est totum, non est ipsi libera. Maior cum consequentia tenet. Minor autem probatur: nam cui est libera carentia, potest carentiã causare; sed voluntas creata non potest causare carentiam coexistẽtiæ consensus cum decreto, prout est cõplexum resultans ex illis; aliàs posset tale complexum destruere; cum destruere aliquid, nihil sit aliud, quam carentiam illius existentiæ causare: ergo carentia coexistẽtiæ consensus cum decreto efficaci, prout est complexum resultans ex illis, non est libera voluntati creatæ.

148 *Resp.*

Respondeo, negando sequelam. Ad illius probationem concessa maiori distinguo minorẽ: non est libera voluntati creatæ carentia coexistentiæ sumptæ adæquatè, & secundum omnem partem ex qua cõponitur, concedo minorem, inadæquatè sumptæ, & secundum aliquã partẽ illius, nego minorem, & consequentiam. Cum enim quod vis cõplexũ omnia, ex quibus constat requirat ad sui existentiam, carentia cuiusvis partis componentis cõplexũ, existentiæ illius opponitur: & consequentèr, vt totum complexum, prout ex partibus resultat, sit alicui liberũ sufficit, quod carentia cuiusvis partis complexi eidem libera sit. Cum ergo voluntati creatæ sit libera carentia existentiæ consensus componentis coexistentiam, fit vt tota coexistentia, prout ex consensu, & decreto resultans sit libera voluntati. Nec sequitur posse voluntatem creatam destruere coexistẽtiam consensus cum decreto efficãci, vt est complexum ex vtroque resultãs, vt constat ex dictis; quia nempè, vt destruat consensum, carentiam existentiæ consensus causando, præsupponit necessario carentiam existentiæ decreti, & consequentèr supponit destructum complexum resultans ex decreto efficaci, & consensu. Et hæc de ista disputatione sufficiant, fusior enim illius indagatio pertinet ad tractatũ de auxilijs. Vt autem plenè percipiatur sensus compositus, & divisus, prout à nostris Thomistis accipitur, videantur, quæ diximus supra *disp.* 38. §. *vltimo, & tom.* 3. *in* 3. *p. disp.* 49. §. 8. vbi latè id explicuimus agendo in simili de libertate Christi in præceptorum adimpletione.

149 *Tacita obiectio diluitur.*

(*)

***

DISPVTATIO SEXAGESIMA OCTAVA.

An possit vnus homo promereri alteri omnes suæ prædestinationis effectus?

§. I.

Quibusdam præsuppositis referuntur sententiæ.

Nu. 1. *Difficultas explicatur.*

ON Inquirimus de merito condigno, sic enim in cõmuni Theologorum sentẽtia, nullus purus homo potest alteri gratiã promereri, saltem de lege ordinaria, & in aliquorum etiam de potẽtia absoluta. De quo 1. 2. *quæst.* 114. *art.* 6. eo quod gratia puri hominis, vtpotè personalis, ab intrinseco solum inclinat ad merendum proprio subiecto. Ad meritum autẽ condignum requiritur, quod ab intrinseco, & ex intranea inclinatione gratiæ dignificantis ordinetur ad præmium, licet oppositum verius censuerimus *tom.* 1. *in* 3. *p. disp.* 2. § 8. solum ergo inquirimus de merito congruo.

2 *Posse vnũ hominem alteri mereri aliquos prædestinat. effectus. prob.* 1.

Qua in re, vt certum secundo supponimus posse vnum hominem alteri promereri aliquos prædestinationis effect⁹, quod docet D. Th. *q.* 6. *de verit. art.* 6. *in* 1. *sent. distinct.* 41. *art.* 4. *in* 1. *ad Anibaldũ distinct.* 40. *art.* 2. *ad* 4. *& in præsenti, art.* 8. Et est cõmunis Theologorũ sententia, constatq; ex Aug. *ir Serm. de Beato Stephano*, vbi ait: *Si Stephanus non orasset, Ecclesia Paulum non haberet, sed ideò erectus est Paulus, quia in terra inclinatus, exauditus est Stephanus.* Et in alio Sermone Augustini de conversione Pauli legitur in persona Domini dictũ ad Paulum: *Nisi Stephanus servos meus orasset pro te, disposui in mente mea perdere te*: ergo orationes Stephani promeruerunt de cõgruo vocationẽ Pauli ad fidẽ, & illius cõversionẽ. Cõstat secũdo ex Damasceno in Serm. quodã pro defunctis ad mediũ, vbi ait Beatũ Gregoriũ pro Trajano orasse, & illũ ab inferno liberasse, hæc autẽ ab inferno libertas, effectus fuit prædestinationis Trajani, si fuit prædestinatus. Tertio constat ratione D. Tho. locis citatis: congruũ enim est, vt Deus amices suos aliqua postulãtes exaudiat; at multi Sãcti orant pro alijs, vt ad fidẽ vocẽtur, & cõvertãtur, & in fide stabiles perseverent: ergo hęc omnia, quę sunt prædestinationis effectus, cadunt sub merito congruo puri hominis.

Secundo.

Tertio.

Tertio, vt mihi certũ supponó posse de potẽtia absoluta vnũ hominẽ alteri promereri de cõgruo totã seriẽ effectuũ prædestinationis à primo, vsq; ad vltimũ. Quod patet: nã potuit cõtingere de potẽtia absoluta, quod oratio vnius hominis petẽs à Deo alteri⁹ primã vocationẽ ex efficaci gloriæ illi⁹ intẽtione nõ præparetur à Deo, sed solũ ex simplici gloriæ alteri⁹ affectu, in quo nulla repugnãtiæ ratio potest ostẽdi; at tũc casus ille homo alteri mereretur de cõgruo primũ suæ prædestinationis effectũ, & ex cõsequẽti alios: ergo potest vnus homo alteri promereri de cõgruo totã seriẽ effectuũ suæ prædestinationis de potentia Dei absoluta. Probo minorem, in tali casu primus prædestinationis effectus hominis vocati, esset prima vocatio illius; cum oratio fussa ab alio, effectus prædestinationis alterius non esset, vtpotè non præparata ex intẽtione efficaci Beatitudinis illius, quod ad rationem effectus prædestinationis requiri, constat ex sæpè dictis in decursu materię; at prima illa vocatio cadere sub merito congruo hominis orantis pro illa:

3 *Imò totam seriem effectuum Prædestinat. à 1. vsque ad vlt. de potentia Absoluta.*

illa: ergo talis homo alteri mereretur de congruo suę prædestinationis primum effectum, & consequentèr reliquos.

4 *Etiã voluntas efficax intentiva omnium effectuum sub merito cõgruo cadere potest.*

Ex quo viterios per consequentiam mihi certam colligitur, tunc casus nedum prædestinationis talis hominis omnes effectus, sed etiam voluntatem efficacem intentivam illorum cadere posse sub merito congruo orationis alterius. Quod patet primo, nam illa intentio supponeret orationem alterius prævisam: ergo posset ab illa moveri quoad terminationem ad omnes effectus. Secundo, nam id circo, iuxta veriorem Theologorum sententiam, electio efficax ad gloriam omnium prædestinatorum cadit sub condignitate meritorum Christi, quia illa prævisa cum condignitate supponit, & merita Christi non imperantur ex prædicta electione; at in casu posito electio efficax illius hominis ad gloriam, alterius orationem prævisam congruã supponeret, & oratio ex tali electione non esset præparata à Deo: ergo posset cadere sub eius congruitate, non secundum entitatem prædictæ electionis, quia vt sic est necessaria non minus, quã Deus; & consequentèr præmium meritorum esse non potest, sed secundum liberam terminationem ad suum obiectum formaliter loquendo determinatione electionis ad obiectum accepta passivè, & virtualiter considerata activè; eo quod cum termi natio activa actuum liberorum Dei nequeat specificari ab obiecto creato; repugnat etiam pro motivo meritorio formali aliquid creatum respicere, sed solum pro motivo virtuali, quatenus actus merentes obiectum actus Divini, terminationem activam talis actus etiam promerentur, si habere possit talis terminatio meritoriam causam.

5 *Prima sententia*

His ista suppositis difficultatis punctus consistit in eo, an scilicèt de lege ordinaria, vel de facto contingat, quod vnus homo alteri promereatur totam seriem effectuum suæ prædestinationis de congruo de primo, vsque ad vltimum. Prima sententia affirmat, quam tenet Vazquez *disp.* 94. *cap.* 5. Cartagena *discurs.* 13. *de prædestinatione, circa finem.* Et Alarcon *disput.* 3. *cap.* 6. Vera tamen sententia negans est; quam tenet omnes discipuli D. Thom. *in præsenti* Albelda *disput.* 64. *sect.* 5 Cornejo *in hoc artic. dub.* 2. Salmanticenses *disput.* 11. *dub. vnico.* Tenent etiam ex alienis Durandus *in* 1. *distinct.* 41. *quæst.* 3. Ricardus *ibi art.* 2. *ad* 1. Molina *in hac quæst. art* 2. *disp.* 3. Valècia *punct.* 4. § adq; hac ratione, Suarez *lib.* 2. *de prædest. cap.* 21. *ad finem, & cap.* 24 *num.* 6. *&* 7. *& lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 17. Herice *disput.* 29. *cap.* 5. Ruizius, falso ab Alarcon pro contraria sententia relatus *disp.* 25. *sect.* 1. *assert.* 2. *& disp.* 58. *sect.* 2. eíque frequens Theologorum sententia.

Secunda, & vera sententia

§. II.

Hæc sententia pro conclusione statuitur, & probatur.

ET suadetur hoc argumento: oratio illa, qua vnus homo orat pro altero, vt vocetur ad fidem est effectus prædestinationis, non solum orantis, sed etiam eius, pro quo oratur; at oratio nequit esse causa meritoria sui; ergo nec omnium effectuum prædestinationis alterius. Consequutio est legitima. Minor certa, & maiorem probo: primo ex August. lib. de bono perseverantiæ, cap 22. *si qui sunt non cum vocati, pro eis, vt vocentur, oremus; fortasse enim sic prædestinati sunt, vt nostris orationibus concedantur.* Sentit ergo Augustinus orationem vnius pro alio, vt ad fidem vocetur, præparari ex vi prædestinationis alterius, & consequentèr est effectus illius. Secundo ex Gregorio, lib. 1. dialogorum vbi ait: *Quid ea, quæ Sancti viri orando efficium, ita prædestinata sunt, vt precibus obtineatur*: ergo vocatio vnius, alterius precibus obtenta, prædestinata est, vt sic obtinenda, & consequentèr præces postulantis ex prædestinatione, & proposito vocationis obtinendæ procedunt; ac proinde præces orantis sunt effectus prædestinationis alterius.

6 *Statuitur pro conclusione. Et probatur.*

Maior prob. 1.

Secundo.

Tertio D. Thom. *quæst.* 6. *de veritate, art.* 6. *prope finem corporis*, illis verbis: *Dico ergo, quod prædestinationis effectus est salus humana, quæ à Deo procedit, sicut à causa prima; sed eius possunt esse multæ aliæ causæ proximæ quasi instrumentales, quæ sunt ordinatæ à Divina prædestinatione ad salutem humanam, sicut instrumenta applicantur ab artifice ad effectum artis exequendum: vndè sicut prædestinationis Divinæ est effectus, quod iste salvetur, ita & quod per orationes tales, vel merita talia salvetur*: ergo sentit D. Thom orationes vnius fidelis pro alio esse præparatas à Deo ex vi prædestinationis illius, & consequentèr, esse effectũ prædestinationis non solum orantis, sed etiam eius pro quo oratur. Et 1. ad Anibal. dum *distinct.* 40. *art.* 2. *ad* 4 his verbis: *Dicendum, quod orationes Sanctorum iuvant prædestinationem non ex parte causæ, sed ex parte effectus, nec hoc derogat certitudini prædestinationis, quia Divina prædestinatione omnia huiusmodi auxilia sunt homini divinitus præparata.* Sentit ergo D. Th. orationes vnius fidelis pro alio haberi ex vi prædestinationis illius, pro quo oratur, & ideò esse certã Di-

7 *Tertio.*

vinam prædestinationem, & si ex parte effectus præcibus iuvetur Sanctorum. Ac tandem in hac quæstione *art. 8. in corp.* vbi docet: *Præcibus Sanctorum non fieri, vt aliquis prædestinetur à Deo*; at si orationes vnius non essent effectus prædestinationis eius, pro quo oratur; orationibus eius fieret, vt iste prædestinaretur, siquidem merentur prædestinationem eius de congruo, vt fatetur Vazquez: ergo ex mente D. Tho. oratio vnius pro alterius vocatione est effectus prædestinationis vtriusque.

8 *Quarto.* Quarto probatur ratione D. Tho. Sancti iuvant ad prædestinationis effectus, vt instrumenta Dei prædestinantis; at concursus instrumenti habetur ex subordinatione ad causam principalem agentem: ergo orationes Sanctorum iuvantes ad effectus prædestinationis alterius habentur ex vi prædestinationis illius, & consequenter sunt effectus talis prædestinationis.

Quinto. Quinto ad hominem contra Vazquez probatur: etenim in eius sententia, vt aliquid sit prædestinationis effectus sufficit si ad finem prædestinationis conducat, & ex inefficaci amore, & simplici complacentia talis finis procedat; at orationes vnius conducunt ad finem prædestinationis alterius, & Deus volens tales orationes fundi pro alio, ex amore saltem inefficaci illius operatur: ergo orationes istæ saltim ex intentione inefficaci salutis alterius procedunt; & consequenter sunt effectus prædestinationis illius.

Sexto. Denique suadetur ratione à priori: omne beneficium gratiæ factum prædestinato ad finem prædestinationis eius de facto conducens, procedit ex intentione gloriæ; & consequenter est prædestinationis effectus nisi oppositum sit revelatum, vel ex revelatis vrgenti aliqua congruentia probetur; at orationes vnius fussæ pro alio, sunt beneficia illi facta, de quo nemo potest dubitare, & ad eius glorificationem conducunt de facto; siquidem de facto merentur vocationem ad fidem, quæ ad eius glorificationem conducit, & aliàs quod ex intentione glorificationis eius non procedant; revelatum non est, nec adest vrgens congruentia id suadens: ergo procedunt ex efficaci gloriæ intentione hominis, pro quo funduntur; & consequenter sunt effectus prædestinationis illius.

9 *Respõdet Vazq. 1.* Respondebis primo ex doctrina Gabrielis Vazquez *vbi supra, numero 37.* veram esse maiorem de illis beneficijs, quæ proprie appellantur gratia prædestinati, qualis est vocatio, iustificatio, &c. secus autem de alijs, quæ non dicuntur proprie gratia prædestinati, quales sunt orationes Sanctorum, quæ pro alio fussæ, non sunt illi principium operandi benè; ac proinde nec proprie eius gratia dicuntur; aliàs (inquit Vazquez) incarnatio, & merita Christi gratia prædestinatorum propriè dicerentur, & effectus prædestinationis illorum. Quod si ei opponamus: prædicatio, & alia signa externa, quibus homo exterius ad conversionem movetur sunt effectus prædestinationis illius: ergo etiam orationes vnius quibus alter iuvatur sunt ex intentione gloriæ præparatæ, & cadunt sub prædestinatione illius, tanquã eius effectus. *Si ei opponatur.* Respondet *numero 42.* diversam esse rationem: eo quod prædicatio & alia signa externa remoto impedimento sunt principium prædestinato benè operandi, saltim per accidens, & ideò ad gratiam prædestinati revocantur; oratio autem vnius impetrans alteri gratiam, non est ei principium operandi benè, sed principium principij, quatenus propter illam donatur prædestinato vocatio, quæ est principium benè operandi, vndè ad illius gratiam non pertinet: ac proinde sub eius prædestinatione, vt effectus non cadit. *Respõdet.*

Hæc tamen ratio discriminis frivola est, & reijcitur primo: quis enim negare potest merita Christi Domini potiori ratione gratiam hominum dici, quam prædicatio exterior: & quidem ad rationem gratiæ solum requiritur, quod sit beneficium factum supra exigentiam subiecti; merita autem Christi, & eius incarnatio sunt supremum beneficium factum hominibus: aliàs Deus mittens filium suum; summum erga homines amorem non demonstrasset; aliàs sunt supra exigentiam illorum: sunt ergo gratia vere hominibus facta, & tamen non sunt illis principium benè operandi immediatum, sed principij principium, quatenus Christus Dominus suis meritis nobis obtinuit omnia operandi benè principia: ergo quod oratio vnius Sancti pro alio fussa vt salvetur, non fit illi principium operandi, sed principiũ principij, non tollit quominus ad illius gratiam reducatur, & consequenter ex illo capite non obstat, quod sit, & debeat esse effectus prædestinationis illius. 10 *Contra 1.*

Secundo, vt aliquid sit, & dicatur gratiæ prædestinati sufficienti ratione, vt cadat sub prædestinatione eius tanquam effectus, non petitur, quod sit benè operandi principium aliàs merita, quibus homo gloriam meretur non essent prædestinationis eius effectus; siquidem non sunt principium immediatum operandi benè, sufficit ergo quod sit beneficiũ ei factũ à Deo, & ad finem prædestinationis cum effectu conducat; sed hoc totum salvatur in oratio- 11 *Secundò*

Digitized by Google

tione vnius fulsa pro alio; conducit enim ad finem prædestinationis illius, & est beneficium ei factum à Deo: ergo quidquid sit de quæstione de nomine, an debeat vocari gratia eius vel non, vere tamen habet quidquid requiritur vt sit, & debeat esse effectus prædestinationis illius. Denique, nã quod id quod ad finem prædestinationis conducit debeat ex talis finis intentione præparari, & amari, & consequentèr esse prædestinationis effectum, non nascitur ex hoc quod conducat per modum principij benè operandi, sed ex eo quod conducat, vt medium, eo enim ipso modus connaturalis operandi liberi agentis petit, vt ex finis, ad quem conducit, intentione procedat; at orationes vnius fullæ pro alio vere sunt media ad finem prædestinationis conducentia de facto: ergo eò non sint ei operandi principia vt connaturaliori modo eligantur, debent ex fine prædestinationis, pro quo oratur, amari; & consequentèr esse effectus prædestinationis illius.

Tertio.

12 *Resp. 2.* Secundo respondebis, veram esse maiorem de illis beneficijs, quæ principaliter eliguntur, vt conducentibus ad finem prædestinati, secus autem de illis, quæ non sic amantur; orationes autem vnius fullæ pro alio principalitèr amantur, vt vtiles oranti, non ei, pro quo oratur, sed vt sic minus principalitèr eliguntur: vndè necessarium non est quod ex fine prædestinationis eius procedant; aliàs confunderentur effectus prædestinationis vtriusque. Sed contra primo, etiam si prædicatio sit actus meritorius ad finem prædestinationis Prædicatoris conducens, & effectus illius, est etiam effectus prædestinationis eius, qui media prædicatione convertitur, nec ex hoc effectus prædestinationis confunduntur; vt fatentur huius solutionis Auctores, & tenet communis sententia: ergo licet oratio vnius fulsa pro conversione alterius, sit oranti condigne meritoria, & effectus prædestinationis illius erit nihilominus effectus prædestinationis hominis pro quo funditur, quin ex hoc inferatur in effectibus prædestinationis confusio.

Reijcitur 1.

13 *Secundo.* Secundo, ad connaturalem modum, & perfectum agentis propter finem pertinet, vt media eligat ex intentione finis: ergo quando aliquod medium ad duplicis finis consequutionem est vtile, ex vtriusque finis intentione debebit eligi; & consequentèr si oratio vnius fulsa pro alio ad vtriusque salutem conducit ex vtriusque intentione eligetur. Tertio: nam licet oratio prædicta sit vtilis oranti, vt meritum condignum, & ei pro quo oratur, vt congruum, vndè constat principalitèr à Deo eligi, vt vtilis ad salutem orantis, & non potius, vt vtilis ad salutem eius, pro quo oratur? Imò ad hoc secundum censendum adest maius fundamentum, cũ enim orans licet per talem orationem sibi pro merearetur condigne, hoc tamen non præcipue intendat, sed potius alij promereri de congruo, videtur etiam dicendum hoc secundum Deum magis principaliter per talem orationem intendere: ergo non est vndè eximatur à ratione effectus prædestinationis illius, pro quo funditur talis oratio.

Tertio.

§. III.

Argumentis in contrarium occurritur.

14 *Arguitur 1.* OPpositi Auctores in contrariũ obijciũt primo: potest vnus homo alteri promereri de congruo primam vocationem, vt nos supponimus; at prima vocatio est primus prædestinationis effectus: ergo potest vnus alteri promereri primum prædestinationis effectum. *Minor*, in qua est difficultas ostenditur primo ex illis verbis Pauli ad Rom. 8. *Quos prædestinavit, hos & vocavit*, &c. accedente D. Tho. ibi lect. 3. vbi ait, *primum autem, quo incipit prædestinatio impleri est vocatio*: quod *supra art. 2. disp. 62.* Nos explicuimus de primo effectu prædestinationis inter proportionatos non absolutè, vt substantiam prædestinati esse effectum prædestinationis defenderemus: ergo primus effectus nostræ prædestinationis est vocatio.

Minor prob. 13

Secundo probatur ex Vazquio: etenim August. disputans, cum Masilienſibus de merito prædestinationis, de primo illius effectu disputabat; at disputatio erat de prima vocatione: ergo vocatio prima est primus nostræ prædestinationis effectus

Secundo.

Tertio: apud Augustinum ex merito primæ vocationis inferabatur meritum prædestinationis; at solum ex merito primi effectus prædestinationis inferri potest meritum prædestinationis, vt *supra* in principio disput. dicebamus: ergo vocatio prima est primus nostræ prædestinationis effectus. Denique: nam si non vocatio, sed alicuius Sancti postulantis oratio esset primus effectus prædestinationis; numquã cum Masilienſibus de gratiæ primę, & prędestinationis merito contendisset; cũ huius gratię, & prędestinationis, nemo nec Pelagius ipse vllum ex parte nostra meritum constituerit.

Tertio.

Quarto.

15 *Resp. ad 1 probationẽ minoris.* Respondeo negando minorẽ: ad primã probationẽ dicatur. Paulũ enumerasse illos prædestinationis effectus, qui per se requirũtur ex parte prædestinati, ad quos alij reducuntur, & inter illos primus est vocatio, ad quam reducuntur omnia, quæ vt

medijs ordinantur ad illam, sicut exteriores occasiones benè operandi, prædicatio, & miracula, medijs quibus homo vocatur, & ad bonum reducitur, & inter istos enumerari debent orationes vnius fuisse pro alio, medijs quibus impetratur à Deo prima vocatio; & sicut non valet; *merita non numerantur inter prædestinationis effectus; ergo non sunt enumeranda inter illos*: & similiter dispositiones ad gratiam iustificationis, quia licet non exprimantur, ad iustificationem reducuntur: ita nec valet: *Oratio vnius fussa pro alio inter illius prædestinationis effectus non recensetur: ergo non est* nã licet non exprimatur, reducitur tamen ad primã vocationem, & sic intelligendus ex D. Th. vocationẽ esse primum, in quo scilicèt prædestinatio incipit impleri, primum inter effectus, in quam, & vniversaliter requisitos, orationes enim vnius fussæ pro alio non per se requiruntur, nec vniversaliter inveniuntur in omnibus.

Ad secundam. Et ex his ad secundam probationem respondetur distinguendo maiorem de primo inter effectus per se, & vniversaliter requisitos, concedo maiorem, de primo in omni eventu, nego maiorem, & concessa minori distinguatur consequens distinctioni maioris.

16 *Ad tertiam.* Ad tertiam dicatur apud Augustinum benè valere; *non meretur quis primam vocationem: ergo nec prædestinationem ad illam*; ad cuius illationis valorem non est necessarium quod vocatio sit primus prædestinationis effectus; imò si ex negatione meriti primi effectus, sequitur negatio meriti prædestinationis; à fortiori ex negatione effectus, qui primus non est; sicuti ex negatione meriti gloria rectè colligitur prædestinationem ad gloriam sub merito non cadere eo quod saltem de lege ordinaria merita attingentia decretum, etiam se extendunt ad decreti executionem, & tamen gloria est vltimus inter prædestinationis effectus. Si autem consequentia affirmativa in antecedenti relata sit Augustini, dicatur loqui Augustinum de vocatione secundam quod est primus effectus inter exactos per se ad prædestinationem, & in casu, in quo fuerit primus, rectè colligitur ex illius merito, meritum totius prædestinationis, & decreti intentivi; quando autem, primus effectus non fuerit, ex eo quod quis illam mereatur, rectè colligitur mereri prædestinationem secundum quod exequutivè terminatur ad illã per formalem consequentiam, & non solum est inconveniens concedere in nobis meritum totius prædestinationis, sed etiam maximum inconveniens censetur à Patribus, quod quispiam per naturæ vires mereatur prædestinationem, secundum quod exequutivè terminatur ad primum supernaturalem effectum.

17 *Ad 4.* Ad vltimam probationem dicatur, quod licet orationes vnius fussæ pro alio sint primus prædestinationis effectus, & illas quis non promereatur, in sententia Pelagij, adhuc disputandum restat cum illo, & sequacibus, an quis sibi mereatur primam supernaturalem vocationem, ipsis hoc concedentibus, & Patribus Ecclesiæ negantibus. Et quidem mirum est quod Vazquez necessarium censeat; ad salvandam disputationem Patrum cum Semipelagianis de merito primæ vocationis, seu primæ internæ inspirationis quod sint primi effectus prædestinationis illius; cum adhuc hoc non admisso, erroneum sit concedere opera puræ naturæ primam vocationem mereri, & consequentèr impugnandum à Patribus contra Semipelagianos id concedentes.

18 *Arg. 2.* Secundo opponit Vazquez: si orationes vnius Sancti petentis vocationem alterius, & illam impetrantis essent effectus prædestinationis, sequeretur merita Christi Domini esse effectus prædestinationis hominum; consequens est falsum, alias Christus non meruisset nobis omnes nostræ prædestinationis effectus contra illud 2. ad Timotheum 1. *Benedixit nos omni benedictione spirituali in Cælestibus in Christo Iesu*; & consequenter non promeruisse nobis electionem efficacem ad gloriam; à qua incipit prædestinatorum, à non prædestinatis discretio; contra illud ad Ephesios 1. *Elegi nos in ipso ante mundi constitutionem*, id est in Christo, vt causa meritoria; vt exponunt Chrysostomus, Ambrosius, Theodoretus, & alij. Probatur sequela: ideò oratio vnius Sancti esset effectus prædestinationis alterius, quia ad illam conducit; & consequentèr debet ex illius intentione præparari; at merita Christi ad prædestinationem omnium hominum conducunt: ergo erunt effectus prædestinationis hominum, vel ratio illa nihil probat; & consequentèr deficit nostra conclusio.

Confirm. Et confirmatur: nam vel omne quod conducit ad finem prædestinationis alicuius, debet ex intentione illius præparari, vel non? Si hoc secundum dicatur: ergo quamvis oratio vnius Sancti conducat ad finem prædestinationis eius, non ideò debet ex intentione finis talis prædestinationis præparari, & amari, & cõsequẽtèr nec debebat esse effectus illius. Si primum: ergo merita Christi, quæ ad finem prædestinationis omnium hominum conducunt, debent præparari ex fine

præ-

prædestinationis hominum, & consequẽter promereri non poterunt omnium hominum prædestinationem.

19 *Respõdet Mõtoya.* Huic argumento Ruizius de Montoya, vbi supra, respondet concedendo sequelam, & negãdo minorem. Ad cuius probationem respondeo Christo promereri omnes effectus, prædestinationis hominum præter se ipsum, & propria merita; quæ sub illius meritis cadere nequeunt, cum idem non possit promereri se ipsum, nec meritum possit suum principium mereri; electionem autem hominũ, inquit, meruisse, quia licet Christi merita, & ipse Christus sint effectus prædictæ intentionis, non obstat, quominus illam promeruerit, mutua inter ea interveniente causalitate in diverso genere causæ.

20 *Rejicitur.* Hæc tamen solutio non placet, etenim eo ipso quod Christus Dominus, & illius merita sint effectus prædestinationis hominum, debent ex efficaci hominum electione ad gloriam procedere, & illam supponere; at eo ipso, quod ita contingat, non potuit Christus Dominus hominum electionem mereri: ergo nequit componi Christum hominem electionem meruisse, & esse effectum prædestinationis illius. Probo minorem: non alia de causa Christus non meruit de facto; imò nec mereri potuit sui prædestinationem, & decretum sui intentivum, nisi quia ex sui prædestinatione, & decreto intentivo procedit, & illa supponit: ergo si ex efficaci electione hominum ad gloriam processit, & illam supposuit, sub illius merita hominum electio cadit.

21 *Secunda solut. Suarez.* Secundo respondet Suarez *libro secundo, de causa prædestinationis, capite veinte y quatro, numero veinta y dos,* distinguo duplex genus actionum in Christo, summam scilicèt Dei dilectionem, & generalem affectum ad quærendum in rebus omnibus gloriam Patris, & speciales aliquas actiones orandi pro hoc, vel illo, & offerendi aliquam actionem suam pro hoc beneficio his potius, quam illis præstando; qua distinctione posita docet, meritum fundatum in actionibus primi generis, non esse effectum specialis electionis horum præ alijs ad gloriam, benè verò meritum in actionibus secundi generis fundatum, nec tamen inde sequitur electionem efficacem ad gloriam non esse præmium meritorum Christi: nam licet non sit præmium meriti fundati in actionis secundi generis, est præmium meriti fundati in actionibus illis, quæ hunc, præ alio non respiebant.

Sed quicquid sit de hac solutione, cuius examen pertinet ad tractatum de merito Christi; ad argumentum factum respondeo negando sequelam; ad eius probationem distinguo maiorem: quia oratio vnius Sancti conducit, vt medium ad finem alterius prædestinationis electum, concedo maiorem: quia conducit quovis conducẽtiæ modo, nego maiorem, & distinguo minorem, conducunt merita Christi Domini ad finem prædestinationis hominum, vt media ad illum electa, & ratione illius amata efficaciter, nego minorem: vt principia ordinis superiores, scilicèt hypostatici, concedo minorem, & nego consequentiam. Ex quibus ad confirmationem dicatur: omne quod conducit, vt medium, debere esse effectum efficacis intentionis finis, quod autem non, vt medium ratione talis finis amatum, sed vt causa conducit, necessarium non est, quod sit effectus talis intentionis, nec illam supponat, & quia Christi merita conducunt ad finem prædestinationis hominum, tanquam principia ordinis superioris, scilicèt hypostatici, non vt media ratione talis finis amata; hinc fit, quod non sint effectus intentionis efficacis præuisti finis, sed potius causæ promerentes illam, orationes autem vnius Sancti fuisse pro alio, assumuntur, vt media conducentia ad finem prædestinationis illius, & ideò sunt effectus electionis ad gloriam hominis, pro quo tales orationes fuerunt.

22 *Vera solutio.*

Ad confirm.

Sed oppones primo, Christus fuit missus ex fine salutis hominum, iuxta illud: *Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de Cœlis*: ergo, & ipse, & eius merita fuerunt electa, vt media ad salutem consequendam; ac proinde debent esse effectus electionis efficacis ad gloriam. Secundo: Christi merita alig: potuerunt, vt media ad finem prædestinationis, non minus, quam oratio vnius Sancti, vt medium ad finem prædestinationis alterius; Deus etiam potest ea quæ perfectiora sunt ad minus perfecta, vt finem ordinare; de quo 3. *part. quæst.* 1. *art.* 3. ergo nullum est fundamentum, vt asseramus Christi merita conducere ad finem prædestinationis, vt causæ, & non vt media, orationes autẽ Sanctorũ, vt media conducere.

23 *Opponẽs 1.*

Secundo.

Ad primam obiectionem respondeo primo ly *propter* dicere finem: effectum, non finẽ *propterquem*, aut *cuius gratia*, quod autem sic amatur non debet supponere effectum amatum, nec ratione illius amari, sed propter se in cuius amore virtualitèr amatur effectus: vndè potest esse causa meritoria efficacis amoris illius.

24 *Ad 1. obiectionem resp.* 1.

Vel secundo dicatur finem nostræ Redemptionis,& mittēdi Christum verbis illis denotatum, non fuisse salutem hominum,vt efficacitèr consequendam,sed solum libertatem hominis à peccato, vel prout iam ad omnes contractum, vel vt solum erat in capite,de quo 3. p. quæst. 1. art. 3. & 4. vbi de motivo incarnationis fusè tractavimus,& an supposuerit decretum incarnationis prævisionem peccati originalis,sivè originantis, sivè originati. Ex quo solum sequitur voluntatem intentivam redimendi homines à peccato ad decretum Incarnationis Christi supponi, nec sub illius meritis cadere, non verò quod voluntas efficax eligendi hos præ alijs ad gloriam,Christum,& illius merita non supponat prævisa, nec sub Christi meritis cadat.

25 *Ad 2.* Ad secundam concesso antecedenti,nego consequentiam: fundamentum autem duplex assignari potest. Primum est excellentia meritorum Christi, quæ cum sint perfectioris ordinis, quam hominis glorificatio, connaturalius est, vt amentur, vt causę gloriæ,quam, vt media ad illam; vndè nisi oppositum revelatum sit, quod in præsenti non invenitur; asserendum est fuisse,vt causam, non vt medium glorificationis hominum amatam; quia de Divinis decretis discurrendum est secundum modum magis connaturalem;nisi oppositum ex aliquo Scripturæ testimonio constiterit, quę ratio de oratione vnius Sancti postulantis alterius conversionem non militat: nam hęc non est excellentioris ordinis Beatitudine nostra: vndè connaturaliter amatur vt medium ad illam.

Secundum fundamentum est:nam Christi meritis est attribuendum omne, quod ad illorum excellentiam,& dignitatē pertinet,nisi oppositum sit revelatum; ad gloriam autem Christi;& dignitatem meritorum illius pertinet promeruisse hominibus electionem efficacē ad gloriam, aliàs id, in quo primo incipit, & principaliter consistit prædestinationis negotium,& discretio illorum à non prædestinatis, scilicèt efficax ad gloriam electio,non debuissent homines Christo, quod inconveniens apparet: ergo cum revelatum non sit electionem istam ad Christum, & illius merita facta supponi, asserendum est non supponi, sed subsequi ad illa, quod nequit cōponi cū hoc,quod est merita Christi fuisse amata,vt media ad finē prædestinationis & ex amore efficaci talis finis electa.

26 *Instabis 1.* Sed instabis primo; quod voluntas redimendi homines Christum præcesserit, nec sub illius meritis fuerit comprehensa inconveniens non est,cum id plures ex Thomistis affirment:ergo pariter,nec inconveniens debet censerit,quod voluntas electiva efficax hominum ad gloriam ad ordinem intentionis spectans, præcesserit merita Christi. Patet consequentia:ad Christum Redemptorem non minus pertinet hominū redemptio à peccato quam illorū salus æterna: ergo si non est inconveniens, quod voluntas intentiva redimendi à peccato subterfugiat merita Christi,& illa præcedat, nec etiam debet inconveniens censeri,quod voluntas electiva efficax ad gloriam,merita Christi præcesserit, & subter illa comprehensa non fuerit. Secundo actus,squibus homo sibi gloriam promeretur sunt æquales glorię in morali æstimatione, & si illam physicè non adæquent, cum sint merita condigna illius, & ad cōdignum meritū requiratur æqualitas moralis cum præmio; & tamen de facto assumuntur,vt media,& vt talia à Deo eligun tur in ordine ad gloriam: ergo quod Christi merita sint salute hominum excellentiora,non probat non fuisse, vt media electa in ordine ad illam, *Secundo.*

Tertio: merita Christi non solum sunt excellentiora, hominum glorificationes; sed etiam excedunt libertatem hominis à peccato, & tamen hoc non obstante fuerunt assumpta, vt media, & vt talia electa in ordine ad illam, vt probabiliter existimant plures Theologi 3. part. quæst. 1. art. 3. ergo quod excedant hominum Beatitudinem,non probat fuisse assumpta,vt causæ, & non electa, vt media in ordine ad illā. 27 *Tertio.*

Respondeo ad primam obiectionem omisso antecedenti negando consequentiam, ratio autem discriminis est: nam cum in sententia data,Christus Dñs decretatus fuerit ex vi voluntatis redimendi homines à peccato: consequens sit, quod non potuerit talem voluntatem mereri, sicut nec mereri potuit decretum intentivum, sui seu meritorum illius, non autem fuit decretatus ex fine gloriæ vt efficaciter consequendæ ab hominibus, cum ex nullo testimonio Scripturæ hoc colligatur, sicut primum colligitur ex verbis superius relatis: *Propter nos homines,& propter nostram salutem descendit de Cœlis*, quę verba iuxta illam sententiam explicari debent in sensu riguroso, quod non sit nisi ly *propter* denotet causam finalem mittendi Christum fuisse libertatem hominis à peccato; & gloria, vt consequibilis sufficienter,& si non efficacitèr. 28 *Ad 1. instantiam resp.*

Ad secundā dicatur; quod licet adæquēt in æstimatione morali; physicè tamē sunt gloriæ inferiores actus, quibus homo sui gloriam meretur; & hoc sufficere, vt tanquam media assumantur, & amentur 29 *Ad 2.*

tur in ordine ad illam, & si autem actus, quibus Christus gloriam nobis promeruit, ph; sicè sint illa inferiores, est tantus excessus, quem ei faciunt in genere moris, vt connaturalius amentur, vt causę, quam, vt
Ad 3. media in ordine ad illam. Ad tertiam; cōcessa maiori, & omissa minori, nego consequentia: quia quod Christi merita sint, vt media assumpta in ordine ad libertatem hominis à peccato, & ad glorificationem, vt sufficienter consequibilem, constat ex testimonio adducto, iuxta Authores illius sententię, quod autem ex fine glorię, vt efficaciter consequendę, nobis non constat, imò oppositum potius habetur ad Ephesios 1. illis verbis: *Elegit nos in ipso ante mundi constitutionem*, vbi ly *in* causam meritoriam denotare, docent Chrysostomus, Ambrosius, & alij.

30 *Aliorum solutio.* Mitto aliorum solutionem, qui inter orationes Sāctorum, & merita Christi hoc statuunt discrimen, quod illę amantur in ordine ad gloriam hominis, pro quo tales pręces funduntur, eamque respiciunt pro fine, merita verò Christi ordinata fuerunt à Deo, vt meritoriè attingerent electionē ad gloriam; hoc autem est discrimen inter finem à voluntatis actu distinctū, & ipsum volūtatis actum assumptum pro fine, quod ille nequit movere ad amorem mediorū, nisi vt amatus; actus autem voluntatis potest ad positionem mediorum, quę ad ipsum ordinantur, movere, quin talis actus amor pręcedat, & ideò orationes Sāctorū fuisse pro alio supponunt electionem efficacem ad gloriam, ex qua pręparentur à Deo; ac proinde illam pro merēti non possunt; merita verò Christi nō est necesse, quod electionem efficacem ad gloriam supponant, nec procedant ex illa.

31 *Impugnatur 1.* Sed non placet ista distinctio, quia petit principium manifestè; nam contrarij Auctores, qui asserunt orationes vnius Sancti non esse effectus prędestinationis alterius, docet consequenter promereri illius electionem: ergo respiciunt electionem pro fine, & consequenter, si finis, qui est actus voluntatis potest ad amorem mediorum movere absque medio amore reflexo, potuit electio hominum ad gloriam movere Deum ad amorem orationis vnius Sancti postulātis pro alio absque prævio sui amore reflexo efficacī, sicut idem dicimus in hac solutione respectu meritorū Christi.

Secundo. Secundo displicet; quia non percipio cur actus voluntatis, vt finalizet, moveatque ad amorem efficacem mediorum non petat pręintendi, sicut & finis ab actu voluntatis distinctus. Et quidem non minus requiritur ad movendum finaliter esse in intentione sui, quam in sui apprehensione; at quoad existentiam in apprehensione ad finaliter movēdum, nullum est inter illos fines discrimen, sed vterque; vt moveat finaliter, sui existentiam in apprehensione desiderat: ergo nec discrimen aliquod inter illos debet constitui, quoad existere in intentione, vt finaliter moveant ad amorem mediorum.

32 *Vltimo arg.* Denique: in eiusdem sententiæ favorem opponit Alarcon: Beatissima Virgo meruit de congruo omnes omnium hominū prædestinationis effectus: ergo iam merita puræ creaturæ de congruo attingunt adæquatum prædestinationis effectum. Antecedens probat ex multorum. Patrum sententia quos Quirinus refert, aientium nullum beneficium de facto nobis dari nisi per Mariam, vt sicut Pater omne iudicium dedit filio, ita filius omne iudicium dederit Matri; at omnis prædestinationis effectus beneficium est respectu prædestinati: ergo omnes nostræ prædestinationis effectus sunt ex meritis congruis Beatissimæ Virginis. Secundo, nullum est auxilium datum homini, vsque ad vltimam perseverantiam, quod Beatissima Virgo non meruerit de congruo; cum hoc deceat dignitati illius, & alias sufficienter secernatur à Christo per hoc quod ipse de condigno, eius Mater de congruo solum hominibus omnia auxilia meruerit: ergo meruit præparationem æternam omnium auxiliorū, qui enim exequutionem temporalem alicuius doni meretur, etiam meretur talis doni præparationem æternam.

Antecedens probatur 1.

Secundò.

33 *Resp. ad 1. prob. antecedentis.* Respondeo, negando antecedens: ad primam probationem dicatur, veram esse maiorem de omni beneficio hominibus facto, præterquam ipsa merita Virginis, & orationes, quibus alia auxilia, & beneficia meretur quæ esse prædestinationis hominum effectus constat ex probatione nostræ sententiæ. Ad secundam, concesso antecedenti, de auxilijs distinctis ab orationibus, & præcedentibus Virginis, quas non incōgrue hominum auxilia extrinseca possumut appellare, distinguo consequens, illudque concedo de præparatione exequutiva talium auxiliorum, secus autem de intentiva; vt autem omnes effectus prædestinationis hominum mereretur Beatissima Virgo deberet suis meritis primā hominum electionem attingere. Et hæc de ista disputatione applicanda litteræ Magistri *in 1. distinct. 41. §. 1.* ad illa verba: *Misericordia autem meritum non inuenimus, &c.*

***

Ad 2.

RE-

RESTAT *Nunc, vt pro complemento Tractatus, de reprobatione tractemus, de qua agit D. Tho. in hac quæſt. art. 3. vbi quærit, vtrum Deus aliquem hominem reprobet, & triplici concluſione reſpondet: prima eſt*: Deus aliquos homines reprobat, *quæ concluſio non minus eſt de fide, quam quod aliqui homines damnentur, & pereant, cõſtatque ex illis verbis Malachiæ* 1. Iacob dilexit, Eſau autem odio habui. *Secunda concluſio*, ſicut prædeſtinatio eſt pars providentiæ reſpectu eorum, qui ordinantur divinitus ad æternam ſalutem, ita reprobatio eſt pars providentiæ reſpectu eorum, qui ab hoc fine deficiunt. *Ex quo infert D. Th. quod ſicut prædeſtinatio non conſiſtit in ſola ſcientia, ſed aliquid addit, quia prouidentia eſt, quæ conſiſtit in practica ordinatione ad finem, ita, & reprobatio non nominat tantum ſcientiam, ſed aliquid addit. Tertia concluſio*, ſicut prædeſtinatio includit voluntatem conferendi gratiam, & gloriam, ita reprobatio includit voluntatem permittendi aliquem cadere in culpam, & inferendi damnationis pœnam pro culpa.

Ex quibus concluſionibus, prima examine non indiget, nec etiam ſecunda; *ex dictis enim* ſupra diſp. 59. & 60. *vbi fuſè oſtendimus prædeſtinationem non in actu voluntatis conſiſtere, & ſi illum præſupponat, conſtat idem de reprobatione dicendum; cum prouidentia pars ſit; & conſequenter actus prudentiæ, qui in imperio practico intellectus conſiſtit. Circa tertiam aliqua ſatis difficilia examinanda veniunt; vnde pro illius explicatione ſit.*

DIS-

DISPVTATIO SEXAGESIMA NONA.

An voluntas efficax negandi Reprobis gloriam antevertat in Deo præviſionem demeritorum?

§. I.

Relatis ſententijs, ſtatuitur, & probatur prima concluſio.

Nu. 1. *Prima ſententia.*

IN HAC Diſputatione tres verſantur ſententiæ. Prima eſt negativa, quam præter negantes electionem efficace ad gloriam antecedere præviſionẽ meritorum, quos retulimus *ſupra diſp.* 66. tenent Belarminus *lib.* 2. *de amiſſione gratiæ, cap.* 12. Suarez *lib.* 3. *de reprobat. cap.* 9. Et Cornejo *diſp.* 2. *de reprobat. dub.* 1. pro illa referens Durandum, Ferrariam, Zumelem, & alios.

Secunda. Secunda affirmans eſt, quam tuentur Bañez *quæſt.* 23. *art.* 5. *dub.* 3. Durandus *in* 1. *diſt.* 40. *quæſt.* 2. Capreolus *diſt.* 41. *quæſt. vnica, art.* 2. Ferrara 3. *Contra Gentes, cap.* 161. Cajetanus *ſupra art.* 5. Bañez *ibi dub. vnica,* Alvarez *lib.* 11. *de auxilijs, diſp.* 110. Salmanticenſes *tract.* 5. *diſp.* 8. *dub.* 1. Et Noſter Sancto Thoma *diſp.* 10. *art.* 4. & *ſequentibus.*

Tertia. Tertia ſententia inter vtramque media diſtinguit inter originale peccatum, & perſonalia, & aſſerit, dari in Deo prædictam voluntatem ante omne perſonale peccatum, ſecus verò ante præviſionem culpæ originalis. Hanc eſſe D. Auguſtini, docent Zumel, *ſupra artic.* 5. *diſp.* 4. Bañez *vbi ſupra relatus*, & alij plures. Veram ſententiam ſequentibus aſſertionibus explico.

Prima cõcluſiõ Probatur 1. ex Apoſtolo.

2 Prima ſit: *ante præuiſionem omnis demeriti perſonalis voluit Deus efficaciter reprobis negare gloriam, ſeu illos à gloria excludere.* Probatur primo ex illis verbis Pauli ad Romanos 9. cap. *Cum enim nondum nati fuiſſent, aut aliquid boni, aut mali egiſſent, vt ſecundum electionem propoſitum Dei maneret; non ex operibus, ſed ex vocante dictum eſt, quia maior ſeruiet minori, ſicut ſcriptum eſt, Iacob dilexi, Eſau autem odio habui.* Super quæ verba D. Th. *ibi lect.* 2. ait, aptiſsimum exemplum Apoſtolum appoſuiſſe ad excludendum iudæorum errorem confidentiũ de meritis Patrũ, in duobus Filijs ex eiſdem parentibus genitis, &, vt excluderet errorem Manichæorum, qui diverſitatem eorum, quæ hominibus accidunt, nativitati adſcribunt, & diverſitati conſtellatiõ ſi, ſub qua nati ſunt, in duobus hominibus ex eodem concubitu, & eodem tempore natis: per illa autem verba, *aut aliquid egiſſent boni, aut mali* (inquit D. Th.) *excluditur Pelagianorum error dicentium ſecundum merita præcedentia gratiam dari*; at nomine dilectionis, & odij ſignificantur prædeſtinatio æterna, & æterna reprobatio; vt docet D. Th. lectione relata circa finem, his verbis: *Sicut autem dilectio, de qua hic loquitur, pertinet ad æternam Dei prædeſtinationem: ita odium, de quo hic loquitur pertinet ad reprobationem, qua Deus reprobat peccatores, nec eſt dicendum, quod iſta reprobatio ſit temporalis, &c.* ergo ſicut ante omne perſonale meritum homines eliguntur, nedum ad gratiam, verum etiam ad gloriam, ita ante om-

omne perſonale demeritum vult Deus efficaciter reprobis gloriæ negationem, ſeu ab illa excluſionem.

3 *Reſpondebis 1.* Reſpondebis primò, verba illa Malachiæ 1. *Iacob dilexi, &c.* non intelligi de odio excluſivo ab æterna hæreditate, ſed ab hæreditate temporali, nec de amore collativo gloriæ, ſed temporalis hæreditatis; cum ſit probabile non fuiſſe Eſau reprobatum à gloria. *Secundo.* Reſpondebis ſecundo, intelligi de odio excluſivo à gratia, non vero de excluſivo à gloria. *Tertio.* Denique reſpondebis, intelligi de reprobatione negativa conſiſtente in non electione, non autem de poſitiva, quæ in poſitiva excluſione à gloria conſiſtit.

4 *Prima ſolutio reijcitur 1.* Sed nulla ex his ſolutionibus argumento facto ſatisfacit, non prima: tùm, quia vt vidimus D. Thom. verba relata intelligit de dilectione pertinente ad æternam prædeſtinationem, & odio ſpectante ad reprobationem æternam: tùm etiam; quia vt benè advertit Noſter Sancto Thoma, *vbi ſupra, art. 2. num. 27.* Quidquid ſit de cortice litteræ verborum Malachiæ, Apoſtolus tamen in myſtico ſenſu ea intelligens, vt exemplum aſſumpſit ad probandum, Deũ abſque vllius iniuria, quoſdam ſecundum propoſitum eligere ad gloriam, & alijs tãtum beneficium negare voluiſſe ante illorum præviſſa merita, vel demerita, quem ſenſum fuſè proſequitur Auguſtinus, *epiſt. 105. tom. 2. & quæſt. 2. ad Simplicianum*, & alibi ſæpè: ergo prima interpretatio vim facti argumenti non elevat. *Secundo.*

5 *Secunda ſolutio impugnatur 1.* Nec magis ſecunda, tùm ex D. Th. aſſerente loqui de odio pertinente ad reprobationem, ſicut de dilectione ſpectante ad æternam prædeſtinationem; at dilectio ſpectans ad prædeſtinationem, & antevertens merita, non incipit à gratia, ſed à gloria: ergo odium ſpectans ad reprobationẽ, & antevertens demerita, non incipit ab excluſione à gratia, ſed ab excluſione à gloria: tùm etiam, quia Apoſtolus non loquitur de excluſione à gratia, quæ eſt reprobis, & prædeſtinatis communis; hæc enim reprobationis nomine abſolutè non gaudet, nec propriè; aliàs omnes electi, quibus Deus aliquãdo denegat gratiã, abſolutè, & propriè reprobi dicerentur, loquitur ergo de odio excluſino à gratia excluſione reprobis propria, prout à prædeſtinatis diſcretis, at excluſio à gratia, ſic propria non poteſt intelligi, niſi intelligatur proveniẽs à voluntate efficaciter excludente à gloria, ſicut nec voluntas collativa gratiæ prædeſtinatis propria intelligi valet, niſi procedat à voluntate efficaci gloriæ, vt arguebamus *ſupra diſputatione 66.* ergo verba Apoſtoli intelligenda ſunt de voluntate *Secundo.*

efficaci excluſiva reproborum à gloria. Et explicatur amplius: nam vel intelliguntur verba Pauli de permiſsione peccati finalis volita à Deo, vel de permiſsione peccati non finalis? Si ſecundum dicatur, voluntas illa non poteſt reprobatio dici abſolutè, & ſimpliciter: ſi primum, eadem eſt ratio de illa, ac de voluntate efficaci excluſiva, à gloria: ergo verba Pauli ſunt intelligenda, non ſolum de voluntate efficaci excluſiva reproborum à gratia, ſed etiam à gloria. *Confirm.*

Denique tertia ſolutio reijcitur: nam vel ex vi illius reprobationis negativæ cõſiſtentis in negatione electionis ad gloriã, infallibiliter homines à conſequutione gloriæ defficient, vel non? Si primum dicatur, nulla eſt differentia inter voluntatem poſsitivam excludendi homines à gloria, & prædictam reprobationem: ſi ſecundũ, non ſalvatur mens Pauli: ergo ſolutio tradita argumentum noſtrum non diluit. Pro bo minorem pro prima parte: etenim cõtrarij Auctores frequentius docent negationem illam electionis fuiſſe à Deo volitam per actum poſitivum: ergo ſi ex vi illius eſt infallibile homines defecturos à gloria conſequenda, nulla eſt differentia alicuius momenti inter reprobationem iſtam negativam, & voluntatem negationis gloriæ: quid enim intereſt quod voluntas poſitiva Dei terminetur ad negationẽ electionis, vel ad negationem gloriæ, ſi ex vi vtriuſque eſt infallibile homines defecturos à conſequutione gloriæ? Imò voluntas non eligendi ad gloriam eſt virtualiter voluntas negationis gloriæ; cum infallibiliter ex illa inferatur, & in illa contineatur: ſi ergo potuit ante merita prævisſa velle virtualiter voluntate efficaci excluſionem hominum à gloria; quod inconveniens poteſt apparere in hoc quod Deus ante perſonalia demerita eam vellit formaliter? 6 *Cõtra tertiã ſolutionem facit.* *Minor pro 1. parte prob.*

Deinde pro ſecunda parte probatur: mens enim Apoſtoli erat explicare quomodo Deus abſque hominum quærimoniæ occaſione, ex eadem maſſa quoſdam homines aptet in gloriam, & alios à conſequutione gloriæ vellit deficere, ſicut figulus ex eadem maſſa, quædam vaſa facit in honorem, alia in contumeliam, quin poſsint conquæri, & artifici dicere: cur ſic me feciſti? atſi ex vi negatiuæ reprobationis homines à gloria non ſunt defecturi infallibiliter, non eſſet in illis occaſio aliqua quærimoniæ quam Apoſtolus vitare contendit, benè tamen ſi de reprobatione poſitiva loquatur, ex vi cuius infallibiliter homines à conſequutione gloriæ deficient: ergo reprobatione negativa conſide- *Pro ſecunda ſuadetur.*

dērāta in secunda acceptione, non salvatur intentum Apostoli.

8 *Secundo prob. conclusio ex D. Tho.*

Secundo probatur conclusio ex D. Th. *in 1. ad Annibaldum, dist. 41. art. 3. in corpore*, illis verbis: *Respondeo dicendum quod voluntari divinæ de salute hominis, duplex voluntas opponi videtur, scilicèt voluntas de contradictorio secundum quod vult aliquem non salvare, & voluntas de contrario secundum quod vult damnare aliquem: prima quidem voluntas non requirit aliquam rationem ex parte voliti; cum salus gloriæ non sit debitum humanæ naturæ, non enim requiritur ratio, quare non dem alicui, cui dare non debeo, &c.* Quo nihil expressius potuit pro nostra sententia proferri. Et *quæst. 6. de veritate, art. 2. in corpore*, vbi postquam distinxit de duplici voluntatis motivo, & secūdum debitum, & secundum meritum, & illud dupliciter, vel secundum debitum absolutè, vel secundum debitum ex suppositione alicuius voliti, cui aliud debetur, hæc verba subiunxit: *Vbicumque autem occurrit aliquid, sine quod aliquid à Deo volitum esse possit, hoc non procedit ab eo secundum rationem alicuius debiti, sed secundū meram liberalitatem; perfectio autem gratiæ & gloriæ sunt huiusmodi bona, quod sine eis natura esse potest; excedunt enim naturalis virtutis limites: vndè quod Deus vellit alicui dare gratiam, & gloriam, hoc ex mera liberalitate procedit, in his autem, quæ ex liberalitate procedunt, tantum causa volendi est ipsa superabundans affectio volentis ad finem, &c.* at quia gratia debita non est, voluntas efficax negandi gratiam de merita prævisa præcedit, nec illa supponit, vt enim inquit D. Th. ibi solutione ad 8, *In his, quæ ex liberalitate donantur, in nullo iustitiæ contradicitur, possum enim vni dare, & alteri non dare pro meæ libito voluntatis.* Et solutione ad 9. *Hoc ipsum, quod est non habere debitum, sufficiens ratio est non donandi*: ergo cum gloria nomini non sit debita, Deus ante omne personale prævisum demeritum potest velle efficaciter gloriam non dare.

9

10 *Tertio prob. ratione ex D. Th. desumpta.*

Tertio suadetur conclusio ratione ex prædictis verbis desumpta: Deus namque est supremus Dominus gloriæ, nullique hominum debita est: ergo absque vllius iniuriæ, sivè crudelitatis nota, potest efficaciter decernere, illam quibusdam conferre, & alijs denegare, quin ex parte hominum, vel meritum prioris voluntatis, vel vllum supponatur demeritum. Teneat consequentia: tùm, quia in hoc ratio supremi dominij consistit, posse scilicèt facere de re tua quidquid voluerit absque alterius iniuria, quia in dando vni, & alteri volendo negare, quod nulli ex illis debetur, nulli illorum iniuria irrogatur. Tū denique: nam, quia prima gratia nulli hominum est debita, potest Deus decernere efficaciter illam alijs dare, & alijs negare, absque iniuriæ, aut crudelitatis nota.

11 *Respondent contrarij.*

Respondent contrarij Auctores, quod & si absolutè potuisset Deus ita se gerere, nō tamen ex suppositione elevationis hominis ad finem supernaturalem, & illius voluntatis, qua voluit omnes hominis salvos fieri. Tùm quia ex vi illius voluntatis debita fit homini gloria, debitum autem alicui velle denegare absque culpa suppositā, sine iniuria non fit. Tùm etiam, quia istæ duæ voluntates, scilicèt desiderare ex se hominibus gloriam, & ante vlla demerita velle efficaciter aliquibus illam negare, sunt incompossibiles.

12 *Cōtra 1.*

Cæterum contra hanc solutionem insurgo sic primo; quia prima ratio, qua ista rum voluntatum incompossibilitas ante visa demerita, fundatur, est prorsus inefficax, nec Vazquez illa vtitur, sed nec potuit; cum namque ex vi primæ voluntatis solum conferantur homini auxilia sufficientia, & ipse 1. 2. *quæst.* 109. *art.* 2. fatetur, gratiam congruam non esse debitam potentiæ expeditæ, nec etiam homini ex vi primæ voluntatis potenti adipisci salutem debita erit ex vi illius actualis salutis consequtio; ac proinde compatibiles erūt in Deo voluntas inefficax salutis omnium hominum, ratione cuius eis dantur auxilia sufficientia ad salutem, & voluntas efficax negandi actualem salutis consequutionem.

13 *Secundo.*

Deinde secundam rationem in hunc modum reijcio, adhuc voluntate illa suppositā qua Deus omnibus salutem desiderat manet potens non solum absolutè, sed etiam ex omni suppositione ad negandam gloriam, illamque concedendam cuicumque voluerit: ergo potest ante omne demeritum efficaciter velle excludere aliquos à gloria. Consequētia est bona, sicut enim potest ante vllum demeritum absolutè negari, quod absolutè debitum non est, ita potest suppositione aliqua facta, ante demeritum negari, quod tali suppositione facta non est debitum. Antecedens autem ostendo sic primo, ex vi illius voluntatis non est debita hominibus gloria, nedum in particulari, verum nec in communi; aliàs prædestinatio, specialis providentia intra ordinem gratiæ non esset, si alicui, adhuc vagè deberetur gloria ex vi illius generalis voluntatis sicut nec collatio alicuius auxilij efficacis ad operandum benè moraliter, ad specialem providentiam pertinet, quia alicui vagè debetur: ergo ad huc illa voluntate suppositā, manet etiam in sensu compossito expeditus Deus, vt

Antecēdēs probi. 1.

pos-

Digitized by Google

possit ante omne demeritum velle efficaciter aliquos excludere à gloria, imò non solum aliquos, verum etiam, & omnes.

14 *Secundo.* Secundo probatur idem antecedens: nãnam dato quod ex vi illius voluntatis esset debita hominibus gloria, non tamen esset debita omnibus, nec illis, aut illis in particulari, sed aliquibus vagè: ergo dato, quod non potuerit in sensu composito illius voluntatis velle efficaciter omnes excludere, potuit tamen ante omne personale demeritum velle efficaciter hos, vel *Tertio.* illos excludere à gloria. Tertio: quia ex vi illius boluntatis non debentur homini omnia auxilia efficacia, aliàs nullum posset voluntas suppositа negare absque præsuppositа culpa: ergo ex vi illius gloria debita non est: non enim stat finem deberi absque debita mediorum, quæ ad finem desiderantur.

15 *Resp.* Si respondeatur, quod licet gloria ex vi illius voluntatis non sit debita homini debito iustitiæ, vel connaturalitatis, est tamẽ debita debito congruentiæ: congruum enim est, vt Deus ante omne demeritum non vellit excludere à gloria homines, quos ad illam assequendam ordinavit, & quibus gloriam desiderat, & si inefficaciter. *Cõtra 2.* In contrarium obstat primo: quia etsi hæc congruentia militet respectu aliquorum hominum vagè, & inconfusso, non tamen respectu omnium: ergo in hoc, quod nullis hominum prævisis demeritis, vellit aliquos excludere à gloria, nulla est in- *Secundo.* congruentia. Secundo: absque vlla incongruentia potest Deus velle efficaciter aliquibus gratiam efficacem negare nullis illorum prævisis demeritis: ergo pariter, adhuc illa voluntate suppositа, nulla incongruentia erit in hoc, quod nullis hominum prævisis demeritis efficaciter vellit aliquos excludere à Regno. Patet consequentia: Deus namque non est minus Dominus gloriæ, quam gratiæ efficacis, nec gloria ex vi illius voluntatis fit magis debita, quam efficax gratia: ergo sicut il ã potuit etiam, & illam velle efficaciter quibusdam negare, nullis hominum prævisis demeritis.

16 *Oppones.* Si dicas, sequi ex ratione facta, non solum efficacem voluntatem per modum intentionis excludendi à gloria homines, sed etiam actualem à gloria exclusionem hominum peccata antevertere; consequẽs est falsum: ergo & antecedens. Patet sequela: non solum voluntas denegandi gratiam, sed etiam actualis primæ gratiæ negatio antecedit hominum demerita: ergo si paritas à Nobis facta quid probat, convincit nedum voluntatem excludendi, sed etiam actualem à gloria exclusionem hominum peccata antecedere. Respondeo *Re.* nostro argumento probari id Deum potuisse efficere ob supremum dominium, de facto autem non ita cõtingere ex Scripturis habemus; quia tamen necessarium non est, quod voluntas spectans ad ordinẽ intentionis, cum executione adæquetur, vt constat ex dictis *supra disp.* 60. & 66. hinc fit, quod licet actualis exclusio à gloria, prout in executione demerita nostra supponat, intentio excludendi à gloria opposito modo procedens, illorum prævisionem antecedat.

Quod autem secunda ratio, quam Vazquez assignat nihil obstet, ostendo sic primo: in his duabus voluntatibus, *nolo dare vires sufficientes ad consequendam gloriam, & volo efficaciter negare illius actualem consequutionem*, nulla est repugnantia; at voluntas illa, qua Deus vult omnes homines salvos fieri, nihil est aliud, quam voluntas dandi vires sufficientes ad gloriæ consequutionem: ergo optimè cum illa secunda voluntas compatitur. Maior probatur primo, quia sunt de diversis obiectis ad minus formaliter, scilicet de gloria, vt consequibili sufficienter, & efficaciter, gloria autem, vt efficaciter assequenda differt à se ipsa, vt assequibili sufficienter. Secundo: voluntas dandi vires sufficientes ad gloriæ consequutionem non est incõpatibilis cum voluntate negandi gratiam efficacem, seu congruam: ergo nec erit incompossibilis cum voluntate negandi actualem consecutionem gloriæ. Tertio: nam de facto, adhuc prævisa culpa perseverat in Deo illa prima voluntas, & tamen vult efficaciter gloriam negare: ergo illæ duæ voluntates non sunt incompatibiles.

17 *Secunda ratio P. Vazq. impugnatur.* *Maior Prob. 1.* *Secundo.* *Tertio.*

Si dicatur, culpa prævisa esse illas voluntates respectu eiusdem hominis diversimodè consideratas, prima scilicèt respectu hominis secundum se, secunda autem respectu eiusdem, quatenus culpa affecti, & ideò non incompatibiles prædictas voluntates, ante culpam autem prævisam diversitatem istam non reperiri. In contrarium *Cõtra 1.* obstat primo, quod etiam ante culpam prævisam illæ duæ voluntates attingunt gloriam sub diversa ratione, prima gloriam vt consequibilem, secunda eandem, vt efficaciter non assequendam, prima ex motivo manifestandi suam bonitatem, & misericordiam erga omnes, secunda verò ex motivo manifestandi supremum dominum, specialem misericordiam, & amorẽ erga prædestinatos, & suæ providentiæ suavitatem, quæ elucet in hoc, quod creaturæ defectibiles non omnes assequãtur finem, sed aliquæ ab illo deficiant, & fortè suam

18 *Resp.*

pu-

Digitized by Google

punitivamà iustitim: ergo etiam culpa nō prævilla compatiuntur illæ voluntates

Secundo. Obstat secundo: Deus namque complacet in gratia congrua, seu efficaci erga omnes; & tamen ante culpam prævisam vult illam quibusdam negare: ergo etiam respectu gloriæ ante omnem culpam prævisam potuit Deus duplicem illam voluntatem habere inefficacem vnam, qua in omnium hominum gloria sibi complaceat divina voluntas, & omnibus gloriam inefficaciter desideret, efficacemque alteram, quibusdam vellit gloriam non dare.

19 *Vltimo prob. conclusio.* Denique principaliter conclusionem ostendo: permissio peccati personalis nūquam remittendi supponit efficacem voluntatem excludendi reprobum à gloria: ergo ista voluntas antevertit demerita personalia prævisa, vt motiva. Consequentia tenet ex dictis *supra d. q. 6.* vbi ex eo quod prima gratia efficaciter conducens ad gloriam supponat efficacem voluntatē gloriæ, intulimus voluntatem istam antecedere merita prævisa, vt motiva. Antecedens autem probatur: illa permissio est effectus reprobationis, vt est providentia specialis: ergo est effectus finis reprobationis, vt intenti efficaciter, finis autem iste non est alius, quam exclusio à gloria: ergo est effectus intentionis efficacis excludendi reprobos à gloria.

20 *Antecedēs prob. 1.* Antecedens constat primo ex D. Tho. *in hac quæst. a r. 3. ad finem corporis*, illis verbis: *Sicut enim prædestinatio includit voluntatem conferendi gratiam, & gloriam, ita reprobatio includit voluntatem permittendi aliquem cadere in culpam, & inferendi damnationis pœnam*: ergo ex mente D. Tho. non sola æterna damnatio, sed etiam alicuius culpæ permissio est effectus reprobationis, vt est providentia specialis, de qua vt sic loquebatur in eo art. Angelicus Doctor, est evidenter constat ex verbis antecedentibus ibi: *Pertinet etiam ad diuinam prouidentiam vt permittat aliquos ab isto fine, scilicet vita æterna, deficere, & hoc dicitur reprobare*, id est sicut non sola glorificatio, sed etiam gratia, quæ est principium benè operandi, & gloriam merendi, est effectus prædestinationis, vt specialis providentia est; ita nō solū exclusio à gloria, sed etiam permissio culpæ vt effectus reprobationis; at non permissio culpæ remittēdæ per gratiam: ergo permissio culpæ nūquam remittendæ.

21 *Secundo.* Secundo probatur: permissio peccati numquam remittendi est à Deo eligibilis ex aliquo fine, quia ad illum conducit; at ex nullo melius, quam ex fine exclusionis à gloria, ad quem cum effectu conducit: ergo est igitur de facto ex intentione efficaci exclusionis à gloria. Denique probatur providentia præparativa mediorum tendentium ad finem consequendum supponit necessario voluntatem efficacem finis consequendi, vt ostendimus *supra disp. 66.* & fatentur plures Nobis in hac parte adversarij: ergo providentia Dei per quam ordinatur, vt homo deficiat à mediis, & deficiat etiam à fine debet supponere voluntatem efficacem defectus a fine ante voluntatem efficacem defectus à mediis; at defectus à mediis consistit in negatione gratiæ, & peccati permissione, defectus verò a fine consistit in exclusione à gloria: ergo voluntas permittendi peccatum, cum effectu conducens ad amissionem gloriæ, supponit voluntatem efficacem exclusionis a gloria, & est effectus illius. *Tertio.*

Explicatur hoc amplius: Deus præparās hominibus gratiam cum effectu conducentem ad gloriam, debet prius intendere efficaciter gloriam, vt ostendimus *disp. 66.* ergo præparans hominibus negationē gratiæ coniungendam cum effectu cum exclusione à gloria, debet prius intendere efficaciter exclusionē à gloria: sicut enim in ordine mediorum conducentium ad finis consequutionem connaturalis modus agendi est incipere à fine, vt consequendo, ita in ordine mediorum conducentium ad deficiendum à fine connaturalis modus agendi propter finem, desiderat, vt incipiatur à voluntate defectus consequutionis finis. 22 *Cōfirmatur.*

§. II.

Argumenta ab authoritate soluntur.

COntra istam conclusionem opponunt contrarij Auctores primo plura testimonia Scripturæ. Primum est illud 2. Regū 14. cap. *No vult Deus perire animā, sed reuocat cogitans, ne pœnitus pereat, qui abiectus est*: ergo Deus ex se, & ante prævisa demerita neminem efficaciter excludit à gloria: aliàs ex se perditionem animæ vellet, quæ in exclusione à gloria consistit. Secundum est illud Sapientiæ 1. *Deus mortem non fecit, nec lætatur in perditione viuorum.* Et infra: *Impij autem manibus, & verbis accersierunt illam.* Vbi sermo est non de temporali solum, seu etiam de morte æterna, quæ est pœna peccati, & in carentia Diuinæ visionis consistit: ergo Deus ante culpam prævisam nemini efficaciter vult exclusionem à gloria, aliàs ex se æternam vellet mortem, & illam fecisset. 23 *Arguitur 1. testimonijs Scripturæ. Primum est.*

Tertium est illud Oseæ 13 cap. *Perditio tua ex te Israel, tantummodo in me auxilium tuum*: at si detur efficax voluntas in Deo ex- 24 *Tertium.*

Digitized by Google

excludendi homines à Regno ante præviſa illorum demerita, perditio noſtra conſummata, quæ in æterna damnatione cõſiſtit, oriretur à Deo: ergo talis voluntas conſtituenda non eſt. Quæ omnia confirmant ex Tridentino *ſeſſ.6.cap.11.* illis verbis: *Deus ſua gratia ſemel iuſtificatos non deſſerit, niſi prius ab eis deſſeratur*: at ſi eſſet in Deo efficax voluntas excludendi reprobos à gloria ante illorum præviſa demerita, prius Deus deſſereret homines, quam deſſereretur ab illis: ergo non datur in Deo voluntas efficax excludendi homines à gloria ante illorum præviſa demerita.

Cõfirmatur ex Trident.

25 *Ad 1. teſtimoniũ reſp.*

Reſpondeo ad primum teſtimonium, verba illa poſſe intelligi de morte peccati, quam Deus nullatenus vult, ſed ſolum permiſsivè ſe habet ad illam, ſi autem de morte æterna per carentiam Divinæ viſionis, intelligenda eſſe de voluntate omninò antecedenti, & ſecundum hanc Deus non vult perire animam, id eſt, ab æterna vita deficere, ſed potius ſalvari, vult tamen excluſionem à gloria voluntate intentiva conſequenti, non culpam præviſſam, ſed naturæ defectibilitatem, voluntate verò exequenti, conſequenti, non ſolum defectibilitatem naturæ, ſed etiam actualem defectum. Poſteriora autem verba: *ſed retractat cogitans, &c.* Indicant Deum expectare peccatores, vt pœnitentiam agant, non quidem voluntate efficaci pœnitentiæ illorum in omnibus; aliàs omnes pœnitentiam agerent, ſed voluntate ineffacaci cum qua rectè compatitur voluntas efficax negandi gratiam pœnitentiæ, & etiã collationem gloriæ. Et quidem hoc teſtimonium; cum loquatur de homine iam peccatore, & illius præviſis peccatis, ſi quid probat, convincit, non ſolum quod non detur in Deo voluntas efficax excludendi à gloria ante culpam præviſſam, ſed nec etiam poſt eius præviſionem; cum adhuc culpa hominis præviſa, verum ſit, & in eo teſtimonio aſſeratur, Deum non velle animam perire.

26 *Ad ſecũdũ reſp.1*

Ad ſecundum teſtimonium dicatur primo, in illo eſſe ſermone de morte corporali, quam Deus dicitur non feciſſe, quia cum creavit potentem non mori per donum iuſtitiæ originalis, quod ſi ſervaſſet, ſine morte media ad gloriam animæ, & corporis tranſiret, quia tamen per culpam tale donum amiſimus, mortem in peccati pœnam, ſeu pœnalitatem incurrimus, quo circa dicitur: *Impij manibus, & verbis accerſierunt illam.* Vel ſecundo dicatur, quod ſi intelligantur de morte per carentiam Divinæ viſionis, Deus illam non fecit, nec voluit voluntate exequenti antecedente culpam præviſſam, nec voluntate intentiva omninò antecedenti, ſed aliquatenus conſequente non culpam, ſed defectibilitatem naturæ, quæ quia ex Deo non eſt, id circò dicitur Deum ex ſe illam non velle, id eſt, non attento aliquo extra ſe ab illo non cauſato, nec volito, cum enim Deum velle homines à gloria deficere, ſupponat præviſſam defectibilitatem naturæ per culpam, & hæc defectibilitas nobis non ſit à Deo, ſed à nobis, quatenus ex nihilo factis ideò dicitur Deum ex ſe non feciſſe mortem, ſeu non voluiſſe, quia eam voluit occaſione alicuius à ſe non facti, ſcilicèt potentiæ peccandi, & defectibilitatis naturæ.

Reſp.2.

27 *Ad tertium.*

Tertium teſtimonium explicat D. Tho. in præſenti *art. 3. ad 2.* de perditione hominis per culpam, quæ quia à Deo non eſt, ſed a libero arbitrio, vt à cauſa deficiẽte procedit, id circò dicitur perditionem noſtram non à Deo, ſed à nobis eſſe: vel ſi de perditione, quæ in æterna damnatione conſiſtit, verba hæc intelligantur, accipiẽda ſunt iuxta dicta, non eſſe à Deo ex ſe, nec, vt in exequutione, quia vt ſic culpam noſtram ſupponit, quæ à Deo non eſt, ſed à nobis, nec prout voluntatem terminat ad ordinem intentionis ſpectante, quia vt ſic ſupponit defectibilitatem naturæ illi competentem, non prout à Deo; ſed quatenus factæ ex nihilo.

28 *Ad confirm. ex Trid.*

Ad confirmationem dicatur, Concilium loqui de gratia habituali, quam ſemel datam Deus in executione non negat hominibus, niſi in pœnam præcedentis peccati: vel de gratia ſufficiente auxiliante, quam etiam Deus in executione non negat, niſi ob culpam præcedentem, ſaltem originalem, vt vidimus *diſp.67.* ex quo non colligitur Deum ordine intentionis non voluiſſe prius excluſionem à gloria, imò fortè etiam excluſionem à gratia habituali ante culpam præviſſam, vt motivum. Et quidem Deum aliquam gratiã, ſcilicèt efficacem auxiliantem ante culpam præviſſam homini denegare; & conſequenter illum ante culpam viſam tali gratia deſſerere, negari non poteſt; cum prima peccati permiſsio conſiſtens in carentia gratiæ, pœna peccati non ſit in frequenti Theologorum ſententia.

29 *Teſtimoniũ aliud expenditur.*

Et ex his interpretanda veniunt alia teſtimonia Scripturæ, vt eſt illud Iſaiæ 30. cap. *Propterea expectat Dominus, vt miſereatur veſtri, &c.* Quæ expectatio cum voluntate efficaci excludendi à gloria ante culpam præviſſam, non videtur poſſe componi: nam quomodo expectare dicitur, vt miſereatur noſtri, qui ante omnem culpam vult efficaciter aliquos excludere à glo-

Resp: gloria ? Sed componi posse constat ex dictis; non enim Deus expectat reprobos voluntate efficaci misereatur, sed simplici, & inefficaci, cū qua rectè componitur voluntas efficax illos excludendi a gloria antevertens peccata, vt motiva. Et quidem adhuc culpa prævilla, Deus, vt misereatur expectat; & tamen villa culpa vult Deus ob illam hominem excludere à gloria voluntate efficaci.

30 *Secundo opponunt D. Augustinum.*

Secundo opponunt plura Sanctorum Patrum testimonia, Primum Augustini epist. 105. illis verbis: *Cuius vult miseretur non iustitiæ, sed misericordiæ gratia, & quem vult obdurat non iniquitate, sed veritate vindictæ.* Vbi *obdurationis* nomine reprobationem intelligit, quam asserit ex vindicta procedere, vindicta autem demerita necessario supponit: ergo non datur in Deo voluntas efficax excludendi homines à gloria ante prævilla demerita. Et paucis interpositis ait: *Quærimus namque meritum obdurationis, & inuenimus, merito namque peccati vniuersa massa damnata est, nec obdurat Deus impertiendo malitiam, sed non impertiendo misericordiam, quærimus autem meritum misericordiæ, nec inuenimus, &c.* Ergo ex mente Augustini datur in nobis causa reprobationis aliter, ac prædestinationis, quæ alietas subsistere nequit, nisi voluntas efficax excludendi à gloria demerita prævilla supponat. Idem docet Prosper *ad capita Gallorum, cap. 3. vbi de reprobis loquens*, sic ait: *Non ex eo necessitatem ferendi habuerunt, quia prædestinati non sunt, sed ideò prædestinati non sunt, quia tales futuri ex voluntaria prævaricatione sunt præsciti*: ergo ex mente Prosperi, prædestinationis negativæ causa datur in nobis; & consequenter, à fortiori voluntas efficax excludendi à gloria demerita prævilla supponit.

D. Prosperum.

31 *S. Thom. primo.*

Ac denique D. Thom. *ad Roman. 9. lection. 2.* idem affirmare *videtur*, his verbis: *Et ideò præscientia meritorum non potest esse aliqua ratio prædestinationis, quia merita præuissa cadunt sub prædestinatione; sed præscientia peccatorum potest esse aliqua ratio reprobationis ex parte pœnæ, quæ præparatur reprobatis, inquantum scilicèt Deus proponit se puniturum malos propter peccata, quæ à se ipsis habent, non à Deo.* Quæ verba D. Tho. intelligi non posse de præparatione pœnæ secundum voluntatem exequentem, ex eo convinci videtur, quod sic intellecta non subsistit discrimen inter prædestinationem ad gloriam, & prædestinationem ad pœnam: gloriæ namque, vt executioni mandandæ, & voluntatis exequtivæ illius datur ratio ex parte nostra, scilicèt merita: ergo vt inter reprobationem, & prædestinationem subsistat discrimen, intelligi debent verba D. Tho. de præparatione ad pœnam secundum voluntatem intentivam, ac proinde non datur in Deo voluntas efficax excludendi reprobos à gloria ante prævilla demerita, vt illius voluntatis motiva.

Et in 1. *distinctione* 40 *quæst.* 4, *articulo* 2. *in corpore*, postquam distinxit de obdurationē sumpta pro actu voluntatis obstinatæ in malo, cuius pro formali malitiæ Deus causa non est, & de eadem accepta pro privatione gratiæ; hæc verba subiunxit: *Istum autem carere gratia ex duobus contingit; tùm, quia ipse non vult recipere. Tùm, quia Deus non sibi infundit, vel non vult sibi infundere, horum autem duorum talis est ordo, vt secundum non fit, nisi ex suppositione primi; cum enim Deus non velit, nisi bonum, non vult istum carere gratia, nisi secundum quod bonum est, sed quod iste careat gratia non est bonum simpliciter, vndè hoc absolutè consideratum non est volitum à Deo, est tamen bonum, vt careat gratia si eam habere non vult, vel si ad eam habendam negligenter se præparat, quia iustum est, & hoc modo est volitum à Deo: sit. ergo, quod huius defectus absolutè causa prima, est ex parte hominis, qui gratia caret, sed ex parte Dei non est causa huius defectus, nisi ex suppositione illius, quod est ex ipsa ex parte hominis*: ergo ex mente D. Thom. carentiam gratiæ in homine non potest velle Deus, nisi præsuppositā culpa, quia sic solum bona est. Ex quo vlterius per manifestam consequentiam infertur, quod nec carentiam gloriæ possit velle, nisi culpa suppositā. Patet hæc consequentia: nulla enim est ratio, cur carentia gratiæ non sit bona absolutè, sed solum suppositā culpa, & idem de carentia gloriæ dicendum non sit.

32 *Secundo:*

Ad hoc argumentum respondeti potest primo, Augustin. & Prosperum ibi loqui de peccato originali; quod fuisse causam reprobationis, adhuc in illis, quibus fuit de facto remissum in sententia Augustin. postea constabit, non autem loquuntur de demeritis personalibus, quorum prævisionem ad voluntatem efficacem excludendi à Regno in hac conclusione negamus.

33 *Resp: 1. ad testimonium Augustini, & Prosperi, & S. Tho.*

Sed dices, iuxta Augustin. in Angelis debet recognosci causa reprobationis; & tamen in illis peccatum originale non precessit: ergo peccata personalia fuerunt in eis prævilla ante volūtatē reprobativam; & consequenter idem in hominibus est asserendum. Probatur maior ex Augustin. *tom. 2. epist. 106.* illis verbis: *Si hæc massa generis humani, ita esset media, vt quemad-*

34 *Replicabis.*

modum nihil boni, ita nec mali aliquid mereretur, non frustra videretur iniquitas, vt ex ea fierent vasa in contumeliam; at Angeli originali culpa non infecti, si propria peccata non habeant, nihil mali merentur: ergo iniquitas erit, quod vasla in cõtumeliam fiant, id est, quod reprobentur; & consequenter, vt sit iusta illorum reprobatio, peccata propria ante voluntatem reprobativam debent prævideri.

35 *Resp.* Respondeo: Augustin. in prælegatis verbis intelligendum esse de demerito actuali, vel possibili, id est, si taliter natura humana esset media, quod nec mali aliquid mereretur, nec posset mereri, iniustum videretur illam damnare, aut velle damnare, quia licet posset Deus, tunc casus naturam humanam gloria in æternum privare, hæc tamen privatio pœnæ rationem sortiri non posset, nec vt talis, absque iniustitiæ apparientia est à Deo volibilis. Et quod sic intelligendus sit August. constat manifestè: nam *lib. 2. de prædestinatione, & gratia, cap. 16.* loquens de reprobatione non prout fuit de facto in hominibus, sed vt potuit fieri rebus taliter dispositis, quod peccatum originis non contraxillent, sic ait: *Si humanum genus, quod creatura primitus constat ex nihilo, non cum debita mortis, & peccati origine nasceretur, & ex eis Creator Omnipotens non nullos damnare vellet in interitum, quis Omnipotenti Creatori diceret, quare sic fecisti? Qui enim, cum non essent, esse donauerat, quo fine essent, habuit potestatem, ne dicerent cæteri, cur paribus omnium meritis Diuinum discreparet arbitrium? Quia Potestatem habet figulus ex eadem massa, facere aliud quidem vas in honorem, aliud in contumeliam*: ergo licet ex mente Augustini, peccatum originale causa sit reprobationis, vt de facto contingit; potuit tamen Deus, etiam si originalis culpa in hominibus contracta non esset, illos ante cuiusvis culpæ prævisionem velle efficaciter excludere à gloria: ergo cum loco in contrarium adducto asservit, quod si nihil mali humana natura mereretur, non frustra videretur iniquitas, illam velle damnare, intelligendus est de voluntate damnandi, vt est pœna, & de demerito non prævisso, vt antecedenti ad illam voluntatem, sed viso, vt possibili, & vt futuro cum præcedentia ad voluntatem exequentem, & posterioritate ad voluntatem intentivam exclusionis à gloria.

36 *Secundo resp.* Vel secundo responderi potest, Augustinum, Prosperum, & D. Tho. in primo testimonio loqui de reprobatione secundum voluntatem executivam pœna, quæ est voluntas punitiva, & ex motivo puniendi; ac proinde demerita personalia, aut originale, in eis, qui ob solum illud damnatur prævisa supponit, non de voluntate exclusiva a gloria spectante ad ordinem intentionis; nec sequitur non salvari discrimen inter prædestinationem, & reprobationem: nam licet verum sit, quod volũtas exequutiva gloriç, vt coronæ, merita prævisa supponat, intentiva autem illa præcedat, & voluntas intentiva exclusionis à gloria, merita non supponat, voluntas verò exequutiva prædictæ exclusionis ex prævisis demeritis sit, adhuc tamen discrimen subsistit per hoc, quod demerita præcedunt volũtatem executivam pœnæ, & non causantur ex voluntate eiusdem intentiva, sed sunt in nobis à nobis, vt à prima causa deficiente: merita autem præcedunt quidem voluntatem gloriæ exequutivam, cæterum causantur ex voluntate gloriæ intentiva, à qua incipit primũ prædestinatorũ à nõ prædestinatis discrimẽ; & ideò demerita possunt dici ratio reprobationis, quia scilicèt causant vltimum eius effectum in exequutione, quinab illo in ordine intentionis causentur; merita autem non ita, quia licet causent vltimum effectum prædestinationis, prout in executione, ab illo tamen in ordine intentionis causantur; & hãc fuisse mentem D. Tho. in 1. testimonio constat apertè ex verbis in cõtrarium adductis.

37 *Ad 2. D. Thæ. testimonium.* Ad secundum testimonium D. Thom. dicatur loquide obdurationc, duæ præsupponit carentiam habitualis gratiæ, quæ est pœna peccati, & consistit non in carentia primæ gratiæ efficacis, seu prima permissione peccati: tùm, quia hæc non est pœna peccati præcedentis; cum sit prima peccati permissio, nec sequentis; cum ipsum præcedat, obduratio autem est pœna peccati, vt *loco allegato*, docet D. Th. & 1. 2. *q. 79. art. 3.* Tùm etiam, quia aliàs Adamus primo peccans obduratus fuisset, quod nullus dixit; consistit ergo in subtractione, vel gratiæ sufficientis, vel gratiæ efficacis continua subtractione in pœnam præcedentium peccatorum; cum autem pœna, vt pœna reduplicativè, nõ sit bona, nec à Deo volibilis, nisi præsuppositâ culpa; hinc fit, quod subtractio continua gratiæ, in qua obduratio consistit, non sit bona, vt pœna, nec vt sic, à Deo volibilis, nisi culpa præsuppositâ, ex quo solum colligitur Deum ante merita nostra prævisa nõ voluisse, nec potuisse velle exclusionem reproborũ à gloria reduplicativè vt pœnam, nõ verò, quod illam non voluerit ante demerita personalia, prout est negatio beneficij indebiti, ad quam prout sic volendam sufficit pro causa, quo debita

ta non sit, vt docet D. Thom. *quæst. 6. de verit. art. 2. ad 9.* an autem etiam vt pœna non reduplicativè, sed specificativè volita à Deo fuerit ante prævisionem peccati personalis, vt prædictæ voluntatis motivi? Sequenti conclusione videbimus.

§. III.

Cæteris argumentis occurritur.

38. *Tertio arguitur.* TErtio argumentantur ratione: Deus namque ex se ante prævisa reproborum demerita sincero affectu omnibus salutem desiderat, vult enim omnes hominis salvos fieri, & ad agnitionē veritatis venire; at cū hac voluntate non cōpatitur efficax volūtas excludēdi aliquos a Regno Cœlorum ante prævisa illorum demerita: ergo talis voluntas in Deo cōstituenda non est. *Minor. prob.* Minor, in qua est difficultas ostenditur primo: voluntas illa prima est cōditionata, dādi scilicèt omnibus gloriam, si per ipsos non steterit, nec suis peccatis illa indignos efficerint; at hæc voluntas esset superflua, & prorsus irrisoria, si simul cum illa, efficaciter vellet excludere aliquos à gloria, non prævisis illorum demeritis, veluti si iudex humanus ante prævisionem criminū alicuius vellet illū morte temporali punire, non nisi superflue, & irrisorie aliam voluntatem haberet illi vitam conservandi, si per illum non steterit, imo hæc voluntas cum præcedenti esset incompossibilis, si namque nulla eius culpa prævisa vult efficaciter ei mortem infligere, quomodo stabit hæc secunda voluntas illum non occidendi, nisi per ipsum steterit, & mortem meruerit? Ergo cum voluntate, qua vult omnes homines salvos fieri, non compatitur voluntas efficax excludendi aliquos à gloria ante prævisa illorum demerita.

39. *Secundo.* Secundo illa minor suadetur: qui de industria quærit omnia media efficacia ad deficiēdum à fine, ad summum habere potest simultoriā voluntatem cōferendi illum finem; at Deus, volens efficaciter reprobos excludere à gloria ante prævisa illorū demerita, ex industria quæret omnia media efficacia, vt à gloria deficerent: ergo cum voluntate hac efficaci, non nisi simulatoria potest in eo constitui voluntas, qua vellit omnes homines adipisci salutem: & consequenter sincera voluntas omnes salvandi est incompatibilis cū voluntate efficaci aliquos à gloria excludendi ante illorum prævisa demerita. *Tertio.* Tertio suadetur: nam illæ duæ voluntates sunt de eodem obiecto nulla circunstantia immutato: ergo sunt incompatibiles. Quod ita explicatur; nulla incompatibilitas in hoc, quod Deus suam bonitatem attendēs velit homini salutem conferre, prævisis autem illius demeritis, ei velit negare salutem, quia licet eundem hominem, & eandem salutem intpiciant, non tamen sub eisdem, sed sub diversis circunstantijs; at velle homini secundum se salutem, & eidem nullo crimine infecto prævisō, efficaciter velle exclusionem à gloria sunt de eodem obiecto, & sub eisdem circunstantijs omninò: ergo sun incompatibiles voluntas prædictæ.

40. *Quarto.* Quarto suadetur, ex vi illius voluntatis, qua vult Deus omnes homines salvos fieri, gloria sit debita hominibus; tùm, quia ex vi illius homo manet ordinatus ad gloriam, subiecto autem ordinato ad finem, est debitus finis: tùm etiam, quia ex vi illius dantur homini auxilia sufficientia, quibus possit proximè; & expeditè adipisci salutem, subiecto autem proximè & expeditè potenti ad aliquem actum, est debitus actus, quo circa cum frequentiori Theologorum sententia 1.2 *q.* 109. *artic.* 2. docuimus, homini lapso deberi auxilium efficax ad aliquando benè operandum, quia scilicèt non obstante infectione naturæ habet expeditā potentiam ad aliquod opus bonum morale, at licet possit Deus velle ante vllum prævisum demeritum negare alicui formam illi non debitam, formam tamen debitam negare non potest; cum talis voluntas si pœnas; & consequenter culpam deberet supponere: ergo illæ duæ voluntates incompatibiles sunt.

41. *Quinto.* Denique illa minor suadetur; magis opponitur voluntati inefficaci salvandi volū tas efficax negandi salutē, quam voluntas inefficax, seu simplex cōplacentia de negatione illius; at cum voluntate illa simplicis complacentiæ inefficacis de omnium salute, non stat simplex complacentia opposita de negatione salutis ante hominum peccata prævisa: ergo minus poterit componi voluntas efficax aliquos à gloria excludendi ante peccata illorum prævisa.

42. *Instatur argumentum.* Hoc est argumentum, cui potissimè fidunt contrarij, quod manifestè instatur in gratia efficaci: Deus namque dans homini auxilium sufficiens ad aliquē actū, vult ei inefficaciter, & simplici complacentia desiderat gratiam efficacem ad actum; cum supra ipsum actum complaceat & illum desideret; & tamen ante omnis culpæ prævisionem, vult efficaciter gratiam efficacem negare, cum primæ gratiæ denegatio, seu prima peccati permissio, pœna peccati non sit, vt sæpè iam vidimus.

Resp. ad illud. Ad argumentum ergo respondeo cōcessa maiori, negando minorem. Ad primam pro-

Ad 1. probationem minoris. probationem nego maiorem, aliàs si voluntas illa esset conditionata de danda gloria si non stet per homines, sequeretur ex vi solius voluntatis purificandi conditionem, scilicèt dãdi auxilia hominibus, quibus gloriam mercantur, transire gloriam ad statum futuritionis absolutæ; ac proinde necessarium non esse, nec dari de facto in Deo voluntatem efficacem gloriæ absolutam ante prævisa merita, quod plures ex adversarijs concedere nequeũt, cum, vt *supra* vidimus *disp.* 65. admittant electionem efficacem ad gloriam ante prævisa merita illa: ergo voluntas non est conditionata formaliter, sed simplex quę dã cõplacentia, secundũquã gloria omniũ hominũ placet Deo secundum se inspecta, nõ attentis omnibus circũstantijs, scilicèt defectibilitate naturæ, ad cuius suavem gubernationem pertinet, vt non assequatur finem in omnibus individuis, & maiori bono vniversi, quod ex non cõsequuto ab omnibus fine beatitudinis elucet, & maiorem ostensione attributorum Dei, quæ ex non cõsequutione obtinetur, quibus omnibus attentis, etsi Deus in omnium hominum gloria secundum se cõplacuerit, voluit ob illos fines, nulla culpa prævisa, vt aliqui cõsequeretur gloriã, & alij ab illa deficeret, tũ vt naturæ defectibili, secundũ suam defectibilitatẽ provideret, & suæ providentiæ suavitatẽ ostẽderet; tum, vt manifestaret suam misericordiam, gloriam tribuendo efficaciter, & suam iustitiam, eam aliquibus denegãdo: vndè voluntas illa potest conditionata dici virtualiter, conditione hoc modo explicata, vellem omnibus hominibus gloriam, nisi naturæ defectibilitas suaviter gubernanda obstaret, & nisi ad maius bonum vniversi, & meorum attributorum perfectiorem manifestationem, eam negare aliquibus, magis conduceret.

43 *Replic.* Sed dices: sequi ex hac solutione, non solum non voluisse Deum omnibus hominibus efficaciter gloriam, sed nec illã omnibus efficaciter velle potuisse; consequens est absurdum: ergo falsa tradita doctrina. Probatur sequela: bonum particulare cum detrimento boni vniversalis nõ est appetibile; cum induat ex adiunctis rationẽ mali; sed si omnes vniversaliter salvarentur, impediretur bonum vniversale providentiæ divinæ, maior perfectio vniversi, & maior attributorum Dei manifestatio; cum, vt in nostra solutione asservimus, hæc omnia inferantur, ex eo quod non omnes salventur; & consequenter ex omnium salute impediantur: ergo nõ solũ nõ voluit Deus omnibus hominibus gloriam, sed nec etiã illã potuit omnibus efficaciter velle.

Sic arguit Recentior quidam adversus nostrum Albarez, sed inefficaciter quidẽ: nemo enim negare potest plura in vniverso accidere in detrimentum particularium, ob conducentiam ad bonum commune vniversi, & ostentionem attributorum Dei, quæ de potentia absoluta potuerunt non evenire, & id Deus efficaciter vele, & disponere, vt corruptiones rerum corruptibilium, monstrua, & alia huiusmodi, quæ sunt particularia mala in pulchritudinem vniversi cedentia; & tamen potuit Deus omnia corruptibilia cõservare; & nullum monstrũ efficere: ergo ex eo quod ex electione efficaci aliquorum ad gloriam, & aliorum reiectione, magis bonum vniversi splendeat, & eluceant magis divina attributa, quam si omnes salvarentur, non licet colligere, non potuisse Deum de potentia absoluta omnes salvare, sed solum infertur, id magis decuisse suavitati providentiæ divinæ, & sapienti modo operandi, quia Deus non tenetur id, quod maius bonum est, semper efficere, nec maiori bono consulere, licet num quam possit male operari, nec bonũ particulare cum detrimento boni vniversalis est malum morale, nisi solum respectu illius qui aliqua lege tenetur ad consulendum bono vniversali, secus respectu Dei, qui ab omni lege liber existit. 44 *Resp.*

Ad secundam, minoris probationem, nego maiorem: sicut enim volens proijcere merces in mare ad vitã salvandam, nõ simulatoriè, sed vere vult illas conservare, voluntate tamen simplicis cõplacẽtiæ, & inefficaciata Deus occasione defectibilitatis naturæ, & vt magis sua attributa ostentet volens efficaciter aliquos excludere à gloria, non simulate, sed vere omnibus salutem desiderat, desiderio inefficaci, & simplici complacentia cadẽte supra illorum salutem, secũdum se, & nõ attentis omnibus circumstantijs; maximè cum ex vi illius voluntatis, Deus det hominibus media sufficientia ad salutem, quæ poterat illis non dare. Et quidem Deus negans homini gratiam efficacem, habet voluntatem non simulatoriam, sed veram de illa, vt *ju erius* arguebam, pariter etiam in nostro casu contingit. 45 *Ad secundam probationem minoris.*

Ad tertiam, nego antecedens: ad cuius explicationem dicatur, quod, licet velit Deus efficaciter gloriã negare homini, nondum illius peccato prævisto; & consequenter ex hoc capite circumstantiæ non varientur, aliæ tamen variantur in obiecto secundæ voluntatis, respectu prioris, hæc namque est de gloria hominis secundum se, efficax autem voluntas attendit in homine defectibilitatẽ naturæ, & in ne-

ga- 46 *Ad 3.*

gatione gloriæ maiorem conducentiam ad ostentionem attributorum Dei, aliasque circumstantias, sub quibus per voluntatem simplicem non attingitur, non autem opponuntur, gloriam hominis secundum se inspectam placere, & simul efficaciter velle illius negationem homini ratione suæ defectibilitatis, & ad ostendenda magis divina attributa. Præterquamquod voluntas inefficax est circa gloriam; vt consequibilem; efficax autem circa eandem vt efficaciter non consequendam.

47 *Ad 4.* Ad quartam probationem, nego maiorem: quam non convincit prima probatio, ex vi namque illius voluntatis non ordinatur homo ad gloriam efficaciter, sed solum sufficienter, & ideò ex vi illius non est debita homini gloria. Nec secunda, tùm quia ad summum convincere posset deberi aliquibus vagè, cum quo tamen stat, nulli determinatè deberi; ac proinde, quod Deus ante vllum demeritū vellit aliquibus exclusionem à gloria. Tùm etiam: nam illa doctrina non est vera respectu collectionis actuum, sed solum respectu alicuius, eo quod vt fructuanea non sit potentia expedita, sufficit, quod ad aliquem actum, ad quem est in potentias reducatur, nec requiritur, quod ad omnem actum, quem potest applicetur, sufficientia autem qua homo ex vi illius voluntatis gaude consequendi salutem, est ad plures actus obseruandi præcepta, vndè non fundat debitum ad omnes, sed solum, ad aliquos, vt autem gloria debita esset, omnium actuum collectio deberet esse debita, & quidem, vt *superius* arguebam, si aliquibus hominibus *vagè* esset debita gloria, prædestinatio specialis providentia non esset, nec donum perseverantiæ actualis, esset beneficium speciale.

48 *Ad vltimam probationē.* Ad vltimam, nego maiorem: nam simplex complacencia de omnium salute, & simplex complacentia de negatione salutis aliquorum, tendunt ad gloriam secundum eandem rationem, & sub eisdem circumstantijs, & ideo opponuntur, secus voluntas efficax negandi salutem aliquibus, & voluntas antecedens de salute omnium, quæ attingunt gloriam sub diversitate iam explicata, sicut in proijciente merces in mare, non potest cum voluntate antecedenti conservandi diuitias, voluntas antecedens illas proijciendi componi, bene tamen cum voluntate efficaci, quia illæ sunt de eodem obiecto sub eadem ratione, secus autem voluntas efficax, & inefficax, seu antecedens.

49 *Arg. 4.* Quarto sic arguunt: modus connaturalior operandi est, vt homines ordinatos ad gloriam Deus non vellit efficaciter à gloria excludere ante præuisionem finalis perseverantiæ in peccato, quam velle illos excludere à gloria ante præuisa illorum de merita: ergo primum est asserendum, & secundum negandum. Antecedens (inquiunt) est notum, & consequentiam probant: Deo namque in prædestinandis, & reprobandis hominibus debemus dare connaturaliorem modum operandi, nisi oppositum sit reuelatum; at reuelatū non est; Deum velle efficaciter homines excludere à gloria ante præuisa illorum demerita: & quod expectet demeritorum præuisionem ad talem voluntatem habendam, connaturalior modus operandi est: ergo non vult Deus homines efficaciter excludere à gloria ante præuisa illorum demerita.

50 *Resp.* Respondeo negando antecedens, vt enim *superius* arguebam, sicut in volendo media consequutiva finis, connaturalius proceditur incipiendo ab intentione finis, quam à volitione mediorum, ita in volendo media defectiva à fine, connaturalior modus operandi est, incipere à voluntate defectus à fine, ad voluntatem defectus à mediis; & consequenter Deo attribuēdus, nisi oppositum sit reuelatum; cum ergo reuelatum non sit Deum incipere à voluntate negationis gratiæ, asserendum est, non ab illa, sed à voluntate defectus à fine Diuinam voluntatem incipere.

51 *Quinto arguitur ab inconuenientibus. Primum est.* Quinto opponunt plura inconuenientia. Primo sequitur ex nostra sententia reprobum necessario damnari; & consequens est absurdum, & contra fidem: ergo non datur in Deo voluntas efficax excludendi homines à gloria ante præuisa illorum demerita. Patet sequela: posita voluntate efficaci negandi reprobo gloriam, nō potest illam adipisci; at voluntas illa in nostra sententia libertatem eius antevertit: ergo necessario damnatur necessitate antecedenti; & consequenter absque libertate peribit, quod hæreticum est. *Secundū.* Sequitur secundo Deum æqua cura hominum perditionem inquirere, qua desiderat, & quærit illorum salutem; consequens est absurdum: ergo falsum antecedens. Probatur sequela: sicut ex intentione gloriæ media procurat electis, ita ex intentione exclusionis à gloria media reprobis procurat, scilicèt permissionem peccati: ergo æquali cura horum perditionem, ac illorum salutem procurat.

52 *Tertium.* Tertio sequitur vtramque prædestinationem, tàm ad vitam, quàm ad mortem factam esse ex mero beneplacito citra vllum meritum, aut culpam ex parte hominis; consequens est hæreticum Caluinismum; in hoc enim Caluini consistebat sen-

tentia, vt constat ex ipso *lib. 3. institut. cap. 21.* Et Beça *ad Rom. 9. cap.* & ex Zanchio Calvinista *lib. 5* de natura Dei, *cap. 2.* illis verbis: *Parem facimus electionem, & reprobationem in ipsarum causa, nam sicut Deus prædestinavit Iacob non ex operibus, sed ex prædestinantis gratia, sic etiam reprobavit Esau non ex operibus, sed ex libera odio prosequẽtis, & reprobantis voluntate*: ergo falsa est nostra sententia, ex qua tale sequitur inconveniens.

Quartũ. Quarto ex illa sequitur tolli ab hominibus solicitudinem in bene operando contra illud 1. Petri. 2. *Satagite, vt per bona opera certam vestram vocationem, & electionem faciatis*; ergo idem quod prius. Probatur sequela: omnis enim poterit apud se, ita sylogizare aut sum electus efficaci decreto ad gloriam, aut ab illa efficaci Dei voluntate exclusus ante mea prævisa merita, aut demerita? Si primum, inde pendenter ab illis salvabor, si secundum, quantumcumque benè operet, infallibiliter sũ dãnandus, vt quid ergo benè operabor? Ergo ex isto modo electionis ad gloriã, & efficacis exclusionis ab illa, tollitur ab hominibus solicitudo benè operandi.

53 *Quintum inconveniens.* Denique infertur esse falaces, & irrisorias promissiones Divinas; consequens est absurdum: ergo & antecedens. Prima pars sequelæ probatur: promissiones Divinæ de danda, aut neganda hominibus gloria sunt conditionatæ, sub conditione scilicèt perseverantię finalis in gratia, aut decessus finalis in statu peccati, vt cõstat ex Tridentino *sessione 6. de iustificat. can. 20. & cap. 13.* Et Mathæi 19. *cap.* illis verbis: *Si vis ad vitam ingredi serva mandata.* Et Lucæ 13. *Nisi pœnitentiam habueritis similiter omnes peribitis*; at veritas promissionis consistit in conformitate ad voluntatem promittentis: ergo, vt veræ sint promissiones conditionatæ, de danda, aut non danda gloria hominibus, voluntas etiam dandi, aut non dandi illam debet esse conditionata; & consequentèr si absoluta sit, qualiter à nobis abstruitur, subsistere nequit veritas promissionum quibus Deus hominibus gloriam promittit.

54 *Secunda pars sequelæ probatur.* Secunda pars sequelæ probatur: non enim nisi vanè, & irrisorie quis promittit alteri sub conditione meritorum aliquid, quod ante prævisa merita, aut de merita firmiter apud se statuit dare, aut negare: ergo si Deus apud se statuit firmo, & efficaci decreto quosdam homines excludere à gloria, & alios ad illam admittere ante prævisa merita, vel de merita illorum, vane, & irrisoriè omnibus promittit gloriã sub conditione, quod benè operentur, & omnibus minatur gehennam, si male operentur, & in peccati statu decedant.

56 *Confirm.* Confirmatur hoc amplius: in Deo est voluntas efficax dandi omnibus hominibus, etiam reprobis gloriam sub conditione bonorum operum, & decessus in gratia; at cum hac voluntate non compatitur alia efficax, & absoluta excludendi reprobos à gloria ante prævisa illorum de merita: ergo non datur in Deo talis voluntas efficax excludendi homines à gloriã ante prævisa de merita. Maior constat primo: quia omnibus hominibus sub illa conditione gloriam promittit; at promissio conditionata est signum voluntatis conditionatæ; sicuti absoluta promissio, absolutam voluntatem significat: ergo in Deo est voluntas efficax dandi omnibus hominibus, etiam reprobis gloriam sub conditione bonorum operum, & decessus in gratia. Secundo: nam hoc futurum conditionatum est verum: *Si homines omnes in gratia decesserint, consequentur gloriam*; at veritas futuri conditionati dependet ex decreto Dei *subiectivè* absoluto, & conditionato *obiectivè*, vt tenet Thomistarum sententia: ergo datur in Deo decretum efficax subiectivè absolutum, & conditionatum obiectivè conferendi omnibus hominibus gloriam sub conditione bonorum operum, & decessus in gratia.

56 *Resp. ad 1. inconveniens.* Respondetur, negando aliquod ex prædictis inconvenientibus sequi: non primum: ad cuius probationem dicatur impotentiam salutis in reprobo esse in sensu composito; & consequentem, non in sensu diviso, nec antecedentẽ, sicut prædestinatũ mori in peccato, est impossibile in sẽsu composito, & potentia consequenti, secus in sensu diviso, & potentia antecedenti, vt ait D. Th. *in hac quæst. art. 6. ad 2.* hæc autem impotentia consequens, & in sensu composito, libertati reprobi in salute consequenda, vel damnatione merenda, non adversatur. Nec obstat voluntatem divinam, ex qua huiusmodi necessitas nascitur, non esse posteriorem nostra libertate, quia, vt esset necessitas antecedens, libertati contraria, non solum hoc requirebatur, sed insuper, quod libertatem nostrorũ actuũ nõ inferret, nec connotaret, vt in simili diximus *disp. 66. solut. ad vltim.* voluntas autem Dei excludendi reprobos à gloria, connotat libertatem nostrorum de meritorum, & illam infert, etsi pro forma li non causet, sed solum pro materiali; & ideò libertatem nostram non admit.

Ad 2. Nec secundum inconveniens sequitur. Ad cuius probationem dicatur esse manifestum discrimen consistens in eo quod merita, quibus homo tendit ad gloriam sunt

Digitized by Google

sunt positivè causata à Deo, & ex speciali effectu illi volita. Demerita autem, quibus homo tendit in perditionem, à Deo positivè procurata, volita, aut causata nō sunt, sed tantum permissa, & ideò non eodem modo se habet Deus in ordine ad perditionem, ac in ordine ad salutem.

57 Ad 3. Ad tertium inconveniens dicatur, Calvinum duo asseruisse: primum, prædestinationem, & reprobationem merita, & demerita prævisa antecedere. Secundum, quod ex hoc intulit est; tolli nostram libertatem; & consequenter in executione homines salvari, & damnari absque vllis meritis, aut de meritis, cum absque libertate meritum, aut demeritum nequeat subsistere. Primum docuit locis in argumento relatis, & in hoc Calvinus non damnatur, nec vllam meretur censuram, sed est sub lite Theologorum vtrinque probabile. Secundum docuit *lib. 3. institutionem, cap. 13. num. 8* ibi: *Non dubitabo igitur cum Augustino simpliciter fateri voluntatem Dei esse rerum necessitatem, adquo id necessarij futurum quod ille voluerit.* Idem docuerat *lib. 2. cap 23. num. 9. & l. b. 1. cap. 18.* Ex quo viterius intulit super Epistolam ad Roman cap. 1. vers. 24. Deum esse causam non tolum permittentem, sed etiam efficientem peccatum, his verbis: *Certum est non finendo tantum, & connuendo Deum permittere homines prolabi, sed iusto iudicio sic ordinari, vt tùm à propria conscientia, tùm à diabolo in huiusmodi rabiem agantur, ideò tradendi vocem vtitur Paulus, illis scilicèt verbis tradidit eos in reprobum sensum, quam vocem nimis violenter torquent, qui sola Dei permissione in peccatum agi nos putant*: Igitur in his tribus Calvinus ab Ecclesia damnantur scilicèt, quia dixerit, prædestinatos absque libertate salvari, & reprobos absque libertate damnari, & quod Deus sit Auctor peccati, ac denique in eo quod infertur, scilicèt salvari, & reprobari homines absque meritis, nam licet id expræssè non asserverit, colligitur tamen per bonam consequentiam ex alijs: cum enim absque libertate meritum, aut demeritum esse non possit, negans libertatem expressè ex consequenti negavit meritum, & demeritum; ac proinde cogitur dicere, homines in executione salvari, & damnari absque vllis meritis, & demeritis, & prædestinationem, & reprobationem nec antecedenter supponere merita, aut demerita, vt motiva, nec illa ex consequenti inferre, vt propter quæ in executione salventur homines, & damnentur.

58 *In forma resp.* Vndè in forma distinguatur consequēs: citra vllum meritum, aut demeritum antecedens voluntatem prædestinativam, aut reprobativam per modum intentionis, concedo sequelam: citra vllum meritum, aut demeritum consequens voluntatem intentivam, & antecedens executivam, nego sequelam: & sub eadem distinctione minoris, nego consequentiam: error enim Calvini non consistit in negando antecedentia meritorum, aut demeritorum ad voluntatem intentivam prædestinantem, aut reprobantem, sed in eo quod intulit, scilicèt tolli libertatem, ex quo per bonam consequentiam colligitur, merita, & demerita non antecedere executionem prædestinationis, aut reprobationis.

59 Ad 4. Ad quartum inconveniens, quod Semipelagiani adversus Augustini doctrinam opponebant, vt constat ex epistolis Prosperi, & Hilarij, dicatur, nullatenus sequi ex nostra sentētia: nā licet voluntas effi ax dandi, & neganci gloriam per modum intentionis non importet merita, aut demerita, vt antecedentia, & motiva ad intendendum; importat tamen illa, vt connotata, & consequentia ad voluntatem intentivam, & antecedentia ad exequutivam, vt propter quæ damnatio, & glorificatio sunt executioni mandandæ.

60 *Ad vltimū inconueniens resp. 1.* Ad vltimum, nego vtramque partem sequelæ. Ad probationem primæ partis, concessa maiori, & minori distinguo consequens: debet esse voluntas conditionata purè, nego consequentiam: de cōditione volita, aut permissa, concedo consequentiā. Itaque voluntas dandi, aut negandi hominibus gloriam, est sub conditione meritorum, aut demeritorum, non sub conditione antecedenti voluntatem intentivam, sed illata ex tali voluntate, & antecedenti voluntatem executivam: Deus enim per voluntatem intentivam vult glorificare homines, & illis gloriam negare propter merita causata ex vi ententionis glorificandi, & propter demerita ex vi intentionis negandi gloriam permissa, & illata, licet non causata, & per voluntatem executivam vult dare, & negare gloriam propter merita, aut demerita iam prævisa, nulla autem ex his voluntatibus est purè conditionata, id est de conditione nunquam ponenda, nec vt promissiones illæ sint veræ requiritur; quod si illæ sunt purè conditionatæ, quia promittunt gloriam sub conditione meritorum, & non promittunt merita, voluntas Dei purè conditionata sit: nam licet promissio vera non possit voluntatem excedere potest tamen illam non adæquare, non exprimēdo omne, quod est in voluntate Dei, & hoc opportuit sic fieri, ne homi-

Ad 1. probationem sequelæ.

Digitized by Google

nes, quibus suæ damnationis fieret absoluta promissio vrgerentur in desperationem.

61 *Ad probationē 2.p.* Ad probationem secundæ partis distinguo antecedens: si ante merita, vt motiva primæ voluntatis, & subsequentia ad illā, transeat antecedens: si sit volitum ante merita, vt motiva, non tamen sine meritis, aut demeritis subsecutis ad talem voluntatem, & antecedentibus voluntatem exequentem, nego antecedens, & consequētiā: quia licet volūtas glorię, & negationis gloriæ intentiva, sit sine meritis, vt motivis, nō tamē sine illis cōnatis, vt ad illā subsequutis, & vt antecedentibus volūtatē exequutivā gloriæ, aut negationis eius.

62 *Ad confirmationē.* Ad confirmationem dicatur, quod cum Deus habeat voluntatem salvandi prædestinatos propter merita sequuta ad intentionem gloriæ, & antecedentia ad voluntatem gloriæ exequutivam, & voluntatem excludendi reprobos à gloria propter demerita illata ex intentione exclusionis à gloria, & antecedentia ad voluntatem exequutivam prædictæ exclusionis, virtualiter vult illos salvare, si per ipsos non steterit, vel sub conditione meritorum, qui enim vult damnare, non nisi ob demerita, virtualiter vult salvare, si demerita non sint. Et per hoc ad vtramque probationem constat solutio.

63 *Resp. 2.* Vel secundo responderi potest ad vltimum inconveniens negando sequelam quoad vtramque partem. Ad probationem primæ partis dicatur, promissionem conditionatam ad sui veritatem exigere voluntatem conditionatam, non tamen excludere absolutam, vndè admissa in Deo voluntate conditionata salvandi omnes homines, salvatur veritas promissionum Dei, quibus sub conditione meritorum gloriam promittit hominibus, etiam si habeat voluntatem aliam absolutam, quibusdam dandi gloriam, & alios excludendi ab illa.

64 *Ad probationō 2.p. sequelæ.* Ad secundæ partis probationem dicatur, promissionem illam esse irrisoriam, quæ non habet aliquem effectum, nec mēti promittentis conformatur, promissiones autem, & minæ conditionales Dei habent pro effectu in hominibus, illos excitare ad bonum, ad quod prosequendum habent sufficiens auxilium, & detorrere illos à malo, ad quod fugiendum gaudent sufficientia in vi auxiliorum gratiæ, & aliàs conformantur voluntati conditionatæ dandi hominibus gloriam, sub conditione meritorum; ac proinde vanæ, & irrisoriæ non sunt, etiam si Deus habeat voluntatem absolutam dandi hominibus gloriam, & aliquos ab illa excludendi ante prævisionem demeritorum. Ad confirma- *Ad confir-* tionem omissa maiori, nego minorem, *mationē.* nam esto in hominibus tales voluntates non compatiantur benè tamen in Deo, eo quod cū ipse omninò liberaliter daturus sit conditionem, & conditionatum sub tali promissum conditione, sicut potest incipere à negatione conditionis, ita etiam incipere potest à negatione rei sub conditione promissæ, & hoc est cōnaturalius, vt *superius* arguebam, sicut enim in consequendo fine, connaturalius incipit agens ab intentione illius, vt velit media consequutiva, ita in deficiendo à fine, connaturalius incipitur à voluntate defectus ab illo, quam a voluntate defectus à medijs.

Dices, ex vi voluntatis conditionatæ 65 dandi hominibus gloriam sub conditione *Instabis.* meritorum, constituitur gloria futura sub prædicta conditione; at cum ista futuritione conditionata non stat futuritio absoluta negationis gloriæ in reprobis independens à demeritis: ergo nec voluntas efficax absoluta prædictæ negationis. Consequentia est evidens: nam ex vi voluntatis efficacis absolutæ negationis gloriæ constituitur hæc negatio absolutè futura: ergo si futuritio absoluta negationis gloriæ non stat cum futuritione conditionata gloriæ sub conditione meritorum, pariter etiam non compatientur voluntates prædictæ. Minor autem, in qua est difficultas probatur: non stat gloriam esse futurum sub conditione, quod homo mereatur, & in gratia decedat, & simul non esse futurā, licet in gratia decedat: ergo non stat futuritio gloriæ conditionata sub conditione mortis in gratia, & absoluta futuritio negationis gloriæ, id est independens à demeritis, & decessu in peccato.

Respondeo concessa maiori, & minori *Resp.* distinguendo consequens; voluntas absoluta efficax negationis gloriæ independens à demeritis in sui exequutione, concedo consequentiam: independens à demeritis quo ad suum esse, nego consequentiam, nec amplius probatio ibi facta convincit.

§. IV.

Statuitur, & probatur secunda conclusio.

Voluntas ista efficax exclusionis à gloria ac- 66
teuertēs personalia demerita terminatur 2. *Cōclu-*
ad illam non solum vt est beneficium in- *sio.*
debitum, sed etiam vt est pœna non reduplicatiuè, sed specificatiuè. Moveor ad istam cōclusionem, primo auctoritate D. Thom. *Prob. 1. ex D. Th.*
in hac quæst. art. 5. ad 3. illis verbis: *Voluit igitur Deus in hominibus quantum ad aliquos, quos prædestinat, suam repræsentare bo-*

Digitized by Google

nitatem per modum misericordiæ parcendo & quantum ad aliquos, quos reprobat, per modum iustitiæ puniendo, & hæc est ratio quare Deus quosdam eligit, & quosdam reprobat, & hanc causam assignat Ap. stolus ad Rom. 9. dicens: volens Deus ostendere iram, id est, vindictam iustitiæ, & notam facere potentiam suam sustinuit, id est permisit in multa patientia, vasa iræ apta in interitum, vt ostenderet divitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ. Ex quibus verbis tale formo argumentū: finis permissionis peccati, quæ est primus reprobationis effectus, est ostensio iustitiæ punitivæ, vt docet D. Thom. in præallegatis verbis; atqui ad illum finem non conducit permissio peccati immediatè, nec mediante exclusione à gloria, vt est negatio beneficij indebiti, sed vt obtinet rationem pœnæ: ergo prima voluntas terminata ad gloriæ exclusionem ex qua imperatur peccati permissio, non est ad illam solum, vt est negatio beneficij indebiti, sed etiam prout obtinet rationem pœnæ. Patet consequentia, vt enim constat ex dictis, supra *art. 2. disp. 64.* medium remotum non eligitur ab intendente finem, nisi ex præcedente electione medij proximioris sub ea ratione, qua obtinet rationem medij: ergo si exclusio à gloria est medium ad finem ostensionis iustitiæ punitivæ, vt est pœna, permissio peccati, quæ est medium remotius elicitur ex voluntate exclusionis à gloria prout sic, & consequenter voluntas exclusionis reproborum à gloria, terminatur ad illam, vt pœnam ante prævisa personalia demerita, quorum permissio est reprobationis effectus.

67 *Confirm.* Quod amplius confirmo: finis reprobandi, id est volendi, exclusionem à gloria, est ostensio iustitiæ vindicativæ Dei; at qui ad illum finem non conducit exclusio à gloria, prout solum est beneficium indebitum, sed prout obtinet rationem pœnæ: ergo voluntas exclusionis reproborum à gloria, quæ est voluntas reprobativa, terminatur ad illam, vt obtinet rationem pœnæ. *Resp. 1.* Dices, reprobationis nomine intelligere D. Th. non voluntatem intentivam exclusionis à gloria, sed exequutivam, quæ ad illam terminatur, vt pœnam ex motivo puniendi. *Contra.* Sed contra: nam D. Thom. loquitur de illa voluntate, cuius alia ratio in particulari non datur, nisi Divina voluntas, vt constat ex illis verbis eiusdem solutionis: *Sed quare hos elegit in gloriam, & illos reprobauit, non habet rationem, nisi Diuinam voluntatem; vnde Augustinus dicit super Ioannem, quare hunc trahit, & illum non trahat nolli velle diiudicare, si non vis errare;* at voluntas exequens exclusionem à gloria, vt est huius præ alio, aliam rationem habet præter voluntatem Divinam, scilicèt finalis decessus in culpa illius, qui reijcitur de quo dubitare non potest: ergo non loquitur D. Thom. in illa solutione *ad 3.* de voluntate exequente exclusionem à gloria, sed de voluntate intendente. Quod amplius vrgetur; ex eo quod D. Thom. in eodem sensu loquitur ibi de voluntate reprobativa, ac de voluntate electiva; at loquitur de electione ad gloriam ordinis intentionis, exequutiva namque, rationem habet, nempè merita prævisa: ergo etiam loquitur de voluntate exclusiva reproborum à gloria ordinis intentionis. *Confirm.*

Nec vis argumenti elevabitur, si dicatur, secundo, loqui D. Thom. de negativa reprobatione, non verò de voluntate positiva exclusionis à gloria. Nam in contrarium obstat primo, reprobationem negativam non habere pro fine ostensionem iustitiæ punitivæ, sed ad summum ostensionem libertatis, & liberalitatis in prædestinando; at D. Thom. loquitur de reprobatione, cuius finis est ostensio iustitiæ punitivæ: ergo non loquitur de reprobatione negativa, sed de voluntate positiva exclusionis à gloria. Secundo: nam exclusio à gloria nequit finem aliquem habere, nisi vt positivè volita à Deo, in communiori Theologorum sententia, non admittente puram omissionem liberam in Deo; at D. Th. loquitur de reprobatione habente, pro fine ostensionem iustitiæ punitivæ: ergo non de reprobatione purè negativa, sed de positiva. 68 *Resp. 2.* *Contra 1.* *Secundo.*

Moveor secundo: nam voluntas intentiva exclusionis à gloria antevertens demerita, vt motiva, est efficax; at voluntas efficax terminatur ad rem, cum omnibus accidentibus, cum quibus est exequtioni mandanda, quo circa, vt docetur à nostris Thomistis *3. p. q. 1. art. 3.* decretum mittendi Christum per modum intentionis fuit ad illum terminatum, prout in carne passibili, quia in illa de facto venit: ergo voluntas intentiva exclusionis à gloria attingit talem exclusionem, vt pœnam. Patet consequentia, quia non nisi vt pœna, est prædicta exclusio exequenda. 69 *Prob. 2. Cõclusio.*

Tertio: quia namque gloria sub ratione coronæ est medium proximius ad ostensionem iustitiæ remunerativæ, quam merita, ideò voluntas efficax meritorum supponit voluntatem efficacem gloriæ, non solum est beneficium indebitum, sed etiam vt obtinet rationem coronæ, vt vidimus *supra disp. 66.* Et tradunt plures ex Authoribus contra quos procedit ista con- 70 *Tertio prob.*

concluſio; at excluſio à gloria vt pœna, eſt medium proximus ad oſtenſionem iuſtitiæ punitiuæ, quæ eſt finis vltimus, quem Deus intendit homines reprobando, quã permiſsio peccati: ergo voluntas efficax permittendi peccatum, quæ eſt reprobationis effectus, ſupponit volitam excluſionem à gloria, vt eſt pœna.

71 *Reſp.* Reſpondebis negando conſequentiam, & reddes rationem diſcriminis, conſiſtentem in eo quod gloria, vt corona eſt à Deo per ſe primo intendibilis, vtpotè bona; at verò pœna, vt pœna, eſt bonum occaſionatum; ac proinde non poteſt amari, niſi culpa prævilla, & occaſione illius; vndè non poteſt permiſsio culpæ ex intentione pœnæ procedere, benè tamen volitio meritorum ex intentione gloriæ, vt coronę.

Contra 1. Sed contra primo, eſtò pœnitentia ſit bonum occaſionatum, poteſt tamen amari ante culpam prævillam non præciſe, quia eſt deſtructiva peccati, ſed quia vtilis ad vberiores fines, vt vidimus *ſupra diſput.* 64. & concedunt plures ex Thomiſtis nobis in hac parte adverſarijs: ergo quamvis pœna non ſit per ſe bona, poterit amari ante culpam prævillam cum priori tate in genere cauſæ finalis, non quia pœna, ſed quia vtilis ad oſtenſionem iuſtitiæ punitiuæ, quod eſt amari ante culpam vt pœnam, non reduplicativè, ſed ſpecificativè.

72 *Contra 2.* Contra ſecundo, non minus ſupponit culpam Chriſtus, vt Redemptor, quam pœna in quantum pœna; at non obſtante hac præſuppoſitione eſſentiali, fuit prædeſtinatus, vt Redemptor ante originalis culpę permiſsionem in genere cauſæ finalis, vt tradunt plures ex Thomiſtis 3. *part. quæſt.* 1. *art.* 3. vbi à nobis fuſſe oſtenditur: ergo quamvis pœna eſſentialitèr culpam ſupponat poterit ante illius permiſsionem intendi in genere cauſæ finalis.

Tertio. Tertio, corona, vt corona non minus dependet in exequutione à meritis, quam pœna, vt pœna dependeat à demeritis; at non obſtante dependentia iſta poteſt intendi prius, quam prævideantur merita prioritate cauſæ finalis: ergo etiam non abſtabit dependentia à demeritis in exequutione, quominus ante illorum permiſsionẽ poſsit pœna eligit, aut intendi in genere cauſæ finalis.

73 *Reſp.* Dices eſſe paritatem quoad dependentiam in exequutione, ſecus autem in intemtione, nam corona in ordine intentionis, non dependet à meritis, ſed cauſat illa, eo quod cum bonum ſit per ſe, & non ſolum occaſionatum, poteſt per ſe intendi independenter à prævisſione alterius, vt motivi, pœna autem; cum bonum occaſionatum ſit, nec exequi, nec intendi poteſt, niſi occaſione culpæ, vt prævisſæ.

Sed contra hanc ſolutionem inſurgo *Contra 1.* primo, ſupponendo quandam doctrinam D. Tho. *in 4. diſtinct.* 50. *quæſt.* 2. *art.* 4. *quæſtione* 3. *in corp. & ſolutione ad* 1. *& in hac* 1. *parte, quæſt.* 19. *art.* 9. quod videlicèt pœna conſiderari valet duplicitèr, vel per ſe, vt pœna eſt, & malum alterius, vel per accidens, & ratione adiuncti, ſcilicèt, vt eſt manifeſtativa iuſtitiæ vindicativæ Dei, qualiter de illa gaudent Beati, & Deus illam vult, quin dicantur odio habere homines. Qua doctrina ſuppoſita, ſic traditam ſolutionem impugno: eſtò pœna non ſit amabilis cum prioritate ad culpam, quatenus eſt pœna, & malum alterius, poteſt tamen amari pro priori ad culpam, quatenus eſt vtilis ad manifeſtationem iuſtitię vindicativæ Dei: ergo voluntas excluſionis reproborum à gloria, vt eſt pœna, præcedit prævisionem peccati puniendi in genere cauſæ finalis, non quidem, prout eſt malum alterius ſed vt eſt manifeſtativa Divinæ iuſtitię vindicativę. Probo antecedens manifeſtatio iuſtitiæ punitivæ Dei eſt amabilis pro priori ad permiſsionem culpę in genere cauſæ finalis ergo pœna vt vtilis ad illam erit amabilis pro priori ad permiſsionem culpę in eodem genere cauſę: eo enim ipſo, quod finis ametur, poſſunt vtilia ad illum, quatenus talia amari.

Secundo tradita ſolutio reijcitur: vt pœna ſit, & dicatur bonum, non de primaria intentione, ſed occaſionatum, ſuffi- 74 *Secundo.* cit, quod culpam ſupponat in genere cauſę materialis in ordine intentionis, & in exequutione in genere cauſę efficientis moralis; at cum hac ſuppoſitione ſtat pœnam præcedere permiſsionem culpę in genere cauſę finalis, vt conſtat, tùm in pœnitẽtia, & Chriſto, vt Redemptore, præcedentibus finaliter permiſsionem culpę, quam in genere cauſæ materialis ſupponunt; tùm in gloria, vt intenta efficacitèr, quam ſubſtantię prędeſtinati productionem in genere cauſę finalis præcedere, docuimus ſupra *diſp.* 63. quę tamen ſubſtantiam ſupponit in genere cauſę materialis: ergo ex eo, quod excluſio à gloria, vt pœna, bonum occaſionatum ſit, non colligitur efficacem eius intentionem non præcedere permiſsionem peccati, & eius prævisionem.

Si opponas, ſequi ex hac ratione gloriam, vt coronam eſſe bonum occaſionatum, conſequens eſt falſum: ergo & illud 75 *Oppones.*

ex

ex quo sequitur. Probatur sequela gloria, vt corona supponit, prout in intentione, merita in genere causæ materialis, & in exequutione in genere causæ efficientis: ergo si sufficit, vt exclusio à gloria prout pœna, bonum occasionatum sit, quod de merita in genere causæ materialis in ordine intentionis supponat, & in ordine exequutionis in genere causæ efficientis, gloria vt corona erit occasionatum bonum.

Resp. Respondeo negando sequelam. Ad cuius probationem concesso antecedenti, nego consequentiam; & ratio discriminis est, nam bonum occasionatum nō dicitur aliquid, ex eo quod aliud ad sui appetitionem supponat, sed requiritur, quod illud quod supponit, sit malum; quia ergo pœna malum supponit, scilicet culpam, corona autem non supponit malum, sed bonum, videlicèt merita, hinc fit, quod gloria, vt corona, bonum occasionatum non sit, benè autem exclusio à gloria, vt obtinet rationem pœnæ.

§. V.

Argumentis in contrarium occurritur.

76 *Arg. 1. ex D. Th. testim. Primum est.*

COntra istam conclusionem obstat primo difficile testimonium D. Tho. 1. ad Anibaldum *dist. 41. art. 3. in corpore*, illis verbis: *dicendum, quod voluntati Divinæ de salute hominis, duplex voluntas opponi videtur, scilicèt voluntas de contradictorio, secundum quod vult aliquem non salvare, & voluntas de contrario, secundum quod damnare aliquem vult; prima quidem voluntas non requirit aliquam rationem ex parte voliti, cum salus gloriæ non sit debita humanæ naturæ; non enim requiritur ratio quare non dem alicui, cui dare non debeo, sed voluntas damnationis respicit rationem voliti in damnato; cum damnatio ex debito inferatur, quia finis damnationis est Dei iustitia, detrimentum autem damnationis ex parte nostra, non solum sunt opera mala huius, vel illius, sed etiam naturæ infectio: reprobatio ergo, quæ vtranque prædictarum voluntatum includit, habet causam quasi finalem, Divinam iustitiam, habet vero quasi rationem voliti, non de necessitate præscientiam operationem, sed ad hoc sufficit præscientia imperfectionis naturæ, &c.* at voluntas exclusionis à gloria, vt est pœna, opponitur contrarie voluntati salvandi: ergo requirit rationem ex parte voliti; & cōsequentèr necessario præsupponit demerita præviſſa, vt motiva. *q. etiam 6. de veritate, art. 1. ad vltimum, nostræ sententiæ adversari videtur*, illis verbis: *Et tamen reprobatio etiam dicitur præparatio, quantum ad pœnam, quam etiam Deus vult voluntati consequenti, sed non antecedenti*; at vt dicit Damascenus à D. Thom. *art. 2.* in argumento 2. *relatus, lib. 2. orthodoxæ fidei cap. 29.* in fine: voluntas consequens est ex nostra causa, scilicèt in quantum nos habemus diversimode ad merendam salutem, vel damnationē: ergo voluntas efficax exclusionis à gloria, vt est pœna, demerita nostra puniendo, vt motiva supponit.

77 *Secundū.*

Ad 1. testim. D. Th. resp. 1. 78 Respondeo ad primum testimonium, primo, D. Thom. loqui de voluntate damnationis secundum id, quod habet de facto, & quia de facto respicit pro motivo peccatum originale, hinc est, quod voluntas de contrario salutis scilicèt exclusionis à gloria, vt est pœna, respiciat rationem voliti ex parte nostra, infectionem scilicèt naturæ per culpam originalem, ex quo nihil contra nostram conclusionē colligitur. Respondet secundo, voluntatē contrarie oppositum voluntati salvandi respicere ex parte nostra rationē voliti nō antecedenter, & motivè quoad esse, sed illativè, & cōsequentèr in sui exequutione, id est, quod licet voluntas exclusionis à gloria, vt est pœna spectans ad ordinem intentionis, non habeat pro motivo sui nostra de merita, illa tamen respicit, vt illata ex ipsa, & vt motiva exequutionis, quia non potest mandari exequutioni, nisi demerita nostra, sivè personalia, sivè originale, pro motivo supponat, in quo differt à voluntate de contradictorio: hæc nāque saltē de potentia absoluta, potuit exequutioni mandari absque vllo nostro de merito; potuit enim Deus, sua vtens absoluta potentia, omnes homines sine gloria relinquere absque vllo illorum peccato, in quo tamen casu; negatio gloriæ non haberet rationem pœnæ.

Ad 2. resp. 1. 79 Ad secundum testimonium dicatur primo: voluntatem intentivam pœnæ dici consequentem, quia in sui existentia supponit nostram defectibilitatem præviſſam & in sui exequutione nostrum actualem defectū, vel per culpam personalem, vel originalem. Et quidem D. Thom. *art. 2. relato solutiane ad 2.* Id circo ait prędestinationem includere voluntatem consequētem, quia respicit, id, quod est ex parte nostra, non sicut inclinans voluntatem Divinam ad volendū, sed sicut id, ad cuius productionem voluntas Divina gratiam ordinat, vel etiam sicut id quod ad gratiam disponit, & gloriam meretur: potiori ergo ratione voluntas intentiva pœnæ, consequens dici potest; cum respiciat de merita nostra habita ex nobis, & non ex Deo, vt meritoria pœnæ in exequutione, licet non vt motiva intentionis. Vel secundo dicatur *Secundo.*

Digitized by Google

catur loqui D. Thom. de facto, qualiter voluntatem intentivam pœnæ, culpã originalem ſupponere, videbimus concluſione ſequenti.

80 *Arguitur 2.* Secundo argultur: pœna in ſuo eſſentiali conceptu dicit ordinem ad culpam, propter quam eſt infligenda.: ergo ante culpam intelligi nequit, & conſequentèr, nec ante illam poterit intendi.

Reſp. Reſpondeo diſtinguendo hoc vltimum conſequens: ante culpam prævillam, vt materiam puni ndam, & in genere cauſæ materialis, concedo conſequentiam, ante culpam prævillam, vt motivum voluntatis intentivæ pœnæ, nego conſequentiam; cuius inſtantiam habemus in gloria, vt corona, & in pœnitentia, quarum illa ſine meritis intelligi nequit, nec illa ſine peccato, quo non obſtante in genere cauſæ finalis, & ordine intentionis præcedere poſſunt.

Oppones. Sed dices, pœna eſſentialiter pendet à culpa, vt motivo: ergo intendi nequit abſque illa, vt motivo, & cauſa de meritoria

Reſp. prævilla. Reſpondeo diſtinguendo antecedens: vt motivo ſuæ exequutionis, concedo antecedens; vt motivo omnis voluntatis etiam intentivæ, nego antecedens, & conſequentiam, quæ etiam in gloria vt corona manifeſtam habet inſtantiam.

81 *Tertio arguitur.* Tertio arguitur: motivum iuſtitiæ eſt motivum puniendi: ergo ſi prædicta voluntas oritur ex motivo iuſtitiæ, oritur ex motivo puniendi; ac proinde ſupponere debet culpam, vt motivum.

Reſp. Reſpondeo aliud eſſe intentionem, de qua loquimur, oriri ex motivo oſtendendi iuſtitiam punitivam, aliud verò oriri ex motivo iuſtitiæ; ſicut manifeſtatio oſtendendi iuſtitiam remunerativam, eſt aliud motivum à motivo ipſius remunerativæ iuſtitiæ, illa ergo intentio terminata ad exclusionem à regno, vt eſt pœna habet pro motivo oſtenſionem iuſtitiæ vindicativæ Dei, non autem exercitum motivum iuſtitiæ, in quo eſt magna æquivocatio.

82 *Inſtabis.* Sed dices, voluntas intentiva excluſionis à gloria vt eſt pœna, eſt actus alicuius virtutis; at non eſt actus miſericordiæ, nec liberalitatis: ergo eſt actus iuſtitiæ vindicativæ; ac proinde culpam, vt ſui motiuum ſupponere debet.

Reſp. Reſpondeo, voluntatem iſtam imperari ex actu, quo Deus vult ſua manifeſtare attributa, qui naſcitur ex amore, quo Deus ſe ipſum diligit; ac proinde actus iſte pertinet ad amorem, quo Deus diligit pro

lo. pria bona. Vel ſecundo dicatur intentionem iſtam eſſe actum iuſtitiæ vindicativæ Dei, nõ quia pro motiva perſonales culpas ſupponat, ſed tantum originalem, de quo in ſequenti concluſione dicemus.

Quarto arguitur ex Concilio Valentino *cap. 3.* illis verbis, *Fatemur prædeſtinationem electorum ad vitam, & prædeſtinationem impiorum ad mortem, id eſt ad ſupplicium, in electione tamen ſalvandorum, miſericordiam Dei præcedere meritum bonum, in damnatione autem perituroruм; meritum malum præcedere iuſtum Dei iudiciũ*; at hoc diſcrimen ſubſiſtere nequit admiſſa voluntate excluſiva reproborum à gloria, vt eſt pœna; ante prævilla illorum demerita: ergo illa voluntas contradicit verbis Concilij. Probatur minor: in electione exequutiva ſalvandorum ad gloriam, meritum bonum præcedit miſericordiã Dei, prius enim eſt hominum merita bona videri, quam illos Deum ad gloriam eligere voluntate exequenti: ergo ſolum loquendo de voluntate gloriç intentiva, verum eſt dicere miſericordiam Dei præcedere meritum bonum; at admiſſa voluntate intentiva pœnæ ante prævilla demerita, datur in ordine intentionis voluntas reprobativa antevertens meritum malum, & ſolum eſt verum, meritum malum antevertere iuſtum iudicium in ordine exequutivo pœnç: ergo illa voluntate admiſſa, non ſubſiſtit diſcrimen à Concilio Valentino ſtatutum inter electionem ſalvandorũ ad vitam, & electionem perituroruм ad mortem.

83 *Quarto arguitur.*

Reſpondeo primò, diſcrimen à Concilio intentum ſalvari, etiam ſi voluntas intentiva excluſionis à gloria præcedat de merita perſonalia prævilla, vt motiva, quia non præcedit culpam originalem, quam vt ſui motiuum, ſupponit, hoc ergo demeritum malum præcedit iudicium reprobativum, & voluntatem intentivam reprobendi, cſique voluntatem electivam prędeſtinatorũ ad gloriam nullũ noſtrum meritum præcedat, ſalvatur ſufficienter diſcrimen à Concilio aſsignatum. 84 *Reſp. 1.*

Secundo reſpondeo: ſalvari prædictum diſcrimen, tum inter voluntates intentivas, tùm etiam inter exequutivas gloriæ, & excluſionis ab illa, per hoc, quod voluntas intentiva gloriæ, vt coronæ, non negativè, ſed poſitivè præcedit meritem bonum, illud cauſando, & in illud poſitivè influendo; voluntas autem excluſionis reproborum à gloria, vt eſt pœna, & ſi negativè præcedat demerita, hoc eſt, illa non ſupponat prævilla, vt motiva, nec ſub illorum merito cadat, non tamen in demerita poſitivè influit, nec radicat auxilia cauſantia demeritum. Ex quo naſcitur diſcrimen inter voluntates exequentes, conſiſtens in hoc, quod meritum bonum 85 *Secundo reſp.*

mo-

Digitized by Google

movet ad exequutionem gloriæ, vt causatum ab illa in ordine intentionis: vndè voluntas exequens gloriæ non respicit meritum bonum nostrum, vt a nobis primo causatum, sed vt à nobis causatũ, vt Deo subordinatis, & Divina gratia adiutis: exclusio vero a gloria, quatenus in exequutione causatur, vt pœna, respicit ex meritũ malum, vt causam sui non causatam ab ipsa etiam in ordine intentionis, & voluntas exequens exclusionis à gloria, vt est pœna, respicit de meritũ malum nostrum, vt nostrum, hoc est, à nobis, vt a prima causa deficiente causatum: vnde discrimen à Cõcilio statutum, sic est intelligendum, quod demeritum malum præcedit iustum Dei iudicium, quin à Divina voluntate causetur, meritum autem bonum, etsi voluntatem exequentem præcedat, subsequitur tamen misericordiam Dei, vt illud media sua gratia causantem, quæ solutio sumitur ex D. Tho. *1. 3. ad 2.*

86 *Vlt. arg. ab inconuenientibus. Primũ est*

Denique arguitur ex quadruplici inconvenienti, quod videtur sequi ex nostra sententia; sequitur primo Deum odio habere hominẽ, absque vllo peccato; consequens est falsum, & contra illud: *Diligis omnia, quæ sunt, & nihil odisti eorum, quæ fecisti*; & contra D. Thom. *supra quæst. 20. art. 2. ad 4.* ergo non datur in Deo talis voluntas efficax. Probatur sequela: odio habere aliquem est velle illi malum; at Deus, iuxta nostram sententiam, vult homini maximum malũ, scilicèt exclusionem à gloria vt est pœna ante peccatum prævisum: ergo odio habet hominem absque vllo peccato.

Secundũ. Sequitur secundo, Deum ex se delectari in perditione vivorum; consequens est falsum, & contra illud Sapientiæ 1. *Nec lætatur in perditione vivorum*: ergo idem, quod prius. Probatur sequela: vellet Deus homini malum pœnæ ex se, hoc est, ante culpam prævisam: ergo in illorũ perditione delectaretur ex se. *Tertium.* Tertio loquitur, voluntatem Divinam in iustissimam esse; cõsequens est absurdum: ergo & illud ex quo sequitur. Probatur sequela: quod facit in iustitiam in opere, facit volitum in iustitiam in voluntate; sed excludere aliquem à gloria exclusione sumpta, vt pœna, sine culpa præcedente est in iustum: ergo voluntas exclusionis à gloria, vt est pœna ante culpam est iniusta.

Quartum. Denique infertur, dari in Deo voluntatem intentivam pœnæ sensus, & præparativam ignis inferni, & ad illum destinativam, ante prævisa demerita; consequens est absurdum, & contra viscera misericordiæ Dei, ex se inclinari ad benefaciendum hominibus, non ad illos torquendum: ergo idem quod prius. Probatur sequela: maxima damnatorum pœna non est pœna sensus, sed damni in Divinæ visionis carentia consistens: ergo si hanc vellet Deus ante prævida hominum demerita, illam etiã ante meritorum prævisionem intenderet & ad illam hominem ante prævisam culpam destinaret.

87 *Ad 1. inconvenientes respõ.*

Ad hoc argumentum respondeo negando primam sequelam, ad cuius probationem dicatur: ad rationem odij requiri, quod sit de malo alterius, vt malum eius est ex displicentia in ipso actus autem iste, quem nos in Dei voluntate constituimus pro priori ad culpã non terminatur ad pœnam vt est malum hominis, sed vt est vtilis ad ostensionem Divinæ iustitiæ, vndè non est, nec dici potest odium.

88 *Replicabis 1.*

Sed oppones primo, in nostra voluntate reperitur odium; & tamen non est de malo alterius, vt malum eius est: cum adæquatum voluntatis obiectum sit bonum, & consequentèr ad malum, vt malum terminari non possit: ergo ex eo quod voluntas exclusionis à gloria, vt est pœna, non terminetur ad illam reduplicativè, vt est hominis malum, sed sub reduplicatione vtilitatis ad ostensionem Divinæ iustitiæ, non tollitur, quod sit, & dicatur hominis odium.

Secundo. Secundo, Deus, & si non proprie, eo tamen modo, quo potest, odio habet impiũ, & peccatorum, culpa prævisa, iuxta illud Malachiæ 1 cap *Iacob dilexi, Esau autem odio habui.* Et Psalmo 5. *Odisti omnes, qui operantur iniquitatẽm, virum sanguinum, & dolosum abominabitur Dominus.* Et alibi *odio est Deo impius, & impietas eius*: & tamen non vult illi malũm, vt malum, nec pœnam, vt pœnam reduplicativè, adhuc culpa prævisa, sed solum, vt conducit ad ostensionem Divinæ iustitiæ, quia vt docet D. Thom. 1. *contra gentes, cap. 96.* Voluntas Dei ad malum, vt malum est alicuius, terminari non potest, quo circa ab illa excludendum docet odium cum proprietate: ergo si ante culpam vult Deus homini exclusionem à gloria, vt est pœna, quamvis illam velit, vt vtilem ad ostensionem suæ iustitiæ, dabitur in illo ante culpam odium hominis ea ratione, qua in illo potest reperiri.

89 *Ad 2. replicã respondẽ*

Respondeo ad primam ex his obiectionibus: odium in nostra voluntate terminari ad malum alterius, vt malum eius, est ex displicentia ipsius; & ideò obtinere verum, & propriam odij rationem, & licet voluntatis obiectum sit bonum conveniens appetenti, & consequentèr ad nihil, vt subiecto appetenti disconveniens terminari

nari posit; potest tamen terminari ad disconveniens alteri, disconvenientia ad alterum terminativè ingrediente, & convenientia ad subiectum appetens, motivè.

Ad 2. Ad secundum dicatur, suppositâ in homine culpa, terminari voluntatem Dei ad pœnam ex displicentia personæ, non absolutè, sed quatenus peccatis fœdatæ; & ideò talis voluntas odium appellatur, non strictè, sed largè, & similitudinariè, quia ad strictam odij rationem requiritur terminari ad malum alterius ex displicentia illius secundum se, & quatenus subsistentis, vt diximus *supra tract. de amore Dei, disp. 56.* Voluntas autem efficax exclusionis reproborum à gloria prioris ad prævisionem culpæ non terminatur ad malum hominis ex displicentia illius, etiam secundum statum culpæ accidentalem, & id circo deficit à ratione odij, eo modo, quo potest Deo convenire.

90 *Ad 2. inconveniēs.* Ad secundum inconveniens respondeo ex D. Thom. 1. 2. q. 79. *art.* 4. *ad* 2. *Deum non delectari in perditione hominum, quantum ad ipsam perditionem, sed ratione suæ iustitiæ, vel propter bonum quod inde provenit.* Verba sunt D. Thom. ex quibus in forma respondeo, distinguendo consequens: in perditione viuorū, vt malū illorū est, nego sequelam: in perditione viuorū, vt vtilis ad ostensionem iustitiæ Divinæ, concedo sequelam, & sub eadem distinctione minoris, nego consequentiam.

91 *Ad 3.* Ad tertium, nego sequelam. Ad illius probationem, concessa maiori, & minori, distinguo consequens: si voluntas illa sit intligendi pœnam in exequutione, absque eo, quod culpa in exequutione præcedat, concedo consequentiam, si voluntas illa sit ante culpam ly *ante* negante præcedentiam culpę ad intentionem non autem ad exequutionem, qualiter à Nobis adstruitur, nego consequentiam; itaque si Deus haberet hanc voluntatem: *Volo, vt homo in exequutione pœnam patiatur, absque vlla culpa*, iniusta foret eius voluntas: si autem non ita voluntas constituatur, sed aliter, scilitèt ante culpam vissam, vt motivum intendendi; *volo exclusionem à gloria, vt pœnam infligendam propter culpam in exequutione*, nulla in hoc iniustitia invenitur, & hoc modo à nobis constituitur voluntas exclusionis à gloria, vt est pœna, consequentèr ad dicta supra *disp. 66.* de voluntate gloriæ vt coronæ.

92 *Ad 4. resp. quidam Recētiores.* Ad vltimum inconveniens docti Recentiores respondent pœnam sensus esse priorem in genere causæ finalis, & in ordine intentionis, posteriorem tamen in genere causæ efficientis moralis; vnde intentionem pœnæ dicunt præcedere permissionem peccatorum in genere causæ finalis, posteriorem tamen esse demeritis in alio genere causæ, scilicèt efficientis moralis, & consequentèr non intendi pœnam sensus, nec damni ante prævisa demerita.

Reijcitur Hæc tamen solutio exinde difficilis redditur: nam quia intentio efficax gloriæ præcedit merita in genere causæ efficientis, non potest esse illorum effectus moralis, nec illa, vt præsentia moraliter causantia supponere: ergo si voluntas efficax pœnæ est principium permissionis peccati, non potest esse posterior demeritis in genere causæ demeritoriæ efficientis moralis.

93 *Si respondeatur.* Si forte dicatur, esse manifestum discrimen consistens in eo, quod intentio efficax gloriæ est principium effectivum meritorum; cumque principium effectivum meriti non possit cadere sub merito: consequens fit, quod intentio efficax gloriæ nequeat in genere causæ efficientis moralis supponere merita: intentio autem efficax pœnæ non est causa effectiva demeritorum; ac proinde potest esse effectus illorum in genere causæ efficientis.

Contrà. In contrarium obstat: nam licet intentio pœnæ, non sit causa demeritorum, est tamen causa permissionis, hæcque præcedit demerita prioritate Logica, etsi prioritate physica respectu illorum non gaudeat: ergo nequit intentio efficax pœnæ esse pœna demeritorum. Quod amplius *confirmo*: permissio esse non potest pœna culpæ, ad ipsam subsequutæ, vt prætati Recentiores fatentur; at non alia ratione, id non potest contingere, nisi quia licet non sit principium physicum culpæ permissę, illam tamen precedit Logica prioritate: ergo intentio efficax pœnæ ex qua originatur permissio, & culpam logicè præcedit non potest esse pœna peccati permissi, Logicè ad illam subsequuti. *Confirm.*

94 *Vera solutio ultimi obiectionis.* Prętermissa igitur hac solutione, & in sua probabilitate relicta, ad vltimum inconveniens respondeo, distinguendo consequens: antecedentia in genere causę finalis, cum dependentia in genere causę materialis, & simultate consequentiæ, concedo sequelam: antecedentia eminò indepēdenti, nego sequelam, & sub eā dē distinctione minoris, nego consequentiam. Itaque sicut pœnitentia, vt vtilis ad fines assignatos *supra disp. 64.* est prior in ordine intentionis, & in genere causę finalis permissione peccati, est tamen po-

Digitized by Google

posterior peccato in genere causæ materialis, & inter vtrũque datur simultas subsistendi consequentia, nec in hoc aliquod inconveniens ibi reperimus: ita in præsenti dicimus, pœnam damni, & sensus non reduplicative, vt est pœna, sed specificativè sub illo conceptu, & sub reduplicatione vtilitatis ad ostensionem iustitiæ vindicativæ, & punitivæ Dei, esse priorem in ordine intentionis, & in genere causæ finalis permissione peccati, quæ est primus reprobationis effectus, est tamen prædicta voluntas posterior peccatis permittendis in genere causæ materialis per modum materiæ puniendæ, & est inter vtrumque simultas subsistendi consequentia, nec in hac prioritate sic explicata inconveniens aliquod reperimus: sicut nec in hoc quod Deus ante prævisam culpam, ly *ante* dicente prioritatem ordinis intentionis, & causæ finalis, efficaciter velit suam punitivam iustitiam ostendere.

§. VI.

Statuitur, & probatur tertia conclusio.

95 *Tertia cõclusio.* PRobabiliter potest defendi peccatum originale fuisse motivum intentionis efficacis exclusionis à regno, etiam in illis reprobis quibus fuit originalis culpa remissa. Hanc statuo pro defensanda. Augustini sententia, quę ob sui difficultatẽ cõmuniter in hac parte deseritur à Theologis. *Pro 1. ex Aug.* Moveor ad illam primo Patentis Augustini auctoritate *Epist.* 102. & 105. *lib.* 1. *ad Simplicianum quæst.* 2. *in enchiridione, cap.* 98. *lib. de dono perseverantiæ, cap.* 6. *de prædest. & gratia, cap.* 3. & *lib. de prædestinatione Sanctorum, cap.* 8. & 9. quibus in locis, & alibi passim affirmat dari in hominibus causam reprobationis, peccatũ scilicet originale; at causa esse nõ potest per hoc, quod in omnibus reprobis influat de meritorie formaliter in primi peccati personalis permissionem, propter quod damnentur, & multo minus per hoc quod in omnium damnationem æternam prout in executione demeritorium influxum formalitèr præstet cum in pluribus, qui de facto damnantur, ante primam permissionem peccati personalis supponatur dimissum, & consequentèr permissione culpæ nunquam remittendæ puniri nõ possit, & multo minus damnatione æterna, aliàs aliquid damnationis infantis fõte Baptisinatis remaneret, quod est contra fidem, ergo fuit causa reprobationis per influxum demeritorium in istam voluntatem formalem, & in aliam, virtualem, & consequentèr fuit prædictę voluntatis motivum.

96 *Resp. 1.* Respondebis primo, Augustinum intelligendum esse, non de omnibus reprobis, sed solum de illis, quibus originalis culpa remissa non fuit. *Contra.* Sed in contrarium obstant verba August. *lib.* 2. *ad Simplicianum quæst.* 2. vbi explicans locum illum Apostoli: *Iacob dilexi, Esau autem odio habui*, ait: *Deum odio habere non Esau hominem, sed Esau peccatorem.* Et addit. *Cur ergo Iacob dilexit, numquid peccator non erat? Sed dilexit in eo, non culpam, quam delebat, sed gratiam, quam donabat.* Ex quibus verbis supponendo Augustinum nomine dilectionis, & odij, intelligere prædestinationem, & reprobationem, sic adversus traditam solutionem insurgo Esau, vtpotè ex fidelibus parentibus natus, applicatum fuisse circumcisionis remedium contra originalem culpam dubitari non potest, & tamen in illo recognoscit Augustinus pro causa culpam originalem: ergo iuxta Augustinum, hæc fuit causa reprobationis, etiam in illis reprobis, quibus fuit remissa.

97 *Secundo resp.* Respondebis secundo, loqui Augustinum de reprobatione sumpta pro actu in executione deputante ad pœnam, æternam, cuius absque dubio causa datur in omnibus, non autem loqui de illa prout dicit primum actum intentivum. *Contra 1.* Sed contra primo: nam D. Augustinus loquitur de peccato originali, vt constat ex ipso in Enchiridione *cap.* 98. illis verbis: *Ambo itaque gemini natura filij ita nascebantur, nullis quidem operibus propriis, sed originaliter ex Adam vinculo damnationis obstricti, sed qui dixit miserebor, cui misertus ero, Iacob dilexit per misericordiam gratuitam, Esau odio habuit per iudicium debitum*; ad peccatum originale in Esau non fuit causa ęternæ illius damnationis per influxum demeritorium formalitèr, quia peccatum semel dimissum nequit æterna damnatione puniri: ergo non loquitur de reprobatione sumpta pro actu exequutive deputante ad pœnam æternam, sed pro actu intentivo, primo discernente reprobum à prædestinato.

98 *Secundo.* Secundo: nam D. Augustinus in præallegatis locis admittit causam reprobationis absolutè, & illam negat reprobationis comparativæ; at si illo modo reprobatio sumatur pro æterna scilicèt damnatione exequutivè accepta, datur ex parte hominũ causa reprobationis comparativæ: ergo non sumitur ab Augustino in illa acceptione. *Tertio.* Tertio: nam Augustinus multis in locis obijcienti Pelagio, *datur causa reprobationis: ergo & prædestinationis*, distinguebat illud antecedens, in peccato originali concedebat, in personalibus negabat: er-

ergo causalitatem, quam negat personalibus, concedit originali; at si sumatur reprobatio pro actu executive deputante ad pœnam, etiam peccata personalia sunt illius causa: ergo non sumitur ab Augustino in hac acceptione, quando docet peccatum originale esse causam reprobationis.

99 *Secundo prob. conclusio ex D. Tho.*

Secundo probatur conclusio ex D. Thom. *quæst. 6. de veritate, art. 2. ad 9.* illis verbis: *Dicendum quod electio Dei, qua unum eligit, & alium reprobat, rationabilis est, nec tamen oportet, quod ratio electionis sit meritum, sed in ipsa electione, ratio est divina bonitas, ratio autem reprobationis est in hominibus peccatum originale, vt dicit August. tomo 3. in Enchiridione, cap. 108. vel in futuro per hoc ipsum quod est non habere debitum ad hoc quod eis gratia conferatur, rationabiliter autem possum velle denegare aliquid alicui, quod sibi non deberur;* at divina bonitas fuit motivum electionis respectu omnium, qui prædestinantur: ergo peccatum originale fuit motivum voluntatis exclusivæ à gloria respectu omnium, qui reprobantur.

100 *Tertio prob. ratione.*

Tertio probatur: voluntas reprobativa significatur in sacra pagina nomine *odij*, vt patet ex illo: *Iacob dilexi, Esau autem odio habui.* In quibus verbis prædestinatio, & reprobatio omnium designatur; at nisi pro motivo habeat peccatum originale, nequit reprobatio nomine *odij* significari: ergo illud respicit pro motivo. *Minor & prob.* Probo minorem primo ex D. Tho. *supra quæst. 20. art. 2. ad 4.* asserente Deum solum peccatores, in quantum tales odio habere: ergo voluntas significata nomine *odij* habet pro motivo peccatum, illudque supponit. *Secundo,* quia odio habere non est quomodocumque velle malum, sed est velle malum alicui ex displicentia illius: ergo Deus illa voluntate ex displicentia Esau illi malum volebat, non illius secundum esse naturale, iuxta illud: *Nihil odisti eorum, quæ fecisti.* Nec illius, vt infecti peccatis personalibus, quia istorum prævisionem præcessit prædicta voluntas: ergo ex displicentia illius vt infecti peccato originali: ac proinde ex peccato originali fuit orta voluntas exclusionis reproborum à Regio.

101 *Quarto prob. conclusio.*

Denique probatur: peccatum originale antecessit omnium reprobationem, vt sufficiens motivum ex se ad movendam Dei voluntatem, vt vellet omnium hominum, quos reprobat exclusionem à gloria; at non est aliqua repugnantia in hoc, quod actu pro motivo fuerit assumptum, imò hoc maximè congruit modo operandi Divinæ providentiæ, & sapientiæ: ergo dicendum est sic de facto contigisse. Maior docetur a D. Thom. *ad Rom. 9. lect. 3. in hac q. art. 1. ad 3. art. 5. ad vltim. 3. p. q. 1. art. 3. lib. 3. contra gent. cap. 161.* Constatque ex eo, quod peccatum originale antecesserit Christi prædestinationem: ergo & nostram, & consequenter etiam hominum reprobationem, quæ vel fuit prædestinatione posterior, vel simul cum illa. Minor pro prima parte ex argumentorum solutione constabit.

Pro secunda verò probatur: quia si sic moveatur Divina voluntas splendet in illo actu ratio supremi dominij in reprobatione cõparativa, quatenus ex duobus in æquali damnatione existentibus vni vult gloriam, & alteri exclusionem ab illa, & absoluta ratio iustitiæ, quatenus ex motivo puniendi culpam originalem, vult exclusionem reproborum à Regno, non autem sic continget, si tãtum ex motivo suæ bonitatis ad illud decretum moveatur: ergo à peccato originali moveri, magis conformatur modo operandi suæ providentiæ, & sapientiæ: vndè sicut ex meritis Christi sufficientibus pro omnibus, motus fuit Deus ad hos admittendum ad Regnum alios verò reliquit: ita ex æquali infectione culpæ originalis motivum accepit, vt velle exclusionem illorum, qui reprobantur, alijs misericorditer, non obstante culpa efficacitèr ad gloriam electis.

102 *Minor prob. 2. p. prob.*

§. VII.

Argumentis in contrarium occurritur.

103

COntra istam conclusionem argumentati possumus primo ex D. Thom. *quæst. 6. de verit. art. 2. ad 9.* vbi docet sufficientem causam ad volendum hominibus exclusionem à Regno esse gloriã illis non deberi: ergo ex D. Thom. talis voluntas non habuit pro motivo culpam originalem. *Arg. 1. ex D. Th.* Respondeo primo Angelicum Doctorem duplicem solutionem argumento 9 assignare, in vna asserit causam, & motivum prædictæ voluntatis esse originale peccatũ, in alia gloriam non esse debitam; ac proinde vtramque sententiam, vt probabilem admittit. Secundo respondeo, quod licet de facto habuerit pro motivo culpam originalem, Nos tamen, potuisse Deum velle hominibus exclusionem à gloria, defendimus, quin ex illo, aut quovis alio peccato moveretur, vndè D. Th. 1. solutionẽ assignavit pro eo quod de facto contingit, attendens vero ad id, quod poterat evenire, dedit secundam, quasi dicat, & si de facto Deus peccatum originale pro motivo habuerit, vt vo-

R. sp. 1.

R. sp. 2.

velit hominibus exclusionem à gloria, potuit tamen non motus ab illo efficaciter dictam exclusionem velle, vt ostenderet, gloriam non esse hominibus debitam.

104 *Secundo arguitur ex Tridentino.* Secundo arguitur ex Concilio Tridentino sessione 5. decreto de peccato originali, vbi docet: *In renatis nihil damnationis manere*; at si respectu illorum, quibus originalis culpa per Baptismum remittitur, prædicta voluntas exclusiva à gloria maneret, aliquid damnationis maneret in renatis: ergo non manet, nec datur talis voluntas habens pro motivo culpam originalem in eis, quibus per Baptismum remittitur. *Resp.* Respondeo, Concilium in præallegatis verbis definiri contra quosdam hæreticos, qui dicebant peccatum per Baptismum solum regi, seu occultari, nō autem radi, aut destrui, & contra alios asserentes post Baptismum culpam remanere, & per applicationem Baptismi solum effici, quod non imputaretur ad pœnam: Concilium ergo cōtra hos hæreticos diffiniens, solum intendit semel applicato Baptismo, nec manere culpam, nec reatum pœnæ æternæ, quod verissimum est, etiam si efficax illa voluntas remaneat, quia reatus est debitum subeundi pœnam, nullum autem debitum manet in homine Baptizato, quia iam tale peccatum nunquam punietur, postquam fuit remissum; voluntas autem illa, quæ fuit pœna peccati originalis per illius remissiones non tollitur, quia remissio, quantumcumque plena non debet eximere a pœna, iam inflicta, sed solum ab vlteriori pœna infligenda.

105 *Tertio arguitur.* Tertio arguitur: vt voluntas excludendi homines à gloria esset pœna peccati originalis, deberet Deus illos a gloria excludere propter originale peccatum; at hoc non potuit esse respecta illorum, quibus fuit dimissum: ergo in illis, talis voluntas; non fuit pœna peccati originalis. Probatur minor, velle efficaciter excludere aliquem à gloria propter originale peccatum, & velle efficaciter illud remittere sunt incompossibiles voluntates; at de facto voluit efficaciter Deus multis reprobis remittere peccatum originale: ergo respectu illorum non est in Deo voluntas excludendi illos à Regno propter peccatum originale.

106 *Resp.* Respondeo, quod si ly *propter peccatum originale* se teneat ex parte obiecti voliti, ita vt sensus sit, *volo excludere hunc hominem à regno exclusione danda exequutioni propter peccatum originale*, non compatitur cum hac voluntate, alia efficax illud remittendi, quia non stat culpam remittere, & illam velle in æternum punire; si autem ly *propter* non ex parte obiecti se teneat, sed ex parte actus, ita, vt sensus fiat, *propter peccatum originale volo hunc hominem excludere à gloria, non taliter, quod exclusio sit exequutioni mandanda propter illud, sed propter alia*, rectè compatitur cum hac voluntate, alia efficax remittendi culpam originalem, sicut dicebamus *supra disp.* 66 de iis voluntatibus, *volo gratis dare gloriam*, & *volo illam dare propter merita*.

107 *Opponesi.* Obijcies, non potest ille actus esse pœna peccati originalis, nisi respiciat exclusionem a gloria, quæ est obiectum illius, vt pœnam eiusdem peccati: ergo ly *propter* debet se tenere, non solum ex parte actus, sed etiā ex parte obiecti. Consequentia tenet. Antecedens autē probatur; quia peccatum nequit demeritorie in actum Divinæ voluntatis influere, nisi etiam influat demeritorie in obiectum actus: ergo vt actus Divinæ voluntatis sit pœna peccati, debet ly *propter* ingredi ex parte obiecti. Et confirmatur primo: si Deus præviſis alicuius meritis intenderet efficaciter dare illi gloriam motus ex illis, deberet in exequutione propter talia merita gloriam conferre: ergo si præviſſo originali peccato, voluit Deus efficaciter motus ex illo exclusionem reproborum à regno, non potest non in exequutione exclusio a gloria esse pœna peccati. *Confirm. primo.* Confirmatur secundo: eo ipso, quod mediet decretum remissivum, destruitur peccatum originale, quod fuit motivum talis actus: ergo ille actus necessario destruitur; ac proinde non sunt compatibilia decretum efficax remittendi peccatum originale, & voluntas efficax excludendi reprobos à gloria propter peccatum originale.

108 *Resp.* Respondeo: quod ly *propter peccatum originale* potest ingredi ex parte obiecti dupliciter? vel vt *quod* & in actu signato, & vt motivum obiecti, vt exequendi; vel vt *quo*, & in actu exercito, & vt motivum obiecti, vt spectantis ad ordinem intentionis, ita vt fiat iste sensus; *motus ex peccato originali Deus exclusionem intendit*, sicut supra *disp.* 66. dicebamus de illa particula *gratis* respectu electionis ad gloriam, primum non requiritur: secundo autem modo non incompatitur cum voluntate remissiva peccati originalis, sicut nec voluntas intentiva gratuita efficax gloriæ est incompatibilis cum voluntate exequente remunerativa dandi gloriam ex meritis.

109 *Ad 1. cōfirmationem.* Ad primam confirmationem dicatur, quod si merita illius hominis essent solum motiva intendendi nō autē exequendi gloriā, posset Deus velle illa merita in exequutione non remunerare per gloriā. *Ad 2.*

Ad secundam dicatur: motiuũ talis actus non esse peccatum originale, vt pro omni tempore durans, sed tolum vt pro primo instanti, remissio autẽ non tollit peccatum originale, vt pro primo instanti durans, & ideò non destruit motivum talis actus, nisi materialiter.

110 *Quarto arguitur.* Quarto arguitur ex D. Thom. *quæst. 6. de verit. art. 2. ad 10.* desumptum ex Auctoritate Augustini asserentis, *in Esau fuisse causam reprobationis, eius occultissima demerita, quæ non prævidit Deus in Iacob.* Cui argumento respondet D. Thom. primo ex Magistro Sententiarum, D. August. sententiam illam retractasse. Vel secundo si debeat sustineri, loquutum fuisse de reprobatione quantum ad effectum illius, videlicèt deputationem ad pœnam æternam: ergo ex mente D. Thom. non datur causa reprobationis sumpta pro voluntate intentiva efficaci exclusionis à gloria.

Resp. Respondeo D. Thom. loqui de reprobatione sumpta comparativè de qua loquutum fuisse Augustinum in testimonio in argumento adducto, ex eo manifestè convincitur; nam recurrit ad demerita nobis occultissima prævisa in Esau, non verò in Iacob, non ad peccatum originale vtrique commune, reprobationis autẽ sumptæ comparativè, fatemur non dari causam pro voluntate intentiva; sed solum, quoad actum exequtivè deputativum ad pœnam; culpa namque originalis, quæ intentivam voluntatem exclusionis præcedit; cum sit reprobis, & prædestinatis communis, esse nequit ratio discretionis, ac proinde nec reprobationis, quatenus est huius præ alio.

111 *Quinto arguitur.* Quinto arguitur, non stat voluntatem efficacem exclusionis a gloria esse in pœnam peccati originalis, & exequtivam exclusionis à gloria non esse pœnam eiusdem originalis culpæ; at hoc secundũ cum decreto remissivo non potest componi: ergo nec cũ decreto efficaci exclusionis à gloria ob culpam originalem cõponi potest decretum remissivum.

Minor prob. 1. Probo maiorem primo; nam eo modo exequtioni mandatur in tempore exclusio reproborum à gloria, quo fuit ab æterno volita à Deo: ergo eo ipso, quod fuerit volita ab æterno in pœnã peccati originalis, debet reprobus in tempore à gloria excludi in

Secundo. pœnam eiusdem peccati Tùm etiam; nam actus exterior imperatus, & interior imperans spectant ad eandem virtutem, & consequenter ex eodem motivo procedunt; at temporalis exclusio reproborum à gloria comparatur ad voluntatem exclusivam ab illa, vt actus exterior ad interiorem: ergo debet ex eodem motivo procedere; & consequentèr eo ipso, quod voluntas efficax exclusionis à gloria habeat pro motivo culpam originalem, & sit pœna illius, non potest actualis exclusio reproborum à gloria non respicere peccatum originale pro motivo, ac proinde esse pœnam illius.

112 *Resp. ad 1. prob. minor.* Respondeo negando maiorem; ad primam probationem distinguo antecedens: per decretum exequtivum, concedo antecedens; per decretum intentivum, nego antecedens, & distinguo consequens eodem modo. Pro cuius solutionis intelligentia recollantur, quæ diximus *supra dist. 66. §. 5. solut. ad 4.* Itaque sicut ibi diximus decretum exequtivum gloriæ commensurati cum gloriæ exequutione, & ex eisdem motivis, & eodem modo procedere, secus autem intentivum; ita in præsenti dicimus decretum exequtivum exclusionis reproborum à gloria ex eodem motivo procedere, ex quo gloria in exequutione negatur, decretum autem intentivum exclusionis prædictæ, necessarium non est, quod eodem gaudeat motivo, ex quo procedit temporalis exclusio reproborum à gloria, sed potest diversum habere; vndè stat bene pro motivo habere peccatum originale, & tamen quod de facto in tempore non excludantur reprobi à gloria propter illud, sed propter actualia peccata.

113 *Ad 2.* Ad secundam probationem distinguo maiorem, illamque concedo de actu interiori immediatè imperante exteriorem, nego autem maiorem de actu interiori solum mediatè imperante exteriorem, & distinguo minorem: vt ad interiorem immediatè imperantem, nego minorem: mediatè, concedo minorem; & nego consequentiam, sed solum infertur decretum exequtivum exclusionis à gloria; & temporalem à gloria exclusionem eodem motivo gaudere, quia decretum exequtivum est actus interior immediatè imperans illam, non autem sequitur decretum intentivum exclusionis à gloria, & exteriorem ab illa exclusionem eodem motivo gaudere, quia decretum intentivum, nõ immediatè, sed mediatè solum imperat exequutionem.

114 *Vltimo arguitur.* Denique arguitur: permissio peccati originalis est effectus reprobationis: ergo peccatum originale nequit esse causa voluntatis efficacis exclusionis reproborum à gloria. Consequentia patet ex dictis §. 5. *solut. ad vltimum argumentum*, vbi ex eo quod permissiones peccatorum pertolium ex efficaci intentione exclusionis à gloria procedant, intulimus contra quosdam ex nostris Thomistis non

posse

Digitized by Google

posse peccata personalia, vt causas demeritorias prædictæ voluntatis prævideri; at eo ipso, quod permissio peccati originalis sit effectus reprobationis, debet ex voluntate efficaci exclusionis illorum à gloria procedere: ergo eo ipso, quod talis permissio sit reprobationis effectus, non poterit peccatum originale prævideri, vt concausa demeritoria, voluntatis illius.

Antecedēs prob. 1. Antecedens autem probatur primo: peccatum originale conducit ad finem reprobationis; & consequenter etiam eius permissio; at omne, quod conducit ad finem reprobationis, ex efficaci intentione exclusionis à gloria procedit, & consequēter est effectus illius, vt dicebamus §. 1. *in vltima probatione cōclusionis*, sicut omne, quod cum effectu ad finem prædestinationis conducit ex efficaci gloriæ intentione præparatur à Deo, & est prædestinationis effectus, vt diximus supra *disp.* 69. vbi ex hoc principio contra Vazquez intulimus orationes vnius Sancti fuisse pro vocatione, & conversione alterius, esse effectus prædestinationis illius: ergo permissio peccati originalis procedit ex efficaci intentione finis reprobationis; & consequenter est effectus illius.

115 *Secundo.* Secundo idem antecedens probatur permissio peccati originalis est in electis effectus prædestinationis, vt colligitur ex dictis à nobis *supra disp.* 63. ergo est in reprobis effectus reprobationis. Tùm, quia par ratio vtrobique videtur. Tùm etiam, quia prædestinatio, & reprobatio in eodem instanti sunt factæ, si autem esset effectus prædestinationis, & non reprobationis, non essent in eodem instanti.

Tertio. Tertio probatur: substantia reprobi est effectus reprobationis: ergo etiam permissio peccati originalis. Consequentia patet. Antecedens autem probatur primo: nam est effectus prædestinationis in electis: ergo in reprobis effectus reprobationis. Secundo: nam ad finem reprobationis conducit defacto: ergo præparatur ex efficaci intentione talis finis, iuxta sæpè repetita: & consequenter est effectus illius.

116 *Instatur arg.* Hoc argumentum siquid probat, non tolum convincit respectu illorum, quibus de facto fuit originalis culpa remissa, sed etiam respectu illorum, quibus de facto remissa non fuit, sed propter illā de facto damnantur. *Ad illud resp.* Ad illud respondeo, negando antecedens. *Ad 1. antecedēris prob.* Ad primam illius probationem, distinguo maiorem: conducit, vt causa, concedo maiorem: vt medium, nego maiorem, & distinguo minorem: omne quod conducit vt medium, cōcedo minorem: quod, non vt medium, sed vt causa conducit, nego minorem, & consequentiam. Quod si petas, vndè colligamus permissionem culpæ originalis non fuisse vt medium ad reprobationem assumptam, sed vt causam, vel præambulā ad causam? Respondeo, ex probationibus nostræ conclusionis deduci. Tùm, quia Augustinus culpam originalem recognoscit pro causa reprobationis. Tùm etiam, quia reprobatio nomine odij significata, non potest non supponere culpam, cumque personalem non supponat, vt vidimus, supponet originalem vt motivum sui, quod componi non potest cum hoc, quod permissio illius sit assumpta, vt medium ad finem reprobationis, & electa ex efficaci illius intentione.

Ad secundam probationem, concesso antecedenti, nego consequentiam: quam non convincit prima probatio: cum enim reprobatio nomine odij significata, necessario debeat ex motivo culpæ procedere, & non personalis, debet ex originali moveri; ac proinde nequit illius permissionem causare, quæ ratio respectu prædestinationis non militat. Nec magis vrget secunda consequentiæ probatio: prædestinatio namque, & reprobatio sunt factæ in eodem instanti *in quo* etiam rationis, non tamen in eodem instanti *à quo*, seu naturæ, imò reprobatio pro fine respicit gloriam prædestinatorum; & consequenter est posterior illa posterioritate *à quo*, seu naturæ: vndè non sequitur, quod si permissio peccati originalis à prædestinatione imperatur, debeat etiam per reprobationem imperari, & ab illa procedere. 117 *Ad 1. probationē.*

Dices, vt prædestinatio sit simul simultate *in quo* rationis cum reprobatione, requiritur, quod in nullo signo in quo prædestinatio intelligitur, reprobatio non intelligatur; at hoc stare nequit cū prioritate *à quo* prædestinationis ad permissionem culpæ originalis, & negatione talis prioritatis in reprobatione: ergo prædestinatio, & reprobatio sunt factæ in eodem instanti non solum *in quo*, sed etiam *à quo*, seu naturæ. Probatur minor: prædestinatio, vtpotè imperans permissionem peccati, intelligitur pro priori ad illam; at reprobatio pro illo priori non intelligitur, si non est causa illius: ergo non stat simultas *in quo* per rationem inter reprobationem, & prædestinationem cum causalitate prædestinationis respectu permissionis culpæ originalis, & negatione talis causalitatis in reprobatione. 118 *Instabis.*

Respondeo, concessa maiori, negando minore: Ad eius probationem, concessa maiori; & minori, nego consequentiam *Resp.*

tiam: committitur enim falacia à negatione simultatis *à quo*, ad negationem simultatis *in quo* per rationem; sicut ista cōsequentia non valet: *Pater est prior origine filio, & tali prioritate Spiritus Sanctus non gaudet: ergo Pater, & Filius non sunt simul simultate instantis* in quo. In qua consequētia, antecedens est verum, & consequens est falsum: pariter ergo dicimus in nostro casu, consequentiam esse nullam, quia in illa ex negatione prioritatis *à quo* vnius, alteri convenientis, infertur non esse simul, simultate *in quo* per rationem.

119 *Ad vltimam probationē antecedētis resp.*

Ad vltimam, antecedentis probationem, nego antecedens: ad cuius primam probationem, nego consequentiam: ratio autem discriminis est, nam gloria electorum, est finis superexcedens illorum substantiam, vndè ex intentione talis finis imperari est maximè congruum; exclusio autem à regno non est finis perfectiuus substantiæ reproborum, vndè nullum argumentum, seu congruentiam habemus, vt asseramus Deum ex intentione illos excludendi à regno, reproborum substantiam produxisse. Ad secundam dicatur, conducere de facto ad exclusionem à gloria, quæ est finis reprobationis, quia tamen non conducit ad illam, vt ad finem sui per quem perficiatur, non habemus fundamentum vt asseramus, Deum illam produxisse ex intentione exclusionis à gloria.

§. Vltimus.

Infertur ex dictis, quid de causa reprobationis, & quid de illius effectibus sit dicendum.

120 *Primum corollarium reprob.*

EX dictis in discursu disputationis colligo primo, peccatum originale in illis, quibus non fuit dimissum esse causam primi, & vltimi effectus reprobationis per influxum demeritorium formaliter. Probatur: in illis, quibus non remittitur culpa originalis primus effectus reprobationis est derelictio in illo, & vltimus est æterna damnatio, sivè per pœnam damni, vt in parbulis, sivè per pœnā damni, & sensus, vt contingit in adultis non Baptizatis; at peccatum originale est causa demeritoria derelictionis ipso, & æterne demnationis; cum Deus in pœnam illius gratiam deneget, qua remitteretur, & in æternum puniat pro illo: ergo in illis, quibus non fuit dimissum peccatum originale est causa demeritoria formaliter influxus in primum, & vltimum effectum reprobationis ipsorum.

121 Colligo secundo, in illis, quibus fuit remissum peccatum originale esse causam primi & vltimi effectus per influxum virtualem, non tamen quia influat in tales effectus demeritorie ratione sui formaliter. Primum probatur: peccatum originale fuit causa demeritorie influens in voluntatem efficacem exclusionis à regno, ex qua voluntate proveniunt primus, & vltimus, & omnes alij reprobationis effectus: ergo etiam si per remissionem destruatur culpa originalis influit tamen virtualiter in prædictos reprobationis effectus. Patet consequentia: ad influxum enim virtualē non requiritur existentia rei influentis in se ipsa, sed sufficit existentia in aliquo effectu, vt constat in generante grave, quod causat virtualiter motum deorsum, etiam si in tempore, quo grave movetur, non existat formaliter, quia virtualiter existit media gravitate à se ipso causata, & in homine post seminis decisionem mortuo, qui licet non existat in se est causa generationis, & geniti, eo quod existit in semine à se decisso: ergo etiam si per remissionem tollatur peccatum originis, nec existat in se ipso formaliter, quia tamen perseverat decretum efficax exclusionis à gloria, quod fuit eius effectus, & tale decretum est causa primi, & vltimi effectus reprobationis, huiusmodi effectus erunt à peccato originali dimisso, per influxum virtualem sicut motivum liberale influit virtualiter in exteriorem gloriæ collationem, etiam si formaliter fiat ex motivo iustitiæ, quia motivum liberale fuit causa intentionis efficacis dandi gloriam, ex qua exterior exhibitio gloriæ procedit.

Secundi corollarium. Prima pars probatur.

122 *Cuiusdā Recentioris sententia impugnatur.*

Ex quibus obiter colliges falsam esse cuiusdam Recentioris sententiam asserentis, decretum efficax negandi hominibus gloriam, post factam remissionem peccati originalis non perseverare, vt effectum illius, sed ex alio motivo, fallitur tamen nam mutato motivo mutaretur decretū: ergo vel fateri deberet primum decretum non perseverare, vel ex eodem procedere motivo. Patet antecedens: decretum illud innitens peccato originali, vt motivo, est actus iustitiæ punitivæ, & ablato prædicto motivo, actus iustitiæ non est sed actus alterius virtutis; at actus diversarum virtutum distinguuntur in Deo virtualiter: ergo si decretum prius habens pro motivo peccatum originale, pro alio posteriori hoc motivum non habet, idem decretum non perseverat.

123 *Secunda pars corollarij probatur.*

Secunda pars corollarij probatur: peccatum per Baptismum remissum non potest pœna æterna puniri, nec aliquo alio infallibiliter cum æterna damnatione connexo, aliàs in renatis aliquid damnationis ma-

Digitized by Google

maneret, quod est contra fidem: ergo pœna æterna, quæ est vltimus reprobationis effectus, & permissio prima peccati numquam remittendi, quæ vt connexa infallibiliter cum æterna damnatione, est primus effectus reprobationis, nequeunt esse pœnæ peccati originalis remissi; & consequenter in illis, quibus fuit remissam, nequit influere ratione sui demeritoriæ formaliter in prædictos effectus.

124 *Oppones.* Oppones, voluntas primæ permissionis peccati numquam remittendi, quæ est primus reprobationis effectus, est actus iniustitiæ formaliter; at non habet pro motivo culpam personalem permissam: ergo habet pro motivo peccatum originale; & consequenter prima illa permissio est pœna formaliter peccati originalis dimissi. Hæc secunda consequentia exinde colligitur: nam exterior actus, & actus interior immediatè imperans debent esse ex eodem motivo formaliter: ergo si voluntas immediatè imperans primam permissionem habet pro motivo peccatum originale, etiam prima permissio ex eodem motivo procedere debet. Maior autem probatur: actus immediatè imperans, & actus imperatus pertinent ad eandem virtutem; & consequenter ex eodem motivo procedunt; atqui voluntas primæ permissionis immediatè imperatur à voluntate efficaci exclusionis à gloria: ergo habent idem motivum, & pertinent ad eandem virtutem; & consequenter, si voluntas efficax exclusionis a gloria est actus iustitiæ habens pro motivo culpam originalem, voluntas etiam primæ permissionis, quæ est primus reprobationis effectus, actus erit iustitiæ, ex eodem motivo præcedens.

125 *Cõfirm. 1* Explicatur, & confirmatur amplius; quia electio efficax hominum ad gloriam est actus liberalitatis, & misericordiæ, prima electio ex tali intentione procedens, scilicèt electio ad gloriam, & prima etiam exequutio, scilicèt gratiæ collatio, sunt actus liberalitatis, & misericordiæ, non autem iustitiæ: ergo si voluntas efficax exclusionis à gloria, quæ intentio est reprobativa, est actus iustitiæ punitivæ, prima etiam electio ex tali intentione procedens, scilicèt voluntas primæ permissionis peccati numquam remittendi, & prima etiam exequutio, scilicèt prima talis peccati permissio erunt actus iustitiæ punitivæ, eodem motivo, quo prima intentio gaudentes.

126 *Cõfirm. 2* Explicatur, & vrgetur secundo: esto enim possit inadæquata exequutio intentionis liberalis, esse actus iustitiæ, vt constat in collatione gloriæ, quæ est actus iustitiæ, quamvis electio ad illam intentivè liberalis sit, adæquata vero exequutio intentionis gratuitæ ex iustitia esse non potest; vnde quia electio ad gloriam est liberalis, prima gratiæ collatio liberalis est: ergo pariter, etsi inadæquata exequutio intentionis motæ ex originali peccato possit illud pro motivo non respicere, adæquata vero tale motivum fugere non poterit; & consequenter, saltim prima peccati permissio erit pœna formaliter peccati originalis, supposito, quod intentio prima sit pœna illius.

127 *Respõ.* Respondeo posse obiectionem procedere, vel de voluntate primæ permissionis, seu negationis gratiæ spectante ad ordinem intentionis, vel de voluntate exequutiva: si de prima tranieat, quod sit pœna peccati originalis formaliter, & quod sit actus iniustitiæ; de secunda autem nego esse actum iustitiæ formaliter; vt autem obiectio intentum convinceret necessarium erat, quod secunda voluntas esset actus iustitiæ formaliter, hæc nanque est, quæ immediatè imperat exequutionem primæ permissionis, & primæ negationis gratiæ ad quam sequitur peccatum numquam remittendum.

128 *Replicabis.* Sed dices, voluntas exequens permissionis peccati, immediatè imperatur à voluntate intentiva eiusdem permissionis; at actus interior, & exterior immediatè imperans sunt eiusdem virtutis formaliter, & eodem gaudent motivo: ergo si voluntas intentiva primæ permissionis peccati est actus iustitiæ formaliter habens pro motivo culpam originalem, voluntas etiam exequens eiusdem permissionis erit actus iustitiæ formaliter, & pro motivo habebit peccatum originale.

129 *Respõ.* Respondeo distinguendo minorem; actus purè exterior imperatus, concedo minorem; actus non purè exterior, nego minorem, & consequentiam; ratio autem discriminis est, quia cum actus purè exterior ratione sui motivo non gaudeat, sicut nec libertate, sed solum ratione interioris imperantis; hinc fit, quod debeat semper eodem motivo, & eadem specie virtutis gaudere formaliter; actus autem non purè exterior, sed qui interior est, & exterior appellatur, quia ab alio imperatur interiori, cum ratione sui gaudeat libertate, habet proprium motivum; vndè potest non habere formaliter pro motivo, motivum actus imperantis, quãdo talis actus motivum respicit, non vt motivum futuræ exequutionis, sed solius intentionis, & quia voluntas intentiva primæ permissionis, non respicit illam, vt exequendam in pœnam peccati originalis,

sed solum respicit illam; vt pœnam talis peccati, prout est obiectum intentatum, & vt spectat ad ordinem intentionis; hinc fit, quod voluntas exequens talis permissionis non debeat illam respicere, vt pœnam peccati originalis.

130 *Instabis.* Instabis; etiam si actus interior imperatus habeat proprium motivum, non tamen potest à motivo imperantis præscindere: sicut actus virtutum infusarum, etsi propriis gaudeant motivis, si tamen à Charitate imperentur, non possunt à motivo Charitatis præscindere; & ratio est, nam eo ipso, quod ab alio actu interiori imperentur, illi subordinantur, & ex tali subordinatione finem imperantis respiciunt: ergo voluntas exequens primę permissionis immediatè imperata à voluntate intentiva eiusdem, non potest præscindere à motivo voluntatis intentivæ; & consequenter si hæc habet pro motivo culpam originalem, & permissionem respicit, vt pœnam illius, voluntas etiam exequens permissionem respicit, vt peccati originalis pœnam.

131 *Resp. instando argumentū.* Respondeo, istam replicam, si quid probat, convincere non solum de actu immediatè imperato, sed etiam de omni, etiam si mediatè imperetur, debere specie actus imperantis, & motivo eiusdem gaudere formalitèr; cum etiam illi, qui mediatè imperantur, imperanti subordinentur: vndè infertur manifestè in temporali gloriæ collatione, & decreto exequutivo illius, quod mediatè ab electione gratuita prædestinatorum ad gloriam, procedit; & tamen non est actus liberalitatis formalitèr, sed iustitiæ formalitèr, & liberalitatis solum virtualitèr, & in radicè.

In forma resp. Respondeo ergo ad argumentum distinguendo antecedens: non potest à motivo imperantis præscindere; vt inspecto virtualitèr, hoc est, vt motivo suæ causæ, concedo antecedens: vt inspecto formalitèr, hoc est, vt motivo sui, subdistinguo antecedens: quando actus imperans tale motivum respicit, vt motivum futuræ exequutionis, concedo antecedens: quādo solum, vt motivum intentionis, nego antecedens, & consequentiam: quia in præsenti culpa originalis non inspicitur ab electione permissionis vt motivum illius, quatenus exequendę, sed solum vt motivum eius, prout intendendæ.

132 *Ad 1. confirm.* Et ex his ad primam confirmationem, distinguo antecedens: ly *quia* dicente cōsequentiam formalem à priori, nego antecedens: materialem, quæ ibi tenet ratione materiæ, quia scilicet inter primum decretum intentivum gloriæ, & electivum, & exequutivum primæ gratiæ, nequeunt merita mediare, concedo antecedens, & nego consequentiam; quia in nostro casu inter decretum intentivum exclusionis à gloria, & decretum exequutivum primæ permissionis, mediat decretum remissivum culpæ originalis, & destructivum existentiæ illius, atque adeò, etsi fuerit motivum intentionis exclusionis à gloria, quia pro priori talis intentionis remissivum non erat, nequit esse motivum decreti exequutivi permissionis peccati, ante quod remissum peccatum originale supponitur. Ex quibus ad secundam confirmationem concesso antecedenti, nego consequētiam ob rationem proximè tractam. *Ad 2.*

133 *Tertium corollarium. Prob. 1.* Colligo tertio, substantiam reprobi non esse effectum suæ reprobationis. Probatur primo: nam permissio peccati originalis, quę posterior est productione substantiæ, effectus reprobationis non est; ergo nec substantia ipsa.

Secundo. Secundo à priori: nam exclusio à gloria finis non est substantiæ reproborum, nec per illum perficiuntur, sed illorum maximum malum; præter malum culpæ, in prædicta exclusione consistit: ergo nullum est fundamentum, vt asseramus Deum ex intentione excludendi reprobos à gloria illos produxisse; & consequenter, nec vt dicamus esse substantiam reproborum effectum suæ reprobationis, ad quod necessarium est, quod ex efficaci intentione exclusionis à gloria fuerit producta.

134 *Quartum corollarium.* Quarto colligitur, permissionem omnis peccati personalis numquam remittendi per gratiam, esse reprobationis effectum; secus autem peccata pro formali, nec permissiones illorum peccatorū, quæ per gratiam remittuntur.

Prob. 1. prima pars. Prima pars huius corollarij probatur primo ex D. Thom. *suprà artic. 3.* asserente, quod sicut prædestinatio includit voluntatem conferendi gratiam, & gloriam, ita reprobatio includit voluntatem permittendi culpam, & inferendi damnationis pœnam; vbi D. Thom. loquitur de reprobatione, prout est providentia specialis vidimus *in hac disput. §.* , ergo permissio alicuius peccati effectus reprobationis est, cumque permissio peccati per gratiam remittendi effectus reprobationis non sit, vt videbimus: sit permissiones peccatorum, quæ numquam sunt remittenda effectus esse reprobationis, teneamur fateri.

Secund. Secundo probatur: nam permissiones istæ conducunt ad finem reprobationis, quatenus est providentia specialis, scilicet exclusionem reproborum à gloria,

&

& ostensionem iustitiæ punitivæ, & aliàs ex intentione talis finis procedunt; cum illum supponant, vt constat ex dictis: ergo habent quidquid requiritur; & consequenter sunt reprobationis effectus.

135 *Secunda pars probatur.* Secunda pars corollarij probatur: quod enim non causatur à Deo, effectus reprobationis esse non potest; at licèt peccata numquam remittenda sint effectus Dei pro materiali, à Deo non causantur pro formali malitiæ: ergo etiam si ad reprobationis finem conducant, vt materia punienda, effectus tamen reprobationis pro formali malitiæ non sunt. Pro materiali autem effectus reprobationis esse, opposita ratione convincitur: nam prout sic causantur à Deo, & aliàs ad reprobationis finem conducunt, & intentionem à gloria exclusivam supponunt: ergo prout sic sunt reprobationis effectus.

136 *Tertia pars probatur.* Denique tertia pars exinde colligitur: nam omne, quod est reprobationis effectus, debet de facto ad reprobationis finem, quæ est æterna damnatio conducere; at permissiones peccatorum, quæ aliquando remittuntur, ad æternam damnationem non excludent de facto: ergo reprobationis effectus non sunt. Patet minor: permissio peccati non conducit ad finem reprobationis, nisi peccatum ipsum conducat; at peccatum aliquando remissum non conducit ad damnationem æternam; cum peccata semel dimissa per subsequentem culpam, non reviviscant, vt communiter docetur à Theologis cum D. Thom. 3. p. *quæst.* 88. *art.* 1. Quo circa, vt docet idem D. Thom. *in* 4. *dist.* 22. *quæst.* 1. *art.* 4. peccata semel dimissa in iudicium non adducuntur: ergo nec permissiones talium peccatorum ad æternam damnationem conducunt de facto.

137 *Contra 1. p. corollarij opponens.* Sed adversus primam partem obijcies: omnis effectus reprobationis debet esse pœna; at prima permissio peccati numquam remittendi pœna esse non potest; cum nequeat esse pœna præcedentis peccati, quod dimissum supponitur, nec subsequentis; cum ipsum præcedat: ergo nec potest esse reprobationis effectus. Probatur maior: omnis effectus voluntatis punitivæ debet esse pœna; at voluntas reprobativa est voluntas punitiva, cum vt diximus, sit pœna peccati originali, & actus iustitiæ vindicativæ Dei: ergo omnis effectus reprobationis debet esse pœna.

138 *Resp.* Respondeo negando maiorem. Ad cuius probationem, distinguo maiorem: omnis effectus voluntatis punitivæ exequtivæ debet esse pœna, concedo maiorem: voluntatis punitivæ intentivæ, nego maiorem: & sub eadem distinctione minoris, nego consequentiam: nam permissio non est effectus voluntatis exclusivæ à gloria, tamquam voluntatis exequentis, sed tamquam voluntatis intendentis, non autem requiritur, quod omnis effectus voluntatis intentivæ, quæ est pœna, sit etiam pœna, sed solum ille effectus, ad quem intentio vt pœnam terminatur, sicut nec omnis effectus voluntatis liberalis, liberalitèr debet concedi, sed ille solum, quem intendens vult liberalitèr gratis cõferre: vndè exclusio à gloria, quam Deus intendit, quod sit pœna futuri peccati, pœna est in exequtione, secus autem prima peccati permissio, quam Deus non vult esse pœnam.

139 *Instabis.* Sed dices, quia exclusio à gloria est obiectum intentionis, quæ est pœna, est volita à Deo, vt tanquam pœna in exequtione infligenda; at etiam permissio peccati numquam remittendi est obiectum voluntatis electivæ, quæ est pœna peccati originalis, vt *superius* admisimus: ergo est volita à Deo, tanquam in futurum, vt pœna exequenda.

Resp. Respondeo negando causalem maioris: ex hoc enim, quod exclusio à gloria sit obiectum intentionis, quæ est pœna peccati originalis, solum habetur, quod sit pœna eiusdem peccati, quatenus est obiectum ad intentionis ordinem spectans, non autem, quod sit volita, vt exequtioni mandanda vt pœna, sed hoc aliunde constat; quia scilicèt de facto in tempore exequtioni datur, vt pœna peccatorum personalium. Vndè cum hæc ratio de prima permissione non militet; sed potius opposita; fit, quod licèt prima permissio, vt est obiectum voluntatis electivæ, sit pœna culpæ originalis, prout tamen est obiectum voluntatis exequentis, pœna non sit, nec exequtioni detur vt pœna.

140 *Contra 2. p. obijcies.* Deinde adversus secundam partem obijcies: omne, quod vt medium ad finem intentum conducit, est effectus talis intentionis, si illam supponat; at peccata numquam remittenda conducunt pro formali malitiæ ad reprobationis finem, vt media, & intentionem talis finis supponunt: ergo sunt effectus reprobationis. Probatur minor: ideò merita sunt media ad consequutionem gloriæ, quia in illam influunt meritoriè; at peccata pro formali malitiæ influunt in finem reprobationis efficienter demeritoriè: ergo sunt media, & vt talia ad illum conducunt.

141 *Cõfirm. 1.* Confirmatur primò: finis reprobationis est exclusio à gloria, quatenus pœna,

pœna, saltim specificativè; at ad istum finem peccatum ratione sui conducit, vt vtile ad illum: ergo conducit vt medium. Probatur minor: ideò meritum est vtile ad præmium, quia illud causat efficienter moraliter; sed demeritum causat pœnam efficienter moraliter: ergo est vtile ad illam; & consequenter medium.

Cõfirm. 2 Confirmatur secundo: permissio constituitur vtilis ad pœnam ratione peccati formaliter sumpti: ergo peccatum ipsum est vtile, & consequenter medium. Probatur antecedens: permissio ad pœnam conducit vt materia; at non vt materia ratione sui, cum vt sic non cadat super illam punitio: ergo vt materia mediata; & consequenter ratione peccati, quod est materia immediata, fit vtilis ad pœnam, quæ est reprobationis finis.

142 *Resp.* Respondeo ad istam obiectionem concessa maiori, negando minorem: ad illius probationem, distinguo maiorem: quia influunt, & cum capacitate ad appetibilitatem ratione gloriæ, vt finis, concedo maiorem: sine tali capacitate, nego maiorem; & sub eadem distinctione minoris, nego consequentiam: demerita namque, etsi influant demeritoriè in pœnam, non sunt capacia, vt appetantur sumpta pro formali ratione pœnæ à Deo illam intendente; & ideo rationem medij respectu illius non sortiuntur, de cuius conceptu est, vt respectivè ad finem, ab intendente illum sit appetibile, vel ratione finis appetibile constituatur.

143 *Ad confirm.* Ex quibus, ad primam confirmationem, constat solutio. Ad secundam, nego antecedens: ad cuius probationem, nego maiorem: non enim conducit, vt materia punienda, sed vt requisitum ad existentiam materiæ, & vt præambula ad illam, quod habet ratione sui. Pro cuius pleniori intelligentia recolitè, quæ diximus *supra disp.* 64. tractantes, an permissio peccati sit effectus prædestinationis?

144 *Contra 3. p. oppones 1.* Denique adversus vltimam partem oppones primo, vt aliquid sit reprobationis effectus sufficit conducentia ad finem reprobationis mediata, & ratione alterius; at peccata semel dimissa, etsi ratione sui non conducant ad pœnam æternam, possunt ratione alterius ad æternam damnationem conducere; tùm, quia vt inquit D. Thom. 3. p. quæst. 88. art. 2. *Redeunt per subsequentem culpam ratione ingratitudinis.* Tùm etiam, quia in memoriam redacta possunt esse in inferno causa maioris doloris, sicut opera bona facta à prædestinato in hac vita, sunt causa gaudij accidentalis, & in vita præsenti peccata præterita iam dimissa possunt esse incitativa ad noviter delinquendum in eadem materia: ergo permissiones talium peccatorum istis modis ad reprobationis finem conducunt; & consequenter sunt reprobationis effectus. Maior probatur: nam id sufficit, vt aliquid sit effectus prædestinationis, vt constat, tùm in vocationibus in efficacibus, quæ non nisi ratione gratiæ efficacis, & vt coniunctę cum illa, ad finem prædestinationis conducunt. Tùm etiam, in actibus bonis ordinis naturę, quos esse effectus prędestinationis diximus *supra disp.* 65. quia in alia vita sunt causa gaudij accidentalis: ergo pariter id ipsum sufficiet, vt aliquid sit reprobationis effectus.

145 *Resp.* Respondeo, negando maiorem. Ad cuius probationem, nego consequentiam: quia licèt permissiones peccatorum, quæ semel remittuntur, modum illum conducentiæ habeant ratione abusus, & malitię hominum, hoc tamen fine non procedunt à Deo; vocationes autem in efficaces, & alia quæ quovis modo ad finem prædestinationis conducunt, hoc habent ex vi intentionis divinæ, & prout ab illa procedunt, cuius discriminis ratio desumitur ex maiori propẽsione divina ad benefaciendum hominibus, quam ad illos puniendum, ex quo nascitur, vt quidquid ad finem hominibus proficuum est, ex talis conducentiæ intentione à Deo præparetur, ex intentione autem finis reprobationis, solum id quod per se conducit ad illum.

146 *Arg. 2.* Oppones secundo, casu in quo homini remittatur in Sacramento Pœnitentiæ peccatum quoad culpam, non verò quoad pœnam temporalem, & ante pœnam salutem in peccatum reincidat, & moriatur, peccatum iam remissum conducit cum effectu ad finem reprobationis: ergo permissio illius peccati erit reprobationis effectus. Probatur antecedens: finis reprobationis est pœna in inferno infligenda; at peccatum illud in inferno punitur, cum in hac vita pœna illi debita non sit soluta, nec in Purgatorio, vbi non purgantur nisi, qui in gratia decedunt: ergo in inferno punitur; & consequenter conducit ad pœnam inferni, quę est reprobationis finis.

Resp. Ad hoc argumentum benè respondet Noster Sancto Thoma *disput.* 10. *artic.* 3. *numer.* 21. finem reprobationis, prout est providentia specialis, esse pœnam æternam; peccatum autem illud remissum quoad culpam, & non quoad temporalem pœnam, punitur, tali casu, in inferno per accidens; sed non in æternum, vt docet Divus Thom. *in quarto distinctione 22. articulo primo ad quinto*, & ideò permissio illius

Digitized by Google

illius effectus reprobationis non est.

147 Sed oppones primo, esto peccato veniali per se solum debeatur temporalis
Repl. 1. pœna, quando tamen in hac vita non solvitur, nec in Purgatorio, in Inferno per accidens pœna æterna punitur: ergo pariter, quamvis peccato dimisso per gratiam non sit debita per se pœna æterna, quando tamen huiusmodi pœna in hac vita, nec in Purgatorio solvitur, punietur per accidens in Inferno in æternum.

Secundo. Secundo, nam si pœna illius peccati in Inferno finiretur, iam fieret aliqua remissio in Inferno: & consequenter falsum est, quod dicitur: *Quia in Inferno nulla est redemptio.* Patet sequela: fieret namque illius pœnæ remissio.

148 Respondeo ad primam ex his obiectionibus, negando consequentiam: *Quia veniale, ideo in inferno æternaliter punitur, quia semper manet, cum non sit ibi aliquid, quod culpam delere possit, sed pœna ex hoc ipso, quod solutione expiatur*: verba sunt D. Thom. loco citato. Ad secundam, nego sequelam, quia vt ibi docet D. Tho. pœna, quæ solvitur, nec remittitur, nec redimitur. Et hæc de ista disput. applicanda litteræ Magistri *in* 1. *distinct.* 41. §. 1. ad illa verba: *Nec propter futura merita, quæ præviderit, vel illum elegit, vel illum reprobavit.*

Ad 1. replicam resp.

Ad 2.

DISPVTATIO SEPTVAGESIMA.

An Deus det omnibus Reprobis auxilia sufficientia ad salutem?

§. I.

Præmittuntur, quæ apud omnes sunt certa?

Nu. 1. Status difficultatis aperitur.

AVXILIA Sufficientia ad salutem vocantur ea, quibus homo potens constituitur potentia antecedēti, ad salutem consequendam, sicut efficacia ea sunt, quibus de facto adipiscitur illam. Et quidem, auxilia efficacia ad salutem consequendam, reprobis à Deo negari æquè certum est, ac illam de facto non consequi: licèt enim pluribus reprobis concedantur à Deo efficacia auxilia ad benè operandum, secus autem ad infallibiliter consequendam gloriam: cum illis negetur donum perseverantiæ actualis vsque in finem, quod necessarium est ad actualiter consequendam Beatitudinem. Solum ergo est difficultas de auxilijs, seu medijs sufficientibus, an aliquibus reprobis negentur à Deo; & consequenter negatio illorum sit effectus suæ reprobatio-

1 *Primum præsuppositum.*

nis; an verò omnibus reprobis dentur huiusmodi auxilia?

Qua in re, vt certa ab incertis separemus, & ad difficultatis punctum veniamus, quæ fere sine controversia admittuntur à Theologis breviter sunt præmittenda. Primum est, omnibus reprobis, tàm parvulis, quàm adultis, Deum providisse remedia sufficientia ad salutem, saltim in causa sufficiente, & remota, & quantum est ex parte medij, in quo re ipsa nemo potest dissentire, & ostēditur primo: Deus namque generaliter, *vult omnes homines saluos fieri, 1. ad Timotheum 2.* sub qua voluntate non solum adultos, sed etiam parvulos cōprehendi, tenet communis Theologorum sententia, & inferius constabit; at huiusmodi voluntas salvari nequit in Deo, nisi ad minus hoc modo, tàm parvulis quàm adultis Deus remedia ad salutem sufficientia providerit: ergo concedenda est huiusmodi providentia.

Probat.

3 Secundo probatur: Christus namque pro omnibus mortuus est, & vt omnes re-

Secundo probat.

Digitized by Google

redimeret, suaque merita pro omnibus hominibus obtulit, vt constat ex illis verbis Pauli 1. ad Timothæum 2. *Vnus enim Deum, vnus & mediator Dei, & hominum homo Christus Iesus, qui dedit Redemptionem semetipsum pro omnibus nobis.* Et 1. Ioannis 2. *Ipse est propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris autem tantum, sed etiam totius mundi.* Et ad Rom. 5. *Sicut per vnius delictum in omnes homines in condemnationem, sic & per vnius iustitiam in omnes homines in iustificationem vitæ.* At passio Christi oblata pro omnibus, causa est sufficiens salvationis omnium, quantum est de se, continens omnia media necessaria ad salutem illorum: ergo Deus dat omnibus reprobis media omnia sufficientia ad salutem, saltim in causa remota, & mediata.

Tertio. Tertio: nam Baptismus pro omnibus est institutus pro culpa originali, & actualibus ante illum commissis delendis, & similiter Sacramentum Pœnitentiæ pro remissione peccatorum omnium post Baptismum commissorum ab homine; at hæc sunt media quantum est de se sufficientia: ergo providet Deus omnibus hominibus remedia suficientia salutis, quantum est ex vi remedij.

Quarto: Denique: nam si hæc providentia negetur, nulla erit differentia inter aliquos homines in statu viæ, & damnatos qui iam sunt extra illam; hoc non est dicendum: ergo nec quod Deus non det omnibus hominibus hoc modo auxilia sufficientia ad salutem.

4 *Secundũ præsuppositum. Prob. 1.* Secundo apud omnes est certum, & indubia fide tenendum: quotiescumque adultos obligat inexcusabiliter aliquod supernaturale præceptum, dari illis à Deo supernaturale sufficiens auxilium. Quod patet primo ex Tridentino *Sessione 6. cap. 11.* illis verbis: *Nemo temerarius illa, & à Patribus sub anathemate prohibita voce vti, Dei præcepta homini iustificato ad obseruandum esse impossibilia, nam Deus impossibilia non iubet, sed iubendo monet, & facere quod possis, & petere quod non potest, & adiuvat, vt possis*: quando ergo adultum obligat inexcusabiliter præceptum aliquod supernaturale, Deus confert ei auxilium supernaturale sufficiens; aliàs Deus impossibilia iuberet, quod est contra fidem.

Secundo. Secundo: nemo enim peccat in eo, quod vitare non potest; at si Deus homini non conferat auxilium supernaturale sufficiens instanti supernaturali præcepto Fidei, Charitatis, & pœnitentiæ homo est impotens illud implere: ergo non peccaret in non adimplendo; & consequenter non stant hæc duo, & quod homo inexcusabiliter ligetur supernaturali præcepto, & quod ei negetur à Deo auxilium supernaturale sufficiens.

5 *Tertium præsuppositum. Prob.* Tertio exploratum est apud Theologos, non negari à Deo omnibus reprobis auxilia sufficientia ad salutem, nec singulis momentis auxilia sufficientia conferri. Primum patet, quia non omnes reprobi inexcusabiliter sunt obligati ad supernaturalem legem implendam; aliàs nullus reprobus in illius transgressione peccaret; at inexcusabilis obligatio supernaturalis præcepti, supernaturali auxilium sufficiens conceptum supponit, vt diximus: ergo non omnibus reprobis negantur à Deo auxilia sufficientia ad salutem. Secundum patet primo: collatio enim auxilij sufficientis pro omni momento ad supernaturalem providentiam, quam Deus habet de reprobis, necessaria non est; imò nec ad illam, quam habet de electis, sed sufficit pro certis, & determinatis occasionibus dari: ergo continua supernaturalis auxilij collatio asserenda non est. Secundo, quia experientia est compertum cor hominis supernaturaliter tangi non semper, & continue, nec supernaturali cogitatione illustrari: ergo supernaturale auxilium sufficiens non datur continuè, & pro omni momento.

6 *Quartum præsuppositum. Prob.* Denique omnes disputantes fatentur, quod si dare, idem sit, quod offerri in communi, Deus omnibus hominibus dat auxilia sufficientia, seu remedia ad salutem, quod esse de fide docet Magister Bañez, vbi *infra conclusione 6.* Et patet ex eo, quod primo, vt omninò certũ statuimus: offerre namque in communi remedia sufficientia ad salutem, est Deum instituere media, seu remedia omnibus ex se patentia; at Deus pro omnibus instituit Sacramenta in Ecclesia, & pro omnibus Christum misit, & illius merita decrevit, quæ sunt ex se sufficientia ad salutem omnium merendam: ergo omnibus hominibus offert media ex se sufficientia ad salutem. Quia tamen dare accipitur aliter, nempè prout correlativum est ad recipere; & remedia ista de facto hominibus prodesse nequeunt, nisi applicata, & in illis recepta, ingens controversia inter Theologos extat, an Deus det auxilia sufficientia ad salutem omnibus reprobis, ita vt recipiantur in illis, vel eis applicentur rei ipsa, vel saltim sint proximè applicabilia per liberam facultatem propriam in adultis, & alienam in parvulis.

***
***

§. II.

§. II.

Relatis sententijs statuitur prima conclusio.

7 *Prima sententia*

QVa in re tres reperio Theologorum sententias. Prima docet: omnibus, reprobis, tàm parvulis, quàm adultis, dari à Deo in sensu explicato auxilia, seu remedia sufficientia ad salutem. Hanc tenet Suarez *lib. de providentia circa reprobos, cap.* 1. 2. 3. & 4. Belarm. *lib.* 2. *de grat. & libero arbitrio, cap.* 5. Valentia 1. 2. *disp.* 8. *quæst.* 3. Lessius *de prædestinat. disput* 6. *sect.* 1. Et Arrubal *disp.* 90. & 91. Secunda. Secunda distinguit inter adultos, & parvulos & asserit illis, modo prædicto, auxilia sufficientia ad salutem conferri, secus autem illis. Hanc tenent Vazquez *disput.* 96. & 97. Alarcon *tract.* 4. *de prædestinat. disp.* 5. *cap.* 8. & 9.

Tertia. Tertia sententia docet non omnibus reprobis, etiam adultis, media sufficientia ad salutem conferri. Hanc tenet Bañez *in hac quæst. artic.* 3 *dub.* 3. Albelda *disp.* 67. *sect.* 3. Sanct. Thom. *disp.* 10. *art* 3. Nuño 3. *part. quæst.* 86. *art.* 1. *dub.* 2. Et Alvarez *disp.* 112. *de auxilijs, conclusione* 3. & *alij* ex antiquioribus, quos referunt Auctores citati.

8 *Prima conclusio.*

Prima conclusio: plures sunt parvuli, quibus Deus non dat remedia sufficientia ad salutem in sensu explicato, scilicèt, vt proximè applicabilia per alienam diligentiam: ita Auctores 2. & 3. sententiæ, & ostenditur 1. ex Augustino *lib. de dono perseverantiæ, cap.* 12. illis verbis: *Quid dicam, quod parvulus aliquando antequam illi per ministerium Baptizantis succurri possit expirat, plerumque enim festinantibus Parentibus, & paratis ministris, vt Baptismus parvulo detur, Deo tamen nolente, non datur, qui eum parvulum in hac vita non tenuit, vt daretur.* Idem docet *epist.* 105. & 107. *de gratia, & libero arbitrio, cap.* 22. *de natura, & gratia, cap.* 28. & alibi sæpè, at parvulo in casu ab August. expræsso, non potuit humana diligentia succurri, vt illi applicaretur Baptismus, qui respectu illius est vnicum medium ad salutem sufficiens: ergo aliquibus parvulis Deus non dat remedia sufficientia ad salutem, vt humana diligentia proximè applicabilia. Id ipsum docet Prosper carmine de ingratis *cap.* 30. & 31.

Prob. 1. ex D. Augustino.

9 *Secundo ex D. Th.*

Secundo probatur ex D. Thom. *in* 4. *distinct.* 6. *quæst.* 1. *artic.* 1. *quæstion.* 1. *ad* 1. illis verbis: *Dicendũ, quod non est ex defectu Diuinæ Misericordiæ, quod in maternis vteris existentibus remedium non exhibetur, sed quia non sunt capaces illius remedij, per quod secundum legem communem participes Passionis Christi efficiantur, à qua est remissio peccatorum, quia non possunt subduci operationibus Ministrorum Ecclesiæ per quos talia remedia ministrantur*: ergo ex mente D. Tho. Deus aliquos parvulos eripit ex hac vita in statu incapaci, vt illis applicetur Baptismus; at quod in tali casu ex hac vita non eripiantur humanæ diligentiæ non subiacet, nec quod in illo statu moriantur ex humana culpa procedit semper, scilicèt ex aliquo actu humana diligentia culpabili: ergo plures sunt parvuli, quibus non dat Deus remedia sufficientia ad salutem, vt humana diligentia proximè applicabilia.

10 *Tertio prob. ratione.*

Tertio suadetur, parvulo morienti in vtero non est Baptismus humana diligentia applicabilis; cum capax Baptismi non sit, nisi ex vtero natus, vt docent Scholastici cum Magistro *in* 4. *dist.* 6 & Theologi cum D. Thom. 3. *part. quæst.* 68. *artic.* 11. at quod puer moriatur in vtero, & si possit quandoque ex humana culpa, aut aliquo actu humana diligentia vitabili provenire; multoties tamen provenit ex sterilitate feminis, aut ex naturali matris, aut fœtus infirmitate, quę ab humana diligentia non depẽdent, nec ex aliquo actu vitabili proveniunt: ergo in his casibus non est provisus parvulis à Deo Baptismus, vt humana diligentia applicabilis. Id etiam in parvulo iam nato, de quo vbi *supra* Augustinus loquebatur, contingit, quando videlicèt, statim atque nascitur moritur, Patribus festinantibus, & paratis ministris, vt illi conferatur Baptismus: nam tunc casus, quod parvulus ille moriatur, humana diligentia non est evitabile, & quod humanitus præstari potuerat, totum à parentibus, & ministris fuit præstitum; & tamen Baptismus parvulo applicatus non fuit, Deo sic disponente, & volente: ergo non fuit à Deo provisus Baptismus, vt humana diligentia applicabilis.

§. III.

Argumentis in contrarium occurritur.

11 *Arg. 1.*

COntra istam conclusionem arguitur: Deus vult omnes homines salvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, iuxta Paulum 1. *ad Timotheum* 2. at ex vi huius voluntatis, etsi efficacia media ad salutem, omnibus non conferantur, benè tamen sufficientia: ergo ex vi illius præparat Deus parvulis remedia sufficientia ad salutem; & consequentèr, Baptismum, vt humana diligentia applicabilem, qui est vnicum remedium à Christo pro parvulis institutum. Respondet Vazquez *disp.* 96. *cap.*

Respõdet Vazq.

Digitized by Google

cap. 3. verba Pauli limitanda esse pro adultis, nec ad parvulos extendenda, quod probat: nam verba sub iuncta, & ad agnitionem veritatis venire, parvulis adaptari non possunt, sed solum adultis: ergo etiam illa verba vult omnes homines salvos fieri ad adultos sunt limitanda.

12 *Reijcitur 1.*

Sed non placet ista solutio. Tùm, quia Augustinus exceptionem istam non patitur *lib. 4. contra Iulianum, cap 8.* illis verbis: *Nunquid parvuli homines non sunt, vt ad eos non pertineat, quod dictum est, omnes homines?* Tùm etiam: nam quod subdit Apostolus, Christum esse Redemptorem omnium, ad parvulos etiam extenditur; aliàs Christus vniversalis hominum Redemptor non fuisset: ergo verba illa: *Vult omnes homines, salvos fieri,* ad parvulos extenduntur. Patet consequentia primo, quia voluntatem de omnium hominum salute m, Paulus probat verbis subsequẽtibus, vt D Thom. notavit, *ibi lectione prima,* scilicèt: *Vnus enim Deus, vnus, & mediator Dei, & hominum Christus Iesus, qui dedit semetipsum redemptionem pro omnibus.* Secundo: nam voluntas, qua Christus sua merita pro omnium hominum obtulit salute, fuit à Deo mota, & illi subordinata; at motio voluntatis Christi, vt pro salute omnium sua merita offerat, supponit in Deo voluntatem de omnium salute, vel illam virtualiter includit: ergo si redemptio Christi fuit vniversalis pro omnibus, volũtas etiam Dei de omnium salute, vniversalis erit, & parvulos comprehendet.

Secundo.

13 *Tertio.*

Tertio reijcitur: adultis enim, quatum cumque sceleratissimis, & renuentibus, Deus salutem desiderat: ergo à fortiori parvulis salutem desiderat, qui propria voluntate non renuunt. Quo argumento vsus est Augustinus loco citato adversus Iulianum, his verbis: *Te intollerabilior sequitur absurditas, istorum modo benevolentiorem facis Deum omnibus impijssimis, & scelerati∫simis hominibus, quam innocenti∫simis, & puri∫simis ab omni labe peccati; quandoquidem illos, quia vult salvos fieri, vult etiam intrare in regnum suum: immensum vero numerum parvulorum, qui sine Bapti∫mate moriuntur suo regno adijci non vult: sic fit, vt esse Christianos vellit omnes, quorum multi nollunt, non vellit omnes, quorum nemo est, qui nollit.*

14 *Quarto reijcitur.*

Denique reijcitur: nam sequitur ex hac solutione Deum erga istos parvulos eodem modo se gerere, ac circa Dœmones, & homines damnatos, quod videtur absurdum. Nec obstat, quod Vazquez opponit: nam verba subiuncta, *& ad agnitionem veritatis venire,* parvulos comprehendunt, sicut enim vt Deus voluntate antecedenti omnibus vellit salutem, necessarium non est, vt omnes salutem consequantur, ita vt omnibus parvulis agnitionem veritatis desideret, voluntate antecedenti, non est necessarium, vt omnes parvuli mediante Baptismo fidem recipiant.

15 *Secundo respondet alij.*

Aliorum solutio est: Deum salutem parvulorum voluisse ante prævisam Adami culpam, secundum primam naturæ institutionem in qua Adamo pro omnibus fuit originalis iustitia collata, per quam poterat salvari, non autem post prævisam culpam originalem; vndè non sequitur, quod originali culpa prævisa, Deus infantibus ominibus debeat conferre media sufficienria ad salutem. Sed nec placet illorum solutio; & reijcitur primo; quia communis Theologorum sententia verba Pauli accipit de hominibus lapsis.

Displicet 1.

Secundo.

Secundo: nam Paulus probat voluntatem Dei de salute omnium hominum ex eo, quod *pro omnibus est orandum, & quia vnus est omnium Redemptor;* at pro lapsis orandum est, & Christus pro illis redimendis fuit missus: ergo Deus omnibus hominibus, etiam lapsis, salutem desiderat.

Tertio.

Tertio: nam originali culpa prævisa, Deus voluit mittere Christum, vt omnes redimeret, & omnibus mereretur salutem; at voluntas mittendi Christum ex fine salutis, illius voluntatem includit, vel supponit: ergo etiam culpa prævisa Deus omnibus hominibus salutem desiderat.

16 *Tertia aliorum solutio.*

Tertio alij respondent, quod licet ex intentione efficaci finis sequatur volũtas mediorum, secus autẽ ex voluntate inefficaci, & simplicis complacentiæ, qualis est illa, quam Deus habet de omnium salute; vnde ex eo quod prædicta voluntas parvulos comprehendat, non sequitur illis contuliss̃e remedia sufficientia ad salutem. Sed contra primo: nam licet media efficacia ad finis assequutionem, solum inferantur ex intentione finis efficaci, media tamen sufficientia ex inefficaci finis intentione procedunt, vt constat in reprobis, quibus Deus dat media sufficientia ad salutem, etsi illam non intendat efficaciter, sed inefficaciter solum: ergo licet ex voluntate de parvulorum salute, non inferatur collatio mediorum efficacium ad illius assequutionem, colligitur tamen collatio sufficientium mediorum.

Contra 1

Contra secundo: nam si respectu parvulorum Deus non habet voluntatem illativam aliqualiter mediorum sufficientium, sed solum simplicem complacentiam, sequitur non aliter eis velle salutem, quam illam voluit Angelis post lapsum,

17 *Contra 2*

sum, imò & damnatis: consequens videtur absurdum: ergo voluntas, quam Deus habet de omnium salute, respectu parvulorum inter aliqualiter media sufficientia. Probatur sequela: supposito quod voluntas illa non sit illativa mediorum, solum explicari potest per hoc, quod salus parvulorum secundum se inspecta non displicet Deo; at etiam salus aeterna Angelorum post lapsum, & damnatorum, qui sunt in inferno, secundum se inspecta non displicet Deo: ergo supposito, quod voluntas salutis parvulorum nullatenus sit illativa mediorum sufficientium ad illam, sequitur non aliter Deum eis salutem voluisse, ac voluit Angelis salutem post lapsum, & damnatis post statum in termino.

18 *Contra 3.* Tertio, nam ex vi illius voluntatis habet Deus erga omnes parvulos providentiam supernaturalem generalem; at omnis providentia voluntatem consequentem aliquorum mediorum sufficientium supponit; cum in imperio practico consistat; & consequenter voluntatem efficacem erga aliqua media supponat, de quo *supra disp.* 62. ergo ex vi prædictæ voluntatis Deus confert omnibus parvulis aliquo modo remedia aliqua sufficientia ad salutem. *Contra 4.* Denique; nam vt cum frequentiori Thomistarum sententia docuimus *supra quæst.* 19. *disp.* 51. voluntas Dei ad mere possibile terminari non potest, sed necessario, illius obiectum debet esse aliqua ratione futurum, at gloria parvulorum non potest aliter futura ex vitalis voluntatis constitui, nisi per hoc, quod ex vi illius Deus aliqua remedia ad illam sufficientia, & inclinantia provideat, quod fusè explicuimus *Tractatu de voluntate Dei, disput.* 52. ergo ex vi voluntatis qua Deus parvulis salutem desiderat, providet eis aliqua ratione de medijs sufficientibus ad eius consecutionem.

19 *Vera argumenti solutio.* Mitsis igitur his solutionibus ad argumentum factum respondeo concessa maiori, distinguendo minorem: conferuntur auxilia sufficientia idest offeruntur, & pro omnibus absque vllius exceptione instituuntur, concedo minorem: conferuntur idest applicantur, ita vt recipiantur de facto huiusce modi remedia in omnibus, nego minorem, & consequentiam. Itaque ex vi illius voluntatis, necessarium non est, vt omnibus remedia sufficientia, eodem modo exhibeantur, quod contrarij Auctores negare non possunt; cum ipsi fateantur, aliquibus parvulis de facto applicatum fuisse Baptismum, alijs autem applicatum de facto non fuisse, sed solum fuisse relictum, vt applicabilem per humanam diligentiam: non ergo eodem modo omnibus exhibentur auxilia, seu remedia sufficientia ex vi illius voluntatis, sed diversimode. Nos autem diversitatem illam extendimus taliter, quod aliquibus de facto applicandus prævideatur Baptismus, illis scilicet, qui de facto labacro regenerationis abluuntur, alijs somum, vt proximè applicabilis, per humanam diligentiam, illis videlicet quibus parentum cura, vel aliorum diligentia fuit applicabilis, etsi illorum culpa applicatus de facto non fuerit, alijs denique nec vt applicatum, nec vt applicabilem, sed vt pro illis quantum ex parte Dei institutum, eisque oblatum, & per merita Christi, quoad sufficientiam pro meritum & istum prævidentiæ modum sufficienter concipimus, vt parvuli, quibus nec applicandus, nec proximè applicabilis fuit relictus, aliter civitæ providentiæ supernaturali subiaceant, ac se haberet homo in puris naturalibus conditus, atque ad illã comparantur damnati, quibus non solum non conferuntur ista remedia, seu nec offeruntur, nec pro eis instituuntur.

Sed dices: voluntas illa salutis omnium hominum est respectu omnium æqualis: ergo ex illa non potest diversimodè provideri Baptismus. Patet consequentia: ex vi namque intentionis æqualis finis, non potest oriti diversa electio mediorum, qua ratione *supra disp.* 65. argumentantur nostri Thomistæ, vt probent electionem efficacem ad gloriam præcedere debere prævisionem meritorum, & gratiæ: ergo si voluntas illa respectu omnium est æqualis, non potest ex illa diversimodè his, & alijs provideri Baptismus. 20 *Replic.* 1 *Secundo.* Secundo, ex vi illius voluntatis constituitur gloria parvulorum aliqua ratione futura, Deus namque purè possibilia non amat; at nisi media ex illa prouideantur, saltim vt proximè applicabilia, nulla ratione gloria ex vi illius potest constitui futura: ergo ex vi illius voluntatis provideatur Baptismus saltim vt proximè applicabilis. Probatur minor gloria Petri, v. c. non est ipsi possibilis nec futura, nisi per media, vt illi applicabilia vel applicanda: ergo illa media prouideantur, vt applicanda, vel applicabilia, nequit gloria in ratione futuræ constitui.

Respondeo, ad primam obiectionem, negando antecedens: nam esto illa voluntas communiter ad omnes; vt inefficax 21 *Ad 1. replicam resp.* comparetur, non tamen est æqualis respectu omnium, cum non omnibus æqualia media præparet, sed alijs maiora, & alijs minora ex vi illius voluntatis præparentur à Deo. *Ad 2.* Ad secundam dicatur, futuritionem incausarum determinatione consistere, cum autem ex vi illius voluntatis de-

determinata maneat divina voluntas, saltim ad instituenda remedia salutis pro omnibus: consequens sit, quod ex vi illius voluntatis aliqualiter constituatur futura remotissimè, scilicèt, quatenus magis futuritionem accedit, quam si nec ad applicanda nec ad instituenda remedia Dei voluntas esset determinata.

§. IV.

Explicatur in quo sensu non dentur omnibus auxilia sufficientia ad salutem.

22 *Secunda conclusio.* SEcunda conclusio: non dantur à Deo omnibus reprobis auxilia sufficientia ad salutem prout dare correlativum est ad recipere. Ita præter auctores pro tertia sententia relatos, tenet Abulensis in 4. *cap.* Exodi. *q.* 12. *& in secundum, cap. Deuteronomij, quæst.* 10. Adrianus *q.* 3. *de pœnitent: in argum. solutione.* Caiet. *in cap.* 12. *Ioann.* ad illa verba: *Propterea non poterant credere.* Referuntur etiam Henriquus *quodlib.* 8. *q.* 1. Michael de Medi. *lib.* 3. *de recta in Deum fide, cap.* 1. Ambrosius Catherinus *de reprob. lib.* 2. *prope finem.* Gregorius Ariminensis *in* 1. *dist.* 46. *quæst. vnic. post medium.* Maior in eodem 1. *distinct.* 1. *quæst.* 3. *&* 15. *& in* 2. *distinct.* 28. *quæst.* 1. *ad* 17. *obiectionem.* [illegible]ister Zumel *in præsenti, art.* 3. *q.* 4. *conclusione* 7. Etli oppositum postea docere videatur: illamque probabiliorem reputat Mag. Ledesma, *q. 8. vnic. de auxilijs, artic.* 16. *dicto* 4.

23 *Prob.* 1. *ex Tridentino.* Et ostenditur primo ex Trident. *sessione* 6. *cap.* 11. vbi ait: *Deus sua gratia semel iustificatos non deseruerit, nisi ab eis prius deseratur.* Quod etiam docuere Prosper ad obiectiones Vicentianas *obiect.* 7. *&* 16. *lib.* 2. *de vocatione gentium, cap.* 12. *in initio*, Cyprianus *lib. de ratione, dominica circa medium.* Bernardus *lib. de anima, cap.* 7. & Augustinus *lib. de nat. & grat. cap.* 26. *post medium*, illis verbis: *Cum ad perfectam sanitatem, hoc est ad perfectam vitam, iustitiamque perduxerit, non deserit, si non deseratur, vt pie semper, iusteque viuatur.* Quam desertionem, non de subtractione habitualis gratiæ, sed gratiæ actualis auxiliantis intelligendum esse docet Vazquez, vbi *supra disp.* 97. & plures ex contrarijs auctoribus; at non intelligitur de subtractione gratiæ auxiliantis efficacis, cum hæc absque hominis culpa multoties homini negetur à Deo: ergo ex mente Tridentini, & Patrum, licet Deus homini iustificato nunquam deneget auxilia sufficientia, non interveniente peccato, illo tamen præcedente, aliquando Deus hominibus denegat auxilia sufficientia ad salutem.

Respondebis, Concilium, & Patres loqui de subtractione, non gratiæ prævenientis dantis posse, sed de illa, vt simultaneè nobiscum concurrente, quam Deus, semel iustificatis non negat, nisi prius homo deserat per culpam Deum. Sed contra primo: nam prima permissio peccati consistit in subtractione gratiæ efficacis, seu actualis concursus concomittantis Dei; at hæc non est pœna peccati alicuius antecedentis, cum esse primum, modo supponamus, nec est pœna peccati, quod infertur ex illa, cum illo sit prior: ergo loquendo de desertione per subtractionem gratiæ efficacis, seu actualis, concursus concomitantis, non verificatur, non prius Deum deserere hominem, quam ab illo deseratur.

24 *Respõdebis.*

Contra 1

Contra secundo: non est prius hominem non operari, quam Deum subtrahere suũ simultaneum concursum: ergo non est prius hominem per culpam deserere Deũ, quam Deum deserere hominem per negationem gratiæ, vt simultaneè concurrentis. Probo antecedens: solum tunc negatio negationem causat, & præcedit, quando affirmatio causat, & præcedit affirmationem; at concursus hominis ad operandũ, non causat, nec præcedit concursum simultaneum Dei: tùm quia aliàs non esset concursus simultaneus, sed consequens; tùm etiam, quia ex oppositio fieret, vt concursus hominis non esset causatus à Deo: ergo negatio concursus hominis non præcedit negationem concursus simultanei Dei; & consequentèr non est prius hominem desserere Deum, quam ab illo desseri per negationem prævenientis gratiæ, vt simul cum homine concurrentis.

25 *Secundo.*

26 *2. prob. ex Augustino.* Secundo probatur ex Augustino de correctione, & gratia *cap.* 11. illis verbis: *Si hoc adiutorium, vel Angelo, vel homini, quam primum facti sunt defuisset, quoniam non talis natura facta erat, vt sine Diuino adiutorio posset manere, si vellet, non vtique sua culpa cecidissent, adiutoriam quippè defuisset, sine quo manere non possent; nunc autem, quibus deest tale adiutorium, iam pœna peccati est.* Vbi Augustinum loqui de adiutorio per gratiam sufficientem, fatetur Vazquez *disp.* 97. *cap.* 2. & convincit manifesta ratio, loquitur enim de adiutorio gratiæ, qua deficiente, non imputaretur homini; ad culpam defectus operationis, quod solum verum est de gratia sufficiente; aliàs homo nunquam peccaret, cum semper ac non operatur instante præcepto, ei auxilium efficax negetur à Deo: ergo sentit Augustinus auxilium sufficiens ad salutem aliquãdo homini denegari à Deo in pœnam præce-

cedentium peccatorum. Id ipsum apertè docuit Augustinus libro quarundam propositionum ex epist. ad Rom. propositione 62. illis verbis: *Non ergo hoc illi imputatur, scilicet Pharaoni, quod tunc non obtemperavit, quando quidem obdurato corde obtemperare non poterat, sed quia dignum repræbuit, cui cor obduraretur priori infidelitate;* at ex defectu potentiæ consequentis ratione carentiæ gratiæ efficacis: non desinit culpa imputari: ergo sensit Augustinus Pharaoni fuisse à Deo negatum auxilium ad obtemperandum sufficiens.

27 *Resp. 1.* Respondebis primo, Augustinum in priori testimonio loqui de adiutorio ad facile perseverandum, quod fuit concessum homini primo, & Angelo condito, & multoties negatur hominibus lapsis. *Secundo.* Secundo loqui de auxilio sufficiente, cuius negatio ad tempus, id est quod non detur continuo sed aliquando negetur, pœna est peccati originalis. *Tertio.* Tertio pœnam peccati esse, quod aliquibus peccatoribus auxilium sufficiens ad salutem propter amentiam negetur, non tamen, quod negetur homini rationis compoti.

28 *Prima solutio reijcitur.* Nulla tamen ex his interpretationibus mens Augustini potest congruere; non prima: nam defectus auxilij ad facile perseverandum, dummodo adsit tale, quo absolutè possit homo perseverare, non tollit quo minus non perseverare imputetur; at Augustinus loquitur de auxilio, ex cuius defectu non imputatur non perseverare: ergo non loquitur de auxilio ad facile perseverandum; sed ad posse simpliciter perseverare, & supernaturalem legem impleri.

Secunda solutio impugnatur. Nec secunda: nam quod singulis momentis gratia sufficiens non detur, pœna peccati non est, quandoquidem etiam si non peccaret, non semper auxilium sufficiens ad operandum reciperet, sed solum quando instaret occasio operandi; atqui Augustinus loquitur de negatione auxilij quæ est pœna peccati: ergo non loquitur de non assistentia continua, & singulis momentis, sed de negatione auxilij sufficientis aliquando perpetua.

Contra 3. facit. Denique tertia interpræcio reijcitur: sequitur namque ex illa, quod quando Augustinus, & Doctores communiter asserũt dari infidelitatem negativam per substractionem, seu negationem gratiæ sufficientis ad credendum, explicari possint de negatione gratiæ per amentiam, aut phrænesim secus respectu hominis rationis compotis; consequens non admittunt Auctores contrarij: ergo nec interpretationi dictæ debent acquiescere.

29 Tertio probatur conclusio ex D. Tho. 2. 2. quæst. 2. art. 5. ad 1 quod ita procedebat: *Nullus tenetur ad id, quod non est in eius potestate; sed credere aliquid explicitè non est in hominis potestate: ergo non tenentur omnes credere.* Cui argumento respondet D. Thom. *Ad primum dicendum, quod si in potestate hominis esse dicatur aliquid exclusso auxilio gratiæ, sic ac multa tenetur homo, ad quæ non potest sine gratia præparante, sicut ad diligendum Deum, & proximum, & similiter ad credendum articulos fidei, sed ad hoc potest cum auxilio gratiæ, quod quidem auxilium quibuscumque divinitus datur, misericorditer datur, quibus autem non datur, ex iustitia non datur in pœnam præcedentis peccati, & saltim originalis, vt Augustinus dicit;* at D. Thom. loquitur de gratia non efficaci, sed sufficienti, cum illa multoties negetur absque culpa suppolita: ergo sentit gratiam sufficientem ad amorem, & fidem, quæ necessaria est ad æternam salutem, denegari hominibus aliquando in pœnam precedentis peccati, saltim originalis. *Tertio probatur conclusio ex D. Thom.*

Quarto probatur: parvulis negat Deus remedia sufficientia ad salutem, vt vidimus *præcedenti conclusione*, & fatetur maior pars Theologorum: ergo etiam adultis Deus negat aliquando auxilia sufficientia ad salutem. Patet consequentia: tùm, quia, vt inquit Augustinus lib. 4. contra Iulianum cap. 8. *Deus non est benevolentior scelleratissimis, & impiissimis hominibus propria voluntate repugnantibus, quam innocentissimis parvulis, qui propria voluntate non repugnant saluti, & sola originali culpa sunt inquinati:* ergo si Deus parvulis aliquando in pœnam solius originalis culpæ negat remedia ad salutem sufficientia instituta pro illis, cur etiam non dicemus aliquando adultis negare auxilia quibus possint adipisci salutem in pœnam tantæ multitudinis peccatorum. Tùm etiam: nam Deus non solum adultis sed etiam parvulis æternam salutem desiderat, vt ex Augustino iam vidimus & hoc non obstante, aliquando illis negat auxilia sufficientia ad salutem: ergo licet Deus omnibus adultis æternam salutem desideret, aliquando eis negabit auxilia sufficientia ad eius assecutionem.

30 *Prob. 4.*

Respondebis primo, esse disparentationem inter parvulos, & adultos, desumptã ex eo quod parvuli sola pœna damni puniuntur, adulti autem pœna damni, & sensus, & ideò non mirum, quod illis media sufficientia negentur vtpotè mitiori pœna puniendis, secus autem istis. Secundo respondebis aliam assignando differentiæ rationem, quia scilicèt, medium quod parvulis negatur non est sufficiens, sed efficax nempè Baptismus, qui applicatus subiecto effi-

31 *Resp.* *Secundo.*

Digitized by Google

efficaciter culpam expellit, & gratiam in anima causat; cum autem Deus ex vi providentiæ generalis non teneatur ad efficacia media largienda: hinc fit quod possit parvulis Baptismum inapplicabilem relinquere, adultis autem non possit gratiam ad salutem sufficientem non dare. *Tertio.* Tertio respondebis, argumentum convincere Deum aliquando adultis auxilia sufficientia negare eos in amentiam ducendo, & in hoc paritatem servari cum parvulis; non tamen convincere, quod Deus adultis deneget auxilia sufficientia ad salutem, eos rationis compotes relinquendo.

32 *Prima solutio rejicitur 1.* Sed nulla ex his solutionibus vim elevat facti argumenti; & contra primam facit. Tùm, quod, sicut peccato originali pœna damni debetur, ita peccato personali pœna sensus est debita: ergo sicut Deus culpa originali prævisa, in illius pœnam, absque vila crudelitatis apparientia, negat parvulis remedia sufficientia ad salutem, ex fine illos puniendi pœna damni peccato originali debita, ita poterit absque nota crudelitatis, & absque insuavitate providentiæ, prævisa culpa personali, negare adultis auxilia sufficientia ad salutem, ex fine eos puniendi, pœna damni, & sensus debita personali peccato. *Secundo.* Tùm etiam: nam essentia damnationis æternæ in divinæ visionis carentia consistit, sicut essentia Beatitudinis in visione divinæ essentiæ in veriori sententia constituitur: ergo si non obstante, quod parvuli sint puniendi carentia visionis beatificæ, Deus eis negat sufficientia remedia salutis, pariter obstare non poterit adultos pœna damni, & sensus esse puniendos, vt eis Deus aliquando in pœnam culpæ originalis, neget auxilia sufficientia ad salutem; tunc enim, & si negatio auxilij sufficientis sit pœna culpæ originalis, at tamen pœna sensus non erit pœna illius, sed personalium, quas adultus contra legem naturalem committet.

33 *Secunda solutio impugnatur.* Deinde secunda solutio rejicitur: nam licet Baptismus applicatus subiecto, sit medium efficax ad remissionem culpæ, & habitualis gratiæ infusionem, ad salutem autem consequendam, non est medium efficax, sed sufficiens: ergo si illum Deus aliquando parvulis negat, negare etiam poterit adultis auxilia sufficientia ad salutem: quid enim ad rem nostram conducere potest, quod hæc ad nihil sint efficacia, Baptismus autem ad aliquid efficax sit, dummodo in inefficacia pro salute consequenda conveniant, vt Baptismus possit negari parvulis, secus vero adultis auxilia sufficientia salutis.

Tandem tertia solutio rejicitur: Deus namque non est minus Dominus gratiæ sufficientis, natura supposita rationis compote, quam iudicij naturalis rationis, supposita existentia naturæ in aliquo individuo: ergo si potest in pœnam præcedentium peccatorum homini in hac vita relicto, rationis naturalis iudicio privare, poterit etiam in eorumdem punitionem homini compoti iudicio naturalis rationis in hac vita relicto, gratiam sufficientem pro salute consequenda negare: Augetur, & explicatur difficultas: non magis demeretur peccatum, quod homo vsu rationis naturalis privetur, quàm quod ei negentur auxilia sufficientia ad salutem, nec magis hæc debentur homini rationis compoti, quam homini existenti debetur expeditio naturalis rationis, imò multo minus; at Deus potest hominem existentem privare expeditione naturalis rationis, & de facto hoc facit in pœnam præcedentium peccatorum: ergo poterit etiam hominem existentem, & rationis naturalis compotem, privare vsu supernaturalis rationis, & gratia sufficiente ad salutem, & aliquando de facto privabit in pœnam præcedentium peccatorum.

34 *Tertia solutio rejicitur.* *Confirmt*

Respondebis fortè: quod licet homini expedito vsu rationis naturalis pollenti non debeatur debito connaturalitatis gratia ad salutem sufficiens, debetur à Deo ratione obligationis suæ supernaturalis legis, qua ligat hominem compotem rationis, quia absque potentia non stat obligatio; & hæc in homine amente, aut in fano non tenet.

35 *Respondebis.*

Sed contra primo: nam vel hæc solutio intelligitur de obligatione, excusabili, vel de inexcusabili: si primum, falsum est expeditionem potentiæ requirere; potest enim homo excusabiliter obligari ad id, quod non potest efficere: Si secundum, per æquè ignotum, ignoto probatur: ergo ruit tradita solutio. Minorem pro secunda parte sic probo: etenim Auctores omnes nostræ sententiæ negantes aliquibus reprobis auxilia intrinseca sufficientia ad salutem, negant etiam eos ad legis supernaturalis observantiam inexcusabiliter esse obligatos: ergo rationem potentiæ ex vi auxilij sufficientis reddere, ex inexcusabili legis obligatione, est ignotum per æquè ignotum, & æquè difficile reddere. *Contra 1.*

Contra secundo: infideles negativi ad nullus supernaturalis præcepti observantiam inexcusabiliter sunt obligati: ergo in illis ex inexcusabili legis obligatione supernaturalis, probari nequit præsentia gratiæ supernaturalis ad salutem sufficientis. Cõsequentia est evidens; antecedẽs autem

36 *Secundo.*

Digitized by Google

tem sic probo: in primis namque ad credendum non obligantur; aliàs non credendo peccarent, & infideles negativi non essent; cum in hoc consistat negativa infidelitas prout à privativa, aut contraria distinguitur, nec obligantur inexcusabiliter ad diligendum Deum dilectione supernaturali; nec ad sperandum in ipso, prout est Auctor supernaturalis; cum tàm amor, quàm spes Dei Auctoris supernaturalis cognitionem supponant, qua infideles negativi non gaudent: ergo ad nullius supernaturalis præcepti observantiam inexcusabiliter sunt obligati. Patet consequentia, nam vel non datur aliud supernaturale præceptum legis divinæ supernaturalis obligans aliquando, vel cuiuscumque supernaturalis præcepti obligatio, spei, & charitatis obligationem supponit: obligatio autem legis supernaturalis positivæ, v. c. Sacramentorum, in infidelibus negativis non instat: ergo nullius præcepti supernaturalis obligatione inexcusabiliter tenentur. Secundo probatur: non enim stat obligatio legis, sivè naturalis, sivè supernaturalis absque promulgatione; at infidelibus negativis lex supernaturalis non est promulgata: ergo legis supernaturalis obligatione non tenentur, saltim inexcusabiliter.

37 *Vltimo prob. conclusio.* Denique principaliter suadetur conclusio: fides namque supernaturalis mysteriorum necessaria est ad salutem; at pluribus reprobis negat Deus auxilia sufficientia ad credendum supernaturalia mysteria: ergo illis negat Deus auxilia intrinseca sufficientia ad salutem. Consequutio est in forma. Maior de fide de qua 2. 2. *quæst.* 2. Minorem autem probo ex communi Theologorum sententia 2. 2. *quæst.* 10. *art.* 1. asserente, dari in illis hominibus, ad quorum aures prædicatio Evangelij non venit, negativam infidelitatem, id est ignorantiam invincibilem mysteriorum fidei. Quam sententiam contra Alexandrum 2. *parte, quæst.* 112. *membrorum* 8; Bonaventura *in* 3. *dist.* 25. *art.* 1. *quæst.* 2. *ad vltim.* Guillelmum Parisiensem *Tractatu de legib. cap.* 21. Gabrielem *in* 2. *distinction.* 22. *quæst.* 2. *art.* 3. *dub.* 1. Tenent cum Augustino *libro quæstion. noui testamenti, quæst.* 67. *tract.* 89. *in Ioannem*, in illa verba: *Si non venissem, & loquutus eis non fuissem, peccatum non haberent, libro de natura, & gratia, cap.* 4. *de correct. & grat. cap.* 5. *& cum* D. *Thom.* 2. 2. *quæst.* 10. *art.* 1. Caietanus, & alij Expositores *ibi*: Durandus *in* 3. *distinction.* 25. *quæstion.* 1. *ad* 1. Canus *relect. de Sacram. in gener. part.* 2. Michael de Medina *lib.* 4. *de recta in Deum fide, cap.* 8. Victoria *in relect. de Indis. part.* 1. *Illust. Episcop.* GODOY *in* 1. *p.* Tom. *Sotus in* 4. *distinct.* 5. *quæst. vnic. art.* 2. alter Scotus *in institutione Sacerdotum, tractatu de ratione medendi peccata, lect.* 2. Vega *lib.* 6. *de institut. cap.* 18. Quos refert, & sequitur Lorca *Tomo* 2. *in* 1. 2. *sect.* 4. *disp.* 30. & communiter iam ab alijs defenditur; at nisi huiuscemodi hominibus neget Deus auxilia intrinseca sufficientia ad credendum, infideles negativi non essent, sed culpabiliter mysteria supernaturalia ignorarent; cum possent credere, & ad id tenerentur, & consequenter non credendo peccarent: ergo illis negat Deus auxilia supernaturalia sufficientia ad credendum supernaturalia mysteria; & consequenter auxilia sufficientia ad salutem.

Huic argumento, quod potissimum est in hac parte, respondent contrarij Auctores; quod licet infidelibus negativis Deus non det auxilia proxima sufficientia ad credendum, & ideo in non credendo non peccent, dat tamen illis auxilia sufficientia remota quibus si benè vtantur, infallibiliter Deus vlteriora auxilia ad credendum necessaria donabit. Ex quo solum infertur negare aliquibus reprobis auxilia sufficientia proxima ad consequutionem salutis, non autem quod alicui homini neget omnia media sufficientia ad illam. 38 *Resp.*

Sed contra hanc solutionem obijcio sic sic primo: habenti auxilium sufficiens remotum ad aliquem actum, etsi careat auxilio sufficiente proximo, imputatur ad culpam omissio actus: ergo si hominibus, ad quorum aures prædicatio Evangeli, non venit, dat Deus auxilia sufficientia remota ad credendum, etsi careant auxilio proximo sufficienti imputatur eis ad culpam non credere; & consequenter infideles negativi non sunt. Consequentia est bona. Antecedens autem docent plures Theologi, quos refert, & sequitur Magister Ledesma *quæst. vnica, de auxilijs, art.* 16. *concl.* 3. *fol.* 329. ea ductus ratione, quia nempè habens auxilium remotum, habet in sua libera potestate proximum: ergo etiam habet in sua libera potestate actum; & cõsequenter illum libere omittit; ac proinde imputabitur. 39 *Contra* 1.

Nec respondere suficit totum hoc verum esse, quando adest advertentia legis obligantis, seu quando quis scit se habere in sua potestate proximum auxilium, secus autem quando nec advertit ad legis obligationem, nec scit in sua potestate habere auxilium proximum ad actum, qualiter in Infidelibus negativis contingit. *Si resp.*

Nam in contrarium obstat, sufficere advertentiam possibilem legis, & scientia possibilis huius, quod sit in sua *In contra riũ obstat*

potestate proximum auxilium continere; at eo ipso quod infideles habeant in sua potestate auxilium proximum ad credendum, habent etiam in sua potestate adverentiam obligationis legis, & continentiæ auxilij proximi ad credendum: ergo eo ipso peccant in non credendo; & consequenter infideles negativi non sunt.

40 *Secundo impugnatur solutio.* Secundo contra principalem solutionem instrgo: primus actus in ordine supernaturali est actus fidei: ergo primum auxilium sufficiens ordinis supernaturalis est auxilium sufficiens ad credendum; & consequenter carentes hoc auxilio, carent omni auxilio supernaturali. Ex quo vlterius fit carere nedum gratia sufficienti proxima ad credendum, sed etiam auxilio sufficienti remoto. Omnes consequentiæ sunt notæ.

Antecedens probatur 1. Antecedens autem ostenditur primo ex Tridentino *sessione sexta, capitulo octauo*, vbi explicans verba Pauli Romanorum tertio, & quinto asserentis hominem iustificari ex fide, ait: *Intelligenda esse in eo sensu, quem perpetuus Ecclesiæ Catholicæ sensus expressit, vt scilicet per fidem ideò iustificari dicamur, quia fides est humanæ salutis initium, fundamentum, & radix omnis iustificationis*; at primus actus supernaturalis est primum nostræ iustificationis initium; quandoquidem omnis actus supernaturalis ad iustificacionem aliqua ratione disponit: ergo primus actus supernaturalis est actus fidei.

41 *Prob. 2.* Secundo probatur ex Augustin. *lib. de perfect. iustitiæ, cap. 19.* illis verbis: *Quandoquidem initium corrigendi cor, fides est, venies, & pertransibis ab initio fidei, sicut scriptum est cantic. 4. iuxta Septuaginta.* Et *Epist. 105.* illis verbis: *Restat igitur, vt ipsam fidem, vndè omnis iustitia sumit initium, non humano tribuamus arbitrio.* Id ipsum docet *lib. de prædestinat. Sanctor. cap. 3. & 7.* & alibi passim. Ex quibus verbis sic ostendo antecedens: solus primus actus supernaturalis potest esse id, vndè omnis nostra iustificatio sumit initium; at actus fidei est id, vndè omnis nostra iustificatio sumit initium: ergo actus fidei est primus actus supernaturalis.

42 *Resp. 1.* Respondebis primo: sensum Concilij, & Augustini esse, inter dispositiones necessarias ad iustificationem fidem primatum ordinis obtinere, non autem negare alia opera supernaturalia, posse ad iustificationem remotè disponere.

Resp. Sed quia solutionem istam fusè reijciemus tractatu de gratia Dei, ideò breuiter reijcitur primo: nam hoc effugio admisso ad verba Tridentini, liceret eodem modo interpretari verba conciliorum, & Patrum, vbi docent initium iustificationis sumendum ex gratia, asserendo, ideò dici, quia omnino requiritur, non tamen excludi, quin in aliquo casu præcedant merita ex libero arbitrio, licet necessaria non sint; at hoc est absurdum: ergo tacita interpretatio admitenda non est.

Secundo. Secundo reijcitur ex Augustino Epistola 105. illis verbis: *Remissio peccatorum est ex meritis, fides autem sine vllis meritis.* Et *lib. de prædestinatione Sanctorum, capitulo septimo*, ibi: *sicut prima gratia non est ex meritis, ita nec fides*; at si actus aliquis supernaturalis fidem præcederet, & ad iustificationem remotè disponeret, sub merito illius actus fides cadere posset, non minus, quam sub fidei merito cauit peccatorum remissio: ergo talis actus admittendus non est, nec prædicta interpretatio.

43 *Tertio.* Tertio: nam iuxta Augustin. *lib. de prædestin. Sanct. cap. 7.* ante fidem, nec meritum, nec impetratio esse potest: vndè, vt in Cornelio meritum, seu impetrationem admitteret, eiusque eleemosynas, seu orationes esse Deo acceptas, sic ait: *Nec tamen sine aliqua fide donabat, & orabat, nam quomodo inuocabat, in quem non crediderat.* Quod etiam docuit D. Thom. 2. 2. q. 83. art. 15. ad 3. illis verbis: *Dicendum, quod oratio innititur principaliter fidei, quantum ad efficaciam impetrandi*; at si ante fidem admittantur in homine actus supernaturales honesti remotè ad iustificationem disponentes, tales actus erunt impetratorij ad minus: ergo tales actus admittendi non sunt, sed dicendum primum actum supernaturalem esse actum fidei, & ideò dici primum omnis nostræ iustificationis initium.

44 *2. resp.* Secundo respondebis: Concilia, & Patres loqui non de fide Theologica in stricta acceptione, prout scilicet dicit actum credendi innitentem obscurè reuelationi Dei, sed large pro qualibet illustratione supernaturali.

Contra 2. Sed contra primo: nam sequitur ex hac solutione verba illa Pauli ad Hebræos 11. *Credere enim oportet accedentem ad Deum.* Et rursus, *sine fide impossibile est placere Deo*, ex quibus omnes Theologi colligunt necessitatem fidei ad nostram iustificationē, explicari posse de fide Theologica, non in stricta acceptione, sed large pro qualibet supernaturali cognitione; consequens est contra communem Theologorum sententiam: ergo solutio data sustinenda non est.

Secundo. Secūdo: nam Trident. *sessione 6. de iustifi.*

Digitized by Google

cat. c. 6 explicans modum præparationis ad iustificationem adultorum, sic ait: *Disponuntur autem ad ipsam iustitiam, dum excitati divina gratia, & adiuti, fidem ex auditu concipientes, liberè moventur in Deū, credentes vera esse, quæ divinitus revelata, & promissa sunt*; at verba ista, nemo interpretatur audeat de fide non stricte Theologica, seu informe accepta pro qualibet supernaturali: illa autem ergo nec illa, quæ in favorem nostræ conclusionis adduximus, quibus conclusionem nostram concedit nostræ iustificationis fundamentum, & radicem.

45 *Tertio.* Tertio: nam Theologi admittentes ignorantiam invincibilem mysteriorum Fidei in aliquibus, non loquuntur de ignorantia opposita actui credendi revelationi obscuræ, per Ecclesiam propositæ innitenti, sed opposita cuius supernaturali cognitione certæ de mysteriis supernaturalibus; alias liceret dicere Christum ignorasse mysteria nostræ Fidei, quia licet ea cognoverit per scientiam Beatam, & infusam, non tamen illa per actum obscuræ revelationi innitentem cognovit; at negata infidelibus omni supernaturali cognitione mysteriorum fidei non possunt proximè, nec remotè ad iustificationem disponi; cum fides saltim sic accepta debeat admitti vt primum nostræ iustificationis initiū: ergo illa carentes carent omni auxilio supernaturali sufficiente, tàm proximo, quam remoto ad salutē. Denique: nā cōmunis Theologorum consensus verba Tridentini asserentis necessitatem Fidei ad iustificationem adultorum, illa accipit de fide Theologica in stricta acceptione, at de eadem fide loquitur Concilium, quando ei concedit in ordine iustificationis primatum: ergo loquitur de fide Theologica instricta acceptione.

Quarto.

46 *Oppones.* Nec refert si opponas: probabilis est sententia affirmans assensum præstitum privatæ revelationi non esse ab eodem habitu, à quo elicitur assensus innitens revelationi vniversali. Quam tenet Caiet. Sot. Canus à Bañez, & Zumel relati ab Alvarez *disputatione 3. de Fide, sectione 10. num. 1.* at si quis innitens privatæ Dei revelationi crederet, quæ necessaria sunt ad salutem, & actum perfectæ contritionis eliceret, absque dubio iustificaretur: ergo fides Theologica in stricta acceptione, necessaria ad iustificationem non est; & consequentèr non sic accipienda, quando Tridentino docet esse nostræ iustificationis initium. Nam respondeti potest facillimè: data illius sententiæ probabilitate, & concessa minori distinguo consequens: Fides Theologica, ideſt, vniversalis transit *Illmus. Episcopus*. GODOY *in 1. p.* Tom. sent consequens, Fides Theologica, ideſt innitens revelationi Dei obscurè proponentis, cui liberum præbeamus assensum, nego consequentiam, & huius necessitatem asstruunt Concilia, & Patres fatentur, illamque negant gentibus, quæ nihil de nostræ Fidei Mysteriis audierant.

Resp.

§. V.

Argumentis ab authoritate occurritur.

47 *Arguitur 1. testimonijs Scripturæ. Primū est*

CONtra istam conclusionem plura, & quidem difficillima opponunt contrariæ sententiæ Authores. primo arguunt testimonijs Scripturæ, quæ diversimodè contra sententiam nostram inducunt; primo ex generalitate illuminationis Divinæ indicata Ioannis 1. illis verbis: *Illuminat omnem hominem venientem in hūc mundum.* Quæ non solum de illuminatione rationis luminis naturalis, sed etiā per gratiam intelligunt Chrysostomus *Homil. 7. in Ioann.* Cyrillus Alexandrinus *lib. 1. in Ioan. cap. 11.* Hieronymus super illud ad Galatas 1. *Cum autem placuit ei, qui me segregavit*. Et D. Thom. *ibi lect. 5. in medio*: ergo omnes supernaturalem illustrationem recipiunt; & consequentèr nullus est reprobus; cui Deus deneget omne supernaturale auxilium sufficiens.

48 *Secundo;* Secundo ex Generalitate vocationis Divinæ: omnes enim vocat, & invitat, vt pœnitentiam agant & ad se veniant, Matthæi 11. *Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos.* Et Isaiæ 55. *Omnes sitientes venite ad aquas.* Et Ioan. 7. *Si quis sitit veniat ad me, & bibat.* Matthæi 22. *Quoscumque inveneritis vocate ad nuptias*; at indignum est Deo homines ad se vocare, invitareque ad pœnitentiam, & eis auxilia omnia sufficientia, quibus possint venire, & agere pœnitentiam negare: ergo nulli negat auxilia sufficientia salutis.

Tertio; Tertio ex generali voluntate salutis omnium hominum: Deus enim omnibus hominibus salutem desiderat. Ezechielis 33. *Vivo ergo dicit Dominus, nolo mortem peccatoris, sed vt magis convertatur, & vivat.* 2. Petri. 1. *Nolens aliquem perire, sed omnes ad pœnitentiam reuerti.* 1. ad Timotheum 2. *Vult omnes homines salvos fieri*, at frustranea esset ista voluntas respectu illorum, quibus omne auxilium supernaturale negaret, imò & impossibilis; ex vi namque huius voluntatis, saltem debent auxilia sufficientia ad salutem conferri; cum ex vi illius gloriā debeat constitui aliqua ratione futura: ergo nulli reprobo negat Deus auxilia sufficientia ad salutem.

49 Quarto. Quarto ex communi omnium expectatione, vt pœnitentiam agant, quæ constat ex illis verbis: *Expectat Dominus vt misereatur vestri.* Et alibi: *Nisi pœnitentiam egeritis omnes peribitis*; at expectare ad pœnitentiam, & misericordiam præstandam, non potest Deus illos, quibus negat auxilia sufficientia ad salutem, & ad pœnitentiam agendam: nam quomodo expectare dicitur illum, cui sufficientes vires tollit ad pœnitendum? Ergo nulli hominum negat Deus auxilia omnia sufficientia ad salutem.

50 *Ad 1. testimonium ex D. Thom. ibi lect. 5. illuminari per verbum posse intelligi dupliciter. Primo de lumine cognitionis naturalis, de quo Psalm. 4. Signatum est super nos lumen vultus tui Domine.* Secundo de lumine gratiæ, de quo Isaiæ 60. *Illuminare Ierusalem*: priori modo intellectum, omnes homines in hunc mundum venientes per verbum illuminantur; omnes enim intellectum recipiunt, qui est lumen naturalis rationis derivatum à verbo intellectu autem secundo modo, potest exponi triplici ter: primo secundum Originem de omni homine veniente in hunc mundum, non ratione solius creationis, sed ratione perfectionis per fidem; & sic verum est omnem hominem in hunc mundum, id est, in Ecclesiam venientem per fidem à Verbo illuminari lumine gratiæ. Alio modo secundum Chrysostomum exponitur accipiendo adventum in mundum per creationem; omnem hominem sic venientem à Verbo illuminari, quantum est de se, idest, secundu voluntatem antecedentem, & sic verum est omnes illuminare, quia quantum est de se nulli negat suam lucem, sed cui negat est in pœnam alicuius peccati. Tertio modo secundum Augustinum exponitur, vt ly *omnem* sit distributio accõmoda, vt sensus fiat, illuminat omnẽ hominem, non simpliciter, sed omnẽ qui illuminatur, quia nullus nisi à Verbo illuminatur lumine gratiæ, hæc D. Thom. fere ad Verbũ, ex quibus colligitur, quã falso contra nostram sententiam in commentario illius loci adducatur, cum nihil pro illa expressius docere potuerit.

51 *Ad 2.* Ad alia testimonia, generalitatem Divinæ vocationis indicantia, dicatur: intelligi de vocatione ad legem, & quidem ad legem naturæ omnes ad vsum rationis venientes vocantur, ad legem autem gratiæ omnes vocantur, quantũ est ex parte Dei, & secundũ voluntatẽ antecedentẽ, nõ autem secundum voluntarẽ consequentẽ, & efficacem, cum non omnibus lex gratiæ, sivè supernaturalis fuerit promulgata, sed ab aliquibus invincibilitèr ignorata, ex quo nihil contra conclusionem nostram colligitur. Et ex his ad testimonia generalem voluntatem salutis omnium, dicatur esse voluntatem antecedentem, non consequentẽ, ex illa autem non sequitur, omnibus conferre omnia remedia sufficientia ad salutẽ, sed omnia offerre, quantũ est de se omnibus, & omnibus aliqua cõferre, scilicèt extrinseca remedia pro omnibus instituta, vt sunt Sacramẽta, passio, & mors Christi oblata pro omnibus, vt remedium sufficiens, non tamen quod omnibus conferat auxilia intrinseca sufficientia ad salutem. Et quidem sicut contrarij Authores non obstante hac generali voluntate, fatentur non omnibus dari auxilia sufficiẽtia proxima ad fidẽ, sed tãtum remota; ita Nos dicimus non obstante prædicta voluntate aliquibus non conferri auxilia sufficientia intrinseca, nec proxima, nec remota, sed tantum extrinseca.

52 *Ad 3.* Ex quibus etiam ad alia testimonia dicatur, Deum expectare omnes, vt pœnitẽtiã agant, non voluntate efficaci pœnitentiæ omnium, cum multi pœnitentiam nõ agant, sed inefficaci, & antecedenti; ex quibus colligitur, omnibus, quantum est de se omnis offerre, quæ vt pœnitentiã agant sunt necessaria, non tamen omnibus omnia conferre, sed quibusdam confert gratiam sufficientem, & efficacem, & sic verè pœnitent, & gratiam consequuntur, alijs non efficacem, sed sufficientem proximã, & isti peccant non pœnitendo, quia tenentur, possunt, & nõ faciunt; alijs negat gratiã sufficientẽ proximã; & concedit sufficientẽ remotã, quod cõtrarij Auctores nõ negant, & isti etiã in mea sententia peccãt, quia possunt moraliter agere pœnitentiã, vt *superius* arguebam: alijs denique negat omnia auxilia sufficientia intrinseca; ràm proxima, quàm remota in pœnam præcedentium peccatorum, & solum eis concedit in communi auxilia sufficientia extrinseca, vt sunt Sacramenta, passio, & mors Christi, &c. & istos, ad huc dicitur Deũ expectare, vt pœnitentiam agant voluntate antecedenti: quia ex vi huius voluntatis Sacramenta instituit, & pro omnibus filiũ suum misit. An autem eis imputetur non pœnitere? Statim videbimus.

53 *Arg. 2.* Secundo sic arguunt: si aliquibus reprobis Deus omnia auxilia supernaturalia sufficientia ad salutem negatet, maximè illis infidelibus, qui in barbaris, & remotis rationibus nihil fidei nostræ audierunt; at istis confert Deus aliquas supernaturales illustrationes intrinsecas quibus si bene respondeãt, paulatim; disponuntur ad fidem, & à Deo, vel mi-

nis-

nisterio prædicatorum, vel Angelorum, circa fide credenda instruentur, & proximè auxiliabuntur: ergo nullus est reprobus, cui Deus non conferat aliqua auxilia supernaturalia, saltim remota, sufficientia ad salutem. Consequutio est legitima, *Minor prob.* 1. maior vera, & minor, in qua est difficultas probatur primo ex illis verbis Pauli ad Rom cap. 1. *Revelatur ira Dei de Cælo super omnem impietatem hominum eorum, qui veritatem Dei in iniustitia detinet, quia quod notum est Dei, manifestum est in illis, Deus enim illis manifestavit, invisibilia enim Dei à creatura mundi per ea, quæ facta sunt intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque eius virtus, & divinitas, ita vt sint inexcusabiles.* Vbi loqui Paulum de Philosophis gentilibus tenet cõmunis Theologorum consensus super hunc locum, etsi à pluribus de cognitione naturali intelligatur, explicari potiè de supernaturali illustratione probant ex Anselmo super illum locum illis verbis: *Dominus manifestavit, ideò non solum naturalis ratio profuit, sed Deus quotidie adiuvit, ne sola natura sufficere videretur.* Et ex D. Thom. *ibi lectione 6.* illis verbis: *Manifestavit vel interius infundendo lumen, vel exterius proponendo visibiles creaturas, in quibus, sicut in quodam libro Dei cognitio legeretur,* & ex Augustino *lib. 2. de sermone Domini in monte*, illustrationis nomine hanc illuminationem explicante, quo nomine, sicuti, & infusionis luminis, quo vtitur Angelicus Doctor, supernaturalis illustratio significatur. 54 Insuper hac ratione Philosophi namque inexcusabiles à Paulo dicuntur, eo quod neglecta Idolorum adoratione non adorant vnicum Deum; at nisi essent à Deo supernaturaliter illustrati, excusabiles forent, cum ad implectionem præcepti difficilis, qualis est veri Dei adoratio, & idolorum contemptus, tot difficultatibus plenus, vires naturales absque divina gratia non sufficere teneat cõmunis Theologorum consensus: ergo ex mente Pauli colligitur barbaros, & gentiles Philosophos, supernaturales gratiæ illustrationes, & auxilia intrinseca sufficientia recepisse.

55 *Secundo.* Secundo probatur minorem ex illo ad Rom. 2. *Factores legis iustificabuntur, cum enim gentes, quæ legem non habent, naturaliter ea, quæ legis sunt faciant, eiusmodi legem non habentes, ipsi sibi sunt lex, testimonium reddente illis conscientia ipsorum.* Ex quibus verbis minorem argumenti sic probant: verilla *gentes, quæ legem non habent* intelligenda sunt, de gentibus etiam in fidelibus, vt ex Origine, Chrysostomo, Theophilacto, Ambrosio, Hieronymo, Eucumenio, & alijs Ecclesiæ Patribus illorum verbis relatis fusè probat Suarez *lib. 1. de gratia, cap. 8. num. 20.* illa autem verba: *Naturaliter ea, quæ legis sunt, faciunt*, intelligenda sunt de observatione legis conducente ad iustificationem, vt constat primo ex verbis antecedentibus: *Factores legis iustificabuntur.* Et ex illis verbis præcedentibus: *Non enim auditores legis iusti sunt apud Deum*, vnde consequenter illud: *Naturaliter ea quæ legis sunt, faciunt*, non est accipiendum de natura nuda sed de natura elevata, & sanata per gratiam, vt explicant Aug. *lib. 4. contra Iulianum, cap. 3. de spiritu, & littera, cap. 26. & 27.* Fulgentius *de incarnat. & grat. cap. 15.* Prosper *Contra Collatorem, cap. 22.* D. Tho. *ibi lect. 3. & 1. 2. q. 109. art. 4. ad 1.* ergo gentes infideles aliqua opera supernaturalia efficiunt; & consequenter aliqua auxilia supernaturalia ad salutem remotè saltim sufficientia recipiunt.

Tertio minorem argumenti probant 56 Patrum auctoritate, Chrysostomi *Homilia 57. in Matth. circa vltima*, illis verbis: *Tertio.* *Qui ante Christum fuerunt, atque ideò ipsum non cognoverunt, si ab idolorum cultu recesserunt, ac Deum solum adorarunt, si præterea vitam honestè peregerunt æterna bona, & beatitudinem adipiscentur* Paulum audi: *Gloria*, inquit, *& pax omni operanti bonum Iudæo, & Gentili*, at solis bonis operibus media supernaturali gratia elicitis gloria debetur. ergo ex mente Chrysostomi gentes, quibus Christus annuntiatus non est, nec prædicatus, gratiam supernaturalem auxiliantem recipiunt.

Quarto ex Augustino *lib. 2. de sermone* 57 *Domini in monte, c. 15.* vbi docet: *Nullã esse* *Quarto.* *animã quãvis perversã, quæ tamẽ vllo modo ratiocinari potest, in cuius conscientia nõ loquatur Deus, quis enim scribit in cordibus hominũ naturalẽ legẽ, nisi Deus, de qua Apostolus ait: cũ enim gentes, quæ legẽ non habent, &c.* Et *lib. de gratia Christi, cap. 24.* post quam ex illis verbis Esther 15. *Convertitque Deus cor Regis in mansuetudinem* de Asuero Gentili magnitudinẽ auxiliantis gratiæ cõtra Pelagiũ intulisset, sic infert: *Legãt ergo, & intelligant non lege atque doctrina insonante foris extrinsecus, sed in æterna atque occulta, mirabili ac ineffabili potestate operari Deũ in cordibus hominũ, nõ solũ veras revelationes, sed etiã bonas voluntates, &c.* nã ibi expresse loquitur Augustinus de gratia Theologica; & consequenter supernaturali: ergo hanc Deus ex mente Augustini concedit infidelibus.

Quinto ex Prospero Augustini Dis- 58 cipulo *lib. 2. de vocatione gentium, cap.* *Quinto.* *45. & 31.* quibus in locis apperte fatetur supernaturalem gratiam, etiã ad gẽtes

Digitized by Google

678 fide carentes extendi; verba illius cap. 31. hæc sunt: *Elaboratum est quantum Dominus ad iuvit, vt non solum in noviſsimis diebus, ſed etiam in cunctis retro ſeculis probaretur gratia Dei omnibus hominibus ad fuiſſe provi dentia quidem pari, & bonitate generali, ſed multi modo opere, diverſaque menſura, quo niam, ſiuè occulte, ſivè manifeſta, ipſe eſt ſalvator omnium maximè fidelium.* 1. ad Thimotheum 4. Vndè ſubiungit Proſper: *Dicendo enim, qui eſt ſalvator omnium hominum confirmavit bonitatem Dei ſuper vniverſos homines eſſe generalem, adijciendo autem maximè fidelium;* oſtendit eſſe partem generis humani, *quæ merito fidei divinitus inſpirata ad humanam atque æternam ſalutem ſpecialibus beneficijs provehatur*: ergo ex mente Proſperi omnibus hominibus etiam infidelibus aliquid ſupernaturalis gratiæ Deus impertitur.

59 Reſp. Ad 1. probationem minoris. Ad hoc argumentũ reſpondeo, concedo maiori, negando minorem. Ad primam probationem, concedo Paulum ibi loqui de Phyloſophis Gentilibus: nego autẽ eis concedere cognitionem Dei ſupernaturalem, ſed tantum naturalem, quod docet D. Tho. *ſuper illum locum*, lect. 6. his verbis: *Fuit enim in eis quantum ad aliquid vera Dei cognitio, quia quod notum eſt Dei, ideſt quod cognoſcibile eſt de Deo ab homine per rationem manifeſtum eſt in illis, ideſt manifeſtum eſt eis ex eo quod in illis eſt, ideſt, ex lumine intrinſeco.* Quod etiam ſuper eundem locum Caietanus notavit, idque probant ex eo quod non dixit Paulus *illis revelavit*, ſed *manifeſtabit*, quo loquendi modo indicatur non de cognitione ſupernaturali, ſed naturali fuiſſe loquutum; & cõfstat ex ratione, qua Paulus probat notitiam, quam Ethnici habuere de Deo, quia ſcilicèt inviſsibilia Dei per ea quæ facta ſunt intellecta conſpiciuntur, cognitio autem quæ ex creaturis cognitis habetur de Deo naturalis eſt: non ergo loquitur Paulus de cognitione ſupernaturali, ſed naturali, quam poſſemus naturæ ſolius ductu de Deo habere, ſcilicèt, quod vnus, omnipotens, infinitus, immenſus adoratione dignus, &c. quam cognitionem Phyloſophi in iuſtitia detinuerunt, quia cum ipſa inclinaret ad exhibendum cultum ſoli verò Deo per rationem naturalem cognito, ipſi non ſicut Deum glorificaverunt, ſed à veri Dei cultu abertantes ad idolorum cultum diverterunt.

60 Nec oppoſitum noſtræ reſolutionis convincunt probationes facta. Non prima ex Anſelmo: verbis enim antecedentibus expreſsè tradit noſtram interpretationem ſic dicens: *Ita quod notum eſt Dei manifeſtum eſt illis, vel in illis, id eſt in cordibus eorum, quamvis exterius in opere ipſorum non appareat, habent enim in ſe vndè noſcant eum, id eſt naturalem rationem.* Quo nihil clarius pro noſtra ſententia potuit aſſerere: vndè quando addidit, *ſed Deus quotidie adiuvit*, intelligendus eſt de adiutorio naturali, tàm extrinſeco, quàm intrinſeco, quod ſatis explicuit ſic addens: *Deus illis manifeſtavit oſtenſione creaturarum, quoniam naturali ingenio intellexerunt, quia hoc non eſt Creator quod creatura*; ſine quo adiutorio, ſcilicèt oſtenſionis creaturarum, natura ſola non ſufficiebat.

Nec ſecunda ex D. Thom. nam verbis à nobis adductis, ſatis Angelicus Præceptor explicuit, de quo lumine loqueretur, ſcilicèt naturalis rationis, quod infuſſum dicitur, quia per creationem factum; mens ergo D. Tho. eſt Deum manifeſtatile interius infundendo lumen naturale, quo poſsint intelligere, & exterius proponendo creaturas viſibiles, in quibus Deus cognoſceretur. Nec tertia ex Auguſt. nomine enim *illuſtrationis*, etiam ſignificari poteſt manifeſtatio naturalis Dei per creaturas. Nec denique quarta probatio ex ratione ad quam reſpondetur conceſſa maiori negando minorem, ad cuius probationem dicatur: gratiam requiſitam ad opus morale difficile, non eſſe entitativè ſupernaturalem, ſed naturalem indebitã naturæ lapſæ, de quo fuſsè agemus 1. 2. q. 109. Hanc autem non negamus Gentilibus, cæterum non eſt ad diſponendum, nec proximè, nec remotè ad iuſtificationem ſufficiens, vt *ibidem* docebimus.

61 D. Tho. Auguſtinus.

62 Ad 2. probat. minoris. Ad ſecundam minoris probationem dicatur teſtimonium Apoſtoli dupliciter à Patribus explicari: primo de ſolis gentibus ad fidem converſis, lege tamen ſcripta ſcilicèt Moſaica carentibus. Ita Auguſt. *de ſpiritu, & litera, cap. 26. & 27.* Proſper contra Collatorem *cap. 22.* Fulgentius *de Incarnatione, & gratia, cap. 25.* Anſelmus ſuper illum locum, & D. Thom. *ibi lect. 3.* his verbis: *Loquitur enim de gentibus ad fidem Chriſti converſis, quia auxilio gratiæ Chriſti cœperunt moralia legis ſervare.* Vndè conſequenter infert expendũ eſſe naturaliter; ideſt, *per naturam gratia reformatam.* Ex Auguſt. *lib. 4. contra Iulianum, cap. 3.* illis verbis: *Ideo naturaliter, & ſine lege, quia de illis loquebatur, qui ex gentibus venerunt ad Evangelium, non ex circumciſione, cui lex data eſt, & propterea naturaliter, quia in eis, vt credevint eſt per Dei gratiam correcta natura.* Iuxta quam interpretationem nihil contra noſtram concluſionem colligitur.

Secundo explicatur de gentibus non 63

solum fidelibus, sed etiam gentilibus, cui interpretationi non omnino dissentit Augustinus *lib. 4. Contra Iulianum, cap. 3.* in secunda eiusdem loci expositione, cui etiam secundo loco D. Thom. consentit sic dicens: *Vel potest dici naturaliter, iusti per legem naturalem ostendentem eis, quid sit agendum secundum illud Psalmi 4. Multi dicunt quis ostendit nobis bona? Signatum est super nos lumen vultus tui Domine: ideji, lumen rationis naturalis, in qua est imago Dei, & tamen non excluditur, quin necessaria sit gratia ad movendum affectum.* Iuxta quam interpretationem non loquitur Paulus de observantia legis ab salutem conferente, sed de observantia naturali legis naturalis, non totius, sed aliquorum praeceptorum, quod recte Caietanus super illum locum notavit advertens non aliter Paulum: *Naturaliter omnia, quae legis sunt faciunt, sed ea, quae legis sunt, faciunt.* Id est, aliqua ad quorum adimpletionem, vel natura sine gratia speciali, vel saltim sine gratia supernaturali, est sufficiens.

64 Quod etiam docui Augustinus *lib. 4. contra Iulianum, cap. 3.* vbi non reijciens intelligentiam testimonij Pauli de gentibus non conversis ad fidem sic ait: *Sunt si fidem non habent Christi, perfecto, nec iusti sunt, nec Deo placent, cui sine fide placere impossibile est. Sed ad hoc eos in die iudicij cogitationes suae defendet, vt tolerabilius puniantur, quia naturaliter, quae legis sunt vtique fecerunt scriptum habentes in cordibus opus legis nactenus, vt alijs non facerent, quod perperi nollent, hoc tamen peccantes, quod homines sine fide non ad eum finem ista opera retulerunt, ad quem referre debuerunt.* Ex quibus verbis manifestè constat Augustinum, dato, quod testimonium Pauli de gentibus ad fidem conversis intelligatur, sensisse non iustificari per observationem legis, nec per illam ad iustificationem aliqua ratione aliqui: peccat ergo argumentum in eo quod duas interpretationes opposita in vnam coniungit, cum tamen diversimodè in vna, atque in alia, verbum illud, *naturaliter, quae legis sunt, faciunt*, sit interpretandum.

65 *In forma resp.* Vnde in forma concedo maiorem, scilicèt probabiliter intelligi posse de gentibus non conversis ad fidem; & nego minorem, quod scilicèt intelligatur Paulus de observantia legis conferente ad salutem, in talibus gentibus. Ad probationem dicatur. Verbum *iustificari* tripliciter accipi, vt docet D. Thom. primo quoad reputationem, id est iustum reputari. Secundo quoad iustitiae exequutionē, id est exequi opus iustitiae, seu iustum, id est legi conforme. Tertio quoad causam iustitiae, id est recipere formam iustificantem: dicimus ergo in prima interpretatione, verbum *iustificari* posse accipi in primo, & tertio sensu, id est quod factores totius legis iusti reputabuntur, cum tota lex sine gratia iustificante adimpleri non possit, scilicèt iustificabuntur; id est, per observantiam legis supernaturalis, ad formam iustificantem disponuntur. In secunda autem interpretatione, non sic esse accipiendū, sed in secundo sensu, prout iustificari idem est, quod opus iustū exequi propter quod quis non damnetur, laudem aliquam ad minus meretur, & mitius puniri, vt inquit Augustinus. Ad id quod ex Patribus adducitur constat ex dictis: nam ly *naturaliter* intelligitur à Patribus primam interpretationem sequentibus de natura reformata per gratiam, cū tamen secundam amplectuntur de gentibus non conversis ad fidem, non sic explicant ly *naturaliter*, sed solo rationis iudicio naturali inducti, scilicèt ex propriis viribus sine Divinæ gratiæ adiutorio.

Si dicas, D. Thom. adhuc secundam interpretationem admittendo explicare illud naturaliter, vt solum excludat illustrationem intellectus, non tamen excludat gratiam in voluntate ad movendum affectū: ergo adhuc intellecto testimonio Pauli de gentibus non conversis ad fidem, loquitur de observantia legis proficua ad salutem. Patet consequentia: nam observantia legis media gratia exequuta, ad salutem conducit.

Respondeo D. Thom. loqui de gratia speciali Dei Conditoris naturæ, quæ ad aliqua præcepta difficilia observada in natura lapsa requiritur, & aliquando gentilibus ad fidem non conversis conceditur. Cæterum hanc, etsi detur per Christum, ad disponendum ad iustificationem inefficiem esse cum veriori sententia docebimus tract. de gratia Dei, art. 3. & 4. quia ad iustificationem, solum actus supernaturales disponunt, qui mediante gratia speciali naturali entitativè non pollent elici.

Ad tertiam minoris probationem dicatur Chrysostomum loqui de illis, qui Christum præcedentes, illum non agnoverunt oculis corporeis, vt præsentem, qui autem mentis oculis per fidem, futurum plures crediderunt, vel explicitè, vel implicitè, vnde non mirū, quod tales, & beatitudinem adipiscentur. Alius autem loquitur de infidelibus, qui per naturali cognitione Dei per fidē caruerunt, quod necessarium erat vt nobis adverteret.

Ad quartam ex Augustino dico priori testimonio loqui de loquitio

Digitized by Google

turali Dei per infusionem luminis naturalis, & naturalis legis promulgationem, qualiter Deus loquitur in cordibus omnium hominum quantumcumque infidelium. In secundo autem de gratia speciali supernaturali, aut naturali entitativè, non tamen præcisse de gratia entitativè supernaturali; licet autem negemus gentilibus gratiam entitativè supernaturalē, non negamus illis gratiam specialem entitativè naturalem, & istam concedit Asuero Augustinus, esseque Theologicam ideſt à Patribus intentam, etsi non sit Theologica, ideſt ad salutem conducens, docebimus *Tractatu de gratia Dei*.

68 *Ad auctoritatem Prosperi* Ad vltimam probationem ex Prospero responderi potest primo, loqui per distributionem adæquatam temporum, & inadæquatam hominum, id est nullum fuisse retro seculum in quo hominibus pluribus gratia Dei non adfuerit, non tamen quia senserit in omnibus seculis gratiam supernaturalem semper omnibus adfuisse. *Resp. 2.* Vel secundo dicatur, hominibus omnibus gratiam semper adfuisse, vt oblatam omnibus in communi, licet non vt omnibus in particulari receptam: sic autem intelligendum esse constat ex eo quod præsentiam gratiæ probat, quia Deus est omniū Salvator, ex hoc autem principio non probatur præsentia gratiæ intrinsecè receptæ, sed tolum, vt oblatæ in communi, vt constat in parvulis, quorum Deus etiam est Salvator; & tamen, non omnibus gratia confertur intrinsecè, nec remedia ad illam obtinendam sunt applicata.

5. Vltimus.

Argumenta à ratione solvuntur.

69 *Tertio arguitur ratione. Prima est* TErtio arguunt rationibus Theologicis, vt probent Gentilibus omnibus, Deum conferre illustrationes supernaturales. Prima est: nam singulis Gentibus sunt præfecti Angeli Custodes, vt fert cōmunis Patrum sententia, & Scholasticorum cum D. Thom. 1. *p. quæst.* 113. at nisi Angeli excitare possent Gentilibus illustrationes supernaturales conducentes ad salutem, inutilis esset Angelorum custodia: ergo Deus confert omnibus hominibus auxilia sufficientia ad salutem. *Secunda.* Secunda est: Deo namque debemus adscribere illam providentiæ rationem, quæ ipsius misericordiam, sapientiam, iustitiam & desiderium salvandi homines, & redēptionem Christi magis commendet; talis est providentia, quæ omnibus gentibus supernaturalem gratiam largitur: ergo idem quod prius. *Tertia.* Tertia est: nullum enim impedimentum in Gentilibus assignari potest, vt à Deo supernaturalem gratiam auxiliantem recipiant: ergo illam non recipere, soli Dei voluntati adscribi potest, de qua id piè credendum non est. Patet antecedens: non enim impediunt demerita, cū fortè plura sint peccata hæreticorū, quam Gentilium, quibus tamen Deus supernaturalem gratiam sufficientem, & supernaturales illustrationes largitur. Nec potest impedire ignorantia nam de honestate naturalium virtutum, de præmio, & pœna malorum, & bonorum operum ipso lumine naturæ sufficienter sunt instructi: ergo absque vllo miraculo possunt erga ista obiecta excitari cogitationes supernaturales, & gratiæ auxiliantes concedi, & consequentèr nullum impedimentum ex parte illorum meditari potest vt supernaturalem gratiam recipiant auxiliantem.

Quarta ratio est, vbi infidelibus sufficienter proponitur ex parte obiecti veritas fidei ab aliquo ministro Evangelico, infunditur simul à Deo supernaturalis intrinseca illustratio ad credendum sufficiens, alias circa res fidei sufficientèr propositas inculpabili ignorantia laborarent quod Theologi non admittunt: ergo etiā sufficientèr proposita ex parte obiecti ratione motiva virtutum moralium infusarum, excitatur intrinseca supernaturalis illustratio ad actus supernaturales talium virtutum eliciendos; at potest infidelibus ante fidei notitiam sufficienter proponi ratio motiva supernaturalium virtutum moralium: ergo ante fidei notitiam infundun tur infidelibus auxilia supernaturalia Probatur minor: motivum virtutum supernaturalium non est distinctum à motivo virtutum naturalium; at istarum motivum potest ante notitiam fidei sufficiente proponi: ergo etiam motivum illarum. 70 *Quarta ratio.*

Quod amplius confirmant: potest namque minister Euangelicus intendens ad fidem, Genilem disponere, illi continentiam suadere; at illis suasionibus adiuncta est supernaturalis intrinseca illustratio, sicut suasionibus eiusdem ad res fidei credendas, est anexa ex misericordia Divina intrinseca illustratio ad credendum sufficiens: ergo potest ante fidei notitiam infundi infidelibus gratia supernaturalis auxilians. 71 *Confirm.* His rationibus possumus quintā addere desumptam; ex eo quod Christus Dominus est caput infidelium vt D. Tho. 3. *part. quæst.* 8. *art.* 3. at proprium est capitis in sua membra influere, quo circa Dœmonum caput non est, quia in illos nō influit: ergo influit Christus in infidelibus aliquam gratiam; & consequentèr supernaturalem gratiam ad minus sufficien- *Quinta ratio.*

tem

Digitized by Google

tem ad salutem recipiunt.

72 Ad 1. rationem resp.

Ad primam ex his rationibus concessa maiori nego minorem, quia vt inquit D. Tho. loco in argumento relato *art. 4. ad 3. Sicut præsciti, & infideles non privantur interiori auxilio naturalis rationis, ita etiam non privantur exteriori auxilio totius naturæ humanæ divinitus concesso, scilicet Custodia Angelorum, per quam & si non iuventur, quantum ad hoc quod vitam æternam bonis operibus mereantur, iuvantur tamen, quantum ad hoc, quod ab aliquibus malis retrahuntur, quibus & sibi ipsis, & alijs nocere possunt, nam ipsi Dæmones arcentur per bonos Angelos ne noceant quantum volunt; & similiter Antichristus non tantum nocebit quantum vellet*; verba sunt D. Thom. ex quibus duo habemus; primum est, quod vt Angelorum Custodia pro infidelibus frustranea non sit, non requiritur, quod eis assistant supernaturalibus instructionibus nec quod ad opera supernaturalia disponentia ad iustificationem meritoria gloriæ iuventur, sed sufficit iuvari ad bonum morale efficiendum, & vt minora peccata comittant, quia sic mitius in inferno puniuntur.

73 Secundum colligitur, Angelicum Doctorum, sensisse non obstare ministerio Angelorum, non instrui ad opera bona supernaturalia efficienda, si enim oppositum sentiret, facilius argumentum diluere dicendo, quod licet non instruerent ad opera meritoria infideles, illos tamen instruunt ad opera ad iustificationem disponentia. Et quidem argumentum instatur in pueris, quibus ab instanti animationis fœtus, Angelum deputari ad Custodiam, docet D. Thom. *ibi art. 5 & in 2. dist. 9. art. 3. ad 3. & 4.* argumentum, quia licet non sint pro tunc capaces illuminationis, imò nec Sacramentorum, potest tamē Dæmon, illius complexionem, vt promior ad peccandum fiat deteriorare, & vt ab hoc, & alijs malis Dæmones arceantur, Angeli Custodes parvulis pro tunc deputantur; quamvis ergo infideles supernaturales illustrationes ministerio Angelorum non recipiant, quia tamen possunt magis, & minus peccare, plura, & pauciora opera bona moralia efficere, non est frustranea Angelorum Custodia, vt illos ad bonum intra rationis ereinem incitēt, & à malo deterreāt, Dæmonesque arceāt à nocumentis, quæ ad illis inferendum maximè inclinant.

74 Ad 2.

Ad secundam concessa maiori nego minorem: sicut enim non magis commendat attributa enumerata Dei, & Christi Redemptionem omnes homines ad gloriam euehere, omnibus gratiam proximam sufficientem largiri, & omnibus parvulis baptismum applicari quam quod plures ex hominibus a gloria deficiant, & aliqui gratia proximè sufficiente ad credendum, priventur, & pluribus parvulis Baptismus quoad applicationem negetur, ita nec ex hoc, quod omnibus supernaturales illustrationes largiantur, magis cōmendatur sapientia, & misericordia, & Christi Redemptio, cuius ratio est, quia Dei misericordia, & redemptio Christi sufficienter monstrantur per hoc, quod quantum est de se omnibus sufficiens gratia offeratur, & si pluribus quoad applicationem negetur in pœnam præcedentium peccatorum, vt in illis iustitia ostendatur, & magis erga alios, quibus conceditur, misericordia resplendeat, sicut in exemplis à nobis adductis conspicitur.

75 Ad 3.

Ad tertiam dicatur, impedimentum sufficiens esse peccatum, non tamen impedimentum necessitans Deum, vt sufficientem gratiam non conferret, quo circa alijs maioribus peccatis multoties irretitis conceditur. Vndè licet ratio sufficiens ex culpa sumatur, quæ quoad sufficientiam meretur, vt homines non solum supernaturali gratia, sed etiam ipso esse naturali priventur, ratio tamen efficax est Divina voluntas, de qua absque vlla impietate nos credimus, velle homines per negationem omnis supernaturalis gratiæ quandoque punire; sicut contrarij Authores absque impietatis specie fatentur Deum, in pœnam præcedentium peccatorum homines gratia sufficienti privare. Maximè cum Concilia, & Patres non obscure affirment primum actum in ordine supernaturali esse fidei, ad quem sufficienti auxilio supernaturali negato, omnis alterius sufficientis gratiæ negatio per validam illationem colligitur.

76 Ad 4.

Ad quartam concesso antecedenti distinguo consequens in homine fideli transeat consequens, in infideli, nego consequentiam, & ratio habetur ex dictis; coniunctio namque interioris illustrationis cum propositione obiecti exterioris pendet ex libera voluntate Dei, de qua iudicare non possumus, nisi ex revelatis in Scriptura, aut Concilijs, aut ex dictis Patrum; cum autem ex Tridentino, & Patribus habeamus, primum actum in ordine ad iustificationem esse actum fidei, consequens est, quod alij actus supernaturales, nisi ab homine credente non eliciantur, & gratia ad illorum elicientiam soli homini fideli donetur. Et quidem probabile est posse à Deo concedi de potentia absoluta omnia auxilia requisita ad totius legis naturæ obseruantiam homini in peccato exi-

Digitized by Google

existenti;& tamen non nisi homini iustificato concedi, est communis Theologorum sententia, de quo 1. 2. *quæst.* 109. *art.* 4. quia conducens est,vt tantum beneficium soli homini sibi grato concedatur à Deo,pariter congruum est,vt soli homini credenti in Deum,vt Authorem supernaturalem, auxilia supernaturai largiantur, quidquid sit,an ex naturis rerum repugnet actus supernaturales aliarum virtutum actum fidei antecedere, de quo nihil modo diffinio, & ideò & si in homine fideli exteriorem obiecti boni propositionem interior illustratio,seu sufficiens gratia committetur;in homine tamen infideli, talis concomitantia non datur obrationes tradditas.

77 *Instatur 4. arg.* Et quidem si argumentum aliquid convincit,probat in nullo homine dari ignorantiam inculpabilem Dei Authoris supernaturalis. Patet:nam voce creaturarũ Deus, vt naturæ Author sufficientèr prædicatur, iuxta illud Psalm. *Cœli enarrant gloriam Dei*:ergo Deus,vt naturaliter cognoscibilis, omni homini sufficienter proponitur; & consequenter iuxta mentem arguentis sufficienter proponitur, vt obiectum fidei supernaturalis: ergo si omnem sufficientem obiecti propositionem comitatur gratia supernaturalis sufficiens nullus est homo, cui gratia sufficiens ad supernaturalem Dei cognitionem non concedatur;& consequentèr,ad cognitionem Dei,vt Authoris supernaturalis. Ex quo per evidentem consequentiam infertur, nullum hominem invincibili ignorantia Dei vt est author supernaturalis laborare.

78 *Ad 5. rationem.* Ad vltimam rationem, supponendo idem esse coniungi Christo capiti,& influxum supernaturalem eius recipere, respondeo ex D. Thom.loco allegato *solut. ad* 1. Quod illi qui sunt infideles, *& si actu non sint de Ecclesia, sunt tamen de Ecclesia in potentia,quæ quidem potentia in duobus fundatur,primo quidem,& principaliter in virtute Christi, quæ est sufficiens ad salutem totius humani generis, secundario in arbitrijs libertate.* Verba sunt D. Thom. ex quibus ad argumentum in forma respondeo concessa maiori,distinguendo minorem:influxus in actu, vel in potentia,concedo minorem: in actu semper, nego minorem, & consequentiam:si namque esse membrum Ecclesiæ in potentia, & in potentia Christo per fidem coniungi,sufficit, vt sit infidelium caput,cur etiam posse terminare influxum illius non sufficiet, vt Christus sit caput illorum. Et insto argumentum: tùm in parvulis; tùm in adultis præscitis amentibus, quorum Christus est caput;& tamen nullam supernaturalem gratiam actu influit in illos.

79 *Quarto arguitur;* Quarto arguitur: omnis homo, quandiu est in hac vita potest salvari, aliàs esset extra statum salutis, sicut illi, qui sunt in termino damnationis, at salus hominis peccatoris non est possibilis nisi per gratiam: ergo omni homini, quandiu est in hac vita datur gratia supernaturalis sufficiens. *Resp.* Respondeo ex Magistro Bañez *ibi supra solutione ad vltimum*, concessa maiori,& minori negando consequentiam, sicut illa consequentia non valet: *Omnis homo quandio est in hac vita potest credere; at non potest credere nisi per gratiam: ergo omni homini confertur gratia ad credendum sufficiens*:& ratio est, quia vt homo dicatur potens salvari,sufficit,quod licet non habeat gratiam dantem potentiam, possit tamen illam recipere, & Deus possit illam conferre;& quia licet homo gratiam sufficientem ad salutem non habeat,potest tamen, quandiu est in hac vita,recipere illam; cũ potentia obedientiali ad illam recipiendam gaudeat,& Deus potest illam infundere: consequens fit,quod vere dicatur omnem hominem, quandiu est in hac vita posse salvari; & nihilominus quod non omnis homo gratiam sufficientem supernaturalem recipiat.

80 *Replicabis.* Sed dices: licet hæc doctrina vera sit loquendo de auxilio efficaci, quod non dat potentiam, sed supponit, & ad actum applicat, non tamen est vera de gratia sufficienti dante potentiam: ergo solutio est nulla. Probatur antecedens: effectus formalis præsens absque forma præsenti dari non potest; at posse consequi salutem est effectus formalis gratiæ sufficientis: ergo non stat vere affirmari de homine, quod possit de præsenti adipisci salutem, quin vere affirmetur habere in se receptum auxilium sufficiens.

81 *Resp.* Respondeo ex alia doctrina Magistro Bañez *ibi notabili* 2. *ante* 6. *conclusionem*, possibile dici dupliciter,vno modo extrinsecè ab intrinseca potentia alterius, alio modo intrinsecè ratione principij actu in subiecto existentis proportionati ad id, quod possibili dicitur.Quam doctrina supposita ad obiectionem factam respondeo negando antecedens,ad probationem concessa maiori distinguo minorem:posse consequi salutem potentia intrinseca subiecto est effectus formalis gratiæ sufficientis, concedo minorem;posse potentia extrinseca,est illius effectus formalis, nego minorem, & distinguo. consequens non stat affirmari quod possit secundum potentiam intrinsecam absque gratia sufficiente,recepta,concedo consequentiam: posse po-

Digitized by Google

potentia extrinseca, nego consequentiam & hanc solam concedimus infidelibus quandiu sunt in hac vita fundatam principaliter, in potentia Dei, & virtute passionis Christi de se sufficientibus, & nostri arbitrij libertate, vt docuit D. Thom. 3. *parte, quæst.* 8. *art.* 3. *ad.* 3.

82 *Replicabis.* Sed dices hoc modo Angelus poterat post lapsum adipisci salutem, & similiter homines, qui sunt in inferno; cum posset Deus Angelum ad se convertere, si vellet, & posset damnatos convertere ad bonum: & illos glorificare, in quo consistit posse salvari ab extrinseco; & tamen nemo dicet Angelos post lapsum, & damnatos, esse in statu salutis: ergo vt de homine quandiu est in hac vita verificetur, quod est in statu salutis, debet gaudere intrinseca potentia ad salutem consequendam.

Resp. 1° Respondeo primo; posse salvari, quod homini in hac vita concedimus, non fundari solum in potentia Dei, sed in illa, & insuper in arbitrij libertate, qua gaudet. Angelus autem post lapsum, & homines post mortem cum inflexibiliter adhæreãt malo, non gaudent arbitrij libertate, & ideò non possunt salvari potentia sufficienti, vt dicantur esse in statu salutis, benè tamen homines quandiu sunt in hac vita.

83 *Resp.* 2. Secundo respondeo: posse salvari ab extrinseco, stare dupliciter, primo de potentia absoluta. Secundo de potentia ordinaria, hoc est secundum modum ordinarium causarum naturalium, aut moralium. Primo modo possunt Angeli post lapsum, & homines damnati salvari, sed hoc non sufficit, vt dicantur esse in statu salutis, posse secundum est sufficiens, & convenit omni homini quandiu est in hac vita.

Resp. 3. Tertio respondeo homines quandiu sunt in hac vita posse salvari, non solum potentia Divina, sed etiam ratione sufficientiæ meritorum Christi sibi applicata quoad sufficientiam & vt sic à Deo acceptata, & ideò dici, esse in statu salutis, quamvis illis non desint auxilia intrinseca sufficientia; Angelos autem post lapsum, & homines post mortem non sic, quia pro illis merita Christi, nec quoad sufficientiam fuerunt applicata, nec à Patre acceptata, vt sufficientia ad illos redimendum, & si in se valorem sufficientem habuerint ad redimendum illos, de quo *tractatu de merita Christi.*

84 *Quinto arguitur.* Quinto arguitur: omnis homo quandiu est in hac vita potest agere pœnitentiam de peccatis suis; at sine gratia sufficienti, agere pœnitentiam non potest: ergo omni homini quandiu est in hac vita datur gratia sufficiens ad pœnitentiam, per quã à peccato resurgat, & salvetur. Minor cũ consequentia tenet. Maior autem docetur D. Thom. 3. *p. q.* 86. *art.* 1. illis verbis: *Vnde dicere, quod aliquod peccatum sit in hac vita, de quo quis pœnitere non possit, erroneum est.*

Resp. Respondeo ex dictis, quod posse agere pœnitentiam contingit dupliciter. Primo per principium sufficiens intrinsecè in subiecto receptum. Secundo ab extrinseco, potentia fundata in virtute gratiæ conferibilis à Deo, & libertati arbitrij non obstinati in malo, posse hominem agere pœnitentiã hoc secundo modo, adeò est certum, vt oppositum merito à D. Tho. censeatur erroneum, non autem est certum posse omnem hominem quandiu est in hac vita agere pœnitentiam, potentia primo modo acepta, scilicèt per principium intrinsecum in ipso receptum, sed sub lite Theologica, vtrimque probabili. Nos autem concedentes omni homini secundum modum potentiæ, primum negamus, vndè nec D. Thom. nec veritati Catholicæ opponimur.

85 *Replicabis.* Dices omni homini quandiu est in hac vita debet convenire ea potentia ad pœnitendum supra quam fundetur obligatio pœnitendi de peccatis commissis; at qui ad hanc obligationem fundandam non sufficit posse per potentiam extrinsecam, sed requiritur posse per principium intrinsecum proximè, vel remotè, vt *supra* dicebamus: ergo omnis homo, quandiu est in hac vita potest hoc modo agere pœnitentiam. Patet maior: omnis enim homo quandiu est in hac vita tenetur pœnitentiam agere: ergo habet potentiam, supra quam huiusmodi obligatio fundetur.

86 *Prosolutione notatur* 1. Respondeo notando primo: posse legem obligare dupliciter, primo inexcusabiliter, secundo excusabiliter, ad primũ obligationis modum requiritur potentia per principium intrinsecum sufficiens proximè, vel remotè, ad secundum autem sufficit potentia ab extrinseco, iàm explicata, vt constat in infidelibus negativis, quos obligat excusabiliter præceptum credendi ratione potentiæ ab extrinseco, quæ credere possunt, non autem inexcusabiliter, quia principio intrinseco ad credendum sufficienti non gaudent. *Secundo;* Advertо secundo pœnitentiam de peccato duplicem esse, aliam de peccato vt est contra Deum Auctorem naturæ, aliam de peccato, vt est contra Deum Auctorem supernaturalem, & licet in statu peccati, vna sine altera nõ sit possibilis *potentia consequenti*, est tamen vna sine altera possibilis *potentia antecedenti*, vt postea loquendo de dilectione explicabimus, saltim in homine ignorante invincibiliter Deum Auctorem supernaturalem,

Digitized by Google

ralem, in quo datur posse intrinsecum ad pœnitendum de peccato prout est contra Deum Auctorem naturæ, absque posse intrinseco ad dolendū de illo, vt est contra Deum supernaturalem Auctorem.

87 *Ad obiectionem resp.* Quibus posſitis ad obiectionem factam dicatur, omni homini quandiu est in hac vita convenire potentiam sufficientem ad ndandam obligationem inexcusabilem tenai de peccatis, vt sunt contra Deū orem naturæ, & excusabilem pœnitendi de peccato, vt est contra Deum supernaturalem Auctorem, & quia ad obligationem excusabilem sufficit posse ab extrinseco, ad inexcusabilem verò posse per principium intrinsecum: hinc fit quod omni homini, quandiu est in hac vita detur potentia intrinseca ad pœnitendum de peccato, vt est contra Deum Auctorem naturæ, & saltim extrinseca ad dolendum de peccato, vt est contra Deum Auctorem supernaturalem.

88 *Instabis.* Sed instabis adhuc: nam sequitur ex hac solutione homines, quibus Deus negat auxilia sufficientia ad salutem, commodum ex peccatis proprijs reportare, siquidem ex negatione gratiæ sufficientis de obligantur à legis observatione, & in illius transgressione non peccant, & quod Deus faborabilior sit illis, quā alijs, quibus præbet auxilia sufficientia, & negat efficacia: siquidem isti peccant non adimplendo legem supernaturalem, secus verò illi; consequens quoad vtramque partem falsum videtur: ergo solutio nulla.

89 *Resp.* Respondeo, negando vtramque partem sequelæ. Ad primæ probationem dicatur: non peccare in non adimpletione legis ernaturalis, non esse commodum, sed ius fore summam miseriam; siquidem ex defectu auxilij sufficientis sunt impotentes ad pœnitentiam agendam, & ad consequutionem salutis. Ad secundæ partis probationem dicatur, quod alij peccent non se tenere ex parte Dei, sed ex prava illorum voluntate, & quod ex parte Dei illis provenit, est auxilium sufficiens concessum eis, & alijs negatum, in quo favorabilior ostenditur illis, quibus confert gratiam sufficientem, quam eis quibus negat auxilia sufficientia ad salutem. Et instō argumentū in illis hominibus, quibus Deus negat gratiam sufficientem proximam ad credendum, qua de causa non peccant non credendo, & tamen non ostenditur eis favorabilior, quam alijs, quibus confert gratiam proximè sufficientem, vt credant, & negat efficacem quamvis isti peccent, rebus fidei non assentiendo, eo quod peccatum istorum non est à Deo, sed auxilium sufficiens eis concessum, & alijs negatum.

90 *Vltimo arg.* Denique arguitur: omni homini primo ad vsum rationis venienti dat Deus auxilium sufficiens ad se convertendum in Deum conversione supernaturali; at auxilium sufficiens ad conversionem supernaturalem est supernaturale ad salutem sufficiens: ergo nulli reprobo adulto negatur a Deo auxilium supernaturale ad salutem sufficiens. Illatio est legitima. Minor certa, & probo minorem, ex D. Thom. 1. 2. *quæst.* 89. *art.* 6. *& quæst.* 14. *de verit. art.* 11. *ad* 1. vbi docet omnem hominem quando primo pervenit ad vsum rationis teneri inexcusabiliter converti in Deum, conversione, ad quam sequitur iustificatio; at conversio ad quam sequitur iustificatio est supernaturalis: ergo omnis homo primo ad vsum rationis perveniēs tenetur converti in Deum conversione supernaturali.

91 *Conf.* 1. Et confirmatur primo ex eodem D. Thom. *quæst.* 14. *de verit. art.* 11. *ad* 1. vbi ait, ex eo quod sit necessarium aliquid explicitè credere non sequi quod puer in syluis nutritus, cui Evangelium prædicatum non est, de necessitate damnetur: *Si enim* inquit D. Thom. *taliter in Siluis nutritus ductum naturalis rationis sequeretur in appetitu boni, & fuga mali, certissimè est tenendum, quod Deus ei, vel per internam inspirationem revelaret ea, quæ sunt ad credendum necessaria, vel aliquem fidei prædicatorem dirigeret, sicut misit Petrum ad Cornelium*; at non est infallibilis assistentia gratiæ supernaturalis sequenti ductum naturalis rationis ex viribus naturæ, sed ex viribus gratiæ, vt diximus *supra disp.* 66. ergo puer taliter nutritus accipit à Deo auxilium supernaturale sufficiens. Confirmatur, & vrgetur secundo: soli facienti quod ex se est ex viribus gratiæ supernaturalis, est infallibilis gratiæ assistentia; at puero in syluis nutrito facienti quod est in se, est infallibilis divinæ gratiæ assistentia: ergo habet in se gratiam sufficientem receptam, ex vi cuius operando, infallibiliter vlteriorem gratiam seu illuminationem supernaturalem recipiat. *Conf.* 2.

92 *Resp.* 1. Huic argumento Alvarez, vbi supra *conclusione* 3. *& solutione ad* 5. respondet: omnem hominem primo ad vsum rationis venientem recipere à Deo auxilium supernaturale sufficiens, licet non immediatè ad credendum ea quæ sunt fidei, bene tamen mediatè, quia si auxilio gratiæ in primo illo instanti recepto bene vtatur se in Deum convertendo, illuminabitur in se recipiendo auxilium gratiæ immediatè sufficientis ad credendum ea quæ sunt de necessitate salutis. Secunda solutio est *Secunda.* Magistri Sancto Thoma *vbi supra, num.* 41.

vbi

vbi ait omnem hominem primo ad vsum rationis venientem recipere auxilium supernaturale sufficiens ad accep tandam legem, & ad credendum ea, quæ sunt fidei, implicitè tunc proposita per modum cuiusdam præmij superioris pro observantibus legem, licet non proponantur in particulari, & vt à Deo revelata, & id circo nō incurrere inficelitatem privativam, sed solum negativam; quia ad illam incurrendam requiritur resistentia, seu non acceptatio fidei explicitè, & in particulari propositæ.

63 *Vtraque solutio simul impugnatur.*

Sed licet istæ solutiones sua probabilitate non careant, non tamen placent, & contra vtranque facit non salvare nostrā sententiam, etenim Auctores, contra quos nostra conclusio procedit non asserunt omnibus reprobis dari auxilium supernaturale sufficiens immediatè ad credendum, & ad salutem, sed solum auxilium sufficiens remotè, & mediatè: ergo vtentes his solutionibus desserunt nostram sentētiam, & oppositæ adherent. Deinde prima solutio rejicitur, vt enim dicebamus supra in vltimo fundamento nostræ sententiæ, primum auxilium supernaturale sufficiens, est auxilium sufficiens ad credendū: ergo si hoc negatur aliquibus reprobis, negatur eis omne supernaturale auxilium; & consequentèr non recipiunt intrinsecè auxilium, quo proximè, vt remotè credere possint, *Contra 1. solutionē facit.*

94 *Secunda rejicitur.*

Et ex his impugnata relinquitur secunda solutio; etenim, vel hoc auxilium supernaturale sufficiens quod datur, est proximè ad credendum aliquod supernaturale mysterium sufficiens, vel solum mediatè? Si primum infideles negativè non sunt, sed privativè infideles; cum in non credēdo peccent, vtpotè obligati, & potentes. Si secundum, tale auxilium non datur, cum vt supra arguebamus, primum auxilium supernaturale sufficiens, sit auxilium ad credendum per voluntariam fidei acceptationem. Præterquamquod, vt supra argumentabar: eo ipso, quod aliquis recipiat auxilium mediatè sufficiens ad actum, omissio actus imputatur non operanti: ergo si omni homini Deus confert auxilium mediatè sufficiens, vt credat, omni homini imputatur ad culpam non credere; & consequentèr nullus datur, qui negativè sit infidelis.

95 *Vera argumenti solutio.*

Quare ad argumentum factum respondeo, negando maiorem: ad illius probationem explico D. Thom conversione ad quam ratione sui sequitur iustificatio, nego maiorem: ratione alterius sine quo nō ponitur, concedo maiorem, & distinguo minorem: conversio ad quam ratione sui iustificatio sequitur est supernaturalis, cōcedo minorem: ad quam sequitur non ratione sui, sed ratione alterius, sine qua nō ponitur de facto, nego minorem, & consequentiam. Itaque duplex est conversio in Deum, alia naturalis, alia supernaturalis, ad hanc secundam tenetur omnis homo primo perveniens ad vsum rationis perfectum, nedum intra ordinem naturæ, verum etiam intra ordinem gratiæ, scilicèt omnis, qui de supernaturalis misterijs illuminatur a Deo, non autem illi homines, ad quorum aures Evangelij prædicatio non venit, sed isti obligantur inexcusabiliter ad conversionem naturalem, ad quam habent auxilium sufficiens. Cæterum, quia conversio naturalis non potest in homine existente in peccato poni potētia consequenti absque supernatūrali, vt dicemus in materia de gratia *art.* 3. hinc fit verificari doctrinam D. Thom. quod omnis, qui præceptum tunc initans implevit, infallibiliter iustificabitur, non ratione conversionis adimplentis præceptum, scilicèt naturalis, ad quam inexcusabiliter est obligatus, & ad quam habet auxilium sufficiens dans potentiā antecedentē, sed ratione alterius, conversionis supernaturalis disponentis ad tolendum peccatū, sinè quo conversio naturalis in homine existente in peccato nunquam ponitur.

Et ex his ad primam confirmationem dicatur, si puer taliter nutritus ductum naturalis rationis de facto sequeretur, se in Deum convertendo de facto, ad quod haberet potentiam antecedentem; verum est illuminandum forè de illis, quæ necessaria sunt ad salutem, quia in tali casu iam recipisset gratiam supernaturalem prævenientem, vt rederet Deum supernaturalem authorem, & ipsum supernaturali amore diligeret, cum licet conversio naturalis sine supernaturali sit possibilis potentia antecedenti ad actum non reducenda, non tamen potentia consequenti, id est aliquando reducenda ad actum. Ad secundam confirmationem concessa maiori distinguo minorem: est infallibilis Diuinæ gratiæ assistentia ratione operis, ad quod habet potentiam antecedentem in se scilicèt naturalis dilectionis, nego minorem: ratione alterius actus, ad quem non habet potentiam in se, & antecedentèr, ad dilectionem naturalem requiritur, scilicèt conversionis supernaturalis sine qua naturalis cōversio non potest poni potentia consequēti, concedo minorem, & nego consequentiam. 96 *Ad 1. Confirma* *Ad 2.*

97 *Opponet 1.*

Sed oppones primo, nec potentia consequenti, nec potentia antecedenti est possibilis

sibilis in homine lapso dilectio efficax Dei authoris naturæ sine gratia spectati, vt docebimus tractatu de gratia Dei *art.* 2 ergo si omnis homo primo ad vsum rationis perveniens gaudet potentia antecedenti ad dilectionem Dei vt est author naturæ, omni homini datur pro illo instanti Divinæ gratiæ sufficientis auxilium.

Secundo. Secundo: esto efficax dilectio Dei conditoris naturæ non sit possibilis in homine lapso existente in peccato mortali sine dilectione supernaturali, in homine tamē lapso iustificato per gratiam possibilis est, vt in eode loco docebimus: ergo si aliquis parvulus statim, atque Baptismū recepit, a Gentilibus rapiatur, & in regionibus à prædicatione Evangelij remotis nutriatur, poterit primo ad vsum rationis perveniens, Deum Authorem naturæ super omnia diligere, quin ipsum diligat dilectione supernaturali, si quidem in hoc parvulo impedimentum peccati non est; at in tali casu puer ille infallibiliter de mysterijs fidei illuminabitur interius, absque externo prædicatore: ergo ex eo, quod alij ad quorum autes prædicatio Evangelij non venit; prædicatore externo non gaudeant, male colligimus interiori illuminatione ad salutem sufficiente carere.

98 *Tertiu.* Tertio: nam D. Thom. loco ex disputatis relato, contendebat salvare, nullum hominem, etiam inter bruta nutritum, necessario damnari; at iuxta solutionem, quam tradimus, hoc non salvatur: ergo solutio ad mentem D. Thom. non est. Probatur minor: ille necessario damnatur, in cuius potestate, libera salus constituta nō est; at iuxta solutionem, quam dedimus, in potestate parvuli ad vsum rationis venientis salus constituta non est; cum nullo auxilio supernaturali intrinseco gaudeat: ergo talis puer in sylvis nutritus, necessario damnatur.

99 *Ad 1. obiectionem resp.* Respondeo ad primam ex his obiectionibus, gratiam specialem requisitam ad potentiam antecedentem respectu dilectionis efficacis Dei conditoris naturæ, non esse supernaturalem, sed naturalem, vt loco allegato docebimus. Nos autem non negamus gratiam aliquam specialem entitativè naturalem omnibus dari, sed supernaturalem. *Ad 2.* Ad secundam dicatur casum illum extraordinarium esse, & in eo Deum cum tali parvulo vsurum extraordinaria providentia qualis est, quod sine exteriori prædicatore detur illuminatio interna de necessario credendis, eo quod, cum Deus gratiam sufficientem supernaturalem non neget, nisi in pœnam alicuius peccati, & in casu posito puer supponatur ab omni peccato immunis; fit quod talem puerum Deus supernaturali illuminatione interna de necessario credendis illuminet, nec in illo infidelitas negativa sit admittenda, quæ ratio in alijs, quibus culpa originalis dimissa non est non militat; ac proinde in illis veritas nostræ conclusionis illæsa subsistit. *Ad 3.* Ad tertiam dicatur quod licet parvulus in casu argumenti gratia supernaturali sufficiente non gaudeat, habet tamen gratiam sufficientem ad actum, cui, vt de facto ponendo antecedentèr est annexa gratia supernaturalis præveniens, & ideò aliqualiter habet in sua potestate salutem sufficienti modo, vt non de necessitate damnetur, nam si actū illum ad quem habet antecedentem potentiam eliciat, vt potest, illuminabitur de necessario credendis, & vires supernaturales ad salutem sufficientes recipiet.

100 *Vrgebis.* Dices: ergo iam damus homini facienti quod potest ex viribus naturæ Deum antecedenter assistere gratia supernaturali, cuius contrarium docuimus *disp.* 66. *Resp.* Respondeo distinguendo consequens: in ordine ad actum, qui sine supernaturali gratia prævenienti non potest poni potentia consequenti, qualis est dilectio efficax Dei conditoris naturæ, concedo consequentiam: in ordine ad omnem actum ratione alicuius legis vt Authores, quos ibi impugnavimus volunt, nego consequentiam.

101 *Corollarium.* Ex dictis in discursu disp. colligitur, nulli hominum, cui supernaturalis lex promulgatur, & illius invincibili ignorantia non laborat, Deum negare gratiam sufficientem in occasione instantis, præcepti, quod pareret: nam eo ipso quod homo advertit instantiam præcepti iudicat, se ad illius impletionem, teneri, & tale iudicium est à Deo; at quamvis Deus possit vtens extraordinaria potentia homini infundere iudicium, quo iudicat se ad legis impletionem teneri, & illi potentiam ad illius obseruantiam non dare, vtens tamen suavi, & ordinaria potentia, id non potest efficere: ergo omni homini, qui legis supernaturalis ignarus non est, dat Deus in occasione instantiæ præcepti, vires sufficientes ad eius adimpletionem. Quod indicasse videtur Tridentinum illis verbis: *Deus impossibilia non iubet, sed iubendo monet, & facere quod possis, & petere, quod non possis,*

¶ Et

¶ Et hæc de iſta diſp. applicanda litteræ Magiſtri in 2. diſt. 41. §. 1. & 3.

Hæc etiam de Secundo Tomo in Primam Partem dicta ſufficiant, Eccleſiæ correctioni ſubiecta, in laudem, & gloriam Omnipotentis Dei, Virginis Matris, Petri Apoſtolorum Principis, Petri Oxomenſis Noſtræ Eccleſiæ Reparatoris Egregij, Parentum Auguſtini, & Dominici, & Thomæ Doctoris Angelici, cui ſi quid diſſonum inueniatur aſſertum, libenti animo retractamus, & omnia à Nobis dicta Sapientium emendationi ſubijcimus.

FINIS.

1.010.092

Digitized by Google

INDEX

LOCVPLETISSIMVS RERVM NOTABILIVM;

Quæ in hoc Secundo Tomo in Primam Partem D. Thom. continentur.

D. *vel* Disp. *Disputationem.* N. *vel* Num. *Numerum marginalem designat.*

A

ACCEPTIO PERSONARVM.

VItium acceptionis personarum incurritur, quando id, quod pluribus debetur, vni soli cõfertur, nõ propter cõditionem, aut dignitatem, sed propter personam: vndè in rebus indebitis locum non habet. *Disp.* 66. *nu.* 29. & 30.

ACTIO.

ACtio creata excedit *secundum quid*, substantiam, seu naturam, à qua *simpliciter* exceditur. *Disp.* 46. *num.* 65.

De ratione actionis abstrahentis à creata, & increata non est *ab* formale, aut formalis egressus, sed disiunctim, formalis, aut virtualis: ad differentiam relationis, quæ *ad* formale determinatè petit. *Disput.* 47. *num.* 88. & 89.

ACTVS.

ACtus non est à potentia, tanquam à causa adæquata, sed vt à virtute causa: vndè satis probabile, est actum esse perfectiorem potentia, in creaturis realiter, in Deo virtualitèr. *Disput.* 47. *num.* 67.

Actus supernaturales sunt effectus prædestinationis nõ solum prout à gratia procedunt, sed etiam prout à libero arbitrio, ly *prout* specificativè, non reduplicativè accepto. *Disp.* 64. *à num* 45.

Actus interior speciem ab exteriori desumit, & semper sunt in eadem specie virtutis, aut vitij. *Disp.* 65. *à num.* 93. *vsque ad* 97. vide etiam *num.* 131. & *seqq.* & *Disput.* 69. *num.* 128. & *seqq.* Vbi hæc doctrina magis explicatur, & modificatur.

ACTVS LIBER DEI, SEV DECRETUM liberum.

ACtus liber, & efficax non in sensu metaphorico, sed in sensu rigoroso, & proprio admittendus est in Divina voluntate secundum fidei principia. *Disp.* 48. *num.* 1. 2. & 3.

Actus liber Dei non constituitur per quoddam accidens realitèr à divina voluntate distinctũ in tempore incipies, & ab illa realiter separabile, & oppositum est hæreticum. *Disp.* 48. *num.* 4. 5. & 6.

Nec constitui potest adæquatè per formam extrinsecam, & intrinsecam denominationem, nimirum per actionem transeuntem ad extra, qua Deus creaturas producit. *Ibidem num.* 8. & 9.

Nec potest consistere adæquatè in aliquo intrinseco, & extrinseco vtroque ingrediente in recto. *Disp.* 48. *à num.* 10. *vsque ad* 41. Vbi varij modi defensandi istam sententiam impugnantur.

Actus liber Dei non cõsistit in actualitate necessaria volitionis Divinæ addito respectu rationis ad creaturas existentes, aut futuras. *D.* 48. *à n.* 42. *vsque ad* 50.

Non cõsistit actus liber in perfectione quadam extẽsiva distincta à ratione à perfectione necessaria, quæ quia libera est, possit à divina voluntate deficere. *Disp.* 48. *num.* 51. & *seqq.* Vbi caietani sententi-

tia ab omni vindicatur cēſura,& plures ex auctoribus eum impugnantibus,ſolis verbis ab illo recedere,oſtenditur.
Actus liber non addit ad actum neceſſariū modum realem,ſeu realem extenſionē ſola ratione ab actu neceſſario diſtinctam, quæ potuit Deo realiter deficere quoad ſuam realitatem modalē. *Diſp.* 48.*à num.*59.
Actus liber non ſupperaddit ad pērfectiones neceſſarias Dei,perfectionē,aut entitatem ratione ab illis diſtinctam. *Diſput.*48.*num.*83.
Nec ſuperaddit ſolum terminum,nec ſolū reſpectum rationis. *Ibidem*,*num.*84.
Actus liber ſupperaddit ad perfectiones neceſſarias terminationem ratione diſtinctam in ratione terminationis, & prout ſic defectibilem: vnde actus liber conſiſtit in actualitate actus neceſſarij, vt ad creaturas libere terminata. *Diſp.* 48.*à num.*85.
Iſta libera terminatio Deo deficere potuit ſub conceptu terminationis, non autem ſub conceptu entitatis. *Ibidem*,*à num.*101.
Terminatio neceſſaria,& terminatio libera non diſtinguuntur tanquam duæ differentiæ ſpecifice: ſed quaſi exercitium primarium,& ſecundarium. *Diſp.* 48.*num.*104.
Iſta libera terminatio eſt aliquid ſupperadditum entitati actus neceſſarij, non tamen eſt ſupperaddita entitas, nec eſſentia,nec quidditas, imò nec formalitas realis, ſed tantum eſt diverſum exercitium eiuſdem entitatis, & quidditatis. *Diſp.*48.*num.*117.*&* 118.
Libera terminatio eſt Deus, & perfectio implicitè,non autem explicitè. *Ibidem*, *num.*120.121.*&* 122.
Datur in Deo actus liber formaliter, qui nunquam impletur. *Diſp.*52.*à num.*2.
Potuit voluntas divina ab omni actu libero ſuſpenſa manere, nedum ab actu, quo vellet futuritionem rerum, aut negationem futuritionis, verum etiam ab actu, quo talem ſuſpenſionem vellet. *Diſp.*55.*à num.*5.

ADAMVS.

GRatia collata Adamo in ſtatu innocentiæ non fuit effectus prædeſtinationis illius,vt primo collata,ſed ſolum vt reparata: ad differentiam noſtræ gratiç. *Diſp.* 64.*num.* 29.

ADVLTVS.

DE fide eſt, quod quotieſcumque adultos obligat inexcuſabiliter aliquod ſupernaturale præceptum, datur illis à Deo auxilium ſupernaturale ſufficiens. *Diſp.* 70.*num.*4.
Aliquando negat Deus adultis auxilia ſufficientia ad ſalutem in pœnam peccatorum. *Diſp.*70.*à num.*30.

AMICITIA.

Vide *Amor*.

AMOR DEI.

AMor ſpecialiter ſumptus, & prout diſtinctus à gaudio, reperitur in Deo. *Diſp.*45.*num.*92.*& ſeqq.& fuſius.* *Diſp.*57.*à num.*41.
Obiectū amoris ſpecialiter ſumpti eſt bonum abſtraens à poſſeſſo,& non poſſeſſo,non abſtractione poſitiva, ſed præciſ ſivè motivè. *Ibidem*,*num.*95.*&ſeqq.*
Amor, quo Deus diligit decreta efficacia libera,vt libera ſunt,non eſt neceſſarius ſed liber. *Diſp.*49.*num.*22.*&* 23.
Amor neceſſarius,& liber ſunt eiuſdē ſpeciei,& quidditatis,v.c. amor Dei in via, & in patria. *Diſp.*49.*num.*25.
Amor creaturarū poſsibilium nō datur in Deo. *D.*49.*n.*32. Quod de amore efficaci effective,indubitatum eſt D.51.*n.*1.
Amor ſpecialiter ſumptus, nec petit abſentiam obiecti,nec abſtractionem poſitivam illius à præſentia, & abſentia, ſed potius creſcit ex poſſeſſione obiecti, quando perfectum, & ſpirituale eſt: ad differentiam bonorum humanorū, quorum poſſeſsio faſtidium generare ſolet. *Diſp.*75.*num.*46.*&ſeqq.*
Deus amat rationales creaturas amore amicitiæ. *Diſp.*58.*à num.*2. Vbi octo modi dicendi impugnantur.
Amor amicitiæ terminari debet ad bonū amici propter ſe ipſum, ly *propter* excludente ordine ad alios particulares fines, non autem excludente ordinem ad vltimum finem. *Diſp.*58.*à num.*33.
Qualitèr amor amicitiæ ab amore concupiſcentiæ differat,latè explicatur. *Ibidē.*
Inter divinas Perſonas datur amor veræ amicitiæ. *Diſp.*58.*num.*57.

ANGELVS, ÆVVM ANGELICVM.

ANgelus cognoſcit futura naturalia,quę habent eſſe in ordine ad cauſas naturales,& futura cōtingentia libera ex vi alicuius inclinationis innoſtra potentia nō exiſtētis: nō tamen cognoſcit illa in ordine ad Deum, cuius decretum eis naturaliter non innoteſcit. D.33.*n.* 55.
Angelus non cognoſcit intuitivè futura, nec

nec æuo Angelico sunt physicè præsentia. *Disp.42.num.40.*

Ævum Angelicum non comparatur ad alias durationes per modum superioris illas continentis, sed vt perfectior mensura. *Ibidem.*

Angeli per suam essentiam non possunt de rebus à se distinctis habere cognitionē propriam, sed tātum communem: benè tamen Deus per suam essentiam. *Disp. 43.num.140.*

Species Angelicæ non sunt proprię passiones naturæ Angelorum. *Disp.47. num. 80.*

Angelica custodia non privantur Gentiles, media qua à multis retrahuntur malis, licet ab Angelis supernaturales illustrationes non accipiant. *Disp.70. numer.72.*

ANIHILATIO.

ANihilatio potest Dei potentiam, & bonitatem manifestare & ex hoc, & aliis finibus à Deo fieri; de facto tamē nullam rem in nihilum rediget, nec rerum naturis congruit: ad differentiam permissionis peccati, quæ sæpè sæpius contingit. *Disp.63.num. 20.21. & 22.*

ANTI-CHRISTVS.

ANti-Christus non constituitur futurus, eo quo est in rerum natura posterior respectivè ad tempus, vel instans præsens, sed hodie est, & dicitur futurus & hodie non est posterior respectivè ad hoc tempus, nec ad præcedens. *Disp.33 num.111.112. & 113.*

In hac propositione, *Anti-Christus est futurus*, futuritio præsens enuntiatur signatè tamquam prædicatum: in hac vero *Anti-Christus erit*, solum exercitè enūtiatur futuritio per Verbum *erit*, & signatè importatur existentia pro tempore futuro. *Disp.35.num.112.*

Hæc propositio, *Anti-Christus coexistit Deo ab æterno*, in vno sensu est vera, & in alio falsa, vt explicatur. *Disp.41.num. 42.* & fusius *n.76. & seqq.*

APPETITVS.

APpetitus elicitus non potest naturam rationalem ab irrationali primario distinguere: sicut nec appetitus innatus, qui formam distinguentem supponit, & ad illam consequitur. *Disp.45. num.44.*

Ad omnem formam naturalem sequitur appetitus innatus, non tamen ad omnē formam intelligibilem sequitur appetitus elicitus. *Disput.45.numer.73. & 74.*

Appetitus elicitus non reperitur in Deo, cui nullum bonum deest. *Disp.45.numer.79. & seqq.*

Appetitus innatus, sivè ad bona intrinseca, sivè ad extrinseca, non reperitur in Deo propriè. *Disp.45. à num.100.*

Appetitus naturalis est naturalis exigentia boni, & perfectionis non habitæ. *Disput.45.num.104.*

ARTIFEX, ARTIFICIATVM.

AD artificiati formationem concurrūt scientia dirigendo, voluntas movendo, & vis executiva exequendo *Disp. 40.num.11. & 17.*

ATTRIBVTA DIVINA.

ATtributa divina addunt entitatem rationem distinctam ab entitate naturæ divinæ, ratioque entis divini multiplicatur in illis per rationem: ad differentiam liberæ terminationis decreti liberi Dei. *Disp.48.num.107.*

AVGVSTINVS.

DIvus Augustinus sine scientia media efficaciam gratiæ cum nostra libertate optimè conciliavit eiusque doctrina de prædestinatione, & gratia à Pontificibus fuit summis cum laudibus approbata, & semper ab Ecclesia secuta *Disp.38.num.2. & Disp. 67. à num. 11.*

AVXILIVM EFICAX, ET SVFICIENS.

Vide *Præmotio.*

VOluntas cum auxilio sufficienti dante posse ad operandum tenetur (si adsit præceptum) inexcusabiliter operari, etiam si careat auxilio efficaci, quod nō ad posse, sed ad actum per modum conditionis, & applicationis requiritur. *Disp.36. n. 70. & seqq.* & iterum *n.* Vbi 110. incidenter aliqua de auxiliorum efficacia ab intrinseco, sine lesione libertatis attinguntur.

In tota collectione auxiliorum, prout à professoribus scientiæ mediæ constituūtur, reperiri non potest efficacia infallibilis metaphysicè, sed ad summum moraliter. *Disp.67.à num.36.*

Necessitas decreti, & auxilij ab intrinseco efficacis independēter à præuisione cō sensus, demonstratur. *Disp.67.* Per totā maximè *à num.90.*

Auxilia efficacia ad salutem æternã cõsequendam reprobis à Deo negari est de fide, licet ad benè operandum sæpè multis concedantur. *Disp.70.num.1.* Vbi differentia inter auxilia sufficientia, & efficacia assignatur.

Auxilia sufficientia ad salutem offert Deus in communi omnibus hominibus. *Disp. 70.num.6.19 & seqq.*

Auxilia sufficientia ad salutem non dãtur omnibus reprobis, si *dare* correlativè accipiatur ad *recipere*, idest non omnes recipiunt. *Disp.70.à num.22.*

Habenti auxilium sufficiens remotum ad aliquem actũ, etiã si careat auxilio sufficienti proximo, imputatur ad culpam omissio actus. *Disp.70.num.39.*

AXIOMA.

PRopositio illa, quæ quasi axioma circũfertur, nimirum *à principio indifferenti non potest effectus determinatus provenire*, est vera de principio effectivo, falsa autem de obiectivo, directivo, & finali loquendo. *Disp.40.num.23.*

Axioma illud *quæcumque sunt eadem vni tertio, sunt eadem inter se*, intelligitur de illis, quæ sunt eadem vnitertio, quod est vnũ re, & ratione, formaliter, & virtualitèr. *Disp.41.num.72.*

Axioma illud, seu regula *ab affirmatiua ad negatiuam variato prædicato pœnes finitum, & infinitum est bona consequentia*, explicatur. *Disp.51.num.16.*

Axioma illud *caro emitur, quod petitur*, explicatur, *Disp.66.num.110.*

Axioma illud *facienti quod est in se, Deus non denegat gratiam*, latissimè explicatur, & defenditur contra Molinam de faciente, nõ ex viribus naturæ, sed ex viribus gratiæ. *Disp. 66. à num. 116.* vbi tres explicationes in favorem Molinæ à suis excogitatæ, impugnantur. Vide etiam. *Disp.70.num.100.*

B

BASILIVS, ET CVRIEL.

IStí SS. Magistri in stadio currentes pro scientia media defensanda acriter pugnaverunt, brabio autem consequuto, re quematurius inspecta, Verbo, & scripto ab illa recesserunt. *Disp.37.num. 5.* Fasloq; Lorcæ attribuitur. *Ibidem, num.6. & 7. Disp.38.num.11.*

BAPTISMVS, BAPTIZANS.

IN baptizante aliquem sub conditione, quod baptizatus non sit, datur actualis voluntas baptizandi *subiectiuè* absoluta, & conditionata *obiectiuè*: si autem voluntas illa esset omninò absoluta, cõmitteret Sacrilegium sic baptizans. *Disp.36.num.11.13.& 14.*

Licet baptismus applicatus subiecto, sit medium efficax ad remissionem culpæ, & infusionem gratiæ; ad salutem autem æternam consequendam est medium tantum sufficiens. *Disp.70.nu.33.*

BENEVOLENTIA.

Vide *Amor.*

NOn est de conceptu essentiali benevolentiæ inchoare amicitiam. *Disp.58. num.54.*

BONITAS, BONVM.

QValiter bonum apprehensum comparetur ad voluntatem, latè explicatur. *Disp.45.à num.24. vsque ad 34.*

Bonum apprehensum est idem cum forma intelligibili secundum esse naturale *obiectiuè*, non *subiectiuè*. *Ibidem, num.26. 27.& 28.*

Bonitas divina, & possessio bonitatis conveniunt athome in terminando actum divinæ voluntatis, in movendo autem, solum conveniunt quasi genericè. *Disp. 45.à num.95. vsque ad 99.*

Bonitas creata non potest esse obiectũ primarium voluntatis divinæ, nec alicuius actus illius *Disp.49.à num 41.* Imò nec obiectum materiale, sed tantum potest secundario à divina voluntate attingi. *Ibidem num.47.*

Bonitas creata non potest esse obiectũ formale nec motivũ, nec terminativũ voluntatis divinæ, & illius actuum. *D. 49.à n.59. vsque ad 62.& D.58.n.6.& seq.*

Bonitas sequitur ad ens *nominaliter* sumptum, & prout est concretum essentiæ. *Disp.51.num.4.& seqq.*

Bonum bonitate formali est idem quod appetibile, non autem bonum bonitate transcendentali. *Disp.51.nu.41.& 42.*

BREVIARIVM.

BReviarium requiritur ad recitationẽ, vt complens potentiam ad posse recitare, & concurrit loco specierum sine quibus non est intellectus potens cõplete ad intelligendum: vndè carens breviario inculpabiliter, non tenetur recitare. *Disp.30.num.120.*

C

CASIANVS.

CAsianus Præsbyter Masiliēsis (qui collator est appellatus) gratiæ Dei fuit hostis acerrimus, eius error refertur. *D. 66. n. 9.* & latè impugnatur *à num. 15.*

CASVALE.

CAsuale, & fortuitum dicitur id, quod evenit alicui præter eius intentionē, aut scientiam: vndè respectu Dei nihil potest casualiter evenire. *Disp. 37. num. 21. & 23.*

CAVSA, CAVSALITAS.

Vide *Effectus.*

CAusa petit suum præcedere effectum, præcedentia, & prioritate *a quo*, & naturæ, non autem prioritate temporis, & *in quo*, licet hanc præcedentiam permittat. D. 40 passim, maximè, *num. 64. & seqq.*

Causalitas principij remoti principalior est causalitate principij proximi, quando vtraque exercetur respectu formæ vtrique principio proportionatæ: secus autem quando forma est improportionata subiecto, & principio remoto, & proportionata dispositioni, & principio proximo. *Disp. 66. num. 89. & 90.*

CHARITAS.

CHaritas ordinat alias virtutes ad proprium finem non *elicitiuè*, sed *motiuè* & *imperatiuè*. *Disp. 60. num. 42.*

CIRCVNCISIO.

LIcet circuncisio in antiqua lege nō causaret gratiam physicè, nec moraliter, sed Deus ad illius præsentiam gratiā conferret, eis tamen, quibus applicabatur erat salutaris, ad illorumque salutē conducebat. *Disp. 66. num. 130.*

CÆLVM.

LIcet motus circularis cœli *subiectiuè* ab illo petatur, non tamen dimanat à cœlorum natura: vnde nō est propia cœlorum passio. *Disp. 47. num. 80.*

Motus cœli iubat prædestinationem, quatenus illo perficitur electorum generatio & sustentatio: imò & omnes causæ naturales isto modo ad prædestinationē concurrunt. *Disp. 42. num. 27.*

COEXISTENTIA RERVM IN ÆTERNITATE.

Vide *Æternitas.*

COGNITIO DEI.

Vide *Deus*, & *intellectus diuinus.*

DAtur in Deo cognitio certā certitudine metaphysica ex parte subiecti & *obiectiue* certa moraliter. *Disp. 34. à num. 14.*

Datur etiam in illo cognitio metaphysicè certa *subiectiuè*, & coiecturalis *obiectiuè*. Ibidem, *a num. 31.* Quæ cognitio perfecta est, nullam dicens imperfectionem. *Ibidem, num 37 38. & 39.*

Certitudo cognitionis desumitur, non ex obiecto materiali, sed ex formali: vndè de re in se dubia, & falsa, datur vera, & certa cognitio. *Ibidem.*

Terminatio cognitionis Diuinæ ad futura contingentia absoluta, esto defectibilia sit, specificari nequit à creaturis, *Disput. 39. num. 15.*

Respectiuè ad causas contingentes nulla potest esse ratio certitudinis cognitionis Diuinæ, nisi physica præsentia futurorum contingentium ad æternitatem. *Disp. 42. num. 3. & 4.*

Hæc tamen præsentia physica futurorū ad æternitatem, non est medium vnicū, vt certò cognoscantur sed possunt in diuinis idæis certissimè à Deo cognosci. *Disput. 42. à num. 5.*

Æternitas Diuina cognitionis non est omninò necessaria ad illius certitudinē respectu futurorum, benè tamen æternitas decreti, quod est medium *cui* innititur diuina cognitio. *Disp. 42. num. 12. 13. & 14.*

Vt cognitio diuina futurorum contingentium sit intuitiva, est omninò necessaria illorum physica præsentia ad æternitatem. *Disp. 42. à num. 16.*

Nihil cognoscitur à Deo vt futurū respectiuè ad æternitatē, benè tamen cōparativè ad nostrā durationem. *Disp. 42. n. 43.*

Eadem cognitio regulare potest actus diuersarum virtutum in Deo. *Disput. 57. num. 53.*

CONCVRSVS PRÆVIVS, SIMVLTA neus,& Indifferens.

Vide *Decretum*, & *Præmotio.*

DEus concurrit concursu prævio,efficaci,& prædeterminativo ad entitatẽ materialem peccati. *Disput.36. à numer.135.*

Negare Deum per concursum simultaneũ causare actualitatem actus peccaminosi,est hæreticum,vel saltim erroneum. *Disp.36.num.173.& seqq.*

Est etiam rationi naturali contrariũ, *num.* 180.& 182.

Deum causare materiale,& formale peccati concursu indifferenti,prout à Deo, & determinato à voluntate creata,late impuguatur. *Disp.36.à num.183.*

Vbi aliquæ doctrinæ , & solutiones noviter excogitatæ intolerabiliá inconvenientia deglutientes,reijcitur.

Authores concursus indifferentis ad materiali peccati faciunt Deum primã causam,& primum Authorem malitiæ formalis. *Disp.36.num.187.& seqq.*

Deus concurrit ad materiale peccati concursu determinato,prout ab ipso, & nõ strum concursum determinatè, nec aliter potest salvari , quod sit prima causa entitatis. *Disp.36.num.209.& 210.*

Suo concursu attingit Deus materiale peccati solum *specificativè*: homo autem etiam *reduplicativè* , illud suo concursu causat. *Disp.36,num.212.*

Deus suo concursu non attingit actionem intelligendi, qua ens rationis efficitur, vt fictio est. *Disp.44.num.29.*

CONDITIONALIS.

Vide *Futurum*,& *Propositio*

CONSEQVENTIA.

COnsequentiam moralem habere vim ad inferendum moraliter, non minus est verum, quã quod cõsequentia metaphysica habeat vim ad inferendũ metaphysicè: vndè conditionalis enuntiãs futurum sub conditione inferente moraliter , cognoscitur certissimè à Deo, nõ per scientiã mediã , sed per scientiã naturalem , & simplicis intelligentiæ, quæ non est adæquatè necessaria. *Disp.34.à num.15.vsque ad 30.*

Consequentia probabilis , est bona consequentia,& in illa non potest dari antecedens verum ,& consequens falsum falsitatem oppositã veritati probabili cõsequentis illatis,potest tamen esse consequens falsum falsitate oppositã veritati consequentis in re,quod latè explicatur. *Disp.34.num.48.& seqq.*

Vt consequentia sit bona requiritur, quod consequens inferatur ex antecedenti, nec sufficit quod revera,& de facto cõsequens cũ antecedenti ponatur,seu ab extrinseco principio illi coniungatur. *Disp.34.num.57.*

Quomodo in bona consequentia,si antecedens est necessarium,consequens etiam debet esse necessarium,explicatur. *Disput.54.num.30.*

CONSILIVM.

COnsilium præcedit electionem vt regula illius,& non ad scientiam visionis,sed ad simplicem notitiam pertinet. *Disp.40.num.19.*

CONTINENTIA EMINENTIALIS.

COntinentia eminẽtialis perfectior est continentia formali. *Disp.43.n.146* Vbi illarum differentia explicatur.

CONTINGENS.

COntingens est,quod potest non evenire ab extrinseco,ad differentiam liberi , quod ab intrinseco impediri potest. *Disp.33 num.81.& seqq.* Et iterum *num.*118. Et *Disp.37.num.16.*

CORPVS.

COrpus infinitum in ratione extensionis,omnibus alijs quãtumcumque distantibus inter se,simul adesset. *Disp.41.num.31.*

Duo corpora perfectè penetrata,nulla possunt gaudere prioritate, aut diversitate locali. *Disp.42.num.44.*

CREANS,CREATOR.

POtest Deus recipere in tempore denominationem creantis,quamvis intrinseca sit absque physica mutatione , secus autem denominationem liberè volentis. *Disp.53.passim,maximè n.33.*

CREATVRÆ , CREATVRÆ POSSIBILES

OMnes creaturæ quocumque tempore exituræ coexistunt physicè Deo ab æterno in æternitate, nedum objectivè,verum etiã physica præsentialitate. *Disp.41.per tot.*

Ex

Digitized by Google

Ex oppoſito ſequeretur mutatio, & novitas in ſcientia Dei, maximè in libera. *ibidem num.* 35. *& ſeqq.*

Ex exiſtentia phyſica rerum in æternitate non ſequitur creaturas vis produci, nec quod Deus nō poſsit illas annihilare, nec quod creaturæ præſentes, præteritæ, & futuræ phyſicè inter ſe coexistant, nec quod duæ contradictoriæ verificentur de eadem re in æternitate, nec denique infertur dari multitudinem actu infinitam, niſi ad ſummum ſimultate *ſecundū quid*, & extrinſeca. *Diſp.* 41. *à num.* 67. *vſque ad* 74.

Creaturæ non ſolum aſsimilantur Deo in eſſe intentionali, & repræſentativo, verū etiam in linea eſſendi. *Diſp.* 43. *num.* 154. 155. *&* 156.

Creaturæ poſsibiles non amantur à Deo. *Diſp.* 49. *num* 32.

Creaturæ non niſi ratione bonitatis Divinæ amantur à Deo: ſicut nec cognoſcūtur ab ipſo, niſi ratione veritatis increatæ. *Diſp.* 49. *à num.* 35. *& num.* 69. *& ſeqq.* maximè *num.* 74.

Creaturæ poſsibiles non amantur à Deo amore efficaci effectivè. *Diſp.* 51. *n.* 1.

Creaturæ poſsibiles habent bonitatem nō *ſimpliciter*, ſed tantum *ſecundum quid* *Diſp.* 51. *à num.* 3.

Negatio poſsibilitatis intrinſecæ creaturarum, non poteſt odio haberi, licet ex illa ſequatur omnipotentiæ deſtructio. *Diſp.* 51. *num.* 36. *&* 37.

Creaturæ poſsibiles vt non exiſtentes, terminan actum poſitivum voluntatis Divinæ loquendo de actu fugæ, qui actus habet pro obiecto negationem exiſtentiæ creaturarum, quæ ſuo modo exiſtit. *Diſp.* 51. *num* 45.

Creaturæ rationales diligūtur à Deo amore amicitiæ. *Diſp.* 58. per totam, & etiã amantur amore concupiſcentiæ quãdo amantur in ordine ad Divinam bonitatem, vt extrinſecè perficiendã propter gloriam extrinſecam, quam Deus venatur ex ipſis. *Ibid. num.* 50.

Creaturæ irrationales nō amatur, nec amari poſsunt à Deo amore amicitiæ poſsit tamen illas amare amore benevolētiæ, licet de facto ſolo amore concupiſcentiæ illas Diligat *Diſp.* 58. *n.* 53. *& ſeqq.*

D

DECRETVM DIVINVM.

Vide *Futurum*, & *actus liber.*

DEcretum Divinum conſtituit, vt forma extrinſeca, res in ratione futurarum. *Diſp.* 33. *per totam*, maximè *n.* 39. *& ſeqq.*

Decretum Divinum, & conſtituit Deum amantem creaturas, & cauſantem: ſub prima conſideratione reſultat ex decreto ad creaturas denominatio voliti, & amati: ſub ſecunda verò reſultat denominatio futuri. *Ibidem.*

Decretum de determinatione cauſarum quadruplex eſt, vel quadrupliciter eſſe poteſt, *Diſp.* 34 *num.* 29.

Decretis Divinis non ſolum repugnat futuritio abſoluta, verum etiam conditionata. *Diſp.* 35 *num.* 62. *& ſeqq.* Et *num.* 124. 125. *&* 126 Poſsibilitas, autem illis non repugnat. *Ibid.*

Probabile eſt exiſtere in volũtate Divina tot decreta *ſubiectivè* abſoluta, & conditionata *obiectivè*, quot ſunt futura conditionata circa omnes combinationes poſsibiles. *Diſp.* 35. *num.* 128. *&* 129.

Vt probabilius defenditur, quod propoſitiones negativæ de his futuris formatæ, nō petunt decretum poſitivum, ſed ſufficit decreti negatio. *Diſp.* 35. *à nu.* 129. *uſque ad finem.*

Ad differentiã negationis futuritionis gloriæ reproborum, quæ actum poſitivum terminat. *Num.* 140. 141. *&* 142.

Negatio decreti futuritionis conditionatæ eſt exercitium liberum Divinæ voluntatis, ſumpta negatione non purè præciſivè, ſed repugnãter, & poteſt cõcretivè accepta eſſe medium cognoſcẽdi aliquid negativum *Diſp.* 35. *nu.* 135. *& ſeqq.*

Decreta *ſubiectivè* abſoluta, & conditionata obiectivè ſunt in Divina voluntate admittenda. *Diſputatione* 36. *a numero ſecundo.* Vbi termini explicantur.

Decretum conditionatum non habet pro obiecto futuritionem conditionatam, ſed cauſat illam, vt forma extrinſeca. *Diſp.* 36. *num.* 61.

Hæc decreta conditionata ſunt ex ſe, & ab intrinſeco efficacia, & prædeterminantia efficaciter. *Diſp* 36. *à num* 66.

Maximè ſi decreta omninò abſoluta ſint ab intrinſeco efficacia, & prædeterminantia voluntatem creatam ad liberum conſenſum, & ita eſſe probatur, *à num* 67.

Ex decreto efficaci Divino terminato ad entitatem materialem peccati, non infertur eſſe Deo attribuendam malitiam formalem, ſed potius oppoſitum. *Diſp.* 36. *num.* 135. *&* *ſeqq.* maximè *à num.* 142

Decretum Divinũ eſt ad minus cauſa remota

mota cognitionis futurorum contingẽtium absolutorum. *Disputatione* 39. *numer.* 4.

In Divino decreto, seu in Divina essentia, vt per illud determinata cognoscuntur à Deo ista futura, tanquam in medio cum illis connexo. *Disput.* 39. *à numero* 7. Vide etiam. *Disp.* 39. *num.* 32. *&* 33.

Decretum liberum secundum id quod ad actum necessarium addit, non potest cõstitui per respectum rationis: & etiam si per illum respectum constitueretur posset esse medium cognitionis futurorum, quin ex hoc sequatur respectũ rationis à Divino intellectu confingi. *Disput.* 39. *num.* 17. *&* 18.

Nec constitui potest ex entitate actus necessarij, & ex denominatione extrinseca ab effectu futuro desumpta. *Ibidem num.* 19 20. & 21.

Decretum liberum Dei habet infallibilem connexionem cum effectu futuro. *Disp.* 39. *num.* 22.

Ex vi decreti efficacis constituuntur res creatæ futuræ *inchoativè*, & intentionis, non *completè*, *& exequutivè*: vndè non cognoscuntur res futuræ Intuitivè in decreto, vt in medio adæquato. *Disputatione* 40. *numero* 66. *&* 67.

Æternitas decreti est omninò necessaria ad certam, & infallibilem cognitionẽ futurorum contingentium: non sic æternitas Divinæ cognitionis. *Disp.* 42. *num.* 12. 13. *&* 14.

Si Deus apud se ipsum decerneret numquã cõcurrere cum intellectu creato ad aliquem actum, tale decretũ esset remotè intelligibile per non repugnantiam, vt intelligatur ex conceptu communi, & repugnantia ex conceptu differentiali. *Disp.* 45. *num.* 58. *&* 59.

Ex variatione decretorum Dei sequitur immediatè variatio in eius substantia, seu cognitione. *Disp.* 53. *à num.* 7.

Decretum exequutivum ab intentivo distinctum constituendum est in Divina voluntate circa gloriam. *Disput.* 59. *à num.* 10.

Decretum efficax intentivum gloriæ non specificatur à meritis, sed á gloria intenta; vndè liberale est; ad differentiam decreti exequutivi gloriæ, quod à meritis specificatur, & est actus iustitiæ. *Disput.* 59. *num.* 60.

Præter decretum intentivum gloriæ ante merita, datur aliud executivum circa gloriam merita prævisa supponens *Disp.* 65. *à num.* 85

DESIDERIVM.

Desiderium petit carentiam boni desiderati, seu quod non habeatur, nec formaliter, nec eminenter: vndè in Deo non reperitur desiderium, etiam boni creati. *Disp.* 45. *num.* 86. *& sequent. & Disp.* 57. *num.* 11. *& seqq.* maximè, *num.* 23. *&* 24.

Actus desiderij non convenit Deo, etiam respectu bonorum ad extra. *Disp.* 57. *à num.* 20.

Desiderans, inquantum talis, sibi semper desiderat. *Disp.* 57. *num.* 29.

DEVS.

Vide *Intellectus Diuinus*, & *futurum conditionatum*.

Deus certo, & infallibiliter cognoscit per scientiam simplicis intelligentiæ omnia conditionata necessario cum conditione connexa. *Disp.* 34. *num.* 1. *&* 2.

Deus necessario cognoscit vnica, & indivisibili cognitione conditionata necessaria, quorum conditio non est forma, sed causa efficiens consequentis, v. c. *Si homo existat, existet visibilis*. Disp. 34. à num. 3. vsque ad 6.

Idem dicendum est de conditionatis cõtingentibus infallibiliter cum sua conditione cõnexis. *Ibidem num.* 7. Secus de conditionatis conditiones omninò disparatas habẽtibus, si in vi consequentiæ accipiantur, *num.* 8.

Deus cognoscit certo certitudine physica ex parte subiecti, & morali ex parte obiecti, futura contingentia conditionata connexa moraliter cum conditione ex vi conditionis, etiam præciso decreto, v. c. *Si Petrus manserit multo tempore in peccato mortali, incidet in alia peccata*. Disputatione 34. à numero 14.

Futura conditionata coniecturaliter cum sua conditione connexa cognoscuntur à Deo ex vi conditionis, cognitione, *metaphysicè* certa ex parte subiecti, & coniecturaliter obiective, *Disputatione* 34. *à num.* 31.

Futura contingentia conditionata disparata non possunt vt vera à Divino intellectu cognosci. *Disputatione* 34. *à numero* 53.

Omnia alia futura conditionata cognoscuntur à Deo, non solũ cognitione certa moraliter, aut coniecturaliter, sed etiã cognitione omnino infallibili, vel vt

Digitized by Google

vt determinatè vera, vel vt determinatè falsa. *Disputatione* 34. *à numero* 79.

Deus non potest consiliare, aut præcipere materiale peccati, potest tamen ad illud præviæ, & simultaneè concurrere. *Disp.* 36. *num.* 214. *& seqq.*

Potest Deus necessitare voluntatē creatā ad materiale peccati materialiter sumptum, quin necessitet illam ad materiale formaliter consideratum, nec ad malitiā formalem; non tamē potest necessitare ad materiale odij Dei materialiter, quin necessitet volūtatē creatā ad malitiam formalem in illo materiali repertam. *Disp.* 36. *num.* 221. 222. *& seqq.*

Licet Dēus producat libere creaturas, non tamen producit illas contingenter. *Disputatione* 73. *num* 16.

De fide est Deum producere creaturas per intellectum, & voluntatem scientiāque illius esse rerum causatricem. *Disp.* 40. *à num.* 2. *vsque ad* 9.

Deus non agit ad extra ex necessitate naturæ, sed per electionem suæ voluntatis. *Ibidem num.* 3. *& seqq.*

Deo non repugnat processio naturalis ad intra: benè tamen ad extra. *Disp.* 40. *n.* 8.

In Deo non datur appetitus elicitus, nec desiderium, etiam respectu boni creati. *Disp.* 45. *num.* 79. *& seqq.*

Nec appetit, aut desiderat bonum alijs propiè, *num.* 89. *& 90.*

Datur in Deo gaudium, & amor specialiter sumptus in ordine ad bona intrinseca. *Disp.* 45. *num.* 92. *& seqq.*

Non datur in Deo appetitus innatus propriè, sivè ad extrinseca, & creata. *Disp.* 45. *à num.* 100.

Deus se ipsum, suasque perfectiones diligit non libere, sed necessario, etiā necessitate exercitij. *Disp.* 49. *num.* 1. *& seqq.*

Deo non potest essentialiter convenire amor creaturarum. *Disp.* 49. *num.* 11. 12. *& 13.*

Deus diligit creaturas existentes, non necessario, sed liberè, & oppositum est hæresis manifesta. *Disp.* 49. *à num.* 14. *vsque ad* 32.

Si Deus operaretur ex necessitate naturæ, & præstaret eundem cōcursum, quē modo præbet arbitrio creato, maneret in illo libertas. *Disp.* 54. *à num.* 4.

Si Deus operaretur ad extra ex necessitate naturæ, adhuc esset arbitrium creatū, & libertas nō esset perfectio simpliciter simplex, sed solum eminenter reperiretur in Deo. *Disp.* 54. *à n.* 31. *vsque ad* 39.

Si Deus ageret ex necessitate naturæ, & liberum arbitrium maneret, præberet illi eundem concursum prævium, & simultaneum, quem modo exhibet. *Disp.* 54. *à num.* 41.

Deo nō convenit cum proprietate timoris, & tristitiæ. *Disp.* 56. *num.* 1. *& seqq.*

Odium, & ira Dei nō nisi metaphoricè in Deo reperiuntur. *Ibidem, à num.* 13.

In Deo reperiuntur cum omni proprietate gaudium & delectatio, non autem ipsa, nec respectu bonitatis propriæ, nec respectu bonorū ad extra. *Disp.* 57. *à n.* 20.

In Deo datur amor sui specialiter sumptus *Disp.* 57. *à num.* 41.

In Deo non reperiuntur cum proprietate pœnitentia, nec ira. *Disp.* 57. *num.* 58. *& 59.*

In Deo datur verus amor amicitiæ erga rationales creaturas. *Disp.* 58. *à num* 2.

Deus non amat, nec amare potest, creaturas irrationāles amore amicitiæ; amore tamen benevolētiæ potuit illas amare, licet de facto solo amore concupiscentiæ illas diligat. *Disp.* 58. *à numer.* 53. *vsque ad* 56.

In nullo vero sensu dici potest, quod Deus se ipsum propter creaturas diligat. *Ibidem, num.* 58.

DISPOSITIO.

OMnis dispositio ad formam supernaturalem, etiam remota, respicit pro principio Deum, vt authorem supernaturalem, & excedit totius naturæ exigentiam, causaturque à forma in genere causæ formalis. *Disp.* 64. 65. *& 66.*

Omnis dispositio ad formam supernaturalem positivè cū illa cōnectitur, & illius possibilitatem expetit. *Ibidem, numer.* 66.

Ad differentiam subiecti, quod solum ratione potentiæ obedientialis concurrit, & per non repugnantiam ad illas recipiendas. *Ibidem, num.* 68. *& seqq. & iterum, num.* 89. *& 90.*

DISTINCTIO.

DIstinctio realis ex reali entitativa separabilitate à posteriori colligitur etiā in Deo. *Disp.* 48. *num.* 64. 65. 66. *& 67. & fusius, num.* 111. *& sequentibus*, vbi latè explicatur, ex qua separabilitate duorum sequatur inter illa distinctio.

DVRATIO.

DVratio primi mobilis non potest inferiores durationes continere, nisi successivè, prout in se ipsis existunt: ad differētiam æternitatis, quæ etiam in ratione

Digitized by Google

tione durationis est infinita. *Disp.* 41. *per totam*, maximè, *num.* 63.

E

EFFECTVS.

POtest aliquis effectus totalis ab aliquo efficienter causari, quin vna pars illius efficienter causetur. *Disp.* 33. *num.* 50.

Imò quin, nec pars formalis, nec materialis effectivè causentur; quod autem efficienter causet effectum totalem non causando materiam, nec formam, nec vnionem vtriusque est omninò inintelligibile. *Num.* 51.

Effectus necessarius, & contingens duplici ter considerari possunt, nimirum sub ratione entis, & sub ratione effectus, quod explicatur. *Disp.* 33. *num.* 78. & 79.

Licet effectus realis non possit ab ente rationis, vt à forma præstari; benè tamen tanquam à formæ complemento. *Disp.* 43. *num.* 218. & 219.

Effectus à duplici causa procedens, altera necessario operante, altera indifferenti, & contingenti, est liber, & contingens respectu istius, licet respectu alterius sit necessarius. *Disp.* 54. *num.* 4. & *seqq.*

Impotens ad effectum per accidens, est etiã impotens ad effectum per se, vt cõiunctum cum effectu per accidens, manere tamen potest cum potentia ad illum secundum se inspectum. *Disp.* 54. *num.* 26. & *seqq.*

ELECTIO.

LIcet electio, & vsus circa media versentur, essentialiter tamen distinguuntur. *Disp.* 59. *num.* 19. & *seqq.* Ab eadem tamen virtute procedunt. *Num.* 63.

Electio est actus efficax efficacia solum affectiva, & per modum actus primi: ad differentiam vsus, qui in actu secùdo, & efficacia absoluta coniungitur cum volito. *Disp.* 59. *num.* 26. & 27.

Electio pertinet ad ordinem intẽtionis; & amat media propter finẽ vt causam: vndè non à medijs, sed à fine specificatur; ad differentiam vsus activi. *Disp.* 59. *num.* 62.

Electio efficax prædestinatorum ad gloriam est prior voluntate inefficaci, qua vult Deus omnes homines salvos fieri. *Disp.* 62. *num.* 60. & *seqq.*

Electio efficax prædestinatorum ad gloriã per modum intentionis, prævisionem meritorum, vt moventium præcedit, nec sub merito cadit. *Disp.* 65. *à num.* 5.

Electio efficax medij efficaciter conducentis ad finem, præsupponit efficacem intentionem finis, sivè medium sit physicum, sive morale, sivè eligatur ad finem, quem quis sibi desiderat, sivè alijs. *Disp.* 63. *à num.* 26. *vsque ad* 39.

Ex electione efficaci ad gloriam ante prævista merita; non sequitur homines ad pigritiam, & desperationem in vitari; nec quod nullum fructum ex nostris bonis actibus obtineamus, nec quod falaces sint Dei promissiones, nec quod homò non electus non possit salvari, nec denique, quod prædestinatorum libertas destruatur. *Disp.* 65. *à num.* 140. *vsque ad* 155.

Electio efficax ad gloriam antevertẽs merita, fuit ad gradum determinatum gloriæ, qui confertur in tempore. *Disp.* 65. *num.* 156.

ENS.

LIcet ens actu implicitè includat modos contrahentes ipsum: concipitur tamen, vt potentiale per rationem in ordine ad illos, ad differentiam voluntatis Dovinæ respectu volitionis. *Disp.* 47. *num.* 57.

ENS RATIONIS.

LIcet en rationis non existat realiter, verè tamen existit in aliquorum sententia. *Disp.* 47. *num.* 220. & 22.

Licet ens rationis non possit causam realem, vt forma constituere, benè tamen vt causæ complementum. *Disp.* 43. *num.* 218.

Aliqua entia rationis sunt, quæ Deus efficere non potest. *Disputatione* 44. *à numero* 2.

Nullum ens rationis potest à Divino intellectu effici. *Disp.* 44. *num.* 11. & *sequentibus.*

Ens rationis non ordinatur ab intrinseco ad Deum, vt finem; nec Deus concurrit ad cognitionem, qua fit, prout est fictio. *Disp.* 44. *num.* 29.

ESSENTIA DIVINA.

Vide *Deus, & futurum.*

ESsentia Divina nõ nisi vt determinata per libera decretũ est causa futurorum contingentium absolutorum & cognitionis certissimæ, quam de illis habet Deus. *Disp.* 39. maximè *à num.* 10.

Essentia Divina sub ratione essentiæ est idea

idea obiectiva, sub ratione verbi est idea formalis, nō absolutè, sed vt cognita, vt comparata cum creaturis, vt diversimodè imitabilis ab illis. *Disp.* 43. maximè à *num.* 134.

Essentia Divina continet actu perfectè omnes perfectiones creatas, non solum secundum rationes communes, verū etiā secundum rationes particulares, quibus inter se distinguuntur; vnde est idea perfecta omnium rerum, ad differentiā essentiæ Angeli. *Disp.* 43. *num.* 138. 139. *& seqq.*

Essentia Divina vt exercet munus idææ, nō multiplicatur, adhuc virtualiter secundum munus formæ extrinsecæ, & ex opposito sequitur quemlibet Beatum cognoscere in Verbo omnes creaturas possibiles sumptas in particulari. *Disp.* 43. *num.* 206. *& seqq.*

Si Divina essentia non contineret eminenter creaturas, non esset illarum idæa obiectiva, nec formalis. *Disp.* 43. *nu.* 168.

Essentia Divina est idæa creaturarum, non ratione attributorum, sed ratione sui, vt ab attributis virtualiter differt: *Ibid. num.* 269.

Essentia Dei non est idæa Verbi Divini, licet ex cognitione essentiæ procedat. *Disp.* 43. *num.* 272.

ÆTERNITAS.

ÆTernitas est indivisibilis realiter, & formaliter; vndè res creatæ, quando existunt, coexistunt, toti æternitati totalitate reali, & formali, sed non virtuali. *Disp.* 41. *num.* 2, 3. & maximè 4.

Licet res omnes creatæ in tempore in propria mensura, & sibi adæquata duratione incipiant existere, & in illa. Deo ab æterno *physicè* non coexistant: in æternitate tamen ab æterno illi coexistunt physicè, & non solum *obiectivè*, respectu cognitionis Divinæ. *Disp.* 41. *à numero* 8.

Æternitas *est tota simul, & perfecta possessio*, quæ diffinitio explicatur, & defenditur *Disp.* 41. *num.* 29. *& seqq.*

Æternitas non solum caret successione entitativa, & intrinseca, sed etiam extrinseca desumpta ex rebus creatis inter se succedentibus. *Disp.* 41. *num.* 30. *& seqq.*

Æternitas est extensa, & successiva virtualiter. *Disp.* 41. *num.* 77. *& seqq.*

De æternitate dicitur Verbum de præterito, & de futuro; v. c. *fuit.* & *erit.* Ibidem.

EVBVLIA.

Vide *Prudentia.*

F

FOELICITAS.

ERga propriam fælicitatem non habemus liberum arbitrium, sumpto libero arbitrio pro libertate contrarietatis, bene autem sumpto pro libertate contradictionis. *Disp.* 49. *num* 6.

FIDELIS, INFIDELIS.

INfideles negativi nullum opus bonum supernaturale efficere possunt. *Disp.* 86. *num.* 123. & 124

Infideles negativi ad nullius præcepti supernaturalis observantiam sunt inexcusabiliter obligati. *Disp.* 70. *num.* 36.

Christus est caput infidelium ratione influxus, quem in illos habere potest, licet actu in illos non influat. *Disp.* 70. *num.* 78.

Licet infideles, imò, & omnis homo quandiù est in hac vita, non habeat gratiam sufficientē, potest tamen salvari per hoc quod gratiā potest recipere, & arbitrii libertate gaudet: ad differentiam dæmonum, & damnatorum, qui inflexibiliter malo adhærent. *Disp.* 70. *num.* 81. 82. & 83.

FILIATIO DIVINA.

FIliatio Divina non solum implicat, sed etiam multiplicat entitatē Divinam; vndè eo ipso, quod filiatio efficiat Patri deficit etiam illi entitas in filiatione inclusa ad differentiam terminationis liberæ, & necessariæ in Deo, quę etsi implicent entitatem, illam tamen non multiplicant. *Disp.* 48. *num.* 103.

FINIS.

FInis ante amorem (qui, vt ab illo intelligitur egredi, est eius causalitas) supponitur omninò indifferēs, vt hoc, vel illo amore diligatur, & per amorē terminatur. *Disp.* 40. *num.* 23.

Operari propter finē contingit dupliciter: primo ab intrinseco, quādo scilicēt ipse agens determinat sibi finem. Secundo ab extrinseco per determinationē finis ab alio superiori agente, vt contingit in operationibus naturæ. *Disp.* 43. *num.* 44.

Finis causat finaliter actionē, quæ fit, quin finaliter causet se ipsum, quod in causa efficiente contingere nequit. *Disp.* 43. *num.* 34. 35. & 36.

Finis qui in suo esse dependet à medijs, nō potest intēdi efficaciter, quin ex tali intentione sequatur amor mediorū: finis vero independēs, & in actu primo finalizans, non infert necessario amorē mediorum, bene tamen, vt actu finalizans, & in actu secundo consequendus. *Disp.* 49. *num.* 21.

Non stat dependentia à fine, sine dependentia in esse. *Disp.* 49. *num.* 79. Nec concursus finalis est concursus tantum conditionis, *ibidem.*

Volitio efficax medij efficacis supponit necessario efficacem intentionem finis formalem, & non sufficit virtualis: idēque de volitione medij inefficacis comparativè ad finem inefficacem dicendum, *Disp.* 52. *num.* 8. & 9.

Finis *cui* non specificat actum, sed finis *cuius gratia.* *Disp.* 58. *num.* 28.

Ad duos fines oppositos potest eadem met res ordinari, non intrinsecè, & ratione sui, sed ad vnum extrinsecè, & ad alium intrinsecè. *Disp.* 63. *num.* 20.

Intētio efficax finis, est virtualis amor omnium, quæ ad eius existentiā sunt necessaria, vt amata; non vero quando solum sunt necessaria, vt permissa. *Disp.* 63. *n.* 51. & *seqq.*

Finis, & media non possunt eodem actu in recto, & vt *quod* attingit: bene tamen si vnum in recto, & aliud in obliquo, vnu vt *quo*, & aliud vt *quod* ingrediantur, *Disp.* 56. *num.* 161. 162. 163. & 164.

FINITVM, INFINITVM.

Licet inter finitum, & infinitum, in re non detur medium, datur tamen medium sub reduplicatione alicuius rationis, rationis communis, nempè non finitum, seu infinitum negativè. *Disp.* 50. *num.* 13. & 14.

FORMA.

Forma alicuius rei accipitur tripliciter. Primo pro forma *à qua*: idest pro illa à qua effectus efficienter producit; secundo pro forma, *per quam*: est intrinsicè constituitur. Tertio pro forma *ad quam*; id est ad cuius imitationem aliquid efformatur vt idæa. *Disp.* 43. *nu.* 3.

FVTVRITIO, FVTVRVM

Vide *Decretum*, & *Deus.*

Futuritio consistit in præparatione, aut determinatione causarum ad rem extra causas ponendam illam extrinsecè denominante futuram: vndè rem esse futuram, dicit de formali determinationē causarū ad illius productione. *Disp.* 33. *à num.* 4.

Forma extrinseca, à qua res futura talis denominatur, nō est repræsentatio scientiæ Divinæ; per quam vt futura cognoscitur. *Ibid. num.* 7. & 8.

Nec est tempus præsens, aut antecedēs propriam durationem, vel negationem durationis, in qua propria existentia erit. *Ibid. à num.* 9. *vsque ad* 12.

Rem esse futuram non est aliquid rationis, sed quid reale, & licet eventus sit futurus; ordo tamen ad eventum, seu ipsa futuritio, præsens est. *Disp.* 33. *num.* 13. & 14. Et fusius. *num.* 84. & *seqq.*

Habitudo illa non solum est aliquid reale realitate essentiæ, sed etiam realitate existētiæ. *Ibidem, num.* 18. 19. & 20.

Futura cōtingentia in quantū talia, quoad eventum futurum, non cognoscuntur à Deo certò, & infallibiliter, bene tamen prout sunt in æternitate præsentiæ, vel vt decreto Divino efficaci subsunt. *Disp.* 33. *num.* 26.

Potest aliquid in tempore fieri, quod antecedenter non fuisse futurum, & aliquid esse futurum, quod tamen nunquam sit præsens, loquendo de futuritione in ordine ad causas creatas, secus de futuritione in ordine ad Divinum decretum. *Disp.* 33. *num.* 27. & 28. & *num.* 124.

Istæ propositiones, *res habet esse in causa præparata, & disposita*, & *res est futura*, non sunt synonomæ, sed distinguuntur ratione, sicut diffinitio, & diffinitum. *Disp.* 33. *num.* 23.

Res, vt futura non est obiectum decreti voliti per ipsum, nec Deus ab æterno voluit res esse futuras, ita vt futuritio sit obiectum volitum per decretū, sed voluit ab æterno quod res essent in tempore. *Disp.* 33. *num.* 44. 45. & 46. & *Disp.* 36. *num.* 61.

Futuritio respectivè ad causas creatas est effectus Diuini decreti in genere causæ efficientis: futuritio vero competens rebus in ordine ad Deum non provenit efficiēter à Divino decreto, sed formaliter, quin ex hoc sequatur, quod decretum causet se ipsum. *Disp.* 33. *num.* 52. & *seqq.*

Con-

Digitized by Google

Concretum futuritionis, seu rem esse futuram, est veritas creata *significare*, sed non *exercitè*. *Ibidem num.* 54.

Solum ex ordine ad decretum Divinum dicitur aliquid futurum simpliciter, id est omnibus modis. *Disp.* 33. *à num.* 55. *vsque ad* 60.

Aliquid dicitur futurum simpliciter, id est absolutè, in ordine ad causas secundas necessario, & immutabiliter operantes, ex ordine autem, ad causas contingentes propensas, dicitur futurum cum addito: ex ordine vero ad causas contingentes ad vtrumlibet, nullatenus dicitur aliquid futurum. *Disp.* 33. *à num.* 61.

Futurum *est quod non habet esse in se ipso, sed in causa præparata, & disposita ad eius productionem.* Disp. 33. num. 80. & seqq.

Futurum necessarium est illud, *quod habet esse in causa necessario, & immutabiliter operante.* Futurum autem contingens est illud, *quod tantum habet esse in causa impedibili*, & hoc est duplex. *Ibidem.*

Futurum absolutum est illud, *cuius futuritio à nulla conditione non futura dependet.* Futurum conditionatũ est illud, *quod absolutè non erit, esset tamen, si aliqua poneretur conditio.* Disp. 33. numer. 81.

Hoc futurum est duplex, aliud, quod cum conditione nullam habet connexionẽ, quod disparatũ appellatur: aliud quod cum conditione aliqua connexione cõnectitur, & hoc futurum est triplex, cuius deffinitiones explicantur. *Ibidem. n.* 82. & 83.

Cuiusdam recentioris distinctio de futuro in esse entitativo, & in esse veri formaliter, & fundamentaliter, reijcitur. *Ibid. num* 96. 97. & *seqq.*

Futuritio rerum creatarum, sivè absolutâ, sivè conditionata, non potest esse casualis Deo. *Disp.* 33. *num.* 118. & 119.

Obiectum sub conditione, quod esset futurum, & obiectum futurum sub conditione non sunt idem, sed valde diversa. *Disp.* 36. *num.* 64.

Conditionata positivè futura cognoscuntur à Deo in decreto efficaci *subiectivè* absoluto & conditionato *obiectivè*. Disput. 36 à num 80.

De fide est futura contingentia absoluta omninò certè à Deo cognosci & ratione naturali demonstratur. *Disp.* 39. *nu.* 1. 2. & 3.

Causa remota cognitionis horum futurorum est Divinum decretum. *Ib. n.* 4.

Hæc futura cognoscuntur à Deo in decreto libero, seu in Divina essentia, vt determinata per illud, tanquam in medio cum illis connexo. *Disp.* 39. *à num.* 7.

Futura contingentia non coexistunt *physicè* ab æterno Deo in sua propria, & adæquata mẽsura, hoc in mensura æternitatis secundum omnem sui virtualitatem. *Disp.* 41. *num.* 1. 2. & 3.

Coexistunt tamen toti æternitati totalitate tcali, & formali. *Ibidem, num.* 41 & 5.

Hæc propositio est vera: *Futura ab æterno in æternitate creantur.* Disput. 41. num. 55.

Ista etiam est vera: *Futura coextiterunt Deo in æternitate ab æterno*: sicuti; & ista debet concedi: *Futura, & præterita, sunt, fuerunt, & erunt physicè Deo in æternitate præsentia.* Disp. 41. num. 95. & 96.

Respectivè ad causas contingentes nulla esse potest ratio certitudinis cognitionis Divinæ, nisi physica præsentia futurorum ad æternitatem. *Disp.* 42. *num* 3. & 4.

Ista futurorum contingentiũ physica præsentia ad æternitatem non est medium vnicum ad certitudinem cognitionis Divinæ, sed possunt in rationibus Divinis, seu id eis cogcosci. *Disp.* 42. *à num.* 5.

Præsencia physica futurorum ad æternitatem est omninò necessaria, vt cognitio Divina ad illa terminata sit intuitiva, *Disp.* 42. *à num.* 16. *vsque ad finem.*

Futura non sunt physicè præsentia ævo Angelo. *Ibidem. num.* 40.

Complexum constans ex futuritione, & negatione futuritionis rerum, licet sit necessarium divisivè acceptum, quatenus necessarium est rem esse, vel non esse, non tamen habet bonitatem necessariam. *Disp.* 55. *num.* 6.

Est autẽ necessario scibile à Deo. *n.* 18. & 19. Negatio futuritionis rerũ non est à Deo amabilis ratione suiꝰ sed solum ratione alicuius, ad quod potest iudicari conducens, nũquam tamen est amabilis necessario. *Ibid. num.* 8 & 9.

FVTVRA CONDITIONATA.

Vide *Futuritio, Deus, Decretum.*

FVtura contingentia conditionata connexa moraliter cum conditione cognoscuntur à Deo ex vi conditionis certo, certitudine physica ex parte subie-

cti, & morali ex parte obiecti. *Disp.* 34. *à num.* 14.

Futura contingentia conditionata cognoscuntur à Deo in Divinis idæis. *Disp.* 36. *num.* 242. Et in causis liberis, seu contingentibus, vt subsunt Divino decreto præsenti, & præmotioni intrinsecæ, vt sub conditione futuræ, non vt in prima ratione, sed vt secunda. *Ibidem*, *num.* 243. *Et Disp.* 39. *à num.* 10. Et *num* 32. *& seqq.*

G

GAVDIVM.

DE ratione gaudij non est possessio ad amorem pręhabita, sed sufficit, quod in eodem instanti reali habeatur ex vi ipsius amoris. *Disputatione* 45. *num.* 80. *&* 81. Et *Disput.* 57. *num.* 34. *& seqq.*

Gaudium est delectatio consequens rationem de bono præsenti, & habito. *Disp.* 57. *num.* 1.

Gaudium esse potest de bonis coniunctis, & de bonis extrinsecis: ad differentiam delectationis specialitèr dictæ, quæ solum est de bonis intrinsecis. *Disp.* 57. *num.* 1.

Gaudium, & amor specialiter dictus distinguuntur virtualiter, & ratione ratiocinata in Deo ad differentiam scientiæ visionis, & simplicis intelligentiæ, quæ solũ ratione ratiocinãte, & pœnes ordine ad obiectum secundarium differunt. *Disp.* 57. *num.* 55. 56. *&* 57.

GENERATIO.

DE ratione generationis, vt sic, est, quod ex vi illius communicetur filio natura sub conceptu adæquato naturæ. *Disp.* 46. *num.* 26. *& seqq.*

Licet generatio, & potentia generativa in Patre distinguãtur virtualiter, nõ multiplicant numerum notionum divinarum, sed eandem Patris indicant dignitatem. *Disp.* 47. *num.* 73.

GENVS.

GEnus est, & concipitur, vt potentiale, saltim per rationem, in ordine ad differentias sibi realiter identificatas, à quibus obiectivè adæquatè præscindit. *Disp.* 47. *num.* 56.

GLORIA.

ELectio efficax prædestinatorum ad gloriam per modum intentionis prævisionem meritorum, vt moventium præcedit, nec sub meritis cadit. *Disp.* 65. *à num.* 5.

Gloria vt corona, non est bonũ occasionatum, sed per se amabile: vnde independenter à meritis amari potest in ordine intentionis: ad differentiam pœnæ, vt pœnæ, quæ bonum occasionatũ est, nec aliter amabile, nisi occasione demeritorum in omni ordine, & genere. *Disp.* 65. *num.* 79.

Præter decretum intentivum gloriæ ante merita, datur aliud exequutivum circa gloriam merita prævisa supponens. *Disp.* 65. *à num.* 85.

Licet exterior gloriæ collatio sit formaliter ex iustitia, & non liberalis formaliter; in radice tamen est ex motivo liberalitatis. *Disp.* 65. *num.* 130. *& seqq.*

Ista duo decreta: *volo efficaciter dare gloriam gratis*, ly *gratis* determinante obiectum, vt *quod* amatum, y istud: *volo efficaciter dare gloriam, vt coronam*, pugnant inter se: ista verò decreta *gratis volo dare gloriam, vt coronam*, ly *gratis* determinante actum, & excludente merita à motivo voluntatis intentivæ dandi gloriam: & istum: *ex meritis prævisis volo efficaciter gloriam conferre voluntate exequutiva*: compatibilia sunt. *Disp.* 65. *num.* 134. *& seqq.*

Gloria, & merita non sunt à Deo efficaciter volita eodem actu, sed distinctis virtualiter. *Disp.* 65. *à num.* 157. *vsque ad* 165.

Intentio gloriæ, vt coronæ attingit in obliquo merita, & gradus meritorum determinatos, quasi specificè, non autem merita hæc in individuo, & in particulari. *Disp.* 65. *à num.* 166. *vsque ad num.* 174.

GRATIA.

GRAtia ab intrinseco efficax, vt prævenit nostrum consensum, necessario debet admitti in via D. August. & Sancti Thomæ. *Disput.* 36. *numer.* 69. *& seqq.*

Licet gratia, vt principium radicale excedat gloriam excessu entitativo, & lumẽ beatificum illam adæquet: possunt tamẽ ratione medij obtinere respectu illius, & ab ea in genere causæ finalis causari. *Disp.* 64. *num.* 14.

Gratia interrupta per peccatum est effectus prædestinationis, non solum vt recuperata per pœnitentiam, sed etiam, vt primo collata, & quatenus interrupta non per culpam, sed à Deo. *Disp.* 64. *à num.* 18.

Prima gratia simpliciter, ideſt omnibus

modis talis, v. c. prima vocatio, excludit omne meritum, etiã de congruo in operibus ipsam antecedẽtibus, esto gratia habitualis admittat dispositiones illam de congruo merentes. *Disp.* 66. *num.* 52. & 53.

Hoc meritum de congruo non debet supponi dari in natura, sed in gratia, vt excludat omne debitum, saltim in radice. *Ibidem num.* 54. 55. & *num.* 56.

Opera bona ex naturæ viribus habita, nec remotè ad primam supernaturalẽ gratiam positive disponunt. *Disp.* 66. *à num.* 68.

Nec dispositione intrinseca, hoc est ab intrinseco gratiam postulante, nec extrinseca, hoc est à gratia ex parte subiecti exacta. *Ibidem num.* 71. 72. & 73. & iterum *num.* 97. & 98.

H

HABITVS.

HAbitus petit distingui realiter ab actu, & à potentia, in qua supponit aliquã difficultatem vincendam. *Disp.* 47. *num.* 45. & *Disp.* 50. *num.* 4. & 5.

HOMO.

OMnis homo quandiu est in hac vita potest salvari: licet non habeat auxilium supernaturale sufficiens: ad differentiam Dæmonum, & damnatorum. *Disp.* 70. *num.* 81. & *seqq.*

Omni homini in hac vita existenti convenit potentia sufficiens ad fundandam obligationem inexcusabilem pœnitendi de peccatis, vt sunt contra Deum Auctorem naturæ, & aliquando excusabilem de eisdem, vt sunt contra Deum Auctorem supernaturalem. *Disp.* 70. *num.* 86. & 87.

Ex hoc tamen non sequitur, homines, quibus Deus denegat auxilia sufficientia ad salutem, commodum ex proprijs peccatis reportare. *Disp.* 70. *num.* 89.

Non statim, ac homo pervenit ad vsum rationis, accipit à Deo auxilium sufficiẽs supernaturale ad se convertendum ad Deum, conversione supernaturali. *Disp.* 70. *num.* 95.

HVMANITAS CHRISTI.

IN humanitate Christi subsistentia Verbi terminata non datur appetitus innatus propriæ personalitatis, quæ eminenter in subsistentia Verbi continentur. *Disputatione* 45. *numero* 101.

I

IDÆA.

IDæa prout representativa idæati, & causativa solum in actu primo, præcedit divinum decretum considerata verò, vt practica in actu secundo, subsequitur ad liberum decretum, & per illud determinatur ad causandum in actu secundo. *Disput.* 39. *numer.* 35. & *seqq.*

Idæas reperivi in Deo est certissimũ apud omnes Catholicos: imò & Gentiles in hac veritate conspirarunt. *Disp.* 43. *nu.* 1. & 2.

In Deo reperiuntur idææ respectu omniũ rerum, quas causat: in creaturis vero solum respectu rerum artificialium. *ibid.*

Idæa, secundum Senecam, & Aristotelem, *est exemplar, ad quod artifex inspiciens operatur, quidquid operatur*, Vel secundum D. Thom. *idæa est forma alterius rei præter ipsam existens*, Vel *idea est forma, quam aliquid imitatur ex intentione agentis determinantis sibi finem.* Quæ diffinitiones in idem coincidunt, & explicatur. *Disp.* 43. *à num.* 3. *vsque ad* 8.

Idæa non consistit in creaturis, vt obiectivè à Deo cognitis, sed in aliquo increato. *Disp.* 43. *à num.* 10.

Inter idæam, & idæatum, non sufficit distinctio pœnes modos essendi, sed requiritur distinctio in substantia. *Disp.* 43. *num.* 20. 21. 22. & 23. & *num.* 34. 35. & 36.

Ratio idææ est prædicatum absolutum in Deo. *Disp.* 43. *à num.* 50. *vsque ad* 86.

Nec de ratione illius est, quod ab alio procedat. *Ibid. num.* 88. & *num.* 89.

Etiam adæquatæ sumpta dicitur essentialiter: ad differentiam Verbi. *Disp.* 43. *num.* 94. & *num.* 95.

Non omnis idæa est Verbum practicum, bene tamen è contra, omne Verbum practicum est idæa. *Ibid.*

Idæa nõ consistit in esse cognito creaturarum; nec hoc esse cognitum creaturarum est respectus cognitionis divinæ ad creaturas. *Disp.* 43. *à num.* 96. *vsque ad* 107.

Nec consistit in essentia Divina, vt est actualis cognitio. *Ibidem à num.* 108. *vsque ad* 156.

Idæa, seu exemplar obiectivum, per accidens requiritur in artifice creato: ad differentiam Divinæ essentiæ, vt idæa obiectiva, quæ per se concurrit. *Disputatione quadragesima tertia num.* 139. & 150.

Digitized by Google

Inter ideam, & idæatum, non requiritur formalis similitudo, sed sufficit eminentialis in idæa æquivoca, & alterius rationis, cum qua similitudine deficiente, seu imperfecta, salvatur ratio perfectissima idææ. *Disp.* 43. *num.* 171. *& sequentibus*, maximè, *num.* 174. 175. *& num.* 179.

Salva vnitate divinæ essentiæ dantur in Deo plures idææ. *Disp.* 43. *à num.* 196.

Variæ rationes ad probandum à priori idæatum pluralitatē referuntur, & reijciuntur, *Ibidem à num.* 198. *vsque ad* 225. Vbi propria ratio, & sententia statuitur.

Ipæatum multiplicitas non potest à respectibus rationis, nec tanquam à forma, nec forma complemento, præstari. *Disp.* 43. *num.* 225.

Ista multiplicitas provenit, ex eo quod divina essentia, non est creaturarum idæa se sola, sed cointellecta proportione creaturæ illam imitantis in particulari, quæ proportiones, cū sint plures, multiplicāt idæas: vndè creaturæ sub diversis proportionibus intellectæ pertinent ad constitutionem essentiæ divinæ, vt est creaturarum idea. *Disp.* 43. *à numero* 238.

Idæa hominis distinguitur ab idæa equi distinctione rationis formalis per operationem intellectus, & in re eminentialiter. *Disp.* 43. *num.* 255. *& 256.*

Hoc nomen *idea* non significat essentiam divinam, vt comparata cum cognitione divina, sed sub connotatione ad creaturas, vt ab illis imitabilē. *Disp.* 43. *n.* 256. 257. *& 258.* & iterum *num.* 264. *& seqq.*

Vnicum idæa practica datur respectu eorum, quæ vnica actione fiunt. *Disp.* 43 *num.* 273.

Respectus, quibus distinguntur idææ, non sūt respectus rationis, sed respectus realis creaturarum ad essentiam divinam, quibus extrinsecè complentur idææ. *Disp.* 44. *num.* 43. *&* 44.

Vndè idææ realiter multiplicātur in Deo; ad differentiam aliorum attributorum. *num.* 48.

IMMENSITAS.

OMnia, quæ existunt in loco, coexistunt divinæ immensitati, non secundum quod cuivis loco existit immensitas, sed quatenus proprio, & peculiari illi loco, in quo res existit prout ab alio alterius loco distincto, correspondet, *Disp.* 41. *num.* 3.

Immensitas nequit præcontinere rationē sui loca futura, & corpus, quod præsens non est physicè, nequit divinæ immēsitate coexistere: ad differentiam æternitatis, cui nondum physicè existentia, physicè coexistunt. *Disp.* 41. *num.* 65. *&* 66. *& Disp.* 53. *num.* 22.

IMPEDIMENTVM.

NOn omne impedimentum ad extremum aliquod necessarium, & ab intrinseco in auferibile, tollit potentiā antecedentem ad tale extremum ponendum. *Disp.* 54. *num.* 25.

IMPERIVM DIVINVM.

IMperium in Deo est scientia visionis, & concurrit ad creaturarum productionem. *Disp.* 40. *numero* 40. *& sequentibus.*

Imperium est actus intellectus, & nō voluntatis *Ibidem num.* 41. Distinguitur à simplici notitia, *num.* 43. *&* 44.

Licet inter imperium, vt dirigens, & vt exequens, non sit virtualis adæquata distinctio, mediat tamen inter vtrumque istum conceptum, vsus virtualiter adæquate ab imperio distinctus, quod tribus exemplis ostenditur. *Disp.* 59. *num.* 53.

Licet in imperio inveniatur formalitas dirigentis, & formalitas exequentis sine distinctione virtuali adæquata: in electione tamen, quæ actus voluntatis est, inviniri non potest sine tali distinctione formalitas tendentiæ affectivæ, & formalitas tendentiæ affectivæ. *Ibidem numer.* 54.

Imperium à iudicio distinctum est in divino intellectu constituendum. *Disp.* 59. *à num.* 65. & fusius. *num.* 86. *& sequentibus.*

Imperium est actus proprius prudentiæ, prout ab Eubulia, y Synesi distinctæ. *Disp.* 59. *num.* 68. 69. & 70.

Imperium politicum exigit distinctionem suppositorum: secus autem imperium monasticum. *Disp.* 59. *num.* 80.

Imperium est actus intellectus, & intellectio veritatem significans, quæ veritas consistit in hoc, quod media vt iam electa proponit, vt hic, & nunc exequenda. *Disp.* 59. *num.* 81. *& seqq.* maximè *num.* 84. *&* 85.

IMPETRATIO.

IMpetratio distinguitur à merito congruo. *Disp.* 66. *num.* 15.

Impetratio imititur principalitèr fidei: ad differentiā meriti charitati innitentis

tis vndè peccatores aliqua à Deo impetrãt, nihil tamẽ merẽtur. D. 66 *n.* 105.
Impetratio bonorum supernaturalium cõ petere nequit operibus naturæ. D. 66. *n.* 103. & 104. & maximè, *num.* 111.
Quod datur intuitu impetrationis, prout est conditio solũ innotescendi, seu manifestandi miseriam, & indigentiam postulantis, omninò liberaliter datur: quãdo autem movet ratione propriæ honestatis, tollit rationem doni omninò liberalis. Idem dicendum de præcibus. *D.* 66. *num.* 109. & 110.

INTELLECTIO.

INtellectio sivè creata sit, sivè divina, nõ est formaliter similitudo obiecti, & à verbo distinguitur. *Disp.* 43. *num.* 112. & *seqq.*
Non omnis intellectio nata est movere voluntatem, sed solum intellectio practica boni, vt hic, & nunc convenientis. *Disp.* 45. *num.* 67. & 68. & *seqq.*
Radix intellectionis, pro eo quod radix dicit in recto non distinguitur obiectivè à radice volitionis: benè tamen pro eo, quod importat in obliquo. *Disp.* 40. *num.* 82.
Intellectio distinguitur virtualiter adæquatè à volitione. *Ibid. num.* 83.

INTELLECTIVVM.

QValiter ex intellectivo possit, vel non possit probari volitivum, explicatur. *Disp.* 45. *num.* 40. 41. & 42.
Implicat intellectivum non volitivum. *Ibid.* à *num.* 43.

INTELLECTVS DIVINVS.

Vide *Deus, & futurum.*

INtellectus divinus non potest certo, & infallibiliter cognoscere futura conditionata contingentia, seu libera in causis liberis, aut contingẽtibus, etiam supercomprehensis, vt divinam prædeterminationem præveniunt *Disp.* 35. à *num.* 10.
Nec cognoscit talia futura in propositionibus contradictoriè oppositis, ex vi, & lege contradictionis. *Disp.* 35. à *num.* 30.
Nec potest divinus intellectus pro priori ad decretum talia futura cognoscere in illorum determinata veritate obiectiva, quam pro illo priori non habent. *Disp.* 35. à *num.* 43.
Nullum futurum conditionatum potest, vt verum à divino intellectu cognosci, certitudine omninò infallibili, nisi præsupposito decreto libero existente *exercitè* in Deo. *Disp.* 35. à *num.* 63.
Terminatio intellectus divini ad veritates conditionatas convenit Deo est tabiliter ab intrinseco, & est illi absolutè libera: vndè supponit decretum *subiectivè* existens. *Disputat.* 37. à *numero* 29.
De fide est Intellectum divinum omninò certè cognoscere futura contingentia, absolutaq; causam remotam huius cognitionis esse divinum decretum est certum. *Disputatione* 39. à *numer.* 1. *vsque ad* 4.
Ista futura cognoscit intellectus divinus in decreto libero, vel in divina essentia, vt determinata per illud, tanquam in medio cum illis connexo. *Disp.* 39. à *numero* 7.
Aliqua entia rationis sunt, quæ intellectus divinus efficere non potest. *Disp.* 44. à *num.* 2. *vsque ad* 10.
Imò nullum ens rationis effici potest à divino intellectu. *Ibidem*, à *numero* 11.
Intellectui divino repugnat terminatio cõ fusa subiectiva, & ex parte cognoscentis, non tamen obiectiva. *Disp.* 65 *num.* 172.

INTELLECTVS.

INtellectus non est propter voluntatem, sed multo illa perfectior. *Disp.* 45. *num.* 41.
Finis intellectus non est proponere obiecta fugienda, vel pro sequenda, sed veritatis cognitio. *Ibid. num.* 45.
Licet intellectus in omni suo actu non attingat vt *quod* rationem entis, supponit tamen illam attactam *vt quod Disp.* 49. *num.* 8.
Ad intellectum practicum pertinet ordinare vnum ad alium, & conferre vnum cũ alio, sicut ad speculativum spectat inferre vnum ex alio. *Disp.* 60. *num.* 15.

INVIDIA.

INvidia est species tristitiæ ex animi angustia, seu parvitate procedens: vnde Deo convenire non potest. *Disp.* 57. *num.* 59.

IRA.

IRa est appetitus vindictæ cum spe vltionis ex tristitia procedens: vnde in Deo non reperitur cum proprietate. *Disp.* 56. *num.* 24. & 25.

Accensio sanguinis circa corde materiali importatur ab ira. *Ibid.*

Ita esse non potest sine dolore, bene autem odium. *Ibid. num.* 25.

IRIS.

IRis, seu arcus cœlestis, est signum ad placitum, non futuri diluvij, formaliter cõstitutus per relationem rationis, non ex vi impositionis divinæ, sed ex vi acceptationis hominum. *D.* 44. *n.* 31. 32. 33. & 34.

IVDÆI.

IVdæi, qui visis Christi miraculis, & prædicatione non fuerunt ad fidem conversi, inexcusabiles sunt, etiam cõparativè ad Gentiles, qui si illa viderent, & decretum efficax conditionatum de illorum conversione ad esset, ad fidem converterentur. *Disp.* 36. *num.* 110. & *seqq.*

Quod in principijs Professorum scientiæ mediæ negari non potest. *Num.* 111. & 115.

IVRAMENTVM PROMISSORIVM.

IVramentum promissorium sine animo formali adimplendi rem iuratam est per iurium ex defectu veritatis præsentis. *Disp.* 36. *num.* 27.

L

LEX.

NOn datur lex ex meritis Christi statuta de adiungenda gratia supernaturali auxiliante facienti quod in se est ex viribus proprijs. *Disp.* 66. *à nu.* 118. *vsque ad* 38.

Vt lex obliget inexcusabiliter, requiritur potentia per principium intrinsecum sufficiens proximè vel remotè; vt autẽ excusabiliter obliget, sufficit potentia ab intrinseco. *Disp.* 70. *num.* 84. 85. 86. & *seqq.*

LEX ÆTERNA.

LEx æterna non est idem, quod providentia divina, sed providentiæ principium *Disp.* 60. *num.* 70. *vsque ad numer.* 74.

LIBERTAS, LIBERVM.

Vide *Contingens.*

Implicat liberum creaturæ non liberum Deo, & illi non subordinatum. *Disp.* 37. *num.* 28. & *seqq.*

Si Deus operaretur ex necessitate naturæ, & præstaret eundem concursum, quem modo præstat arbitrio creato, salvaretur in illo libertas creata. *Disput.* 54. *à num.* 4.

In tali casu actus esset liber prout à voluntate, & necessarius prout à Deo procederet: nec ex hoc sequeretur, quod voluntas creata posset impedire effectum efficaciter à voluntate divina intentum. *Disput.* 54. *à num.* 19. *vsque ad* 29.

Si Deus operaretur ad extra ex necessitate naturæ adhuc esset liberum arbitrium creatum. *Disputatione* 34. *à numero* 31.

In tali casu libertas non esset perfectio simpliciter simplex, & reperiretur solum eminenter in Deo. *Ibidem numer.* 34. & *seqq.*

Ratio formalis, & prima radix libertatis & cõtingentiæ secundarium causarum, est efficacia voluntatis divinæ. *Disp.* 54. *num.* 63.

Vt aliquid sit liberum per modum virtutis non requiritur, quod det vires ad extrema opposita, sed sufficit quod taliter iuvet ad vnum, quod relinquat in voluntate potentiam ad oppositum. *Disp.* 64. *numer.* 59.

LOCVS.

LOcus corporibus extrinsecus non potest ad corpora, nisi prius in se ipsis existentia, protendi: ad differentiam æternitatis, quæ infinita est in ratione durationis, & potest res creatas, nondum in suis durationibus proprijs existentes, continere. *Disp.* 41. *num.* 63.

LVX.

LIcet lux videatur, etiam *vt quod*, eodem actu, quo videntur colores, hoc tamen non provenit, ex eo quod lux est ratio videndi colores; sed quia potentia visiva non movetur ad videndum colores media visione lucis: ad differentiam voluntatis respectu finis, & mediorum, & intellectus comparativè ad principia, & conclusionis, quæ potentiæ de vno actu moventur ad alium. *Disp.* 65. *num.* 163. & 164.

MA-

Digitized by Google

M

MALITIA, ET MATERIALE Peccati.

Vide *Peccatum.*

MEDICVS.

PRudens medicus potest ex intentione robustioris salutis prævisa morbum permittere, non tamen ex intentione læsionis sanitatis. *Disp. 63. num. 45.*

MEDIVM.

DE ratione medij *in quo* cognitionis non est prius cognosci prioritate *in quo*, adhuc rationis, sed sufficit prioritas *à quo*, seu *naturæ*. *Disp. 39. num. 29.*

Media in ordine executionis non amantur propter finem, sed propter se, non *positivè*, sed *negativè*, quatenus in isto ordine amantur, & non propter finè. *Disp. 59. num. 61.*

Idem medium potest ad oppositos fines ordinari, ad vnum intrinsecè, & ex natura sua, ad alium extrinsecè, & ratione alterius, quod in permissione peccanti exemplificatur. *Disput. 63. num. 20. & seqq.*

MERITVM, DEMERITVM.

MErita in se ipsis considerata non insiuunt in actum voluntatis Divinæ activè consideratum, vt autem in Divina bonitate contenta, prout est ratio præmandi, movent Divinam voluntatem. *Disp. 49. num. 99. & seqq.*

Merita, vt in Divina bonitate eminenter contenta habent rationem meriti eminenter, licet non formaliter. *Ibid. num. 101.*

Licet de merita entitativè considerata nõ emineantur eminenter in Divina bõnitate, inspecta verò secundum honestatem obiectivam, sub qua iustitiam punitivam specificãt, sunt bona obiectivè, & in Divina bonitate contenta. *Disp. 49. num. 202.*

Ad meritũ condignum non sufficit æqualitas proportionis, nec requiritur æqualitas physica, sed desiderat moralem, in æstimatione morali consistentem. *Disp. 66. num. 16. 17. & 18.*

MISERICORDIA.

Misericordia Divina movetur, non à miseria aliena, sed à Divina bonitate, prout est ratio miserendi, vt continet eminenter rationem obiectivam misericordiæ creatæ: idemque de Divina iustitia est dicendum proportionabiliter. *Disp. 49. num. 95.*

Misericordia Divina distinguitur virtualiter à Divina iustitia considerata formaliter, licet in re ab alijs actibus Divinæ voluntatis non distinguitur. *Disputatione 50. numero 12. & sequentibus.*

Actus misericordiæ in Deo est vnus, & indivisibilis, adhuc virtualiter, idemque de actu iustitiæ, & alijs dicendum. *Disp. 50. num. 33.*

MOTVS CEOLI.

Vide *Cælum.*

N

NATVRA.

IMplicat natura intellectiva, non volitiva *Disp. 45. à num. 43.*

Implicat natura intellectiva, non volitiva. *Disp. 45. à num. 43.*

Implicat natura remotè, & radicaliter intellectiva, cui ab intrinseco repugnet vis proxima intellectiva. *Disp. 45. num. 55.*

Nõ potest dari natura intellectiva vni cognitioni finitæ adæquata. *Disp. 45. nu. 75.* Ad differentiam habitus, qui vni cognitioni adæquari potest. *Num. 76.*

Natura, quæ realiter ab operatione distinguitur, prout est radix potentiarum, & operationum, est propter illas, vt propter *finem effectum*: prout autem subest potentijs *proximè* operativis respicit operationem, vt finem *cuius gratia*. *D. 46. num. 66.*

Esse radicem volitionis non potest esse prioritas naturæ intellectualis. *Disp. 46. num. 78. & 79.*

Opus naturæ dicitur opus intelligentiæ ratione ordinis in illo reperti. *Disp. 60. num. 15.*

NATVRÆ OPERA.

Vide *Prædestinationis effectus.*

OPera ex viribus naturæ elicita, nec de condigno, nec de congruo primam gratiam auxiliantem, seu primum prædestinationis effectũ merentur. *Disp. 66. à num. 15.*

Licet plus distent, distantia entitativa, ordo

Digitized by Google

Auxilia efficacia ad salutem æternã cõsequendam reprobis à Deo negari est de fide, licet ad benè operandum sepè multis concedantur. *Disp.70.num.1.* Vbi differentia inter auxilia sufficientia, & efficacia assignatur.

Auxilia sufficientia ad salutem offert Deus in communi omnibus hominibus. *Disp. 70.num.6.19 & seqq.*

Auxilia sufficientia ad salutem non dãtur omnibus reprobis, si *dare* correlativè accipiatur ad *recipere*, idest non omnes recipiunt. *Disp.70.à num.22.*

Habenti auxilium sufficiens remotum ad aliquem actũ, etiã si careat auxilio sufficienti proximo, imputatur ad culpam omissio actus. *Disp.70.num.39.*

AXIOMA.

PRopositio illa, quæ quasi axioma circũfertur, nimirum *à principio indifferenti non potest effectus determinatus provenire*, est vera de principio effectivo, falsa autem de obiectivo, directivo, & finali loquendo. *Disp.40.num.23.*

Axioma illud *quæcumque sunt eadem vnitertio, sunt eadem inter se*, intelligitur de illis, quæ sunt eadem vnitertio, quod est vnũ re, & ratione, formaliter, & virtualitèr. *Disp.41.num.72.*

Axioma illud, seu regula *ab affirmatiua ad negatiuam variato prædicato pœnes finitum, & infinitum est bona consequentia*, explicatur. *Disp.51.num.16.*

Axioma illud *cæro emitur, quod petitur*, explicatur, *Disp.66.num.110.*

Axioma illud *facienti quod est in se, Deus non denegat gratiam*, latissimè explicatur, & defenditur contra Molinam de faciente, nõ ex viribus naturæ, sed ex viribus gratiæ. *Disp. 66. à num. 116.* vbi tres explicationes in favorem Molinæ à suis excogitatæ, impugnantur. Vide etiam. *Disp.70.num.100.*

B

BASILIVS, ET CVRIEL.

IIsti SS. Magistri in stadio currentes pro scientia media defensanda acriter pugnaverunt, brabio autem consequuto, re quematurius inspecta, Verbo, & scripto ab illa recesserunt. *Disp.37.num. 5.* Fallos; Lorcæ attribuitur. *Ibidem, num.6. & 7. Disp.38.num.11.*

BAPTISMVS, BAPTIZANS.

IN baptizante aliquem sub conditione, quod baptizatus non sit, datur actualis voluntas baptizandi *subiectiuè* absoluta, & conditionata *obiectiuè*: si autem voluntas illa esset omninò absoluta, cõmitteret Sacrilegium sic baptizans. *Disp.36.num.11.13.& 14.*

Licet baptismus applicatus subiecto, sit medium efficax ad remissionem culpæ, & infusionem gratiæ; ad salutem autem æternam consequendam est medium tantum sufficiens. *Disp.70.nu.33.*

BENEVOLENTIA.

Vide *Amor.*

NOn est de conceptu essentiali benevolentiæ inchoare amicitiam. *Disp.58. num.54.*

BONITAS, BONVM.

QValiter bonum apprehensum comparetur ad voluntatem, latè explicatur. *Disp.45.à num.24. vsque ad 34.*

Bonum apprehensum est idem cum forma intelligibili secundum esse naturale *obiectiuè*, non *subiectiuè*. *Ibidem, num.26. 27.& 28.*

Bonitas divina, & possessio bonitatis conveniunt athome in terminando actum divinæ voluntatis, in movendo autem, solum conveniunt quasi genericè. *Disp. 45.à num.95. vsque ad 99.*

Bonitas creata non potest esse obiectũ primarium voluntatis divinæ, nec alicuius actus illius *Disp.49.à num 41.* Imò nec obiectum materiale, sed tantum potest secundario à divina voluntate attingi. *Ibidem num.47.*

Bonitas creata non potest esse obiectũ formale, nec motivũ, nec terminativũ voluntatis divinæ, & illius actuum. *D. 49.à n.59. vsque ad 62.& D.58.n.6. & seqq.*

Bonitas sequitur ad ens *nominaliter* sumptum, & prout est concretum essentiæ. *Disp.51.num.4.& seqq.*

Bonum bonitate formali est idem quod appetibile, non autem bonum bonitate transcendentali. *Disp.51.nu.41.& 42.*

BREVIARIVM.

BReviarium requiritur ad recitationẽ, vt complens potentiam ad posse recitare, & concurrit loco specierum sine quibus non est intellectus potens cõplete ad intelligendum: vndè carens breviario inculpabiliter, non tenetur recitare. *Disp.30.num.120.*

Digitized by Google

C

CASIANVS.

CAsianus Præsbyter Massiliēsis (qui collator est appellatus) gratiæ Dei fuit hostis acerrimus, eius error refertur. *D. 66. n. 9.* & latè impugnatur *à num. 15.*

CASVALE.

CAsuale, & fortuitum dicitur id, quod evenit alicui præter eius intentionē, aut scientiam: vndè respectu Dei nihil potest casualiter evenire. *Disp. 37. num. 21. & 23.*

CAVSA, CAVSALITAS.

Vide *Effectus.*

CAusa petit suum præcedere effectum, præcedentia, & prioritate *a quo*, & naturæ, non autem prioritate temporis, & *in quo*, licet hanc præcedentiam permittat. D. 40 passim, maximè, *num. 64. & seqq.*

Causalitas principij remoti principalior est causalitate principij proximi, quando vtraque exercetur respectu formæ vtrique principio proportionatæ: secus autem quando forma est improportionata subiecto, & principio remoto, & proportionata dispositioni, & principio proximo. *Disp. 66. num. 89. & 90.*

CHARITAS.

CHaritas ordinat alias virtutes ad proprium finem non *elicitiuè*, sed *motiuè* & *imperatiuè*. *Disp. 60. num. 42.*

CIRCVNCISIO.

LIcet circuncisio in antiqua lege nō causaret gratiam physicè, nec moraliter, sed Deus ad illius præsentiam gratiā conferret, eis tamen, quibus applicabatur erat salutaris, ad illorumque salutē conducebat. *Disp. 66. num. 130.*

CÆLVM.

LIcet motus circularis cœli *subiectiuè* ab illo petatur, non tamen dimanat à cœlorum natura: vnde nō est propia cœlorum passio. *Disp. 47. num. 80.*

Motus cœli iubat prædestinationem, quatenus illo perficitur electorum generatio, & sustentatio: imò & omnes causæ naturales isto modo ad prædestinationē concurrunt. *Disp. 62. num. 27.*

COEXISTENTIA RERVM IN ÆTERNITATE.

Vide *Æternitas.*

COGNITIO DEI.

Vide *Deus*, & *intellectus diuinus.*

DAtur in Deo cognitio certa certitudine metaphysica ex parte subiecti, & *obiectiue* certa moraliter. *Disp. 34. à num. 14.*

Datur etiam in illo cognitio metaphysicè certa *subiectiuè*, & coiecturalis *obiectiuè*. Ibidem, *à num. 31.* Quæ cognitio perfecta est, nullam dicens imperfectionem. *Ibidem, num. 37 38. & 39.*

Certitudo cognitionis desumitur, non ex obiecto materiali, sed ex formali: vndè de re in se dubia, & falsa, datur vera, & certa cognitio. *Ibidem.*

Terminatio cognitionis Diuinæ ad futura contingentia absoluta, esto defectibilis sit, specificari nequit à creaturis, *Disput. 39. num. 15.*

Respectiuè ad causas contingentes nulla potest esse ratio certitudinis cognitionis Diuinæ, nisi physica præsentia futurorum contingentium ad æternitatem. *Disp. 42. num. 3. & 4.*

Hæc tamen præsentia physica futurorū ad æternitatem, non est medium vnicū, vt certò cognoscantur sed possunt in diuinis idæis certissimè à Deo cognosci. *Disput. 42. à num. 5.*

Æternitas Diuina cognitionis non est omninò necessaria ad illius certitudinē respectu futurorum, benè tamen æternitas decreti, quod est medium cui innititur diuina cognitio. *Disp. 42. num. 12. 13. & 14.*

Vt cognitio diuina futurorum contingentium sit intuitiva, est omninò necessaria illorum physica præsentia ad æternitatem. *Disp. 42. à num. 16.*

Nihil cognoscitur à Deo vt futurū respectiuè ad æternitatē, benè tamen cōparatiuè ad nostrā durationem. *Disp. 42. n. 43.*

Eadem cognitio regulare potest actus diuersarum virtutum in Deo. *Disput. 57. num. 53.*

CONCVRSVS PRÆVIVS, SIMVLTANEVS, & Indifferens.

Vide *Decretum*, & *Præmotio.*

DEus concurrit concursu prævio, efficaci, & prædeterminativo ad entitatē materialem peccati. *Disput.36. à numer.135.*

Negare Deum per concursum simultaneū causare actualitatem actus peccaminosi, est hæreticum, vel saltim erroneum. *Disp.36.num.173.& seqq.*

Est etiam rationi naturali contrariū, *num.* 180.& 182.

Deum causare materiale, & formale peccati concursu indifferenti, prout à Deo, & determinato à voluntate creata, late impuguatur. *Disp.36.à num.183.*

Vbi aliquæ doctrinæ, & solutiones noviter excogitatæ intolerabiliā inconvenientia deglutientes, reijcitur.

Authores concursus indifferentis ad materiali peccati faciunt Deum primā causam, & primum Authorem malitiæ formalis. *Disp.36.num.187.& seqq.*

Deus concurrit ad materiale peccati concursu determinato, prout ab ipso, & nō strum concursum determinatè, nec aliter potest salvari, quod sit prima causa entitatis. *Disp.36.num.209.& 210.*

Suo concursu attingit Deus materiale peccati solum *specificativè*: homo autem etiam *reduplicativè*, illud suo concursu causat. *Disp.36.num.212.*

Deus suo concursu non attingit actionem intelligendi, qua ens rationis efficitur, vt fictio est. *Disp.44.num.29.*

CONDITIONALIS.

Vide *Futurum*, & *Propositio*

CONSEQVENTIA.

COnsequentiam moralem habere vim ad inferendum moraliter, non minus est verum, quā quod cōsequentia metaphysica habeat vim ad inferendū metaphysicè: vndè conditionalis enuntiās futurum sub conditione inferente moraliter, cognoscitur certissimè à Deo, nō per scientiā mediā, sed per scientiā naturalem, & simplicis intelligentiæ, quę non est adęquatè necessaria. *Disp.34.à num.15.vsque ad 30.*

Consequentia probabilis, est bona consequentia, & in illa non potest dari antecedens verum, & consequens falsum falsitatem oppositā veritati probabili cōsequentis illatæ; potest tamen esse consequens falsum falsitate oppositā veritati consequentis in re, quod latè explicatur. *Disp.34.num.48.& seqq.*

Vt consequentia sit bona requiritur, quod consequens inferatur ex antecedenti, nec sufficit quod revera, & de facto cōsequens cū antecedenti ponatur, seu ab extrinseco principio illi coniungatur. *Disp.34.num.57.*

Quomodo in bona consequentia, si antecedens est necessarium, consequens etiam debet esse necessarium, explicatur. *Disput.54.num.36.*

CONSILIVM.

COnsilium præcedit electionem vt regula illius, & non ad scientiam visionis, sed ad simplicem notitiam pertinet. *Disp.40.num.19.*

CONTINENTIA EMINENTIALIS.

COntinentia eminentialis perfectior est continentia formali. *Disp.43.n.146* Vbi illarum differentia explicatur.

CONTINGENS.

COntingens est, quod potest non evenire ab extrinseco, ad differentiam liberi, quod ab intrinseco impediri potest. *Disp.13 num.81.& seqq.* Et iterum *num.118.* Et *Disp.37.num.16.*

CORPVS.

COrpus infinitum in ratione extensionis, omnibus alijs quātumcumque distantibus inter se, simul adesset. *Disp.41.num.11.*

Duo corpora perfectè penetrata, nulla possunt gaudere prioritate, aut diversitate locali. *Disp.42.num.44.*

CREANS, CREATOR.

POtest Deus recipere in tempore denominationem creantis, quamvis intrinseca sit absque physica mutatione, secus autem denominationem liberè volentis. *Disp.53.passim, maximè n.33.*

CREATVRÆ, CREATVRÆ POSSIBILES

OMnes creaturæ quocumque tempore existuræ coexistunt physicè Deo ab æterno in æternitate, nedum obiectivè, verum etiā physica præsentialitate. *Disp.41.per tot.*

Ex

Ex oppoſito ſequeretur mutatio, & novitas in ſcientia Dei, maximè in libera. *ibidem num.* 35. *& ſeqq.*

Ex exiſtentia phyſica rerum in æternitate non ſequitur creaturas vis produci, nec quod Deus nō poſsit illas annihilare, nec quod creaturæ præſentes, præteritæ, & futuræ phyſicè inter ſe coexiſtant, nec quod duæ contradictoriæ verificentur de eadem re in æternitate, nec denique infertur dari multitudinem actu infinitam, niſi ad ſummum limitate *ſecundū quid*, & extrinſecā. *Diſp.* 41. *à num.* 67. *vſque ad* 74.

Creaturæ non ſolum aſsimilantur Deo in eſſe intentionali, & repræſentativo, verū etiam in linea eſſendi. *Diſp.* 43. *nu.* 154. 155. *&* 156.

Creaturæ poſsibiles non amantur à Deo. *Diſp.* 49. *num* 32.

Creaturæ non niſi ratione bonitatis Diuinæ amantur à Deo: ſicut nec cognoſcūtur ab ipſo, niſi ratione veritatis increatæ. *Diſp.* 49. *à num.* 35. *& num.* 69. *& ſeqq.* maximè *num.* 74.

Creaturæ poſsibiles non amantur à Deo amore efficaci effectivè. *Diſp.* 51. *n.* 1.

Creaturæ poſsibiles habent bonitatem nō *ſimpliciter*, ſed tantum *ſecundum quid* *Diſp.* 51. *à num.* 3.

Negatio poſsibilitatis intrinſecæ creaturarum, non poteſt odio haberi, licet ex illa ſequatur omnipotentiæ deſtructio. *Diſp.* 51. *num.* 36. *&* 37.

Creaturæ poſsibiles vt non exiſtentes, terminan actum poſitivum voluntatis Diuinæ loquendo de actu fugæ, qui actus habet pro obiecto negationem exiſtentiæ creaturarum, quæ ſuo modo exiſtit. *Diſp.* 51. *num.* 45.

Creaturæ rationales diligūtur à Deo amore amicitiæ. *Diſp.* 58. per totam, & etiā amantur amore concupiſcentiæ quādo amantur in ordine ad Diuinam bonitatem, vt extrinſecè perficiendā propter gloriam extrinſecam, quam Deus venatur ex ipſis. *Ibid. num.* 50.

Creaturæ irrationales nō amatur, nec amari poſsunt à Deo amore amicitiæ poſsit tamen illas amare amore benevolētiæ, licet de facto ſolo amore concupiſcentiæ illas Diligat *Diſp.* 58. *n.* 53. *& ſeqq.*

D

DECRETVM DIVINVM.

Vide *Futurum*, & *actus liber.*

DEcretum Divinum conſtituit, vt forma extrinſeca, res in ratione futurarum. *Diſp.* 33. *per totam*, maximè *n.* 39. *& ſeqq.*

Decretum Divinum, & conſtituit Deum amantem creaturas, & cauſantem: ſub prima conſideratione reſultat ex decreto ad creaturas denominatio voliti, & amati: ſub ſecunda verò reſultat denominatio futuri. *Ibidem.*

Decretum de determinatione cauſarum quadruplex eſt, vel quadrupliciter eſſe poteſt, *Diſp.* 34. *num.* 29.

Decretis Diuinis non ſolum repugnat futuritio abſoluta verum etiam conditionata. *Diſp.* 35. *num.* 92. *& ſeqq.* Et *num.* 124. 125. *&* 126. Poſsibilitas autem illis non repugnat. *Ibid.*

Probabile eſt exiſtere in volūtate Diuina tot decreta *ſubiectivè* abſoluta, & conditionata *obiectivè*, quot ſunt futura conditionata circa omnes combinationes poſsibiles. *Diſp.* 35. *num.* 128. *&* 129.

Vt probabilius defenditur, quod propoſitiones negativæ de his futuris formatæ, nō petunt decretum poſitivum, ſed ſufficit decreti negatio. *Diſp.* 35. *à nu.* 129. *uſque ad finem.*

Ad differentiā negationis futuritionis gloriæ reproborum, quæ actum poſitivum terminat. *Num.* 140. 141. *&* 142.

Negatio decreti futuritionis conditionatæ eſt exercitium liberum Diuinæ voluntatis, ſumpta negatione non purè præciſivè, ſed repugnāter, & poteſt cō cretivè accepta eſſe medium cognoſcē di aliquid negativum *Diſp.* 35. *nu.* 135. *& ſeqq.*

Decreta *ſubiectivè* abſoluta, & conditionata obiectivè ſunt in Diuina voluntate admittenda. *Diſputatione* 36. *a numero ſecundo.* Vbi termini explicantur.

Decretum conditionatum non habet pro obiecto futuritionem conditionatam, ſed cauſat illam, vt forma extrinſeca. *Diſp.* 36. *num.* 61.

Hæc decreta conditionata ſunt ex ſe, & ab intrinſeco efficacia, & prædeterminantia efficaciter. *Diſp.* 36. *à num* 66.

Maximè ſi decreta omninò abſoluta ſint ab intrinſeco efficacia, & prædeterminantia voluntatem creatam ad liberum conſenſum, & ita eſſe probatur, *à num* 67.

Ex decreto efficaci Divino terminato ad entitatem materialem peccati, non infertur eſſe Deo attribuendam malitiam formalem, ſed potius oppoſitum. *Diſp.* 36. *num.* 135. *& ſeqq.* maximè *à num.* 142.

Decretum Divinū eſt ad minus cauſa remota

mota cognitionis futurorum contingẽtium abiolutorum. *Disputatione* 39. *numer.* 4.

In Divino decreto, seu in Divina essentia, vt per illud determinata cognoscuntur à Deo ista futura, tanquam in medio cum illis connexo. *Disput.* 39. *à numero* 7. Vide etiam. *Disp.* 39. *num.* 32. *& 33.*

Decretum liberum secundum id quod ad actum necessarium addit, non potest cõstitui per respectum rationis: & etiam si per illum respectum constitueretur posset esse medium cognitionis futurorum, quin ex hoc sequatur respectũ rationis à Divino intellectu confingi. *Disput.* 39. *num.* 17. *& 18.*

Nec constitui potest ex entitate actus necessarij, & ex denominatione extrinseca ab effectu futuro desumpta. *Ibidem num.* 19 20. & 21.

Decretum liberum Dei habet infallibilem connexionem cum effectu futuro. *Disp.* 39. *num.* 22.

Ex vi decreti efficacis constituuntur res creatæ futuræ *inchoativè*, & in ordine intentionis, non *completè*, *& exequutivè*: vndè non cognoscuntur res futuræ intuitivè in decreto, vt in medio adæquato. *Disputatione* 40. *numero* 66. *& 67.*

Æternitas decreti est omninò necessaria ad certam, & infallibilem cognitionẽ futurorum contingentium: non sic æternitas Divinæ cognitionis. *Disp.* 42. *num.* 12. 13. *& 14.*

Si Deus apud se ipsum decerneret numquã cõcurrere cum intellectu creato ad aliquem actum, tale decretũ esset remotè intelligibile per non repugnantiam, vt intelligatur ex conceptu communi, & repugnantia ex conceptu differentiali. *Disp.* 45. *num.* 58. *& 59.*

Ex variatione decretorum Dei sequitur immediatè variatio in eius substantia, seu cognitione. *Disp.* 53. *à num.* 7.

Decretum exequutivum ab intentivo distinctum constituendum est in Divina voluntate circa gloriam. *Disput.* 59. *à num.* 10.

Decretum efficax intentivum gloriæ non specificatur à meritis, sed à gloria intenta; vndè liberale est; ad differentiam decreti exequutivi gloriæ, quod à meritis specificatur, & est actus iustitiæ. *Disput.* 59. *num.* 60.

Præter decretum intentivum gloriæ ante merita, datur aliud executivum circa gloriam merita prævisa supponens *Disp.* 65. *à num.* 85

DESIDERIVM.

Desiderium petit carentiam boni desiderati, seu quod non habeatur, nec formaliter, nec eminenter: vndè in Deo non reperitur desiderium, etiam boni creati. *Disp.* 45. *num.* 86. *& sequent. & Disp.* 57. *num.* 11. *& seqq.* maximè, *num.* 23. *&* 24.

Actus desiderij non convenit Deo, etiam respectu bonorum ad extra. *Disp.* 57. *à num.* 20.

Desiderans, inquantum talis, sibi semper desiderat. *Disp.* 57. *num.* 29.

DEVS.

Vide *Intellectus Divinus*, & *futurum conditionatum*.

Deus certo, & infallibiliter cognoscit per scientiam simplicis intelligentiæ omnia conditionata necessario cum conditione connexa. *Disp.* 34. *num.* 1. *& 2.*

Deus necessario cognoscit vnica, & indivisibili cognitione conditionata necessaria, quorum conditio non est forma, sed causa efficiens consequentis, v. c. *Si homo existat, existet risibilis.* Disp. 34. à num. 3, vsque ad 6.

Idem dicendum est de conditionatis cõtingentibus infallibiliter cum sua conditione cõnexis. *Ibidem num.* 7. Secus de conditionatis conditiones omninò disparatas habẽtibus, si in vi consequentiæ accipiantur, *num.* 8.

Deus cognoscit certo certitudine physica ex parte subiecti, & morali ex parte obiecti, futura contingentia conditionata connexa moraliter cum conditione ex vi conditionis, etiam præciso decreto, v. c. *Si Petrus manserit multo tempore in peccato mortali, incidet in alia peccata.* Disputatione 34. à numero 14.

Futura conditionata coniecturaliter cum sua conditione connexa cognoscuntur à Deo ex vi conditionis, cognitione, *metaphysicè* certa ex parte subiecti, & coniecturaliter obiective, *Disputatione* 34. *à num.* 31.

Futura contingentia conditionata disparata non possunt vt vera à Divino intellectu cognosci. *Disputatione* 34. *à numero* 53.

Omnia alia futura conditionata cognoscuntur à Deo, non solũ cognitione certa moraliter, aut coniecturaliter, sed etiã cognitione omnino infallibili, vel vt

Digitized by Google

vt determinatè vera, vel vt determinatè falsa. *Disputatione 34. à numero 79.*

Deus non potest consiliare, aut præcipere materiale peccati, potest tamen ad illud præviæ, & simultanee concurrere. *Disp. 36. num. 214. & seqq.*

Potest Deus necessitare voluntatē creatā ad materiale peccati materialiter sumptum, quin necessitet illam ad materiale formaliter consideratum, nec ad malitiā formalem; non tamē potest necessitare ad materiale odij Dei materialiter, quin necessitet volūtatē creatā ad malitiam formalem in illo materiali repertam. *Disp. 36. num. 221. 222. & seqq.*

Licet Dēus producat libere creaturas, non tamen producit illas contingenter. *Disputatione 73. num 16.*

De fide est Deum producere creaturas per intellectum, & voluntatem scientiāque illius esse rerum causatricem. *Disp. 40. à num. 2. vsque ad 9.*

Deus non agit ad extra ex necessitate naturæ, sed per electionem suæ voluntatis. *Ibidem num. 3. & seqq.*

Deo non repugnat processio naturalis ad intra: benè tamen ad extra. *Disp. 40. n. 8.*

In Deo non datur appetitus elicitus, nec desiderium, etiam respectu boni creati. *Disp. 45. num. 79. & seqq.*

Nec appetit, aut desiderat bonum alijs propiè, *num. 89. & 90.*

Datur in Deo gaudium, & amor specialiter sumptus in ordine ad bona intrinseca. *Disp. 45. num. 92. & seqq.*

Non datur in Deo appetitus innatus propriè, sivè ad extrinseca, & creata. *Disp. 45. à num. 100.*

Deus se ipsum, suasque perfectiones diligit non libere, sed necessario, etiā necessitate exercitij. *Disp. 49. num. 1. & seqq.*

Deo non potest essentialiter convenire amor creaturarum. *Disp. 49. num. 11. 12. & 13.*

Deus diligit creaturas existentes, non necessario, sed liberè, & oppositum est hæresis manifesta. *Disp. 49. à num. 14. vsque ad 32.*

Si Deus operaretur ex necessitate naturæ, & præstaret eundem cōcursum, quē modo præbet arbitrio creato, maneret in illo libertas. *Disp. 54. à num. 4.*

Si Deus operaretur ad extra ex necessitate naturæ, adhuc esset arbitrium creatū, & libertas nō esset perfectio simpliciter simplex, sed solum eminenter reperiretur in Deo. *Disp. 54. à n. 31. vsque ad 39.*

Si Deus ageret ex necessitate naturæ, & liberum arbitrium maneret, præberet illi eundem concursum prævium, & simultaneum, quem modo exhibet. *Disp. 54. à num. 41.*

Deo nō convenit cum proprietate timor, & tristitia. *Disp. 56. num. 1. & seqq.*

Odium, & ira nō nisi metaphoricè in Deo reperiuntur. *Ibidem, à num. 13.*

In Deo reperiuntur cum omni proprietate gaudium & delectatio, non autem ipsa, nec respectu bonitatis propriæ, nec respectu bonorū ad extra. *Disp. 57. à n. 20.*

In Deo datur amor sui specialiter sumptus *Disp. 57. à num. 41.*

In Deo non reperiuntur cum proprietate pœnitentia, nec ira. *Disp. 57. num. 58. & 59.*

In Deo datur verus amor amicitiæ erga rationales creaturas. *Disp. 58. à num 2.*

Deus non amat, nec amare potest, creaturas irrationāles amore amicitiæ; amore tamen benevolētiæ potuit illas amare, licet de facto solo amore concupiscentiæ illas diligat. *Disp. 58. à numer. 53. vsque ad 56.*

In nullo vero sensu dici potest, quod Deus se ipsum propter creaturas diligat. *Ibidem, num. 58.*

DISPOSITIO.

OMnis dispositio ad formam supernaturalem, etiam remota, respicit pro principio Deum, vt authorem supernaturalem, & excedit totius naturæ exigentiam, causaturque à forma in genere causæ formalis. *Disp. 64. 65. & 66.*

Omnis dispositio ad formam supernaturalem positivè cū illa cōnectitur, & illius possibilitatem expetit. *Ibidem, numer. 66.*

Ad differentiam subiecti, quod solum ratione potentiæ obedientialis concurrit, & per non repugnantiam ad illas recipiendas. *Ibidem, num. 68. & seqq. & iterum, num. 89. & 90.*

DISTINCTIO.

DIstinctio realis ex reali entitativa separabilitate à posteriori colligitur etiā in Deo. *Disp. 48. num. 64 65. 66. & 67. & fusius, num. 111. & sequentibus,* vbi latè explicatur, ex qua separabilitate duorum sequatur inter illa distinctio.

DVRATIO.

DVratio primi mobilis non potest inferiores durationes continere, nisi successivè, prout in se ipsis existunt: ad differētiam æternitatis, quæ etiam in ratione

Digitized by Google

tione durationis est infinita. *Disp.* 41. *per totam*, maximè, *num.* 63.

E

EFFECTVS.

POtest aliquis effectus totalis ab aliquo efficienter causari, quin vna pars illius efficienter causetur. *Disp.* 33. *num.* 50.

Imò quin, nec pars formalis, nec materialis effectivè causentur; quod autem efficienter causet effectum totalem non causando materiam, nec formam, nec vnionem vtriusque est omninò inintelligibile. *Num.* 51.

Effectus necessarius, & contingens duplicitèr considerari possunt, nimirum sub ratione entis, & sub ratione effectus, quod explicatur. *Disp.* 33. *num.* 78. & 79.

Licet effectus realis non possit ab ente rationis, vt à forma præstari; benè tamen tanquam à formæ complemento. *Disp.* 43. *num.* 218. & 219.

Effectus à duplici causa procedens, altera necessario operante, altera indifferenti, & contingenti, est liber, & contingens respectu istius, licet respectu alterius sit necessarius. *Disp.* 54. *num.* 4. & *seqq.*

Impotens ad effectum per accidens, est etiã impotens ad effectum per se, vt cõiunctum cum effectu per accidens, manere tamen potest cum potentia ad illum secundum se inspectum. *Disp.* 54. *num.* 26. & *seqq.*

ELECTIO.

LIcet electio, & vsus circa media versentur, essentialiter tamen distinguuntur. *Disp.* 59. *num.* 19. & *seqq.* Ab eadem tamen virtute procedunt. *Num.* 63.

Electio est actus efficax efficacia solum affectiva, & per modum actus primi: ad differentiam vsus, qui in actu secùdo, & efficacia absoluta coniungitur cum volito. *Disp.* 59. *num.* 26. & 27.

Electio pertinet ad ordinem intẽtionis; & amat media propter finẽ vt causam: vndè non à medijs, sed à fine specificatur; ad differentiam vsus activi. *Disp.* 59. *num.* 62.

Electio efficax prædestinatorum ad gloriam est prior voluntate inefficaci, qua vult Deus omnes homines salvos fieri. *Disp.* 62. *num.* 60. & *seqq.*

Electio efficax prædestinatorum ad gloriã per modum intentionis, prævisionem meritorum, vt moventium præcedit, nec sub merito cadit. *Disp.* 65. *à num.* 5.

Electio efficax medij efficaciter conducentis ad finem, præsupponit efficacem intentionem finis, sivè medium sit physicum; sive morale, sivè eligatur ad finem, quem quis sibi desiderat, sivè alijs. *Disp.* 63. *à num.* 26. *vsque ad* 39.

Ex electione efficaci ad gloriam ante prævista merita; non sequitur homines ad pigritiam, & desperationem in vitari; nec quod nullum fructum ex nostris bonis actibus obtineamus, nec quod falaces sint Dei promissiones, nec quod homo non electus non possit salvari, nec denique, quod prædestinatorum libertas destruatur. *Disp.* 65. *à num.* 140. *vsque ad* 155.

Electio efficax ad gloriam antevertẽs merita, fuit ad gradum determinatum gloriæ, qui confertur in tempore. *Disp.* 65. *num.* 156.

ENS.

LIcet ens actu implicitè includat modos contrahentes ipsum: concipitur tamen, vt potentiale per rationem in ordine ad illos, ad differentiam voluntatis Dovinæ respectu volitionis. *Disp.* 47. *num.* 57.

ENS RATIONIS.

LIcet en rationis non existat realiter, verè tamen existit in aliquorum sententia. *Disp.* 47. *num.* 220. & 22.

Licet ens rationis non possit causam realem, vt forma constituere, benè tamen vt causæ complementum. *Disp.* 45. *num.* 218.

Aliqua entia rationis sunt, quæ Deus efficere non potest. *Disputatione* 44. *à numero* 2.

Nullum ens rationis potest à Divino intellectu effici. *Disp.* 44. *num.* 11. & *sequentibus.*

Ens rationis non ordinatur ab intrinseco ad Deum, vt finem; nec Deus concurrit ad cognitionem, qua fit, prout est fictio. *Disp.* 44. *num.* 29.

ESSENTIA DIVINA.

Vide *Deus*, & *futurum.*

ESsentia Divina nõ nisi vt derterminata per libera decretũ est causa futurorum contingentium absolutorum & cognitionis certissimæ, quam de illis habet Deus. *Disp.* 39. maximè *à num.* 10.

Essentia Divina sub ratione essentiæ est idea

Digitized by Google

idea obiectiva, ſub ratione verbi eſt idea formalis, nō abſolutè, ſed vt cognita, vt comparata cum creaturis, vt diverſimodè imitabilis ab illis. *Diſp.* 43. maximè à *num.* 134.

Eſſentia Divina continet actu perfectè omnes perfectiones creatas, non ſolum ſecundum rationes communes, verū etiā ſecundum rationes particulares, quibus inter ſe diſtinguuntur; vnde eſt idea perfecta omnium rerum, ad differentiā eſſentiæ Angeli. *Diſp.* 43. *num.* 138. 139. *& ſeqq.*

Eſſentia Divina vt exercet munus idææ, nō multiplicatur, adhuc virtualiter ſecundum munus formæ extrinſecæ, & ex oppoſito ſequitur quemlibet Beatum cognoſcere in Verbo omnes creaturas poſſibiles ſumptas in particulari. *Diſp.* 43. *num.* 206. *& ſeqq.*

Si Divina eſſentia non contineret eminenter creaturas, non eſſet illarum idæa obiectiva, nec formalis. *Diſp.* 43. *nu.* 168.

Eſſentia Divina eſt idæa creaturarum, non ratione attributorum, ſed ratione ſui, vt ab attributis virtualiter differt: *Ibid. num.* 269.

Eſſentia Dei non eſt idæa Verbi Divini, licet ex cognitione eſſentiæ procedat. *Diſp.* 43. *num.* 272.

ÆTERNITAS.

ÆTernitas eſt indiviſibilis realiter, & formaliter; vndè res creatæ, quando exiſtunt, coexiſtunt, toti æternitati totalitate reali, & formali, ſed non virtuali. *Diſp.* 41. *num.* 2, 3. & maximè 4.

Licet res omnes creatæ in tempore in propria menſura, & ſibi adæquata duratione incipiant exiſtere, & in illa. Deo ab æterno *phyſicè* non coexiſtant: in æternitate tamen ab æterno illi coexiſtunt phyſicè, & non ſolum *obiectivè*, reſpectu cognitionis Divinæ. *Diſp.* 41. *à numero* 8.

Æternitas *eſt tota ſimul, & perfecta poſſeſſio*, quæ diffinitio explicatur, & defenditur *Diſ.* 41. *num.* 29. *& ſeqq.*

Æternitas non ſolum caret ſucceſſione entitativa, & intrinſeca, ſed etiam extrinſeca deſumpta ex rebus creatis inter ſe ſuccedentibus. *Diſp.* 41. *num.* 30. *& ſeqq.*

Æternitas eſt extenſa, & ſucceſſiva virtualiter. *Diſp.* 41. *num.* 77. *& ſeqq.*

De æternitate dicitur Verbum de præterito, & de futuro; v. c. *fuit.* & *erit.* Ibidem.

EVBVLIA.

Vide *Prudentia.*

F

FOELICITAS.

ERga propriam fælicitatem non habemus liberum arbitrium, ſumpto libero arbitrio pro libertate contrarietatis, bene autem ſumpto pro libertate contradictionis. *Diſp.* 49. *num* 6.

FIDELIS, INFIDELIS.

INfideles negativi nullum opus bonum ſupernaturale efficere poſſunt. *Diſp.* 86. *num.* 123. & 124.

Infideles negativi ad nullius præcepti ſupernaturalis obſervantiam ſunt inexcuſabiliter obligati. *Diſp.* 70. *num.* 36.

Chriſtus eſt caput infidelium ratione influxus, quem in illos habere poteſt, licet actu in illos non induat. *Diſp.* 70. *num.* 78.

Licet infideles, imò, & omnis homo quandiù eſt in hac vita, non habeat gratiam ſufficientē, poteſt tamen ſalvari per hoc quod gratiā poteſt recipere, & arbitrij libertate gaudet: ad differentiam dœmonum, & damnatorum, qui inflexibiliter malo adhærent. *Diſp.* 70. *num.* 81. 82. & 83.

FILIATIO DIVINA.

FIliatio Divina non ſolum implicat, ſed etiam multiplicat entitatē Divinam; vndè eo ipſo, quod filiatio deficiat Patri deficit etiam illi entitas in ratione inclusa ad differentiam terminationis liberæ, & neceſſariæ in Deo, quę etſi implicent entitatem, illam tamen non multiplicant. *Diſp.* 48. *num.* 103.

FINIS.

FInis ante amorem (qui, vt ab illo intelligitur egredi, eſt eius cauſalitas) ſupponitur omninò indifferēs, vt hoc, vel illo amore diligatur, & per amotē terminatur. *Diſp.* 40. *num.* 23.

Operari propter finē contingit dupliciter: primo ab intrinſeco, quādo ſcilicēt ipſe agens determinat ſibi finem. Secundo ab extrinſeco per determinationē finis ab alio ſuperiori agente, vt contingit in operationibus naturæ. *Diſp.* 43 *num.* 4.

Fi-

Finis causat finaliter actionē, quæ fit, quin finaliter causet se ipsum, quod in causa efficiente contingere nequit. *Disp.* 43. *num.* 34. 35. & 36.

Finis qui in suo esse dependet à medijs, nō potest intēdi efficaciter, quin ex tali intentione sequatur amor mediorū: finis vero independēs, & in actu primo finalizans, non infert necessario amorē mediorum; bene tamen, vt actu finalizans, & in actu secundo consequendus. *Disp.* 49. *num.* 21.

Non stat dependentia à fine, sine dependentia in esse. *Disp.* 49. *num.* 79. Nec concursus finalis est concursus tantum conditionis, *ibidem.*

Volitio efficax medij efficacis supponit necessario efficacem intentionem finis formalem, & non sufficit virtualis: idēque de volitione medij inefficacis comparativè ad finem inefficacem dicendum, *Disp.* 52. *num.* 8. & 9.

Finis *cui* non specificat actum, sed finis *cuius gratia*. *Disp.* 58. *num.* 28.

Ad duos fines oppositos potest eadem met res ordinari, non intrinsecè, & ratione sui, sed ad vnum extrinsecè, & ad alium intrinsecè. *Disp.* 63. *num.* 20.

Intētio efficax finis, est virtualis amor omnium, quæ ad eius existentiā sunt necessaria, vt amata; non vero quando solum sunt necessaria, vt permissa. *Disp.* 63. *n.* 51. & *seqq.*

Finis, & media non possunt eodem actu in recto, & vt *quod* attingit: bene tamen si vnum in recto, & aliud in obliquo, vnu vt *quo*, & aliud vt *quod* ingrediantur, *Disp.* 56. *num.* 161. 162. 163. & 164.

FINITVM, INFINITVM.

Licet inter finitum, & infinitum, in re non detur medium, datur tamen medium sub reduplicatione alicuius rationis, rationis communis, nempè non finitum, seu infinitum negativè. *Disp.* 50. *num.* 13. & 14.

FORMA.

Forma alicuius rei accipitur tripliciter. Primo pro forma *à qua*: ideſt pro illa à qua effectus efficienter producit; secundo pro forma, *per quam*: ex intrinsecè constituitur. Tertio pro forma *ad quam*; id est ad cuius imitationem aliquid eformatur vt idæa. *Disp.* 43. *nu.* 3.

FVTVRITIO, FVTVRVM

Vide *Decretum*, & *Deus*.

Futuritio consistit in præparatione, aut determinatione causarum ad rem extra causas ponendam illam extrinsecè denominante futuram: vndè rem esse futuram, dicit de formali determinationē causarū ad illius productione. *Disp.* 33. *à num.* 4.

Forma extrinseca, à qua res futura talis denominatur, nō est repræsentatio scientiæ Divinæ, per quam vt futura cognoscitur. *Ibid. num.* 7. & 8.

Nec est tempus præsens, aut antecedēs propriam durationem, vel negationem durationis, in qua propria existentia erit. *Ibid. à num.* 9. *vsque ad* 12.

Rem esse futuram non est aliquid rationis, sed quid reale, & licet eventus sit futurus; ordo tamen ad eventum, seu ipsa futuritio, præsens est. *Disp.* 33. *num.* 13. & 14. Et fusius, *num.* 84. & *seqq.*

Habitudo illa non solum est aliquid reale realitate essentiæ, sed etiam realitate existētiæ. *Ibidem, num.* 18. 19. & 20.

Futura cōtingentia in quantū talia, quoad eventum futurum, non cognoscuntur à Deo certò, & infallibiliter, bene tamen prout sunt in æternitate præsentiæ, vel vt decreto Divino efficaci subsunt. *Disp.* 33. *num.* 26.

Potest aliquid in tempore fieri, quod antecedenter non fuisse futurum, & aliquid esse futurum, quod tamen nunquam sit præsens, loquendo de futuritione in ordine ad causas creatas, secus de futuritione in ordine ad Divinum decretum. *Disp.* 33. *num.* 27. & 28. & *num.* 124.

Istæ propositiones, *res habet esse in causa præparata, & dispoſita*, & *res est futura*, non sunt synonomæ, sed distinguuntur ratione, sicut diffinitio, & diffinitum. *Disp.* 33. *num.* 23.

Res, vt futura non est obiectum decreti volitum per ipsum, nec Deus ab æterno voluit res esse futuras, ita vt futuritio sit obiectum volitum per decretū, sed voluit ab æterno quod res essent in tempore. *Disp.* 33. *num.* 44. 45. & 46. & *Disp.* 36. *num.* 61.

Futuritio respectivè ad causas creatas est effectus Diuini decreti in genere causæ efficientis: futuritio vero competens rebus in ordine ad Deum non provenit efficiēter à Divino decreto, sed formaliter, quin ex hoc sequatur, quod decretum causet se ipsum. *Disp.* 33. *num.* 52. & *seqq.*

Con-

Digitized by

Concretum futuritionis, seu rem esse futuram, est veritas creata *signate*, sed non *exercitè*. *Ibidem num.* 54.

Solum ex ordine ad decretum Divinum dicitur aliquid futurum simpliciter, id est omnibus modis. *Disp.* 33. *à num.* 55. *vsque ad* 60.

Aliquid dicitur futurum simpliciter, id est absolutè, in ordine ad causas secundas necessario, & immutabiliter operantes, ex ordine autem, ad causas contingentes propensas, dicitur futurum cum addito: ex ordine vero ad causas contingentes ad vtrumlibet, nullatenus dicitur aliquid futurum. *Disp.* 33. *à num.* 61.

Futurum *est quod non habet esse in se ipso, sed in causa præparata, & disposita ad eius productionem.* Disp. 33. num. 80. & seqq.

Futurum necessarium est illud, *quod habet esse in causa necessario, & immutabiliter operante.* Futurum autem contingens est illud, *quod tantum habet esse in causa impedibili*, & hoc est duplex. *Ibidem.*

Futurum absolutum est illud, *cuius futuritio à nulla conditione non futura dependet.* Futurum conditionatũ est illud, *quod absolutè non erit, esset tamen, si aliqua poneretur conditio.* Disp. 33. numer. 81.

Hoc futurum est duplex, aliud, quod cum conditione nullam habet connexionẽ, quod disparatũ appellatur: aliud quod cum conditione aliqua connexione cõnectitur, & hoc futurum est triplex, cuius deffinitiones explicantur. *Ibidem. n.* 82. & 83.

Cuiusdam recentioris distinctio de futuro in esse entitativo, & in esse veri formaliter, & fundamentaliter, reijcitur. *Ibid. num* 96. 97. & *seqq.*

Futuritio rerum creatarum, sivè absolutè, sivè conditionata, non potest esse casualis Deo. *Disp.* 33. *num.* 118. & 119.

Obiectum sub conditione, quod esset futurum, & obiectum futurum sub conditione non sunt idem, sed valde diversa. *Disp.* 36. *num.* 64.

Conditionata positivè futura cognoscuntur à Deo in decreto efficaci *subiectivè* absoluto & conditionato *obiectivè*. Disput. 36 à num 80.

De fide est futura contingentia absoluta omninò certè à Deo cognosci & ratione naturali demonstratur. *Disp.* 39. *nu.* 1. 2. & 3.

Causa remota cognitionis horum futurorum est Divinum decretum. *Ib. n.* 4.

Hæc futura cognoscuntur à Deo in decrẽto libero, seu in Divina essentia, vt determinata per illud, tanquam in medio cum illis connexo. *Disp.* 39. *à num.* 7.

Futura contingentia non coexistunt *physicè* ab æterno Deo in sua propria, & adæquata mẽsura, hoc in mensura æternitatis secundum omnem sui virtualitatem. *Disp.* 41. *num.* 1. 2. & 3.

Coexistunt tamen toti æternitati totalitate reali, & formali. *Ibidem, num.* 4. & 5.

Hæc propositio est vera: *Futura ab æterno in æternitate creantur.* Disput. 41. num. 55.

Ista etiam est vera: *Futura coexstiterunt Deo in æternitate ab æterno*: sicuti, & ista debet concedi: *Futura, & præterita, sunt, fuerunt, & erunt physicè Deo in æternitate præsentia.* Disp. 41. num. 95. & 96.

Respectivè ad causas contingentes nulla esse potest ratio certitudinis cognitionis Divinæ, nisi physica præsentia futurorum ad æternitatem. *Disp.* 42. *num.* 3. & 4.

Ista futurorum contingentiũ physica præsentia ad æternitatem non est medium vnicum ad certitudinem cognitionis Divinæ, sed possunt in rationibus Divinis, seu id eis cognosci. *Disp.* 42. *à num.* 5.

Præsencia physica futurorum ad æternitatem est omninò necessaria, vt cognitio Divina ad illa terminata sit intuitiva, *Disp.* 42. *à num.* 26. *vsque ad finem.*

Futura non sunt physicè præsentia ævo Angelo. *Ibidem. num.* 40.

Complexum constans ex futuritione, & negatione futuritionis rerum, licet sit necessarium divisivè acceptum, quatenus necessarium est rem esse, vel non esse, non tamen habet bonitatem necessariam. *Disp.* 55. *num.* 6.

Est autẽ necessario scibile à Deo. *n.* 18. & 19. Negatio futuritionis retũ non est à Deo amabilis ratione suis sed solum ratione alicuius, ad quod potest iudicari conducens, nũquam tamen est amabilis necessario. *Ibid. num.* 8 & 9.

FVTVRA CONDITIONATA.

Vide *Futuritio, Deus, Decretum.*

FVtura contingentia conditionata connexa moraliter cum conditione cognoscuntur à Deo ex vi conditionis certo, certitudine physica ex parte subie-

Digitized by Google

cti, & morali ex parte obiecti. *Disp.* 34. *à num.* 14.

Futura contingentia conditionata cognoscuntur à Deo in Divinis idæis. *Disp.* 36. *num.* 242. Et in causis liberis, seu contingentibus, vt subsunt Divino decreto præsenti, & præmotioni intrinsecæ, vt sub conditione futuræ, non vt in prima ratione, sed vt secunda. *Ibidem*, *num.* 243. *Et Disp.* 39. *à num.* 10. Et *num* 32. *& seqq.*

G

GAVDIVM.

DE ratione gaudij non est possessio ad amorem pręhabita, sed sufficit, quod in eodem instanti reali habeatur ex vi ipsius amoris. *Disputatione* 45. *num.* 80. *&* 81. Et *Disput.* 57. *num.* 34. *& seqq.*

Gaudium est delectatio consequens rationem de bono præsenti, & habito. *Disp.* 57. *num.* 1.

Gaudium esse potest de bonis coniunctis, & de bonis extrinsecis: ad differentiam delectationis specialitèr dictæ, quæ solum est de bonis intrinsecis. *Disp.* 57. *num.* 1.

Gaudium, & amor specialiter dictus distinguuntur virtualiter, & ratione ratiocinata in Deo ad differentiam scientiæ visionis, & simplicis intelligentiæ, quæ solũ ratione ratiocinãte, & pœnes ordine ad obiectum secundarium differunt. *Disp.* 57. *num.* 55. 56. *&* 57.

GENERATIO.

DE ratione generationis, vt sic, est, quod ex vi illius communicetur filio natura sub conceptu adæquato naturæ. *Disp.* 46. *num.* 26. *& seqq.*

Licet generatio, & potentia generativa in Patre distinguãtur virtualiter, nõ multiplicant numerum notionum divinarum, sed eandem Patris indicant dignitatem. *Disp.* 47. *num.* 73.

GENVS.

GEnus est, & concipitur, vt potentiale, saltim per rationem, in ordine ad differentias sibi realiter identificatas, à quibus obiectivè adæquatè præscindit. *Disp.* 47. *num.* 56.

GLORIA.

ELectio efficax prædestinatorum ad gloriam per modum intentionis prævisionem meritorum, vt moventium præcedit, nec sub meritis cadit. *Disp.* 65. *à num.* 5.

Gloria vt corona, non est bonũ occasionatum, sed per se amabile: vndè independenter à meritis amari potest in ordine intentionis: ad differentiam pœnæ, vt pœnæ, quæ bonum occasionatũ est, nec aliter amabile, nisi occasione demeritorum in omni ordine, & genere. *Disp.* 65. *num.* 79.

Præter decretum intentivum gloriæ ante merita, datur aliud exequutivum circa gloriam merita prævisa supponens. *Disp.* 65. *à num.* 85.

Licet exterior gloriæ collatio sit formaliter ex iustitia, & non liberalis formaliter; in radice tamen est ex motivo liberalitatis. *Disp.* 65. *num.* 130. *& seqq.*

Ista duo decreta: *volo efficaciter dare gloriam gratis*, ly *gratis* determinante obiectum, vt *quod* amatum, y istud: *volo efficaciter dare gloriam, vt coronam*, pugnant inter se: istà verò decreta *gratis volo dare gloriam, vt coronam*, ly *gratis* determinante actum, & excludente meritą à motivo voluntatis intentivæ dandi gloriam: & istum: *ex meritis prævisis volo efficaciter gloriam conferre voluntate exequutiva*: compatibilia sunt. *Disp.* 65. *num.* 134. *& seqq.*

Gloria, & merita non sunt à Deo efficaciter volita eodem actu, sed distinctis virtualiter. *Disp.* 65. *à num.* 157. *vsque ad* 165.

Intentio gloriæ, vt coronæ attingit in obliquo merita, & gradus meritorum determinatos, quasi specificè, non autem merita hæc in individuo, & in particulari. *Disp.* 69. *à num.* 166. *vsque ad num.* 174.

GRATIA.

GRAtia ab intrinseco efficax, vt prævenit nostrum consensum, necessario debet admitti in via D. Augustini, & Sancti Thomæ. *Disput.* 36. *numer.* 69. *& seqq.*

Licet gratia, vt principium radicale excedat gloriam excessu entitativo, & lumẽ beatificum illam adæquet: possunt tamẽ ratione medij obtinere respectu illius, & ab ea in genere causæ finalis causari. *Disp.* 64. *num.* 14.

Gratia interrupta per peccatum est effectus prædestinationis, non solum vt recuperata per pœnitentiam, sed etiam, vt primo collata, & quatenus interrupta non per culpam, sed à Deo. *Disp.* 64. *à num.* 18.

Prima gratia simpliciter, ideſt omnibus

modis talis, v. c. prima vocatio, excludit omne meritum, etiã de congruo in operibus ipsam antecedẽtibus, etiõ gratia habitualis admittat dispositiones illam de congruo merentes. *Disp.* 66. *num.* 52. & 53.

Hoc meritum de congruo non debet fundari in natura, sed in gratia, vt excludat omne debitum, saltim in radice. *Ibidem num.* 54. 55. & *num.* 56.

Opera bona ex naturæ viribus habita, nec remotè ad primam supernaturalẽ gratiam positive disponunt. *Disp.* 66. *à num.* 68.

Nec dispositione intrinseca, hoc est ab intrinseco gratiam postulante, nec extrinseca, hoc est à gratia ex parte subiecti exacta. *Ibidem num.* 71. 72. & 73. & iterum *num.* 97. & 98.

H

HABITVS.

HAbitus petit distingui realiter ab actu, & à potentia, in qua supponit aliquã difficultatem vincendam. *Disp.* 47. *num.* 45. & *Disp.* 50. *num.* 4. & 5.

HOMŌ.

OMnis homo quandiu est in hac vita potest salvari: licet non habeat auxilium supernaturale sufficiens: ad differentiam Dæmonum, & damnatorum. *Disp.* 70. *num.* 81. & *seqq.*

Omni homini in hac vitã existenti convenit potentia sufficiens ad fundandam obligationem inexcusabilem pœnitendi de peccatis, vt sunt contra Deum Auctorem naturæ, & aliquando excusabilem de eisdẽm, vt sunt contra Deum Auctorem supernaturalem. *Disp.* 70. *num.* 86. & 87.

Ex hoc tamen non sequitur, homines, quibus Deus denegat auxilia sufficientia ad salutem, commodum ex proprijs peccatis reportare. *Disp.* 70. *num.* 89.

Non statim, ac homo pervenit ad vsum rationis, accipit à Deo auxilium sufficiẽs supernaturale ad se convertendum ad Deum, conversione supernaturali. *Disp.* 70. *num.* 95.

HVMANITAS CHRISTI.

IN humanitate Christi subsistentia Verbi terminata non datur appetitus innatus propriæ personalitatis, quæ eminenter in subsistentia Verbi continentur. *Disputatione* 45. *numero* 101.

I

IDÆA.

IDæa prout representativa idæati, & causativa solum in actu primo, præcedit divinum decretum: considerata verò, vt practica in actu secundo, subsequitur ad liberum decretum, & per illud determinatur ad causandum in actu secundo. *Disput.* 39. *numer.* 35. & *seqq.*

Idæas reperivi in Deo est certissimũ apud omnes Catholicos: imò & Gentiles in hac veritate conspiraruntt. *Disp.* 43. *num.* 1. & 2.

In Deo reperiuntur idææ respectu omnium rerum, quas causat: in creaturis vero solum respectu rerum artificialium. *ibid.*

Idæa, secundum Senecam, & Aristotelem, *est exemplar, ad quod artifex inspiciens operatur, quidquid operatur*, Vel secundum D. Thom. *idea est forma alterius rei præter ipsam existens*, Vel *idea est forma, quam aliquid imitatur ex intentione agentis determinantis sibi finem.* Quæ diffinitiones in idem coincidunt, & explicatur. *Disp.* 43. *à num.* 3. *vsque ad* 8.

Idæa non consistit in creaturis, vt obiectivè à Deo cognitis, sed in aliquo increato. *Disp.* 43. *à num.* 10.

Inter idæam, & idæatum, non sufficit distinctio pœnes modos essendi, sed requiritur distinctio in substantia. *Disp.* 43. *num.* 20. 21. 22. & 23. & *num.* 34. 35. & 36.

Ratio idææ est prædicatum absolutum in Deo. *Disp.* 43. *à num.* 50. *vsque ad* 86.

Nec de ratione illius est, quod ab alio procedat. *Ibid. num.* 88. & *num.* 89.

Etiam adæquatæ sumpta dicitur essentialiter: ad differentiam Verbi. *Disp.* 43. *num.* 94. & *num.* 95.

Non omnis idæa est Verbum practicum, bene tamen è contra, omne Verbum practicum est idæa. *Ibid.*

Idæa nõ consistit in esse cognito creaturarum, nec hoc esse cognitum creaturarum est respectus cognitionis divinæ ad creaturas. *Disp.* 43. *à num.* 96. *vsque ad* 107.

Nec consistit in essentia Divina, vt est actualis cognitio. *Ibidem à num.* 108. *vsque ad* 156.

Idæa, seu exemplar obiectivum, per accidens requiritur in artifice creato: ad differentiam Divinæ essentiæ, vt idæa obiectiva, quæ per se concurrit. *Disputatione quadragesima tertia num.* 139. & 160.

In-

Digitized by Google

Inter ideam, & idæatum, non requiritur formalis similitudo, sed sufficit eminentialis in idæa æquivoca, & alterius rationis, cum qua similitudine deficiente, seu imperfecta, salvatur ratio perfectissima idææ. *Disp.* 43. *num.* 171. *& sequentibus*, maximè, *num.* 174. 175. *& num.* 179.

Salva vnitate divinæ essentiæ dantur in Deo plures idææ. *Disp.* 43. *à num.* 196.

Variæ rationes ad probandum à priori idæatum pluralitatẽ referuntur, & reijciuntur, *Ibidem à num.* 198. *vsque ad* 225. Vbi propria ratio, & sententia statuitur.

Ipæatum multiplicitas non potest à respectibus rationis, nec tanquam à forma, nec forma complemento, præstari. *Disp.* 43. *num.* 225.

Ista multiplicitas provenit, ex eo quod divina essentia, non est creaturarum idæa se sola, sed cointellecta proportione creaturæ illam imitantis in particulari, quæ proportiones, cũ sint plures, multiplicãt idæas: vndè creaturæ sub diversis proportionibus intellectæ pertinent ad constitutionem essentiæ divinæ, vt est creaturarum idea. *Disp.* 43. *à numero* 238.

Idæa hominis distinguitur ab idæa equi distinctione rationis formalis per operationem intellectus, & in re eminentialiter. *Disp.* 43. *num.* 255. *&* 256.

Hoc nomen *idæa* non significat essentiam divinam, vt comparata cum cognitione divina, sed sub connotatione ad creaturas, vt ab illis imitabilẽ. *Disp.* 43. *n.* 256. 257. *&* 258. & iterum *num.* 264. *& seqq.*

Vnicum idæa practica datur respectu eorum, quæ vnica actione fiunt. *Disp.* 43 *num.* 273.

Respectus, quibus distinguntur idææ, non sunt respectus rationis, sed respectus realis creaturarum ad essentiam divinam, quibus extrinsecè complentur idææ. *Disp.* 44. *num.* 43. *&* 44.

Vndè idææ realiter multiplicãtur in Deo; ad differentiam aliorum attributorum. *num.* 48.

IMMENSITAS.

OMnia, quæ existunt in loco, coexistunt divinæ immensitati, non secundum quod cuivis loco existit immensitas, sed quatenus proprio, & peculiari illi loco, in quo res existit prout ab alio alterius loco distincto, correspondet, *Disp.* 41. *num.* 3.

Immensitas nequit præcontinere ratione sui loca futura, & corpus, quod præsens non est physicè, nequit divinæ immẽsitate coexistere: ad differentiam æternitatis. cui nondum physicè existentia, physicè coexistunt. *Disp.* 41. *num.* 65. *&* 66. *& Disp.* 53. *num.* 22.

IMPEDIMENTVM.

NOn omne impedimentum ad extremum aliquod necessarium, & ab intrinseco in auferibile, tollit potentiã antecedentem ad tale extremum ponendum. *Disp.* 54. *num.* 25.

IMPERIVM DIVINVM.

IMperium in Deo est scientia visionis, & concurrit ad creaturarum productionem. *Disp.* 40. *numero* 40. *& sequentibus.*

Imperium est actus intellectus, & nõ volũtatis *Ibidem num.* 41. Distinguitur à simplici notitia, *num.* 43. *&* 44.

Licet inter imperium, vt dirigens, & vt exequens, non sit virtualis adæquata distinctio, mediat tamen inter vtrumque istum conceptum, vsus virtualiter adæquate ab imperio distinctus, quod tribus exemplis ostenditur. *Disp.* 59. *num.* 53.

Licet in imperio inveniatur formalitas dirigentis, & formalitas exequentis sine distinctione virtuali adæquata: in electione tamen, quæ actus voluntatis est, inviniri non potest sine tali distinctione formalitas tendentiæ affectivæ, & formalitas tendentiæ affectivæ. *Ibidem numer.* 54.

Imperium à iudicio distinctum est in divino intellectu constituendum. *Disp.* 59. *à num.* 65. & fusius. *num.* 86. *& sequentibus.*

Imperium est actus proprius prudentiæ, prout ab Eubulia, y Synesi distinctæ. *Disp.* 59. *num.* 68. 69. & 70.

Imperium politicum exigit distinctionem suppositorum: secus autem imperium monasticum. *Disp.* 59. *num.* 80.

Imperium est actus intellectus, & intellectio veritatem significans, quæ veritas consistit in hoc, quod media vt iam electa proponit, vt hic, & nunc exequenda. *Disp.* 59. *num.* 81. *& seqq.* maximè *num.* 84. *&* 85.

IMPETRATIO.

IMpetratio distinguitur à merito congruo. *Disp.* 66. *num.* 15.

Impetratio imititur principalitèr fidei: ad differentiã meriti charitati innitentis

Digitized by Google

tis vndè peccatores aliqua à Deo impetrãt, nihil tamẽ merẽtur. D. 66 n. 105.
Impetratio bonorum supernaturalium cõ petere nequit operibus naturæ. D. 66. n. 103. & 104. & maximè, num. 111.
Quod datur intuitu impetrationis, prout est conditio solũ innotescendi, seu manifestandi miseriam, & indigentiam postulantis, omninò liberaliter datur: quãdo autem movet ratione propriæ honestatis, tollit rationem doni omninò liberalis. Idem dicendum de præcibus. D. 66. num. 109. & 110.

INTELLECTIO.

INtellectio sivè creata sit, sivè divina, nõ est formaliter similitudo obiecti, & à verbo distinguitur. Disp. 43. num. 112. & seqq.
Non omnis intellectio nata est movere voluntatem, sed solum intellectio practica boni, vt hic, & nunc convenientis. Disp. 45. num. 67. & 68. & seqq.
Radix intellectionis, pro eo quod radix dicit in recto non distinguitur obiectivè à radice volitionis: benè tamen pro eo, quod importat in obliquo. Disp. 40. num. 82.
Intellectio distinguitur virtualiter adæquatè à volitione. Ibid. num. 83.

INTELLECTIVVM.

QValiter ex intellectivo possit, vel non possit probari volitivum, explicatur. Disp. 45. num. 40. 41. & 42.
Implicat intellectivum non volitivum. Ibid. à num. 43.

INTELLECTVS DIVINVS.

Vide Deus, & futurum.

INtellectus divinus non potest certo, & infallibiliter cognoscere futura conditionata contingentia, seu libera in causis liberis, aut contingẽtibus, etiam super comprehensis, vt divinam prædeterminationem præveniunt Disp. 35. à num. 10.
Nec cognoscit talia futura in propositionibus contradictoriè oppositis, ex vi, & lege contradictionis. Disp. 35. à num. 30.
Nec potest divinus intellectus pro priori ad decretum talia futura cognoscere in illorum determinata veritate obiectiva, quam pro illo priori non habent. Disp. 35. à num. 43.
Nullum futurum conditionatum potest, vt verum à divino intellectu cognosci, certitudine omninò infallibili, nisi præsupposito decreto libero existente exercitè in Deo. Disp. 35. à num. 63.
Terminatio intellectus divini ad veritates conditionatas convenit Deo est tabiliter ab intrinseco, & est illi absolutè libera: vndè supponit decretum subiecti vè existens. Disputat. 37. à numero 29.
De fide est Intellectum divinum omninò certè cognoscere futura contingentia, absolutaꝫ causam remotan huius cognitionis esse divinum decretum est certum. Disputatione 39. à numer. 1. vsque ad 4.
Ista futura cognoscit intellectus divinus in decreto libero, vel in divina essentia, vt determinata per illud, tanquam in medio cum illis connexo. Disp. 39. à numero 7.
Aliqua entia rationis sunt, quæ intellectus divinus efficere non potest. Disp. 44. à num. 2. vsque ad 10.
Imò nullum ens rationis effici potest à divino intellectu. Ibidem, à numero 11.
Intellectui divino repugnat terminatio cõ fusa subiectiva, & ex parte cognoscentis, non tamen obiectiva. Disp. 65 num. 172.

INTELLECTVS.

INtellectus non est propter voluntatem, sed multo illa perfectior. Disp. 45. num. 41.
Finis intellectus non est proponere obiecta fugienda, vel prosequenda, sed veritatis cognitio. Ibid. num. 45.
Licet intellectus in omni suo actu non attingat vt quod rationem entis, supponit tamen illam attactam vt quod Disp. 49. num. 8.
Ad intellectum practicum pertinet ordinare vnum ad alium, & conferre vnum cũ alio, sicut ad speculativum spectat inferre vnum ex alio. Disp. 60. num. 15.

INVIDIA.

INvidia est species tristitiæ ex animi angustia, seu parvitate procedens: vnde Deo convenire non potest. Disp. 57. num. 59.

IRA.

IRa est appetitus vindictæ cum spe vltionis ex tristitia procedens: vnde in Deo non reperitur cum proprietate. Disp. 56. num. 24. & 25.

M

MALITIA, ET MATERIALE Peccati.

Vide *Peccatum.*

MEDICVS.

PRudens medicus potest ex intentione robustioris salutis prævisa morbum permittere, non tamen ex intentione solius sanitatis. *Disp.* 63. *num.* 45.

MEDIVM.

DE ratione medij *in quo* cognitionis non est prius cognosci prioritate *in quo*, adhuc rationis, sed sufficit prioritas *à quo*, seu *naturæ*. *Disp.* 39. *num.* 29.

Media in ordine exequutionis non amantur propter finem, sed propter se, non *positivè*, sed *negativè*, quatenus in isto ordine amantur, & non propter finè. *Disp.* 59. *num.* 61.

Idem medium potest ad oppositos fines ordinari, ad vnum intrinsecè, & ex natura sua, ad alium extrinsecè, & ratione alterius, quod in permissione peccanti exemplificatur. *Disput.* 63. *num.* 20. *& seqq.*

MERITVM, DEMERITVM.

MErita in se ipsis considerata non influunt in actum voluntatis Divinæ activè consideratum, vt autem in Divina bonitate contenta, prout est ratio præmandi, movent Divinam voluntatem. *Disp.* 49. *num.* 99. *& seqq.*

Merita, vt in Divina bonitate eminenter contenta habent rationem meriti eminenter, licet non formaliter. *Ibid. num.* 101.

Licet de merita entitativè considerata nõ cemineantur eminenter in Divina bonitate, inspecta verò secundum honestatem obiectivam, sub qua iustitiam punitivam specificat, sunt bona obiectivè, & in Diuina bonitate contenta. *Disp.* 49. *num.* 202.

Ad meritũ condignum non sufficit æqualitas proportionis, nec requiritur æqualitas physica, sed desiderat moralem, in æstimatione morali consistentem. *Disp.* 66. *num.* 16. 17. *& 18.*

MISERICORDIA.

Misericordia Divina movetur, non à miseria aliena, sed à Divina bonitate, prout est ratio miserendi, vt continet eminenter rationem obiectivam misericordiæ creatæ: idemque de Divina iustitia est dicendum proportionabiliter. *Disp.* 49. *num.* 95.

Misericordia Divina distinguitur virtualiter à Divina iustitia considerata formaliter, licet in re ab alijs actibus Divinæ voluntatis non distinguitur. *Disputatione* 50. *numero* 12. *& sequentibus.*

Actus misericordiæ in Deo est vnus, & indivisibilis, adhuc virtualiter, idemque de actu iustitiæ, & alijs dicendum. *Disp.* 50. *num.* 33.

MOTVS CEOLI.

Vide *Cælum.*

N

NATVRA.

IMplicat natura intellectiva, non volitiva *Disp.* 45. *à num.* 43.

Implicat natura intellectiva, non volitiva. *Disp.* 45. *à num.* 43.

Implicat natura remotè, & radicaliter intellectiva, cui ab intrinseco repugnet vis proxima intellectiva. *Disp.* 45. *num.* 55.

Nõ potest dari natura intellectiva vni cognitioni finitæ adæquata. *Disp.* 45. *nu.* 75. Ad differentiam habitus, qui vni cognitioni adæquari potest. *Num.* 76.

Natura, quæ realiter ab operatione distinguitur, prout est radix potentiarum, & operationum, est propter illas, vt propter *finem effectum*: prout autem subest potentijs *proximè* operativis respicit operationem, vt finem *cuius gratia*. D. 46. *num.* 66.

Esse radicem volitionis non potest esse prioritas naturæ intellectualis. *Disp.* 46. *num.* 78. *& 79.*

Opus naturæ dicitur opus intelligentiæ ratione ordinis in illo reperti. *Disp.* 60. *num.* 13.

NATVRÆ OPERA.

Vide *Prædestinationis effectus.*

OPera ex viribus naturæ elicita, nec de condigno, nec de congruo primam gratiam auxiliantem, seu primum prædestinationis effectũ merentur. *Disp.* 66. *à num.* 15.

Licet plus distent, distantia entitativa, or-

Ill.mo Episcopo GODOY in 1. p. Tom. 2.

do hypostaticus ab ordine naturæ, quã ordo naturæ ab ordine gratiæ, minus tamen distat distantia proportionis; vnde potest ordo hypostaticus sub merito gratiæ congrue cadere, nõ tamen ordo gratiæ sub merito congruo operum naturæ. *Disputatione 66. num. 45. & seqq.*

NECESSARIVM, NECESSITAS

QVod est necessarium solum moraliter, dicitur necessarium etiam in Scriptura; sicut impossibile dicitur, quod moraliter fieri non potest. *Disp. 34. num. 89.*

Necessarium ex suppositione, quę necessaria est ex habitudine terminorum, non potest esse liberum. *Disp. 49. num. 20.*

Non omnis necessitas, etiam si antecedēs sit, tollit libertatem ab actu. *Disp. 59. n. 115. 116. & 117.*

NEGATIO.

NEgatio formæ negativè considerata, seu posita, ad idem principium, & ad eandem pertinet providentiam, ad quam pertinet forma, cuius est negatio; considerata vero destructivè, aut privativè, potest ab alio, quàm à potente formam dare, provenire *Disp. 66. n. 88.* Semper salvatur, quod ad eandem pertinet providentiam. *Ibidem num 89.*

NOMEN.

VT aliquod nomen pluraliter dicatur, non sufficit quælibet distinctio, sed requiritur, quod distinctio, quæ datur, ipso nomine significetur. *Disp. 43 passim*, maximè *num. 264. & seqq.*

NOTITIA INTVITIVA, ET Astractiva.

DE ratione intuitivæ notitię non est, quod rem vt existentem prius supponat prioritate *in quo*; sed sufficit prioritas *à quo*, & naturæ. *D. 40 num. 66.*

De ratione notitiæ intuitivè, prout ab abstractativa distinctæ, est quod terminetur ad obiectum extra causas existens. *Disp. 42. num. 20. & seqq.*

Notitia rei habita per propriam speciem terminata ad rei quidditatem, existentiam, & accidentia, non est intuitiva, sed abstractiva, si sui obiecti existentiam durationem præcedat. *D. 42. nu. 30. & seqq.*

Cognitio infusa Petro existenti Salmanticæ de Paulo existente Romæ repræsentans illum quoad existentiam, & cætera accidentia, foret notitia intuitiva. *Ibidem, num. 32.*

Notitia, quæ abstrahit ab existentia rei, vt exercita, est abstractiva, licet ab existentia rei omninò non abstrahat. *Disp. 42. num. 30. & 31.*

O

OBIECTVM.

OBiectum scientiæ, vel actus, potest esse effectus per scientiam, & actus causatus. *Disp. 40. num. 49. 50. & 51. & num. 63. & seqq.*

Obiectum, aliud per se, aliud per accidens, formale vnum, materiale aliud: aliæque sub divisiones recensentur, & explicantur. *Disp. 49. num. 34. 35. & 36.*

Obiectum materiale, & obiectum secundarium, non sunt idem. *Disputatione 49. num. 47.*

Obiectum formale *quo* potentiæ non est idem cum obiecto omnium actuũ eius: sed obiectum *quod* formale respectu actus, est materiale respectu potentiæ. *Disputatione 49. num. 47.*

Obiectum specificare potentiam, vel actũ, non est, quod sine obiecto, vt termino, non possit actus, vel potentia existere, sed consistit independentia ab obiecto, tanquam à causa formali extrinseca. *Disp. 49. num. 48.*

ODIVM.

ODio habet Deus prædestinatum existentem in peccato mortali, loquendo de odio antecedenti; amat autem illum amore consequenti, & efficaci. *Disp. 52. num. 47.*

Odium proprie dictum potest terminari per se primo ad malum: vndè in Deo nõ reperitur. *Ibidem, &* Disp. 69. num. 89. vbi hæc doctrina explicatur.

Odium inimicitiæ est velle alicui malum, vt malum eius est, ex displicentia illius. *Disp. 56. num. 19. & Disp. 69. num. 87. & seqq.*

Nullus potest se ipsum odio habere, sed si vult sibi aliquod malum, apprehendit illud vt sibi bonum. *Disp. 56. numer. 20. & 22.*

Odium abominationis est fuga mali alicuius personæ ex cõplacentia in illa, v. c. quando quis odio habet ægritudinem patris. *Disp. 56. num. 40.*

Odiũ in nostra voluntate terminari potest ad malum alterius, vt malũ eius est, discern-

Digitized by Google

convenientia ad alterum *terminativè* ingredièt, & convenientia ad subiectū appetens motivè. *Disp.* 69.*num.*89.

OMNIPOTENTIA.

OMnipotentia, & decretum liberum Dei non differunt virtualiter in ratione obiectivi scientiæ posibiliū, & scientiæ futurorū, vndè prædictæ scientiæ non differunt virtualiter. *Disp.* 39. *num.* 33.

Ih omnipotentia, vt per decretum libèrum applicata, cognoscūtur futura absoluta. *Ibidem num.* 32. & 37.

Ompotentia non multiplicatur, nec dicitur pluraliter, licet detur distinctio eminentialis effectiva, quæ non significatur hoc nomine *omnipotentia*: ad differentiā ideæ, quæ est multiplex. *Disp.* 43. *num.* 264. 265. & *seqq.*

Omnipotentia Divina non specificatur à posibilitate creaturarum, seu à posibili sub conceptu non repugnantis, nec est attributum ab intellectu, & voluntate distinctum. *Disp.* 49. *num.* 80. 81. & 82.

Cum hoc tamen compatitur, quod omnipotentia non posit quidditativè cognosci, quin posibilia sub ratione communi posibilis, seu non implicantis, cognoscantur. *Ibidem, num.* 81.

ORATIO.

EIusdem ad se ipsum non potest esse oratio, quæ petit distinctionem suppositorum: ad differentiam imperij monastici, quod ratione diversarum potentiarum in eodem supposito reperiri potest. *Disputat.* 59. *numer.* 80.

Oratio vnius pro alio, vt ad fidem vocetur, est effectus prædestinationis, non solum orantis, sed etiam eius, pro quo oratur. *Disp.* 66. *num.* 6. & *seqq.*

ORDINATIO, ORDINARE.

ORdinare pertinet ad intellectum, non ad voluntatem. *Disputatio.* 60. *num.* 14. & *sequentibus*, & *numer.* 35. & *seqq.*

ORIGENES.

ORigenis error refertur, y impugnatur. *Disp.* 66. *num.* 7.

P

PARVVLI, PVERI.

Plures sunt parvuli, quibus Deus non dat auxilia sufficientia ad salutem, vt proximè applicabilia per alienam diligentiam, v.c. Baptismus *Disp.* 70. *à num.* 8.

Puer in sylvis nutritus, si dùm primo ad vsum rationis pervenerit, ductum illius sequatur se in Deum convertendo de facto, illuminatur de illis, quæ necessaria sunt ad salutem. *Disp.* 70. *à num.* 96. *usque ad finem.*

PASSIO, PROPRIETAS.

EXigentia subiectiva absque virtuali dimanatione non sufficit ad salvandam rationem passionis, seu proprietatis virtualis in perfectione petita. *Disp.* 47. *num.* 80.

PELAGIVS, SEMIPELAGIANI.

PElagij, & Semipelagianorum errores referuntur. *Disp.* 66. *num.* 9. & impugnantur. *à numer.* 15.

PECCATVM, MALITIA PECCATI; Materiale Peccati.

MAteriale peccati est ab æterno futurum futuritione physica ex vi decreti positivi in Deo ab æterno existentis. Malitia autem formalis peccati est futura ab æterno, non futuritione physica, sed futuritione logica, quatenus ex vi decreti permissivi infallibiliter in tempore erit. *Disp.* 33. *à num.* 146. *usque ad* 166. qualiter cognoscatur à Deo explicatur. *Disp.* 39. *à num.* 23. *usque ad* 25.

Materiale peccati causatur à Deo decreto positivo efficaci ab intrinseco, quin ex hoc inferatur esse illi attribuendam formalem malitiam, sed potius oppositum. *Disp.* 36. *numero* 135. & *seqq.* maximè *à num.* 142.

Terminat etiam complacentiam Divinam non ostante connexione essentiali cum malitia formali, non minus, quam pœnitentia de peccato præterito. *Ibidem. num* 144. 145. & 146.

Potest Deus necessitate voluntatem creatam ad materiale peccati materialiter sumptum, quin necessitet ad illud sumptum formaliter, nec ad malitiam formalem, v.c. odium Dei omninò nec sāriū, & indeliberatum, secus quando in materiali odij Dei existit militia formalis. *Disp.* 36. *num.* 221. 222. & *sequentibus.*

Licet peccatum in ratione malitiæ ad finē prædestinationis conducat, vt materia

Ex præintenta pœnitentia eſt permiſsio peccati effectus prædeſtinationis. *Diſp.* 63 *à num.* 36.

Ex præintentione pœnitentiæ eſſentialiter cũ peccato connexæ no ſequitur amor peccati, ſed ſolum poſitiva voluntas permiſsionis illius. *Ibidem*, *à num.* 41. *vſque ad* 44.

Ex vi intentionis efficacis pœnitentiæ non conſtituitur peccatum *phyſicè* futurum, ſed ad ſummum *logicè*. *Ibidem*, *num.* 53. *& ſeqq.*

Licet intentio pœnitentiæ, vt purè remiſſivæ peccati, ſupponat peccatum prævisum: vt tamen oſtenſiva Divinæ omnipotentiæ, & prout vtilis ad vberioris gratiæ conſequutionem, & finalem perſeverantiam, non ſupponit prævisionẽ peccati. *Diſp.* 63. *à num.* 67. *vſque ad* 80.

POSSIBILITAS, POSSIBILE, Impoſsibile.

Denominatio poſsibilis eſt duplex, alia intrinſeca, alia extrinſeca, earum diſtinctio, & à futuro differentia, explicatur. *Diſp.* 33. paſsim, maximè *num.* 9. & 30.

Impoſsibile dicitur illud, quod omninò repugnat fieri, & etiam quod moraliter ſolum eſt impoſsibile, idemque de neceſſario eſt dicendum. *Diſput.* 34. *num.* 89.

De conceptu poſsibilitatis eſt non repugnantia ad exiſtendum de facto, & carentia determinationis eſſentialis ad exiſtendum, vndè Verbum Divinum, cui eſt eſſentialis exiſtentia, non poteſt vt poſsibile concipi. *Diſp.* 35. *num.* 124. 125. & 126.

Obiectum impoſsibile ab intrinſeco, etiã ſub conditione, quod eſſet poſsibile, terminare nequit ſimplicem complacentiam Divinam; benè autem obiectum impoſsibile ex ſuppoſitione, & ab extrinſeco. *Diſp.* 36. *num.* 65.

POTENTIA.

VNa potentia ex ſubordinatione ad aliam non poteſt elicere actum illius quoad ſubſtantiam actus, v. c. voluntas non poteſt ex ſubordinatione ad intellectum intelligere, ſed tantum poteſt illi communicari aliquis modus illius. *Diſp.* 00. *num.* 43. & 44.

POTENTIA OBEDIENTIALIS.

Potentia obedientialis habet connexionem cum ſupernaturalibus per non repugnantiam, non tamen per modum poſitivè inclinantis, & exigentis. *Diſp.* 65. *numer.* 46. 47. & 48.

POTENTIA VISIVA.

Obiectum potentiæ viſivæ eſt coloratum præſens ad differentiam voluntatis, & aliarum potentiarum immaterialium, quæ ad abſentia, & futura terminari poſſunt. *Diſp.* 63. *num.* 64.

Non eſt dabilis vis remotè, aut radicaliter viſiva cum repugnantia eſſentiali ab intrinſeco virtutis proximæ ad videndum. *Diſputat.* 45. *numer.* 55.

PRIORITAS.

Prioritas inter duo non obſtat illorum eſſentiali connexioni. *Diſp.* 45. *num.* 49.

PRÆDETERMINATIO, SEV PRÆMOtio phyſica.

Vide *Auxilium.*

Præmotionem phyſicam in omni cauſa ſecunda, ſivè naturali, ſivè libera, recognoſci D. Thom. & eſſe admittendam probatur. *Diſp.* 36. *num.* 70. *& ſeqq.* Etiam reſpectu materialis entitatis peccati. *Ibidem*, *num.* 167. *& ſequentibus.*

Abſque potentia cauſativa phyſicæ præmotionis datur in voluntate potentia cauſativa actus, etiam ſi illa eſſentialiter requiratur: idemque in concurſu ſimultaneo contingit, qui tamen in poteſtate voluntatis creatæ non eſt. *Diſp.* 36. *num.* 128. *& ſeqq.* Et *Diſp.* 38. *num.* 39.

Si Deus operaretur ex neceſsitate naturæ, & præſtaret eundem concurſum, quem modo exhibet arbitrio creato, ſalvaretur in illo libertas creata, licet actus prout à Deo eſſet neceſſarius *Diſp.* 34. *num.* 4. *& ſeqq.* Et *à num.* 19. *vſque ad* 20. Vbi aliqua concordiam concernentia libertatis cum efficacia præmotionis phyſicæ attinguntur.

Præmotio phyſica efficax ab intrinſecò libertatem noſtri conſenſus non tollit: ſcientia autem media ſupermam Dei poteſtatem, & libertatem in prædeſtinando evertit. *Diſput.* 67. *à numero* 11. Maximè *numero* 24. 25. & 26.

PRÆDICATVM.

STat cum non repugnantia alicuius prædicati ex conceptu communi, repugnantia eiusdem prædicati ex conceptu differentiali, quod exemplis ostenditur, & differentia inter prædicata affirmativa, & negativa statuitur. *Disp.* 45. *num.* 58. & 59.

Non fiat in creatis deficere prædicatum inferius, quin prædicata superiora deficiant: bene autem in Deo. *Disp.* 48. *numer.* 103. & *seqq.*

PRÆTERITIO PRÆTERITVM.

PRæteritio, seu rem esse præteritam, consistit adæquatè in carentia existentiæ ingrediente in recto, & existentia, quæ fuit in obliquo, & de connotato importata: ad differentiam futuri, quod constitui non potest per carentiam existentiæ hodie, & existentiam cras. *Disp.* 33. passim, præcipuè, *à num.* 133. *vsque ad* 145.

PROMISSIO.

LIcet, vt promissio valide, & licitè fiat, non requirat propositum formale ad implendi promissum, sed sufficiat ad eius valorem voluntas promittendi in promissionibus creatis: Diuinæ tamen, formale propositum adimplendi promissum requirunt. *Disp.* 36. *num.* 23. & *seqq.*

Veritas promissionis subsistere nequit sine animo formali adimplendi promissum. *Ibidem num.* 27.

PROPHETA, PROPHETIA.

PRophetia, quæ respicit eventum, dicitur præscientia; illa vero quæ respicit ordinem ad eventum, non dicitur præscientia, cum ordo ad eventum futurum, sit præsens futuritionis tempore. *Disp.* 33. *num.* 13. & 14. & 17. vbi differentia inter prophetiam comminationis, & secundum præscientiam traditur. Et iterum. *Disp.* 34. *num.* 86.

Quomodo verus Propheta à falso dignosci possit, explicantur. *Disp.* 34. *num.* 94.

PROPOSITIO.

IN hac propositione *Anti-Christus est futurus*, aliqua realitas de præsenti enuntiatur. *Disput.* 33. *numer.* 31. *vsque ad* 38.

In hac propositione *Adam est præteritus*, nihil reale positivum enuntiatur de præsenti, nisi sola existentia quæ fuit. *Ibidem num.* 34. 35. & 36.

Istæ propositiones: *Sol absolutè orietur cras*, & *Eclipsis absolutè erit*, sunt absolutè verę, Deo autem decernente suum concursum suspendere, etiam propositiones negativæ erunt verę, sed non opponentur affirmativis contradictoriè, sed contrariè de lege. *Disput.* 33. *num.* 68. 69. & 70.

Propositiones de præsenti, & de præterito, etiam in materia contingenti, habent determinatam veritatem, aut falsitatem: propositiones vero de futuro in materia contingenti non ita. *Disput.* 33 *num.* 134. & 135.

Vt propositio affirmativa sit vera, petit convenientiam prædicati cum subiecto, secundum formam adæquatè constituentem in recto: non tamen requiritur quad existat pro differentia temporis importata per copulam, id, quod in *obliquo* solum, & terminativè constituit. *Disp.* 33. *à num.* 136.

Propositio conditionalis constans ex conditionato, & conditione connexis necessario, etiam si propositiones, ex quibus componitur, sint necessario falsæ, est necessario vera, & à Deo per simplicem notitiam infallibiliter cognoscitur. *Disp.* 34. *num.* 1. & 2.

Quod etiam verum est, quando conditio non est forma, sed causa efficiens consequentis, vt si dicas, *si homo existat, existet risibilis*. Ibidem *à numer.* 3. *vsque ad* 6.

Idem est dicendum de conditionatis contingentibus cum sua conditione infallibiliter connexis: v. c. *Si Deus efficaciter prædeterminat voluntatem creatam ad amorem, homo talem actum eliciet.* *Disp.* 34. *num.* 7.

Cum falsitate contingenti alicuius propositionis, & si evidenter cognita, stat simul veritas probabilis illius: secus vero cum falsitate necessaria. *Disp.* 34. *num.* 50.

Propositio conditionalis de conditione omninò disparata est falsa, & ad illius veritatem non sufficit simultas eventum, sed aliqua causalitas, & dependentia requiritur. *Disp.* 43. *num.* 60. 61. & 62.

Propositiones conditionales de conditionato contingenti, in vi illationis sumptæ, aut sunt necessario verę, aut sunt necessario falsæ: consideratæ vero quoad concomitantiam eventus dependentis à conditione, possunt esse veræ, & possunt esse falsæ ratione cõformitatis, aut de-

deformitatis ad proprium obiectum. *Disp.* 34. *num.* 123.

Tales propositiones respectivè ad causas contingentes creatas, & ex vi illarum, non sunt determinatè veræ, nec determinatè falsæ, quoad eventum futurum; benè tamen respectivè ad Divinum decretum, & ex vi illius. *Ibidem.*

Propositio disiuncti.a ex contradictorijs composita, non solum est vera pro priori ad omne decretum, sed etiam est necessaria, æternæ veritatis, & leges aliarum disiunctivarum non sequitur ad differentiam contradictoriarum, ex quibus componitur. *Disp.* 35. *num.* 31. 32. 33. *& seqq.* maximè *num.* 42.

Probabile est, quod pro priori ad decretū non sunt contradictoriæ istæ propositiones: *Si vocavero Petrum in tali occasione consentiet: non si vocavero Petrum, &c.* Disput. 35. numer. 39. & 40.

Falsum est prædictas propositiones pro illo priori esse determinatè veras veritate contingenti. *Ibidem. num.* 40.

Veritas propositionis de futuro, sivè absoluto, sivè conditionato, non regulatur per suam de *in esse* formaliter, sed terminativè ex illa; & veritas illius sumitur ex ordine determinato ad existentiam habendam pro futuro tempore. *Disp.* 35. *num.* 54. *& seqq.*

Vbi pulchra doctrina traditur ad cognoscendam veritatem propositionum, sivè affimativæ, sivè negativę.

Vt propositio de futuro conditionato sit falsa, non sufficit quod sit suo obiecto non conformis purè præcisivè; sed debet esse non conformis negativè, seu contrariè: & inter esse non esse conformem, ly *non esse* accepto contrariè datur medium, & scilicet non conformis purè *præcisivè*. Disput. 35. numer. 58. & 61.

Differentia inter propositionem conditionalem de futuro contingenti affirmativam, & negativam traditur. *Disp.* 35. *num.* 130.

PRÆDESTINATIO, PRÆDESTINATUS.

DE fide est dari prædestinationem in Deo, ad quam requiritur electio prædestinatorum ad gloriam, quam Philosophi vocant intentionem finis, & electio eorundem ad gratiam, & merita: vndè prædestinati appellantur electi. *Disp.* 59. *à num.* 1. *vsque ad* 4.

Ex parte Divini intellectus requiritur ad prædestinationem scientia simplicis intelligentiæ circa gloriam regulans electionem ad illam, & consilium; seu iudicium regulans electionem ad gratiam: ad negotium autem prædestinationis scientia media minimè necessaria est, imò omnipotentissimæ Dei voluntati congrua non est. *Disputatione* 59. *num.* 5. 6. *&* 7.

Præter electionem mediorum ad ordinem intentionis spectantem necessario requiritur in voluntate Dei decretum executivum de eiusdem mediis aliqua ratione ab electione distinctum. *Disp.* 59. *à num.* 10.

Prædestinatio non consistit essentialiter in actu voluntatis, sed in actu intellectus, actu voluntatis connotato, & præsuppositō. *Disp.* 60. *à num.* 6.

Prædestinatio non consistit in actu intellectus præcedente, & regulante electionem ad gloriam, nec in iudicio regulante electionem ad gratiam, sed in iudicio practico subsequuto ad electionem, quod imperium vocatur. *Disputatione* 60. *à num.* 50.

Si prædestinatio in actu voluntatis consistat, non est constituenda in omnibus actibus voluntatis à primo decreto intentivo finis vsque ad executivum, sed in isto determinatè. *Disp.* 60. *à num.* 78. *vsque ad finem.*

Prædestinatio non est pars subiectiva Divinæ providentiæ, nec distinguitur essentialiter, nec attributaliter, nec virtualiter ab alijs prævidentiæ partibus. *Disp.* 61 *à num.* 3.

Multiplex differentia inter prædestinationem, & providentiam sub conceptu cōmuni providentiæ assignatur. *Disp.* 61. *à num.* 25.

PRÆDESTINATIONIS EFFECTVS.

SVbstantia prædestinati, secundum se inspecta, non potest esse prædestinationis effectus. *Disp.* 62. *num.* 3.

Nec est effectus prædestinationis proximus, & elicitus. *Ibidem, num.* 2. *&* 3.

Est tamen effectus prædestinationis impetratus quoad ordinem supponentē eius existentiam ex vi alterius providentiæ prævisam, sicut & omnia entia naturalia *Disp.* 62. *num* 3.

Non repugnat ab intrinseco quod substantia prædestinati sit prædestinationis effectus, nec quod fiat ex vi decreti, quo ad gloriam eligitur. *Ibidem, à num.* 6.

Substantia prædestinati est de facto effectus prædestinationis cuiuscumque prædestinati. *Disp.* 62. *à num.* 25.

Vt aliquid sit effectus prædestinationis impe-

Digitized by Google

peratus, non requiritur quod sit gratia, & medium stricte, sed sufficit, quod largè sit gratia. *Ibidem, num.* 33. & 58.

Multi sunt prædestinationis effectus, propter quos tamen non dicitur Christus mortuus. *Disput.* 62. *num.* 37.

Prædestinatio nostra non est de naturâ, vt de subiecto, sed vt de effectu imperato: ad differentiam prædestinationis Christi, quæ inadæquatè sumpta est de natura, vt subiecto. *Disp.* 62. *num.* 67. 68. & 69.

Deficiente decreto prædestinativo hominum, deficeret etiam hominum substantia, & generatio ex vi præsentis decreti, foret tamen ex vi alterius decreti. *Disp.* 62. *num.* 71. 72. & 73.

Omnia bona naturalia in prædestinatis sunt effectus prædestinationis illorum. *Disp.* 62. *num.* 78.

Bona indolis, & bonum ingenij, sunt prædestinationis effectus, non quia conducant ad facilius credendum, aut ad actus supernaturales facilius eliciendos, sed quia conducunt ad pauciora committenda peccata. *Ibidem, num.* 79.

Actus boni virtutum acquisitarum sunt effectus prædestinationis electorum. *Disp.* 62. *num.* 80.

Permissio peccati, & materiale illius, sunt in electis effectus prædestinationis illorum, possuntque desiderari, & postulari, non absolutè, sed sub conditione. *Disp.* 63. *à num.* 14. *vsque ad* 35. Et præparantur à Deo ex præintentione pœnitentiæ. *Ibidem, à num.* 36.

Glorificatio, iustificatio non interrupta, & vocationes efficaces sunt effectus prædestinationis. *Disp.* 64. *à num.* 3.

Licet prædestinatio sit immediatè de medijs, mediatè tamen, & in exequutione est de fine. *Disputatione* 64. *num.* 11. & *seqq.*

Gratia interrupta per peccatum est effectus prædestinationis, non solum vt recuperata per pœnitentiam, sed etiam vt primo collata, & quatenus interrupta non per culpam, sed à Deo. *Disp.* 64. *à num.* 18.

Vocatio inefficax est effectus prædestinationis, etiam prout inefficax, non reduplicativè, sed specificativè. *Disp.* 64. *à num.* 32.

Licet peccata in memoriam redacta excitent ad humilitatem, & pœnitentia, non sunt prædestinationis effectus: ad differentiam vocationum inefficaciũ. *Ibidem, num.* 38.

Actus supernaturales sunt effectus prædestinationis, nõ solum prout à gratia procedunt, sed etiam prout à libero arbitrio. *Disp.* 64. *à num.* 45.

Sola gloria, & perseverantia finalis, sunt effectus prædestinationis elicitis, cæterà autem iam recensita, licet sint supernaturalia, solum sunt effectus prædestinationis imperati, proportionati tamen cum illius fine. *Disp.* 64. *à num.* 62.

PRÆDESTINATIONIS CAVSA.

IN adulris datur causa meritoria prædestinationis quoad vltimũ effectũ, prout in executione, qui est gloriam, & in sententia constituente solam gloriam pro effectu eius, dabitur causa illius, quoad primum, & vltimum effectum. *Disp.* 66. *num.* 1. & 2.

Datur ex parte nostra causa dispositiva gratiæ habitualis, & prædestinationis, quatenus ad illam terminatur. *Ibidem, num.* 3.

Datur etiam ex parte nostra causa physica materialis omnium effectuum prædestinationis, qui in entitate physica in nobis repra consistunt, & causa finalis omnium præterquam vltimi. *Disp.* 66. *num.* 4 & 5.

Opera ex viribus naturæ profecta, nec de condigno, nec de congruo primam gratiam auxiliantem, seu primum præstinationis effectum merentur. *Disp.* 66. *à num.* 15.

Facienti quod est in se non ex viribus liberi arbitrij, sed ex viribus gratiæ, Deus non denegat gratiam. *Disp.* 66. *à num.* 116.

PRÆDESTINATIONIS CERtitudo cum nostra libertate.

PRædestinatio est certa certitudine præscientiæ. *Disputatione* 67. *numer.* 1. & 2.

Est etiam certa certitudine ordinis, & causalitatis. *Ibidem, num.* 3.

De fide est certitudinem, & infallibilitatem prædestinationis, nostram libertatem non lædere. *Disp.* 67. *nu.* 5. 6. & 7.

Ad conciliandam nostram libertatem cũ efficacia gratiæ, & cum prædestinationis certitudine, scientia media necessaria non est, nec potest salva libertate Divina, Deique supremo dominio, & potestate, dependere à scientia consensus in statu conditionato in prædestinando, & prædiffiniendo efficaciter liberum creaturæ consensum. *Disp.* 67. *à num.* 10 *vsque ad finem*; vbi invtilitas, & impossibilitas scientiæ mediæ multipliciter demonstratur.

PRÆ-

PRÆDESTINATIONIS MERITVM quoad suos effectus.

POtest vnus homo alteri mereri de congruo aliquos suæ prædestinationis effectus. *Disp.* 68. *num.* 2.

De potentia absoluta potest vnus homo alteri promereri de congruo totam seriem effectuum suę prædestinationis à primo, vsque ad vltimum. *Ibidem, num.* 3. Imo & voluntatem efficacem intentivam illorum, *num.* 4.

De lege autem ordinaria, & de facto, non ita contingit. *Disp.* 68. *à num.* 6.

PROVIDENTIA DIVINA.

QValiter distinguatur providentia Divina à scientia practica, ab arte, à lege æterna, & à Divinis ideis, explicatur. *Disp.* 60. *a num.* 68. *vsque ad* 77.

Providentia Divina est vna, absque essentiali, attributali, seu virtuali diversitate, & ad omnia providenda se extendit, tàm naturalia, quàm supernaturalia, etiam ad ordinem hypostaticum pertinentia. *Disp.* 61. *num.* 3.

De conceptu providentiæ Divinæ non est infallibilitas eventus, seu finis; bene tamen de conceptu prædestinationis. *Disp.* 61. *num.* 35. *& seqq.*

Non potest dari providentia in Deo cum nullius finis assequutione non connexa. *Disp.* 61. *num.* 53.

PRVDENTIA.

DIstinctio prudentiæ ab Eubulia, & Synesi, traditur, & explicatur. *Disp.* 59. *num.* 68. *& seqq.*

Actus proprius prudentiæ est imperium, & præceptum propriè dictum. *Ibidem, num.* 69.

Recte consiliari, quod est actus proprius Eubuliæ, & bene iudicare, quod pertinet ad Synesim, sunt actus prudentiæ *imperatiuè*, non autem *elicitiuè*. Disp. 59. num. 72.

R

RELATIO, RELATIVA.

VNum relativum transcendentale potest esse causa, & medium *in quo* alterum cognoscatur, secus si prædicamentale sit. *Disp.* 30. *num.* 18. 29. *& 30.*

De ratione relationis realis abstrahentis à creata, & increata est *ad*, seu respectus realis formalis. Ad differentiam actionis realis, cui sufficit *ab*, seu egressus formalis, aut virtualis. *Disp.* 47. *num.* 88. *& 89.*

REPRÆSENTATIO.

NOn omnis repræsentatio est similitudo, nec supra similitudinem fundatur. *Disp.* 43. *num.* 118. *& 119.*

REPROBATIO, REPROBIS.

REprobatio non differt virtualiter à prædestinatione: ad differentiam misericordiæ, & iustitiæ divinæ. *Disput.* 50. *num.* 20. 21. *& 22. & Disp.* 61. *numer.* 23.

Obiectum voluntatis divinæ inefficacis, qua Deus vult reproborum salutem, nō est illorum gloria vt cognita. *Disp.* 52. *num.* 22. *& seqq.* Vbi variis modis dicendi impugnatis, defenditur voluntatem illam terminari ad gloriam reproborū in se ipsa, non vt solum possibilem, sed vt futuram futuritione imperfecta, & inchoata. *Num.* 34. *& seqq.*

Licet pœna, quam patitur reprobus, non sit illi bona iuxta particularem inclinationem: est tamen bona, & vtilis illi iuxta inclinationem vniversalem, quatenus conducit ad bonum Auctoris. *Disp.* 56. *num.* 39.

Reprobatio constituit essentialiter, & formaliter in actu intellectus, non in actu voluntatis. *Disp.* 60. *num.* 39.

Reprobi ex vi providentiæ divinæ ordinātur ad gloriam, illisque dantur auxilia sufficientia ad gloriæ consequutionem ex illius intentione, licet tandem inefficaci, & ista providentia est talis simpliciter in linea providentiæ, & illorum beneficium ex reproborum benevolentia procedens. *Disp.* 61. *num.* 41. 42. *& 43.*

Providentia, qua reprobi ordinantur inefficacitet ad gloriam, non respicit pro fine principali damnationem reproborū, nec prædestinatorum gloriam, sed salutem reproborum. *Ibidem, num.* 42. *& 43.*

Permissio peccati in reprobis non cedit in illorum vtilitatem, sed est effectus prædestinationis electorum, nec Deus diligit reprobos propter se, sed propter electos, & vt iumenta tractantur à Deo. *Disp.* 63. *num.* 82

Ante prævisionem omnis demeriti personalis voluit Deus efficaciter reprobis negare gloriam, seu illos à gloria excludere. *Disp.* 69. *à num.* 2.

Ex hac voluntate efficaci excludendi ho-

mi-

mines à gloria, ante illorum prævisa demerita, non sequitur reprobum necessario damnari, nec quod Deus æqua cura hominum perditionem, atque illorum salutē inquirat, & desideret. *Disp.* 69. *num.* 56.

Nec sequitur, vtramque prædestinationē, tàm ad vitam, quàm ad mortem, factam esse ex mero beneplacito citra vllum demeritum, aut culpā ex parte hominis, nec quod tollatur ab hominibus solicitudo in benè operando: nec denique sequitur quod divinæ promissiones irrisoriæ, & fallaces sint. *Ibidem num.* 57. *& seqq.*

Voluntas ista efficax exclusionis à gloria antevertens personalia demerita terminatur ad illam, non solum vt est beneficium indebitum, sed etiam vt est pœna, non *reduplicativè*, sed *specificativè*. *Disp.* 69. *à num.* 66.

Probabiliter defenditur (propter D. Augustini auctoritatē) quod peccatum originale fuit motivum efficacis intentionis exclusionis à gloria, etiam in illis reprobis, quibus fuit culpa originalis remissa. *Disp.* 95. *à num.* 65.

Substantia reprobi non est effectus suæ reprobationis. *Disp.* 69. *num.* 133.

Omnibus reprobis, tā parvulis, quàm adultis, providit Deus remedia sufficientia ad salutem, saltim in causa sufficienti, & remota, & quantum est ex parte medij. *Disp.* 70. *num.* 2. *& 3.*

Non negat Deus reprobis auxilia sufficientia ad salutem, nec singulis momentis confert. *Ibidem num.* 5.

Si dare idem sit, quod offerri in communi, de fide est dari à Deo omnibus hominibus auxilia sufficientia, seu remedia ad salutem. *Disp.* 70. *num.* 6.

S

SEPARATIO, SEPARABILITAS.

Vide *Distinctio.*

AD realem formalem separabilitatem non sufficit virtualis distinctio formalitatum, sicut nec ad realem entitativam separabilitatem sufficit virtualis entitatum distinctio. *Disp.* 48. *num.* 113. 114. & 115.

Cum in separabilitate duarum formalitatum stat distinctio virtualis adæquata inter illas, & cum reali in separabilitate realis adæquata distinctio. *Disp.* 58. *num.* 20.

SCIENTIA DEI.

SCientia libera non est omninò eadem re, & ratione, cum scientia visionis. *Disp.* 37. *num.* 1.

Scientia futurorum non differt virtualiter à scientia possibilium. *Disp.* 39. *numero* 32.

Scientia visionis dicitur illa, qua Deus cognoscit rem, vt existentem *exercitè*: scientia vero simplicis intelligentiæ, seu necessaria, possibilia solum attingit. *Disp.* 40. *num.* 10.

Scientia simplicis intelligentiæ est practica, & directiva in actu primo. *Disp.* 40. *num.* 12. 13. & 14.

Scientia simplicis intelligentiæ concurrit actualiter ad creaturarum productionē dirigendo remotè, & mediatè. *Disp.* 40. *num.* 17. & *seq.*

Scientia simplicis intelligētiæ supponit decretum solum inadæquatè, acceptum vndè scientia visionis non est, ad differentiam imperij. *Disp.* 40 *à num.* 24. *vsque ad* 27.

Scientia, quæ supponit decretum, vt reptæsentet, est scientia visionis, secus illa, quæ supponit decretum solum, vt causet, *Ibidem num.* 27. 28. 29. & 30.

Scientia libera visionis est causa creaturarum, & proxima regula productionis illarum. *Disp.* 40. *à num.* 31.

Est practica, & non supponit suum obiectū nisi tantum prioritate naturæ, sed illud facit. *Ibidem, & numer.* 63. *& seqq. & Disp.* 60. *num.* 61.

Scientia visionis formaliter sub conceptu visionis, y intuitionis, est causa rerum, *& Disp.* 40. *num.* 81. *& seqq.*

SCIENTIA MEDIA.

SCiencia media tēpore futuritionis coexistens non est practica, sed speculativa: vndè constituere non potest futurum conditionatum in ratione talis, sed potius illud constitutum supponit, vt eius obiectum. *Disp.* 53. *nu.* 101. *& seqq.* & iterum *num.* 175.

Scientia media non constituit futurū conditionatum in ratione veri fundamentaliter. *Ibidem à numero* 103. *vsque ad* 110.

Obiectum scientiæ mediæ non potest esse id, quod esset, si poneretur conditio, hoc enim est idem formalissimæ, ac tē esse futuram conditionatè, vel esse futuram conditionatè supponit. *Disp.* 53. *num.* 105. *& seqq.*

Obiectum terminativum scientiæ mediæ est

est idem cum obiecto terminativo decreti *subiectiuè* absoluti, & conditionati *obiectiuè*, habent tamen diversum obiectum motivum, quod explicatur. *Disp.* 33. *à num.* 169. *vsque ad* 175.
Scientia media est *subiectiuè* absoluta, & conditionata *obiectiuè*. D. 36. *n.* 15. *& seqq.*
Cur sciecia cõditionata, *media* appellatur, & extrema, inter quæ collatur, explicatur. *Disp.* 37. *n.* 1. *& seqq.* maximè *n.* 4.
Scientia media multis, & gravissimis Auctoribus attribuitur, & imponitur, qui tamen vel è diametro illi opponuntur, vel si aliquando eam defenlarunt, re tamen melius inspectâ, postea sententiâ retractarunt. *Disp.* 37. *num.* 5. 6. 7.
In consequenter ad propria principia hæc scientia a suis professoribus *media* appellatur, maximè in sententiâ Molinæ. *Disp.* 37. *num.* 10. *& seqq.*
Scientia conditionatorum contingentiũ non est naturalis, nec media, sed perfectè, & simpliciter libera. D. 37. *à n.* 19.
Terminatio intellectus divini ad veritates conditionatas est Deo libera, & absolutè ab ipso impedibilis, & evitabilis ab intrinseco. *Disp.* 37. *num.* 29.
Veritas obiectiva terminans scientiã cõditionatã est à Deo evitabilis, & impedibilis active. *Ibidem, num.* 45. *& seqq.*
Nisi prædicta scientia sit Deo libera, & supponat decretum subiectivè in illo existens, destruitur libertas divina. *Disp.* 37. *num.* 47. *& seqq.*
Imò sequitur dabilem esse hominem, quẽ nullo modo; & nulla potentia, possit Deus convertere; & contentientem facere, quod est absurdũ. *Nu.* 48. 49. *&* 50.
Scientiâ media non est necessaria ad cõciliandam efficaciam gratiæ cum nostra libertate, sed sine illâ optimè conciliavit D. Augustinus. *Disp.* 38. *à num.* 2.
Ex scientia media, eiusque principijs, tollitur suprema Dei libertas in præciffiniendo efficaciter. *Disp.* 38. *à n.* 41. *vsque ad* 44.
Sequitur etiam, Deum non esse infinitũ in prædiffiniendo. *Disp.* 38. *num* 45.
Infertur itidem ex scientia media, Deũ nõ esse summe liberũ in efficiẽdo, nec primã causã cotentus liberi volũtatis creatæ. *Ibidem num.* 46. 47. *&* 48. & fusius. *Disp.* 67. *à num.* 14.
Colligitur etiã, Deum non esse summè providentem, illusque providentiam non esse summe vniversalẽ. *Disp.* 48. *n.* 49.
Scientia media everti supremũ dominiũ Dei. *Ibidem n.* 50. Facit Deũ primã causam efficientẽ peccati pro formali malitiæ, & Auctorẽ illius. *Nu.* 51. 52. *&* 53.
Scientia media non solum mediatè, verũ etiam immediatè, destruit libertatem creatam. *Disp.* 38. *num.* 54. 55. *&* 56.
Scientia media necessaria non est ad conciliandam infallibilitatem, & certitudinem prædestinationis, gratiaque efficaciam cum nostra libertate. *Disp.* 67. *à num.* 10. *vsque ad finem.*
Plura inconvenientia, quæ ex opposita sententia inferuntur, latissimè prosequuntur. *Ibidem.*

SIGNVM.

AD rationẽ signi non sufficit ducere in cognitionẽ signati, sed vlterius requiritur, quod hoc fiat ex vi subordinationis signi ad signatũ. *D.* 44. *n.* 33. *&* 34.

SIMILITVDO.

SImilitudo aliâ est proportionis, quæ petit convenientiã extremorum in prædicato, in quo assimilentur, & hæc reperiri non potest perfectè, & vnivocè, inter Deum, & creaturas, adhuc in esse intentionali: alia est proportionalitatis, quæ ad rationem idææ sufficit. *Disp.* 43. *num.* 114. 118. 152. & maximè 156.

SPECIES IMPRESSA.

SPecies impressa concurrit ad intellectionem, vt complens intellectum cõplemento actus primi in ordine ad intellectionem. *Disp.* 33. *num.* 134.
Non est de conceptu essentiali speciei impressæ, quod terminet indifferentiam potentiæ, sed eius propria ratio subsistit per hoc, quod vniat obiectum cum potentia: vnde in Deo, & in substantia Angeli, subsistit ratio speciei sine tali determinatione. *Disp.* 50 *num.* 5.

SPES.

OBiectũ spei est bonũ absens, & arduũ, vel quia difficilibus medijs est conseqũdũ, vel quia in vi auxilij alterius est adipiscendum: vnde spes in Deo reperiri non potest. *Disp.* 57. *n.* 2. *& seqq.*
Obiectum spei essentialiter petit absentiã: ad differentiam obiecti Charitatis, cui absentia, & præsentia cõvenire possunt, *Disp.* 57. *num* 5. *& seqq.*

SPIRITVS SANCTVS.

IN sensu proprio, nõ tamẽ in sensu appropriativo, dici potest, quod Pater, & Filius producunt creaturas per Spiritum Sãctum, vt idæam. *Disp.* 43. *n.* 70 & 71.
Spiritus Sãctus est formaliter Deus Omnipotens, & idæa, licet illa prædicata non conveniant illi formaliter ex vi processionis. *Disp.* 45 *num* 88 *&* 80.
Amor, ex quo Spiritus Sanctus procedit, non est desiderium, sed gaudium. *Disp.* 45. *num* 80 81. *&* 82 ... *Disp.* 57. *n.* 17.
Spiritus Sanctus non procedit ex amore creaturarum possibilium, vt in se ipsis, sed solum prout in omnipotentia continentur. *Disp.* 31. *à num.* 28. *vsque ad* 31.

SYLLOGISMVS.

NOn minus est certum, syllogismū probabilem probabiliter inferre, quam quod demonstrativus inferatur evidenter, & vtrumque demonstratur à logica *Disp.* 34. *num.* 36.

SYNESIS.

Vide *Prudentia.*

T

TEMPVS.

PRæteritum tēpus, præsens, & futurū proco, quod importāt de connotato, sunt differētie tēporū; nō autē proco, quod in recto dicunt. *Disp.* 33. *num.* 33. & 38.

Determinatio existentiæ, quæ fuit cum negatione præsentiæ *pro nunc*, dat *pro isto nunc* determinationē ad esse præteritū; determinatio verò existentiæ, quæ erit, cum negatione præsentiæ *pro nunc*, non dat per se ipsam determinationem ad esse futuri. *Disp.* 33. *num.* 36.

TIMOR.

TImor respicit malum proprium futurum, in Deoque non reperitur cū proprietate. *Disp.* 56. *num.* 1. & *seqq.*

Timor *est fuga cum depressione animi ob arduitatem mali futuri.* Estque affectus ad irascibilem spectans. *Ibidem, num.* 4.

Homines non timent malum culpæ, quod facillimè vitare possunt. *Disp.* 56. *num.* 5.

TRISTITIA.

TRistitia est de malo præsenti proprio aliquomodo. *Disp.* 56. *à num.* 1. & *seqq.*

Tristitia est dolor ex apprehensione intellectuali causatus. *Ibidem, num.* 4.

V

VERITAS.

NOn omnis veritas increata, & Divina, est necessaria, sed aliquæ sunt liberæ. *Disp.* 33. *num.* 54.

Nulla veritas obiectiva, vel formalis, est æterna præter illam, quæ est in intellectu Divino. *Disp.* 33. *num.* 93. & 94.

VERBVM.

DE ratione verbi, vt à creato, & increato abstrahit, non est quod sit primū, in quo cognoscatur obiectum, sed sufficit, quod in illo cognoscatur, sivè primo, sivè secundo: ad differentiam ideę, quæ debet esse prima ratio obiectiva cōcipiēdi artificiatū. D. 43. *n.* 91. & 92.

VERBVM DIVINVM.

VErbum Divinum, nec esse, nec concipi potest, vt futurū. *D.* 35. *n.* 120. 121. & 122. Nec vt possibile: ad differētiā decreti Divini. *Ibidē, n.* 124. 125. & 126.

Verbū Divinū, prout personaliter ab alijs personis distinctum, non est creaturarū idæa. *Disp.* 43. *à num.* 49. *usque ad* 86.

Verbū adæquatè sūptū dicitur personaliter, & est propriū secūdæ personę: ad differentiā ideæ, quæ etiā adæquatè sumpta dicitur essētialiter. *D.* 43. *n.* 93. 94. & 95.

Hoc nomē *verbū* principaliter est impositū ad significandū respectū ad dicentē, qui respectus est vnus formaliter, & eminenter: vndè verbum est omnino vnum: ad differentiā ideæ. *D.* 43. *n.* 258.

Verbo in natura assumpta repugnat in secunda operatione intellectus fictio, seu rem aliter, ac est, cognoscere, non tamē repugnat illi primæ operationis fictio. *Disp.* 44. *num.* 30.

Verbo Divino non cōmunicatur ex vi suę processionis formaliter velle Divinum, seu Divina volitio. *D.* 40. *n.* 30. 31. & 32.

VERBVM SVBSTAMTIVVM SVM est fui.

VErbū *sum est fui* habet tria; nempè significare cū tēpore, vnire extrema pro tempore, quod significat, & restringere extrema, vt existant pro differentia tēporis, quod importat: a primo, & secūdo nō potest absolvi intra propositionē, benè tamen à tertio. D. 41. *n.* 9.

Verbum præteriti, aut futuri tēporis, *v. c. fuit*, vel *erit*, non importat successionē ex parte rei significatæ, sed tantū ex parte modi significandi: vndè de eternitate, & de Deo dici possunt, sicut verissimè dicimus, *Deus fuit*, *Deus erit*. *Disp.* 41. *num.* 95. & 96.

VIRGO MARIA.

BEatissima Virgo MARIA non meruit de facto omnes omnium prædestinationis effectus. *Disp.* 68. *num.* 33.

VIRTVS MORALIS.

VIrtutes morales, & elicitivæ, v. c. iustitia, & misericordia, non specificantur à fine vltimo, quem ex parte operantis, & imperativè respiciūt, sed à proprijs obiectis; vndè virtualiter multiplicantur in Deo: ad differentiam providētiæ Divinæ. *Disp.* 61. *num.* 21. 22. & 23.

VISIO BEATIFICA.

VIsio beatifica, etiam liberè postulata, est actus necessarius, & naturalis. *Disput.* 59. *num.* 117.

VOCATIO.

PRima vocatio est primus prædestinationis effectus, non absolutè, sed inter illos, qui per se requiruntur ex parte prædestinati. *Disp.* 68. *num.* 15. 16. & 17.

VOLVNTAS DIVINA, VOLITIO.

Vide *Decretum.* & *Deus.*

VOluntas antecedens non habet annexam infallibilitatem eventus, sicut habet voluntas consequens. D. 39. *n.* 22. Et *Disp.* 52. *num.* 44. 45. & 46.

De fide est dari voluntatem in Deo. *Disp.* 45. *à num.* 1.

Dari

Datur in Deo voluntas formaliter, licet non detur finis, qui est eius obiectū formaliter, sed tantum virtualiter. *Ibidem, num.* 9. & 10.

Ratio, qua D. Th. probat dari voluntatem in Deo, est demonstratio. D. 45. *à n.* 15.

In voluntate Divina non datur appetitus elicitus, nec desiderium, etiam respectivè ad bona extrinseca, cuiuscumque generis sint. *Disp.* 45. *num.* 79. & *seqq.* maximè *à num.* 85.

In voluntate Divina non datur propriè inclinatio innata per ordinem ad se ipsā, nisi ad summum secundario, & materialiter, idemque est de alijs Divinis perfectionibus dicendum. *Disp.* 45. *à num.* 108. *usque ad finem.*

Volitio actualis Dei non est de metaphysica constitutione Divinæ naturæ. *Disp.* 46. *à num.* 14. Vbi plures rationes probativæ, vt inefficaces reijciuntur.

Volitio ex communi conceptu creatæ, & increatæ volitionis, supponit cognitionem. *Disp.* 46. *num.* 8 & *seqq.*

Volitio Divina distinguitur virtualiter à Divina cognitione, ta in essentialibus, quā in notionalibus. D. 46. *n.* 14. 15. & 16.

Hæc distinctio virtualis, est adæquata. *Ibidem, num.* 18. & *seqq.*

Sine volitione actuali metaphysicè constitutivè ingrediente, intelligitur Divina natura perfectissima in propria linea. *Disp.* 47. *num.* 55. & *seqq.*

Volitio actualis est vita intellectualis, sūpta vita pro operatione viventi; secus si vita accipiatur pro essentia, seu natura vivente. *Disp.* 47. *num.* 70. & *seqq.*

Licet volitio differat virtualiter adæquatè ab intellectione, radix tamen intellectionis pro eo, quod dicit in recto, non distinguitur obiectivè à radice volitionis, sed tātum in eo quod in obliquo importat. *Disp.* 46. *num.* 82. & 83.

Voluntas per modū potentiæ, seu vt principium proximum volitivum, nō est de constitutione metaphysica Divinæ naturæ. *Disp.* 46. *à num.* 84.

Voluntas, seu facultas proximè volitiva, distinguitur in Deo virtualiter, aut ratione ratiocinata, à Divina natura. *Disp.* 46. *num.* 86. & *seqq.*

Non reperitur in Deo potentia volitiva separabilis ab actu secundo, nec ab actuali volitione distincta. D. 47. *n.* 12. & 13.

Non datur potentia in Deo, quæ sit principium realiter formali influxu volitionem principians. *Ibidem, n.* 4 & 23. & *seqq.*

Datur in Deo potentia volitiva cū propriete. *Disp.* 47. *à num.* 8.

Voluntas Divina, prout in actu primo, distinguitur virtualiter ab actuali volitione. *Disp.* 47. *à num.* 27. & *num.* 72.

Licet voluntas Divina sit, & concipiatur vt potentia, nō tamen est potentialis, nec vt talis intelligitur in ordine ad volitionem. *Disp.* 47. *n.* 53. & *seqq.* Nisi potentialitate negativa, quæ non repugnat Divinæ voluntati, nec alijs Dei perfectionibus, *num.* 64. & 65.

Licet volitio creata exprimat actualē tendentiam, quam non exprimit Divina voluntas, infinitè tamen excedit actualitatem volitionis creatæ. *Disp.* 47. *num.* 66.

Actualis volitio non est vltima actualitas lineæ volitivæ sumptæ *specificè*, sed tantum *generice*. *Ibidem, num.* 68 & 69.

Volitio Divina essentialis virtualiter procedit, & egreditur à Divina voluntate per modum actionis. *Disp.* 47. *passim*, maximè, *num.* 78. & *seqq.* Et est virtualiter eductio, non tamen accidens Divinæ naturæ, licet illi subsistenti completè adveniat, *num.* 85.

Volitio Divina essentialis, estò virtualiter egrediatur à Divina voluntate, non est virtualiter persona. *Disp.* 47. *num.* 86.

In voluntate Divina non reperitur ratio habitus: datur tamen in illa inclinatio innata respectu volitionis actualis. *Disp.* 47. *num.* 90. & 91.

Obiectum formale, & primarium voluntatis Divinæ, & omnium actuum illius, est sola bonitas increata: bonitas verò creata est obiectum secundarium illius. D. 49. *à num.* 42. Et D. [illegible]. 6. & *seqq.*

Volūtatis Divinæ activè consideratæ nulla causa potest formaliter dari. *Disp.* 49 *à num.* 103. *usque ad num.* 107.

Actus voluntatis Divinæ habet causām realem efficientem, & finalem virtualiter influentem, non creatam, sed increatā. *Disp.* 49. *num.* 108.

Actus electionis in Deo efficienter virtualiter ab actu intentionis causatur. *Ibidem, num.* 109.

Deus non potest suas perfectiones intrinsecas propter creaturas, vt finem *cuius gratia*, amare, nec vt finem *cui*, si iste alium influxum in actum voluntatis, aut in finem *cuius gratia* exerceat. *Disp.* 49. *num.* 110. 111. & *seqq.*

Volitio Dei per modum actus primi non est distinguenda in varia attributa iuxta numerum moralium virtutum. *Disp.* 50. *num.* 2 & *seqq.*

In Divina voluntate non reperiuntur habitus, qui in facilitate à potentia distincta, & difficultatem aliquam vincente, constituunt. *Disp.* 50. *num.* 4. & 5.

Volitio Dei per modum actus secundi variatur pœnes misericordiam, iustitiam, liberalitatem, & alias virtutes, quæ formā-

maliter reperiũtur in Deo. *D.50.à n.6.*
Non est ponendus in Deo actus Divinæ voluntatis absolutus, distinctus virtualiter à particularibus volitionibus. *Disp. 50. num.24.25.& 26.*
Non potest Deus incipere in tempore aliquid de novo velle, vel à libera volitione cessare: sequeretur enim immediatè physica mutatio in ipso. *Disp.53.à n.7.*
Voluntas Divina potuit ab omni actu libero manere suspensa. *Disp.55.à num. 5.*
Licet repugnet voluntati Divinæ exercitium liberum non honestum contrariè, ideſt, in honestum: non tamen repugnat illi exercitium non honestum negativè. *Disp.55.num.29.& 30.*
Actus voluntatis Divinæ nõ potest habere bonitatè creatam pro motivo adæquato, nec inadæquato, nec sub conceptu entitatis, nec sub conceptu terminationis activæ. *Disp.58. à nu.6. vsque ad 21.*
Qualiter differat voluntas liberalis Dei in ordine ad creaturas à voluntate amicabili, explicatur. *Disp. 58.num.51.*

VOLVNTAS HVMANA.

IN voluntate humana dãtur plures actus *subiectivè* absoluti, & conditionati *obiectivè*. *Disp.36.à n.8. vsque ad 14.*
Obiectum voluntatis est bonum, non bonitate præsenti *determinatè*, sed vel præsenti, vel futura absolutè, aut sub conditione. *Disp.36.num.63.64.& 65.*
Vt voluntas creata libere amet, non requiritur quod auxilium efficax, aut decretũ Divinum essentialiter ad amorẽ requisita per modum applicationis activè cõtineat, vel in sua potestate habeat. *Disp. 36.à num. 116. vsque ad 134.* vbi (licet obiter) multa efficiam auxiliorum concernentia attinguntur.
Volũtas vnius hominis, qua vellet cũ alio concurrere indifferenter ad bonum, & malum, non præscinderet à malitia formali, sed esset peccaminosa. *Disp. 36. num.156.*
Voluntas creata, quæ ratione impeccabilitatis non potest malitiam attingere, nõ potest etiam in materiale peccati influere: ad differentiam voluntatis Divinæ. *Disp.36.num 213.*
Voluntas creata potest necessitari à Deo ad materiale peccati, v.c. odij Dei inde liberati, quin necessitetur ad malitiam formalem: secus quando in illo materiali existit malitia formalis. *Disp. 36. nu. 221.222.& seqq.*
Non est dabilis voluntas libera, vt defectiva, quæ non sit libera, vt effectiva, licet istæ formalitates distinguantur in illa. *Ibid cum num.227.*
Obiectum voluntatis est quidditas rei, vt existens *exercitè*: vndè res vt possibiles nullum actum voluntatis possunt terminare. *Disp. 51.num.23.& seqq.& num. 44.45.& 46.*
Implicat volutatem creatam medio iudicio indifferenti operari: necessario *Disp. 54.num.11.& 12.* Et fusius, *num.46. & seqq.*
Licet voluntas possit naturaliter ferri in bonum apparens, non tamen fertur per inclinationem, nisi in bonum verum, *Disp.54.num.57.*
Licet voluntas creata in omni actu prosequutivo moveatur a bono vero, vel apparenti, terminari, potest ad malum alterius sub ratione mali, ly *sub* reduplicãte obiectum terminativum, vt contingit in odio inimicitiæ. *Disp. 56.num.35.*
Voluntas indiget imperio intellectus per se primo, vt moveat illam quoad specificationem ad vsum activum, & ex consequenti vt moveat quoad exercitium. *Disp.59.num.107.& seq.*
Voluntas, etiam ex subordinatione ad intellectum, nõ potest ordinare vnũ ad aliud, intellectus autem ex subordinatione ad volũtatem potest movere quoad exercitium. *Disp.60 num.44.& 49.*

VOVENS, VOTVM.

VOvens ingredi religionem sub conditione aliqua, illa adimpleta, manet ad adimplendum promissum obligatus absque necessitate iterationis voti, qui actus, seu voluntas est *subiectivè* absoluta, & conditionata obiectivè. *Disp. 36.num.9.12.& 13.*
Votum consistit essentialiter in actu intellectus. *Disp.60.num.14.*

VSVS.

VSus distinguitur ab electione. *Disp.59. num.19.& seqq.*
Licet activus vsus non sistat in medijs, sed ad finem transeat, non tamen respicit finem, vt cautam, sed vt effectũ mediorum in ordine executionis: vndè adæquatè specificatur à medijs. *Disp. 59.num.60.& 62.*
Licet posito imperio necessario consequatur vsus, & imperium se teneat ex parte actus primi per modum regulantis, non inducit necessitatem antecedentẽ, sed tantum necessitatem consequentiæ, & infallibilitatis, quæ cum libertate componitur. *Disp.59.num.115.116.& 117.*

INDEX
LOCORVM SACRÆ SCRIPTVRÆ, QVÆ IN HOC SECVNDO TOMO IN PRIMAM PARTEM DIVI THOMÆ EXPLICANTVR.

D. *vel* Dilp. *Disputationum* N. *vel* Num. *Numerum marginalem denotat.*

EX GENESI

CAP. 1. In principio creavit Deus Cœlum, & terrã. *Disp.* 49. *num.* 15.
Ibidem. Dixitque Deus, fiat lux, & facta est lux. *Disp.* 59. *num.* 66.
Cap. 3. Ne fortè mittat manum suam, & sumat etiam de ligno vitæ & comedat, & vivat in æternum. *Disp.* 34. *num.* 112. & 115.
Cap. 6. Pœnitet me fecisse hominem, quia caro est. *Disp.* 57. *num.* 58.
Cap. 9. Arcum meum ponam in nubibus Cœli, vt sit signum fœderis inter me, & vos. *Disp.* 44. *num.* 32. & 34.
Cap. 11. Cœperunt hoc facere, nec desistent a cogitationibus suis, donec eas opere complcant. *Disp.* 36. *num.* 135.

EX EXODO.

Cap. 4. Si non crediderint tibi, nec crediderint termonem signi prioris, credent verbo signi sequentis, &c. *Disp.* 34. *num.* 31. & 32.

EX NVMERIS.

Cap. 23. Non est Deus sicut homo, vt mentiatur, nec vt filius hominis, vt mutetur. *Disp.* 53. *num.* 1.

EX LIBRO IVDICVM.

Cap. 8. Abraham Deiamicus effectus est. *Disp.* 58. *num.* 3.

EX LIBRIS REGVM.

EX 1. *Regum*, cap. 15. Triumphator in Israel non parcet, & pœnitudine non flectetur. *Disp.* 57. *num.* 58.
Cap. 23. Si tradent me viri Ceilæ in manus eius, & si descēdet Saul, sicut audivit servus tuus. *Disp.* 44. *num.* 86. & *seqq.* Et *Disp.* 36. *num.* 135.
2. *Regũ*, cap. 14. Non vult Deus perire animam, sed retractat cogitãs, ne pœnitus pereat, qui abiectus est. *Disp.* 69. *num.* 25.
3. *Regum*, cap. 11. Nõ ingrediemini ad eas, nec de illis ingredientur ad vestras, certissimè enim avertent corda vestra, vt sequamini Deos earum. *Disp.* 34. *num.* 89. Et *Disp.* 36. *num.* 135.
4. Regum 13. Si percussisses quinquies, aut sexies, sivè septies, percussisses Syriam vsque ad consumptionem. *Disp.* 34. *n.* 69.

EX LIBRO IOB.

CAP. 5. Et parvulum occidit invidia. *Disp.* 57. *num.* 59.

EX PSALTERIO.

PSalmo 17. Salvum me fecit, quoniã voluit me. *Disp.* 48. *num.* 13. & 27. *Psalm.* 103. Omnia in sapientia fecisti. *Disp.* 40. *num.* 2.
Psal. 113. Deus autē noster in Cœlo, omnia quæcumque voluit, fecit. *Disp.* 39. *num.* 22. Et *Disp.* 45. *num.* 1. Et *Disp.* 46. *num.* 1. Et *Disp.* 48. *num.* 1. Et *Disp.* 49. *num.* 14.
Psal. 118. Prævenerunt oculi mei ad tē diluculo, præveni in maturitate, & clamavi. *Disp.* 66. *num.* 32. & 33.
Psalm. 35. Qui fecit Cœlos in intellectus. *Disp.* 40. *num.* 2.
Psalm. 138. Intellexisti cogitationes meas de longè: semitas meas investigasti, & omnes vias meas prævidisti. *D.* 39. *n.* 1.
Ibid. Nimis honorati sunt amici tui Deus. *Disp.* 58. *num.* 3.

Digitized by Google

Psalm. 148. Quia ipſe dixit, & facta ſunt, ipſe mandavit, & creata ſunt. *Diſp.* 39. *num.* 22. Et *Diſp.* 59. *num.* 66.

EX PARABOLIS SALOMONIS.

Cap. 16. Vniverſa propter ſemetipſum operatus eſt Dominus. *Diſp.* 36. *num.* 196. Et 49. *num.* 86.

Cap. 19. Multæ cogitationes mortalium, voluntas autem Domini in æternũ manet. *Diſp.* 53. *num.* 1.

EX CANTICO CANTICORVM.

Cap. 2. Surge propera amica mea. *Diſp.* 59. *num.* 3.

Cap. 5. Talis eſt dilectus meus, & ipſe eſt amicus meus. *Diſp.* 58. *num.* 3.

EX SAPIENTIA.

Cap. 1. Deus mortem non fecit, nec lætatur in perditione viuorũ. *Diſp.* 69. *num.* 26.

Cap. 4. Raptus eſt, ne malitia mutaret intellectum eius. *Diſp.* 34. *num.* 33. & 80. & 89.

Cap. 8. Quis omniũ, quæ ſunt, magis quam illa eſt artifex. *Diſp.* 40. *num.* 2.

Cap. 11. Nihil odiſti eorum, quæ feciſti. *Diſp.* 36. *num.* 190. Et *Diſp.* 56. *num.* 20.

Cap. 14. Odio eſt Deo impius, & impietas eius. *Diſp.* 36. *num.* 190. & 192.

EX ECCLESIASTICO.

Cap. 23. Domino enim Deo, antequã creentur, omnia ſunt agnita. *Diſp.* 39. *num.* 1.

EX ISAIA.

Cap. 30. Propterea expectat Dominus vt miſereatur veſtri. *Diſp.* 69. *num.* 29.

Cap. 38. Morieris, & non viues. *Diſp.* 33. *num.* 17. & *num.* 72.

Cap. 55. Omnes ſitientes venite ad aquas. *Diſp.* 70. *num.* 51.

Cap. 65. Inventus ſum à non quærentibus me, palam apparui his, qui me non interrogabant. *Diſp.* 66. *num.* 73.

EX IEREMIA.

Cap. 38. Et dixit Rex Sedezias ad Ieremiã: ſolicitus ſum propter Iudæos, qui tranſfugerunt ad Chaldeos, ne fortè tradat in manus eorum, & illudãt mihi: Reſpondit autem Ieremias, non tradent. *Diſp.* 34. *num.* 80. & ſeq.

EX EZECHIELE.

Cap. 3. Non ad populum profundi ſermonis, & ignotæ linguæ tu mitteris, & ſi ad illos mitteraris, ipſi audirẽt te. *Diſp.* 34. *num.* 80.

Cap. 33. Viuo ego dicit Dominus, nolo mortem peccatoris, ſed vt magis convertatur, & viuat. *Diſp.* 70. *num.* 52.

EX DANIELE.

Cap. 13. Deus æterne, qui abſconditorum eſt cognitor, qui noſti omnia antequam fiant. *Diſp.* 39. *num.* 1.

EX DVODECIM PROPHETIS Minoribus.

Ex *Zacharia*, *cap.* 8. Vnuſquiſque malum contra amicũ ſuum, ne cogitetis in cordibus veſtris, & iuramentũ mendax ne dilgatis: omnia enim hæc ſunt, quæ odi, dicit Dominus. *Diſp.* 56. *num.* 26. & 27.

Ex *Malachia cap.* 1. Iacob dilexi, Eſau autem odio habui. *D.* 56. *num.* 26. & 27.

Ex *cap.* 3. Ego Deus, & non mutor. *Diſp.* 53. *num.* 2.

EX OSEA.

Cap. 13. Perditio tua ex te Iſrael, tantummodo in me auxilium tuum. *Diſ.* 69. *num.* 27.

Ex *cap.* 3. *Ionæ*. Adhuc quadraginta dies, & Ninive ſubuertetur. *Diſp.* 33. *num.* 17.

EX EVANGELIO MATTHÆI.

Cap. 6. Fiat voluntas tua, ſicut in Cœlo, & in terra. *Diſp.* 45. *num.* 1.

Cap. 11. Vè tibi Corozaim, vè tibi Bethſaida, quia ſi in Tyro, & Sydone factæ eſſent virtutes, quæ factæ ſunt in vobis, olim in cilicio, & cinere pœnitentiam egiſſent. *Diſp.* 34. *num.* 103.

Ibid. Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos. *Diſp.* 70. *num.* 51.

Cap. 18. Neceſſe eſt, vt veniant ſcandala. *Diſp.* 34. *num.* 89.

Cap. 25. Venite Benedicti Patris mei, percipite Regnum paratum vobis ab origine mundi, eſurivi enim, & dediſtis mihi manducare, &c. *Diſp.* 65. *num.* 98.

Cap. 32. Quoſcunque inveneritis vocate ad nuptias. *Diſp.* 70. *num.* 51. & 52.

Ibid. Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt Diabolo, & Angelis eius; ſeruivi

Digitized by Google

rivi enim, & non dedistis mihi manducare. *Disp.* 65. *num.* 98.

EX LVCA.

Cap. 12. Dico autem vobis amicis meis, ne terreamini ab his, qui occidunt corpus. *Disp.* 58. *num.* 3.

Ibidem. Nolite timere pusilius grex, quia complacuit Patri vestro dare vobis Regnum. *Disp.* 65. *num.* 6.

EX IOANNE.

Cap. 1. Dedit eis potestatem filios Dei fieri. *Disp.* 66. *n.* 137. 139. *& seqq.*

Ibidem. Illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. *Disp.* 70. *num.* 50.

Cap. 3. Sic Deus dilexit mundum, vt Filium suum vnigenitum daret. *Disp.* 48. *num.* 1.

Cap. 5. Si crederetis Moysi, crederetis forsitan, & mihi. *Disp.* 34. *n.* 113. *&* 115.

Cap. 6. Omne, quod dedit mihi Pater, non perdam ex eo. *Disp.* 67. *num.* 1.

Cap. 7. Si quis sitit, veniat ad me. *Disp.* 70. *num.* 51.

Cap. 8. Si me sciretis, forsitan, & Patrem meum sciretis. *Disp.* 34. *num.* 12. *&* 15.

Cap. 10. Nemo rapiet eos de manu mea. *Disp.* 67. *num.* 1.

Cap. 15. Vos amici mei estis, si feceritis, quæ præcipio vobis. *Disp.* 58. *num.* 3.

EX EPISTOLA AD ROMANOS.

Cap. 1. Quod notum est Dei, manifestum est illis, Deus enim illis manifestavit: invisibilia enim Dei à creatura mundi per ea, quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur, &c. *Disp.* 70. *num.* 59.

Cap. 5. Sicuti per vnius delictum in omnes homines in condenationem, sic, & per vnius iustitiam in omnes homines in iustificationem vitæ. *Disp.* 70. *num.* 3.

Cap. 7. Velle adiacet mihi, perficere autem non invenio. *Disp.* 66. *num.* 33.

Cap. 8. Quos præscivit, hos & prædestinavit conformes fieri imagini filij sui, vt sit ipse primogenitus in multis fratribus. *Disp.* 43. *num.* 43.

Ibidem. Quos prædestinavit, hos & vocavit. *Disp.* 59. *num.* 1. *&* *Disp.* 64. *num.* 3. Et *Disp.* 65. *num.* 101.

Ibidem. Cum nondum nati fuissent, aut aliquid egissent boni, vel mali, non ex operibus, sed ex vocãte dictum est, quia maior serviet minori. *Disp.* 66. *num.* 7. *&* *Disp.* 69. *num.* 2. *& seqq.*

Ibidem. Existimo enim, quod non sunt cõdignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ revelávitur in nobis. *Disp.* 66. *num.* 18.

Cap. 8. Non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei. *Disp.* 66. *num.* 19.

Cap. 11. Si autem gratia, iam non ex operibus, alioquin gratia iam non est gratia. *Disp.* 66. *num.* 34.

Cap. 12. Vt probetis, quæ sit voluntas Dei. *Disp.* 45. *num.* 1.

EX PRIMA AD CORINTHIOS.

Cap. 2. Oculus non vidit, nec auris audivit, quæ præparavit Deus diligentibus se. *Disp.* 65. *num* 99.

Cap. 4. Quis enim te discernit? quid habes quod non accepisti? si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? *Disp.* 36. *num.* 75. *&* *Disp.* 66. *num.* 20.

Cap. 12. Hæc omnia operatur, vnus atque idem spiritus, dividens singulis prout vult. *Disp.* 49. *num.* 16.

EX SECVNDA AD CORINTHIOS.

Cap. 3. Non quod sufficiẽtes simus cogitare aliquid ex nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est. *Disp.* 66. *num.* 21.

EX EPISTOLA AD EPHESIOS.

Cap. 1. Qui prædestinavit nos. *Disp.* 59. *num.* 1.

Ibid. Elegit nos in ipso ante mundi constitutionem. D. 59. *n.* 3. Et D. 65. *n.* 8.

C. 2. Qui operatur omnia secundũ consiliũ voluntatis suę. D. 40. *n.* 2 Et D. 48. *n.* 1. Et D. 49. *n.* 15. Et D. 59. *n.* 3. *&* 5.

EX EPISTOLA AD PHILIPpenses.

Cap. 3. Reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suę. *Disp.* 43. *num.* 43.

EX EPISTOLA AD THESALONIcenses.

Cap. 4. Hęc est voluntas Dei sanctificatio vestra. D. 49. *n.* 14.

EX 1. AD TIMOTHEVM.

Cap. 2. Deus vult omnes homines salvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. *Disp.* 52. *num.* 1. *& seqq.*

EX 2. AD TIMOTHEVM.

Cap. 2. Vnus enim est Deus, vnus, & mediator Dei, & hominum homo Christus.

Iesvs

Digitized by Google

Iesvs, qui dedit in redemptionē semetipsum pro omnibus nobis. *Disp.* 70. *nu.* 3.

EX EPISTOLIS BEATI PETRI.

EX *Epist.* 1. *Cap.* 2. Satagite, vt per bona opera certam vestrā vocationem faciatis. *Disp.* 67. *num.* 7.

EX 2. *Cap.* 1. Nolens aliquem perire, sed omnes ad pœnitentiam reverti. *Disp.* 70. *num.* 51. & 52.

EX EPISTOLIS BEATI IOANNIS.

CAp. 2. Nonne Deus elegit pauperes in hoc mundo, divites in fide, & hæredes regni, quod promisit Deus diligentibus se. *Disp.* 65. *num.* 100.

Ibidem. Ipse est propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris autem tantum, sed etiam totius mundi. *Disput.* 70. *numer.* 3.

FINIS.

SERIES CARTHARVM HVIVS TOMI,

✠ A B C D

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z;

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii KK Ll Mm Nn Oo Pp

Qq Rr Sſ Tt Vv Xx Yy Zz

Aaa

Omnes ſunt Quaterniones, præter ✠ & Aaa. Terniones.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA



Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google